BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
G
6
NAPOLI

XXI
G
6

FERDINANDI
DE
VALENTIBUS
TREBIENSIS

Sacri Conſiſtorii, Fiſci, & R. C. Apoſtolicæ

ADVOCATI

OPERA OMNIA
SELECTIORA.

Digitized by Google

FERDINANDI
DE
VALENTIBUS
TREBIENSIS

Sacri Conſiſtorii, Fiſci, & R. C. Apoſtolicæ

ADVOCATI

OPERA OMNIA
SELECTIORA.

FERDINANDI
DE
VALENTIBUS
TREBIENSIS
Sacri Conſiſtorii, Fiſci, & R. C. Apoſtolicæ

ADVOCATI

OPERA OMNIA
SELECTIORA.
TOMUS SECUNDUS
PARS ALTERA

VOTA PRO VERITATE
De Ultimis Voluntatibus.



ROMÆ MDCCXLVI.

Sumptibus VENANTII MONALDINI Bibliopolæ in Via Curſus.

Ex Typographia JOANNIS BAPTISTÆ BERNABÒ, & JOSEPHI LAZZARINI.

PRÆSIDUM FACULTATE, ET PRIVILEGIO SUMMI PONTIFICIS.

Eminentiſsimo & Reverendiſſimo Principi

ANTONIO XAVERIO GENTILI

S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI

Sacræ Congregationis Concilii Præfecto.

LUDOVICUS DE VALENTIBUS

FELICITATEM.

ÆQUUM *profecto erat, ut forenſes labores Ferdinandi de Valentibus Patrui mei evulgandi conſilio inſiſtens, tertium jam tomum de Allegationibus pro veritate in lucem propediem editurus, illum tibi,* EMINENTISSIME PRINCEPS, *offerrem, tuamque in clientelam, & fidem commendarem. Hoc autem quibus de cauſis, quis eſt qui non intelligat? Nam cui potiori titulo offerri debeat haud vulgare de re forenſi opus, quam tibi, qui cum ingenii præſtantia, tum exquiſita juris intelligentia, ac penitiori legum doctrina, Romanæ Curiæ decus ingens, & gloria ſemper habitus es? Sive enim laborioſum illud ſpectetur Locumtenentis A.C. munus, quod decem, & tres annos ſumma cum diligentia, & ſingulari æquitate judicii ſuſtinuiſti; ſive* Congregationum Concilii primum, Epiſcoporum *deinde &* Regularium, *quibus a Secretis interfuiſti, ardua, & infinita fere negotia præ oculis habeantur, facile erit intelligere, quanta juris utriuſque peritia, legumque ſcientia probe fueris inſtructus. Inde autem ad præclarum* Datarii *officium a* Clemente XII. *voca-*

tus, & ab eodem paulo poſt ad Purpuræ dignitatem, tuæ jampridem virtuti debitam, evectus, vix dici poteſt, qua ſapientia, qua conſilii maturitate in graviſſimis Apoſtolicæ Sedis negotiis te geſſeris, quam denique ſapientiſſimi Pontificis de te judicio cumulate reſponderis. Qui proinde te inſigni quoque Congregationis Concilii Præfectura decoravit; ubi ſapientia tua tanquam in ampliſſimo theatro ſeſe magis explicaret, quemadmodum quotidie id fieri ſumma laude intelligimus. Quid vero longius meæ hujus in te obſervantiæ cauſas inquiro? Equidem ſi tua erga me merita ingentia, & ſingularia mecum ipſe cogito, ſi humanitatem, ac benevolentiam, qua me complecteris, atque inter eos enumeras, qui te officii, addiſcendique aliquid cauſa frequenter adeunt, ſi tuum denique animum in me adeo propenſum, rerumque mearum, quoties occaſio ſe dedit, amplificandarum cupidum tacitus animadverto, ſatis ſuperque intelligo, quantum amori tuo debeam, & quam exiguum ſit, quod offero memoris, gratique animi mei teſtimonium. Huc accedit, quod hac in re non modo me beneficiorum tuorum memoriam aliqua ratione teſtari, ſed auctoris quoque ipſius voluntati obſequi perſuaſiſſimum habeo, qui te in ſummo honore, atque exiſtimatione ſemper habuit, proinde in exemplum virtutis, & doctrinæ temet Juventuti proponere ſolebat, hortarique illam ſedulo, ut te frequens adiret, tecum ſermones ſereret: eo nimirum conſilio, ut Juvenes ex uſu, & conſuetudine tua probitatis aliquem & ſcientiæ fructum caperent. Imo quoties ille in magnis, gravibuſque difficultatib s verſaretur, non alium ſibi præter te judicem deligebat, illud ſæpius affirmans ſe, quotieſcunque tecum de difficili quapiam controverſia egiſſet, ſemper in te ſapientiam ſingularem, judicii ſubtilitatem, miramque rei expediendæ facilitatem ſuſpexiſſe. Excipe itaque, Eminentissime Princeps, *hoc Volumen ea humanitate, ac gratia, qua olim auctorem ipſum peramanter excipere ſolebas, eamque illi pro ingenti ſuo erga te ſtudio, atque exiſtimatione vicem redde, ut quantum ipſe te coluit, & apud omnes mirum in modum celebravit, tantum huic forenſi ejus operi dignitatis, & gratiæ apud* Romanam Curiam *conciliet nominis tui auctoritas, ac patrocinium.*

IM-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

F. M. de Rubeis Archiepiſcopus Tarſi Vicesgerens.

APPROBATIONES.

I.

TYpis prodit pars altera ſecundi Voluminis, quo in publicam lucem proferuntur egregia Vota ſuper re fideicommiſſariâ, ultimiſve Voluntatibus ſcripta pro veritate à celeberrimo Auctore Ferdinando de Valentibus Conſiſtorialis Aulæ, & Pontificii Fiſci Advocato: Quanto à Literatis Viris plauſu excipi debeat hic novus labor in gratiam Juriſprudentiæ ab optimo Viro R. P. D. Ludovico De Valentibus ejuſdem Auctoris à Fratre Nepote ſuſceptus, iis omnibus compertum eſt, qui jam edita Volumina percurrerunt: Datum ex Ædibus Datariæ Apoſtolicæ tertio Nonas Decembris anno 1745.

Xaverius Juſtinianus SSmi D.N. Papæ Benedicti XIV. Sub-Datarius, Prælatus Domeſticus, ac Signaturæ Gratiæ Votans.

II.

DEcus, & ornamentum, quod Facultati legali, & Literariæ Reipublicæ acceſſit ex Votis editis ab eximio, & celeberrimo Auctore Ferdinando de Valentibus, dum viveret, Sacræ Conſiſtorialis Aulæ, & Phiſci, ac Rev. Cameræ Apoſtolicæ Advocato, quæ hactenùs in duobus Voluminibus impreſſa ſunt, in quorum altero materiæ Contractuum, in altero prima pars materiæ ultimarum Voluntatum continetur, ulteriori accedet incremento ex tertio Volumine, quod ſecundam partem ejuſdem materiæ ultimarum Voluntatum implet. In Votis enim, ſeu Reſponſis pro veritate hoc tertio Volumine collectis arduæ, & ſingulares Quæſtiones, & nodoſi Juris Articuli, qui Juriſconſultorum ingenia contorſerant, mirâ felicitate diſſolvuntur, onde cenſeo, non minùs ad privatam, quàm ad publicam utilitatem pertinere, quod typis demandetur, ad hoc, ut in illo non minùs, quàm in aliis jam editis Voluminibus, veluti in locuplete Juriſprudentiæ Penu, tàm Jus dicentes, quàm in Foro verſantes ſoliditatem doctrinæ, elegantiam ſermonis, & ſplendorem veritatis recognoſcere, & aſſequi valeant, ſi ità videbitur Rmo Patri Magiſtro S. Palatii Apoſtolici. Datum Romæ hac die 6. Decembris 1745.

Armodius Gregorius Venturellus in Romana Curia Advocatus.

III.

NOn eadem modò, quæ in aliis enitet Voluminibus, ſed & major, clariorque mihi Volumen hoc percurrenti apparuit celeberrimi Auctoris doctrina. Nihil, quod Religionem, cultumque erga S. Sedem, ceteroſque Principes vel minimùm offendat, licuit in eo reperire. Publicâ porro luce illud reputo digniſſimum. Datum Romæ hac die 5. Decembris 1745.

Bartholomæus Liverzani in Romana Curia Advocatus.

IMPRIMATUR.

Fr. Aloyſius Nicolaus Ridolfi Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

INDEX ARGUMENTORUM

Quæ in hoc Volumine continentur.

Florentina Succeſſionis.

VOTUM I.

Statutum Florentinum excludens fœminas propter Agnatos maſculos uſque ad ſextum gradum incluſivè, ſuffragari non poteſt Agnatis extra dictum gradum exiſtentibus, nec iſti proximitatem gradus deſumere poſſunt à Matre, licèt iſta ſit nupta in agnatione, quando ejus vir non eſt de Agnatis, intra gradus, à Statuto contemplatos, exiſtentibus. *pag.* 1.

Florentina Succeſſionis.

VOTUM II.

Quæſtionis in ſuperiori voto pertractatæ novo hic examine aſſumpto, prior illius reſolutio, uberiori accedente argumentorum calculo, exornatur, atque conſtabilitur. 11.

Avenionen. Legati.

VOTUM III.

Legati cum onere ſibi relicti, acceptatio facta à filio, ei, non ſervatâ *Soccini* cautelâ, non præjudicat in Legitima, niſi huic expreſsè renunciaverit. 39.

Romana Subſidiorum Dotalium.

VOTUM IV.

Ad ſubſidia dotalia relicta Puellis *filiabus Hiſpanorum Caſtellanorum* admitti nequeunt natæ ex Parentibus, civilitatem ex incolatu adeptis; poſſunt verò, ſi non relativè ad earum Parentes vocatæ ſint. Ex incolatu quando, & ad quos effectus Civis quis dicatur? Nomen *Natio* quid importet? 41.

Avenionen. Legati.

VOTUM V.

Legatum ſibi à Patre relictum ſub nuptiarum conditione, prudens, ac ſciens acceptans filia, ſibi in Legitima præjudicat, eamque, aut Legatum, ſi decedat innupta, ad heredem non tranſmittit. Quando autem, & ex quibus de acceptatione hujuſmodi conſtare cenſendum ſit? 47.

Caſalen.

VOTUM VI.

Fideicommiſſum reale, ac perpetuum eſſe oſtenditur, poſthabitâ conditione: *ſi ſinè Liberis &c.*, quando Pater, filiis heredibus inſtitutis, & invicem ſubſtitutis, utrique ſinè Liberis decedenti tunc, & eo caſu proximiores Maſculos agnatos per plures gradus ſubſtituit, interdictâ omnibus quacumque Bonorum alienatione ob expreſſam rationem perpetuò eadem Bona in familiâ conſervandi: Detractiones dotis, aliæve cum accidentariæ, tum legales, etiam non confecto inventario, fideicommiſſi retentionem tribuunt heredi gravato, & ab eo cauſſam habentibus, dummodò aliunde conſtet de ſtatu hereditario Fideicommittentis, neque ingentes alienationes ab herede fuerint factæ. 52.

Januen. Legati.

VOTUM VII.

Legatum à Muliere relictum de extradote, à Patrui hereditate ſibi debita, comprehendere etiam quantitatem, ab eodem Patruo illi aſſignatam in augmentum dotis, ex quibus demonſtrari valeat? *Extradotis* nomini amplis, & generalibus adjectis verbis, illud ad ſola extradotalia Bona non reſtringitur. Teſtator ſi rem alienam, ſciens, alteri leget, Legatum tenet, ſaltem quoad æſtimationem, & pretium; ſive tamen ſciverit, ſive ignoraverit, ſemper debetur Eccleſiæ, vel Conſanguineo. Caducitas ſinè dolo non incurritur. 64.

Florentina nullitatis teſtamenti.

VOTUM VIII.

Paternum teſtamentum, in quo alimenta, aliæque præſtationes filio, etiam non expreſſo

preſſo inſtitutionis titulo, relictæ fuerint, irritum ex capite præteritionis ipſius filii non eſt cenſendum, quoties tacitè idem titulus deprehendatur ex Teſtatoris mente; Hujus autem quæ nam argumenta, & conjecturæ expendi valeant? Simplex acceptatio paterni teſtamenti, licèt ſervata fuerit *Soccini* cautela, filio, præſertim ignoranti, non præjudicat in Legitima. Jus impugnandi prohibitionem Legitimæ an, & quando ad heredes filius tranſmittat? 72.

Avenionen. Teſtamenti.

VOTUM IX.

Fiduciaria Inſtitutio ex quibus excludatur? Inſtitutio ex quibus non conditionalis, ſed pura, ac ſimplex cenſenda ſit? Heres purè, & ſimpliciter inſtitutus, ante advenientem caſum fideicommiſſi, fructus, quos percipit, ſuos facit: Idem, adveniente caſu fideicommiſſi, hereditatem reſtituens, poteſt adhuc uti facultate, ſibi conceſsâ, de particulari Legato diſponendi. Actum reſtitutionis hereditatis, heres, juxtà mentem Teſtatoris cenſetur expleviſſe. Verbum = *omnia* = quomodò uſurpari ſoleat, quidve importet, ſi de pluribus rebus numero diſtinctis prædicetur? 78.

Faventina Legati.

VOTUM X.

Legatum annuum relictum Fratribus minoribus *Sancti Franciſci*, ex diuturna centum, & ultra annorum illius præſtatione, reſolutum non fuiſſe, minùſque incapacitatem eorumdem Fratrum, vel quia perpetuum, vel quia ſinè onere illud ſit, obtendi poſſe, quoties non ad ipſos, ſed ad heredem fuerit directum, expenſis Sacrarum Congregationum tum Concilii, tum Rev. Fabricæ Decretis, Ordiniſque Conſtitutionibus, in hac ſpecie editis, pleniſſimè demonſtratur. 87.

Tolentina Prælegati.

VOTUM XI.

In prælegato omnium cenſuum filiis relicto, etiam cenſus, uni ex eiſdem filiis antea donatus, comprehenſus dici debet, concurrente Teſtatoris voluntate, ex conjecturis elicita, & ex quibus? 94.

Lucana Succeſſionis.

VOVUM XII.

Subſtitutio Cauſæ piæ, in defectu Maſculorum omnium demandata, an & quando, ex diſpoſitione *L. cum Avus*, *&* *L. tum acutiſſimi*, purificata dici nequeat ob ſolam exiſtentiam ſive filiæ ex ultimo Maſculo defuncto, ſive filii maſculi ab ea progeniti? Et quando id ex mente etiam Teſtatoris cenſendum ſit, qui proprias filias excluſerit? Conditione fideicommiſſi, beneficio earum *Legum* deficiente, ſucceſſio defertur juxta diſpoſitionem Juris. 98.

Fulginaten.

VOTUM XIII.

Statuti *Fulginei* diſpoſitio, quod, Muliere *ab inteſtato*, ſinè filiis decedente, quarta dotis pars ad virum deferatur, locum non habet, ubi Mulier per donationem cauſâ mortis de omnibus ſuis Bonis diſpoſuerit. Statutum, juris communis correctorium quando, vel non, ex rationis identitate de uno caſu ad alium extendi poſſit? Conſenſus viri de jure in donatione Mulieris non requiritur. 107.

Lunen. Sarzanen. Diviſionis.

VOTUM XIV.

Æquamentum ordinatum favore Secundogenitarum, *che ſi mariteranno*, *e ſtaranno al ſecolo*; purificatâ delationis primogenituræ ad Primogenitam conditione, ſtatim faciendum eſſe commodo Secundogenitæ, licèt innuptæ, in ſeculo tamen manentis, latè expenſis iiſdem verbis, eorumque vi, atque intelligentiâ, deſumptâ à magis veriſimili Teſtatoris voluntate, conſtabilitur. Particula = *&* = quando *copulativè*, & quando *ampliativè* adjecta cenſeatur? Argumentum à ſuperfluitate verborum, itemque aliud à diſcretivo loquendi modo quando non procedat? 109.

Spoletana Succeſſionis.

VOTUM XV.

Statutum Trebii Mulierem ab aliqua ex perſonis, in eo nominatis, dotatam, ab omnium hereditate excludit, Maſculo ex illis exiſtente. Ex eodem Statuto dos loco Legitimæ ſuccedit. Quando autem Legitimæ loco dos, ex Statuto, ſuccedere dicatur, etiam,

Digitized by Google

etiam, cum fœminas illud excludit propter Maſculos? Et quando Legatum dotis non conditionale, ſed purum, & abſolutum cenſendum ſit? Statutum excludens propter Maſculos fœminas dotatas,ut locum habeat, quando non requiratur earum dotatio delatæ ſucceſſionis tempore? Fœminis à Statuto excluſis propter Maſculum, qui ſit de progenie Avi, aut Patris, Matris, Sororis, Fratris, Avunculi, vel Patrui, illæ à fratre, etiam conſanguineo excluſæ, hic autem Avum maternum vincere dicendus eſt. 116.

Placentina.

VOTUM XVI.

Subſtitutio filiorum, & Deſcendentium, concepta per verba = *Si ſupervixerit, ſin minus ejus filios, & Deſcendentes &c.* =, vulgariter facta cenſetur, quatenus videlicet primus heres hereditatem non agnoſcat. Verba = *& poſt eum in infinitum, ordine ſucceſſivo in forma &c.* = quando, & quomodò ſubſtitutioni vulgari convenire poſſint? Subſtitutio fideicommiſſaria ex quibus excludatur conjecturis? Clauſulæ = *ſalvo tamen, ut infra* = quid operentur? 124.

Camerinen. Succeſſionis.

VOTUM XVII.

Donatio inter vivos perpetua eſt, ac tranſitoria ad Donatarii heredes. Bona ad maternam hereditatem poſt fratris donatarii obitum reverſa fuiſſe, heredes aliorum fratrum nequeunt obtendere, ſtante pacto in diviſione cum his initâ, ab eiſdemque acceptatâ, quod Bona prædicta in cauſam Legitimæ, ipſi Donatario debitæ in Bonis Matris, cedere deberent. Bona nedum paterna, ſed etiam materna in diviſione fuiſſe comprehenſa, an, & quomodò ex proemialibus etiam inſtrumenti verbis valeat conſtare? 131.

Romana Immiſſionis.

VOTUM XVIII.

Reſtitutioni in integrum adverſus contrariam ſententiam, in judicatum tranſactam, quando locus eſſe nequeat? Immiſſio ut debeatur Subſtituto, venienti ex contraventione, & caducitate, ab herede incurſa, quæ requirantur: Et quando à ſubſtitutione in caſu obitus ad caſum contraventionis valeat nec ne inferri? Contraventio heredis, ex eo deſumpta, quod favore certarum perſonarum diſpoſuerit de Teſtatoris Bonis, in illas alienari prohibitis, evitari an poſſit, ſub obtentu, quod prohibitio hujuſmodi irrationabilis, proindeque minimè obligatoria cenſenda ſit, vel quod, cum nullus in caſu contraventionis datus fuerit ſubſtitutus, illa in ſimplex conſilium reſolvatur? Et quando hæc procedere dici queant, vel non? Contraventio itidem prædicta ſatis excluſa oſtenditur, quum ab Actore non probetur, nullas heredi, ceteroquin declaranti de *ſuis Bonis* diſponere, detractiones ſuper iiſdem Teſtatoris Bonis competiiſſe: Et ex quibus idem heres de ſuis potiùs, quàm de Teſtatoris Bonis diſpoſuiſſe cenſeri debeat? Inventarium an, & quando legitimè ab herede confectum dicendum ſit, omiſsâ etiam citatione alicujus ex intereſſe habentibus, deſcriptione rerum pretioſarum, nominumque Debitorum? Ab herede reddita ratio an & quando debeat præſumi? 136.

Romana Succeſſionis.

VOTUM XIX.

Mulier contraveniens conditioni ſibi impoſitæ alias non contrahendi nuptias, ab hereditate decidit; hæc autem heredi, in re certa, ac particulari inſtituto defertur. Et quid in iſtius concurſu cum heredibus ab inteſtato venientibus? 155

Romana Immiſſionis.

VOTUM XX.

Ex *Statuto Urbis* 146., utpotè agnationem in certis dumtaxat gradibus contemplante, Agnatus ultra eoſdem gradus fœminam proximiorem nequit excludere. Deſcendentia an, & quando ſatis probata dici queat? 158.

Montis Alti Legati.

VOTUM XXI.

Sub *filiarum* nomine in Legato, pro fœminis eligendis ex proximioribus Teſtatoris Conſanguineis relicto, non venire ulteriores remotioris Conſanguinei Deſcendentes, licèt ei proximioritatis prærogativa, ad reddendas ipſius filias nominationis capaces, tributa à Teſtatore fuerit, ex pluribus conſtabilitur; ſive nempè quia idem *filiarum* nomen *taxativè* adhibitum à Teſtatore appareat, pro-

proindeque ad ulteriores eaſdem Deſcendentes nequeat extendi; ſive quia extenſionem hanc non patiatur ſubjectæ materiæ ratio, Legati videlicet, ac diſpoſitionis, per modum privilegii factæ, quæ ſtrictiſſime interpretanda ſunt; nec verborum, quæ hic expenduntur, proprietas; nec demum veriſimilis Teſtatoris voluntas, variis demonſtrata argumentis, & conjecturis. 165.

Cavallicen. hereditatis.

VOTUM XXII.

Sub cenſura *L. hac edictali Cod. de ſecundis nuptiis* prohibentis, ne ſecundo Conjugi plus, quàm uni ex filiis prioris Matrimonii, relinquatur, non cadit diſpoſitio favore uxoris, tendens non ad ipſius, ſed filiorum, ex ea ſuſceptorum, commodum: Et, quatenus exceſſiva, non in totum, ſed in parte dumtaxat excedente corruit. 173.

Brittinorien.

VOTUM XXIII.

Filio, ab inteſtato ſinè Liberis decedenti, Mater, ſi ſola ex Aſcendentibus ſuperſtes ſit, in univerſum ſuccedit, concurrentibus etiam fratribus, aut ſororibus, quoties ex utroque latere non ſint conjuncti; Et quid de Legitima, ei debita in Bonis filii, cum teſtamento præmortui, quando ſcilicet tertia tertiæ vel tertia totius eſſe debeat? Uxori heredi uſufructuariæ, ex præcepto reſtituendi ejus filiabus omnia Bona, *che ſi troveranno in eſſere*, non cenſetur à Teſtatore impartita alienandi facultas. Mulieri poſt ſolutum morte viri Matrimonium competit electio Bonorum, ſuper quibus dotale creditum poſſit conſequi. Dotes filiabus Teſtatoris ſolutas, ejus uxor heres uſufructuaria detrahit ab illius hereditate; non ita filius, heres proprietarius. Impenſæ, & meliorationes ab uſufructuario factæ, an, & quando reficiendæ ſint? 177.

Florentina Diviſionis.

VOTUM XXIV.

Gravamen in Legitima impoſitum, ut ſuſtineatur, certa, atque individua illius ſcientia non requiritur, ſed ſufficit ejuſdem acceptatio tacita, ex aditione reſultans, quoties cautela *Soccini* fuerit ſervata, maximè ex diſpoſitione *Statuti Florentini*, nudum attendentis factum poſſeſſionis. Aditio ex quibus inducatur actibus? Et quid de proteſtatione eos gerendi, non adeundi animo, an nempè, & quando heredi ſuffragetur? Ex prædicto *Statuto*, heres, qui 15. poſt dies ab obitu Defuncti in poſſeſſione continuaverit, nequit allegare, ſe alio poſſediſſe titulo, ſtante etiam hereditatis repudiatione, niſi, hac præmiſsâ, hereditaria Bona ſibi non aliter, quàm auctore Prætore delata fuerint. Scientia gravaminis, quando in herede concurrere cenſenda ſit? Ex ſcientia partis ad ſcientiam totius quando, etiam in præjudicialibus, valeat inferri? 187.

Amalphytana.

VOTUM XXV.

Legato liberationis Adminiſtratori facto, idem nedum à Reliquatu adminiſtrationis, ſed ab alio etiam inſtrumentario debito liberatus quando per ſingulares etiam Teſtes, & ex quibus teſtamenti verbis, argumentis, & conjecturis oſtendi valeat? 214.

Romana Legati Mobilium.

VOTUM XXVI.

Sub Legato *omnium mobilium* num veniant ſola mobilia, & ſupellex, perpetuo Teſtatoris domus uſui parata; ſive potiùs comprehendantur etiam res omnes, quacumque ex causâ, tametſi temporariâ in eâdem Teſtatoris domo repertæ? In inventario ſolemni an, & quando poſſit heres deſcribere Bona mobilia, Legati jure uxori relicta, reluctante eâdem uxore Legatariâ? Legatum quando vel non cenſeatur uxori relictum ſub conditione reſolutivâ, ita quidem ut Legataria cautionem Mutianam exhibere non teneatur? 222.

Tyburtina ſucceſſionis, ſeu Recadentiarum.

VOTUM XXVII.

In Caſtris *SS. Gregorii*, & *Caſapis* antiquiſſima, eaque immemorabilis viget conſuetudo, per Statutum confirmata, ut in Bonis vaſſallorum ſinè legitimis heredibus decedentium Barones ſuccedant; qui nam autem ſint legitimi iſti heredes, quodve ſervetur diſcrimen inter illos, qui ab inteſtato, atque alios, qui decedunt teſtamento condito; Ad hanc autem probandam conſuetudinem perſpicuis hic allatis univerſalis Baro-

Baronum dominii monumentis, plurimiſque actibus, hæc omnia, nonniſi ad conſuetudinarium illorum jus referri poſſe demonſtratur: Sic etiam ejuſmodi conſuetudini ſubjectos etiam Clericos cenſendos eſſe, ex pluribus conſtabilitur. 232.

Romana Trebellianicæ.

VOTUM XXVIII.

Trebellianicæ prohibitio tacita neque ex contemplatione agnationis, neque ex conſtituto perpetuæ primogenituræ ordine, neque demum ex relatione habita ad aliam diſpoſitionem cum tali prohibitione factam, etiam inter tranſverſales, ſatis inducta oſtenditur; Et quando ex ejuſmodi prohibitione in poſteriori teſtamenti parte, nequeat ad ſuperiorem inferri nec per viam relationis, aut repetitionis, immò nec etiam per viam declarationis? 252.

Romana Fideicommiſſi ſuper Palatio.

VOTUM XXIX.

Teſtator an potuerit nec ne primogenituræ gravamen ſuper fideicommiſſo imponere, diſcutiendus cum fuerit propoſitus articulus, reſolvitur hìc, de illius poteſtate inquirendum non eſſe, ſtante acceptatione heredis; illudque propterea, ſive heres ſciverit, ſive ignoraverit, ſive æquivalens ei emolumentum relictum fuerit, ſive non, ab eodem, ac etiam ab ejus herede, licèt ex propria perſona ad fideicommiſſum vocato, impugnari non poſſe; Gravaminis acceptatio quoad heredem ex quibus inducatur: Et ex quibus Teſtatoris voluntas illum gravandi in re propria valeat deſumi? 261.

Avenionen. Hereditatis.

VOTUM XXX.

Hereditatis reſtitutionem, licèt verbis futurum tempus importantibus, cumque expreſſa cujuſcumque detractionis prohibitione à Teſtatore injunctam, ſtatim ab herede faciendam eſſe, nec dilatam in tempus ejus obitus cenſeri poſſe, variis hìc ad rem perpenſis argumentis, demonſtratur. Ad habitandum in certo Loco ex Teſtatoris præcepto, tendente in ipſius animæ favorem, Fideicommiſſarius poteſt omninò obſtringi, etiam non indictâ eidem caducitatis pœnâ. Quando autem præcepto ejuſmodi ſatisfactum dici valeat nec ne? 209.

Florentina Fideicommiſſi.

VOTUM XXXI.

Primogenitura, cujus inſtituendæ pro *deſcendentiâ* ſuperſtite » *in mancanza de ſuoi figliuoli, e loro diſcendenti maſchi, cioè quando ſi riduceſſe in una ſol linea ſopravivente* » facultatem Pater ſibi reſervavit in donatione inter vivos factâ uni ex filiis, ejuſque Deſcendentibus, adjectâ in eorum favorem perpetui fideicommiſſi lege; & quam deindè idem Pater in teſtamento inſtituit pro *deſcendentiâ*, ſeu lineâ ſuperſtite » *quando mancaſſero li detti ſuoi figliuoli, e che il detto fideicommiſſo da lui ordinato reſtaſſe in una ſol linea*, locum non obtinet, ſtatim, ac, mortuo altero Teſtatoris filio, unus ſuperſit, ſed poſtea quam Liberi omnes, ac deſcendentes filiorum Teſtatoris ad unicam perſonam fuerint redacti. 274.

Florentina Fideicommiſſi.

VOTUM XXXII.

Caducitatis pœnæ ipſo jure locum facit donatio, retento etiam uſufructu, ab herede gravato facta contra Teſtatoris præceptum, nec ignorantiæ prætextu is excuſatur, ſi de præcepto Teſtatoris in alterâ ſequenti donatione mentionem fecerit. Ad primogenituram admittuntur fœminæ, etiamſi Teſtator onus adjecerit aſſumendi nomen, & inſignia ipſius, & in præcedentibus ſubſtitutionum gradibus ſolos vocaverit Maſculos. 282.

Florentina Fideicommiſſi.

VOTUM XXXIII.

A primogenituræ ſucceſſione, ad quam Teſtator ultimo loco invitavit filios, & deſcendentes alicujus certo nobilitatis gradu præditos, & tempore delatæ ſucceſſionis viventes, excluduntur, qui eo nobilitatis gradu non polleant, tum etiam filius tertiogenitus, ejuſque deſcendentes, exiſtentibus ſive maſculis, ſive fœminis deſcendentibus à ſecundogenito, ante delatam ſucceſſionem præmortuo. 288.

FER-

Digitized by Google



FERDINANDI DE VALENTIBUS

S. Conſiſtorii, Fiſci, & R. C. Apoſtolicæ Advocati

DE ULTIMIS VOLUNTATIBUS

PARS ALTERA.

Florentina Succeſſionis.

Statutum Florentinum excludens fœminas propter Agnatos maſculos uſque ad ſextum gradum incluſivè, ſuffragari non poteſt Agnatis extra dictum gradum exiſtentibus, nec iſti proximitatem gradus deſumere poſſunt à Matre, licèt iſta ſit nupta in agnatione, quando ejus vir non eſt de Agnatis, intra gradus à Statuto contemplatos exiſtentibus.

VOTUM PRIMUM.

1 *Fœminæ æquè, ac Maſculi de jure communi ad ſucceſſionem veniunt.*
Servatá inter eoſdem proximitatis prærogativá intra decimum gradum, ibid., & num. 82.

2 Statutum Florentinum *ſororem, ejuſque filios excludit ab inteſtata ſucceſſione fratris, exiſtentibus ejuſdem filiis, nepotibus, ſive etiam fratribus, eorumque filiis, vel Patruo.*

3 *Idem* Statutum *in vim Reformationis anni* 1620 *extenſum fuit favore Agnatorum uſque ad ſextum gradum incluſivè*, & num. 4.

5 Statuta *fœminas propter Maſculos excludentia, etiam Maſculos ex fœminis excludunt.*
Tamquam à radice infecta procedentes, ibid., & num. 10.

6 *Filius quoad ſucceſſiones non debet melioris eſſe conditionis, quàm Mater.*

7 *Plus virtutis, quàm ſit in cauſa, in cauſato eſſe, repugnat.*

8 Statuto *propter Agnatos Matrem excludente, non attenditur Cognatorum proximitas ex parte Matris*, & num. 45.

9 *Matre à Statuto excluſá, etiam filii excluſi ſunt cenſendi.*
Qui, nonniſi tamquam Matris imagines, poſſunt venire, ibid., & num. 10.

11 *Matris incapacitas nequit obeſſe filiis jure proprio ad ſucceſſionem venientibus.*

12 Statutum Florentinum *agnationis contemplatione editum eſt.*

13 Statutum *reſpiciens favorem agnationis, Maſculos dumtaxat ex Maſculis comprehendit.*

14 *Per fœminam agnatio corrumpi dicitur, & generari cognatio.*
Cum illa familiæ ſuæ caput, & finis ſit, ibid., & num. 51.

15 *Ad ſucceſſionem ſolis Agnatis à Statuto vocatis, Maſculi ex fœminis nequeunt admitti.*

16 Statuto *requirente agnatitiam qualitatem intra certum gradum, hanc Maſculi ex fœminis ultra talem gradum exiſtentes mutuare nequeunt à Patre.*
Sed pro Extraneis habentur, ibid.

17 *Succeſſionis ad Agnatos ex* Statuto *deferendæ jus à conſanguinitate, & prædilectione metiendum, Jura voluerunt.*
Eamque ad perſonas ultra decimum gradum non extendi, ibid.

18 *Vinculum quodcumque ſanguinis in perſonis ultra decimum gradum, abolitum præſumitur.*

19 *Ex conjunctione ſanguinis ſucceditur ad decimum uſque gradum.*

20 *Agnati ad decimum uſque gradum dicuntur.*

21 *Maſculi ex fœminis, reſpectu Pàtris, veniunt Agnatorum nomine.*

22 *Maſculi ex fœminis ultra ſextum gradum, nequeunt ex perſonaPatris venire nomine Agnatorum intra eumdem gradum à Statuto vocutorum.*

23 *Agnati ultra gradum à Statuto conſideratum, pro Agnatis non habentur, ſed pro Extraneis.*

Deficere enim in iis dicitur qualitas à Statuto requiſita, num.26.

24 *Fœminæ à* Statuto *excluſæ propter Agnatos certi dumtaxat gradus, his non extantibus, redeunt ad ſucceſſionis jura.*

Præſertim, ſi ulteriores Agnati, tamquam Extranei, à Statuto habeantur, ibid.

25 Statutum *ulteriores Agnatos, quos à Fiſco excludi voluit, pro Extraneis cenſetur habuiſſe.*

27 *Agnatitiam qualitatem in ſuos nequit quis tranferre, niſi talem, qualem habet*, & num. 30.

28 Statuto *requirente agnatitiam qualitatem intra certum gradum, conſtituere hunc nequeunt Maſculi ex fœmina nupta in familia.*

29 *Ad Agnatos reſtricta vocatio, Cognatis nequit prodeſſe.*

31 *Succeſſio per gradus deferenda, de uno in alium gradum debet decurrere.*

Uno autem non poſito, aliorum non datur graduum continuatio, ibid.

32 *Gradus incapacitas, quæ in Patre eſt, conſideratur & in filiis.*

33 *Maſculi ex fœmina ad conſtituendum agnationis gradum à* Statuto *contemplatum juvari poſſunt duplici vinculo, Matris nempè proximitate, atque agnatitiâ qualitate Patris.*

Et quando ſecus: num.34., & ſeq.

34 *Ad conſtituendum agnationis gradum à* Statuto Florentino *contemplatum impertinens eſt maternum vinculum*, & num.70.

35 *Vinculi duplicitas non prævalet, altero comperto inefficaci.*

36 Statutum *vocando Agnatos, conjunctionem ex parte non Matris, ſed Patris conſideraſſe dicitur.*

37 *Graduum dinumeratio, ex Statuto agnationem contemplante, à perſona Patris facienda eſt.*

38 Statuto *agnationem contemplante, quodcumque ex ea non proveniens vinculum, extraneum reputatur.*

39 *Nullaque haberi poteſt ratio vinculi ex parte Matris.*

40 Statuto *propter Agnatos excludente Matrem, nullum cenſetur poſſe à Matre efformari vinculum favore filii.*

41 *Excluſáque Matre, filii eò magis excluſi ſunt cenſendi.*

42 *Sanguinis conjunctio major in Matre, quàm in filiis eſt.*

Et minor in filiis, quàm in Matre proximitas concurrit, ibid.

43 Statutum *fœminas, Cognatoſque excludendo favore Agnatorum, cenſetur agnationem dumtaxat contemplaſſe, Cognatis penitus neglectis, ac Matris vinculo*, & num. 44. 46., & 47.

44 *In ſucceſſione ex* Statuto *deferenda illud dumtaxat attenditur vinculum, quod Statuentes voluerunt.*

45 *Duplici autem ſimul concurrente vinculo, non ideò validius unumquodque efficitur, ſed ſuas qualitates retinet*, & vid. num.61., & ſeq.

46 Statuto *Agnatis Cognatos præferente, non icircò frater utrinque conjunctus præfertur Conſanguineo, ſed utrique ſimultaneè ſuccedunt.*

47 *Frater utrinque conjunctus, agnatus, & cognatus; conſanguineus, tantùm agnatus nuncupatur.*

48 *In feudo, & emphytheuſi maſculina frater utrinque conjunctus fratrem conſanguineum non excludit, ratio* num. ſeq.

49 *In feudo, & emphytheuſi maſculina ſola ſpectatur agnatio.*

50 Statutum *utrumque ſimul requirens qualitatem, maſculinam, & agnatitiam, non comprehendit venientes ex latere Matris*, & num.59.

51 *Fœmina non parit Deſcendentes agnatos, ſed Aſcendentes, & Tranſverſales dumtaxat agnatos habet.*

52 *Filii ſequuntur agnationem, & familiam Patris, non autem Matris.*

53 *Fœmina familiam ſuam non propagat.*

54 Sorores *dicuntur, quaſi ſeorſim naſcantur à familia noſtra.*

55 *Maſculi ex fœminis de eadem familia cum Defuncto, non tamen intra ſextum agnationis gradum à* Statuto Florentino *contemplatum, ejus vigore nequeunt venire.*

56 Sorores, *earumque filii à* Juſtiniano Imp. in leg. meminimus §.Cum igitur Cod.de legit. hered., *inter Agnatos adſciſcuntur.*

57 *Intellige de Agnatis impropriè acceptis.*

58 Statutum *præferens Agnatos, de verè, & propriè Agnatis intelligendum eſt.*

59 *Infectis primitivis, infecta etiam cenſeatur derivativa.*

60 *Agnatitia qualitas ultrà gradus à* Statuto *contemplatos, nullum jus tribuit ſucceſſionis.*

61 *Duplex vinculum, ſeù qualitas tunc ſufficit ad ſuccedendum, cum unaquæque ſufficiens eſt, ſeorſim ſumpta.*

62 *Ex duplici extremo inhabili medium habile nequit conſtitui.*

63 *Ex duplici vinculo, agnatitio, atque cognatitio præferendum remotiorem eſſe, ſuſtinent nonnulli.*

64 *Horum opinio procedit, quando is de genere vocato exiſtat*, & num.65., & ſeq.

65 *In majoratibus, & fideicommiſſis agnatitiis gradus proximitas ex latere Matris nuptæ uni de familia, prælationem tribuit Agnato remotiori.*

66 *Hæc opinio inter Doctores controverſa eſt.*

67 *Qui tamen affirmant, agunt de fœmina, quæ uni ex proximioribus de genere vocato nupta ſit.*

Sive quando verba Diſponentium non excludunt perſonam Matris gradum conſtituentis, num.77.

Ro-

Rodoer in Commentar. ad pragmat. 33. de feud. cap. 6., & 7. *opinio declaratur* num. 71., & 72,

Sic etiam Curt. jun. conſ. 1., Jaſon. conſ. 17. lib. 3., Soccin. Campegg. apud Albert., Brun. conſ. feud. num. 9. 10., & 11., *num.* 75., & 76.

68 *Mater, ſi cui ex familia de genere non vocata nupſerit, poſſe filium proximitatem ab ea metiri, nemo, qui affirmet, eſt.*

71 *Fœmina nupta in familia, ad feudi ſucceſſionem reſtituitur vigore gratiæ excluſionem limitantis ad fœminas extra familiam nuptas.*

72 *Intellige, ſi uni ex vocatis nupſerit.*

73 Statutum Florentinum, *excluſis fœminis, vocat non* familiam, *ſed* Agnatos maſculos.

74 Familiæ *vocatio à ſimplici* Agnatorum *vocatione multùm diſtat.*

76 *Feudi naturam immutat dictio* = quibuſcumque; =

Atque inhabilitatem aufert à deſcendente ex fœmina, ibid.

78 *Agnatio ſi reſtrictivè ad certum gradum vocata ſit, habita dicitur ratio proximitatis gradus ex latere Agnati.*

Atque excluſus gradus Matris, ibid.

79 *In feudis, & fideicommiſſis Maſculus ex fœmina excluſa, Agnatis vocatis nequit præferri.*

80 *Favore Maſculi ex fœmina nupta in familia interpretatio ſumenda eſt ad excluſionem Subſtituti remotioris.*

81 *Proximior ſuccedere debet, excluſo remotiore.*

82 *Idque ex pietatis conjectura à jure conſiderata; ſecus, quando illa ceſſat.*

83 *Fœminas propter Maſculos ſexti dumtaxat gradus* Statutum *excluſiſſe cenſetur, ſi ulterioris gradus Maſculos à Fiſco excludi voluit.*

84 Statuti *agnationem contemplantis vocatio reſtricta ad certum Agnatorum gradum interpretanda eſt favore etiam Maſculi ex fœmina Agnato remotiori nupta.*

85 *Intellige, ſi nupſerit Agnato de vocatorum genere.*

86 *Tunc enim impleta dicitur Statuentium mens conſervandi Bona in agnatione.*

87 *Agnationis conſervandæ ratio non ampliat, neque extendit Statutum Juris communis correctorium.*

88 *Agnationis conſervandæ ratio ſolùm in gradibus, & perſonis expreſſis attendenda eſt.*

89 *Nec ultra eas extendit Maſculorum excluſionem, ac fœminarum incluſionem.*

90 Statutum *fœminas propter Maſculos certi dumtaxat gradus ab ipſo expreſſos, non propter ulteriores Maſculos cenſetur excluſiſſe.*

91 *Sed potiùs quoad iſtos ſe conformaſſe diſpoſitioni Juris.*

92 Statutum *ità ſemper interpretandum eſt, ut minùs, quàm fieri poteſt, jus commune lædatur.*

93 *Rejectâ quacumque extenſione de caſu ad caſum & de perſona ad perſonam, etiam ex majoritate rationis.*

94 *Caſus incogitatus, & omiſſus à* Statuto, *ſub Juris communis diſpoſitione remanet.*

95 *Agnationis conſervatio reſultans ex quo fœmina in familia nupſerit, caſus mixtus, atque inſolitus debet dici.*

96 *Minimèque comprehenſus ſub Statuto agnationem contemplante.*

97 *Maſculi ex fœmina nupta Extraneo deſcendentes, excluduntur à* Statuto, *ergo includuntur Maſculi ex fœmina Agnato nupta, non valet argumentum, & quare?* num. 98.

98 *Argumentum à contrario ſenſu non habet locum in Statutis.*

99 *Præcipuè, quum tendit ad correctionem, & Juris communis derogationem.*

100 *Gradus proximitas à cognatione, tàm jure, quàm Statuto reſiſtente, nequit metiri.*

MAGNIS Auctoribus tractatam Provinciam poſtremus omnium non libens aggredior: Quippe tantâ ſubtilitate à Scribentibus Cauſa Illuſtriſſimorum DD. Fratrum de Ricaſolis tractata eſt; contra verò tantâ rationum, atque argumentorum ſoliditate, tantâque Doctrinarum copiâ jura Illuſtriſſimæ D. Magdalenæ de Ricaſolis del Sera conſtabilita ſunt, ut, ſi quid ingenii, quod ſentio, quàm ſit exiguum, aut, ſi qua ſcribendi, dicendique exercitatio, aut demum, ſi harum rerum ratio aliqua à Forenſi ſtudio profecta in me ſit; nihil tamen afferre poſſe ſperem, quod jam ab aliis ſummo ingenio perfectum, mirâque induſtriâ elaboratum non fuerit. Quamobrem rem animo revolvens meo, reputanſque, me operæ pretium minimè facturum, ſi leviora quædam ſuperaddendo adminicula, aut improbo labore à Scriptoribus, qui uberrimè quæſtionem enuclearunt, quædam alia mutuando, nullum ferè momentum Cauſæ allatura, ſcribendi munus uti defenſor ſuſciperem; minùs abs re fore putavi, diligenter examinatis Collitigantium juribus, eiſdemque ſedulo ſtudio perpenſis, meum qualecumque judicium proferre, ſententiamque pro veritate dicere.

Quæſtio itaque, quæ examinanda proponitur, eò pertinet; an ſcilicet ad inteſtatam ſucceſſionem Dom. Baronis Braccii de Ricaſolis ſimultaneè admitti debeant tàm Ill.ma D. Magdalena de Ricaſolis del Sera Defuncti ſoror, quàm Ill.mi DD. Baron. Bettinus, & Abbas Octavianus de Ricaſolis filii D. Caſſandræ Ricaſolæ alterius germanæ Sororis d. Dom. Baronis Braccii jam prædefunctæ, vel potiùs, illâ excluſâ, hi univerſam Avunculi hereditatem, ad ſe transferre poſſint?

Si Jure Communi res ageretur, quæſtio omnis conticeſceret: nam, ſublatâ ab eo penitus qualibet ſexus diſtinctione, & differentiâ, fœminæ æquè, ac Maſculi ad ſucceſſionem admittuntur, b inter eoſdem ſervatâ dumtaxat prærogativâ proximitatis, intra decimum gradum metiendæ, juxtà *novellas Juſtiniani Conſtitutiones* 118. & 127.

Negotium tamen faceſſere videntur Leges Municipales, quippè Statutorum Florentinorum a *Lib.* 2. *Rubricâ* 130. ſancitur = *Nulla mulier, vel*

*vel ejus filii, vel filiæ ſuccedere poſſint alicui fra-
tri d. mulieris ab inteſtato, ſi d. ejus fratri filius,
vel filia, vel filiæ nepos, vel nepotes ex eis, frater,
aut fratres, filius, aut filii, maſculus, vel ma-
ſculi ex dicto fratre, vel fratribus, vel Patruus* =
Quam ſtatutariam Conſtitutionem ampliavit re-
centior Reformatio edita Anno 1620., ità diſpo-
nens = *Decretum, & ſancitum fuit, nedum exi-
3 ſtentibus perſonis in dicto capite Statuti, quod eſt
ſuperius recenſitum, nominatis, ſed etiam exiſten-
tibus Agnatis maſculis uſque ad dictum ſextum
gradum incluſivè, ab hereditate, ab inteſtato ſororem
omninò excluſam fore &c.* =

Iſtiuſmodi Statuti, & Reformationis vigore præ-
fati DD. Baro Bettinus, & Abbas Octavianus re-
pellere ſatagunt D. Magdalenam, ſubtili argu-
mentatione ità ratiocinando. Excluſio fœmina-
rum ab inteſtata hereditate fratris per Statuentes
ſancita favore dumtaxat certarum perſonarum,
à nova Reformatione extenſa fuit favore Agnato-
4 rum uſque ad ſextum gradum incluſivè. Atqui
ipſi pollent qualitatibus à Reformatione requiſitis,
cum ſint Maſculi agnati, &, ſi inſpiciatur perſo-
na Caſſandræ Matris, tertio proximitatis gradu
Defuncto conjunguntur: Ergò ipſis debetur illius
hereditas, poſthabitâ *D.* Magdalenâ ejuſdem So-
rore, utpotè literaliter excluſâ à Statuto: hanc-
que argumentationem confirmare conantur cum
auctoritatum adminiculo, tum etiam rationum
momentis fuſiſſimè explicatis in plurimis èlucu-
brationibus ſummâ diligentiâ, atque ſubtilitate
elaboratis.

Verùm fruſtrà conatus omnes impenſos credi-
mus, cum modus iſte argumentandi adverſetur
regulis omnibus, quibus utimur in ſucceſſionibus,
jure ſtatutario ad excluſionem fœminarum defe-
rendis Agnatis, atque etiam repugnet literali, ac
germano ſenſui Statuti, atque Reformationis mox
relatæ.

Veteri enim ſermone, atque omnium ore trita
5 eſt regula illa, quâ traditur, Statuta excludentia
fœminas propter Maſculos excludere etiam De-
ſcendentes maſculos ex fœminis, utpotè prode-
untes ex radice infecta, juxtà ea, quæ poſt alios
antiquiores docuerunt *Decius in leg. venio nu. 7.
Cod. de in jus vocando*, optimè *Caſtren. in leg.
Gallus §. Nunc de leg. in fin. ff. de liber. & poſth.,
Bald. conſ. 40. incipien. quidam magnus col. ultim.
lib. 3., Pariſ. conſ. 72. n. 8. lib. 4., Grat. conſ. 54.
num. 15. lib. 2., Surd. conſ. 85. num. 10. §. Atta-
men verſ. cum igitur mater, Menoch. conſ. 172.
num. 10., & conſ. 318. num. 21., Brun. in tract.
quod ſtantibus maſculis fœmina non ſuccedat art. 6.
num. 91., de Marin. reſol. quotid. lib. 2., reſol. 126.
num. 28. 29. & 30., Card. de Luc. de ſucceſſ. ab
inteſt. diſc. 14. num. 7.*

Et obvia quidem, vivaque ſuppetit ratio non
6 ſinens, Maſculum ex fœmina in ſuccedendo me-
lioris eſſe conditionis, quàm ſit ejus Mater; ex
cujus perſona jus ſuum metitur: quoniam non
minùs à naturali, quàm à civili ratione abhorret,
7 plùs virtutis eſſe in cauſato, quàm ſit in ipſa cau-
ſa efficiente, & in ipſo principio, à quo veluti à
radice ſua promanant Jura ſucceſſionis, ad *Text.
in leg. ſi vivâ matre Cod. de bon. matern., Bartol.
in leg. 1. ff. de Senat., Bald. in leg. quod verò ff. de
legat. in cap. 1. §. Huc autem de his qui feud. dar.
poſſ., Dec. conſ. 85. in fin., conſ. 471. num. 7., Me-
noch. conſ. 318. num. 22. & 23., Surd. d. conſ. 85.
nu. 10., Card. de Luc. de ſucceſſ. ab inteſt. d. diſc.
14. num. 7., de Philip. diſſert. fiſcal. 38. num. 41.
& 42., Prat. diſcept. 4. nu. 3. lib. 1., Rocc. ſelect.
jur. cap. 2. num. 29. & plurib. ſeqq.*, & optimè
hic confert, quod docuit *Caſtrenſ. in leg. illam
num. 8. in fin. C. de collat.*, qui agendo de Statuto
diſponente, quod, exiſtentibus Agnatis, Mater 8
non ſuccederet, cum quæreret, an hujuſmodi
Statutum locum haberet, quando extant Cogna-
ti, & proximiores, qui de Jure Communi exclu-
derent Agnatos, diſtinguendo, negativè reſpon-
dit = *Si Cognatus ille erat Defuncto conjunctus
mediante perſonâ Matris, eo quod, ſicuti Mater
eſt excluſa, ità etiam excluſus eſt ille Cognatus,
ſiquidem, excluſâ Matre, excluſi cenſentur omnes
ab ea dependentes* =, & *Caſtren.* ſecuti ſunt ibi-
dem *Dec. num. 13. verſic. prima eſt, Soccin. ſen.
conſ. 28. num. 13. verſic. octavo hanc lib. 4., Brun.
in dicto tract. quod ſtantibus maſculis art. 6. n. 92.*;
Cum itaque, excluſâ Matre, excluſi etiam cenſen- 9
di ſint filii, qui, nonniſi uti Matris imagines jura
ſucceſſionis, repræſentare poſſent, conſequens
eſt, quod, ſi Caſſandra lege municipali exclude-
batur, ejuſdem vigore repellendi quoque ſint ejus
filii, quia Matris imagines, quia remotiores,
quia profecti à radice infecta, quia major virtus,
& potentia, quàm ſit in ſua cauſa, eſſe nequit in
cauſato; iniqua alioquin eſſet diſpoſitio ſtatuta-
ria, juxtà quam ad ſenſum Partis Adverſæ con-
tingere potuiſſet, quod, ſi adhuc in humanis eſſet 10
D. Caſſandra, D. Adverſarii, excluſâ Matre, Avun-
culo ſuccedere potuiſſent, quod abſurdum eſſe, in
terminis firmant *Caſtrenſ. conſ. 91. lib. 2., Bellon.
conſ. 2. num. 80.*

A qua regula minimè recedendum eſt in noſtra
hypotheſi eo ſub obtentu, quod præfati D. Fra-
tres de Ricaſolis ſint Maſculi agnati tertio proxi-
mitatis gradu conjuncti Defuncto, ideoque inca- 11
pacitas Matris efficere nequeat, quin filii præditi
qualitatibus omnibus à Statuto deſideratis, ex pro-
prio jure, & perſona ad ſucceſſionem adſpirare
poſſint. Nam, licèt DD. Adverſarii ſint Maſcu-
li, attamen non ſunt de Maſculis à Statuto voca-
tis, cum illud indifferenter fœminas non excludat
favore omnium Maſculorum, ſed ſolummodò
favore Maſculorum ex Maſculis; Statuentes
ſiquidem non ſimplicem qualitatem maſculini- 12
tatis, ſed, ad ſenſum etiam DD. exadv. Scri-
bentium, & ut, fuſiſſimè probatum eſt tum in
tot aliis reſponſis editis pro D. Magdalena, tum
etiam in Motivo D. Marioni, agnationem con-
templati fuerunt, *Maſculos agnatos* uſque ad ſex-
tum gradum incluſivè vocando ad excluſionem
Matris: quoties verò à Statuentibus habita fuit 13
ratio agnationis, Maſculos tantummodo ex Ma-
ſculis, non autem ex fœminis eſſe comprehenſos,
concors eſt opinio Doctorum, ut videre eſt apud
*Molin. de Primogen. lib. 3. cap. 5. ſub num. 47.,
Bellon. jun. conſ. 73. num. 1., Fuſar. conſ. 34.
num. 10.*

num. 10., *Andreol. contr.* 344. *num.* 5., *Caſtill. contr. lib.* 5. *cap.* 65. *num.* 20., *Caren. reſol.* 128. *num.*31., *de Philipp. differt. fiſcal.*38. *num.*15. & *ſeqq.*, *Rodulphin. alleg.*173. *num.* 3., *Rota coram Buratt. deciſ.*454. *num.* 2., & *per tot.*, *in recent. dec.*34. *num.*12. *part.*8., & *dec.*69. *n.*19. *part.*17.,
14 ob eam rationem, quia per fœminam corrumpi dicitur agnatio, & generari cognatio, cum illa familiæ ſuæ & caput, & finis ſit, *leg. pronunciatio* 195. *in fin. ff. de verbor. ſignificat.*, & ad rem noſtram ponderant præcitati Doctores; ideoque filii Caſſandræ, utpotè Maſculi ex fœmina, non dicuntur Maſculi ex Maſculo, & in eis deſideratur agnatitia qualitas volita à Statuto, ut admitti
15 poſſint ad eam ſucceſſionem, ad quam ſoli Agnati invitantur, ut in ſpecie docuerunt *Bellon. jun. conſ.* 2. *num.* 72. *uſque ad fin.*, *Raudenſ. conſ.* 3. *n.*25. & *ſeqq. lib.*1., *Rucc. ſelect. cap.* 2. *nu.*42., *Rot. dec.*14. *num.* 16. & *ſeqq. coram Dunoz. jun.*, *quæ eſt dec.*84. *part.*5. *rec.*

Neque verò iſtiuſmodi qualitatem, quam iidem à Matre accipere nequeunt, à Patre mutuare poſſunt, eò quia Statutum non vocat qualeſcumque Agnatos, ſed illos tantum, qui intra ſextum gra-
16 dum comprehenduntur. Quamobrem, cum, inſpecto communi ſtipite, præfati D. Fratres per decem, & octo gradus diſtent à Defuncto, nullam agnatitiam qualitatem deſumere poſſunt ex perſona Patris, ſed pro Extraneis à Statuentibus habiti fuerunt: nam, cum agitur de ſucceſſionibus non ex diſpoſitione hominis, ſed ex cenſura Le-
17 gum municipalium ad Agnatos transferendis, jura noſtra rem in infinitum porrigi noluerunt, ſed, poſthabitâ graduum infinitate, metita fuerunt jus ſuccedendi à conſanguinitate, & à veriſimili prædilectione in ea fundata, cenſueruntque, utramque ultra decimum gradum non eſſe exten-
18 dendam, cum inter perſonas ulterioris gradus quæcumque vincula reſoluta, ac quæcumque charitas oriens ex ſanguinis ſui prædilectione penitùs abolita præſumatur, ad *Text. in leg. non facilè* 4. *in princ. ff. de grad. & affinib.*, *Gloſſ. in novell.* 118. §. *Si autem*, *Jaſon. in leg. certum Cod. undè legitimi*, & *undè cognati num.* 3., *Gloſ. in cap. poſtremo in princ. extrà de appellat.*, *Barboſ. in d. cap. num.*7., ubi, quod, ſanguinis conjunctio durat uſque ad decimum gradum, &
19 quod uſque ad illum gradum ſucceditur, & eo uſque affectio deſcendit, *Azo in ſum. inſtit. C. de legit. hered. num.*10., *Dec. conſ.* 321. *nu.*2. & 3., *Paul. de Caſtr. conſ.*383. *nu.* 3., *Fuſar. conſ.* 107. *num.* 11., *Simon. de Pret. de interpret. ultim. volunt. lib.*3. *ſolut.*11. *num.*12. & 13. *fol. mihi* 288., ubi abſolutè tradit, quod Agnati dicuntur uſque
20 ad decimum gradum, computandum ſecundùm Jus Civile, *Mart. de ſucceſſ. legal. part.*3. *quæſt.*2. *art.*2. *nu.*2. 3., & *n.*9., *Fuſar. de ſubſt. quæſt.*381. *nu.* 5. & 6., *Carol. Anton. de Luc. de linea legal. vol.*1. *art.*15. *num.*30. *verſ. convenit &c.*, optimè *Manſ. conſult.*453. *num.*33., & *conſult.*455. *nu.*4. & *ſeqq.*, *Rot. dec.*190. *n.*1. & *ſeqq. part.*11. *rec.*;
21 Quocirca præfati D. Fratres retinebunt quidem Agnatorum nomen, quod nempe ab ultimi Genitoris ſanguine, quaſi à fonte quodam memoriæ, proficiſcantur, *d. leg. pronunciatio* 195. *ff. de verbor. ſignif.*, ſed idem inutile erit, ut frui poſſint beneficio Statuti, quod vocando Agnatos intra 22
ſextum gradum, reliquos pro Extraneis habuiſſe cenſetur, per ea, quæ tradunt *Decian. reſp.* 21. *num.*41. *lib.*2., *de Luc. de ſucceſſ. diſc.*10. *num.* 3. & 4., *Rota in rec. dec.*301. *num.* 1. *part.* 16., Agnati enim exiſtentes ultra gradum à Statuto con- 23
ſideratum, non reputantur pro Agnatis, *Cepoll. conſ.*43. *num.*2., *Cephal. conſ.* 614. *num.* 12., *Pedroch. conſ.*40. *n.*305., *Manſ. conſult.*453. *n.*33., & *conſult.*455. *num.*3. *verſ. ſed in hoc* & *ſeqq.*

Eòque certius hæc procedunt in caſu noſtro, quia nec Statutum, nec illius Reformatio perpetuam fœminarum excluſionem indixerant; Primum enim fœminas, earumque filios, & Deſcendentes repellebat favore fratris, ejuſque filiorum, & Patrui. Secunda uberiùs agnationis conſervationi conſulendo, fœminarum excluſionem extendit favore Agnatorum uſque ad ſextum gradum incluſivè, quo fit, ut ulteriorum graduum Agnatis, ex cenſura Statuti, jus nullum ſucceſſionis tributum dici queat, ſed, illis poſt- 24
habitis, ſucceſſio præſervata dicenda ſit fœminis, quæ, utpotè excluſæ contemplatione Agnatorum certi gradus, his non exiſtentibus, redeunt ad jura ſucceſſionis illis debitæ, ſiquidem ceſſaſſe dicitur impedimentum eam adimens fœminis, de Juris Communis cenſura ceteroquin ſucceſſuris, *Ruin. conſ.*189. *num.* 4. *lib.* 2., *Angel. conſ.* 382. *num.* 12. & 13., ubi de noſtro Statuto, *Albert. Brun. de ſtatut. ſucceſſ. art.* 10. *num.* 23. *fol. mihi* 215., *Vela differt. jur.*49. *num.*69., *Roxas de incompatib. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 307. & *ſeq.*, *clar. mem. Card. de Luc. de ſucceſſ. ab inteſt. diſc.* 10. *num.*3. & 4., *Palm. deciſ. Lucenſ.* 210. *num.*25., *Rot. dec.*172. *num.*8. & 9. *part.*14. *rec.*

Idque validiſſimè confirmatur ex eo, quod, poſtquam Statutum, excluſis fœminis, vocaverat Agnatos ſexti gradus, idem conſiderans caſum, quo nulli amplius adeſſent Agnati, ſive Cognati, qui Defunctum per octavum gradum, juxtà Juris Communis cenſuram dinumerandum at- 25
tingerent, excluſis ceteris proximioribus noni, & decimi gradus, ſucceſſionem tranſtulit ad Fiſcum. Si igitur Statuentes Agnatis ſeptimi gradus ceteros omnes proximiores prætulerunt, & ceteros tum Agnatos, tum Cognatos noni, & decimi gradus à Fiſco excludi, voluerunt, jure meritòque affirmamus, nullam rationem habuiſſe Agnatorum omnium excedentium ſextum gradum, ſed eoſdem pro Extraneis reputaſſe.

Patet itaque ex his omnibus, filios Caſſandræ, tamquam deſtitutos qualitatibus à Statuto volitis, excludere minimè poſſe D. Magdalenam Baronis Braccii jam prædefuncti ſororem, quia, ſi juxtà toties repetita dictæ Reformationis verba, *exiſtentibus Agnatis maſculis uſque ad ſextum gradum incluſivè, ab hereditate ab inteſtato* ſoror excluditur; illi ſtatutariæ ſucceſſionis ju a nullo ex capite deſumere poſſunt. Venire enim nequeunt uti Agnati, quia agnatitia qualitas à S: ituto con- 25
ſiderata intra ſextum gradum, deficere dicitur in Agnatis per decem, & octo gradus à Defuncto

di-

diſiunctis, qui proindè agnatitiam qualitatem,
27 nonniſi talem, qualis in ipſis reperitur, tranſ-
mittere poſſunt in filios.

Prout etiam venire nequeunt tamquam Maſcu-
li nati ex Caſſandra Matre nupta in familia, &
ex hujus perſona Defuncto in tertio conſangui-
28 nitatis gradu conjuncti, quia, uti Maſculi ex
fœmina, excluduntur, nec conſtituere poſſunt
ſextum agnationis gradum, ut optimè notant
*Soccin. ſen. conſ.151. num. 9. vol. 2., Leon. conſ.
23. num. 28., Bellon. conſ. 2. num. 72., & ſeqq.,
Menoch. conſ.172. num.12., Alberg. penes Faſar.
conſ.18. num.11. verſ. 4.*, egregiè *Ruggerius conſ.
37. nu. 24. tom.2.*, ibi = *aut iſti Amitini ex cogna-
tionis capite venire præſupponunt, prout verè in
quarto cognationis gradu, ut ſupra dictum eſt, aſ-
ſeruntur, & clarè ipſos Teſtatori cognatos eſſe,
quamvis Amita agnata eſſet, &c. & hoc in caſu
ipſos hac in ſucceſſione introducere velle prorsùs fa-
tuum eſſet, cum à Teſtatore non Cognati, ſed Agna-
ti maſculi ſint vocati, & propterea, etſi in cogna-
29 tionis genere gradu proximiores ſint, hoc tamen
ipſis non prodeſſe, perſpicuum eſt, cum non cogna-
ti, ſed Agnati maſculi proximiores vocati à Teſta-
tore fuerint, aut modò tamquam de familia, &
ita ut agnati venire intendunt, & hoc caſu plura
obſtant, primò quia, ut Excellentiſſ. Burſat. ex
conſil. Succ.40. inter. Curt. Sen. conſil., Pariſ. conſ.
51. num.10. col.2., & D. Menoch. conſ. 30. num.
27. cum ſeqq. dixit: iſta ſimul ſe habent, quod duæ
ſint familiæ eodem cognomine nominatæ, & tamen
inter ipſos nulla ſit conjunctio. Obſtat ſecundo,
quia, eo etiam conceſſo, quod ſcilicet, ut verius
eſt, eadem ſit origo, tot gradibus à Teſtatore Ami-
tini iſti diſtant, ut in gradu ſucceſſibili procul du-
biò minimè dici poſſint* = hæc Auctor prælaudatus,
*Theodor. alleg.86. num.6., Rocc. ſelect. Jur. cap.
2. num.13. & 24.*, optimè *Rota deciſ.84. à num.
14. ad 18. part.5., & deciſ.89. num.8. part.6., &
deciſ.53. num.4. & 5. part.7. rec.*

Statutum ſiquidem requirit gradum cum maſ-
culina, & agnatitia qualitate conjunctum; quo-
circà, deficiente in D. Caſſandra hac qualitate,
30 ſicuti ipſa ex ſua perſona non poterat aliquem
gradum conſtituere, ita etiam ab eadem gradum
dinumerare nequeunt ejus filii. Cum enim ſuc-
ceſſio deferenda per gradus, de uno gradu in
alium, decurrere debeat, ſequitur, quod, ſi
31 terminus, à quo gradus incipere debet, gradum
nullum conſtituere poteſt, nulla quoque graduum
continuatio dari poteſt in perſonis ab eodem ter-
mino derivantibus, eò, quod deficere dicatur
principium, à quo illa inchoanda eſſet: ita in
ſpecie *Bald. in cap.1. de ſucceſſ. fratr., & grad.
ſucced. in feud.*, benè *Caſtrenſ. conſ. 421. quod
iſta mater col.2. verſic. Secundò ſic lib.1., Soccin.
Jun. conſ.69. num.27. lib.3., Rot. deciſ.53. num.
5. part.7. rec., & in Romana, ſeu Firmana Suc-
ceſſionis 26. Februarii 1698. §. Alia verba circa
32 fin. coram R.P.D. meo Mato*, ibi = *undè eadem
incapacitas graduum, ſive ſucceſſionis, quæ eſt reſ-
pectu Patris ex uno latere conjuncti, ſtatuitur etiam
reſpectu filiorum* =, inter recollect. à *Palm. deciſ.
291. num.7. verſus finem.*

Nec ex eo, quod D. Caſſandra nupſerit uni ex
familia de Ricaſolis, illius filii metiri poſſe di- 33
cuntur proximitatem à Matre, & agnatitiam qua-
litatem mutuare à Patre, ideoque vigore dupli-
cis, & validioris vinculi excludere D. Magda-
lenam amitam: quia duplicitas vinculi non præ-
valet, cum illorum alterum impertinens à Sta-
tuto reputetur, quale eſt maternum vinculum, 34
juxtà concordantes auctoritates uberrimè cumu-
latas in Motivo D. de Marionis *§. Et conſequen-
ter*; ideoque iſtud, ſicut per ſe ſpectatum, nihil 35
operari poſſet, ita pariter nullum præſtat auxi-
lium junctum cum alio. Excluſâ itaque Caſſan-
drâ eorum Matre, tamquam feminâ, ob Statutum
ad ſucceſſionem vocans Agnatos maſculos uſque
ad ſextum gradum, maternum vinculum uti per
ſe impertinens, & inutile nihil operari poteſt;
quia Statutum, vocando Agnatos, reſpexiſſe di- 36
citur ad conjunctionem ex parte Patris, & non ad
conjunctionem ex parte Matris, nam qualitatem
gradus non conſideravit ſeorſim à ſuo ſubjecto;
ſubjectum autem, in quo illa ſubſiſtere debet, cum
ſit agnatio, perſona Patris, qui eſt Agnatus, 37
non autem illa Matris, quæ utpotè Cognata nihil
operari poteſt, inſpicienda eſt pro dinumerando
gradu, *Bellon. dict. conſ.2. nu.81. verſic. nec ob-
ſtat*: proindeque omne aliud vinculum aliunde
proveniens, quàm à qualitate agnationis per Sta- 38
tutum expreſſa, & contemplata, alienum, & ex-
traneum redditur, nulliuſque efficaciæ reputa-
tur, ut optimè notant *Alciat. conſ.37. lib.2. tom.
1., Berous conſ. 96. per tot. lib.2., Rogger. conſ.
37. num.32. lib.2.*, optimè *Altogr. conſ.95. num.
125. 135., & 176. §. Auguſtin. Bero. & ſeq.,
Menoch. conſ.187. per tot.* & ſignanter *num 51. &
52., Mandell. conſ.81. per tot., Surd. deciſ.239.
num. 7. & 8., Card. de Luc. de Fideicom. diſc. 6.
num.12., & de feud. diſc.13. num. 27., & deciſ.
Sicul. penes eumdem nu.392., Rot. deciſ.84. num.
14. ad fin. part. 5., deciſ.89. nu.6. & 8., & ſeqq.
part.6., deciſ.53. num.7. part. 7. rec.*, cum aliis
innumeris relatis per *D. Marion. in celebri Flo-
rentina Succeſſionis Motivo impreſſ. fol. 20. §. Et
in puncto.*

Et ſanè, quum Statutum, vel Teſtator con-
templatione agnationis excludit fœminas prop- 39
ter Maſculos, & Cognatos propter Agnatos; quæ
ratio haberi poteſt vinculi procedentis ex parte
Matris? ut in propoſito conſiderant omnes ſu-
pracitati, & in ſpecie *Ludereb. Imol. conſ.54. nu.
2. & 3., Mandell. dicto conſ. 81. num. 7. & 9. in
ſecundò, & tertiò fundamento, Menoch. dicto
conſ.187. num.6. verſ. verùm facilè, & num. 16.
& 17.*

Ex eo enim, quod Statuentes ob favorem
agnationis excluſerint Matrem, uti illi conſer-
vandæ imparem, ſequitur, quod, excluſâ Ma- 40
tre, à qua gradus, & proximitas promanat, ex
ejuſdem perſona vinculum nullum efformari
queat, quod filio tribuat jus ad ſtatutariam ſuc-
ceſſionem, à qua ſi repellitur Mater, eò quia
Statuentes, poſthabitâ conjunctione ſanguinis,
quæ major eſt in Matre, ſolummodò reſpexe- 41
runt ad certum Agnatorum gradum, & qualita-
tem,

Digitized by Google

42 tem, potiori jure excluſi cenſendi erunt ejus fi-
lii, quorum favore minus urget ratio ſanguinis,
minorque concurrit proximitas, ut optimè no-
tant *Laderch. Imol. dict. conſ.51. ſub num. 5. verſ.
id confirmatur*, *Menoch. dicto conſ. 187. nu.8.9.,
& 10.*, *Surd. deciſ.239. num.8.*

Quæ comprobantur aliis partibus Statuti, illud
namque excludit ſorores, earumque Deſcenden-
tes à ſucceſſione fratrum, exiſtentibus Deſcen-
dentibus maſculis Defuncti, atque etiam, ſuper-
ſtitibus Agnatis, aut Tranſverſalibus maſculis
uſque ad ſextum gradum; idem ſucceſſivè ex-
cludit omnes mulieres ex tranſverſo conjunctas
Defuncto, exiſtentibus Agnatis maſculis uſque
ad octavum gradum, prætereà neque de his con-
tenti Statuentes, filias omnes fœminas, & na-
tos ab eis excluſerunt à ſucceſſione Patris, &
omnium Aſcendentium maſculorum, exiſtenti-
bus Deſcendentibus maſculis Defuncti, & de-
mum eaſdem repulerunt à ſucceſſiooe Matris,
43 exiſtentibus quibuſcumque Maſculis deſcenden-
tibus in infinitum, ex quibus omnibus evidens,
& apertum fit, Statuentes, per iſtam adeo ſo-
lemnem fœminarum, & Cognatorum excluſio-
nem, ac Maſculorum agnatorum vocationem,
atque prælationem voluiſſe tantummodò favere
agnationi, neglectis penitùs Cognatis, ac per
conſequens nihili feciſſe maternum vinculum, &
cognationis ligamen, tamquam alienum, & extra-
neum reputatum ad effectum tribuendi illorum
44 Deſcendentibus jura ſucceſſionis, à Statuentibus
reſtrictæ ad Agnatos certi gradus, & qualitatis,
per ea, quæ tradunt *Riminald. conſ.187. ſub n.19.
verſ. tertio etiam col.1.*, *Caball. conſ.10. num.11.
& 14. vol.2.*, *Gabriel. conſ.6. nu.1. tom.1.*; *Surd.
dec.239. num.7. & 8.*, *Hodiern. ad eumdem col.1.
in fine*, *Grat. diſcept. 661. num.9.*, *Mandell. Al-
ba dicto conſ.81. num. 10.*, *ubi Adden. lit. E. verſ.
duo vincula*, *Magon. dec. Flor.82. num.4.*, *cum aliis
ſuperiùs cumulatis*; Et hanc perpetuò fuiſſe men-
tem *Rotæ Florentinæ*, conſtat ex *lib. Motiv. 65.
pag. 541.*, *& in Florentina Fideicomm. de Medi-
cis 20. Martii 1616. §. Addebatur & ſeq.*, *lib. Mo-
tiv. 96. pag. 265.*, *& in d. Florentina Succeſſionis
cor. D. de Marionis*, firmantibus, attendendum
eſſe agnatitium dumtaxat vinculum, adeout po-
ſitus extra gradum agnatitium ſucceſſibilem, pro
Extraneo cenſeatur, tametſi inſertus agnationi, ex
latere cognationis proximitatem gradus deſume-
re poſſet.

Cum igitur ex iſtis duobus vinculis utrumque
45 per ſe ſpectatum inutile ſit ad conſequendam ſuc-
ceſſionem, jure, meritòque is, qui ad eam adſpi-
rat, non conſideratur uti habens duo vincula;
ſed reſpicitur tantùm illud vinculum, quod,
Statuentes attendendum eſſe voluerunt, ad *Text.
in leg.1.*, ibique *Bald. num. 3. C. de legit. hered.*,
Alba conſ.81. num.10., *Bellon. conſ. 2. num. 73.*,
Rugger. conſ.37. num. 32. lib. 2., illorumque ac-
cidentalis concurſus in una, eademque perſona,
eorum naturam non alterat, majoriſque efficaciæ
non redduntur, ſed diſtincta remanent, & altero
ab altero minimè immutato, ſingula ſuas reti-
nent qualitates, atque proprietates, *Carol. Ant.
de Luca de pluralit. hominis legalis cap. 16.*, *Fon-
tanella dec.194. num.16.*, *Surd. conſ.91. num.19.,
& dec.153. num.16.*, Quapropter, ſi Statuto ca-
veatur, Agnatos in ſucceſſione præferendos eſſe 46
Cognatis, eveniente caſu, quod frater obierit, ſu-
perſtitibus fratre utrinque conjuncto, qui agnatus,
& cognatus eſt, & Conſanguineo, qui tantum agna- 47
tus nuncupatur, non idcircò in ſucceſſione utrin-
que conjunctus præfertur Conſanguineo, ſed utri-
que ſimultaneè ſuccedunt, ob eam rationem aſſi-
gnatam à DD., quod videlicet Statutum exclu-
dendo Cognatos, eiſdemque præferendo Agna-
tos, cognationis vinculum inutile reddidiſſe di-
citur; proindèque uti impertinens prælationem
nullam fratri utrinque conjuncto tribuere poteſt,
ut optimè ponderant *Bald. in cap.1. §. His verò
num.1. de ſucceſſ. fratr.*, *Alex. conſ. 30. nu. 2. &
3. lib.2.*, *Surd. conſ.31. num. 21.*, *Ruin. conſ. 32.
num. 6. & 7. lib. 3.*, *Mandell. d. conſ. 81. num. 4.
& ſeqq.*, *Laderch. Imol. d. conſ.54. num. 3.*, *Rug-
ger. d. conſ.37. ſub nu.32. lib. 2.*, *Menoch. d. conſ.
187. à num. 1. uſque ad 24.*, *Altograd. conſ. 95.
ſub nu.67. §. Andreas Alciat. vol.1. tom.1.*, opti-
mè *Cyriac. contr. forenſ. 353. ex num. 12. uſq. ad
fin.*, *Barry. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 18. tit. 3.
ſub num. 2. verſ. quod dixi*, *Surd. deciſ. 239.
num. 6. ad 10.*, *Magon. dec. Florent. 82. per tot.*,
*Rot. coram Buratt. dec.801. ſub num.6. verſ. præ-
terea ceſſat*.

Prout etiam non abſimili ratione in feudi,
& emphytheuſis ſucceſſione conſtitutum reperi- 48
tur, fratrem conſanguineum non excludi à fra-
tre utrinque conjuncto, licèt habente duo vin-
cula, quia in feudo, & emphytheuſi maſculina
ſpectatur dumtaxat agnatio, nullaque habetur
ratio vinculi cognationis, atque lineæ maternæ, 49
quæ pro impertinenti exiſtimatur, ut firmant
Bald., *Caſtrenſ.*, *aliique in leg.1. Cod. de legit.
hered.*, *Alex. conſ.9. num. 14. lib. 5.*, *Mandell.
dict. conſ. 81. num. 11.*, *Menoch. conſ. 187. num.
14.*, *Bellon. conſ.2. num. 75.*, *Rugger. dict. conſ.
37. nu. 35., & ſeqq. lib.2.*, *Altograd. dict. conſ.
95. num.167. §. Alexander tom.2.*

Quo circa, cum tàm à Statuto, quàm ab ejus
Reformatione vinculum maternæ cognationis
per ſe impertinens, & inutile reputetur ad ſuc-
ceſſionem, eò quod Statuentes cum maſculini-
tate agnatitiam qualitatem intra ſextum gradum 50
in ſucceſſuro exoptaverint, D. Baro Bettinus,
ejuſque Frater, inſpecto latere Matris, recen-
ſeri nequeunt inter Agnatos à Statuto contem-
platos, quia proficiſcuntur ex fœmina, quæ non
parit Deſcendentes agnatos, ſed Aſcendentes, &
Tranſverſales dumtaxat habet agnatos, quippè 51
ipſa agnationis ſuæ finis eſt, & origo cognatio-
nis, ad *Text. in leg. Jureconſult. §. 1. ff. de gra-
dibus*, *Paul. de Caſtr. conſ.91. ſub num.4. lib.2.*,
& benè, pluribus relatis, tradit *Jaſon. conſ.115.
ſub num. 4. verſ. tertiò principaliter*, ibi = *quià
reſpectu fœminarum aſcendentium maſculi non di-
cuntur eſſe de agnatione* = *lib.4.*, *Manſ. conſult.
14. ſub nu.2. tom. 1.*, iidemque ſequuntur agna-
tio-

Digitized by Google

52 tionem, & familiam Patris, non autem Ma-
tris, §. fin. inſtitut. de Patr. Poteſt., leg. pro-
nunciatio 195. in ultimo verbo, & leg. ſeq. §. Fœ-
minarum liberos ff. de verbor. ſignif., Cujac. oper.
poſthum. tom. 4. part. 2. ad dd. ll. 195., & 196. ſub
lit. A fol. mihi 669., ibi = filii autem non reci-
dunt in familiam Matris, quia ſequuntur fami-
liam Patris, eique adhærent, non Matris fami-
53 liæ, fœmina non propagat ſuam familiam, leg.
ſeq. qua de cauſa Labeo dicebat, ſorores dici, quod
quaſi ſeorſim naſcantur à noſtra familia, &, ut
54 ait lex ſequens, mulier eſt ſuæ familiæ caput, & fi-
nis, qui enim ex ea progenerantur, nomen mater-
num non ſequuntur = hæc Cujac., Aſcan. Clem.
de Patr. Poteſt. tract. magn. part. 8. tom. 2. nu. 18.
fol. mihi 100., Menoch. conſ. 177. num. 26., &
conſ. 400. num. 21., Manſ. conſul. 28. num. 11.
tom. 1., Rot. deciſ. 1. num. 8. part. 13. rec., opti-
mè in noſtris terminis Pegaſ. de ſucceſſ., & erect.
major. cap. 14. num. 123., & ſeq., & num. 146.,
& ſeq.; Licèt itaque Maſculi ex fœmina caſu
ſint ejuſdem familiæ cum Defuncto, & ab ejuſ-
dem ultimi Genitoris ſanguine proficiſcantur,
55 attamen, cum non comprehendantur intra gra-
dus à Statuto præſcriptos, ſed, utpotè remotiſſi-
mi, nullo ſanguinis vinculo Defuncto conjungan-
tur, juvari nequeunt diſpoſitione ſtatutariâ, ex-
cludendo D. Mariam Magdalenam ſororem De-
functi, ut proſequitur Bellon. dict. conſ. 2. ſub nu.
75. verſ. undè.

Haud verò credimus, eoſdem ſe Agnatos di-
cturos, eò quia à Juſtiniano Imperatore in leg.
meminimus §. Cum igitur Cod. de legit. hered. ſo-
56 rores & earum filii inter Agnatos adſciſcantur,
quia termini dictæ Imperatoriæ Conſtitutionis
agentis de ſucceſſione, quæ, ſublatâ ſexus dif-
ferentiâ, promiſcue deferebatur ad Maſculos,
& fœminas, impropriè Agnatorum nomine
57 nuncupatas, longè diverſi ſunt ab hypotheſi Sta-
tuti diſponentis, Agnatos præferendos eſſe Co-
gnatis à ſucceſſione excluſis, ideoque intelli-
gendi de Agnatis ſub propria, & rigoroſa hujus
nominis ſignificatione comprehenſis, ut optimè
firmant Carn. ad leg. meminimus verſ. & ideò ſi
ſtatutum col. penult., Caſtrenſ. in leg. fin. §. In
computatione in fin. Cod. de jur. deliber., Alciat.
conſ. 14. antè, & poſt num. 5. tom. 1. lib. 2., be-
nè Dec. conſ. 13. num. 7. verſ. tertiò dato, quod
ſtatutum lib. 1., Alciat. de verb. ſignific. lib. 2. fol.
52. litera Q, relat. à Redenaſc. conſ. 27., per tot.,
ſignanter nu. 6. 28., & ſeq. lib. 1. vidend., Tren-
tacinq. de ſubſtitut. part. 2. cap. 3. num. 8., Car-
pan. ad Statut. Mediolan. cap. 289. nu. 11. & 12.,
R.D.P. meus Anſald. in annot. ad ſuam deciſ. 12.
num. 42. verſ. de reliquo.

Conſtabilito his omnibus, duplex iſtud vincu-
lum per ſe ſpectatum, impertinens, & inutile re-
putari, utrumque utile, atque efficax reddi ne-
58 quit ob commixtionem, quia ex duobus unum,
& individuum vinculum efformatum exadverſo
dicitur, quia, cum extremum fœmininum, vin-
culum nempè Matris à Statuto inhabile, & pro
extraneo reputetur, recurrit regula firmata ſu-
59 perioribus locis, quod, infectis primitivis, infe-
cta remaneant derivativa, ideoque, excluſis fœ-
minis, ſi Statutum vocet Agnatos, ſeu Maſcu-
los ex Maſculis, repellendus erit Maſculus ex
fœmina, quamvis nupta in familia, cum non ſit
Maſculus ex Maſculo, prout à Statuto requiri-
tur, ac per conſequens vinculum ex latere Ma-
tris ſuâpte naturâ inutile, & impertinens rema-
net, ut, præter ſuperius allegatos, firmant ad-
ducti per Carol. Anton. de Luca de lin. legal. lib.
2. art. 76. num. 7., Rot. deciſ. 84. num. 16., & 17.
part. 5. rec.; Nec utile, aut efficax reddi poteſt
alio æquè impertinenti vinculo proveniente ex
latere Patris, qui caſu ſit de eadem familia, ſed
extra gradus à Statuto contemplatos, hujuſmodi
enim Agnatus cùm à Statuto pro extraneo ha- 60
beatur, adventitia qualitas agnationis hinc caſu
promanans capacitatem nullam tribuere valet ad
effectum obtinendi prælationem in ſtatutaria
ſucceſſione, ut optimè notat Cardinal. de Luca
de feud. diſcurſ. 13. ſub num. 27., ideoque ab
hac mixtura abhorruit Rota Florent. in dict. Flo-
rentina Fideicommiſſi de Medicis Lib. Mot. 96. pag.
264. §. Quoniam fuit dictum.

Oportet igitur, ut duplex vinculum, ſeu du-
plex qualitas operetur, quod unaquæque per ſe,
& ſeparatim ſumpta, ſit efficax, & ſufficiens ad 61
ſuccedendum, ut optimè notant Beraus conſ. 96.
ſub num. 14. lib. 2., aliique adducti per Menoch.
conſ. 187. ſub num. 26., Cyriac. contr. 353. num.
21., Rot. Florent. Lib. Mot. 96. pag. 262. §. Quo-
niam verius, & §. Confirmantur prædicta, & in
Motivo Domini de Marionis §. Duodecimo confir-
mantur; alioquin ex duplici extremo inhabili,
& nullum conſtituente gradum, medium habi- 62
le efformari nequit, egregiè Bellon. dict. conſ. 2.
num. 81. verſ. nec obſtat; Doctores namque om-
nes, qui gradum cognatitium ex Matre nupta in
familia commiſceri, ſeù adeò fulciri ſuſtinent 63
agnatitiâ qualitate mutuatâ ex latere Patris, ut
ex duobus veluti partialibus extremis, unum in-
tegrum, ac individuum medium, ſeu vinculum
efficiatur, prius conſtabiliunt, adeſſe ſubjectum
vocationis, deindè agant de qualitate, videli-
cet ſupponunt, Agnatum remotiorem, gradum,
ſeu qualitatem proximitatis deſumere conten-
dentem ex latere Matris, eſſe reverâ de genere 64
vocato, ut patebit ex mox ſubjiciendis.

Patet id in ſucceſſione ex hominis diſpoſitione
delata in majoratibus ſeu fideicommiſſis maſcu-
linis, atque agnatitiis, cujus exemplo DD. ex-
adverſo Scribentes aſſumptum confirmare co-
nantur, ajentes, in iſtiuſmodi ſucceſſionis ſpe- 65
cie gradus proximitatem provenientem ex latere
Matris nuptæ in familia prælationem tribuere A-
gnato, quamvis ex latere Patris remotiori. Nam,
licèt in hac quæſtione Doctores in contraria vota
ſcindantur, ex collectis apud Epiſc. Rocc. cap.
2. num. 22., & ſeqq., referentem utriuſque opi- 66
nionis Aſſeclas, nihilominùs omnes auctorita-
tes, quæ allegari poſſunt pro ſententia favorabi-
li Maſculo ex muliere nuptâ in familia, locum
ſibi vindicant vel quando ſunt ad majoratum
ſimpliciter vocati proximiores de familia in ge-
nere, vel quando fuit ſimpliciter prælatio con-
ceſſa

Digitized by Google

ceſſa cuilibet Maſculo de familia, ideoque ſup-
67 ponunt, quod fœmina nubat uni ex Agnatis, aut
ex familia in teſtamento vocatis, & contemplatis,
licèt in remotiori gradu, arguentes, quod filii
maſculi ex tali Matrimonio procreati, inſpectâ
perſonâ Patris, utpotè de genere vocato, poſſint
ſumere proximitatem ex Matre agnata, nemo
autem affirmare audet, quod, ſi fœmina nubat
uni ex genere non contemplato, ejus filius maſ-
68 culus ſumendo proximitatem à Matre exclu-
dat ſubſtitutum vocatum, *Paulus Leo conſ. 23.
num. 28.*, quem ſequitur *Albergh. inter conſil.
Fuſar. 18. tot. num. 11.*, *Raudenſ. conſ. 3. num.
25. lib. 1.*, *Curt. Jun. conſ. 117. verſ. circa
ſecundum*, *Bellon. conſ. 2. num. 81.*, *Faber. lib.
6. tit. 22. definit. 27. num. 2.*, *Camarell. de legat.
quæſt. 9. num. 5. fol. mihi 109.*, *Rugger. dict. conſ.
37. num. 40. lib. 2.*, *Trentacinq. conſ. 9. num. 12.*,
Rovit. conſ. 17. num. 4., & ibi *Altimar. num. 1.
lib. 1.*, *De Mariuis reſolut. 131. nu. 18. & ſeqq.*,
Rocc. ſelect. cap. 2. num. 40. & ſeqq., *Cardin. de
Luca de Fdeicomm. diſcurſ. 12. nu. 6.*, *& de feud.
dict. diſc. 13. num. 27. deciſio Sicula apud eumdem
num. 392.*, *Rot. deciſ. 84. num. 16. part. 5. rec.*,
ideoque termini hujus quæſtionis applicari for-
ſan poſſent noſtræ hypotheſi, ſi, Caſſandrâ nuptâ
69 alicui Agnato remotiori, ſed exiſtenti intra gra-
dus à Statuto contemplatos, cum alio Agnato
proximiore ex latere Patris de proximitate deſu-
menda contenderetur ex latere Matris. Nam ut
ait *Rota Florent. Lib. Mot. 96. à 262. §. Ad ea
autem*, ibi = *& in primis fuit dictum, eſſe firman-
dum, quæ perſona, ſeu quod genus perſonarum
ſit comprehenſum ſub nominibus collectivis, de qui-
bus in teſtamento, & poſtmodum quærendum eſſe
de proximitate inter eos, nam fruſtra contendere-
tur, aliquem eſſe proximiorem, & propterea ad fi-
deicommiſſum admittendum, niſi oſtendatur, vel
ſupponatur, illum eſſe vocatum* =; quamobrem, cum
filii Caſſandræ, nec ex parte Matris à Statuto
excluſæ, nec ex parte Patris, exiſtentis in gradu
remotiſſimo, & à Statuto non contemplato, ſint
de genere vocato, excludere nequeunt D. Mag-
dalenam, quia, inſpectâ perſonâ Patris, non com-
70 prehenduntur ſub Statuto, & vocationem, aut
proximitatem deſumere nequeunt à Matre, quæ,
tamquam medium impertinens, repellitur, ut
optimè in terminis firmat *Rota dict. deciſ. 89. num.
1.*, *& 6.*, *& deciſ. 53. num. 7. part. 7. rec. cum
aliis ſuperiùs recenſitis*.

Prout etiam ad rem non pertinent tradita à
*Rodoer. in commentar. ad pragmat. 33. de feud. cap.
71 6. & 7.*; Siquidem Auctor iſte, qui pro pun-
ctuali exadv. allegatur, agit de fœmina, quæ ex-
cluſa à feudo, vigore gratiæ, reſtituatur ad ſuc-
ceſſionem unâ cum filiis vigore alteriùs gratiæ,
ſi nubat uni ex familia, mediante limitatâ ex-
cluſione illarum, quæ extra familiam nubant,
ibi = *le quali ſi caſino in famiglie aliene* =; ex quibus
infert Auctor prædictus, nuptas in familia non
eſſe excluſas, ut patet ex *cap. 6. num. 2.* ibi = *hinc
reſultat, quod Feudatarius habens fœminam pro-
ximiorem nuptam in familia non poteſt illam à feu-
di ſucceſſione excludere vigore gratiæ, quod mihi
perſuaſum facio non tantum ex antecedenti conclu-
ſione, & ex illa artificioſa ſexus uſurpatione,
quantum ex verbis ſuplicis Libelli; dolebat ſiqui-
dem Feudatariorum animus, quod feuda labori-
bus, & ſervitiis acquiſita, diuque in familiis de-
tenta, momento perderentur per fœminas, le qua-
li ſi caſino in famiglia aliena, & proindè ſtudue-
runt remedio, impetrando gratiam, de qua agi-
mus, per quam mulieres allicerentur ad nuptias
in familiis contrahendas, & Feudatariis in caſu
contrario eſſet conſultum illarum excluſione* =; quod
nec ità ſimpliciter admittit, ſed tantummodo,
ſi is, cui fœmina nubit, ſit de vocatis ad feu-
dum, & jus ſuccedendi ex propria perſona de-
ſumat, ut patet ex *cap. 6. num. 10. in fin.*, ibi = *Eò
magis, quia faciliùs, atque honeſtiùs cum remo-
tiori Conſanguineo nuptiæ contrahuntur, modò ta- 72
men ſit de familia effectiva, aut contentiva ſur-
ſum, vel deorſum primi acquirentis, ut adim-
pleatur intentia ſupplicantium, & Regis, qui
voluerunt propriis familiis conſulere* =; Evincitur
itaque ex his, caſum *Rodoer.* non convenire cum
noſtro, dum ipſe præſupponit redintegrationem
fœminæ, eamque conſtituit habilem ex propria
perſona ad ſuccedendum, quando nubit uni ex
familia, at noſtrum Statutum expreſsè excludit
fœminas, eaſque inhabilitat, ad ſucceſſionem 73
vocando Agnatos maſculos reſtrictivè ad ſextum
gradum, non verò familiam, quæ, quàm di-
verſa ſit à ſimplici vocatione Agnatorum ad ef-
fectum, de quo agitur, tradit *Rot. dict. deciſ. 84. 74
num. 16. part. 5. rec.*

Pari quoque reſponſione occurritur iis, quæ
tradunt *Curt. Jun. conſ. 1.*, *Jaſon. conſ. 17. lib.
3.*, *Soce. & Campeg. apud Albertum Brunum
conſ. feud. 9. 10. & 11.*, hi namque Auctores, 75
optimè ceteroquin explicati ab *Alberg. inter
conſil. Fuſar. dict. conſ. 18. num. 12.*, loquuntur
in terminis feudi acquiſiti pro heredibus, & ſuc-
ceſſoribus quibuſcumque maſculis de domo, ſi-
ve parentela ex omni ſtipite Nobilium de Sca-
rampis, figuntque pedes in dictione illa *quibuſ- 76
cumque*, quæ immutat naturam feudi, opera-
turque, ut admittantur etiam inhabiles, auferen-
do eam inhabilitatem, quam quis, tamquam de-
ſcendens ex fœmina, in ſe habebat, ut obſervat
Curt. Jun. dict. conſ. 1. nu. 1. 7., *& 8.*, *& Soc-
cin. num. 6.*, proindeque patet, caſum iſtum
æquiparari non poſſe noſtro, nec ejùs termi-
nos eſſe applicabiles hypotheſi, de qua agitur.

Omitti poſſent ceteræ auctoritates in contra-
rium allegatæ, cum nullus hactenus allatus fue-
rit Doctor, qui in terminis ſtatutariæ ſucceſſio-
nis probet aſſumptum exadverſo propoſitum,
ſed omnes loquuntur in terminis fideicommiſſo-
rum, eoque tantùm caſu recipiendæ ſunt, quo
nempè à fideicommittente fuit agnationis, ſeu
familiæ conſervandæ effectus indifferenter conſi-
deratus, vel quando, ut diximus, fuit familia
ſimpliciter vocata, vel conceſſa prælatio cuili-
bet Maſculo de familia, ſive quando verba Diſ-
ponentium non excludunt perſonam Matris gra- 77

dum conſtituentis, ut penes *Fuſar. conſ.19. num.*
32. verſ. Secundò reſpondetur, *Vegg. conſ.64.*
ſub num.100., *Cravett. conſ.656. 831.*, *& 877.*,
De Pont. conſ.154., *Avil. ad Ruxos*, *Paſchal.*,
& Rodoer., *aliique omnes ex adv. adducti*, aliter
verò res ſe habet, quando fuit vocata agnatio
78 reſtrictivè ad talem gradum, hoc namque caſu
habita dicitur ratio proximitatis gradus deſu-
mendæ ex latere Agnati, ideoque ſemoveri de-
bet gradus Matris ob defectum qualitatis maſcu-
linæ à Statuto exoptatæ: Quamobrem nullus ex
tot Doctoribus, qui fœminas in familia nuben-
tes, & harum filios ad fideicommiſſa, & feuda
admitti, autumarunt, firmavit, Maſculum
79 ex fœmina excluſa progenitum, præferri in ſuc-
ceſſionibus fideicommiſſorum, vel feudorum
Agnatis verè vocatis, ut optimè notant *Rovit.*
conſ.17. num. 14. lib. 1., ibique *Altimar. in ad-*
dit., *Rugger. dicto conſ.17. num.40.*, *& 41. lib.*
2., *Prat. diſcept.4. num.56.*, *& ſeqq. lib.1.*, *Pe-*
rez de Lara de vita homin. cap. 30. num. 99., *&*
101., quos refert, & ſequitur *deciſ. Sicul. penes*
Card. de Luca de feud. dict. num. 392., *Rot. dict.*
deciſ.89. à nu.12. ad 16. part.6. rec., *cum aliis ſu-*
periùs adductis.

Certiora hæc redduntur, ſi ſpectemus ratio-
nem, quâ contrarii Doctores moventur ad con-
cedendam prælationem Maſculo ex fœmina nup-
ta in familia; ajunt enim, mitigandum eſſe rigo-
80 rem illum, quo iſtiuſmodi Maſculus excludeba-
tur ab Agnato remotiore, illiuſque favore, ut-
potè proximioris, capiendam eſſe conjecturam
pietatis ad excluſionem ſubſtituti remotioris, &
extranei, juxtà eam interpretationem, quæ ma-
gis eſt conformis diſpoſitioni Juris Communis
81 exigentis, quod proximior ſuccedat, excluſo re-
motiore, quæ ſanè ratio à Doctoribus conſidera-
ta in fideicommiſſariis ſucceſſionibus ex hominis
82 diſpoſitione delatis, locum non habet in ſtatuta-
ria ſucceſſione, de qua agitur, nam in ea con-
tra diſpoſitionem Juris communis, & contra
omnem naturalem æquitatem, & pietatem po-
ſiti extrà gradus ſucceſſibiles, nulloque naturali,
aut civili vinculo devincti, captâ per fœminam
proximitate Defuncti, ſororem, & exiſtentes
in gradu verè ſucceſſibili excluderent; ob hanc
igitur diverſitatem rationis retorquetur ratio à
contrariis Doctoribus conſiderata, per ea, quæ
benè tradit *Cravet. dict. conſ.877. ſub nu.13.* ibi =
Illud tamen inficiaturum quempiam, non credam,
quin dubia res ex prædictis fiat; in dubio planè po-
tior interpretatio æſtimatur, per quam ad Jus
commune reditur, & favorabilis uſque adeò ha-
betur interpretatio, quæ Juri communi favet, ut
fas ſit Juris correctionem extendere, quoties ita
interpretando, ad jus ipſum commune ſit reſtitutio;
Juris planè communi parem fœminarum, atque
Maſculorum conditionem in ſucceſſionibus eſſe, non
dubitatur, quare, ſicuti proximior D. Iſabella
eſt, ita præferendam, ſuperiora docent = hæc *Cra-*
vett. cujus auctoritati adhærent, & ſequuntur
ceteri omnes in contrarium adducti.

Quæ benignior interpretatio fundata in con-
jectura naturalis pietatis, & in Juris communis
diſpoſitione eò libentiùs recipienda eſt in caſu
noſtro, quia conſonat etiam menti Statuentium,
qui adeò inexorabiles, & adverſus fœminas adeò
rigidi minimè fuerunt, ut eas perpetuò excluſas
eſſe, voluerint, ſed illis prætulerunt Agnatos tan-
tùm ſextum gradum non excedentes, & rurſus
ſub *Rubr. 126.* ad inteſtatam Defuncti ſucceſſio-
nem vocarunt proximiores omnes uſque ad octa-
vum gradum incluſivè, his deficientibus, admit-
tendo fiſcum: ſi itaque declarantur inſucceſſibi-
les Agnati, qui ſunt ultra octavum gradum con-
juncti, admiſſo poſtmodum Fiſco, potiori Jure
aſſerendum eſt, Statuentes noluiſſe repellere à
ſucceſſione fœminas propter quoſcumque Maſcu- 83
los remotiſſimos, ſed tantùm propter illos, qui
conſtituti reperirentur in ſexto agnationis gradu,
ut optimè notant *Brun. ad Statut. quod ſtanti-*
bus maſculis artic. 12. num. 36. 99., *& num.*
102., *Rot. viden. deciſ. 267. num. 21.*, *&*
22. part. 19., *& deciſ. 94. num. 14.*, *& ſeqq.*
part. 17. rec.

Nec ex eo, quod tum in Statuto, tùm in Re-
formatione agnatio contemplata reperiatur, infer- 84
ri poteſt, quòd, ſi Statuentes prævidiſſent ca-
ſum, in quo, deficientibus Agnatis intra ſextum
gradum, exiſteret Maſculus ex fœmina nupta
Agnato, licèt remoto, utique, excluſâ fœmi-
nâ proximiori, agnationis conſervationi conſu- 85
luiſſent. Illatio ſiquidem iſta procedere poſſet in
caſu, quo fœmina proximior nupſiſſet Agnato de
genere vocato, ex præſumpta mente Statuen-
tium, qui hoc caſu finem conſervandi Bona in
agnatione aſſequerentur, ſimulque Juris com- 86
munis diſpoſitionem ſervarent, at aliter res ſe
habet in caſu, quo illa nupſerit Agnato non vo-
cato; Urget enim in contrarium regula, quâ 87
ſtatuitur, agnationis conſervandæ rationem non
ampliare, neque extendere Statutum Juris com-
munis correctorium, & attendendam non eſſe,
niſi in gradibus, & perſonis, in quibus expreſſa 88
legitur, atque idcircò Maſculorum incluſionem,
& fœminarum excluſionem reſtringendam eſſe
ad gradus, & perſonas nominatas, nec ad alias 89
perſonas extendendam, ut optimè notant *Imol.*,
Bald., *aliique*; quos congeſſerunt *Molin. de Hiſ-*
pan. primog. lib. 1. cap.5. num. 10., *& num. 20.*,
Myeren. de major. part.2. quæſt.6. num. 102. 103.
& ſeqq., *Caſtill. contr. jur. tom.2. cap.4. nu.178.*
& ſeqq., *Cyriac. contr. 281. num. 47. & ſeqq.*,
Rot. deciſ.4. num.10., *& 11. poſt Torr. de pact.*
futur. ſucceſſ., *deciſ.606. nu.19. part.19. recent.*,
Bononien. Fideicommiſſi de Ghiſellis 24. Janua-
rii 1685. §. Hæ namque coram Reverendiſſi-
mo Hervault Archiepiſc. Turonen., *penes Bal-*
ducc. ad Ramon. deciſ. 11. num. 21., *& 22.*, *R.*
P. D. meus Anſald. in annot. ad ſuam deciſ. 46.
num. 19.

Præſertim, quia Statuentes non perpetuam in-
duxerunt fœminarum excluſionem favore agna-
tionis, ſed uſque ad ſextum tantummodò gra- 90
dum, ideoque dicendum eſt, eoſdem fœminas
non excluſiſſe propter univerſos Agnatos, licèt

re-

remotiſſimos, ſed potiùs voluiſſe ſe conformare
diſpoſitioni Juris communis in caſibus, ubi ex-
91 preſsè, & nominatim contrarium non ſtatue-
runt, ut probat *Maſcard. de generul. ſtatut. interpret. concluſ.5. num.149., & concluſ.12. num.4., Amat. reſolut. 1. num. 46.*, ea enim capienda
92 ſemper eſt interpretatio, quâ minùs, quàm fie-
ri poteſt, Jus commune lædatur, *cap. cum dilectus §. Ceterum de conſuetud., Honded. conſ. 12. num.17., & 20. lib.2., Altograd. conſ.64. num. 3. lib. 1., Palm. conſ. 50. num. 3. & 8., Cirocc. diſcept.36. nu.22., Rocc. ſelect. jur. cop.37.num. 15. & 16.*, rejectâ quacumque extenſione de
93 caſu ad caſum, aut de perſona ad perſonam,
etiam ex majoritate rationis, ex latè congeſtis in *Romana Succeſſionis 29. Januarii 1700. cor. R.P.D. meo de la Tremoille apud Balducc. deciſ.51.nu. 13. tit. de legat.*

Prætereà, cum Statutum Florentinum numquam tacitè, aut expreſsè cogitaverit de caſu, quo fœmina nupſerit in familia, & filios maſculos habuerit, eòque minùs decreverit, tales fi-
94 lios, ceteroquin exiſtentes in gradu remotiſſi-
mo, nec de Jure communi ſucceſſibili, præferri in ſucceſſione ſorori Defuncti, caſus iſte, tamquam incogitatus, & omiſſus à Statuto, remanet ſub diſpoſitione Juris communis, *leg. commodiſſimè ff. de liber., & poſth., leg. ſi extraneus ff. de condit. cauſ. dat., Dec. conſ. 451. num. 6., Altegr. conſ.64. num. 3. lib.1.*, & individualiter firmat *Regens à Ponte conſil.154. nu.19., & ſeqq. lib.2. exodv. citatus, Rocc. ſelect. jur. cop.37.nu. 29., Rot. deciſ. 46. num. 8. part. 14., & deciſ. 647. num.31. part.19. tom.2. recent.*, vel certe, cum conſervatio agnationis reſultans ex ſimili
95 Matrimonio, non verè, & propriè, ſed fictè,
& per artificium fieri dicatur mediante perſonâ Matris inhabili, *Randen. reſolut. 39. num. 409., Albergh. inter conſ. Fuſar. dict. conſ. 18. num. 11., de Luc. deciſ.Sicul. ſub num.392.*, dici debet caſus mixtus, atque inſolitus, pariter ſub Sta-
96 tuti cenſura minimè comprehenſus, ut de primo
Soccin. Jun. conſ.117. col. 3. verſus fin., & de ſecundo *Decian. conſ.1. num.287., & ſeqq. lib.1., Rot. deciſ.329. num. 63. part. 6. rec.*; Nec valet illatio. Maſculi ex fœmina deſcendentes exclu-
97 duntur à Statuto, quando fuit copulata cum Ex-
traneo, ergo includuntur quando fuit nupta Agnato, quia eſſet argumentum à contrario ſenſu, quod nullo modo vindicat ſibi locum in Sta-
98 tutis, præcipuè quando tendit ad correctionem,
& Juris communis derogationem, ut benè ad
99 propoſitum firmat *Maſcard. de gen. ſtat. interpr.*
concl.5. num.34., Velaſc. alleg.15. num.13., Polma alleg.136. num.5., & alleg.137. num.27., & 28., Rot. deciſ.318. num.9. part.6., & deciſ.213. num.5. part.18. rec.

Itaque, cum Reformatio excludat dumtaxat ſororem in concurſu Agnatorum maſculorum, juxta ſextum gradum agnationis exiſtentium, nequeunt Illuſtriſſimi DD. fratres de Ricaſolis poſiti in gradu remotiſſimo, & inſucceſſibili,
100 tàm inſpecto Statuto, quàm Jure communi,
metiri proximitatem gradus à cognatione ad effectum excludendi à ſucceſſione Baronis Braccii Illuſtriſs. D. Magdalenam ſororem Defuncti, cum eis reſiſtat tàm litera Statuti, quàm Juris communis cenſura, ex ſuperius firmatis.

Florentina ſucceſſionis de Ricaſolis.

Quæſtionis in ſuperiori voto pertractatæ novo hìc examine aſſumpto, prior illius reſolutio uberiori accedente argumentorum calculo exornatur, atque conſtabilitur.

VOTUM II.

1 *Statuta inteſtatam ſucceſſionem contra juris diſpoſitionem regulantia, ſunt ſtrictè intelligenda, ita ut, quantum minùs fieri poſſit, à juris tramite devient, nec ullam recipiunt extenſionem*

2 Statuta Florentina *non cum juris ſubtilitatibus, ſed minùs diligenter condita fuere; undè in eorum interpretatione naturalis ſenſus, & non legales fictiones ſunt attendendæ.*

3 *Statuta excluſiva fœminarum eas à ſucceſſione non repellunt, niſi ſuperſint Maſculi, & Agnati ſucceſſibiles.*

4 *Statuta excluſiva operantur ſolùm in caſu præciſe ab eis expreſſo, & in utroque capite tàm incluſivo, quàm excluſivo exigitur, ut concurrant illæ perſonæ, quæ à Statuto fuerunt contemplatæ.*

5 *Ad hoc ut habeat locum Statutum excluſivum, tria requiruntur, quod ſcilicet Defunctus: tàm maſculus, quàm fœmina ſit de perſonis in ſtatuta expreſſis.*

6 *Maſculus agnatus fœminas excludere prætendens, debet conjunctim habere qualitates à Statuto præſcriptas.*

7 *Illi, qui à Statuto non enumerantur inter perſonas excludentes, ſtatutariâ diſpoſitione juvari non poſſunt.*

8 *Quando Statutum limitatè, & qualificativè loquitur, perſona ex illius diſpoſitione venire contendens, debet probare qualitatem à Statuto volitam.*

9 *Statutum excluſivum vocans Agnatos intra certum gradum, cenſetur, quod exiſtentes in ulteriori, & remotiori gradu habuerit pro extraneis.*

10 Statutum Florentinum *non excludit Matrem propter Maſculum exiſtentem in quinto gradu.*

11 *Si Statutum exigat, ut Agnati excludere volentes debeant eſſe Maſculi ex Maſcula, tunc iſti qualitatem agnatitiam nequeunt deſumere à Matre.*

12 *Quando Statutum excluſivum eſt factum contemplatione agnationis, tunc in eo ſub denominatione Maſculorum veniunt ſolùm Maſculi ex Maſculis.*

13 *Item veniunt non ſolùm Maſculi ex Maſculis,*

quando Statutum repellit nedum fœminas, verùm etiam Deſcendentes ab eis.

14 Statutum excluſivum ita interpretari debet, ut quælibet contradictio, & contrarietas in ejus verbis, & diſpoſitione evitetur.

15 Si Statutum exigat, ut excludere volentes ſint Agnati maſculi, intra certum gradum, ſub eo comprehendi non poſſunt deſcendentes à fœmina, & exiſtentes ultra determinatum gradum agnationis.

16 Statutum Florentinum excluſivum fœminarum habet pro cauſa finali conſervationem agnationis, & ab ea unicè regulatur.

17 Agnationis ratio in ſtatutariis diſpoſitionibus quandoque minùs, quandoque magis patere poteſt, ideòque non ſola ratio generica agnationis in eis ſpectari debet, ſed inquirendum, quorum favore, & per quas perſonas illam Statuentes conſervari voluerint.

18 Agnationis ratio habita in quacumque diſpoſitione, & maximè in ſtatutaria, debet ſolùm attendi in iis gradibus, & perſonis, quarum favore habita fuit, undè fœminarum excluſio, & Maſculorum incluſio reſtringenda eſt ad gradus & perſonas ſpecificatas, nec ulterius extendenda.

19 Agnati de jure ſunt ſucceſſibiles uſque ad decimum gradum, & non ultrà.

20 Ratio agnationis non operatur, ut Statutum juris correctorium extendi poſſit ad gradus, & perſonas in eo non expreſſas, & ultra illos, qui ſunt ſpecificè, & limitatè nominati.

21 Dictio, uſque, de ſui natura reſtringit, & limitat, nullamque admittit extenſionem etiam ex identitate rationis.

22 Statutum Florentinum excludens fœminas propter Agnatos uſque ad ſextum gradum, ad alios Agnatos ultra talem gradum non extenditur, & nu. 110.

23 Statutariæ ſanctiones ad naturalis rationis normam, & juxta naturalem pietatem, & ſanguinis neceſſitudinem ſunt intelligendæ.

24 Statuta excluſiva dicuntur leges municipales, & teſtamenta Civitatum.

25 Vinculum ex agnatione, & ſanguinis neceſſitudine oriens jura noſtra ultra perſonas decimi gradus abolitum præſumunt.

26 Ad hoc ut duplex vinculum operetur, neceſsè eſt, ut unumquodque de per ſe, & disjunctim ſit efficax.

27 Agnati conſtituti extra decimum conſanguinitatis gradum, agnationis jura, & ſuccedendi capacitatem ampliùs non habent.

28 Agnati dicuntur ſolùm illi, qui ſunt uſque ad decimum gradum.

29 An conſtituti ultra decimum gradum dici poſſint Agnati, vel potiùs gentilium nomine nuncupari debeant, remiſſivè.

30 Quod ſolùm ſub nomine Agnatorum forſan venire poſſint, quando agitur de ſucceſſione fideicommiſſaria, ex mente Teſtatoris protrahenda in omnes de agnatione, & familia.

31 Non autem, quando agitur de ſucceſſione hereditaria, & de Statuto eamdem ſucceſſionem regulante.

32 Aliud eſt, quod quis poſſit dici Agnatus, aliud, quod habeat jura agnationis ad effectum ſuccedendi.

33 Adoptivi, & legitimati continentur ſub generali Agnatorum appellatione.

34 Sed tamen non veniunt ſub Statuto vocante Agnatos.

35 Soror, ejuſque filii inter Agnatos adſcribuntur.

36 Attamen ſub Statuto Agnatos includente non comprehenduntur.

37 Quando Statutum loquitur de Agnatis, intelligendum eſt de Agnatis ſub rigoroſa, & propria ſignificatione.

38 Agnati extra decimum gradum non veniunt in Statuto ſub Agnatorum nomine.

39 Statutum Florentinum ad inteſtatam ſucceſſionem vocat proximiores uſque ad octavum gradum incluſivè, &, iis non extantibus, fiſcum.

40 Si Statutum in una parte loquens de Agnatis illos reſtrinxit uſque ad octavum gradum, ubi in alia parte de eis mentionem fecit, ſupponi non poteſt, quod intellexerit de Agnatis latè ſumptis ultra decimum gradum.

41 Statuta unius Regionis, & Civitatis deſerviunt pro interpretatione illius de alia Civitate, & poſſunt allegari ad deciſiones Cauſarum, tamquam reſponſa prudentum, & doctrinæ magiſtrales.

42 Statuto Mediolani cavetur, ut ſub appellatione Agnatorum veniant omnes de nomine, & parentela; ſed in materia ſucceſſionis illi agnati intelligantur, qui ſunt uſque ad ſeptimum gradum.

43 Quando Statutum excludit ſorores propter Agnatos uſque ad certum gradum, & id contemplatione agnationis, tunc attendi non poteſt proximitas, & vinculum ex parte Matris, & nu. 52.

44 Si Statutum excludit à ſucceſſione fœminas propter Maſculos, cenſentur pariter excluſi omnes, qui à fœmina proveniunt, etiamſi ſint Maſculi.

45 Provenientes à fœmina non remanent perpetuò ab hujuſmodi Statutis excluſi, quando ipſæ fœminæ fuerunt in aliquo caſu à Statuto conſideratæ, & quando ipſa fœmina, ſi viveret, non excluderetur à ſucceſſione, & in his caſibus medium fœmininum non dicitur impertinens.

45 Intellige tamen ad hoc, ut Deſcendentes à fœmina poſſint, deficientibus perſonis à ſtatuto contemplatis, reintegrari ad ſucceſſionem ſecundùm juris communis cenſuram, non autem ad hoc, ut veniant tamquam perſonæ à Statuto vocatæ, & nu. 50.

47 Quando Statutum excludit fœminam, ut Bona in familia conſerventur, tunc illius excluſio eſt perpetua.

48 In eo caſu, in quo vigore ſtatutariæ diſpoſitionis

Digitized by Google

nu Mater ſuccedere non poſſet, nec minùs ſuccedere poſſunt illius filii maſculi.

49 Sicuti fœmina, tamquam deſtituta qualitate maſculinitatis, non poteſt venire ſub Statuto, in quo vocantur Agnati, ita nec venire poſſunt ejus filii.

51 Argumentum peccans in petitione principii, & ſupponens id, quod eſt in quæſtione, non debet admitti, & attendi.

53 Fœmina, quæ eſt principium cognationis, non parit Deſcendentes agnatos; ipſa enim, licèt agnata, tamen, cum ſit agnationis finis, eam filiis non communicat.

54 Fœminæ nuptæ in familia conſervant quidem agnationem, ſed illam de linea viri, non illam de linea ſua.

55 Tunc filii fœminarum nuptarum in familia poſſunt includi ſub nomine Agnatorum, quando fœminæ fuerunt ad hunc præciſum finem vocatæ, ut nubendo Agnatis Liberos agnatos procrearent, vel quando agitur de diſpoſitione, quæ non ſit verè agnatitia.

56 Statutum excludens fœminam, excludit pariter totam illius lineam; filii enim non poſſunt venire, niſi tamquam Matris imagines; undè, ſi Mater, licet agnata, fuit excluſa, multò magis ejus filii, qui ſunt cognati, excludi debent.

57 Succeſſio devolui debet de gradu in gradum, nec fit tranſitus ad ſequentem, niſi deficiente priore.

58 Quando Mater erat inhabilis, & gradum ſucceſſibilem conſtituere non poterat, tunc filii ab ea gradum, & proximitatem metiri non poſſunt.

59 Statutum vocans Agnatos uſque ad certum gradum, dicitur reſpexiſſe ad conjunctionem agnationis ex parte Patris, non ad illam ex parte Matris.

60 Et hoc caſu, licèt Mater nupſerit uni de familia, tamen ipſa nequit filiis tribuere proximitatem, & qualitatem agnatitiam.

61 Quando vinculum maternum de per ſe conſideratum eſt impertinens ad tribuendum jus ſucceſſionis, efficax reddi non poteſt ex commiſſione cum vinculo paterno.

62 Ad hoc ut duplex vinculum, ſeu qualitas ſimul juncta operetur, requiritur, ut unaquæque de per ſe, & ſeorſim ſumpta ſit efficax.

63 Si ſtatutum vocat Agnatos maſculos intra certum gradum, tunc procreati ex fœminis, quia non poſſunt dici Agnati maſculi, remanent excluſi, ideòque vinculum ex latere Matris remanet impertinens, & inhabile.

64 Minùſque poſſunt mutuare qualitatem agnatitiam à Patre, quando Pater diſtat ultra gradus à Statuto præfixos, & non eſt de illis Agnatis, quos Statutum contemplavit, & num. 68.

65 Proximitas gradus in materia ſucceſſionis ſumenda eſt ab eo latere, ex quo capitur, & defertur ſucceſſio.

66 In ſucceſſionibus ex voluntate teſtantium, ſeu ex Statuto, Agnatis deferendis, agnatitii tantùm vinculi ratio habenda eſt, poſthabito prortùs gradu cognatitio.

67 Proximitas ex parte Matris non attenditur pro regulanda ſucceſſione à Statuto delata Agnatis, licèt Mater cum Agnato nupſerit, & nu. 15. 71. 73.

69 Fratres uterini, licèt ſint in eodem gradu cum utrinque conjunctis reſpectu Matris, attamen reſpectu ſucceſſionis non ſunt in eodem gradu, nec proximitatem à Matre mutuare poſſunt.

70 Si Maſculus in fideicommiſſo præferatur fœminæ, dicitur reſpectu ſucceſſionis proximior, licèt talis non ſit reſpectu ſanguinis.

72 Quando Statutum conſulendo agnationi repulit fœminas, & vocavit Agnatos, tunc dicendum eſt, quod voluerit, ut gradus, & proximitas commenſurari deberet ab ipſo vinculo agnationis.

74 Sororis filii, licèt de jure poſſint dici Agnati quoad inteſtatas ſucceſſiones à jure communi regulandas, tamen Agnatorum nomine venire non debent in ſucceſſione ſtatutaria vocante, & excludente Cognatos.

75 Quid, ſi ſoror ſit nupta in agnatione, & familia?

76 Filii ſororis nuptæ in familia tunc poſſunt tamquam Agnati ad ſucceſſionem ſtatutariam venire, quando fœmina nupſit Agnato conſtituto intra gradus à Statuto vocatos, ſecus, ſi Agnato remotiſſimo; nam tunc agnatio deſumpta à Patre non prodeſt, quia remota proximitas commenſurata à Matre non juvat, cum ſit vinculum impertinens, & num. 78.

77 Agnatio propriè, & verè dicitur, quæ provenit à natura, juncta legis diſpoſitione, & ſub ea ſolùm continentur, qui per virilem ſexum conjuncti ſunt.

79 Guidobonus advocation. civil. 100. explicatur.

80 Filiis ad ſucceſſionem ex propria perſona, & jure venientibus non obſtat parentum excluſio, & incapacitas.

81 Si autem filii velint deſumere jus ſuccedendi à Patre, vel Matre, tunc iſtorum incapacitas eis nocet, quia proveniunt à medio, & radice infecta.

82 Concluſio, quod incapacitas parentum non noceat filiis, procedit in excluſione oriente ab odio, & delicto eorumdem parentum, quæ, tamquam perſonalis, eorum perſonas non tranſgreditur.

83 Non autem in ea incapacitate, quæ oritur ex radice; hæc enim, cum ſit realis, influit in totam lineam.

84 Undè in Statuto vocante Agnatos uſque ad certum gradum, & Cognatos excludente, filiis obſtat incapacitas Matris, à qua proximitatem deducere non poſſunt.

85 Et pariter obſtat incapacitas Patris, à quo agnatitiam qualitatem deſumere non poſſunt, ſi iſte

ſi iſte non erat de Agnatis à Statuto contemplatis.

86 Deciſiones editæ in cauſa Firmana ſucceſſionis coram RR. PP. DD. Molines, Priolo, Muto, & Anſaldo, explicantur, animadvertendo, quod iſtæ admittunt, ut filii poſſint repræſentare gradum, & non perſonam Matris ad effectum æqualiter ſuccedendi cum aliis Maſculis, non autem ad aſſumendam qualitatem excluſivam fœminarum, quam Mater non habebat.

87 Statutum Florentinum non tantum à ſucceſſione excludit fœminas; ſed etiam omnes per eaſdem fœminas quomodolibet Defuncto conjunctos.

88 Et talis excluſio referri debet etiam ad illos, qui proveniunt à fœmina nupta in familia, & num. 91.

89 Verba, quoſcumque, & quomodocumque, comprehendunt omnes perſonas, modos, & caſus, cum extenſione ad ea, quæ aliàs ex propria verborum ſignificatione non veniunt.

90 Statutum loquens per verbum, quomodocumque, non admittit reſtrictivam interpretationem, quam aliàs admittere potuiſſet.

92 Verba Statuti ſunt interpretanda ex ratione, & fine, ad quem Statuentes reſpexerunt.

93 Ratio Statuti, & legis non attenditur, quando illius deciſio eſt clara, & tunc ſtandum eſt literæ.

94 De jure ſoror ſuccedit fratri.

95 Ideòque Statutum illam per fratrem excludens, dicitur exorbitans à jure.

96 Et propterea eſt ſtricte interpretandum, &, quantum fieri poteſt, reducendum ad terminos juris.

97 Undè, ſi Statutum excludat ſororem, & vocet Agnatos uſque ad certum gradum, non eſt trahendum ad filios fœminæ nuptæ cum Agnato exiſtente ultra gradus à Statuto contemplatos.

98 Caſus à Statuto ommiſſus, cenſetur relictus ſub diſpoſitione juris, & de eo ſecundùm juris cenſuram judicari debet.

99 Statutum juris communis correctorium, tantum diſponit, quantum loquitur.

100 Atque in eo caſus omninò habetur pro ommiſſo, nec ulla admittitur interpretatio extenſiva.

101 Licèt agnationis contemplatio ſit ratio motiva omnium Statutorum excluſivorum, tamen hæc ratio reſtringenda eſt ad perſonas in eodem Statuto expreſſas, & non extendenda ad alios caſus à Statuto non contemplatos, qui cenſentur relicti ſub diſpoſitione juris.

102 Fœminæ excluſæ contemplatione Agnatorum certi gradus, iis non exiſtentibus, redeunt ad jura ſucceſſionis, nec eis præſtant impedimentum Agnati remotiores, & nu. 136.

103 Extra enim gradus Agnatorum à Statuto vocatos nulla dicitur ampliùs habita agnationis contemplatio, cæterique omnes cenſentur à Statuentibus reputati pro extraneis.

104 Statuta excluſiva, tamquam exorbitantia, non admittunt extenſionem, licèt concurreret identitas, vel majoritas rationis.

105 Etiamſi ratio à Statuto contemplata, eſſet generalis, & generaliſſima.

106 Proindeque ratio agnationis in dictis Statutis habita, non debet extendi ad alias perſonas, quàm in Statuto expreſſas.

107 Statutum ita interpretari debet, ut ejus diſpoſitio ſit magis conſona juri communi, & naturali æquitati.

108 Quando agitur de perſona excluſa, & iis, qui ab ea proveniunt, tunc poteſt ex majoritate rationis admitti Statuti extenſio.

109 Secus, autem ſi agatur de perſonis excludentibus, nam quoad iſtas nulla datur extenſio ultra nominatas in Statuto, etiamſi concurrat identitas rationis.

111 Quando Statutum excludit fœminas propter Agnatos in determinato gradu exiſtentes, non poteſt dici, quod eadem ratio Statuti militet etiam quoad Agnatos remotiores.

112 Licèt Statutum excluſivum fœminarum ſit favorabile, tamen id efficit, ut benignè veniat interpretandum, non autem, ut trahi debeat ultra caſus, & perſonas expreſſas.

113 Tunc autem tale Statutum poteſt dici favorabile, quando excludit fœminam concurrentem cum Maſculis de eadem linea, vel cum collateralibus proximis uſque ad tertium, vel quartum gradum, non autem, ſi eam repellat propter Maſculos remotiſſimos, nam tali caſu dicuntur odioſa, & irrationabilia.

114 Ex lege veteris teſtamenti fœminæ excludebantur tantùm per Maſculos ejuſdem gradus.

115 Excluſio fœminarum in lege moſaica non proveniebat ex contemplatione agnationis, & optata conſervatione Bonorum in familia.

116 Et, licèt ultimis fœminis familiæ præciperetur, ut nuberent viris ex Tribu, ſeu familia ſui Patris; tamen id proveniebat, ne ſortes terræ in Tribus diviſæ confunderentur.

117 Doctrinæ loquentes de ſucceſſione in fideicommiſſis, & majoratibus maſculinis, & agnatitiis, non ſunt applicabiles, ubi agitur de inteſtata ſucceſſione ex lege Statuti deferenda.

118 Ad hoc ut intret quæſtio, an vinculum agnationis deſumptum ex parte Patris, poſſit uniri cum proximitate derivante ex parte Matris nuptæ in familia, ad effectum ut talis Agnatus præferri poſſit remotioribus, neceſſe eſt, ut ipſe Agnatus ſit de genere vocato.

119 Nam, quando talis Agnatus non eſt de genere vocato, nihil ei prodeſt proximitas ex parte Matris, etſi nuptæ in familia, ad effectum excludendi, & repellendi alios.

120 Doctores firmantes, quod gradus proximitas proveniens ex latere Matris nuptæ in familia tribuat prælationem Agnato, licèt remotiori ex latere Patris, recenſentur.

121 Illi

121 *Illi, qui contrariam defendunt opinionem, adducuntur.*

122 *Pro concordia tamen eſt diſtinguendum, quod, aut agitur de vocatione Agnatorum facta cum deſignatione graduum, & linearum, à quibus agnatio conſervari debeat, & hoc caſu Maſculi ex fœmina nupta in familia, non poſſunt deſumere proximitatem à Matre, ad effectum excludendi alios de linea vocata.*

123 *Aut verò agitur de diſpoſitione, in qua, ommiſſâ rigoroſâ agnationis contemplatione, ſimpliciter ſunt vocati vel ipſa familia, vel proximiores de familia, & tunc Maſculo remotiori ſuffragari poteſt proximitas lateris materni*, & num. 127.

124 *Et hac diſtinctione retentâ, ſi Statutum excludat fœminas non propter Agnatos in genere, ſed propter Agnatos certi gradus, tunc Agnatus excludere volens, nequit deſumere gradum à Matre, etiamſi nupta in familia*, & num. 126., & 131.

125 *Succeſſio delata ex diſpoſitione hominis, eſt favorabilis, & extenſivam recipit interpretationem.*

128 *Sicuti ex conſtitutionibus Theodorii, & Juſtiniani filia Curialis Curiali nupta, immunis ſervabatur à datione quarta.*

129 *Ita filii fœmina agnata nupta in agnatione, debent dici Agnati à Statuto contemplati ad effectum excludendi fœminas.*

130 *Privilegium conceſſum ordini Curialium, eorum ordine abolito, ceſſat, nec ampliùs allegari poteſt.*

132 *In majoratu, in quo ſunt vocati Agnati, ſi de tempore, quo aperitur ſucceſſio, adeſt filia poſſeſſoris nupta alicui de agnatione, hac ſuccedere debet, nullo exiſtente ipſius poſſeſſoris filio.*

133 *Secus autem dicendum eſt in Statuto excludente fœminas non intuitu univerſæ agnationis, ſed favore determinatarum Perſonarum, & graduum, quia ejus diſpoſitio non habet locum, ſi fœmina ſit nupta cum Agnato extra gradum à Statuto contemplatum.*

134 Pegas de excluſion., inlcuſion., ſucceſſion., & erection. majorat. tom. 2. cap. 14. *explicatur.*

135 *Quando Statutum vocavit Agnatos, ut verè, & propriè conſuleret agnationi, tunc conjunctio derivata ex fœmina, eſt ſemper medium impertinens, & inhabile ad ſtatutariam ſucceſſionem conſequendam.*

ETSI turpe videri poſſit pro bona Cauſa ſcribere incipientem, timere, tamen ſapientiſſimi viri, juriſque conſultiſſimi, qui contrarias partes tuetur, ſumma auctoritas, luculentus argumentorum apparatus, eruditionis copia, rationum, atque orationis ſubtilitas, novum denique, & in re forenſi ornatiſſimè dicendi inuſitatum genus, aliquid non afferunt Advocato, ne non timere, ſinè aliquo timore, juſtè poſſit: Sed me recreat, & reficit ſapientiſſimorum, atque juſtiſſimorum Judicum religio, & virtus, qui nec contrarii defenſoris gravitate commoti, nec ejuſdem ingenii vi, aut dicendi, ſcribendique arte ducti, rem ipſam ſpectabunt, & ad legis, juriſque noſtri certiſſimas regulas mentis aciem intendendo, Cauſæ, de qua agitur, momenta ad illarum normam perpendent, & æquo jure, juſtâque ratione hodiernam quæſtionem definient; illius autem hypotheſis hæc eſt.

Ad inteſtatam ſucceſſionem bon. mem. D. Baronis Braccii de Ricaſolis, nullâ relictâ prole defuncti, unâ cum DD. Baronibus Bettino, & Octaviano de Ricaſolis ex D. Caſſandra illius ſorore nepotibus concurrit D. Maria Magdalena altera Defuncti ſoror, & principalis noſtra, eademque pro ſua virili portione conſequenda juvatur apertâ juris communis diſpoſitione *in §. Non exiſtentibus, auth. de heredib. ab inteſt. venien., aliiſque notis juribus*, quibus, ſublatâ penitùs ſexus, atque agnationis, & cognationis differentia, fœminæ æquè, ac mares ad inteſtatam fratris, aut cujuslibet alterius proximioris ſucceſſionem vocantur.

Contra verò præfatî DD. fratres de Ricaſolis pro excludenda Matertera, ſolidâque hereditate ad ſe transferenda, obtendunt patrias leges, Agnatos fœminis præferentes, quæ, licèt eos dumtaxat vocent Agnatos, qui certo gradu, ſexto nempè, Defuncto conjunguntur, nihilominùs ajunt, quod, cum ipſi agnatitiam qualitatem ducant à communi ſtipite, proximitatem verò mutuent à Matre, quæ & pariter agnata erat, dicendî ſint exiſtere in gradu, & quidem ejuſdem qualitatis, quę à Statuto volita fuit, quaſi agnatio, cognatio, & gradus, licèt ex diverſis principiis in unum, idemque ſubjectum, ſive perſonam concurrentes, mutuoque ſe auxilio juvantes, unum perfectiſſimum compoſitum perficiant.

Remque ab altiori origine repetendo, eximius, doctiſsimuſque eorum defenſor aſſumptum primò exornat luculentis exemplis, petitis à legis Moſaicæ, & pluribus veteris, mediique juris civilis locis; deindè confirmat rationem, ob quam cum illud, de quo agitur, tum etiam alia ſimilia Statuta condita ſunt, quæ, cum alia nulla ſit, quàm conſervandi Bona in agnatione, & familiis, ſub illa comprehenſi cenſendi ſunt Agnati omnes, quocumque gradu diſtent à Defuncto, modò oriantur ex fœmina agnata nupta in familia, à qua gradum à Statuto præſcriptum mutuare poſſint, iidem enim mentem, finemque à Lege municipali volitum adeò implere poſſunt, ut ipſorum excluſio imaginaria reddi videatur: coadjuvat inductione ſimilium, deſumptâ ex ſucceſsione vigore inveſtiturarum, vel diſpoſitionis factæ ab homine delata; addit his adminiculum auctoritatum, & rerum judicatarum: & demum omnia luculentâ, atque copioſâ oratione, & verbis, magnifico argumentorum apparatu, & ſplendidâ amplificationum pompâ adeò illuſtrat, & decorat, ut ingenium, & ars, quæſtionis, & Cauſæ gravitatem ſuperaſſe videatur.

Quæ

Digitized by Google

Quæ profectò urgere fortè poſſent, ſi alia ageretur Cauſa, quàm inteſtatæ ſucceſſionis contrà juris communis diſpoſitionem, ad mentem legis ſtatutariæ, deferendæ ad Agnatos remotiores, ex-
1 cluſâ Defuncti ſorore. In ſimilibus enim quæſtionibus ubique admonemur, hujuſmodi Statuta ità eſſe intelligenda, ut, quoad fieri poteſt, à jure communi non recedatur, illudque quàm minimum lædatur, eadem, prout jacent, interpretando, paſſivamque ab eodem communi jure interpretationem illis dando, & quidem numquam recedendo à verbis, eorumque proprietate, ſed ſtrictè illa ſemper accipiendo, rejectâ quâcumque extenſione de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam, & numquam id, quod in caſu vero diſpoſitum eſt, fictum, & mixtum trahendo; immò verò, ſi à juris communis diſpoſitione devient, à germana quoque verborum ſignificatione recedendum eſt, illa impropriando, juxtà communia axiomata, de quibus latè apud *Thabor. axiom. jur. lib.17. cap.56. axiom.1., & ſeqq.*; quàm abſurdum, quàm periculoſum erit ſubtilibus interpretationibus vim facere Statutorum verbis, eademque extendere ad caſus ab eiſdem non expreſſos; quâ extenſione non ſolùm infirmetur juris communis diſpoſitio, ſed violetur mens Statuentium; quorum conſtitutiones cum promanent à patriis moribus; & conſulant caſibus communiter accidere conſuetis, eiſdem normam dando juxtà legalis, & naturalis rationis dictamina, nemo non videt, quantum ab omni recta ratione aberret, eadem ſubtiliùs interpretando, leges illas, quæ practicam regulam dare debent humanis actibus, atque diſpoſitionibus omnium, rudium etiam, hebetioriſque ingenii Civium, in eum trahere ſenſum, quem vix Juris prudentiſſimi viri callere, aut aſſequi poſſint; hæc namque argumentandi, interpretandique ratio, ſi nimis repugnat tractationi quæſtionum omnium ad rem ſtatutariam pertinentium, potiori jure rejicienda erit in noſtra hypotheſi, in qua agitur de municipalibus legibus Florentinæ Civitatis, quæ non ſolùm cum ſubtilitate conditæ minimè fuere, ſed indiligenter, atque cum
2 inadvertentia concinnatas fuiſſe, notarunt Doctores relati in contraria conſultatione *num.* 297. quâ igitur juſtâ ratione hujuſmodi Statuta enucleanda, declarandaque erunt acutiſſimis illis interpretationibus, quibus redundat contraria conſultatio, & quas, evolvendo antiqui, medii, & novi juris monumenta omnia, Scriptorumque omnium ſtudiis excogitatas reaſſumendo commentationes, acerrimi ipſe ingenii, miræque doctrinæ, atque eruditionis noſtro ævo juriſperitiſſimus conſulens, maximis vigiliis, diùque meditando invenire potuit? Oporteret ſanè, Statuti, de quo agitur, conditores, ingenio, & doctrinâ pares illi fuiſſe, eoſdemque non legem populo dicere, ſed ex cathedra juris nodos, & legum enigmata ſolvere propoſuiſſe. Quamobrem, cum non juris ſubtilitate, aut ingenii acumine, ſed jurisprudentiâ, quæ eſt diſciplina rotunda, integra, & ſinè offenſione, ut inquit *Bud. in leg. 1. ff. de juſt., & jur.*, forenſes quæſtiones tractandæ, decidendæque ſint, hodierna controverſia reducenda erit ad planiores, certioreſque juris regulas, in quarum una, ac ſimplici cognitione juriſprudentia conſiſtit, Majorum noſtrorum traditiones ad uſum forenſem exigendo.

His autem edocemur, Statuta excludentia fœminas propter Maſculos numquam eas à ſucceſſione repellere, niſi ſuperſint Maſculi ſucceſ- 3
ſibiles, ad *Text. in leg.1. §. Si Pater, ff. de conjung. cum emancip.*, *Angel. in leg.1. §. Filium ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.*, *Cravet conſ.* 142. *num.* 7., *Alexand. conſ.* 96. *in princip. lib.* 1., *Corn. conſ.*84. *col.* 2. *vol.* 4., optimè *Socein. jun. conſ.* 28. *num.* 8., & 9., inquiens, eſſe juris regulam, & concluſionem communiter receptam, quod Statuta propter Agnatos excludentia fœminas, quæ jure communi admitterentur, intelligi debent, quando tales Agnati ſunt de jure ſucceſſibiles, *Brun. de ſtatut. excluſ. art.*12. *quæſt.*6. *ſub num.*103., *Rot. decis.*774. *num.*5. *part.*3. *diverſ.*, *deciſ.*59. *num.*2. *part.*9. *rec.*, cum aliis per *Ciroch. diſcept.*33. *num.*18., & *diſcept.*36. *num.*7.

Huic conſonat altera pariter receptiſſima regula tradens, Statuta excluſiva juſtum locum ſibi vindicare in caſibus tantummodò præcisè ab eis expreſſis, in utroque capite, tàm ſcilicet incluſi-
vo perſonarum excludere ſatagentium, quàm ex- 4
cluſivo illarum, quæ dicuntur excluſæ, latè *Hondet. conſ.*1. *num.*14. *lib.* 1., *Palm. nep. alleg.* 150. *num.*13., *Rot. deciſ.* 329. *num.* 14 *part.* 6., *deciſ.* 175. *num.* 20. *part.* 7. *rec.*, cum ceteris allegatis per *R.P.D. meum Anſald. in addit. ad deciſ.* 12. *num.* 29., & admittit etiam Illuſtriſſ. conſulens in ſua doctiſſima conſultatione *num.* 39., proindeque numquam fœminæ repelluntur vigore talium Statutorum, niſi à perſonis in capite incluſivo expreſſis, & ſpeciatim nominatis, quibus deficientibus, ceſſat vis omnis capitis excluſivi, reſpectu perſonæ nominatim excluſæ, ut firmat *Surd. conſ.*416. *num.*8., *Altograd. conſ.*64. *num.* 20. *lib.* 1., *Cyriac. contr.* 400. *num.* 28., *Mantic. de tacit., & ambiguis lib.* 22. *titul.* 16. *num.* 13. *verſ. item illa regula*, *Mart. vot.* 102. *num.* 14., *Palm. d. allegat.* 150. *num.*15., & *ſeqq.*, *Rot. deciſ.* 316 *num.*8. *part.*1., *deciſ.*68. *num.*5. *part.*6., *deciſ.*39. *num.*20. *part.*15., & *deciſ.* 438. *num.* 4. *part.* 14. *recentiorum*. Ideòque communi omnium ore tritum eſt axioma illud, quo dicitur, quod, ut habeant locum iſtiuſmodi Statuta, tria
debeant juſtificari, quod nempè Defunctus ſit ex 5
perſonis expreſſis, à quarum ſucceſſione fœmina arcetur: fœmina ſit ex illis, quæ excluduntur: & Maſculus, qui innititur Statuto, ſit ex eis, propter quos fœmina repellitur, ad tradita per *Palm. nep. allegat.* 153. *num.* 8., cum aliis per *Rot. deciſ.*167. *num.*37., poſt *Torr. de pact. futur. ſucceſſ.*; adeòut ſtatutaria diſpoſitio numquam locum habet, quando Maſculus agnatus ſuccedere contendens ad fœminarum excluſionem, deſtitutus reperitur qualitatibus ab illa præſcriptis,
eaſque non ſeorſim, ſed conjunctim concurrere, 6
oportet, *Gloſſ. in leg. mancipia in verb. avocand.*

C. de

Cod. de ſerv. fugit., *& in leg. 1. §. Ait Prætor.*, ubi *Bartol.*, *& Doctores ff. ne quid in loc. public.*, *Dec. conſ. 49. num. 2.*, *Sacc. conſ. 104. num. 14.*, *Altograd. conſ. 53. num. 57. vol. 2.*, *Mart. Med. num. 41. num. 36.*, *Rocc. ſelect. cap. 114. num. 4.*, *Randenſ. deciſ. 3. num. 36. verſ. moti fuimus*, *quia ex Statuto Florentino*, *Palm. alleg. 210. num. 4.*, *& deciſ. Lucen. 265. num. 30.*

His autem retentis firmiſſimis juris noſtris regulis, perſpicuum fit, inani labore DD. Adverſarios obtentu patrii Statuti excludere conari Dominam Mariam Magdalenam Principalem noſtram; municipalis ſiquidem lex Statuti Florentini *lib. 2. rubr. 130.*, & recentior Reformatio edita anno 1620. ità diſponunt, Statutum ſcilicet = *Nulla mulier, vel ejus filii, vel filiæ ſuccedere poſſint alicui fratri dictæ mulieris ab inteſtato, ſi dicto ejus fratri exiſtant filius, vel filiu, vel filiæ nepos, vel nepotes ex eis, frater, aut fratres, filius, aut filii maſculus, vel maſculi ex dicto fratre, vel fratribus, vel Patruis* = Reformatio verò = *Decretum, & ſancitum fuit, nedum exiſtentibus perſonis in dicto capite Statuti, quod eſt ſuperiùs recenſitum, nominatis, ſed etiam exiſtentibus Agnatis maſculis uſque ad dictum ſextum gradum incluſivè, ab hereditate ab inteſtata ſororem omninò excluſam fore.* =

Sive igitur intueamur antiquum Statutum, ſive inſpiciamus illius Reformationem, in dubium venire nequit, quin DD. Barones Bettinus, & Octavianus non ſint illæ perſonæ, ob quas fœminæ, ceteroquin ex juris communis diſpoſitione pro virili cum Maſculis ſuccedentes, excluduntur. Verba facere omittimus de antiquo Statuto, quod literale eſt, nullamque contrariam recipit interpretationem, dum illius conditores fœmi-
7 nas, earumque filios, & Deſcendentes excluſerunt favore dumtaxat fratris, ejus filiorum, & Patrui; ideòque cum DD. Adverſarii non enumerentur inter has perſonas excludentes, procul dubio eoſdem non juvat illius diſpoſitio, ad *Text. in leg. 4. §. Toties ff. de damn. infect.*, *Honded. conſ. 1. num. 15. lib. 1.*, *Altograd. conſ. 64. nu. 20 lib. 1.*, *de Marin. reſol. 146. num. 13. lib. 2.*, *Palm. d. alleg. 150. num. 7.*, *& 14.*, *Torr. de Primog. Ital. part. 2. quæſt. 45. num. 16.*, *& 17.*, *Rot. deciſ. 45. num. 8. part. 14.*, *& deciſ. 323. num. 21. part. 15. rec.*

Quod verò attinet ad Reformationem repellentem ab inteſtata ſucceſſione fratris ſororem, exiſtentibus Agnatis uſque ad ſextum gradum incluſivè; hâc etiam attentâ, excluſio DD. Baronum Bettini, & Octaviani de Ricaſolis videtur plana, eò quia ſtatutaria diſpoſitio qualificata eſt, ſive limitata, excludendo nempè fœminas, quatenùs adſint Agnati maſculi intra ſextum gradum incluſivè, quando autem Statutum limitatè, ſeù qualificativè loquitur, perſona veniens ex illius di-
8 ſpoſitione probare debet qualitatem à Statuto requiſitam, *Bartol. in leg. 1. ff. ne quid in flumin. public.*, *Menoch. conſ. 132. num. 23.*, *Rot. deciſ. 371. num. 4. part. 4. tom. 2. rec.*; quapropter, cum, inſpecto communi ſtipite, dicti DD. Adverſarii à Barone Braccio defuncto diſtent per decimum octavum gradum, deſtituuntur qualitate à Statuentibus exoptata, agnatitiâ ſcilicet qualitate in ſexto gradu, intra quem dumtaxat voluerunt, Agnatos excludere poſſe ſororem fraternâ hereditate, proindèque frui nequeunt beneficio Statuti, quod vocando Agnatos intra ſextum gradum, ceteros ulteriores pro extraneis habuiſſe cenſetur, 9
ut de ſimili Statuto arguit *Corn. conſ. 222. in princ. col. 3.*, *Cirocch. diſcept. 36. num. 2.*, *& ſeqq.*, *& num. 6. verſ. & hoc locum habeat*, *Albert. Brun. de ſtat. ſucceſſ. quæſt. 6. art. 13. num. 215.*, *Card. de Luc. de ſucceſſ. ab inteſt. diſc. 10. ſub num. 3.*, *Palm. deciſ. Lucen. 210. num. 25.*, & in terminis *Angel. de Ubald. conſ. 282. numer. 2. verſ. contrarium*, ubi loquens de Statuto Florentino, firmat, Matrem non excludi per Maſculum agnatum 10
exiſtentem in quinto gradu, *Altograd. jun. contr. 94. num. 57.*, ubi, quod Statuti Florentini diſpoſitio excluſiva fœminarum ultra ſextum gradum non extenditur.

Ex quo promanat alia ratio, ob quam Domini Adverſarii excluſi dicendi ſunt; nam, cum tàm Statutum, quàm illius Reformatio requirens agnationis vinculum intra ſextum gradum, expoſcat qualitatem maſculinitatis ex Maſculo, illi hanc qualitatem deſumere nequeunt à Patre, qui, 11
ut mox diximus, cum pro Extraneo habeatur, dici nequeunt Agnati maſculi progeniti ab alio agnato maſculo contemplato à Statuto; certiùs verò eâdem qualitate carere dicentur, ſpectatâ perſonâ Matris; ideòque ad excluſionem Materteræ juvari nequeunt Statuto, ſolos Agnatos maſculos ex Maſculo intra ſextum gradum invitante, ut in ſpecie reſpondent *Paul. de Caſtro conſ. 290. num. 4. lib. 2.*, *Gabriel. conſ. 90. num. 30.*, *& 31. lib 1.*, *Bellon. jun. conſ. 2. num. 72, uſque ad fin.*, *Randenſ. conſ. 3. num. 25.*, *& ſeqq. lib. 1.*, *de Luc. de lin. leg. art. 12. num. 56. verſ. ego*, *& nu. 57.*, *Pegaſ. de excluſ ſucceſſ. major. tom. 2. cap. 13. num. 9.*, *Rocc. ſelect. cap. 2. num. 42.*, *Rot. deciſ. 84. num. 16. part. 5. rec.*

Statutum verò ad ſucceſſionem invitaſſe Agnatos maſculos ex maſculis, evidens, & apertum redditur tum ex eo, quod agitur de Statuto excluſivo fœminarum, ordinato, & condito contemplatione agnationis, cui conſervandæ Statuentes unicè conſuluiſſe, diſertiſſimè probat contraria conſultatio, quo caſu Doctores, & Tribunalia unanimiter amplectuntur ſententiam, quâ cavetur, ſub denominatione Maſculorum agnatorum comprehenſos dicendos non eſſe Ma- 12
ſculos ex fœminis, ſed tantùm Maſculos ex Maſculis, ut communiter firmant *Gabriel. conſ. 116. num. 10. lib. 2.*, *Surd. conſ. 316. num. 8.*, *Menoch. conſ. 1229. num. 2.*, *Andreol. contr. 344. num. 25.*, *Rocc. diſput. jur. cap. 2. num. 28.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 346. num. 42.*, *Rodulph. alleg. 174. nu. 3.*, *Torr. de Primog. Ital. part. 1. cap. 38. n. 452.*, *& deciſ. 24. ſub num. 33. apud eumd.*, *Rot. coram Penia deciſ. 901. num. 5.*, *& ſeqq.*, *cor. Cardin. Cerro deciſ. 630. num. 5.*, *& deciſ. 610. num. 19.*, *cor. Bich. deciſ. 443. num. 16.*, *cor. bon. me. Emerix jun. deciſ. 815. num. 4.*, *& 5.*, *in rec. dec. 402. num. 24. part. 9.*, *deciſ. 95. num. 16. part. 11.*, *de-*

ciſ.59. num.19., & ſeqq. part. 17., deciſ. 575. nu. 22., & deciſ. 683. num. 6. part. 19. in Bononien. Fideicommiſſi de Ghiſleriis 17. Junii 1697. §. Has fundamentales cor. Rño Molines Decano, in Amerina Fideicommiſſi 21. Februarii 1698. §. penult. cor. R.P.D. Muto, in Peruſina Fideicommiſſi 11. Decembris 1702. §. Ultra literam, & in Faventina Fideicommiſſi, ſeu Primogenituræ 14. Decembris 1705. §. Præterquamquod cor. R.P.D. Scotto; Tum etiam ex eo, quia dicta ſtatutaria diſpo-
13 ſitio repellit nedum fœminas, verum etiam deſcendentes ab eis, ut in individuo dicti Statuti Florentini firmant *Bald. conſ. 218. num. 5. lib. 2., & inter conſ. Angel. conſ. 68. per tot., clar. mem. Card. de Luc. de ſucceſſ. ab inteſt. diſc. 8. per tot., Palm. deciſ. Lucen. 20. num. 24.*; ex qua deſcendentium ex fœminis excluſione clarè perſpicitur, Statuentes ſub vocatione Agnatorum maſculorum nullo pacto comprehendere intellexiſſe Liberos, & Deſcendentes maſculos progenitos ex muliere; aliàs enim ex eodem Statuti capite maxima reſultaret contradictio, videlicet quod Liberos, & Ma-
14 ſculos à fœmina admitteret, eoſdemque apertis verbis excluderet; quam contrarietatem in omni diſpoſitione, præſertim ſtatutaria, evitandam eſſe, monemur ex *Text. in leg. non abſurdum, ff. de bon. liber., & in leg. 3. Cod. de condit. inſert., Cinus, & Bald. in leg. fin. Cod. per quas perſonas nob. acquiritur, Maſcard. de gener. ſtat. interpr. conſ. 6. num. 159., Fenzon. ad Stat. Urb. poſt cap. 152. inſpect. part. 2. num. 75.*; quapropter, cum Statutum, & illius Reformatio non modò ſororem excluſerint, ſed Agnatos maſculos intra ſextum tantummodò gradum exiſtentes expreſsè vocaverint, hæc qualitas, quam in Agnatis maſculis requiſiverunt, ut nempè deſcenderent ex Maſculis, jure optimo comprobat aliorum Deſcendentium excluſionem, qui non ex Maſculis progignerentur, & per conſequens remanent excluſi DD. Fratres adverſarii, tamquam deſcendentes à Caſſandra fœmina, ideòque non pollen-
15 tes qualitate à Statuentibus præſcriptâ, maſculinitatis nimirùm ex Maſculo, & agnationis intra limites ſexti gradus, ut egregiè in propriis terminis concludit *Rot. deciſ. 405. num. 9. 10., & 11., & ſeqq. part. 5. rec.*, & probat *Manſ. conſ. 398. num. 32., & plurib. ſeqq.*

Agnoſcens Illuſtriſſimus, ac doctiſſimus conſulens, DD. Adverſarios non eſſe de Agnatorum numero à Statuto contemplatorum, eorumque admiſſione vim fieri illius literæ, & verbis, eoſdem ex mente, & ratione, quâ Statuentes moti fuerunt, ſub Statuti diſpoſitione comprehenſos eſſe, ſubtilibus ratiociniis oſtendere conatur; ait enim, Statuta, & præſertim Florentinum ſanxiſſe fœminarum excluſionem ob eam unicam, & finalem rationem conſervandi Bona in agnatio-
16 ne, ac Civium familiis, quarum dignitas ſolo divitiarum robore ſuſtinetur, & quâ, veluti à cauſa finali, & immediata excluſionis, Statuentes moti dicuntur, ut ex *Angelo in §. Ceterum de legitim. agnat. ſucceſs.*, notat *Reynoſ. obſerv. 14. nu. 10., & 11.*, & firmat *Rot. in Fulginaten. Succeſſionis, & dotium ſuper hereditate materna 19. Junii 1705. §. Quodque reverà cor. R. P. D. Lancetta*, Quamobrem, cum DD. Barones Bettinus, & Octavianus ſint de familia, & agnatione de Ricaſolis, & licet iidem, inſpectâ perſonâ Patris, decimo octavo gradu diſtent à Defuncto, nihilominus gradus prærogativam deſumendo à Caſſandra Matre Defuncti ſorore, implere poſſint mentem Statuti optantis Bonorum conſervationem in familia, quæ mens alioquin fruſtraretur, ſi D. Principalis, ſoror pariter Defuncti illa deferret in Extraneos, excluſis filiis alterius ſororis nuptæ in familia, quibus non minus agnatio, quàm Bona in agnatione conſervari queunt, parvique referre, quod verba Statuti de hoc præciſo caſu non diſponant: quia non ideircò fieri dicetur illius extenſio de perſona ad perſonam, ſed ejuſdem diſpoſitio ſervanda erit in hoc etiam caſu, quamvis non ſcripto, tamquam ſub illa comprehenſo non vi extenſiva, ſed interpretativâ explicatione plurium perſonarum ſub ejuſdem diſpoſitionis ratione contentarum, eòque certius, quia iſtiuſmodi Statuta condita favore agnationis, favorabilia reputantur, ideoque amplianda ad omnes, ad quos favor agnationis extenditur.

Non negamus, cauſam finalem, & immedia-
tam excluſionis fœminarum fuiſſe contemplatio- 17
nem agnationis, & Statuentes, veluti finem, ſibi propoſuiſſe Bonorum conſervationem, per fœminarum excluſionem in illa conſequendam, ſed dicimus, quod, cum ratio iſta in ſtatutariis etiam diſpoſitionibus modò minùs, modò magis latè patere poſſit, prout agnatio quandoque ſtrictè in linea ſolum effectiva, quandoque magis latè in linea extenſiva proxima, quandoque demum latiſſimè in linea contentiva, quamvis remota, & remotiſſima, conſideratur; dicimus, inquam; in ſtatutariis etiam diſpoſitionibus eamdem, juxtà diverſos populorum mores, & gentium ingenia, modò magis, modò minùs latè accipi, adeout rara ſint Statuta, quæ eamdem excludendi formam habeant, eaſdemque perſonas, & gradus Agnatorum contemplentur, & vix, ac ne vix quidem ulla reperiantur Statuta, quæ fœminas ob remotiſſimos quoſcumque Agnatos excludant: contra naturalis pietatis vota, agnatorum vocationem extendendo ultra gradus à jure civili præſcriptos, poſthabitus ſororibus Agnati defuncti; quamobrem non ſola ratio generica conſervationis agnationis inſpicienda eſt, cum Statuentes illam in abſtracto non contemplentur, ſed inquirendum, quorum favore, & per quas perſonas illam con-
ſervari, voluerint. Cum itàque in noſtra hypo- 18
theſi Statutum ſororem Defuncti indifferenter non excludat favore cujuſcumque Agnati, ſed illius excluſionem limitaverit, & reſtrinxerit favore certi, & determinati gradus, videlicet *exiſtentibus Agnatis maſculis uſque ad dictum ſextum gradum incluſivè*, fit proindè locus regulæ, quâ traditur, agnationis conſervandæ rationem tàm in lege, quàm in hominis diſpoſitione habitam, non ampliare, neque extendere Statutum juris communis correctorium, ſed illam attendendam eſſe quoad illos tantummodò gradus, & perſonas, quarum favore inducta legitur; & per conſequens

Ma-

Digitized by Google

Maſculorum incluſionem, & fœminarum ex-
cluſionem intuitu agnationis reſtringendam eſſe
ad gradus, & perſonas nominatas, & ſpecificatas,
neque ad alias perſonas, & gradus extendendam,
ut, præter relatos in altera mea conſultatione
§. Nec ex eo quod Statutum, optimè ex *Text.
in leg. quæ conditio 38. in princ. ff. de condit.*, *&
demonſtr.*, notat *Philipp. Chronun conſ.99. nu.12.
in fin.*, ibi = *Ex quo datur intelligi, quod Statuens
voluit favorem agnationis in certis caſibus, & non
in omnibus* = *& num.13. poſt med.*, ibi = *Sed dictum
Decretum fundatur in auctoritate illud condentis,
qui ſic voluit, ſcilicet favere Maſculis favore
agnationis, in certis tamen caſibus, non tamen
ſemper* = & melius *num. 15.* illic = *quæ veriſimilis
mens conditoris eſt favere agnationi in caſibus ex-
preſſis in Decreto, & non generaliter* = *Hond.conſ.1.
num.55.*, *Vela differt. jur. cap.49. nu.69. tom.2.*,
Torr. de Primog. Ital. part.1. cap. 35. num. 161.,
*Rota in Bononien. Fideicommiſſi de Ghilleriis 2.
Martii 1663. §. Quæ fortiùs cor. bon. mem. Be-
nincaſa*, *& in Lucana Fideicommiſſi 21. Aprilis
1698. §. Nam prætermiſſo cor. R.P.D. Priolo*,
impreſſ. inter dec. Palm. deciſ.228. num.5.

Quapropter, cum DD. Adverſarii non ſolùm
careant gradu agnatitio requiſito à Statuto, ve-
rùm etiam ſint extrà quemcumque gradum ſuc-
ceſſibilem, de juris cenſura decimum non egre-
19 dientem, ad tradita per *Gloſ.*, *Salicetum*, & *alios*
in *auth. in ſucceſ. C. de ſuis, & legit.*, *Cujac.
oper. prior tom. 1. not. ad lib. 3. inſtit. juſtin. de
ſucceſ. cognat. cap. 5. fol. mihi 169. lit. B.*; (ſunt
enim in decimo octavo, & ſic in gradu remotiſ-
ſimo, & nullo conſanguinitatis vinculo Defuncto
devincti) gaudere nequeunt beneficio Statuti
fœminas excludentis, eo ſub obtentu, quod ipſi
ſint de agnatione, & conſervare valeant fami-
liam Ricaſolam: quia ratio conſervandæ agna-
tionis non operatur, quod Statutum juris com-
munis correctorium extendi poſſit ad perſonas,
& gradus in eo non expreſſos, quando agnationis
conſervationem voluit in gradibus, & perſonis
tantummodò ſpeciatim nominatis, & non ultrà;
ideòque ratio iſthæc colore nullo juvare poteſt
eos, qui intra gradus à Statuto præſcriptos non
20 reperiuntur, *Hond. conſ. 1. num. 45.*, *& conſ. 8.
num.58. lib.1.*, *Peregr. de Fideicomm. art.25. nu.
25.*, *Cyriac. contr.181.num.47.*, *& ſeqq.*, *Palma
dec. Lucenſ. 210. num. 25.*, *& 211. num. 37.*,
Rota coram Seraph. dec. 1216. num. 8., *& in rec.
deciſ.383. num.7. part.9.*, *deciſ.265. num.9. part.
13.*, *deciſ.46. num.11.*, *& deciſ. 438. num.3.*, *&
ſeqq. part. 15.*; *ubi num. 5.* firmat, quod omnis
penitus extenſio, ſive aliarum perſonarum com-
prehenſio interdicta ſit.

Ponderatâ præſertim dictione illâ *uſque*, quâ
21 in præſcribendo gradu ſucceſſionis uſa fuit refor-
matio; ſimilis enim dictio ſuâpte naturâ cum re-
ſtringat, & limitet vocationem Agnati ad gradus
expreſſos, excluſâ omni extenſione, etiam ex
identitate rationis facienda ad alias perſonas,
Text. eſt *in §. final. inſtit. de ſucceſ. cognat.*, *&
in leg. patronum 35. §. Sempronio ff. de leg. 3.*,
Alex. conſ. 119. num. 20. lib. 3., *Riminald. conſ.
26. num.12.*, *& 14. vol.2.*, *Mart. de clauſ. part.
2. clauſ.77. num.6.*, *Barb. tr. var. dict.437. n.1.*,
& ſeqq., *Rot. cor. Priol. deciſ.370. num.1.*, *& in
rec. deciſ.475. num.1. in fin. part.2.*, *deciſ.404. n.
10. part.9.*, *deciſ.114. num.17. part.13.*, *& deciſ.
606. num. 10. part. 19. rec.*; perſpicuum proinde
ſit, noluiſſe Reformatores ad fœminarum exclu-
ſionem vocare alias perſonas, niſi illas, quæ re-
perirentur intra ſextum gradum agnationis inclu- 22
ſivè, ut notat *Albert. Brun. de ſtatut. ſucceſ. q.
6. art.12. num.215.*, *& 216.*

Statuti igitur litera occidit, & minùs ejuſdem
ratio opitulari poteſt DD. Adverſariis; unde fru-
ſtra in contraria conſultatione *num.50. ad 64.* cu-
mulantur argumenta, quibus inſinuari contendi-
tur, Statuentes unicâ hâc ratione conſervandi Bo-
na in agnatione motos, generaliter ſermonem
habuiſſe de Agnatis; ideòque fœminarum exclu-
ſionem extendendam eſſe favore omnium Agna-
torum à communi ſtipite deſcendentium, tametſi
remotiſſimo gradu à Defuncto diſtantium: Si
enim illi ſororem Defuncti excludere noluerunt
propter Agnatos dumtaxat ſexti gradus, & uſque
talem ſolummodò gradum eorum vocationem
extenderunt, quâ juſtâ ratione affirmari poterit,
indifferenter quoſcumque Agnatos invitaſſe, ta-
metſi remotiſſimos, & quod ad jura ſucceſſoria à
jure civili pro extraneis habitos; Licèt enim agna-
tio in genere, atque in abſtracto conſiderata non
ſolùm ex linea deſcenſiva, ſed ex collateralibus
etiam lineis efformetur, modò Agnati ſub illis
comprehenſi, veluti à fonte memoriæ, ab unico
ſtipite proficiſcantur; attamen, ſi ex hac generi-
ca agnationis contemplatione Statuta interpretari
vellemus, plura cumularemus abſurda, quibus
non minus noviſſimi juris, quo vivimus, quàm
naturæ etiam præcepta violaremus; Abrogare-
mus enim leges, quæ, ſublatâ agnationis, & co-
gnationis differentiâ, promiſcuè mares, & fœ-
minas admittunt; immò verò fœminis præferre-
mus Agnatos illos, quos jura vetera agnationis fa-
vore promulgata nullatenùs agnovere.

Quocircà ratio agnationis conſideranda eſt non
genericè, & in abſtracto, ſed in concreto diſpoſi-
tionis ſtatutariæ, minimèque porrigenda ad A-
gnatos poſitos extra gradus à Statuto conſidera-
tos, & qui pro Extraneis habiti cenſentur ab ipſo
Statuto, juxtà firmata in §.10.; Statuentes enim
municipalibus legibus à jure communi recedere,
atque naturali pietati vim facere noluerunt, ducti
inani ſolo agnationis nomine, ſed moti præſu-
mendi ſunt juſtæ, atque naturalis rationis dicta-
mine, ideòque, ſicuti ceteros omnes humanos
actus, ità etiam ſtatutarias quoque ſanctiones ad
naturalis rationis normam, & naturalis pietatis 23
vota, ſanguiniſque neceſſitudinem dirigendas eſ-
ſe, monent *Bald. in leg. Titius in ſumm. ff. de he-
red. inſt.*, *& conſ.156. num.1. lib.2.*, *Mantic. de
conject. ultim. Volunt. lib.6. tit.11. num.5. in ter-
minis Statuti excluſivi relat. à Rot. deciſ. 388. n.
15. part.3. rec.*; atque etiam admonemur in con-
traria conſultatione *num.31.*, *& ſeqq.*, nos edo-
cente, hujuſmodi Statuta dici leges municipales, 24
ſive Civitatum teſtamenta, inteſtatas ſucceſſio-

nes decernentia eorum favore, quibus Statuentes
conjectantur, Teſtatorem fuiſſe relicturum, ſi
teſtatus obiiſſet; quæ autem affectio, aut veriſi-
milis prædilectio ab eiſdem conſiderari potuit er-
ga Agnatos, nullo conſanguinitatis vinculo De-
functo devinctos, ut eos in ſua hereditate præfer-
re voluerit ſororibus, quando jura noſtra quæ-
cumque vincula, & quamcumque neceſſitudi-
nem orientem ex ſanguinis ſui prædilectione
ultra perſonas decimi gradus abolitam eſſe præ-
ſumunt ? ad *Text. in leg. non facilè 4. in princ. ff.
de gradib., & affinib., Gloſſ. in novell. 118. §. Si in*
25 *autem, Jaſon. in leg. certum C. unde legitimi,
Gloſſ. in cap. poſtremo, ubi Barboſ. num. 7. de ap-
pellat., Cephal. conſ. 386. num. 23. lib. 3., Pariſ.
conſ. 51. num. 8. vol. 2., Montan. contr. 80. n. 11.,
Covar. variar. reſol. lib. 3. cap. 5. num. 4. verſ. 5.,
Carol. Anton. de Luc. de linea legal. vol. 1. art. 15.
num. 30. verſ. convenit, Petrus Belojus de ſucceſſ.
ab inteſt. num. 31. verſ. & hæc agnatis*, opti-
mè *Manſ. conſult. 453. num. 33., & conſult. 455.
num. 4., & ſeqq., cum aliis in præterita mea con-
ſultatione, §. Neque verò iſtiuſmodi*.

At verò, ſi qualitas agnatitia genericè ſumpta
DD. Adverſariis ſoffragari minimè poteſt, eò
quod deſtituantur gradu in concreto ſucceſſionis
ſtatutariæ requiſito, iidem iſtiuſmodi gradus
prærogativam mutuare nequibunt à Matre, quaſi
hoc caſu agnatio, & gradus in unum, idemque
ſubjectum, licèt ex diverſis principiis, confluen-
tes, invicem juvari queant, duplexque concur-
rere dicatur vinculum, pro ſtatutaria ſucceſſione
conſequenda ſufficiens, quod eſt altera aſſumpti
pars, quæ in contraria conſultatione latiſſimè
comprobatur; nam, cum utraque qualitas ſeorſim
conſiderata, inefficax ſit, neque etiam conjunctim
accepta, validior reddi poteſt, quia, ut duplex
26 vinculum operetur, neceſſe eſt, ut unumquod-
que per ſe ſpectatum, ſit efficax, ut notant *Soccin.
jun. conſ. 24. ſub num. 13. ad fin. vol. 4., Menoch.
conſ. 287. num. 26. poſt med. verſ. facilè., Surd.
conſ. 172. num. 113., Cyriac. contr. 553. num. 21.*,
& optimè firmavit *Rota in Majoricen. Beneficii
26. Februarii 1699. §. Verùm cor. R.P.D. meo de
la Tremoille*.

Et quidem vinculnm paternum, quo ipſi A-
gnati dicuntur, inefficax eſſe, perſpicuum fit:
quia, licèt probata dici poſſet deſcendentia DD.
Adverſariorum à communi ſtipite, non iccircò
dicerentur eſſe Agnati Braccii defuncti, quia non
ſolùm conſtituti ſunt extra decimum conſangui-
nitatis gradum, ſed adeò remotè diſtant, ut
agnationis jura conſervare, & ſuccedendi capaci-
27 tatem ullam habere amplius nequeant, ut ex *Text.
in §. final., ubi Gloſſ., & Doctores, inſtit. de
ſucceſſ. cognat., & §. Si verò neque fratres,
auth. de hered. ab inteſt. venient.*, notant *Alciat.
in leg. pronunciatio in verb. nepotes, & in verb.
Agnatorum in fin. de verb. ſignif., Azor. in ſum.
C. de legit. hered., Dec. conſ. 322., num. 2., &
& 4., Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 9.
num. 24., Mars. de ſucceſſ. legal. part. 3. quæſt. 2.
tit. 2. num. 2., Simon. de Pret. de interpr. Ultim.
Volunt. lib. 3. fol. 11. num. 12., & 13. fol. mihi*
288., ubi abſolutè tradit, quod Agnati dicuntur
uſque ad decimum gradum, computandum ſecun- 28
dum jus civile, *Graſſ. de ſucceſſ. §. Fideicommiſ-
ſum quæſt. 19. num. 3., Mantic. de conject. Ultim.
Volunt. lib. 8. tit. 12. num. 37., & 38., Carolus
Trentac. conſult. 458. num. 21., & 221., Fachinet.
lib. 4. contr. cap. 100., Torr. de Primog. Ital. par.
1. cap. 38. §. 17. num. 488.*, aliique relati per *Manſ.
conſult. 455. num. 4., & 5.*

Et, licèt me non lateat, nonnullos ſenſiſſe,
nomine Agnatorum venire poſſe omnes de fami-
lia etiam extrà decimum gradum, inter quos *Pe-
regr. conſ. 47. n. 6. vol. 2., Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 29
381. num. 8., nihilominùs, poſthabitâ quæſtione,
quâ à Doctoribus diſceptatur, an illi, qui ſunt
extra decimum conſanguinitatis gradum, in quo
omnis deſinit ſucceſſio, quique vere nec ſanguine
conjuncti ſunt, neque Cognati, rectè Agnati
dicti fuerint, ſeù potiùs ſpeciali gentilium nomi-
ne nuncupari debuerint, ut probat D. meus Jaco-
bus Rillius in ſecunda ſua eruditiſſima conſulta-
tione *num. 3. ad 13.*, animadvertendum videtur,
quod, quotquot ſunt, qui agnationis nomen in in-
finitum protrahi, contendunt, loquuntur in hy-
potheſi ſucceſſionis fideicommiſſariæ deferendæ
ultra decimum gradum ex mente Teſtatoris 30
optantis perpetuam ſuorum Bonorum conſerva-
tionem in familia, agnatione, & caſata; licèt
in hoc quoque caſu non deſint contrarium ſen-
tientes, *Soccin.* nempè *jun. conſ. 140. n. 14. vol. 3.*
aliique relati per *Fuſar. d. quæſt. 381. num. 5. & 9.*;
Aliter verò res ſe habet, quando agitur de ſuc-
ſione jure hereditario devolvenda, & quam Sta-
tutum ſimpliciter ad fœminarum excluſionem,
voluit deferri Agnatis maſculis exiſtentibus uſque
ad ſextum gradum incluſivè; hoc enim caſu vin-
dicat ſibi locum communis, & recepta concluſio
ſuperiùs firmata, quâ ſtatuitur, exiſtentes ultrà 31
decimum gradum, tamquam extra gradum, intra
quem defertur ſucceſſio ab inteſtato, non conti-
neri ſub nomine Agnatorum, ut diſtinguendo
firmant *Peregr. d. conſ. 47. num. 6. verſ. quorum
omnium tom. 2. dec. 5. n. 4., Petra de Fideic. quæſt.
11. num. 518. verſic. ſi quis tamen, Graſſ. de ſuc-
ceſ. §. Fideicommiſſum quæſt. 19. num. 20., Mantic.
de conject. d. lib. 8. tit. 12. num. 37., Manſ. d. con-
ſult. 455. num. 6. 7. & 8.*, ideòque optimè con-
fert, quod firmatur in contraria conſultatione *n. 65.
66. & ſeqq.*, diverſum eſſe, aliquem, licèt poſitum
extrà decimum gradum, dici poſſe Agnatum;
aliud verò, quod quis habeat etiam jura agnatio- 32
nis, itaut ſuffragentur ad effectum ſuccedendi vi-
gore ſucceſſionis legalis, ut optimè ponderant
*Bouden. collucit. legal. 25. num. 48. tom. 2., Rota
coram Duran. dec. 36. num. 11.*, & alii per ipſum
adducti; Et propterea DD. fratres de Ricaſolis
proficiſcentes à communi ſtipite, retinere quidem
poterunt agnationis nomen, ſed illud eis prodeſ-
ſe minimè poterit, ut denominentur Agnati,
quoad jus ſuccedendi ex cenſura ſtatutariæ legis,
demandantis ſucceſſionem Agnatis maſculis uſ-
que ad ſextum gradum incluſivè, ut notant *Car-
pan. ad Statut. Mediolan. cap. 289. n. 11. & c. 301.
n. 3., Pedroch. conſ. 40. n. 305., Manſ. conſ. 453. n. 33.*
Ut-

Digitized by Google

Utque exemplis, & aliorum ſimilium inductione confirmemus, diverſo jure cenſendam eſſe agnationem quoad nomen, & quoad cauſam ſucceſſionis, dicimus; quod, quamvis Adoptivi,
33 & Legitimati, ſub generali Agnatorum appellatione contineantur, ut de Adoptivis eſt *Text. in §. Adoptivi 2. inſtit. de legit. Agnator. ſucceſſ.*, & de Legitimatis firmavit *Rota dec. 673. n. 25. part. 18. rec.*, cum concordantibus *in Bononien. Fideicommiſsi de Manzolis 22. Junii 1699. cor. R. P. D. meo Anſaldo*; indubii tamen juris eſt, quod à Statutis agnationis rationem habentibus, vocati non intelligantur, nec Agnatorum nomine ve-
34 niant, ut probant *Curt. ſen. conſ. 1. num. 4. 19. & 20.*, quem refert *Sapia in leg. qui ſe patris n. 71., C. undè liberi*, *Carpan. ad Statut. Mediol. d. cap. 289. num. 7.*

Prout etiam de ſorore, ejuſque filiis non ab-
35 ſimili ratione conſtitutum reperitur: hi namque ex diſpoſitione *legum 12. Tabular.*, *& leg. meminiſſe C. de legit. hered.* inter Agnatos adſciſcuntur, & nihilominus in hypotheſi Statuti vocantis Agnatos ad ſucceſſionem, eſſe excluſos, concors eſt
36 opinio Doctorum, ut firmant *Dec. conſ. 13. nu. 1. v. dato etiam*, *Alex. conſ. 55. num. 1. vol. 5.*, *Soccin. ſen. conſ. 1. num. 5. vol. 5.*, *Carpan. ad Statut. Mediol. d. cap. 289. num. 11. & 12.*, *& cap. 301. num. 3.*, *Bonden. collect. leg. 25. n. 50. & ſeq. to. 2.*, ob eam nimirùm rationem, quia, quando Statutum loquitur de Agnatis, intelligendum venit de
37 Agnatis ſub propria, & rigoroſa illius nominis ſignificatione comprehenſis, ut probant *Caſtrenſ. in leg. fin. §. In computatione in fin. C. de jur. deliber.*, *Alciat. conſ. 15. ante, & poſt num. 5. tom. 1. lib. 2.*, *& de verbor. ſignific. lib. 2. fol. 52. lit. Q.*, *Reden ſcb. conſ. 27. per tot.*, ſignanter *num. 6. 28. & ſeqq. lib. 2.*, *Trentacinq. de ſubſtit. part. 2. cap. 3. num. 8.*, *Bonden de collect. legal. 25. n. 51. & 53.*, *R. P. D. Anſald. in adnot. ad ſuam dec. 12. n. 42. verſ. de reliquo.*

Ex quo ſequitur, quod Statutum noſtrum, ejuſque Reformatio, vocando ad ſucceſſionem Agnatos maſculos intra ſextum gradum, agnationis, & Agnatorum nomen acceperit in ſtricta, & propria ſignificatione, & exprimendo certum numerum graduum, intra quos reſtrinxit Agnatorum ſucceſſionem, intellexerit, quod talis Agnatus eſſet in aliquo conſanguinitatis gradu Defuncto conjunctus; proindèque fatendum eſt, ſub nomine Agnatorum comprehendiſſe tantùm Agnatos in juribus ſucceſſoriis hoc nomine comprehenſos, ponderatâ præſertim dictione illâ, *uſque ad ſextum gradum*, quæ, ut prænotavimus *§. 16.*, utpotè diſpoſitionem limitans intra gradus expreſſos, pernecesſè indicat, Reformationem non reputaſſe pro Agnatis omnes à communi fonte derivantes, & idem cognomen ferentes; ſed illos tantum Agnatos deſignaſſe, qui eſſent Defuncto conjuncti, & exiſterent in gradu ſucceſſibili, quæ ſucceſſio, & ſanguinis conjunctio cum non progrediatur intra decimum gradum, extra illum poſiti, Agnatorum nomine ad hunc effectum non continentur, *Bald. conſ. 76. n. 4.*, cum
38 omnibus aliis ſuperiori loco allegatis, & optimè *Manſ. d. conſult. 455. num. 10. 11. & ſeq.*

Quod validiſsimè comprobatur argumento deſumpto ex alio Statuti noſtri loco ſub *Rubr. 126. num. 2.*, quâ ſancitur, ut ad inteſtatatam Defuncti 39
hereditatem veniant proximiores omnes uſque ad octavum gradum incluſivè, quibus deficientibus, admittatur Fiſcus; Si igitur Statutum declarat inſucceſsibiles Agnatos, qui ſunt ultra octavum gradum, licèt ceteroquin exiſtentes in gradu de jure communi ſucceſsibili, admiſſo ad eorum excluſionem Fiſco, potiori profectò jure aſſerendum eſt, mentem Statuentium non fuiſſe in Reformatione protrahere vocationem Agnatorum ad omnes ſub generico agnationis, ſeù familiæ nomine contentos; ſed agnationis nomen accepiſſe in ſignificatione magis rigoroſa illâ, quam habet à jure civili, dum iſtud ad effectum ſuccedendi admittit Agnatos uſque ad decimum gra- 40
dum, illud verò eorum vocationem reſtringit ad octavum, ut optimè notant *Brun. ad Statut. quod ſtantibus Maſculis artic. 12. num. 36. 99. & 102.*, egregiè *Manſ. d. conſult. 455. num. 16.*, *& conſonat. Rot. deciſ. 267. num. 21. & 22. part. 16.*, *& dec. 94. num. 14. & ſeqq. part. 17. rec.*

Præterea, ſi licet argumentari ab exemplis petitis ex Statutis aliarum Regionum, & Civitatum, ut licere, diſertè traditur in contraria conſultatione *num. 18. & ſeq.*, in qua firmatur, ſimiles conſtitutiones, Legeſque municipales allegari poſſe ad deciſiones Cauſarum, eò quod eædem non minùs valeant, quàm Reſponſa prudentum, & vim habeant magiſtralium doctrinarum, proin- 41
dèque frequens ſit, ut Statuti conditores ſe conformaſſe præſumantur Statutis, & diſpoſitionibus aliarum Regionum, & Provinciarum, & ad illarum ſimilitudinem legem propriam præſcripſiſſe, ut advertunt *Jaſon. in leg. de quibus nu. 6. ff. de legib.*, *Maſcard. de gener. ſtatut. interpret. concluſ. 2. num. 123. & ſeqq.*, *Conciol. ad Statut. Eugub. in prælud. num. 20.*, *Rocc. diſp. jur. ſelect. cap. 73. num. 13.*, *clar. mem. Card. de Luc. de regul. diſc. 83. ſub nu. 4.*, *& de ſucceſſ. ab inteſt. diſc. 41. num. 192.*, Statuto Mediolani *cap. 378.* cautum reperitur = *Quod Agnati intelligantur eſſe, qui eodem nomine, & parentelâ nuncupantur, ſalvo, quod in materia ſucceſſionum intelligantur Agnati dumtaxat illi, qui ſunt uſque ad ſeptimum gradum* = ſunt præciſa verba relata per Præſidem *Picenardum* in ſuo Reſponſo impreſſo poſt Reſponſa *Sudarini n. 7. & 9.*; Ex hoc autem dicti Statuti loco ſecernente Agnatos latè ſumpto vocabulo, ab illis, quibus vigore Statuti defertur ſucceſſio, validiſſimum eruitur argumentum ad dignoſcendum, quàm ſtrictè Statuta agnationis nomen in hac materia ſumpſerunt; &, ſicuti per Statutum Mediolani mandatum eſt, ut ad ſucceſſionis effectum pro Agnatis habeantur exiſtentes intra ſeptimum dumtaxat gradum; ita eâdem ratione dicendum videtur, quod Statutum Florentinum, dum præfixit Agnatis gradus ſucceſſionis uſque ad ſextum, in ſtrictiſſimo ſenſu nomen agnationis, & Agnatorum acceperit, illoſque tantum Agnatos reputaverit, qui ex paterno latere eſſent Defuncto conjuncti intra ſextum gradum, ab agna-

ti-

titiis juribus repellendo quatuor gradus, de jure
communi ceteroquin ſucceſſibiles.

Jam verò, firmato his omnibus, quod DD. Ba-
rones Bettinus, & Octavianus tamquam conſti-
tuti in decimo octavo gradu, ex Juris communis,
magis verò ex patrii Statuti cenſura penitùs ca-
reant agnatitiis juribus, quodque ad effectum
ſucceſſionis inteſtatæ non veniant ſub nomine A-
gnatorum, & per conſequens, licèt ex paterno
latere originem trahant a communi ſtipite fami-
liæ Ricaſolæ, nullam ab eo mutuare poſſint agna-
titiam qualitatem, potiori ratione dicendum erit,
ipſos ex latere materno nullam metiri poſſe pro-
ximitatem, quâ conſtituantur in gradu qualitatis
volitæ à Reformatione ad effectum excludendi
ſororem à legitima ſucceſſione fratris defuncti.

Si enim, ut fuſiſsimè probatur in dicta conſul-
42 tatione, Statuentes nullâ aliâ ratione moti, quàm
favore agnationis, Agnatos uſque ad ſextum gra-
dum incluſivè prætulerunt ſorori Defuncti, ex
hujuſmodi fœminarum excluſione facta con-
templatione agnationis, ſequitur, quod nulla ra-
tio haberi poſsit vinculi procedentis ex parte
Matris, adeòut Cognatis, tamquam de genere
43 non vocato, nullo pacto proſit æqualis, quinimò
nec major proximitas ducta à latere materno, ut
docuerunt *Bald.*, *& Caſtrenſ.*, aliique *in leg. 1.
C. de legit. hered.*, *Laderch. conſ. 54. ſub num. 2.
& 3.*, *Mandell. Alb. conſ. 81. num. 7. & ſeqq.*,
*Menoch. conſ. 187. num. 6. verſ. verùm facilè, &
num. 16. & 17.*, optimè *Spad. conſ. 271. num. 4.
6. & 7. lib. 3.*, *Rot. de incompatibil. part. 1. cap. 6.
§. 17. num. 276.*, *Rot. dec. 84. nu. 19. part. 5. rec.*,
*& in Majoricen. Beneficii 16. Febr. 1699. §. Tum
etiam conjectio iſta cor. R. P. D. meo de la Tremo-
ille*.

Mutuatio namque iſta proximitatis, & gradus,
facta à perſona Matris, apertè repugnat immotæ
illi juris noſtri regulæ, quâ ſtatuitur, quod, ex-
cluſâ à ſucceſſione fœminâ propter Maſculos,
excluſi quoque cenſeantur Deſcendentes maſculi
ex ea, utpotè proficiſcentes ex imperfecto, &
44 impertinenti medio; *ſatis enim abſurdum eſt,
ipſâ origine rei ſublatâ, ejuſdem imaginem derelin-
qui*, ut reſcripſit Imperator *in l. unic. in princ. C. de
latin. libert. tollen.*; Idcircò, cum D. Caſſandra
Adverſariorum Mater excluſa reperiretur à Lege
municipali, ex illius perſona jus ſuccedendi de-
ducere prohibentur DD. fratres Adverſarii, ne
aliàs plus virtutis ſit in cauſato, quàm in ipſa cau-
ſa efficiente, & à qua, veluti à ſuo fonte, proma-
nant jura ſucceſſionis, ut latè firmant Doctores ad-
ducti in altera mea conſultatione, quibus adjicio
*Bald. in leg. maximum vitium 4. num. 4. C. de li-
ber. prætērit.*, ubi quod, ſi Statutum excludit radi-
cem, quidquid ex ea oritur, videtur excluſum,
Valentin. Foſter. de ſucceſſ. lib. 4. cap. 23. num. 27.,
*Knipſchilt. de Fideic. nobil. perſonar. cap. 8. n. 240.
& plurib. ſeqq.*, *Vela diſſert. jur. 49. à num. 58.
ad 61. tom. 2.*, *Altolin. reſol. 13. num. 22.*, *Palm.
nep. alleg. 249. nu. 24. & 30.*, ubi, quod Statutum
excludens unum à ſucceſſione, cenſetur exclu-
dere omnes illos, qui per ejus medium conjun-
guntur.

Nec ſubſiſtit, quod medium mulieris in ſimi-
libus diſpoſitionibus eo tantum caſu reputetur
inhabile, & impertinens ad hoc, ut Maſculi ab ea
deſcendentes ſuccedere poſſint, quo eædem eſ-
ſent perpetuò excluſæ, vel, ſi viveret, cenſeren-
tur incapaces ſucceſſionis; aliter verò rem ſe ha-
bere, quoties fœminæ fuerunt in aliquo caſu con-
ſideratæ, certiùs verò, quando eædem ſucceſſiſ- 45
ſent, ut contingeret in noſtra hypotheſi, in qua,
ſi D. Caſſandra Mater DD. fratrum de Ricaſolis
eſſet in humanis, admitteretur unà cum D. Prin-
cipali ad excluſionem Maſculorum exiſtentium
in gradu à Statuto excluſo; his enim caſibus me-
dium fœminæ non dicitur impertinens, & Ma-
ſculis ab illa progenitis defertur ſucceſſio, quam-
vis per ejuſdem medium id contingat, juxtà *conſ.
Gabr. 6. num. 1. lib. 1.*, *& comment. ad conſuetud.
Pariſ. tit. 1., de Fide §. 25. gloſſ. 1. in verb. les fe-
melles ſub num. 2. oper. tom. 1. fol. 364. juxtà edit.
Pariſ. anni.* 1681. à R. P. D. *Severolo* ad ſui aſ-
ſumpti comprobationem adducti.

Quod enim attinet ad primam objecti partem,
facilè ex ea emergimus ponderando, quod, licèt
Statutum Florentinum, non exiſtentibus Agnatis
maſculis intra ſextum gradum, fœminas ad ſuc-
ceſsionem reintegraverit, non idcircò ſequitur,
quod fœminarum excluſio non officiat earum fi-
liis: quia aliud eſt, quod, deficientibus Maſculis
agnatis à Statuto vocatis ad fœminarum exclu- 46
ſionem, iſtæ, & earum filii juxtà juris commu-
nis cenſuram ſuccedant; aliud verò eſt, quod
eædem, & filii ſuccedant tamquam Agnati à
Statuto conſiderati; primo caſu, quia Statutum
noluit perpetuam fœminarum excluſionem in-
tuitu agnationis indicere, ſed tantummodò uſ-
que ad certum gradum, utique, perempto gradu
agnationis à Statuto contemplato, fœminis, ea-
rumque Deſcendentibus adempta non dicitur
ſucceſsio; & ſecundo caſu, quia, dum Statuentes
Matrem excluſerunt, ut Bona in familia conſer-
varentur, illam conſideraſſe dicuntur uti inha-
bilem ad conſervandam agnationem, ideoque
illius excluſio perpetua eſt, ſecundum *Bart. in* 47
leg. fin. ff. ad Treb., *Curt. jun. conſ. 117. verſ. ego
autem ſoles dicere*; eo igitur caſu, quo D. Caſſan-
dra Mater vigore ſtatutariæ diſpoſitionis ſucce-
dere nequiret, nec etiam illius filii maſculi, ut-
pote carentes principio ſucceſsibili, capaces erunt
inteſtatæ ſucceſsionis, ex lege ſtatutaria deferendæ
ad Agnatos, &, ultra ſuperiùs relatos, optimè pro- 48
bat *Bellon. de jur. accreſc. tom. 3. cap. 9. quæſt. 12.
à num. 89. ad* 102., & propterea benè ſimul con-
veniunt, quod, licèt fœmina non ſit ſemper me-
dium inhabile, ut filii ex illius perſona ſuccedere
poſsint, attamen tale reputetur in terminis ſta-
tutariæ ſucceſsionis, ſi illius vigore admitti con-
tendant, idemque firmat *Gabr. d. conſ. 6. num. 1.
& ſeqq. lib. 1.*, in cujus hypotheſi cum Mater à
Statuto non eſſet excluſa, ejus filii habiles eſſe
dicebantur ad ſuccedendum ex perſona Matris;
aliter verò res ſe habuiſſet, ſi medium Matris à
Statuto habitum fuiſſet pro impertinenti, quia
tunc, vigore Statuti excluſâ Matre, excluſi quo-
que fuiſſent omnes ab eadem deſcendentes, &
egre-

Digitized by Google

egregiè firmavit *Rot. dec.84. num.10. & 11. part.*
6. rec.
Hinc oon abſimili ratione reſpondetur ſecundæ
parti objecti, quod nempe, ſi D. Caſſandra DD.
Adverſariorum Mater viveret, oon repelleretur
à fraterna ſucceſsione, ideòque repellendi non
ſiot DD. Adverſarii illius filii maſculi: Quia
aut ipſa ſucceſsionis jura deſumere vellet à Lege
municipali, & tamquam deſtituta qualitate ma-
ſculinitatis, ſub qua vocantur Agnati, utique, ſi
viveret, incapax eſſet ſucceſsionis Baronis Brac-
49 cii, & per conſequens Domini Barones Bettinus,
& Octavianus ex ipſius perſona jus ſuccedendi
deſumere non poſſeot, ut probant *Surd. conſ. 95.*
num.10. verſ. attamen prædictis, *Rot. dec.84. nu.*
15. part. 1. rec.; Aut ſuccedere vellet ex juris
communis ſanctione, ob deficientiam videlicet
Agnatorum excludentium, &, cum D. Maria
Magdalena Principalis noſtra ex hoc jure in fra-
tris inteſtata hereditate æqualiter ſuccederet,
eamdem, utpote venientem ex æquali jure,
50 repellere non poſſet, proindeque non adverſan-
tur verba Auctoris *Commentar. ad conſuetud. Pa-*
riſ. relati in cootraria conſultatione ſub *nu. 102.*,
ibi = *Non obſtat dicta theorica, natum ex fœmina,*
tamquam ex radice infecta, excludi à jure, & gradu,
ex quo excluditur fœmina; quia verum eſt, quando
fœmina ipſa, à qua Maſculus deſcendit, eſt inhabi-
lis, & incapax, taliter quod, ſi viveret, non ſuccede-
ret; ideòque, cum D. Caſſandra, ſi in humanis eſ-
ſet, & virtute ſtatutariæ legis ſuccedere cuperet,
nullo pacto eſſet admittenda in concurſu Agnati,
vocati à Statuto, eoque non extante, ſororem ex
æquali jure venientem excludere nequiret; ità
etiam pari ratione ejus filii Agnatos conſideratos
à Statuto excludere non poſſent, quia procedunt
ex medio inhabili, prout etiam Materteram à
coæquali ſucceſſione non repellerent, quia plus
virtutis eſſe non poſſet in cauſato, quàm in cauſa.
Parvique refert, Dominam Caſſandram nup-
ſiſſe uni ex familia de Ricaſolis, & propterea,
quum tàm Statutum, quàm Reformatio excluſe-
rint fœminas contemplatione agnationis, favore
DD. adverſariorum militet ratio, ob quam Ma-
ſculi in iſtiuſmodi ſtatutariis diſpoſitionibus ſunt
vocati, eò quod ex tali Matrimonio cum viro
de familia agnatio per Matrem conſervata po-
tiùs, quàm perempta videatur, ideòque ipſius
medium, & vinculum reputandum ſit pertinens
ad hoc, ut ipſa filiis proximitatem, & gradum
ad effectum ſtatutariæ ſucceſſionis poſſit commu-
nicare.
Quoniam diſcurſus iſte, ſimiliſque argumen-
tandi modus, utpotè peccans petitione princi-
pii, & ſuppooens id, quod eſt in quæſtione, ob
hanc ſolam rationem rejiciendus videretur, *Ca-*
51 *ſanatt. conſ. 50. num. 22.*, *Rota in Romana, ſeù*
Reatina Fideicommiſſi 3. Decembris 1697. §.
Hæc enim arguendi coram R. P. D. mea de la
Tremoille; & propterea dicimus, nec de juris
ceoſura, oec ex mente Statuentium, nec deni-
que auctoritatibus exadverſo allegatis probari,
quod Maſculi deſcendentes ex fœmina, à ſtatuta-
ria ſucceſſione non repellantur, quando proxi-
mitas deſumpta à Matre, conjuogitur cum agnati-
tia qualitate communicata à Patre, cui illa nup-
ta eſt. Hujuſmodi eoim extremorum, ſive me-
diorum conjunctionem inducere nequit conſer-
vatio agnationis volita à Statuto, & ex qua, ve-
luti a ſuo fonte, deducuntur omnes contrariæ il-
lationes, & argumenta, quia illius contempla-
tio operatur in caſu, & gradibus conſideratis à
Statuto, & extra illos inefficax eſt, rejectâ om-
ni extenſione ex identitate, quinimmò ex majori-
tate rationis, prout infrà oſtendemus; ideòque
tantum abeſt, ut ex contemplatione agnationis
valida reddi valeat conjunctio gradus deſumpti
ex Matre excluſa, & qualitatis agnatitiæ dedu-
ctæ a viro, cui illa nupta eſt, ut potiùs hæc ſit
ratio illa, ob quam maternum vinculum repu-
tatur inutile, inhabile, & impertinens, ut fir-
matum fuit in §.28., ubi ex *Rotæ* auctoritate pro-
bavimus, quod, quando prædilecta eſt agnatio,
hujus contemplatio efficit, ut vinculum ex ma-
teroo latere attendi non mereatur, & probant 52
etiam innumeri doctores relati per *D. Marian. in*
celebri Florentina Succeſſionis Motiv. impreſs. fol.
20. §. Et in puncto.
Et jure quidem optimo Doctores, & Sacra
Rota, quando contemplata reperitur agnatio,
pro impertinenti habuerunt vinculum, & proxi-
mitatem derivantem ex fœmina nupta in fami-
lia, quia, quum ex fœmina ortum habeat cogna-
tio, utique hæc noo parit Deſcendentes agna-
tos, nec illius filii, licèt Maſculi, dicuntur de agna-
tione, & familia Matris, ſed de agnatione, &
familia Patris; Mater enim, licèt agnata ſit, fi-
nis tamen eſt agnationis ſuæ, quam proinde in
filios transferre non poteſt, ad Text. *in §. Vulgo* 53
quæſitas inſtitut. de ſucceſſ. cognator., *& in leg.*
juris conſultus 10. §. Cognati 2. ff. de gradibus aſ-
fin., ibi = *Qui autem per fœminas conjunguntur,*
Cognati tantùm nominantur, *& in leg. memini-*
mus fin. §. Quum autem Cod. de legit. heredit.,
Bald. in leg. certum 5. num. 11. ibi = *Sunt autem*
Agnati, qui ſibi attinent per legitimam lineam
maſculinam ſine fœminæ interruptione = *Cod. undè*
legitimi, *Valenz. conſ. 30. nu.24.*, *Menoch. conſ.*
177. num.26., *Peregrin. de Fideicomm. artic.26.*
num 28., *Trentacinq. conſ.9. num.19.*, ubi con-
cludit, quod fœminæ nuptæ in familia conſer-
vant quidem agnationem, ſed illam de linea vi-
ri, oon autem illam de linea eorum Patris, *Bel-* 54
lon. conſ.73. nu. 12. & 13., *Prat. diſcept. forenſ.*
cap.4. num.68., *Pegaſ. de ſucceſſ.*, *& erect. ma-*
jor. cap.14. num.123., *& 124.*, qui, quamvis pro
filio fœminæ nuptæ in familia reſolvat, duplici
tamen peculiari ratione movetur, alterâ ex vo-
luntate Teſtatoris vocantis fœminas agnatas ad
effectum, ut nubendo Agnatis poſſent procreare
Liberos agnatos, & alterâ, quia majoratus, de
quo in ſua hypotheſi agebatur, non erat verè 55
agnatitius, ut elicitur ex *num. 14.*, *& per tot.*
tom.2., *Rot. deciſ.388. num.19. part. 5.*, *& de-*
ciſ. 349. num. 19., *& deciſ. 89. num. 15.*, ubi
advertit, impoſſibile eſſe, mulierem habere fi-
lios

lios agnatos, *part. 6. recent.*, cum aliis per me
adductis in prima mea conſultatione, *§. Quo circa.*

Quamobrem rectè pro regula, communi om-
nium conſenſu recepta, conſtitutum eſt, quod
Statutum excludens fœminam, cenſeatur, per
quamdam conſequentiam excludere totam illius
lineam, & ſic etiam Maſculos ab ea deſcenden-
tes, in quibus licèt mutetur ſexus, non tamen
mutatur qualitas; & ratio excluſiva, immò ve-
rò, quum iidem non poſſint venire, niſi tamquam
Matris imagines, eorum reſpectu potentior eſt
ratio excluſionis, quàm reſpectu Matris, illi
56 enim ſunt Cognati, hæc verò agnata eſt, ut ex
*Baldo in leg. maximum vitium num. 4. Cod. de Li-
ber. prater.*, in propoſito reſpondent *Paul. de
Caſtra conſ. 241. num. 5. lib. 1.*, *Natt. conſ. 581.
num. 23. verſ. non obſtat*, *& num. 26. verſ. prate-
rea*, *Surd. conſ. 85. num. 10. verſ. attamen*, opti-
mè *Bellon. de jur. accreſc. cap. 9. quaſt. 12. à num.
202.*, *& plur. ſeqq.*, & præcipuè *num. 107.*, *deci-
ſio Sicula penes Cardin. de Luca de feud. num.
392.*, ubi ea affertur ratio excludendi Maſcu-
lum ex fœmina nupta in agnatione, quia nem-
pè, ut verbis utar deciſionis, *Maſculus ex Ma-
ſculo verè, & naturaliter conſervat familiam,
Maſculus verò ex fœmina, nonniſi per fictionem, &
artificium.*

Et reverâ, quum Reformatio unâ cum maſcu-
lina, & agnatitia qualitate requirat proximitatem
intra limites ſexti gradus incluſivè, quæ ratio ha-
beri poteſt vinculi D. Caſſandræ, etſi viro ejuſ-
dem cognominis traditæ? Quemadmodum enim,
ſi illa viveret, conſtituere nequiret gradum à
Statuto volitum, eò quod careret qualitate maſ-
culinâ; ita etiam DD. adverſarii ejus filii ab ea-
dem dinumerare nequibunt gradum; nam, quum
omnis ſucceſſio devolvi debeat de gradu in gra-
dum, itaut non aliter fiat tranſitus ad gradum
57 ſequentem, quàm, deficiente priori, ad Text. *in
leg. 1. §. Quibus*, *& §. Sed videndum ff. de ſuc-
ceſſor. edict.*, unde ſequitur, quod, ſi D. Caſſandra
Mater, à qua gradus incipere debebat, inhabi-
lis erat, & gradum nullum conſtituere poterat,
impediatur proinde tranſitus ſucceſſionis ad filios
ab eodem termino derivantes, tamquam præ-
exiſtente obſtaculo, & deficiente principio, à
58 quo gradus, & proximitas promanet, ut argu-
mento *leg. 2. §. Si ſit conſanguinea ff. ad Ter-
tull.*, *& leg. Juriſconſultus 10. §. Gradus 12. ff.
de grad.*, *& affin.* arguunt *Bartol. in leg. Libero-
rum 220. num. 1.*, *verſ. quaro pone ff. de verbor.
ſignific.*, *Caſtrenſ. conſ. 421. num. 10. verſ. atta-
men*, benè *Bellon. de jur. accreſc. dict. cap. 9. qu.
12. num. 100.*, *& 101.*, egregiè *Caſtill. lib. 5. quo-
tid. contr. cap. 178. nu. 18. verſ.*, *& eodem*, *Rot.
deciſ. 89. num. 8. & 9.*, *& num. 10. part. 6. recent.*,
cum reliquis adductis in altera mea conſultatio-
ne, *§. Statuium ſiquidem*, ubi ex auctoritate
*Rota Romana in Firmana Succeſſionis 26. Fe-
bruarii 1698. §. Alia verba coram R. P. D. Mu-
to*, oſtendi, quod eadem incapacitas graduum,
ſive ſucceſſionis, quâ repellitur Pater, influat
etiam in filios.

Si itaque, juxta toties repetita dictæ Reforma-
tionis verba, *exiſtentibus Agnatis maſculis uſque
ad ſextum gradum incluſivè*, ab inteſtata heredi-
tate fratris ſoror excluditur, DD. adverſarii filii
Caſſandræ nuptæ bon. mem. Baroni Leoni eorum
Patri, ab eadem mutuare nequibunt proximita-
tem, quia Statutum vocando Agnatos maſculos
uſque ad ſextum gradum, reſpexiſſe dicitur ad
agnationis conjunctionem ex parte Patris, in quo
agnationis ſubjectum ſubſiſtit, & non ad non con- 59
junctionem ex parte Matris, quæ, utpotè cognata
nihil operari poteſt pro dinumerando gradu agna-
titio, ut optimè notat *Bellon. conſ. 2. num. 81.
verſ. nec obſtat*; ideòque, quamvis nupſerit viro
de familia, non idcircò tribuere valeat filiis pro-
ximitatem, & qualitatem agnatitiam, quibus
ipſa ad effectum ſtatutariæ ſucceſſionis deſtituta
reperiebatur, ut ex regula, quâ ſtatuitur, plus 60
juris in alium tranferre non poſſe, quàm in ſe-
metipſo quis habeat, in noſtris terminis benè ar-
gumentatur *Laderch. conſ. 54. col. 4. verſ. confir-
matur id ſecundò*.

Quocirca, quum ex Statuto noſtro, junctâ ejus
Reformatione, cognatio, ſeù maternum vincu-
lum per ſe ſpectatum, reputetur impertinens ad
ſucceſſionem, efficax non redderetur ob com-
mixtionem cum vinculo paterno, quaſi ex utro- 61
que unum, & individuum vinculum efficax ef-
formatum eſſe dicatur, quia, quod ſuâptè natu-
râ vim, aut efficaciam nullam habet ad agen-
dum, nec etiam cum alio conjunctum illam ac-
quirere poteſt, ut in propoſito ratiocinantur
Bald. in leg. 1. Cod. de legit. heredit., *idem in cap.
1. §. His verò in princip. de ſucceſſ. fratr.*, *Al-
ciat. conſ. 37. lib. 2. tom. 1.*, *Alex. conſ. 29.*, *&
152. lib. 3.*, *Bero. conſ. 96. num. 8.*, *& ſeq.*, *&
per tot. lib. 2.*, *Mandell. conſ. 81. num. 9.*, *Rug-
ger. conſ. 37. num. 32. lib. 2.*, *Menoch. conſ. 187.
num. 14.*, *Surd. deciſ. 239. num. 7. & 8.*, *Magon.
deciſ. Florent. 82.*, *& deciſ. 105. utrobique num.
20.*, *Cardin. de Luca de Fideicomm. diſc. 6. num.
12.*, *& de feud. diſc. 13. num. 17.*, *Rot. deciſ. 84.
num. 14. ad fin. part. 5.*, *& deciſ. 53. num. 7. part.
7. rec.*, ſed, ut duplex vinculum, ſeu duplex qua-
litas ſimul juncta operetur, oportet, ut unaquæ-
que per ſe, & ſeorſim ſumpta, ſit efficax, & ſuf-
ficiens ad ſuccedendum; alioquin ex duplici ex-
tremo penitùs inhabili medium habile effor-
mari non poteſt, ut proſequitur *Bellon. dicto conſ.
2. ſub num. 81.* Quapropter, quum in hypotheſi
Florentini Statuti vocantis Agnatos maſculos in- 62
tra ſextum gradum, ſi ſpectetur linea materna,
DD. fratres Adverſarii venire nequeant tamquam
Maſculi agnati, quia ſunt Maſculi nati ex fœmi-
na, ideòque excluſi, minimèque conſtituentes
ſextum agnationis gradum à Statuto requiſitum,
vinculum idcircò ex latere Matris impertinens,
& inhabile remanet, ut optimè notant *Soccin.* 63
Sen. conſ. 151. num. 9. vol. 2., *Bellon. conſ. 2. num.
72. & ſeqq.*, *Alberghin. penes Fuſar. conſ. 18.
nu. 11. verſ. 4.*, *Rugger. conſ. 37. num. 24. tom. 2.*,
Theodor. allegat. 86. nu. 6., *Rocc. ſelect. jur. cap.
2. num. 13.*, *Carol. Anton. de Luca de lin. legal.
lib. 2.*

Digitized by Google

lib. 2. art. 76. num. 7., Rot. deciſ. 84. num. 16., &
17. part. 5. rec.

Si verò intueamur lineam paternam, ex qua
verè deducitur agnatio, quum in dubium venire
nequeat, quin ipſi proveniant ex alio imperti-
nenti vinculo, eò quod agnatitia qualitas à Sta-
tuto, ſeu Reformatione deſiderata intra limites
ſexti gradus, conſiderari nequeat in Patre agnato,
per decem, & octo gradus à Defuncto disjuncto,
atque exiſtente extra gradus à Statuto contem-
platos, agnatitiam qualitatem à Statuto conſi-
deratam, quâ ipſe carebat, tranſmittere procul
dubio non potuit in filios, ad effectum obtinen-
di prælationem, in ſtatutaria ſucceſſione tributam
Agnatis ſexti gradus, ut optimè firmant *Bellon.*
conſ. 2. nu. 81. §. Ex his autem, *Rugger. conſ. 37.*
num. 25., & 26., egregiè *Curt. Jan. conſ. 117.*
verſ. circa ſecundam, qui in noſtris præciſis ter-
minis per hæc verba concludit, ibi = *Novam conſi-*
derationem non poſſum non mirari, quod de Ca-
millo filio Comitis Octaviani, &c. & non immeri-
tò de eo non eſt facta mentio, quia aut volumus eum
conſiderare ex perſona Patris, & tunc, ſi Pater ex-
cluditur tamquam remotior reſpectu Philippi, mul-
tò fortiùs deberet ipſe removeri, ſi viveret; aut
volumus eum conſiderare ex perſona Matris, quo
caſu dicitur Cognatus, & tunc, excluſa Matre, ſunt
excluſi etiam ejus Deſcendentes; quemadmodum
dicimus, quod, ſicuti in feudo non ſuccedunt fœmi-
næ, ita etiam non ſuccedunt Maſculi ab eis deſcen-
dentes, &c. = & inferiùs ita ſubdit = *Ex præmiſſis*
confunditur alia conſideratio facta per Dominum
Advocatum, quod Camillus pro parte dicitur A-
gnatus, & pro parte Cognatus, & ſic quod iſte eſt
caſus omiſſus à Statuto Mediolani excludente Co-
gnatos, ſtantibus Agnatis uſque ad ſeptimum gra-
dum; poſſum enim fateri ſinè veri præjudicio, quod
reſpectu Patris dicitur Agnatus, ſed quid facit hoc
ad propoſitum? Si enim Comes Octavianus, qui eſt
Agnatus excluditur, quare non debet excludi Ca-
millus, dato, quod ſit Agnatus, qui eſt remotior
Patre? Si autem volumus conſiderare perſonam
Matris, ſuccedunt ea, quæ ſtatim diximus, quod,
infectâ radice, cenſeatur infectum omne id, quod
ex ea deſcendit = Hæc præfatus Auctor, *Car-*
din. de Luca de feud. dict. diſc. 13. ſub num. 27.,
præclarè *Rot. dict. deciſ. 89. num. 11. part. 6.*
recent.

Hæc igitur quum ita ſe habeant, & argumen-
tis non mioùs à veriſſimis juris regulis, quàm à
naturalis rationis dictamine deſumptis oſtende-
rimus, tàm maternum, quàm paternum vincu-
lum per ſe ſpectatum, impertinens, & inefficax,
per accidentalem eorumdem conjunctionem in
uno, eodemque ſubjecto efficax reddi non poſ-
ſe, ſuperfluum videri poſſet perſequi momenta
omnia rationum ab eximiæ doctrinæ, eruditio-
64 niſque viro pro ſummo ingenii ſui acumine, at-
que viribus in contrarium adducta. Verumta-
men non ut Cauſæ, quæ plana eſt, ſed ut Parti
adverſæ pleniùs ſatisfaciamus, reſpondemus, non
ſubſiſtere, quod Statutum non præcipiat, unde
gradus iſti deſumendi ſint, ideòque ſufficiat, DD.
Adverſariis ex materno latere proximitatis gra-
dum metiri, ut ad terminos Statuti, de quo
agitur, conſtituti dicendi ſint intra gradus ab
illo præſcriptos, quamvis ex parte Patris non vi-
derentur tales; nam id adverſatur firmiſſimis ju-
ris noſtri præceptis, quibus ſtatuitur, gradus proxi-
mitatem in ſucceſſoriis juribus ex eo latere eſſe
deſumendam, ex quo capitur, & defertur ſuc- 65
ceſſio, ut præclarè tradiderunt *Soccin. conſ. 249.*
col. 13. verſ. 13. probatur, *Corn. conſ. 230. colum.*
9. in fin. vol. 3., *Ruin. conſ. 167. num. 8. lib. 2.*,
Pariſ. conſ. 59. num. 20. colum. 3., *Myerez de ma-*
jorat. quæſt. 7. num. 19. part. 1., *Peregrin. de Fi-*
deicomm. artic. 21. num. 9. & 10., ubi aſſerit, non
attendi prærogativam, & proximitatem gradus,
quæ non producit ſucceſſionis effectum, *Gamm.*
deciſ. Luſitan. 258. nu. 4., quibus conſonant *Bellon.*
Jun. conſ. 2. nu. 72., *Mart. de ſucceſſ. legal. part.*
3. quæſt. 4. art. 2. num. 3., & art. 3. nu. 6., *Hart-*
man. Piſtor. lib. 1. quæſt. 53. nu. 22. & ſeqq., *Car-*
din. de Luca de Fideicomm. diſc. 6. num. 12., & de 66
ſucceſſ. ab inteſtat. diſc. 50. num. 13., & diſc. 51.
num. 5. in ſupplement., *Bonden. collect. legal. 25.*
num. 37. tom. 2., *Rota dict. deciſ. 84. num. 16., &*
ſeqq. part. 5., & deciſ. 89. num. 6. part. 6., & de-
ciſ. 53. num. 4., & ſeqq. part. 7. recent., Qui om-
nes unaoimi ſententiâ firmant, in ſucceſſionibus
ex voluntate Teſtantium, aut ſtatutario jure
Agnatis deferendis, agnatitii tantùm vinculi ra-
tionem habendam eſſe, poſthabito penitùs gra-
du cognatitio, itaut poſitus extra gradus ſuc-
ceſſibiles admitti nequeat tamquam Agnatus,
quamvis agnationi inſita ſit cognatio, quâ,
inſpectâ, proximior, & intra gradus ſucceſ- 67
ſibiles ex Juris commuois præſcripto conſti-
tuatur.

Ideòque, quamvis conſideratâ perſonâ D. Caſ-
ſandræ Matris, quæ fuerat ejuſdem Baronis Brac-
cii defuncti ſoror, DD. Barones Bettinus, &
Octavianus ſint eidem tertio proximitatis gradu
conjuncti; non idcircò ſequitur, quod pro effe-
ctu ſucceſſionis delatæ ex jure ſtatutario ipſi uti
valeant proximitate, & prærogativâ gradus ex
materno latere deducta, quia, quum ex volunta-
te Statuentium Mater effecta eſſet incapax ſucceſ-
ſionis, illiuſque medium ad illam conſequen-
dam omninò impertinens diceretur, DD. fra-
tres adverſarii illius filii proximitatem nullam
metiri poſſunt ex latere materno; ſed, eo inſpe-
cto, conſiderantur tamquam extranei, prout
etiam tales reputantur, conſideratâ perſonâ Pa-
tris remotiſſimi, & poſiti extra quemcumque 68
gradum ſucceſſibilem; ideòque ex hac etiam
parte ducere non poterunt vinculum iſtud, quod
unicè ad mentem Statuti ſpectandum eſſe, nota-
runt *Soccin. Jan. conſ. 94. nu. 14. lib. 1.*, inquiens,
quod, licèt fratres uterini ſint in eodem gradu
cum utrinque conjunctis reſpectu Matris, atta-
men reſpectu ſucceſſionis inter eos, ejuſdem 69
gradus non cenſentur, nec proximitatem à Ma-
tre poſſunt mutuare, *Ruin. conſ. 151. num. 14.,*
& 15. lib. 2., ſubdens, quod, ſi Maſculus in fidei-
commiſſo fœminæ præferatur, reſpectu ſucceſ-

70 ſionis proximiorem eſſe, licèt ſecus reſpectu ſanguinis, *Spad. conſ.* 271. *num.* 2., *Peregrin. de Fideicomm. dict. art.* 21. *num.* 10., *&* 11., *Bellon. dict. conſ.* 2. *num.* 73., *Rugger. dict. conſ.* 37. *num.* 32. *lib.* 2., bene *Ruxas de incompatibil. part.* 1. *cap.* 6. *§.* 17. *num.* 273., *&* 281., & per conſequens fortuita bon. mem. Caſſandræ conjunctio cum Leone, ob nuptias cum eo contractas, filiis non prodeſt, nec efficit, quod iidem comprehendantur intra gradus à Statuto præſcriptos; ſed, inſpe-
71 cto latere Patris, utpotè remotiſſimi, & nullo conſanguinitatis vinculo Defuncto conjuncti, juvari nequeunt proximitate metitâ ex perſona Matris, ut ad mentem Statuti excludant Materteram, ut proſequitur *Bellon. dict. conſ.* 2. *num.* 75. *verſ. unde*, *Cardin. de Luca de feud. diſc.* 13. *ſub num.* 27.

Statutum verò, ſeù Reformationem verba facientem de gradibus, intellexiſſe de gradu agnatitio metiendo ex perſona Patris, excluſo penitùs cognatitio, evidens, & apertum fit ex eo, quod repulit ſororem à fraterna ſucceſſione, *exiſtentibus Maſculis agnatis uſque ad ſextum gradum incluſivè*: claris itaque, & diſertis verbis Reformatio preſcripſit, Agnatos ſuccedere volentes, metiri debere proximitatem, & gradum ex
72 agnatione; ſi enim huic conſulendo, ſublatis è medio feminis, vocavit Agnatos uſque ad ſextum gradum, profectò hunc graduum numerum conſtari, voluit ex gradibus ejuſdem naturæ, & qualitatis, ex Agnatis ſcilicet Maſculis de uno in alium deſcendentibus, non verò ex Maſculis cognatis proficiſcentibus ex latere materno, quorum interpoſitione corrumpitur maſculina ſeries, & agnatitius ordo iſtiuſmodi graduum; fœmina namque, quæ agnationis finis eſt, & principium cognationis, conſtituere nequit gradum maſculinum, quo Agnatorum ſeries continuetur uſque ad ſextum gradum, pro agnationis termino à Reformatione conſtitutum: quum itaque juxta firmiſſimas regulas hactenus conſtabilitas, Statuta omnia excludentia Cognatos propter Agnatos maternum vinculum pro impertinenti, & inefficaci reputent, quumque qualitas agnatitia Matris juvare nequeat filios, eâdem, immò potiori ratione, quàm Mater, excluſos, colore nullo dici poterit, proximitatem deſumptam ex perſona Matris, eiſdem ſuffragari poſſe ad conſtituendum gradum agnatitium volitum à Statuto, quando Mater agnatitiam qualitatem nullo pacto illis communicare valet, ut in puncto no-
73 tat *Bellon. dict. conſ.* 2. *num.* 81., ibi = *Nec obſtat, ſi dicatur, non eſſe ſpectandam lineam, aut paternam, aut maternam ſeparatim, ſed utramque ſimul, & ſic Dominum Franciſcum dici proximiorem agnatum, quia deducit agnationem à Patre, proximitatem verò à Matre; quia reſpondeo, Matrem nihil operari circa gradum agnationis, nam, ſi non operatur circa agnationem ipſam, ut eſt juris notiſſimi, nec per conſequens operabitur circa gradus agnationis, nec dicatur operari tantùm circa gradus, quia hoc eſt impoſſibile; nam gradus, tamquam accidens, ſive qualitas, ſinè ſubjecto, ideſt, ſinè agnatione, conſiſtere nequit* =; ita *Bellon.* cui conſonant omnes ſuperiori loco recenſiti.

Nec ex eo, quod Imperator Juſtinianus *in leg. duodecim Tabularum* 14., *& leg. meminimus* 15. *Cod. de legit. hered.* impertitus fuerit fœminis, earumque filiis agnationis jura, inferri valet, quod eadem à D. Caſſandra Matre tranſmitti potuerint in DD. Adverſarios ejus filios, ex juris 74
communis diſpoſitione veris Agnatis æquiparatos. Etenim, ut jam demonſtratum fuit in *§.* 23., quamvis ex cenſura Imperatoriæ conſtitutionis, ſorores, earumque filii inter Agnatos adſciſcantur, non idcircò Agnatis etiam adnumerantur in municipalibus legibus, illos præferentibus Cognatis excluſis à ſucceſſione, ob eam nimirùm rationem, quia jura loquentia de ſororum filiis, qui verè ſunt Cognati, juſtum locum obtinent in inteſtatis dumtaxat ſucceſſionibus, jure communi deferendis, à quibus antè Juſtiniani tempora antiquo jure excluſi reperiebantur; at, quum agitur de inteſtata ſucceſſione, jure municipali deferenda ſolis Agnatis, excluſis Cognatis, Agnatorum nomine venire nequeunt ii, qui impropriè, & per legis fictionem dicuntur Agnati; ſed leges municipales intelligendæ ſunt de iis, qui juxta propriam, & rigoroſam ſignificationem Agnati dicuntur, ut optimè firmant *Corn. ad leg. meminimus verſ. & ideò ſi ſtatutum columu. penult.*, ibique *Bald. §. fin. num.* 3. *cum addit.*, *& conſ.* 78. *num.* 6. *lib.* 1., ubi, quod iſta eſt mera ſubtilitas juris civilis, in qua non videtur immorandum, ubi ſunt Statuta contraria juri communi, *Redenaſch. conſ.* 27. *per tot. ſignanter num.* 27. *& ſeqq.*, *Carpan. ad Statut. Mediolanen. cap.* 301. *num.* 3., *& cap.* 302. *num.* 26., *ceterique congeſti in dict. §.* 23.

Nec obſtat, quod ideò Doctores per nos allegati, quoad ſucceſſiones ſtatutarias denegent ſororum filiis qualitatem verè agnatitiam, quia pro certo ſupponunt, illas nuptas eſſe viris alienæ familiæ, ideòque earumdem filii non poſſint non dici Cognati, utpotè ex aliena familia pro- 75
creati; & propterea, ut dicitur in dicta conſultatione *num.* 216., *& pluribus ſeqq.*, ratio iſta quum ceſſet in filiis fœminæ nuptæ in familia, & agnatione, eadem etiam in propria familia, & agnatione permanere dicatur, proindeque ejus filii verè, & propriè Agnati reputentur, & quoad jus ſuccedendi loco Agnatorum ſint admittendi, ut ad terminos Statutorum Dertonæ, & Mediolani conſuluiſſe, fertur *Guidobon. advoc. civil.* 100. *à num.* 4. *ad* 13. *& ſeqq.*

Iſtiuſmodi namque objectum ſubmovetur reſpondendo, quod nullus Doctor affertur, qui in
terminis Statuti excludentis Cognatos propter 76
Agnatos maſculos, admittat ad ſucceſſionem filium feminæ in Matrimonium datæ viro agnato non vocato à Statuto; ſi enim filius ſucceſſibilem gradum deſumere nequit à Patre, qui, utpotè poſitus extra gradus à Statuto præſcriptos, pro extraneo habetur, minùs illum metiri poterit à Matre, quum filius à Matre, etſi nupta in fami-

familia, cognatitiam dumtaxat accipiat qualita-
tem, agnatio verò, nonniſi à Patre tranſmittatur
in filium, & quidem qualis in illo reperitur,
abſque eo quod ex Matrimonio contracto cum
Agnata immutetur, ut ex literali *Text. in leg.
familiæ appellatione 196. §. Fœminarum, ff. de
verbor. ſignific.*, *& §. final. inſtitut. de Patr. po-
teſt.*, pluribus relatis, tradunt *Jaſon. conſ. 115.
ſub num. 3. verſ. Tertiò principaliter lib. 4.*, *Soc-
cin. Jun. conſ. 15. lib. 4. per tot.*, *Dec. conſ. 302.
ſub num. 6.*, *Gratian. diſcept. 428. num. 7. 8.*, *&
9.*, *Manſ. conſult. 14. ſub num. 2. tom. 1.*, benè
Trentacinq. dicto conſ. 9. num. 12., *Pegaſ. de ſuc-
ceſſ.*, *& erect. majorat. dict. cap. 14. num. 123.
124. 146.*, *& ſequent.*, ubi firmat, nullam
conſtitui poſſe differentiam inter fœminas de
agnatione, & cognatione in familia nubentes,
quum utroque caſu earum Liberi omnem agna-
tionem recipiant ex Patre, & cognationem ex
Matre, cum quibus concordant omnes alii ad-
ducti in *§. 35.*

Quapropter, quum agnatio verè, & propriè
illa ſit, quæ provenit à natura, junctâ legis diſ-
poſitione, & in qua illi ſolùm continentur, qui
per virilis ſexus perſonas cognatione nobis con-
77 juncti ſunt, *§. 1. in princip. inſtit. de legit. agnat.
ſucceſſ.*, *leg. ſunt autem 7. ff. de legit. tutor.*, *Pe-
regrin. de Fideicomm. art. 16. num. 20. verſ. illud
autem planè eſt*, *Lara de vit. homin. cap. 30. num.
94.*, *Rox. de incompatib. part. 1. cap. 6. §. 11. num.
306.*, *Torr. de primogenit. Ital. part. 1. cap. 38.
num. 20.*, & in dubium non veniat, quin Do-
mini fratres adverſarii, etſi filii D. Caſſandræ
nuptæ Baroni Leoni de familia Ricaſola, Agnati
dici nequeant Baroni Braccio, de cujus heredi-
tate agitur, eò quia, inſpecto communi ſtipite,
ex perſona Patris nullo vinculo Defuncto con-
juncti ſunt, conſequens eſt, quod in hypotheſi
Statuti vocantis Agnatos certi gradus, ſola con-
junctio paterna faciat Agnatos, & maternę cogna-
78 tionis ligamen impertinens, & alienum reputetur,
nec tribuere valeat fœminarum Deſcendentibus
jura ſucceſſionis à Statuentibus reſtrictæ, ut di-
ctum eſt, ad Agnatos certi gradus, & qualitatis,
per ea, quæ tradunt *Riminald. conſ. 187. ſub num.
29. verſ. 3. etiam colu. 1.*, *Caball. conſ. 10. num.
11. & 14. volum. 2.*, *Mandell. Alb. conſ. 81.
num. 10.*, *Magon. deciſ. Florent. 81. num. 4.*,
Surd. conſ. 239. num. 7., *& 8.*, cum aliis jam cu-
mulatis.

Nec *Guidobon. dict. advoc. civil. 100. à num. 4.
ad 13.* contrarium cenſuit; non enim docuit,
quod filii ſororis in familia nuptæ admittendi
79 ſint in ſucceſſione ſtatutaria delata Agnatis ad
Cognatorum excluſionem, quia in hypotheſi, in
qua ille ſcripſit, in controverſiam venerat, an
ad inteſtatam ſucceſſionem admittendi eſſent ſo-
li nepotes maſculi ex fratre, vel etiam nepotes
ex ſorore nupta Agnato, vel potiùs iſtis obſtaret
Statutum excludens fœminas propter Maſculos;
dictuſque Auctor partes nepotum ex fœmina ſu-
ſcipiens, *num. 4.* æqualis ſucceſſionis jura eorum
favore ſtabilivit, ibi = *Neque obſtant ſucceſſioni
nepotum ex ſorore Statuta excludentia fœminas
propter Maſculos, hi enim ſororis filii cum ſaltem
ex lata ſignificatione vocabuli, Agnati nuncupen-
tur, ſatis eſſe dicitur, ne excludantur, Dec. conſ. 13.
&c., Iterum reſpondetur, quod, quum Statutum
de filiis ſororum non loquatur, ad eos trahi non po-
teſt, præſertim, quum juris communis ſit correcto-
rium* = latè *Dec. conſ. 333.*, & in terminis noſtræ
quæſtionis reſpondit clarius *Corn. conſ. 94. colum.
2. verſic. item Statutum lib. 2. num. 5.* = *Statutum
Gonefanum diſponens, quod filii fratrum exclu-
dant ſorores, & fœminas deſcendentes ex fratre,
non vindicare in ſororum filiis, extatque commu-
nis doctorum ſententia, quod Statuta non porrigan-
tur ad excluſionem perſonarum, quæ particulari-
ter excluſæ non ſunt à Statuto, etiam concurrente
eâdem excluſionis ratione, ut præ cæteris affirmant
Gabriel. conſ. 14. num. 32. lib. 1., Honded. conſ.
11. num. 12., & 13. lib. 1., qui rem judicatam re-
fert, occurrendoque difficultati extenſionis Statu-
ti, ex majoritate rationis dicitur, quod, quum
Statutum excludens fœminas propter Maſculos,
juris communis ſit correctorium, ut, præter addu-
ctos, &c. illius omnia verba propriè intelligenda
ſunt, ex eis enim omnis extenſio, etiam ex majo-
ritate rationis reijcitur, Dec. conſ. 451. num.
9.*; Quibus argumentis quum ſimultaneam ſuc-
ceſſionem nepotum ex ſorore cum Maſculis ex
fratre conſtabiliviſſet, *num. 11. 12.*, *& 13.* ſub-
dit = *Reſpondetur quoque, quod etiam in filiis
maſculis filiarum ratio agnationis verſatur, & ad
eos jura agnationis æquè competunt, ac ſi procrea-
ti ex Agnato maſculo ſint, maximè, ubi ea Marito
ejuſdem cognomenti nupta mulier eſt* =.

Hæc *Guidobonus*, libuitque illius verba re-
ferre, ut Sapientiſſimi Judices perſpicere poſſint
rationem præcipuam, ob quam ille nepotes ex ſo-
rore æquali ratione cum Maſculis ex fratre eſſe
ſucceſſuros, cenſuit, non ſtetiſſe in eo, quod
orirentur ex fœmina nupta in familia, & ideò
tamquam veri Agnati capaces eſſent ſucceſſionis
jure ſtatutario deferendæ; ſed eam fuiſſe, quod,
quum Statutum verba non fecerit de ſororum
filiis, ad eos extendi non poterat ſtatutaria diſ-
poſitio juris communis correctoria, etiam ex
majoritate rationis, ut evincitur ex ſuperius re-
cenſitis verbis. Inſuper, ſi in *Guidoboni* hypo-
theſi filii maſculi ſororis maritatæ Agnato, tam-
quam verè agnati, ex lege municipali Maſculos
invitante ad fœminarum excluſionem ſucceſſiſ-
ſent, de fratris hereditate minimè diſceptatum
fuiſſet; nam illi proximitatem à Matre agnata
metiti fuiſſent, & agnatitiam qualitatem ex la-
tere paterno deſumpſiſſent, ideòque vigore du-
plicis, & validioris vinculi à ſucceſſione repuliſ-
ſent Maſculos ex fratre, unico tantùm vinculo
Defuncto devincto. Et tamen, ut *Guidobonus*
aſſerit, Maſculi ex fratre innixi Statuti diſpoſi-
tioni, excluſis filiis ſororum, ſucceſſionem ad
ſe transferre contendebant, nec ipſe iſtorum ju-
ra tutans auſus fuit firmare, eis, utpotè verè Agna-
tis, & à Statuto vocatis, debitam fuiſſe ſucceſ-
ſionem; ſed putavit, Statuto locum non eſſe, ex

quo non porrigeretur ad ſororis filios ; & quam-
vis *num.*12., *&* 13. dicat, filiis maſculis filiarum
jura agnationis competere, tamquam procreatis
ex Agnato maſculo, maximè, quando viro ejuſ-
dem cognominis mulier nupta reperitur ; non
tamen affirmat, eos cenſeri pro verè Agnatis, ſed
illis competere jura agnationis, quod neque nos
negamus, id intelligendo pro effectu ſucceſſio-
nis deferendæ ex Juſtiniani Imperatoris ſanctione
in memoratis legibus, *meminimus*, *&* *duodecim*
Tabularum, Cognatos Agnatis exæquantis, prout
in caſu ſucceſſionis, de qua agebat *Guidobon.*, li-
cèt idem hoc argumento utatur pro confirmatio-
ne, non autem pro ſui aſſumpti principali fun-
damento, ut perſpicuè elicitur ex præcitatis ver-
bis, & melius ex toto reſponſo.

Nil denique turbat poſtremum objectum ex
*num.*228. *ad* 238. dictæ conſultationis, deſump-
tum ex communi illa Doctorum traditione, quâ
habetur, quod, datâ Matris, aut Patris excluſio-
80 ne, ſeù aliàs incapacitate ſuccedendi, iſtorum
excluſio, aut incapacitas nullatenùs obſit filiis
ex propria perſona, proprioque jure ad ſucceſ-
ſionem venientibus, independenter à perſona
Matris, aut Patris excluſi ; hinc inferendo, quod
DD. Barones Bettinus, & Octavianus filii ma-
ſculi fœminæ nuptæ Agnato, tamquam præditi
qualitatibus à Statuto requiſitis, ex propria per-
ſona ſuccedere valeant, jus nullum mutuando à
perſona Parentum, quorum proinde incapacitas,
ſeù excluſio ipſis non officiat.

Iſte namque argumentandi modus deſtruit
molem omnium contrariorum diſcurſuum, &
directè opponitur ceteris omnibus rationibus, qui-
bus DD. Adverſarii vocationem ſuam, ſuamque
ſucceſſibilitatem conſtabilire conati ſunt, proxi-
mitatem à Matre, & agnatitiam qualitatem à
perſona Patris mutuando. Certi namque juris
eſt, quod, ſi eorum perſona ſpectetur independen-
ter ab illa Parentum, iidem conſiderari nequeunt,
niſi uti Maſculi à remotiſſimo ſtipite familiæ de
Ricaſolis progeniti, longo decem, & octo gra-
duum intervallo à Barone Braccio ultimo De-
functo disjuncti ; ideòque, inſpectâ eorum perſo-
nâ, nullam nec à lege, nec à Statuto ſucceſſibi-
litatem metiri poſſunt ; non quidem à Statuto,
quia invitat Agnatos maſculos exiſtentes intrà
ſextum gradum ; non etiam à lege, quia jura no-
ſtra ſucceſſiones ab inteſtato in infinitum protra-
here noluerunt, ſed præſcripſerunt decimum
gradum ; ultra quem non eſſe extendendam, ſan-
xerunt, ut oſtendimus ſuperioribus locis : jus er-
go ſucceſſionis deſumere debent à Matre, cujus
medio ultimo Defuncto conjunguntur, & cum
81 hoc caſu propriam vocationem independenter à
Matre habere nequeant, ſi hæc deficiat, fit lo-
cus omnibus juris noſtri regulis præcipientibus,
quod infectis primitivis, infecta remaneant deri-
vativa ; ideòque, excluſis fœminis, ex quo Sta-
tutum vocet Agnatos, ſeù Maſculos ex Maſcu-
lis, repellendus erit Maſculus ex fœmina, quam-
vis nupta in familia, cum non ſit Maſculus ex
Maſculo, nec Agnatus ille, qui à Statuto voca-
tur, proindeque DD. Fratres Adverſarii nec
etiam ex propria perſona admitti poſſunt ad inte-
ſtatam Baronis Braccii ſucceſſionem, utpotè pro-
ficiſcentes à Parentibus inſucceſſibilibus, à qui-
bus ſicut ſumunt originem naſcendi, ità ducunt
formam ſuccedendi ; unde, ſicuti in noſtra hypo-
theſi tàm D. Caſſandra Mater, quàm Baro Leo
eorum Pater repellebatur à ſtatutaria ſucceſſione
Baronis Braccii ; ità etiam eorum filii, uti prove-
nientes à medio, & radice infecta, & inſucceſſi-
bili, nulla ex propria perſona ſucceſſionis inteſta-
tæ jura ſibi arrogare poterunt, ut per *Text. in leg.*
ult. C. de natural. Lib. declarat *Bald. in d. leg.*
*maximum vitium num.*10. *verſ. & hoc quoad nepo-*
tem, *Alexand. conſ.* 75. *num.* 14. *verſ. vel aliter*
lib. 1., *Natt. conſ.* 581. *num.*26. *verſ. prætereà*,
Surd. d. conſ. 85. *num.* 10., *Theſaur. jun. lib.* 2.
*quæſt. forenſ. quæſt.*90. *num.*7., cum aliis adductis
per *Bellon. vidend. de jur. accreſc. cap.*9. *quæſt.*12.
*num.*90., *& plurib. ſeqq.*

Concluſio verò firmans, excluſionem, ſeu in-
capacitatem Parentum non officere filiis, qui ex
proprio jure ſuccedere poſſint, locum ſibi vindi-
cat in ea excluſione, ſeu incapacitate, quæ pro-
venit ex odio, aut delicto Parentis, quæ tam-
quam perſonalis non egreditur perſonam exclu- 82
ſam, & non obeſt aliis ex propria perſona venien-
tibus, licèt ab excluſo progenitis, ut, ex *Text. in*
*leg.*2. *§. final. ff. ad Tertull.*, ibique *Bartol. in*
§. Videndum num. 2. *verſ. reſpondeo ad hanc le-*
gem, tradunt *Natt. conſ.* 581. *num.* 31. *verſ. re-*
ſtat modò, *Cephal. conſ.*103. *num.* 15., *Fontanell.*
deciſ. 368. *num.* 15., *& ſeqq.*, *Palma nep. alleg.*
128. *num.*4., *Torr. de Primog. Ital. part.* 2. *quæſt.*
56. *num.* 7., *&* 8., & aliter res ſe habet quoad
eam incapacitatem, & excluſionem, quæ oritur
ex radice ; hæc enim cum ſit realis, influit in to-
tam lineam, afficitque etiam perſonam filiorum,
utpotè ex inhabili principio originem trahen-
tium, ut argumento *legis ſi is qui* 31. *ff. de inoff.*
teſtam. optimè notant adducti per *Molin. de Hi-* 83
ſpan. Primogen. lib. 3. *cap.* 7. *num.* 4., *Robles de*
repræſent. lib. 2. *cap.* 1. *num.* 18., *Anton. Faber.*
*lib.*6. *Cod. tit. de condit. inſert. tit.*23. *definit.*3.,
Solorzan. de jur. Indiar. lib. 2. *cap.* 18. *num.* 34.,
& 35., *de Luca de linea legal. art.* 9. *num.* 35.,
*clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc.*6. *nu.*
1., *Palma nep. alleg.* 128. *num.* 1., *& Rota penes*
eumdem alleg. 129. *num.* 3., *Roxas de incompat.*
*part.*7. *cap.*6. *num.*20. ; cum autem nemo non vi-
deat, incapacitatem, & excluſionem Caſſandræ
Matris, & Baronis Leonis Patris eſſe realem, &
linealem, eò quia agitur de diſpoſitione ſtatuta-
ria excludente fœminas, & vocante Agnatos
maſculos, intra limites ſexti gradus exiſtentes ; nil
mirum, ſi DD. fratres Adverſarii, ortum du-
centes à dd. Parentibus in ſuo principio, & radi- 84
ce incapacibus ſucceſſionis, conſiderari nequeunt
uti proximiores, & Agnati, jure proprio, & ex
propria perſona vocati ad ſtatutariam ſucceſſio-
nem ; nam, ſi ſe dicunt proximiores, inſpectâ
perſonâ Caſſandræ, & uti ejus filii deſcendunt ex
lineà inſucceſſibili, nempè ex linea fœminina
nul-

Digitized by Google

nullum conſtituente gradum ſucceſſibilem, inca-
pacitas Matris influit, & afficit etiam filios, &
omnes, qui ex ejuſdem linea proveniunt, *cap. 1.
§. Hoc autem notandum de his, qui feud. dar. poſſ.*,
& ità in ſpecie reſpondent *Bartol. in d. leg. Libe-
rorum 220. num. 16. ff. de verb. ſignif.*, *Natt. d.
conſ. 581. num. 31. verſ. reſtat modò, & num. 35.*,
Menoch. conſ. 234. num. 20. verſ. nam reſpondetur,
*Mart. de ſucceſſ. legal. part. 3. quæſt. 10. art. 2. ex
num. 2.*, *Bellon. de jur. accreſcen. d. cap. 9. qu. 12.
num. 107. §. Secundò reſpondeo*, *R. P. D. meus
Anſald. in addit. ad dec. 12. num. 39.*; ſi verò
agnatitiam qualitatem allegant ex perſona Patris,
& cum ratio, ob quam Baro Leo eorum Pater
ſtatutariâ ſucceſſione orbabatur, potentiùs ur-
geat contrà filios utpotè remotiores, incapacitas
85 repellens Patrem arcet etiam filios, non quidem
ex Parentis, ſed ex propria perſona excluſos; cum
enim ſtatutaria lex ad ſucceſſionem invitet eos
tantùm Agnatos, qui intra ſextum gradum con-
ſanguinitatis vinculo Defunctum attingunt, ſi Leo
Pater deſtitutus agnationis gradu à Statuto vo-
lito, à controverſa ſucceſſione excludebatur, quâ
juſtâ ratione dici poterit, ex propria perſona ad-
mittendos eſſe DD. Adverſarios Patre remotio-
res? Ideòque ipſi repellendi ſunt, non ob illam
Patris, ſed ob propriam incapacitatem, ut re-
ſpondit *Caſtrenſ. 25. conſ. 421. n. 5. verſ. ad 5. col.
1.*, *Curt. jun. d. conſ. 17. verſ. circa ſecundum
verſus finem*, *Bellon. conſ. 2. num. 81. §. Ex his
autem*, *Rugger. conſ. 37. num. 25.*, *& 26.*

Nec adverſantur *Deciſiones Rotæ Romanæ* edi-
tæ in Cauſa inſcripta *Romana*, *ſeù Firmana Suc-
86 ceſſionis coram RR. PP. DD. Molines*, *Priolo*,
Muto, *& Anſaldo*, quarum poſtremæ collectæ
leguntur inter *deciſ. Palm. 291.*, *& 292.*, in qui-
bus, non attentâ ſtatutariâ excluſione, firmatum
fuit, fœminarum filiis competere ſucceſſionem
ex propria perſona, proprioque jure, repræſen-
tando gradum Matris, etiamſi ageretur de ſuc-
ceſſione Tranſverſalium, ſeù Callateralium; ex
quibus infertur *num. 235.*, *& 236.* contrariæ
conſultationis, Fratres de Ricaſolis ex legis bene-
cio Matris gradum ſubingredi, ſicque proximita-
tem non à perſona Matris, ſed à lege recipere, &
per conſequens ex propria perſona independenter
à Matre eiſdem competere ſtatutariam ſucceſſio-
nem; Obviam ſiquidem reſponſionem nobis
præbent eædem *Deciſiones*, quia D. Maria Mag-
dalena non impugnat, DD. Adverſarios jure re-
præſentationis poſſe aſſumere maternum gradum
pro effectu æqualis cum ipſa ſucceſſionis debitæ
ex juris communis diſpoſitione; ſed ſuſtinet, re-
præſentationem iſtam, quâ ipſi fictione juris aſ-
ſumunt Matris gradum, eiſdem non prodeſſe pro
aſſumenda etiam qualitate excluſiva Materteræ,
quâ carebat earum Mater, excluſa pariter à Sta-
tuto, & non conſtituens gradum ſucceſſibilem
ab eo volitum; ideòque, ſi quoad effectum ſuc-
ceſſionis ſtatutariæ Mater ob fœmineam qualita-
tem nullum gradum ſucceſſibilem efformare po-
terat, repræſentatio materni gradus, utpotè im-
pertinentis, filiis ſuffragari nullo pacto poterit re-
ſpectu ſucceſſionis ſtatutariæ, licèt eos juvet pro
conſequenda virili ſucceſſione ex juris communis
cenſura delata, ut præcisè huic objecto reſpon-
dent omnes dd. *Deciſiones*, & præcipuè *cor. Prio-
lo in dec. editâ 10. Junii 1697. §. Nec minùs*, *&
cor. R. P. D. Muto in deciſ. 9. Decembris ejuſdem
anni*, *§. Quæ concluſio*, ubi, relatis verbis *Novel-
læ 127. Juſtiniani in Auth. collatione tit. 10.*,
loquentis de fratribus ex uno tantùm latere con-
junctis, ibi = *Hujuſmodi filios ab hereditate exclu-
dimus, ſicut ipſe Pater, ſi viveret, ab hereditate
excluderetur* =, concludit = *Quia ibidem habita non
fuit ratio ad repræſentationem perſonæ Patris, ſed
ad unicitatem lateris, itàut frater ex uno tantùm
latere conjunctus non haberet gradum ſucceſſibilem
in concurſu fratrum utriuque conjunctorum; unde
eadem incapacitas, quæ eſt in Patre ex uno latere
conjuncto, ſtatuitur etiam in filiis ejuſdem* =; & cla-
riùs in *confirmatoria 26. Februarii 1698. dec. 291.
inter collectas à Palm. deciſ. Lucen. num. 7.*, ea-
dem Novellæ verbâ explicans, firmat = *Repræſen-
tationem perſonæ, non autem gradus à contrario
ſenſu importans: repræſentatio in hoc caſu non ceſ-
ſat, ex quo perſona Patris eſt excluſa ratione ali-
cujus perſonalis incapacitatis, quo caſu argui poſ-
ſet, quod habitus fuiſſet reſpectus ad repræſentatio-
nem perſonæ, ſed repræſentatio excluditur, ex quo
frater ex uno latere tantùm conjunctus non habet
gradum ſucceſſibilem in concurſu fratrum utriuque
conjunctorum, ut immediatè cavetur in d. §. Si
igitur, undè eadem incapacitas graduum, ſive ſuc-
ceſſionis, quæ eſt reſpectu Patris ex uno latere con-
juncti, ſtatuitur etiam reſpectu filiorum ejuſdem* =.
Quocirca, cum Caſſandra Mater, tamquam fœ-
mina, ex ſtatutaria legis diſpoſitione effecta fuiſ-
ſet inſucceſſibilis, & incapax conſtituendi gra-
dum, utique DD. Barones per repræſentationem
frui nequeunt gradu, quem Mater non habebat,
ut egregiè probant *Gabriel. conſ. 15. num. 13.*, *&
14. lib. 2.*, & benè explicat *Spad. conſ. 173. n. 135.
lib. 3.*, *Bellon. de jur. accreſc. cap. 9. quæſt. 12. nu.
76.*, *Torr. de Primog. Ital. part. 2. quæſt. 45. num.
42.*, *& 43.*, & optimè notat etiam *Rota deciſ.
463. num. 9. part. 2. rec.*

Satis his omnibus demonſtratum videri poſſet,
DD. Adverſarios juvari non poſſe proximitate
deſumptâ à Matre, nullum, tametſi nuptâ in fa-
milia, conſtituente gradum ſucceſſibilem. At
cur in re non dubia argumentis utimur non ne-
ceſſariis? quæſtionem ſiquidem omnem dirime-
re videntur verba ipſiuſmet Reformationis Sta-
tuti Florentini, ex quibus evidens, & apertum
redditur, providos Statuentes vinculum mater-
num adeò impertinens reputaſſe, ut etiam cum
pertinenti conjunctum noluerint, poſſe commu-
nicare illarum Deſcendentibus jura ſtatutariæ 87
ſucceſſionis ab ipſis reſtrictæ ad Agnatos certi
gradus, & qualitatis, ut liquet ex verbis illis
= *Alias verò omnes Mulieres tranſverſales, & om-
nes, & quoſcumque tali Decedenti quomodocumque
conjunctos per eaſdem Mulieres, decretum, & ſta-
tutum fuit, ſuccedere non poſſe defunctæ perſonæ* =
Si autem Statuti Reformatores non ſolùm ſucceſ-
ſionis aditum præcluſerunt fœminis, verùm
etiam excluſerunt omnes, & quoſcumque ſive
Ma-

Maſculos, ſive fœminas, per eas quomodocum-
que Defuncto conjunctos; quo colore affirmari
poterit, hâc adeo amplâ, & effrænatâ excluſio-
ne, conceptâ verbis univerſalibus, & generali-
bus, non comprehendi omnes quomodocumque
per Mulierem conjunctos, & ab hujuſmodi di-
ſpoſitione immunes eſſe illos, qui Defuncto con-
junguntur per fœminam copulatam Agnato? hac
ſiquidem interpretatione vis inferretur proprie-
tati verborum, & menti Statuentium, qui ſan-
ciendo excluſionem ipſarum Mulierum, & om-
nium aliorum quomodocumque per eaſdem Mu-
lieres decedenti conjunctorum, hâc ampliſſimâ
excluſionis lege comprehenderunt illos etiam,
qui conjuncti eſſent per fœminam uni de familia
in Matrimonium collocatam, ità ſuadente gene-
ralitate, & ratione excluſionis, ut animadvertit
Trentacinq. conſ. 9. num. 10. verſ. Teſtator; non
minùs enim, quàm ceteri fœminarum Deſcen-
dentes, ii, qui à fœmina nupta in familia pro-
88 geniti ſunt, comprehenduntur ſub excluſione à
Statuentibus concepta illis univerſalibus dictioni-
bus = *quoſcumque*, & *quomodocumque* =, quarum
natura eſt comprehendere omne genus perſona-
rum, & complecti omnem modum, & caſum,
89 nullo excluſo, cum extenſione etiam ad eas per-
ſonas, & ad eos caſus, qui aliàs ex propria ver-
borum ſignificatione non veniunt, ut tradunt
Menoch. conſ. 224. num. 7., *Curt. jun. conſ. 48. n.
3.*, *Gratian. diſcept. 528. num. 38.*, *Barboſ. tract.
var. diction. uſufreq. 317. per tot.*, *& 329. pari-
ter per tot. ſignanter num. 5.*, ubi ſubdit, quod
dictio = *quomodocumque* = in Statutis appoſita, ope-
ratur, illa pati non poſſe reſtrictivam interpreta-
tionem, quam ceteroquin ſinè dictione prædictâ
90 admiſiſſent, *Addcn. ad deciſ. 103.*, *Buratt. nu.
25.*, *Rota cor. Coccin. dec. 1545. num. 7.*, *& cor.
bon. mem. Emerix jun. deciſ. 1209. num. 3.*; ideò-
que ex hujuſmodi loquendi forma, & ampliſſi-
ma verborum figura perſpicuum fit, Statuentes
optimè conſcios de ſenſu, vi, & virtute talium
dictionum, eas adjeciſſe, ut declararent, quod
ad hoc, ut ad ſucceſſionem jure ſtatutario deferen-
dam nemo deſcendens ex fœmina admitteretur,
ſatis ſuperque eſſet, quod quocumque modo per
medium fœminæ conjungeretur Defuncto, non
curato, an id contingeret per fœminam extra fa-
miliam, vel in familia collatam, ut in ſimili ra-
91 tiocinatur *Rot. cor. Emerix d. deciſ. 1299. num. 4.*

Nec urget replicatio, quod Statuentes hiſce
adeò effrænatis verbis uſi fuerint, ut magis pro-
ſpicerent agnationis conſervationi, & majori il-
lius ampliationi, & augmento conſulerent, hinc
inferendo, quod, ſi in DD. Adverſariis filiis Do-
minæ Caſſandræ nuptæ Agnato impleri poteſt
mens, & ratio Statuti, quod nempè in eis con-
ſervetur agnatio, dicta verba = *quoſcumque*, *&
quomodocumque* = ipſos non afficiant, utpotè in-
interpretanda ex ratione, & fine, ad quem Sta-
tuentes reſpexerunt.

92 Vim hujus replicationis elidere poſſemus ob-
viâ illâ reſponſione, quâ noſtri dicunt, finem, &
rationem legis inquirendam non eſſe, quando il-
lius deciſio clara, & aperta eſt; & quando caſus,
de quo eſt quæſtio, expreſsè cadit ſub illius cen- 93
ſura, ſatis eſſe dicere: ità ſcriptum, ità conſtitu-
tum reperitur, ad *Text. in leg. non aliter ff. de le-
gat. 3.*, *& leg. Ancillæ Cod. de furt.*, *Roland.
conſ. 55. num. 6. vol. 1.*, *Gabr. conſ. 83. num. 2. vol.
2.*, *Surd. conſ. 313. num. 101.*, *Bald. in tract. de
Stat. in verb. ratio ſub num. 5.*, *Tiraquell. de re-
tract. lign. in præfat. num. 76.*, *Saminiat. contr.
91. num. 22.*, *& ſeqq.*, *Manſ. conſult. 32. nu. 33.*,
& 34., *clar. mem. Card. de Luc. de legit. diſc. 25.
num. 61.*, ubi, quod legi claræ, & expreſſæ ratio
prævalere non debet, quæ ſolùm attendenda ve-
nit, ubi lex eſt obſcura, & ambigua; ideòque,
cum evidens, & apertum ſit, Statuti Florentini
Decretum excluſivum omnium, & quorumcum-
que, quomodocumque per fœminam decedenti
conjunctorum, in dubium revocandum ampliùs
non venit, ſub tali univerſali, & generali om-
nium excluſione contineri etiam conjunctos per
fœminas, viro de eadem familia nuptui traditas,
eurandumque non videtur de argumento ducto à
ceſſante ratione, quod ſanè tanti non valet, ut
abrogare poſſit claram Statuti diſpoſitionem;
Manſ. d. conſ. 32. num. 34., ſed illam, prout ſcri-
pta reperiretur, ſervare oportet, ne quæ nobis à
Majoribus noſtris præſcripta fuerunt, ſubvertan-
tur, ut reſpondit *Julianus in leg. non omnium ff.
de legib.*, quem ſecutus *Nerat. in leg. Titio ff. eod.*
verbis illis = *Et ideò rationes eorum, quæ conſti-
tuuntur, inquiri non oportet, alioquin multa ex
his, quæ certa ſunt, ſubvertentur* = & rectè pon-
derat etiam *Redenaſch. conſ. 40. num. 27.*

Sed propiùs ad rem noſtram accedendo, dici-
mus, nulli dubium eſſe, quin Statutum Floren-
tinum ſit exorbitans, devietque à jure communi;
excludit enim ſororem à ſucceſſione fratris, ad
quam illa expreſse vocatur, juxtà *Text. in auth.* 94
Defuncto C. ad Tertull.; idcircò Statutum prædi-
ctum juris communis correctorium, & contra-
rium naturæ, per *Text. in leg. maximum vitium*,
C. de Liber. præterit., ità debet interpretari, ut, 95
quantò minus fieri poteſt, illi deroget, rem ad
illius mentem, & normam reducendo, *c. cum* 96
dilectus §. Ceterum de conſuet., *Grat. conſ. 46.
num. 8. lib. 1.*, *Gravett. conſ. 197. num. 6.*, *Silvan.
conſ. 18. ſub num. 16.*, *Ancharan. jun. qu. famil.
quæſt. 5. num. 12. lib. 3.*, *Maſcard. de general. Sta-
tut. interpret. concl. 4. num. 63.*, *Cirocch. diſcept.
36. num. 22.*, *Bonden. collect. legal. 24. num. 111.
vol. 1.*, *Palm. alleg. 150. num. 10. & 11.*, *& dec.
Lucen. 255. num. 9. & 10.*; At verò, ſi Statutum
Florentinum à ſucceſſione fratris excludens ſo-
rores, exiſtentibus Agnatis *uſque ad ſextum gra-
dum* incluſivè, extenderetur etiam ad excluden-
dam ſororem favore filii maſculi alterius ſororis
nuptæ Agnato, à Statuto tamen non vocato,
hujuſmodi extenſione ſummoperè læderetur jus 67
commune, ideòque ſororis excluſio reſtringenda
eſt favore dumtaxat Agnatorum exiſtentium in
ſexto gradu, rejectis aliis Agnatis non vocatis,
atque pro extraneis reputatis à Statuto; ſatis enim
illud operari dicitur, dum efficit, quod ſoror ex-
cludatur à Maſculis agnatis conſtitutis in ſexto
agnationis gradu, abſque eo quod alia reddatur
non

non cogitata juris communis correctio, quâ Maſculi procreati ex fœmina nupta in familia non contemplata, illam excludant, ut notat *Roman. conſ.199. num.6.*, *Roland. conſ.80. nu.21. lib. 4.*, *Gerard. Mazzol. conſ. 103. num. 45.*, *Altograd. conſ.4. nu.19. & 26. lib.1.*, *Gratian. diſcept.382. num.21.*, optimè *Silvan. d. conſ. 18. num.16. ſub §. Septimo*, & egregiè *Cirocch. d. diſcept. 36. num.32.*

Idque validiſsimè confirmatur, perſpecto toto tàm Statuti, quàm illius Reformationis tenore; Statuentes enim, licèt ſuccedendi normam pluribus caſibus præſcripſerint, prætermiſerunt illum, quo fœmina nupſiſſet in familia, & filios maſculos habuiſſet, nec umquam cogitarunt Maſculis exiſtentibus in gradu remotiſsimo, nec de jure communi ſucceſsibili prælationem tribuere ad excluſionem ſororis Defuncti, cui proindè opitulatur firmiſsima illa regula præcipiens, quod caſus à Statuto omiſſus, ſub juris communis di-
98 ſpoſitione relictus cenſendus ſit, & ad illius normam decidendus, ad *Text. expreſſ. in leg. commodiſſimè ff. de Liber. & poſth.*; Cum itaque caſus iſte, de quo agitur, fuerit omiſſus, meritò igitur de eo dijudicandum erit, ſicut à juris communis cenſura præſcriptum fuit, ut optimè in propoſito conſuluerunt ambo *Soccini ſen. conſ.30. nu.19. lib.1.*, *jun. conſ.6. num.3. lib.1.*, *Honded. conſ. 8. nu. 13.* *Silvan. d. conſ. 18. ſub nu.16.*, *Cioff. conſ.8. n.9.*, qui in terminis Statuti Florentini aſſerit, quod caſus omiſſus relinquitur juris communis diſpoſitioni, & individualiter etiam firmat *Regens à Ponte conſ.154. num.19. & ſeqq. lib. 2.*, *Rocc. ſelect. jur. cap.37. num.15.*, ob eam ſiquidem rationem, quia iſtiuſmodi Statuta juris communis
99 correctoria tantum diſponunt, quantum loquuntur, ut poſt *Bulb. Cephal.*, & alios firmavit *Rota in rec. dec.43. num.3., cum ſeqq. part.7.*, *dec. 291. num. 3. & ſeqq. part. 8.*, & *dec. 165. part.19. recent. viden.*, & optimè etiam *decif. 396. num. 2. part.17.*, ubi, quod in hujuſmodi Statutis odioſis, & correctoriis juris communis, excludentibus proximiores propter remotiores, caſus omiſſus habeatur pro omiſſo, nec aliqua admittatur interpretatio extenſiva, ſeù incluſiva ex paritate,
100 aut majoritate rationis, præcipuè, quando ex tali extenſione oriretur grave præjudicium tertii, *Ruin. conſ.167. num. 20. lib.1.*, *Rot. d. decif. 46. num. 7. part. 14.*, & *in Viterbien. Manutentionis 14. Decembris 1699. §. Concurrente inſuper cor. R. P. D. Scotto.*

Nec urget contemplatio agnationis, ad quam Statuentes, excludendo fœminas, omneſque alios per eaſdem Defuncto conjunctos, unicè reſpexiſſe, ex adverſo affirmatur; illa enim efficere nequit, quod caſus Mulieris nubentis Agnato à Statuto omiſſus, ſub ejuſdem ratione comprehenſus dici debeat, ut latè rem exornando, probari contenditur in *d. conſultatione ex num.254. ad n.273.*

Admittimus enim, Statutum Florentinum excluſiſſe fœminas contemplatione agnationis, & pro conſervandis Bonis in familia, quinimmò hanc eſſe aſſerimus rationem unicam, & finalem ſimilium Statutorum, Doctorum omnium, & Tribunalium conſenſu communiter probatam, ideòque inſtar regulæ eamdem ſequendam eſſe profitemur; ſed iterùm repetimus, hujuſmodi rationem pravâ interpretatione detorquendam non eſſe in ſenſum alienum, & repugnantem menti, voluntati, atque diſpoſitioni Statuentium, qui fœminas indefinitè non excluſerunt propter Agnatos quoſcumque, tametſi remotiſsimos, ſed illarum excluſionem reſtrinxerunt ad certos gradus, eiſdem præferendo Agnatos uſque ad ſextum
duntaxat gradum incluſivè; ſi autem reſpectu 101
certorum ſolummodò graduum, & perſonarum agnationem contemplati fuerunt, eorum favore derogando diſpoſitioni juris communis; eidem ſe conformaſſe præſumuntur in reliquis caſibus, in quibus expreſsè, & nominatim contrarium non ſtatuerunt, ut probat *Maſcar. de gener. Statut. interpret. concl.5. nu.149.*, & *concl.12. n.4.*, *Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 3. cap. 4. num. 30. & 31.*, ubi reſpondens ad rationem conſervandæ agnationis, ait, quod ſatis operatur effectum ſuum excludendo fœminas paris gradus, vel ad ſummum uſque ad tertium, & quartum gradum, non autem remotiſsimum, *Rot. dec.267. n.6. part.2.*, & *dec.94. nu.12. & 13. part.17. rec*, benè *Palm. dec. Lucen. 211. nu. 36. & ſeq.*, cum aliis ſuperiori loco relatis, & per conſequens affirmandum quoque erit, quod Agnatis ulteriorum graduum ex cenſura Statuti jus nullum ſucceſsionis tributum fuerit, ſed, illis poſthabitis, ſucceſsio reſervata fuerit fœminis, quæ, utpotè excluſæ contemplatione Agnatorum certi gradus, his non exiſtentibus, redeunt ad jura ſucceſsionis illis debitæ, nec eiſdem præſtant impedimentum Agnati remotiſsimi non conſiderati à Statuto, & de juris communis diſpoſitione ceteroquin inſucceſsibiles, ut notant *Ruin. conſ.189. num.4. lib.2.*, *Angel. conſ. 382. num. 12. & 13.*, ubi de noſtro Sta-
tuto, & firmant auctoritates omnes allegatæ in 102
§. 6.

Idque validiſsimè confirmatur ex alia parte Statuti ſub *Rubr.126.*, in qua, ut etiam ſuperiori loco innuimus, Statuti conditores conſiderantes caſum, quo nulli ampliùs adeſſent Agnati, ſive Cognati, qui Defunctum per octavum gradum, juxtà juris communis præſcriptum dinumerandum, attingerent, excluſis ceteris proximioribus noni, & decimi gradus, ſucceſsionem ad Franciſcum devolvi, ſanxere, ex qua Agnatorum noni, & decimi gradus ſucceſsione, ceteroquin capacium excluſione, magis evidens fit, Statuentes adeò agnationem contemplatos non fuiſſe, ut fœminæ per quoſcumque Maſculos agnatos remotiores à ſucceſsione repellerentur, ſed tantùm propter illos, qui conſtituti reperirentur in ſexto agnationis gradu, extra quem jure, meritòque af-
firmamus, nullam habitam fuiſſe agnationis con- 103
templationem, ſed ceteros omnes pro extraneis fuiſſe à Statuentibus reputatos, ut optimè firmant *Brun. ad Statut. quod ſtantibus maſculis quæſt.6. art.12. nu. 36. 99. & 102.*, *Rot. d. dec.257. n.12. & 22. part.16.*, & *dec.64. nu.14. & ſeq. part.17. rec.*

Ex quibus deſumitur reſponſio ad illud etiam ar-

argumentum deſumptum ex eo, quod hujuſmodi Statuta edita favore agnationis, utpote favorabilia, extenſionem admittant etiam ad caſus improprios; atque idcircò caſus iſte mulieris nubentis in familia, & filiorum ab eadem procreatorum, non ſit dicendus caſus omiſſus, ſed comprehenſus ſub identitate, & majoritate rationis: quia, ut ſæpe diximus, cum Lex municipalis Statuti Florentini non univerſaliter, abſolutè, & generaliter demandaverit excluſionem fœminarum ob quoſcumque Agnatos maſculos, ſed ſolummodò rationem habuerit de agnatione, illique favere voluerit intra limites certi, & determinati gradus, occurrit indubia juris theorica, quâ cavetur, Statuta juris communis correctoria, atque ab ejus diſpoſitione exorbitantia, tamquam odioſa, ſtrictiſſimè eſſe intelligenda in ſolis perſonis, & caſibus formaliter expreſſis, atque, ut dicitur, in iis, quæ oculis corporeis legi poſ-
104 ſunt, quodque in omiſſis ſervetur juris communis diſpoſitio, nullâ admiſſâ extenſione de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, quamvis rationis identitas, vel majoritas id ſuaderet, ut, ex *Text. in d. leg. commodiſſimè ff. de liber. & poſth.*, communiter firmat *Imol. in leg. Titio centum, §. Titia genere num. 10. verſ. item adde ff. de cond. & demonſtr.*, *Purpar. conſ. num. 3. 145. lib. 1.*, *Socciu. jun. conſ. 6. num. 9. lib. 1.*, *Eugen. conſ. 83. num. 40. lib. 1.*, *Aldovin. conſ. 98. num. 17.*, *Alexan. conſ. 97. nu. 9. lib. 2.*, *Giovagnon. conſ. 1. num. 17. & 18.*, *& conſ. 66. num. 19. & 21. lib. 1.*, *Andreol. contr. 138. num. 6.*, ubi refert triginta concordan., plenè *Conciol. allegat. 71. num. 26.*, *clar. mem. Card. de Luca de ſucceſſ. ab inteſt. diſc. 15. nu. 5.*, *Torr. de Primog. Ital. part. 2. quæſt. 45. num. 36. & 37.*, *Gob. conſult. dec. 84. num. 22. & ſeq.*, *Palm. nep. alleg. 150. num. 48. & 49.*, *& alleg. 153. nu. 31. & ſeq.*, *Saminiat. contr. 59. n. 13. & 35.*, *Cenſal. dec. 15. num. 13.*, *Rot. deciſ. 329. num. 12.*, *& dec. 264. num. 19. part. 6.*, *deciſ. 342. num. 6. & 7. part. 13.*, *dec. 323. num. 11. part. 15.*, *dec. 396. nu. 2. part. 17.*, *dec. 529. num. 8. part. 18.*, *dec. 68. num. 11.*, *dec. 165. num. 6. & ſeq. part. 19. tom. 1.*, *& dec. 346. num. 26. part. 19. tom. 2. rec.*,
105 ubi, quod Statuta juris communis correctoria extenſionem minimè patiantur, ſive de caſu ad caſum, ſive de perſona ad perſonam, nec etiam ex identitate, aut majoritate rationis, quamvis generaliſſimæ, *& in Romana Succeſſionis 29. Januarii 1700. coram R. P. D. de la Tremoille*, penes *Balduc. dec. 51. num. 13. tit. de legat.*, *& dec. 12. nu. 3. cor. R. P. D. Anſaldo*, *& num. 28. & 34. in addit. ad d. dec.*

Nec agnationis favor tantus eſt, ut illum ſequendo recedere liceat ab omnibus juris noſtri principiis, ſed, iiſdem firmiter retentis, hujuſmodi favor reſtringitur ad perſonas à Statuto ſpecificatas, & exiſtentes in gradibus expreſſis, ſci-
106 licet Agnatis uſque ad ſextum gradum, juxtà receptiſſimam opinionem, de qua teſtantur *Menoch. conſ. 684. num. 19. verſ. verùm reſpondetur*, aſſerens, rationem conſervandæ agnationis non extendi ad alias perſonas, quàm in ipſo Statuto expreſſas, idemque firmat *in conſ. 317. num. 7.*, *Slivan. d. conſ. 18. num. 8.*, *Honded. conſ. 8. n. 58. lib. 1.*, *Altogr. conſ. 48. num. 17. & ſeq. lib. 2.*, *Valenz. conſ. 55. num. 7. lib. 1.*, *Spad. conſ. 173. ſub num. 38.*, *Peregr. de Fideic. art. 25. num. 26.*, *Cyriac. contr. 181. num. 47. & ſeq.*, *Tondut. reſ. civil. 70. num. 22.*, *Conciol. alleg. 70. num. 22. & ſeqq.*, *& alleg. 71. n. 27.*, *Palma alleg. 153. n. 31. & 33.*, *Torr. de Primog. Ital. part. 2. quæſt. 46. num. 41.*, *Rot. coram Emerix ſen. dec. 116. n. 18.*, *& in rec. dec. 291. num. 3. & ſeq. part. 8.*, *dec. 370. num. 8. & ſeq. part. 13.*, *dec. 46. n. 11.*, *& dec. 438. num. 3. & ſeqq. part. 14.*, *& dec. 161. num. 6. & 7. part. 16. rec.*, proindèque, cum intrà certos gradus dumtaxat Statuentes vocaverint Agnatos, ac re-
ſpectivè fœminas excluſerint, extra illos trahi non 107
debet ſtatutaria diſpoſitio; alioquin nimia cum irrationibilitate, ſeù veriùs inhumanitate in odium fœminarum correxiſſe dicerentur juris diſpoſitionem favore univerſæ agnationis ultrà decimum gradum ex utroque, tàm antiquo, quàm noviſſimo inſucceſſibilem, ut jam probatum fuit, præſertim, quando expreſsè conſtat de contraria eorum mente reſtringendi fœminarum excluſionem ad certos gradus ſpecificè, & nominatim expreſſos: ſi autem ea ſemper benignior Statuti interpretatio fieri debet, quæ magis conſona ſit juri communi, & fundetur in conjectura naturalis pietatis, & æquitatis, ut, relatis concordantibus, notat *Maſcard. de interpretat. ſtatut. concl. 5. num. 148.*, *Palma dec. Lucen. 207. nu. 9.*, potiori profectò jure illi locus erit in noſtro caſu, in quo aperta verba, & non dubius diſpoſitionis ſtatutariæ tenor evincunt, Statuentes non ſolum minimè fuiſſe indefinitè, atque univerſaliter contemplatos omnes Agnatos, ſed, ſublatis gradibus à Statuto præſcriptis, Agnatis ceteroquin ſucceſſibilibus nedum fœminas, ſed Fiſcum etiam prætuliſſe.

Minimèque officiunt auctoritates in contrarium allegatæ *à num. 255. ad 273.*, firmantes, quod, quando eadem, vel major ratio in Statuto concurrit, potiùs dicatur comprehenſio, quàm extenſio, quodque proindè Statutum extendatur ad omnes caſus, omneſque complectatur perſonas, quarum reſpectu agnationis favor verificari poteſt; nam, ultra quod contraria ſententia, uti verior, recepta magis eſt in Tribunalibus, ut evincitur ex auctoritatibus, & deciſionibus ſuperiùs relatis, quæ omnibus contrariis ſatisfaciunt; nihilominùs, ut clariùs evolvantur æqui-
voca, eædem conciliantur diſtinctione à Docto- 108
ribus traditâ, nempè, aut ſermo eſt de perſona excluſa, aut de perſona excludente, ſi enim quæſtio ſit de perſona excluſa, ut de ſorore propter fratres; & quæritur, an ſtatutaria diſpoſitio extendatur ad filios, vel filias ſororis propter Patruum, & hoc caſu, licèt non deſint Doctores, quibus ea arridet opinio, ut non admittatur extenſio, contraria tamen ſententia magis communis videtur, eò quia major urget ratio contra nepotem, vel neptem remotiorem, quàm contra
Matrem proximiorem; & in his terminis loquun- 109
tur Doctores contrarii tuentes, Statutum recipere extenſionem ex majoritate rationis, quodque

ca-

caſus exeluſionis filii, vel filiæ ſororis, licèt in Statuto non expreſſus, non dicatur omiſſus, ſed ex vi rationis comprehenſus, & præſertim *Vegg. conſ. 63. num. 65.*, *Bellon. de jur. aecreſc. cap. 9. quæſt. 12. num. 30.*, *& num. 73.*, *Rota coram Pamphil. dec. 15. num. 2.*, ibique *Adden.*, omneſque alii per *R. P. D. meum Severolum* lato calamo relati.

Aut verò agitur de perſona excludente, &
110 tunc factâ à Statuto mentione Patris, aut filii, non videtur extendenda diſpoſitio ad nepotes, & pronepotes, quia non viget in utroque eadem ratio, ſed diverſa; nam frater, & filius eſt proximior, nepos verò, vel pronepos remotior, & proindè excluſa ſorore propter fratrem, intelligitur exelusâ à fratre primi gradus dumtaxat, ad quem reſtringitur diſpoſitio tamquam perſonam expreſſam, & ſpecificatam; nec extenſionem admittit, etiamſi quoad perſonas non nominatas eoocurrat ideotitas rationis, ut, præter jam adductos in §. 62., dixit, egregiè diſtinguendo, *Brun. de Statut. quæſt. 6. art. 12. num. 314.*, *Mart. de ſucceſſ. legal. part. 3. quæſt. 7. art. 2. num. 21.*, benè *Torr. de Primog. Ital. part. 2. quæſt. 45. à n. 39. ad 46.*, *Rot. dec. 183. num. 25.*, *& deciſ. 291. part. 8. rec.*, quæ loquitur io hypotheſi, in qua nepos ex fratre, ſtante ſimili Statuto, prætendebat excludere neptes à ſucceſſione communis Patrui propter dictam rationem conſervandæ agnationis, & *Sacra Rota* in ea permanſit ſententia, quod oon eſſet facienda extenſio ad perſonas in Statuto non nominatas, ſeù quod dicta ratio reſtringi deberet ad expreſſas, idemque repetit *in deciſ. 46. num. 11. part. 14.*, *& deciſ. 360. num. 23. part. 17. rec.*

Patet itaque ex his omnibus, in noſtra Statuti hypotheſi nullo pacto poſſe fieri extenſionem favore DD. fratrum Adverſariorum, neque ex vi verborum, neque ex vi, aut majoritate rationis. Non ex vi verborum: quia, dum Statutum verba facit de Agnatis maſculis exiſtentibus intra ſextum gradum ioclusivè, ad excluſionem ſororis, comprehendiſſe non potuit DD. Adverſarios exiſtentes in decimo octavo gradu, ac per conſequens pro extraneis habitos, & excluſos ab eodemmet Statuto, ut ponderat *Brun. de Statut. ſucceſſ. d. quæſt. 6. art. 12. n. 215.*; Non etiam ex vi, aut majoritate rationis: quia, quamvis Statutum Florentinum ordinatum fuerit favore agnanis, non idcircò dici poteſt, rationem excludendi ſororem propter DD. Adverſarios, oullo con-
111 ſanguinitatis vinculo Defuncto conjunctos, nec de juris communis, minùs verò ex Legis municipalis diſpoſitione ſucceſſibiles, parem, vel majorem eſſe ratione eamdem ſororem excludendi propter Agnatos maſculos exiſtentes in ſexto gradu; Statutum enim conſulere voluit agnationi contemplatione dumtaxat Agnatorum exiſtentium intra ſextum gradum, oon autem favore Agnatorum exiſtentium in gradu remotiori, quibus nedum fœminas, ſed Fiſcum etiam præferri voluit. Si igitur Statutum contemplando agnationem, adeò certam graduum proximitatem reſpexit, ut, iis deficieotibus, Fiſcum præferri voluerit; patet tantùm favore Agnatorum proximiorum, in quibus eontemplata fuit agnatio, urgere rationem conſideratam à Statuto, quæ nulla eſſe poteſt favore Maſculorum remotiorum, quibus Fiſcus prælatus reperitur, ut traduot *Bald. leg. quod verò num. 3. verſ. ſed pone Statutum ff. de leg.*, & optimè concludit *Brun.* ubi ſupra *num. 216.*, & præcisè reſpondet *Silvan. d. conſ. 18. num. 18. verſ. non obſtat ultimum*, ibi = *Secundò reſpondeo, quod argumentum procederet, quando eſſet omnimoda ratio, quod non eſt in caſu noſtro, quia non eſt omninò eadem ratio in filio fratris, qui eſt in remotiori gradu, quæ eſt in fratre, quia Statutum voluit favere fratribus primi gradus fraternitatis, non verò exiſtentibus in remotiori gradu* =, benè *Ciroccb. diſcept. 58. num. 23.*, ibi = *Nam, cum Statutum prædictum loquatur de Maſculis in pari gradu exiſtentibus, non debet ex ea ratione ad remotiores Maſculos extendi, ex quo in eis non eſt tanta ratio, ſicuti in Maſculis in pari gradu exiſtentibus* =, *Torr. de Primog. Ital. part. 2. d. quæſt. 45.*, *& quæſt. 46. ubtrobique num. 48.*, *Palma alleg. 153. num. 33. §. Et quod redditur*, *Rot. dec. 388. num. 29. & 30. part. 5. recent.*

Quæ cum ita ſint, non eſt, cur inquiramus, an iſtiuſmodi Statuta, utpotè favore agnationis conſervandæ condita, reputentur ſimpliciter, & abſolutè favorabilia, ut *in d. conſultatione nu. 256. & plurib. ſeqq.*, vel potiùs odioſa, & irrationabilia cenſenda ſint, de quo acriter certant Scribentes, ut perſpici poteſt apud *clar. mem. Card. de Luca de ſucceſſ. ab inteſt. diſc. 8. ſub. num. 5.*, Illa enim, etſi, inſpectis veteribus Romanorum moribus, potiùs favorabilia reputari poſſint; nihilo-
minùs favor iſte efficiet ſolùm, ut eadem beni- 112
gnè intelligenda ſint, rejectis leguleicis interpretationibus, ex cortice potiùs verborum, quàm ex mente Statuti deſumpti, ut optimè ratiocinatur *Card. de Luca de ſucceſſ. ab inteſt. diſc. 10. nu. 4.*, At idem favor non etiam efficiet, quod contra juris communis diſpoſitionem, & contra naturalis pietatis vota, agnationis favor, conſiſtens in juris fictione, prævaleat ſanguinis vinculis, atque neceſſitudini, quæ eadem eſt tàm quoad Maſculos, quàm quoad fœminas; ideòque ſtatutaria diſpoſitio extendenda non erit ultra gradus à Statuentibus expreſsè præſcriptos, ſed reſtringenda ad perſonas, quas iidem mente, ac ratione comprehenderunt, ac deſignarunt formâ, ac figurâ verborum, ut ponderant *Dec. conſ. 71. in fin.*, *Pariſ. conſ. 110. num. 5. lib. 3.*, *Menoch. conſ. 684. num. 15.*, *Altog. conſ. 48. num. 5. & 41. lib. 2.*, ubi, quod non ideò, quia ſit favorabile, cenſetur derogare, niſi in expreſſis, *Mart. de ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 21. art. 40. nu. 48.* firmans, quod dicitur favorabile ſolùm reſpectu perſonæ contemplatæ, *Conciol. d. alleg. 70. num. 19.*, *Surd. dec. 9. nu. 16. verſ. non etiam obſtat*, *Rot. dec. 388. num. 29. part. 5.*, *& dec. 110. num. 15. part. 17. rec.*

Proindèque Doctores omnes, & Deciſiones firmantes, Statutum excluſivum fœminarum propter Maſculos dici favorabile, vel ſaltem non odioſum odio irrationabili, locuti fuerunt de illis ſtatutariis ſanctionibus, excludentibus fœ-

minam concurrentem cum Maſculis de eadem linea, vel cum Collateralibus proximis, uſque ad
113 tertium, vel quartum gradum; non verò quando agitur de Statuto repellente fœminas proximiores, eaſque inhabiles efficiente propter Maſculos remotiſſimos, quo caſu communis opinio nos edocet, in ſimilibus Statutis odium præponderare rationi conſervandæ agnationis, eâque poſthabitâ, diſpoſitionem cenſendam eſſe ſimpliciter odioſam, & irrationabilem, ad tradita per *Corn. conſ.97. num.25., & conſ.105. num. 2. lib.1., Jo. de Anania conſ. 27. num. 6., Burſat. conſ. 157. num.51. & 52., Honded. conſ. 15. num.27. lib.2., Surd. conſ.118. num.13., Manent. conſ.1. nu. 33. & ſeq., Giovagnon. conſ.66. num.12. lib.1., Gratian. diſcept. for. cap. 9. nu. 10., Pigant. ad Stat. Fem. Rubr.139. num.19.*, qui firmat, Statuta excludentia fœminas ob Agnatos remotiſſimos, eſſe iniqua, *Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 3. cap. 4. nu.15. & ſeqq. uſque ad 30., Mart. Medic. enam. 31. num. 5. & 6. deciſ. 78. ferè per tot., Torr. de Primog. Ital. part. 2. quæſt. 45. num. 37. & 48.*, cum aliis apud *Manſ. conſult. 398. num. 4., D. Advoc. Conſtant. comment. ad Stat. Urb. tom. 2. adnot.39. art. 1. num. 30. & ſeq., Rot. deciſ. 252. num.4., deciſ. 740. num. 3. cor. Ubald.*, & egregiè diſtinguendo firmatum fuit *in rec. dec.267. n. 16. & 17., & num.19. part. 16.*, in qua dictum fuit, quod, quando fœmina proxima concurrit cum Tranſverſali remotiſſimo uſque ad nonum gradum, & ſic quaſi penitùs inſucceſſibili, tali caſu Statutum reputatur iniquum, odioſum, & irrationabile, confirmat *dec.94. nu.12. part.17.*; Ideoque *clar. mem. Card. de Luca de ſucceſſ. ab inteſt. diſc.* 8. loquens de hoc Statuto, dicit, illud eſſe omninò odioſum, ac exorbitans, eò quod excludat fœminam, nempe ſororem, adeò proximam, propter nimium remotum, penèque extraneum Tranſverſalem; ideòque concludit, d. Statutum intelligendum eſſe ad literam, ac de perſonis, de quibus loquitur in verbis, denegatâ quacumque extenſione ex identitate, vel majoritate rationis; idemque docuit *R. P. D. meus Anſald. in tract. de commerc., & mercat. diſc.41.*

Et ſanè opinionem Doctorum cenſentium, excluſionem fœminarum propter Maſculos, quoad fieri poteſt, intelligendam eſſe favore Maſculorum ejuſdem gradus, non autem remotiorum, & deſumptam videri ex traditione Sacræ Paginæ, exemplo nobis eſt judicium Moyſis *Num. cap. 27.*, nam, mortuo Salphaad ſinè filiis maſculis, cum illius filiæ à Moyſe peterent paternam hereditatem, ille rem ad Dominum referens, reſpondit = *Juſtam rem poſtulant filiæ Salphaad: da eis poſſeſſionem inter Cognatos Patris ſui, & hereditate ſuccedant*=; & rursùs=*Homo cum mortuus fuerit abſque filiis, ad filiam ejus tranſibit hereditas* =; quo perſpicuum fit, Legem Divinam veteris teſtamenti excluſiſſe fœminas, exſtantibus Maſculis
114 In eodem gradu, non verò ob quoſcumque Maſculos etiam remotiores, ut ità unanimiter cenſuiſſe Sacræ Scripturæ expoſitores, tradunt *Dec. conſ.1. num. 298., & num. 315. lib.3., Nevizan. ſylv. nuptial. §. 2. num. 269., Molin. de Hiſpan. Primog. lib.3. cap.4. num. 1.*, aliique per *Mierez. de major. part.2. quæſt.6. num.8. & 19., Velu diſſert. jur. cap.49. num. 47. tom. 2., Andreas Knichem de vetuſt. pacton. part.3. cap.4. nu.2. & 3., Roxas de incompat. part. 3. & 4., Knipſchild. de Fideic. famil. nobil. cap. 8. num. 184. & 195.*, ubi alios concordan., *Merlin. de legit. lib.1. tit.2. quæſt. 1. nu.1. verſ. eſt de primo, Torr. de Primog. Ital. part.1. cap.25. §.1. nu.5. & 6., R.P.D. meus Anſald. de commerc., & mercat. diſc.40. num.3. & 4.*

Atque idcircò tantum abeſt, quod juxtà aſſumptum ſub initium contrariæ conſultationis latè exornatum, Statuta agnatitia condita ſint exemplo Legis Moſaicæ, quæ agnationi, & conſerva- 115
tioni Bonorum in familiis conſuluiſſe dicitur, ut contrarium evincatur ex *d. Num. cap.27.*, in quo filiæ Salphaad præfertur Patruo, & reſpectivè fratri Defuncti, licèt in eo conſervaretur agnatio, ut in individuo reſpondit *Rot. deciſ. 414. num. 8. part.1. rec.*, inter *deciſ. Coccin. 776.*, & luculenter firmat *R.P.D. meus Anſald. de commerc., & merc. diſc. 40 num. 6., & diſc. 41. num. 3. & 4.*; Nec ex eo, quod Lex Moſaica *ex Num. cap. 25. 27. & 36.* præceperit =, *quod omnes viri ducent uxores de Tribu, & cognatione ſua &c., & cunctæ fœminæ in eadem Tribu maritos accipient, ut hereditas permaneat in familiis* =; argui poteſt, reverà agnationem reſpexiſſe, idcircò enim præcipiebatur fœminis ultimis familiæ ſuæ, ut nuberent viris ex Tribu, ſeù familia ſui Patris, ne commiſcerentur, & confunderentur ſortes terræ, quæ ſeparatæ fuerant, & diviſæ inter Tribus, non autem ut con- 116
ſervaretur agnatio, ut evidens redditur ex *Sac. Numer. Text. c. fin. ad literam relat. à Roxa de incompatib. part.3. cap.5. num.1. & ſeq.*, & egregiè firmavit *Rota d. dec.414. part. 1. rec.*, in qua habetur, non fuiſſe in Lege Moyſis contemplatam agnationem, quodque ſolum confuſioni inter Tribus occurrere d. Lex ſatagebat, quam ſecutus fuit *R. P. D. meus Anſald. de commerc., & mercat. d. diſc. 41. num. 3. & 4., & num. 26. & 27.*, ubi ſatisfit, & reſpondetur omnibus auctoritatibus, quæ in contrarium ad hunc effectum adducuntur.

Tot itaque argumentis, & rationibus deſumptis ex certiſſimis regulis, quibus utimur in tractatione ſucceſſionis ſtatutariæ, & quibus Doctores, & Tribunalia, veluti firmiſſimis principiis, inhærendum eſſe, admonent, cum oſtenderimus, DD. Adverſarios, tametſi filios Caſſandræ nuptæ Baroni Leoni de eadem prænobili familia Ricaſola, repellere minimè poſſe à coæquali ſucceſſione D. Mariam Magdalenam Materteram, reliquum eſt, ut probemus, non applicari auctoritates, & Doctores in contrarium allegatos, idque facilè perſpicere poſſe arbitramus ſecernendo à noſtro, caſus de quibus illi loquuntur; abs re enim in noſtra hypotheſi uſurpantur termini quæſtionis à Doctoribus agitatæ in themate ſucceſſionis ex hominis diſpoſitione delatæ in majoratibus, ſeù fideicommiſſis maſculinis, atque agnatitiis, qui longè diverſi ſunt à cauſa, in qua verſamur, ſucceſſionis ſcilicèt inteſtatæ, ex lege ſtatutaria deferendæ; in illa enim quæſtione Do- 117
ctores omnes putantes, gradum cognatitium deſum-

ſumptum ex Matre nupta in familia, commiſceri, ſeu adeò fulciri poſſe agnatitiâ qualitate mutuatâ ex latere Patris, ut ex duobus veluti partialibus extremis, mutuo auxilio, unum integrale vinculum perfectiſſimum efficiatur, priùs conſtabiliunt, an adſit ſubjectum vocationis, pro certo ſupponendo, Agnatum remotiorem eſſe reverà de genere vocato, & contemplato; deindèque diſputant, an major proximitas ex parte Matris nuptiis alligatæ viro ejuſdem familiæ, det prælationem
118 Agnato remotiori ex parte Patris, ad *Text. in leg. fideicommiſſa 33. §. cum ita, leg. peto 7. §. Fratre ff. de legat. 2., Rota Florent. Lib. Motivor. 96. à num. 262. §. Ad ea autem*, ob eam juridicam rationem, quod nempe fruſtrà contenditur, aliquem eſſe proximiorem, & ideò ad fideicommiſſum admittendnm, niſi priùs oſtendatur, vel ſupponatur, illum eſſe de genere vocato; ideòque quæſtio excitata à Doctoribus in contrarium adductis, forſan locum ſibi vindicaret, ſi D. Caſſandra de Ricaſolis nuptui tradita fuiſſet alicui Agnato remotiori, ſed exiſtenti intra gradus à Statuto contemplatos; in quibus terminis in dubium revocari poſſet, an filii Maſculi ex ea, proximiores, & remotiores ex parte Patris, in dubium, inquam, revocari poſſet, an eſſent præferendi ob majorem proximitatem; At aliter ſe res habet in caſu noſtro, in quo cum filii Caſſandræ, nec ex parte Matris à Statuto excluſæ, nec ex parte Patris exiſtentis in gradu remotiſſimo, à Statuto non contemplato, ſint de genere vocato,
119 nemo ex Doctoribus contrariis firmat, quod DD. Adverſarii ex Matrimonio cum Barone Leone procreati, utpotè proficiſcentes ab uno, eodemque ſtipite remotiſſimo, nec à Statuentibus in conſideratione habito, proximitatem metientes à latere materno excluſo, præferri debeant Agnatis à Statuto vocatis, vel, his non exiſtentibus, excludant ſorores, ex juris communis cenſura ad ſucceſſionem venientes, ut videre eſt apud *Leon. conſ. 23. num. 19., Bero conſ. 60. per tot. lib. 2., Soccin. Jun. conſ. 15. num. 4. lib. 4., Trentacinq. conſ. 9. num. 11. & 12., Rugger. conſ. 37. num. 26., & num. 28. in fin., Fuſar. conſ. 18. num. 11. & ſeqq., Rovit. conſ. 17. num. 14. verſ. primum requiſitum*, ubi *Altimar. num. 2., Raudenſ. reſp. 3. num. 24. lib. 1., Prat. diſcept. forenſ. cap. 4. num. 56. verſ. pro cujus objecti, de Marinis reſolut. 131. num. 19., Caren. reſolut. 103. num. 6. verſ. reſpondetur, Carpan. de fideicom. maſculin. inſpect. 1. art. 4. ſub num. 15., Paſchal. de Patr. poteſt. cap. 4. qu. 6. num. 72., & 73.*

Satis ad Cauſam videri poſſet oſtendiſſe, hypotheſim, in qua loquuntur præfati Doctores, diverſam eſſe à noſtra; verumtamen, ut pleniùs Parti adverſæ ſatisfaciamus, dicimus, eoſdem, dum quærunt, an in ſucceſſione fideicommiſſaria, ſeù primogeniali ex hominis diſpoſitione delata, gradus proximitas proveniens ex latere Matris nuptæ in familia prælationem tribuat Agnato, quamvis ex latere Patris remotiori, ſcindi in contraria vota, cenſentibus aliis, quod Maſculi ex ſimilibus nuptiis orti, licèt ex
120 parte Patris remotiores, ob proximitatem tamen, quam habent à Matre, admittendi ſint ad excluſionem ſubſtituti, prout ſunt *Cravett. conſ. 576., 831., & 877. per tot., Jaſon. conſ. 142. num. 35. in fin. colum. 2., Vegg. conſ. 63., Bartholom. Stella apud Fuſar. conſ. 19. ex num. 14. ad fin., de Ponte conſ. 154. tom. 2., Lara compend. vit. homin. cap. 30. num. 102., & ſeqq.*, ſubdens tamen *num. 111.*, quod prædicta opinio non recipitur in Tribunalibus, ceterique alii recenſiti in dicta conſultatione *à num. 88., & ſeq.*

Contrariam verò ſententiam, tamquam veriorem, Maſculum videlicet natum à fœmina nupta in familia, ideòque agnatitiam qualitatem deſumentem à Patre exiſtenti in gradu remotiſſimo, & non vocato, proximitatem metiri non poſſe à Matre, ad effectum excludendi Agnatum illâ remotiorem, à Teſtatore expreſsè ſubſtituutum gravato morienti, quum conjunctio 121 per fœminam proximiorem dicatur medium impertinens pro conſequenda ſucceſſione, rejectis contrariis rationibus, illiſque ſpeciatim reſpondendo, docuerunt *Marius Alberghin. inter conſil. Fuſar. conſ. 18., Menoch. conſ. 172. num. 12., Soccin. Jun. conſ. 15. lib. 4., Bellon. Jun. conſ. 6. num. 68. & ſeqq., Paulus Leo conſ. 23. nu. 28., Rub. conſ. 3. num. 25., Camerell. de legat. quæſt. 9. num. 5. fol. mihi 103., Rugger. conſ. 37. per tot. lib. 2., Trentacinq. conſ. 9. num. 12., Rovit. conſ. 17. num. 4.*, ibique *Altimar. nu. 1. lib. 1., Rocc. diſput. jur. ſelect. cap. 2. nu. 42., Prat. diſcept. 4. lib. 1., Carol. Anton. de Luca de lin. leg. lib. 2. art. 76., clar. mem. Cardin. de Luca de Fideicom. diſc. 6. num. 12., & de feud. diſc. 13. ſub num. 26., & deciſio Sicula apud eumdem num. 392.*

In qua opinionum contrarietate à ſupremis Tribunalibus ea adhibita fuit diſtinctio, quod aut res agitur de fideicommiſſo, & primogenitura maſculina, & agnatitia, in qua inſtitutor ita perpetuò vocaverit Maſculos agnatos, ut tamen deſignaverit gradus, & lineas, à quibus 122 agnationem ſuam conſervari voluit; & hoc caſu, quia Teſtator non contentus ſolâ genericâ qualitate agnatitiâ, vocavit Agnatos certi gradus, lineaſque nominatim deſignavit, Maſculi ex fœmina nupta in familia proximitatem deſumere nequeant à Matre, ad effectum excludendi Maſculos de linea expreſsè vocata; Aut verò agitur de diſpoſitione, in qua primogenituræ condi- 123 tor, omiſsâ rigoroſâ agnationis contemplatione, ſimpliciter invitaverit proximiores de familia, aut ipſam familiam in genere; & tunc Maſculo remotiori ſuffragatur proximitas lateris materni, quia hoc modo per conjunctionem maternam non minùs ſatisfit menti Teſtatoris, vocantis in genere quemlibet de familia, quàm juris communis diſpoſitioni, pari jure fœminas, & Maſculos ad ſucceſſionem admittentis, ut optimè diſtinguendo firmant *Theſaur. Jun. quæſt. Forenſ. 100. lib. 1.*, qui ita à Senatu Pedemontano deciſum fuiſſe, refert, *Larrea deciſ. Granaten. 34. nu. 23., & 25. allegat., deciſ. Sicul. apud Card. de Luca de feud. num. 392., Rota in Lucen. in Cauſa Majoratus de Bernardinis 9. Octobris 1651. impreſſ. in calce conſil. Altograd. fol. 530.*

novíſs. impreſs. tom.2., reſolvens, vinculum Ma-
tris nuptæ in agnatione non præſtare filiis gra-
dum ſucceſſibilem, ſed reputari omninò pro im-
pertinenti, & inhabili, quando agitur de ſuc-
ceſſione ad ſolos Agnatos ſpectante, *Rota Flo-
rent. in Florentina Fideicommiſſi de Medicis Lib.
Motivor. pag. 262., & 264. §. Quotiam fuit di-
ctum, & in §. Quoniam veriùs, & §. Et hæc de-
ciſio*, ubi dictum fuit, deciſionem non habere
contradictorem, quando Teſtator, excluſis fœ-
minis, etiam filiabus, conſtituit fideicommiſſum
agnatitium ordine ſucceſivo inter Deſcendentes
maſculos, vel tranſverſales de ſua agnatione,
egregiè *Rota noſtra Romana deciſ.84.num.16., &
ſeqq. part.5.*, ubi reſpondendo Doctoribus con-
trariis, firmat, illos loqui, quando ſunt vocati
proximiores de familia, vel quando vocatur fa-
milia in genere; ſecus, quando Teſtator grada-
tim ſubſtituit unam lineam alteri, & eorum De-
ſcendentes maſculos, excluſis fœminis, & in
terminis Statuti *deciſ. 89. per tot.*, ſignanter *num.
12., & 13. part.6., & deciſ.63. part. 7. recent.*,
*Rota coram Emerix Jun. deciſ. 1216. num. 14.,
& 15., & ita nuper deciſum fuit in Florentina
Fideicommiſſi, ſeù Primogenituræ 14. Decembris
1705. §. Inſubſiſtens etiam apparuit coram R. P.
D. meo Scotto*, ubi huic objecto deſumpto ex
proximitate Matris agnatæ nuptæ in familia ſpe-
cificè occurrendo, ita *in dicto §. Inſubſiſtens*,
reſpondit, ibi = *Quia, quidquid eſſet, ubi agere-
tur de diſpoſitione ordinata favore proximiorum de
familia, & agnatione in genere vocato, in quibus
terminis ut plurimùm loquuntur auctoritates in
contrarium laudatæ, diverſimodè res procedit,
quando Teſtator ſpecialiter deſignavit lineas, à
quibus agnationem ſuam conſervari voluit; tunc
enim in concurſu lineæ prædilectæ, & expreſſè à
Teſtatore vocatæ, non poteſt admitti Maſculus li-
neæ remotioris, quamvis deſcendens à fœmina a-
gnata proximiore, quia interrumperetur ordo gra-
dualis, & ſucceſſivus inter lineas vocatas, & de-
ſtrueretur mens Teſtatoris eò directa, ut fideicom-
miſſum gradatim tranſiret de una ad aliam lineam,
juxta ordinem preſcriptum* =; Hancque ſententiam
eſſe communi Doctorum calculo receptam, pro-
bat *Marian. Soccin. conſ.15. num.1., & ſeqq. lib.
4.*, benè concludens, quod in ſucceſſione præfer-
ri debuerunt Agnati in quinto gradu, poſthabito
Agnato in octavo gradu exiſtenti, licèt in quar-
to cognationis gradu conſtituto ex latere Ma-
tris; nam hoc ſecundum vinculum in nulla po-
terat haberi conſideratione, *Raudenſ. conſ.3.num.
25. lib. 1.*, pulchrè declarans, opinionem fa-
ventem fœminis nuptis in familia, non procede-
re, niſi quando cuicumque Maſculo de familia,
licèt ſit diverſi columnelli, conceſſa fuit prala-
tio, & quando non eſt habita ratio proximitatis
gradus, & lineæ, *& in tractat. variar. cap. 39.
num.409.*, *Surd. conſ.31. ſub num.37.*, *Fuſar. de
ſubſtitut. quæſt.404. num.17.*, inquiens, gradum
fœminæ non eſſe in conſideratione, quando
nupta eſt in familia, ſed non in ſtirpe, & in co-
lumnello Teſtatoris, ad quem voluit deferri
ejus Bona, *Roſa conſult. 69. num.19., & ſeqq.,
& num. 41.*, *de Luc. de lin. legal. lib. 2. artic. 76.
num. 6.*, *Rocc. ſelect. dicto cap. 2. num. 31.,
& 42.*

At verò, ſi quæſtio noſtra decidenda eſſet ad
mentem Doctorum loquentium de ſucceſſioni-
bus fideicommiſſariis, & primogenialibus, DD.
adverſarii à coæquali ſucceſſione repellere mini-
mè poſſent D. Mariam Magdalenam, ut perſpi- 124
cuum ſit ex eo, quod lex municipalis Statuti
Florentini ad excluſionem fœminarum non in-
vitavit proximiores Agnatos, nec vocavit quoſ-
cumque Agnatos de familia in genere, ſed deſi-
gnavit Agnatos certi, & determinati gradus, ob
quos fœminas à ſucceſſione excluſas eſſe voluit,
exiſtentibus nempè Agnatis uſque ad ſextum
gradum incluſivè, Agnatis ulteriorum graduum
quoad jura ſucceſſionum habitis pro penitus ex-
traneis in iſtorum concurſu, non ſolum reinte-
grando fœminas, ſed Fiſcum etiam præferen-
do; unde conſequens eſt, quod DD. Adverſarii
conſtituti in gradu remotiſſimo, & nullatenus à
Statuto nec in genere, nec in ſpecie contempla-
to, nequeant ob majorem proximitatem D.Caſ-
ſandræ Matris nuptæ in familia, repellere à fra-
terna ſucceſſione D. Mariam Magdalenam ſo-
rorem, ad jura ſucceſſionis à Statuto, ut di-
ctum eſt, expreſsè reintegratam, ob deficien-
tiam Agnatorum vocatorum intra ſextum gra-
dum.

Fortiùs verò argumentum deſumptum ex re-
gulis iſtis communiter à Doctoribus, & Tribu-
nalibus conſtitutis in ſucceſsionibus fideicommiſ-
ſariis, & primogenialibus, urget in hypotheſi
ſucceſsionis ſtatutariæ, quia ſucceſsio delata ex
hominis diſpoſitione, utpotè favorabilis, ex- 125
tenſivam recipit interpretationem, ad Text. *in
leg. in teſtamentis 12. ff. de reg. jur.*; vice autem
versâ Statuta deferentia ſucceſsionem contra ju-
ris communis diſpoſitionem, utpotè odioſa,
ſtrictè intelligenda ſunt, rejectâ omni extenſivâ
interpretatione, ut alibi probatum fuit; ideò-
que, ſi prætergrediendo gradus à Statuto præſcri-
ptos, ob proximitatem mutuatam à Matre, ad-
mitterentur Agnati remotiſſimi, deſtrueretur
mens Statuentium eò directa, ut excluſio fœ-
minarum indicta agnationis intuitu, haberet dum-
taxat locum juxta ordinem ab ipſis præſcriptum,
exiſtentibus videlicet Agnatis uſque ad ſextum
gradum; unde rectè hypotheſi etiam ſtatutariæ
ſucceſſionis convenit regula deſumpta ex diſtin-
ctione ſuperiùs tradita, quod nimirum, quan-
do deſignatæ fuerunt lineæ, & gradus, à quibus
Diſponentes agnationem ſuam conſervare volue-
runt, eorum voluntati repugnet conjunctio vin-
culi materni, cujus proximitas nihil proficuum
communicare valeat filiis maſculis remotioribus,
quando nupta non eſt Agnato de ſtirpe, & co-
lumnello ad ſucceſſionem vocato, ut egregiè 126
firmant, contrariis reprobatis, Doctores addu-
cti in §. 73., quorum opinionem, tamquam æqui-
tati, & rationi magis conſentaneam, ſecuta fuit
in terminis Statuti *Sacra Rota dict.deciſ.89. à nu.
6. uſque ad 15. part.6. rec.*, & nuper in terminis
Primogenituræ in *dict.Faventina Fideicommiſſi.ſeù*

Pri-

Primogenitura 14. *Decembris* 1705. *coram R. P. D. meo Scotto*, & admittitur etiam in contrario reſponſo *num.* 313.

Quocirca hic retentâ diſtinctione, conſultò prætermittimus ex ordine refellere, & declarare contrarias auctoritates; nam, ultra quod nullus affertur individualis Doctor, qui in terminis ſtatutariæ ſucceſſionis firmet contrarium aſſumptum, & ſingulis ſingillatim reſpondetur à D. Jacobo Rillio in ſua ſecunda conſultatione à *num.* 154. *ad fin.*, omnes loquuntur in terminis fidei-
127 commiſſariæ diſpoſitionis, & quando ab inſtitutore nullatenùs contemplata appareat agnatio, ut eos explicando notat *Prat. dict. diſcept.* 4. *nu.* 46., *& ſeqq.*, *Rocc. dict. cap.* 2. *num.* 29., vel quando ſimpliciter ad fideicommiſſum vocata eſt ipſamet familia, vel quilibet Maſculus de familia in genere, quia tunc ſufficit, verificari hanc qualitatem quomodocumque, dum à Diſponente fa-
128 cta non fuit diſtinctio graduum, & linearum, ut benè declarant *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 404. *num.* 17., *Raudenſ. dicto conſ.* 3. *num.* 25. *lib.* 1., *Rovit. conſ.* 17. *num.* 14. *lib.* 1., *de Luc. de linea leg. art.* 76. *nu.* 6. *lib.* 2., *ceterique ſuperiùs recenſiti*.

Ex his corruit etiam argumentum deſumptum ex Sanctionibus Imperatorum Theodoſii, & Juſtiniani *in leg. meminimus* 2., *& in leg. ſi quis* 3. *Cod. quand. & quib.* 4. *pars debeat ex bon. decurion.*, *& mod. diſtrib. eorum*, *relat.* etiam à *Cujac. oper. prior. tom.* 2. *comment. ad lib.* 10. *Cod. Juſtin. tit.* 34. *fol. mihi* 95., *& ſeqq.*, ex quibus Illuſtriſs. Domin. conſulens à nu. 19. ad 30. infert, quod, ſicuti in dictis legibus demandatum fuit, curialis filiam, curiali nuptam, immunem ſervari à quartæ datione, eò quia per Maritum, quantùm ad ipſius Mulieris perſonam, Curiæ ſit ſatisfactum; ita non abſimili ratione, ductâ ab eiſdem juribus, DD. Barones Bettinus, & Octavianus dicendi ſunt à Statuto vocati ad ſucceſſionem Baronis Braccii, excluſâ D. Mariâ Magdalenâ ſorore, dum per ipſos, utpotè filios Caſſandræ nuptæ Baroni Leoni de eadem familia Ricaſola, agnatio, & familia Defuncti conſervatur; quo pariter argumento in terminis pri-
129 mogenituræ utuntur *Lopez*, & *Lara*, ceterique ex adverſo allegati, quia, præterquam quod *dict. leges* peculiare privilegium elargiebantur filiæ curialis, curiali conjugatæ, ideòque, abolito curialium ordine, privilegium quoque eiſdem conceſſum, abrogatum cenſetur, juxta axioma docens, quod, deficiente occaſione utendi privilegio, & causâ, ob quam conceſſum fuit, ipſum etiam privilegium ceſſet, & ratione non uſus amittatur, *Thabor. loc. com. lib.* 10. *cap.* 13. *axiom.*
130 31., *& lib.* 14. *cap.* 105. *axiom.* 4., & benè ad rem notat *R. P. D. Anſald. de commerc.*, *& merc. dict. diſc.* 41. *num.* 32.

Reſpondetur, dictarum legum ratione uti Doctores contrarios, procedendo cum ſuppoſito generalis vocationis cujuslibet Maſculi de familia in genere, quo caſu rectè arguunt, quod, quemadmodum illis juribus ſtatuebatur, quod, per Matrimonium filiæ curialis, initum cum quolibet curiali in genere, ſatisfactum cenſeretur Curiæ; ita etiam pari ratione admittendus ſit deſcendens ex fœmina nupta in familia, attentâ ejuſdem familiæ genericâ vocatione, quaſi hac
ratione adimpleta dici poſſit Diſponentis volun- 131
tas, ſumendo eam interpretationem, quæ eſt magis conformis diſpoſitioni juris communis, exigentis, quod fœminæ, earumque Deſcendentes, tamquam proximiores, ſuccedere debeant, excluſo remotiore; quæ ratio à Doctoribus prædictis conſiderata in fideicommiſſariis ſucceſſionibus, locum non habet in ſtatutaria ſucceſſione, de qua agitur, in qua DD. Adverſarii poſiti extra gradus ſucceſſibiles tàm ex diſpoſitione Statuti, quàm juris communis, ideòque nullo naturali, aut civili vinculo devincti Baroni Braccio, contra expreſſam juris communis diſpoſitionem, & naturalem æquitatem, & pietatem, excluderent Dom. Mariam Magdalenam ſororem; proindeque ob hanc rationis diverſitatem non officit, ſed potiùs retorquetur ratio ex dictis legibus à Doctoribus contrariis ponderata, per ea, quæ tradit *Cravett.*, cujus Auctoritati adhærent ceteri omnes in contrarium adducti, *conſ.* 877. *ſub nu.* 13.

Ideòque ob hanc rationem, ex dictis legibus deſumptam, optimè cenſuit *Gregor. Lopez. ad partit. Hiſpan. in gloſſ. ad leg.* 3. *verb. mugeres quæſt.* 11. *tit.* 3. *part.* 6. in ſua, quam figurat, hy-
potheſi, quod, ſi tempore, quo defertur majo- 132
ria, reperitur filia fœmina poſſeſſoris, in Matrimonium collocata alicui de agnatione, & genere Teſtatoris, ac de ejus familia, & cognomine, ſeu appellatione, eadem ſuccedere debeat in majoria, ex qua erat excluſa, quia, nullo exiſtente filio ultimi poſſeſſoris, aut Maſculo proximiore, admittendo talem filiam ad ſucceſſionem, adimpletur voluntas, & mens inſtitutoris majoriæ, & ſervatur juris communis diſpoſitio, non ſinens, fœminam proximiorem à remotiori excludi, prout ex ſimili ratione moventur omnes alii, & præcipuè *Lara compend. vit. homin. cap.* 39. *à num.* 102., *& ſeqq.*, licèt *num.* 111., fateatur, Doctorum opinionem, quibus ipſe adhæret, non recipi in Tribunalibus; ex quo patet, DD. prædictos diſceptare quæſtionem omninò extraneam à noſtris terminis, ſucceſſionis nempè ab inteſtato, quæ æqualiter defertur Maſculis, ac fœminis, & in qua lex municipalis Statuti Florentini noluit derogare juri communi intuitu agnationis, niſi ob Maſculos exiſtentes in ſexto agnationis gradu, de jure ſucceſſibili; ideòque, ſi ad excluſionem D. Mariæ Magdalenæ Materteræ, & defuncti Braccii ſororis admitterentur DD. Fratres Adverſarii remotiſſimi, læderetur tàm Statutum, quàm jus commune; primum, quia derogavit fœminarum juribus, eaſque excluſit, non intuitu univerſæ agnationis indefinitè contemplatæ, ſed favore determinatarum perſonarum, & certorum graduum; alterum verò, quia non patitur, ut abrogatis ſanguinis vinculis, & turbato naturali ſuccedendi ordine, fœminæ ſint deterioris conditionis,

quàm

Digitized by Google

quàm Maſculi, præcipuè ſucceſſibiles: contra
133 itaque legis, & naturæ vota Statutum illas ex-
cludens, locum ſibi vindicare oou poterit, oiſi in
caſibus ſpeciatim expreſſis à Statuentibus, nec
porrigetur ad comprehenſionem illarum perſo-
narum, de quibus non fuit cogitatum, ex abuo-
dè cumulatis in *dict. deciſ.46., & 122. part.14.,
& deciſ.267. num.16., & ſeqq. part.16., ac deciſ.
94. num.11. part.17., & deciſ.68. num. 19., &
ſeqq. part.19. rec.*

Prout ad rem non pertinet *Pegas tract. de ex-
cluſ. incluſ. ſucceſſ., & erect. majorat. tom.2. cap.*
14., qui pro punctuali pluribus contrariæ con-
134 ſultationis locis allegatur; Auctor enim prædi-
ctus agit de majoratu, in quo inſtitutor, deficien-
tibus Agnatis maſculis, & certis lineis vocatis,
voluerat, in illo ſuccedere fœminam ultimo poſ-
ſeſſori proximiorem ſub couditione nubendi A-
gnato proximiori, indictâ pœnâ caducitatis ino-
bedienti, aliamque invitando, qui nuptias juxta
ipſius mentem contraxiſſet: quum autem per
obitum Joannis ultimi poſſeſſoris abſque Maſcu-
lis eveniſſet caſus vocationis fœminæ, Comitiſſa
Beatrix filia in majoratu ſucceſſura obtemperare
noleus præcepto Teſtatoris, orbata fuit majora-
tu, idemque adjudicatus Eliſabethæ, quæ ob-
ſequens inſtitutoris voluntati nuptias contraxerat
cum Agnato proximiore; quumque ſubinde
Beatricis filii duplici fundamento vindicare cura-
rent majoratum à Deſcendentibus Eliſabethæ,
ſcilicet primò, quia Beatrix non contravenerat,
quoniam is, cui oupſerat, deſcendebat ex ea-
dem Albicaſtrorum familia, atque etiam quia,
quum ab inſtitutore non fuiſſent vocatæ, niſi fœ-
minæ agnatæ, non debebat extendi vocatio ad
fœminas cognatas, qualis erat Eliſabetha; his
tamen rationibus poſthabitis; ſuccubuerunt, pro-
ut oſtendit *Pegas*, eò quia à Beatricis filiis pro-
batum non fuerat, Comitem Sabugalenſem eo-
rum Patrem, cui Beatrix nupſerat, per ſexum
virilem deſcendere à familia Albicaſtrorum,
ideòque incapacem eſſe conſervandi agnatio-
nem; & quamvis inſtitutor de filia aut ſorore
mentionem tantùm feciſſet, non idcircò dici
poterat, fuiſſe tantummodò vocatas fœminas
agnatas, excluſis cognatis, eò quia Teſtator
non reſpexerat ad eam puram, & veram agna-
tionem, quæ fœminas proximiores excluderet,
ſed ad eam tantum, quæ per medium fœminæ
conſervari potuiſſet, videlicet ut fœmina ulti-
mo poſſeſſori proximior, in majoratu ſuccederet
ſub ea conditione nubendi Agnato proximiori,
ex quo filios agnatos procreare potuiſſet, qui
ſucceſſionem à Matre, & agnationem à Patre
deſumerent: quumque voluotas, & fiois Teſta-
toris æqualiter adimpleretur per fœminam agna-
tam, ac per cognatam, ac idem reſultaret effe-
ctus, propterea Auctor prædictus reſolutum fuiſ-
ſe, aſſerit, ritè, rectèque ad majoratum admiſ-
ſam fuiſſe Eliſabetham, licèt proximiorem co-
gnatam, quia nubendo Agnato, ejus Liberi ef-
fecti fuerant agnati, perindè, ac ſi ex fœmina
agnata fuiſſent procreati; agnatitiam quippè
qualitatem recipiebant à Patre, non antem à
Matre, quæ, quamvis agnata, finis eſt agna-
tionis, quam proiodè filiis communicare non
poteſt.

Evincitur itaque ex his, *Pegas* agere quæſtio-
nem omninò alienam à noſtra, nec caſum illius
convenire cum præſenti ſucceſſionis ab inteſtato,
dum in majoratu, de quo agit, fœminæ proxi-
miores, erant expreſsè vocatæ, cum conditione
tameu nubendi Agnato; ideòque fœmina ex
propria perſona conſtituebatur habilis ad ſucce-
dendum, quando uupſerat uni ex familia: at
noſtrum Statutum expreſsè excludit fœminas,
eaſque inhabilitat ad ſucceſſionem, vocando A-
gnatos maſculos reſtrictivè ad ſextum gradum;
ideòque, cum Statuentes excludant perſonam Ma-
tris, gradum conſtituentis, quâ ratione DD. fra-
tres Adverſarii ſucceſſionem, & proximitatem à
Matre metiri poſſunt, quando hæc reperitur ex-
cluſa? Prætereà, ut *Pegas* ait *num.* 122., &
146. *& ſeqq.*, majoratus non erat verè, & pro-
priè agnatitius, expreſsè firmans, quod, ſi reve-
râ talis fuiſſet, minimè in eo ſuccedere potuiſſet
filia, aut ſoror, minimèque eas inſtitutor vo-
caſſet; unde, quum noſtrum Statutum uſque ad
ſextum gradum excluſerit fœminas, ut con-
ſuleret veræ agnationi, conjunctio fœminæ ex-
cluſæ ſemper erit medium impertinens, & inha-
bile ad hoc, ut filii ſucceſſionem ex ejus per-
ſona conſequi valeant, ut probat *Rot. dict. deciſ.* 135
89. à num.12. ad 16. part. 6. rec., cum aliis ſupe-
rius adductis.

Perſequi poſſemus ceteras auctoritates in con-
traria conſultatione adductas, eaſdemque facilè
refellere ſimilibus reſponſionibus; ſed conſultò
id omittimus, oe nimis, & plus æquo creſcat
oratio, præſertim, quia, majori parti earum præ-
ventivè reſpondi in mea conſultatione à *§. Patet
id* uſque ad *§. Quæ benignior*, & ſingulæ, ut di-
xi, declarantur à D. meo Jacobo Rillio; Quam-
obrem, quum quæſtio, in qua verſamur, ſit de
ſucceſſione ab inteſtato, in qua, ex juris com-
munis præſcripto, æquè Maſculi, ac fœminæ
admittuntur, & lex municipalis Civitatis Flo-
rentiæ, ſeù illius Reformatio extendat dumtaxat
ſororum excluſionem favore Agnatorum uſque
ad ſextum gradum incluſivè, ſequitur, quod
DD. fratribus Adverſariis exiſtentibus in gradu
remotiſſimo, & ioſucceſſibili tàm inſpecto Statu-
to, quàm jure communi, ex utriuſque cenſura
nullum eiſdem ſucceſſionis jus tributum dici
queat, minimèque liceat proximitatem gradus
metiri à fœmina cognata, ad effectum exclu-
dendi à ſucceſſione Baronis Braccii D. Mariam
Magdalenam Defuncti ſororem Principalem oo-
ſtram, quæ, utpotè excluſa contemplatione A-
gnatorum certi gradus, his noo exiſtentibus, re-
dit ad jura ſucceſſionis, eidem de jure debitæ,
tamquam ceſſante impedimento eam adimente
fœminis, de jure communis cenſura ceteroquin
ſucceſſuris, ut notant *Ruin. conſ.289. num.4. lib.* 136
2., *Angel. conſ.* 382. *num.* 12. *&* 13., *Albert.
Brun. de ſtatut. ſucceſſ. art.* 10. *num.* 23. *fol. mihi*
215., *Ve-*

215., *Vela diſſert. jur.49. num.69. tom.2.*, *Rox. de incompatibil. part. 1. cap.6. num.307.*, *& ſeqq.*, *clor. mem. Cardin. de Luca de ſucceſſ. ab inteſtat. dict. diſc. 10. num. 3.*, *& 4.*, *Palm. deciſ. Luc. 210. num. 25.*, *Rota deciſ.172. num.8. & 9. part. 14. rec.*

Avenionen. Legati.

Legati cum onere ſibi relicti, acceptatio facta à filio, ei, non ſervatâ *Soccini* cautelâ, non præjudicat in Legitima, niſi huic expreſsè renunciaverit.

VOTUM III.

1 *Legitima filiis integrè, & abſque ullo onere relinquenda eſt.*

2 *Legitima à Parentis patrimonio ſegregatur, non tamquam quota hereditatis, ſed tamquam quota Bonorum jure naturæ filiis debita.*

3 *Legitima æquiparatur æri alieno non ſubjecto Parentum judicio.*

4 *In Legitimæ deductione filius reputatur jure Creditoris.*

5 *Legitimæ adjectum onus, poteſt filius impugnare.*

6 *Legitimæ impoſita onera, à Lege improbantur, & pro non ſcriptis habentur.*

7 *Oneris ſupra legitimam acceptatio, non ſervatá* Soccini *cautelâ, filio non nocet, niſi clara, individuaque ſit*, & num. 8.

9 *Nec probibetur filius ſupplementum petere Legitimæ, niſi expreſsè eidem renunciaverit*, & num. 12., & 13.

10 *Acceptatio quippè generalis paternam diſpoſitionem confirmare quidem valet.*

11 *Non tamen filio jus adimere ad integram Legitimam.*

12 Soccini *cautela ſita eſt in electione tributa Legitimario conſequendi vel integram Legitimam abſque onere, vel totam hereditatem cum gravamine in Legitima.*

14 *Ad onus, quod non ſit ſupra Legitimam, filius tenetur.*

15 *Parentes, relictâ filiis Legitimâ, de reliquo patrimonio pro libito diſponere poſſunt.*

16 *Filius, exceptâ Legitimâ, nullum habet jus, ſaltem conſiderabile in Parentum Bonis.*

17 *Filius, quidquid præter Legitimam conſequitur, nonniſi ex voluntaria Parentum liberalitate obtinere dicitur.*

Monicha

Anaſtaſius — Stanislaus — Gregorius — Iſidorus.

MONICHA quatuor habens filios, condidit teſtamentum, in quo reliquit particulare Legatum librarum 300. pro quolibet, Stanislao, Gregorio, & Iſidoro filiis ſuis ſecundogenitis, hâc adjectâ conditione, ſeù declaratione, quod tale Legatum relinquebat pro omni, & toto eo, quod ex ejus hereditate conſequi poſſent ex quacumque cauſa etiam Legitimæ, atque inſuper declarando etiam, quod, quoties Iſidorus religioſam vitam amplecteretur, aut adquireret Beneficia Eccleſiaſtica, prædictum Legatum reſpectu ejuſdem reduceretur ad libras 900., & reliquæ libræ 2100. cedere deberent in augmentum hereditatis ſuæ, & ad commodum heredis univerſalis omnium ſuorum Bonorum, quem ſibi ſcripſit Anaſtaſium filium primogenitum; verba teſtamenti ſunt hæc = *Di più hà laſciato, e laſcia à Stanislao, Gregorio, & Iſidoro ſuoi figlioli, & à ciaſcheduno di eſſi la ſomma di 3000. lire, da pagarſi un' anno dopo la morte di detta Teſtatrice, e queſto ſia per tutti, e ſingoli dritti di Legitima, ſupplemento di quella, parte, e porzione ereditaria, e per tutti gl' altri dritti generalmente di qualunque ſorte, che li detti Stanislao, Gregorio, & Iſidoro potrebbero avere, e pretendere ſopra li Beni, & eredità di detta Teſtatrice, al qual Legato di 3000. lire per ciaſcheduno di loro gl' hà reſpettivamente iſtituiti ſuoi eredi particolari, e, venendo il d. Iſidoro &c. a farſi Religioſo, & avendo qualche Beneſizio Eccleſiaſtico, nel d. caſo, ed in ciaſcheduno di d. caſi la d. Teſtatrice hà voluto, e vuole, che il d. Legato delle ſudette 3000. lire, come ſopra, fatto al d. Iſidoro non eſſer, che di 900.; e le altre 2100. lire delle d. 3000. lire eſſere, ed appartenere intieramente ad Anaſtaſio figlio primogenito* =. Poſt mortem Monichæ Matris cum Iſidorus acquiſiverit Beneficia Eccleſiaſtica, & renuat reſtituere, ſeù cedere Anaſtaſio heredi dictas libras 2100:; quæritur, an ad id Jure cogi poſſit?

Dubii hujus reſolutio facilis eſt, & pendet a ſolo facto, à quantitate nempè patrimonii relicti à Monicha, nam, ſi illud tale ſit, ut pro Legitima Iſidoro de Jure competente debeatur totum id, quod eidem in teſtamento fuit relictum, hoc caſu procul dubio reſpondendum eſt, nullam actionem, nullumque jus competere poſſe Anaſtaſio primogenito, cogendumque non eſſe Iſidorum ad Matris voluntati obtemperandum, quia
certi Juris eſt, Legitimam filiis integrè relin- 1
quendam eſſe, rejecto quocumque onere, quod vel illius quantitatem minueret, vel modum, & conditionem illi adjiceret, juxtà *Text. in leg. quoniam in prioribus 32.*, *leg. ſcimus 36. §. Cum autem Cod. de inoffic. teſtam.*, *cum aliis concordan. relatis apud Thabor. axiom. Jur. lib. 1. cap. 10. axiom.*

axiom. 4., Pariſ. conſ. 55. num.22. lib. 2., Manſ.
conſult. 312. num. 53. tom. 2., Merlin. de legit.
lib.2. tit.1. quæſt.9. num.8., Gratian. deciſ. March.
112. num.5., & ſeqq., Rim̃us Anſuld. in addit. ad
ejus deciſ. 77. num. 19., Rot. deciſ. 206. num. 2.
part.1. rec., coram bon.mem. Emerix jun. dec.63.,
& deciſ. 185. utrobique num. 1., & ſeqq., deciſ.
2269. num. 3., & in Auximana Succeſſionis 23.
Aprilis 1700. §. Verùm coram bon. mem. Moli-
2 nes; quippè illa à Parentis patrimonio ſegrega-
tur, non tamquam quota hereditatis, ſed tam-
quam quota Bonorum, jure naturæ debita filiis,
Merlin. de legitim. lib.1. tit. 2. quæſt. 1. per tot.,
Armezzan. deciſ. 62. num. 8., & 9., Rot. deciſ.
121. num.3., & deciſ. 306. num.35. part.6. rec.,
3 & æquiparari dicitur æri alieno, non ſubjecto Pa-
rentum judicio; propterea que in illius deductio-
4 ne filius reputatur jure Creditoris, Thabor. axiom.
Jur. lib. 10. cap. 10. axiom. 7., Adden. ad Pam-
phil. deciſ. 289. num. 18., Rot. in rec. deciſ. 169.
num. 19., & ſeqq. part. 17. rec., quamobrem, ſi
Monicha minus legitimâ portione Iſidoro filio
5 reliquiſſe comperiatur, eum gravando in dictis
caſibus ad reſtitutionem librarum 2100., nullo
materno judicio ipſe obſequi teneretur, ſed juſtâ
ratione illud impugnaret, utpotè improbatum
6 à lege, quæ habet pro non ſcriptis ſimilia onera,
juxta celebrem diſpoſitionem Textus in leg. Se-
jus, & Agerius 27. ff. ad leg. falcid., quem in
noſtris terminis exornant Merlin. de legit. lib. 2.
tit.1. quæſt.19. num.30., & tit.2. quæſt.5. num. 1.
Rodulphin. alleg. 112. per tot., & præſertim n.1.,
Rot. poſt eumdem Merlin. de legit. deciſ.45. nu.12.,
& 13., deciſ. 75. num. 1., & 2., in rec. dec. 112.
num.4. part.17., coram Cerro deciſ.597. num.2.,
& in Nucerina Legitimæ 3. Februarii 1702.
§. Cum enim cor. bon. mem. Card. Caprara, & in
Æſina, ſeù Maceraten. Dotis ſuper reſervatis 17.
Martii 1710. §. Sed quatenus coram bon.mem. Mo-
lines, & in Urbinaten. Supplementi Legitimæ 1.
Decembris 1713. §. Ad ea autem cor. R. P. D.
Criſpo.

Nec filio obeſſe poteſt acceptatio Relicti ma-
terni, cum ſubſecutâ acquieſcentiâ, quia, niſi
7 ſervata fuerit famigerata cautela Soccini, de qua
apud Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. quæſt. 9. nu.
3., Palm. allegat.183. nu. 25., Adden. ad Pam-
phil. deciſ. 203. num. 10., deciſ. 289. num. 19.,
Armezzan. deciſ. 62. num. 23., quando emolu-
mentum non æquivalet gravamini, oportet, il-
8 lam claram, expreſſam, individuamque eſſe, ut
tradiderunt Cravet. conſ. 200. num. 6., Cephal.
conſ.563. num. 12., Clarus in §. Legitima quæſt.
38. nu.21., Merlin. de legitim. lib.3. tit.2. quæſt.
9. nu.12., Rota coram Pamphil. deciſ. 303. num.
6., ibique Adden. num.10., deciſ. 289. num. 6.,
coram Cerro deciſ.8. nu.10., coram bon. mem. Eme-
rix Jun. deciſ.48. nu.3., poſt Conſtantin. ad Sta-
tut. Urb. deciſ.165. num.14., & in Carpentora-
cten. Legati Legitimæ coram clar. mem. Card. Ca-
prara, quæ eſt impreſſa apud Palm. deciſ. 85. num.
2. & 3., alioquin, ſi Relictum ſit infra Legiti-
9 mam, filius, illius acceptatione, non prohibetur
petere Legitimæ ſupplementum, niſi in eo caſu,
in quo cum Legitimæ mentione in dicta accepta-
tione includatur ejuſdem renunciatio, ut litera-
liter præſcriptum eſt per Text. in leg. ſi quando §.
Et generaliter Cod. de inoffic. teſtam., ibi = nullum
ſibi filium facere præjudicium, ſed legitimam par-
tem repleri, niſi hoc ſpecialiter, ſive in apoca, ſive
in tranſactione ſcripſerit, vel ſaſſus fuerit, quod
contentus relictâ, vel datâ parte, de eo, quod de-
eſt, nullam habeat quæſtionem = & doctè ratioci-
nantur Merlin. de legitim. lib.3. tit.2. quæſt.9. nu.
16., quæſt.10. per tot., & lib.3. tit.3. quæſt.3. per
tot., Gallerat. de renunc. tom. 1. conſ. 1. renunc.
47. num.22. & ſeqq., Rota coram ſan. mem. Ale-
xand. VIII. deciſ. 255. num. 18. & ſeq., coram
Cerro deciſ.8. num. 11. & ſeq., coram bon. mem.
Emerix Jun. deciſ.684. num. 5. & 6., in recent.
deciſ.238. num.9. & ſeq. part.8., deciſ.119. num.
2., & ſeqq. part.14., deciſ.11. num. 1., & ſeq.
part.16., deciſ. 112. num. 8., & ſeq. part. 17.,
coram Reverendiſſimo Anſaldo inter ejus impreſſ.
deciſ. 70. à num. 21. ad 32., in Carpentoracten.
Legati Legitimæ 24. Januarii 1695. §. Minus ſub-
ſiſtere coram clar. mem. Card. Caprara, in nullius
ſeù Terræ Pontiani Cenſus 21. Februarii 1701.
§. Quin ſubſiſtere coram R.P.D. Lancetta, & in
citata Æſina, ſeù Maceraten. Dotis ſuper reſer-
vatis §. Nullatenus coram bon. mem. Molines, &
in Urbinaten. ſupplementi Legitimæ 1. Decembris
1713. §. Neque coram R. P. D. Criſpo; quam- 10
obrem iſtiuſmodi generalis Relicti acceptatio
confirmare quidem valebit paternam diſpoſitio-
nem, per ea, quæ tradit Merlin. de Legitim. lib.
3. tit.2. quæſt. 9. num. 13., at non etiam efficere
poterit, quod filius privetur beneficio ipſi impar-
tito à lege paternum Judicium improbante, ut 11
benè ad rem noſtram Peregrin. de Fideicommiſ.
art.36. num.84. & ſeqq., Fuſar. de ſubſtit. quæſt.
296. num. 44. & ſeq., Caſtill. contr. Jur. lib. 5.
cap. 107. num. 75., Gratian. diſcept. forenſ. cap.
684. num.20., Merlin. de legitim. lib. 3. titul. 2.
quæſt. 9. ex num. 30. ad plures ſeqq., clar. mem.
Cardin. de Luca de legit. diſc. 17. num. 4., Rot.
deciſ.489. num.27. coram Ludvviſ., in recent. de-
ciſ.206. per tot. part.1., & deciſ. 270. num. 12.,
& ſeqq. part.11.

Cùm itaque in caſu noſtro incertum ſit, an
emolumentum æquipolleat gravamini, an vide-
licet libræ 900. impleant menſuram Legitimæ, fi- 12
lio debitæ, & viceversâ certum ſit, non fuiſſe
ſervatam cautelam Soccini, conſiſtentem in ele-
ctione, & optione tributa Legitimario conſe-
quendi vel integram Legitimam ſinè onere, vel
univerſam hereditatem, vel aliud Relictum cum
gravamine in Legitima, ut ex Soccino Jun. conſ.
122. num.9. lib.1., Duraud. de art. teſtand. litera
S. cautel. 31. num.6., Caſtill. contr. Jur. lib. 5.
cap.107. à num. 1. ad plures ſeqq., Peregrin. de
Fideicomm. art.32. num. 62., Merlin. de legitim.
lib.3. tit. 2. quæſt. 8. num. 8. & 9., Rota coram
Reverendiſſimo Anſaldo deciſ. 49. num. 9., & in
Carpentoracten. Legati legitimæ 24. Januarii
1695. §. Subſiſtere coram clar. mem. Cardin. Ca-
prara; ambigi ſanè nequit, quin, deficiente cla-
râ, & individuali renunciatione juri conſequen- 13
di

di integram Legitimam, Iſidorus repelli nequeat
ob ſolam generalem dicti Relicti acceptationem,
ut, præter alibi allegatos, tradunt *Ruin. conſ.
56. num.8., & ſeq. lib. 2., Guidopop. deciſ. 96.
litera C, Reverendiſſimus Anſald. in addit. od
ſæpè laudatam deciſ. 77. num. 28. & ſeqq., Rot.
deciſ. 206. per tot., & præſertim num. 5., & 6.*
14 *part.1. recent.*; Idemque materno judicio obſe-
qui teneretur eo dumtaxat caſu, quo libræ 900.
æquarent Legitimam ipſi debitam; Quippè Pa-
rentes, relictâ filiis legitimâ, de reliquo patrimo-
15 nio pro libito diſponere poſſunt, *Auth.de Trient.
& ſemiſs. verſ. frequenter, Auth. ut liceat Matri
Aviæ de Parentibus, Cyriac. contr.312. num.5.,
Gobb. conſult. deciſ.16.num.3., Thomat. deciſ.50.
num.240., Rota coram bon.mem. Emerix Jun. de-
ciſ.185. num.4., in Mantiſs. ad clar. mem. Card.
de Luca deciſ.5. num. 10. lib. 14., in Romana te-
ſtamenti 10. Martii 1699. §. Neque coram Reve-
rendiſſimo Anſaldo Decano*, & filius, exceptâ Le-
16 gitimâ, nullum habet jus, ſaltem conſiderabi-
le, in illorum Bonis, *clar. mem. Card. de Luca
de teſtament. diſc.73. num.23., Mantic. dec. 219.
num.1., Rota coram Bich. deciſ.625. num.2.*, &,
quidquid præter illam conſequitur, nonniſi ex
17 voluntaria Parentum liberalitate obtinere dici-
tur, ut concludit *Rot. in Mantiſs. ad clar. mem.
Card. de Luc. deciſ.5. lib.14. num.12.*

Romana Subſidiorum Dotalium.

Ad ſubſidia dotalia relicta Puellis, *filiobus Hiſpanorum Caſtellanorum*, admitti nequeunt natæ ex Parentibus, civilitatem ex incolatu adeptis; poſſunt verò, ſi non relativè ad earum Parentes vocatæ ſint. Ex incolatu quando, & ad quos effectus Civis quis dicatur? Nomen *Natio* quid importet?

V O T U M IV.

1 *Ex Incolatu 14. annorum pro Cive quis habetur.*
Provinciales illi habendi ſunt qui in Provincia domicilium habent, non qui ex Provincia ſunt oriundi, ibid.
2 *Domicilii potiùs, quàm originis ratione quis de aliquo Loco dicitur.*
3 *Incola propriè venit appellatione Civis.*
4 *Cives, & Incolæ promiſcuè accipiuntur.*
5 *Originis ratione, ac domicilii voluntate quiſquam ad civilia vocatur munera.*
6 *Municeps dicitur, quaſi munerum particeps.*
7 *Incola habetur pro Cive æquè, ac ſi ibi fuiſſet natus.*
8 *Statutum loquens de Cive propriùs de domiciliario, quàm originario intelligitur.*
9 *Incolatus, & domicilii ratione competunt privilegia Civium, niſi diſpoſitio expreſſim de originario loquatur.*
10 *Legatum relictum naturalibus alicujus Loci, iis etiam competit, qui ibi per decennium commorati fuerint.*
11 *Civium privilegiis fruuntur, etiam qui ex privilegio Cives ſunt.*
Procedit in iis, quæ de jure communi competunt, ſecus in iis, quæ ex Reſcripto, vel particulari diſpoſitione, num. 44.
12 *Solis Civibus originariis deſtinata Beneficia obtinere poſſunt, etiam qui ex privilegio civilitatem ſunt adepti, & quando ſecus?* num.30.
13 *Hiſpaniarum moribus non admittitur differentia Incolæ à Cive.*
14 *Atque ex ſola decennali habitatione Exteri æquè, ac Cives, naturales Legibus appellantur.*
Declara, tales Incolas non dici naturales ex Regno, aptos ad aſſequenda Regni Beneficia, num. 48.
15 *Teſtatorum diſpoſitiones intelligendæ ſunt ad mentem Legis municipalis, cui illi ſe conformare voluiſſe cenſentur.*
16 *Filii Hiſpanorum dicuntur etiam qui orti ſunt à Parentibus, naturalitatem ex incolatu adeptis.*
17 *Teſtatorum voluntas faciliùs pro comprehenſione Incolarum ſub appellatione Civium interpretanda eſt. Contrarium* nu.34., & 48.
18 Civis naturalis, *aliaque his ſimilia nomina, tàm in ſenſu naturali, & proprio, quàm in civili, atque improprio poſſunt intelligi.*
19 *In primo veniunt, qui ex natura, & nativitate; in ſecundo etiam ii, qui ex incolatu Cives ſunt.*
20 *Civilitas ex decennalè incolatu oriens largâ quadam ſignificatione Civem, & naturalem efficit.*
21 *Habitatio*, ex Ariſt., *Civem non facit.*
22 *Verba, cum de interpretatione voluntatis Teſtatoris agitur, in propria eorum ſignificatione accipienda ſunt, niſi graves in contrarium conjecturæ urgeant*, & nu.43
23 *Teſtator nequit cenſeri ſub vocatione filiorum* di Spagnuoli Caſtigliani *comprehendere voluiſſe filias, ab exteris ortas Parentibus.*
24 Hiſpanorum Caſtellanorum *nomen in propria ejus ſignificatione, nonniſi de originariis poteſt intelligi.*
25 *Romanus, ſive Florentinus cum vocatur, intelligitur de originario.*
26 *Legatum dotis factum Puellis*, figlie di Spagnuoli Caſtigliani, *intelligitur de Hiſpanis verè Caſtellanis.*
27 *Privilegium conceſſum* Capuanis, *de ſolis originariis intelligitur.*
28 *Filius adoptivus veram civilitatem adquirit.*
29 *Ad honores tamen, ſolis naturalibus deſtinatos, non admittitur.*
30 *Beneficia, quæ in* Hiſpania *naturalibus addicta reperiuntur, non debentur naturalitatem adeptis ex incolatu*
31 *In officiis exhibendis, præſtandiſque ordines, & gradus quoſdam ſervare debemus.*
32 *Societatis hominum, ex* Cicer., *plures ſunt gradus.*

33 *Naturalis quædam æquatio dari dicitur inter eos, qui eodem loco naſcuntur.*
35 *Teſtatorum veriſimilis voluntas eſt conſulendi veris Civibus, non Exteris, civilitatem aſſecutis.*
36 *Cives allecti, à veris Civibus excluduntur.*
37 *Allectio propriiſſimus modus eſt veram civilitatem adquirendi.*
Origine itidem, manumiſſione, atque allectione propriè Civis quis efficitur, ibid.
38 *Filius Civitatem Patris, non autem domicilium ſequitur.*
39 *Filius ex Patre Belga, Belga eſt.*
40 *Locus, & ordo ſi diſcretivè à Teſtatore eſt aſſignatus, nequit alterius locus occupari.*
41 *Subſtitutum quem eſſe ſibi ipſi, dici nequit.*
45 *Civium privilegia Exteris Leges impartiuntur.*
46 *Lex, Princeps, Civitas de privilegiis, quæ Civibus de jure competunt, poteſt diſponere.*
Secus de privilegiis debitis ex peculiari Reſcripto, vel hominis diſpoſitione, ibid.
47 *Cives naturales æquiparantur veris originariis Civibus solùm quoad ea, quæ ſunt juris communis, non quoad alia, quæ ex Reſcripto, vel diſpoſitione hominis.*
49 *Leges hiſpanicæ, ut poſſit quis obtinere Beneficia Regni, requirunt, quod ſit Civis, ex Regno oriundus.*
Talis autem non dicitur, qui ex decennali incolatu Civis effectus eſt, ibid.
50 *Relatum ita referenti ineſſe cenſetur, ut ex duabus una conficiatur diſpoſitio*, & nu. 53.
51 Nationis *nomen regulariter ad genus gentis, & hominum refertur*, & nu. 59.
52 *Teſtator vocando Puellas* = della nazione Portogheſe =, *ad gentem reſpexiſſe cenſetur, ex qua eædem Puellæ procreatæ eſſent.*
54 *Ad ſubſidia dotalia diſtribuenda inter Puellas* hiſpanas *admitti poteſt nata* Matriti *ex Patre extera, civilitatem aſſecuto.*
Intellige, niſi debeant diſtribui Puellis ex Patre Hiſpano, ibid. & nu. 62.
55 *Civis originarius dicitur quis natus ex Patre civilitatem adepto.*
56 *Et in* Hiſpania, *tamquam nationalis, ille admittitur.*
57 Naturalibus *quum debeantur Beneficia, naturalis nomen de ſtylo accipitur pro* nato.
58 *Civis originarius quis efficitur Loci, in quo ſacro fonte ablutus eſt.*
60 Nationis *nomen ſignificat genus hominum, qui non aliunde venerunt, ſed ibi nati ſunt.*
61 *Calepinus in Foro benè allegatur.*
62 Nationis *nomen non ad Patrem relativè adhibitum, verificari etiam in eo poteſt, qui Patrem habet exterum.*

HONESTA Puella Maria Joanna Berhorames ex Jo: Franciſco Belga, & Maria Catherina Dumerſinin Galla, Matriti nata, ſupplicavit, admitti ad ſubſidia dotalia, quæ in Regia Eccleſia Sancti Jacobi, & Ildefonſi diſtribuuntur, & in Congregatione, quæ ex diſtributione dotium, quam facit Congregatio, dotium appellatur, exhibitis documentis tum publicationum, tum Matrimonii, anno 1690. à ſuis Parentibus Matriti contracti, tum denique Baptiſmatis, quo ipſa in dicta Civitate expiata fuit, anno 1703., tamquam Hiſpana, immò Caſtellana, declarata fuit capax iſtiuſmodi ſubſidiorum dotalium, & ad illorum participationem admiſſa, ut in *Summario num. 1., cum tribus ſeqq.*; At, quoniam eadem ſubſidia, juxtà diverſas piorum Teſtatorum diſpoſitiones, diverſâ lege diſtribuenda erant, juxtà videlicet piam affectionem, quâ Teſtatores ferebantur erga perſonas oriundas ex uno, vel altero Regno, & de una potius, quam de alia Natione, quæ vaſtiſſimæ Monarchiæ ſubjiciuntur, ideireò Illuſtriſſimi Deputati, aliique, qui præſunt dictarum dotium diſtributioni, in Congregatione habita die 28. menſis Maii anni 1707., perlectis, & perpenſis dictorum Teſtatorum diſpoſitionibus, maturiori examinandam conſilio, definiendamque eſſe, cenſuerunt rem hanc, ſtatuentem exemplum, & ſtatum, quo facilè diſpoſitiones Teſtatorum lædi, vel Puellis certè ad dictas dotes vocatis præjudicium inferri deinceps poſſet, ideoque reſcripſerunt, quod in prima proxima Congregatione dotium examinari deberent jura à dicta Maria Joanna exhibita; deindeque Cauſa referri Congregationi generali, quæ pro ſua prudentia, vel etiam exquiſito voto Theologorum, & Juriſperitorum, determinaret, an præfata Maria Joanna admittenda eſſet nec ne? ut in *Summario num. 5., & 6.*

Ad formam igitur hujus Reſolutionis re delatâ ad generalem Congregationem habitam die 15. Menſis Septembris ejuſdem anni 1707., inque ea maturè conſideratis Teſtatorum diſpoſitionibus, & examinatis documentis, atque probationibus, quarum virtute præfata Maria Joanna, uti Hiſpana, & Caſtellana in dicta prima Congregatione declarata fuerat capax ſubſidiorum, de quibus agitur, decretum fuit, illam non uti Caſtellanam, ſed tamquam filiam Belgæ admittendam eſſe ad diſtributionem dotium, loco, & tempore Puellis Belgis à Teſtatoribus in ſuis diſpoſitionibus conſtituto, ut in *Summario nu.* 8.

Auditâ hac Reſolutione, Maria Joanna adiit Summum Pontificem, eique duplici libello exponens, quod, ſi Parentes ſui, quatuordecim annorum ſpatio Matriti commorantes, ibidem cum domicilio acquiſiverant privilegia omnia, & prærogativas Caſtellanis originariis competentes, magis juſtà ratione eiſdem frui oportebat ipſam, tamquam Matriti natam; ideòque ſupplicabat, ut, ſi quâ adhuc opus eſſet pro dictis ſubſidiis conſequendis diſpenſatione, eam ſibi elargiri dignaretur, Summus Pontifex utrique libello reſcripſit

ſcripſit = *ad arbitrio de Deputati* =, *Summaria nu.* 9., & 10.

Hiſce libellis cum Reſcripto præſentatis Congregationi, hæc ſolitâ maturitate procedens, commiſit uni ex Illuſtriſſimis Deputatis Congregationis, ut inquireret ſuper veritate narratorum Summo Pontifici, ad effectum deinde rem referendi Congregationi generali, *Summario num.* 11., In cujus Decreti executionem is, cui negotium hoc demandatum fuerat, in Congregatione habita die 28. Menſis Septembris anni 1707., retulit, conſtare de veritate omnium Summo Pontifici expoſitorum, excepto domicilio, quâ de re Congregatio mandavit Mariæ Joannæ, ut neceſſariis probationibus, & documentis de dicto domicilio doceret, *Summario num.* 12., illaque huic mandato obſequens exhibuit duas Parochorum atteſtationes, relatas *Summaria num.* 13., *& ſeq.*, quibus lectis in Congregatione generali diei 21. menſis Julii anni præteriti, reſolutum fuit, quod extrahendæ eſſent copiæ diſpoſitionum omnium Teſtatorum, quibus dictorum ſubſidiorum dotalium diſtributio demandatur, illæque, unâ cum documentis exhibitis à Maria Joanna, traderentur duobus Advocatis, qui pro veritate reſponderent, *an dicta Maria Joanna oratrix poſſit, & debeat de Jure admitti ad omnia ſubſidia dotalia dict. Ven., & Regiæ Eccleſiæ, aut eorum aliquod?* Cumque hoc munus mihi, tamquam præfatæ Regiæ Eccleſiæ Advocato, demandatum fuerit, ſingillatim examinare aggrediar ſingulas piorum Teſtatorum diſpoſitiones, quibus hoc pium Opus injungitur.

Primo itaque loco ſeſe offert illa condita à bon. mem. Conſtantino del Caſtillo, qui poſtquam demandaverat, quod Puellæ, ad dicta ſubſidia admittendæ, eſſent *figlie di povere, e miſerabili perſone, che non abbino con che poterle accaſare, che ſiano Zitelle riputate per vergini publiche, e povere miſerabili, & eſſendo eguale la neceſſità dell' orfana, a quella non orfana, ſi preferiſca l'orfana, a quella non orfana* =, declaravit deindè, ex qua Natione, & quo ordine illæ admittendæ, & præferendæ eſſent = *le quali ſiano figlie di Spagnuoli Caſtigliani, ritrovandoſi, le quali precedino, e dopo Valenziano, a Valenziana, Aragoneſe, a Aragoneſa, Navarre, a Navarra, Catalano, e Catalana, e ſe non, Portogheſi, e per queſto ordine vadino precedendo: e mancando figlie delli ſopradetti, ſiano Borgognoni, e dopo Tedeſchi, e dopo Fiamenghi, e dopo Saneſi, e dopo Napolitani, e dopo Sardi &c.* = *Summario num.* 17.

Licèt Teſtator verbis illis = *le quali ſiano figlie di Spagnuoli Caſtigliani* = manifeſtè excludere viſus fuerit Mariam Joannam, quæ, tamquam nata ex Patre Belga, & Matre Galla, dici procul dubio nequit = *figlia di Spagnuoli Caſtigliani* =, nihilominus, cum ejus Pater quatuordecim annorum incolatu, & Matrimonio Matriti contracto, ibidem domicilium fixiſſet, juſtà ratione pro
1 Hiſpano haberi poterat, ducto argumento à *Textu in leg. Provinciales* 190. *ff. de verbor. ſignific.*, ubi *Ulpianus reſpondit* = *Provinciales eos accipere debemus, qui in Provincia domicilium habent, non eos, qui ex Provincia oriundi ſunt* =, ex quo
Juriſconſulti Reſponſo, ratione domicilii potius, 2
quàm ratione originis de aliquo Loco quempiam denominari, probat *Alciat. ad dict. leg. num.* 1., eruditè id confirmans pluribus exemplis, *Briſſon. de verbor. ſignific. lib.* 14. *verb. Provinciales*.

Prout etiam Loci alicujus Incolam appellatio-
ne Civis propriè comprehendi, tradit *Gloſſ. in cap.* 3
Statutum §. *Cum verò de reſcript. in* 6., quam ſingularem vocant *Angel.*, & *Alexand. in leg. in Provinciali* §. *final. ff. de nov. oper. nunciat.*, *Paul. Chriſtin. ad leg. municipal. Mechlinien.*
tom. 5. *tit.* 5. *art.* 5. *num.* 2., inquiens, promiſcuè 4
accipi Cives, & Incolas; edocemur enim, originis ratione, ac domicilii voluntate ad mu-
nera civilia quemquam vocari, *leg. cum neque* 5
originales 4., & *leg. Privilegio* 6. *Cod. de Incol. lib.* 10., proindeque municeps dicitur, quaſi
munerum particeps, *leg.* 1. §. 1. *ff. ad municipal.* 6
ibi = *& propriè quidem Municipes appellantur muneris participes recepti in Civitate, ut munera nobiſcum facerent, jure, meritòque Incola verus Civis, ejuſque appellatione propriè veniet* = *Bartol. in leg. Provinciales in fin. ff. de verbor. ſignific.*, *Ripa in rubric. ff. ſolut. Matrimon. num.* 10. & 11., *Dec. conſ.* 550. *num.* 6., *Caſſan. ad Conſuetud. Burgund. rubr.* 3. §. 7. *num.* 11., *Rovit. in pragmat.* 1. *de Immunit. Neapolitan. conceſſ. ſub*
nu. 9., ubi, quod Incola habetur pro Cive æquè, 7
ac ſi ibi fuiſſet natus, *Tuſch. literâ V, concluſ.* 92. *num.* 12., & 13., ubi, quod Statutum lo-
quens *de Cive* intelligitur propriùs de domicilia- 8
rio, quàm de originario, *Fenzon. ad Stat. Urb. cap.* 143. *num.* 15., & *ſeqq.*, *Galeot. contr. part.* 2. *contr.* 17. *num.* 1., *Manſ. conſul.* 245. *num.* 23., & *conſul.* 353. *num.* 92.

Quamobrem, niſi verſemur in diſpoſitione aliquâ, expreſsè loquente de originario, hi
etiam, qui ratione incolatus, & domicilii pro 9
Civibus habentur, privilegiis Civium fruuntur, argumento *Text. in leg. Cum ex oratione* 44. *ff. de excuſat. Tutor.*, *Bartol. in leg. ſi is, qui pro Emptore num.* 34. *cum ſeqq. ff. de uſucap.*, *Surd. conſ.* 99., & *conſ.* 439. *num.* 1., *Gaill. practic. obſerv. lib.* 2., *obſerv.* 35. *num.* 6., *Paul. Chriſtin. ad leg. municip. Michlinien. tit.* 1. *art.* 41. *num.* 8., *Rovit. pragmat.* 1. *de Immunit. Neapolitan. ſub num.* 9., *idem pragmat.* 1. *de ceſſion. Bonor. num.* 3., *Galeot. contr. part.* 1. *cap.* 13., *Cyriac. contr.* 451. *num.* 55., *Manſ. conſult.* 236. *num.* 3. & *ſeq.*, & *concluſ.* 586. *num.* 3., *Rota coram Merlin. deciſ.* 381. *num.* 2., *coram Priol. deciſ.* 324. *num.* 12.; Ex quâ profectò plenariâ æquiparatione Civium
originariorum, & domiciliarium fit, ut Lega- 10
tum relictum naturalibus alicujus Loci, competat etiam illis, qui per decennium ibi commorati ſunt, licèt aliundè originem ducant, *Dian. oper. coordin. part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 140., *Sanchez. lib.* 4. *conſil. moral. cap.* 2. *dub.* 19., *Trullench. in precept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 8. *dub.* 14. *cap.* 15. *in fin.*, *Burgos de Patz. in leg.* 3. *Thaur. num.* 372., *Capon. diſcept.* 52. *cap.* 2. *num.* 3., & *diſcept.* 115.

num. 25. & ſeqq., ubi loquitur de Legato relicto
11 prò Neapolitanis, Immò verò, ſi privilegiis, Ci-
vibus impartitis, fruuntur hi etiam, qui Cives
ſunt ex privilegio, ut puta ſi ex fundatione Juris-
patronatus præferendus ſit Civis alicujus Civita-
tis, iſtiuſmodi prælatione gaudebit is etiam, qui ex
privilegio civilitatem adeptus eſt, *Bartolus in leg.
ſi Maritus §. Legis ff. ad leg. Julian. de Adulter.*,
*Jaſon. in leg. ſi is, qui pro Emptore n. 105. ff. de uſu-
cap.*, *Paſqualig. quæſt. Canon. cent. 1. quæſt. 18.*, *Ca-
pon. dict. diſcept. 52. cap. 2. n. 12.*, *Boer. deciſ. 260.*,
quemadmodum etiam promoveri poterunt ad
12 Beneficia deſtinata ſolis Civibus originariis, ut,
relatis pluribus Sacræ Rotæ deciſionibus, tradit
Lotter. de re benefic. lib. 1. quæſt. 25. num. 76., *&
ſeqq.*, *Capon. dict. cap. 2. num. 12.*, Potiori jure
his omnibus prærogativis gaudebit ille, qui diu-
turno incolatu, & domicilio civilitatem quæ-
ſivit.

Certiùs verò hæc juſtum locum vindicare ſibi
13 videntur in caſu noſtro, quia Hiſpaniarum mo-
ribus non admittitur differentia Incolæ à Cive,
ſed appellatione Civium Incolas æquè compre-
hendi, teſtantur *Barboſ. in leg. heres abſens §.
Proinde cui tit. de Loc. originis num. 47. cum ſeq.
ff. de Judiciis*; eorumque Regnorum legibus na-
turales declarantur non minus ii, qui ex Paren-
tibus Hiſpanis naſcuntur, quàm illi, qui, licèt
ex Parentibus exteris nati, per decennalem ta-
14 men habitationem domicilium contraxerunt,
Amaya in leg. Cives Cod. de Incol. num. 40., ibi =
*Con que ſi, los Padres, ſiendo ambos ò alomenos el
Padre nacidos en eſtes Reynos ò ajan contraido do-
micilio en ellos &c.* = *& apud Lopez. partit. 4. tit.
24. lib. 2.*, ibi = *per moranza de diez annos, maquer
ſea natural de otra &c.* = *Avendan. in prax. man-
dat. lib. 1. cap. 3. ſub nu. 5. verſ. naturalis*; quam-
obrem, cum Teſtatorum diſpoſitiones intelli-
gendæ ſint ad mentem Legis municipalis, cui
15 illi ſe conformare voluiſſe cenſentur, *Covar. va-
riar. reſolut. part. 2. cap. 18. num. 1. verſ. ſecunda
concluſio*, *Soccin. Jun. conſ. 168. num. 88. lib. 2.*,
Menoch. conſ. 95. nu. 93., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.
311. num. 43.*, *Marcian. ſen. conſ. 1. num. 171.*,
Marcian. Jun. diſput. 33. num. 10., *& num. 24.
tom. 1.*, *Add. ad Burat. deciſ. 834. num. 18.*, *Ro-
dulphin. alleg. 171. num. 25.*, *Cardin. de Luca de
Fideicomm. diſc. 36. num. 3.*, *Manſ. conſult. 148.
num. 44. & ſeqq.*, *Rota in rec. deciſ. 355. nu. 21.*,
& ſeq. part. 10., *deciſ. 169. num. 8. part. 13.*, ni-
hil proponitur, cur præfatam diſpoſitionem bon.
16 mem. Conſtantini del Caſtillo intelligendo ad
mentem Legum hiſpanicarum, ad dotium di-
ſtributionem, in illo demandatam, admittenda
non ſit Maria Joanna, nata quidem ex Patre ex-
tero, ſed quatuordecim annorum incolatu natu-
ralitatem adepto, ideòque verè dici poteſt
filia di Spagnuoli Caſtigliani, juxtà diſpoſitionem
17 Teſtatoris, quæ in ſubjecta materia benignum,
non rigidum exoptat interpretem, ut poſt *Bald.*,
alioſque tradit Gonzal. ad regul. 8. Cancellar.,
Gloſſ. 9. §. 1. num. 114.

Verumtamèn hæc omnia argumenta ad ſpe-
ciem potius, quàm ad veritatem aſſequendam va-
lere videntur, quia, cum *Civis naturalis*, alia-
que his ſimilia nomina tàm in ſenſu naturali, & 18
proprio, quàm in ſenſu civili, latiori nempè, &
improprio intelligi poſſint, & primo caſu ſub
propria dd. nominum ſignificatione veniant ii,
qui ex natura, & nativitate, ſortita in Loco, Ci- 19
ves, ſivè naturales effecti ſunt, in ſecundo verò
caſu veniant etiam ii, qui ratione incolatus, do-
micilii, aut alià ſimili ratione hanc qualitatem
adepti fuerunt, *Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 1.
diſp. 2. quæſt. 2. num. 82. verſ. ſecundo accipitur*,
aliique infrà allegandi, hinc ſequitur, quod civili-
tas, & naturalitas ex decennali incolatu, ſive
domicilio adquiſita, nonniſi impropria cenſeri
poteſt, eademque in larga quadam, ſive civili po-
tiùs, quàm naturali ſignificatione aliquem Ci- 20
vem, & naturalem efficit, *Bald. in leg. Cives
Cod. de appellat.*, & pluribus relatis, *Amaya in
d. leg. Cives Cod. de Incol.*, ubi, reticito *Ari-
ſtotele politic. lib. 3. cap. 1.*, refert illa ejuſdem
verba, ibi = *nec enim habitatio Civem facit, nam
illo modo Peregrini, qui circà nos habitant, &* 21
ſervi Cives eſſent =, *Caſſan. ad conſuetud. Bur-
gund. rubr. 3. §. 7. num. 11.*, *Paul. Chriſtin. ad leg.
municipal. tit. 1. art. 14. num. 10.*, *& tit. 5. art. 1.
num. 8.*, *Fenzon. ad Stat. Urb. cap. 14. ſub num. 15.
in fin.*, quamobrèm, ſi, quum agitur de interpre-
tanda voluntate, & diſpoſitione aliqua Teſtato-
ris, niſi graves concurrant conjecturæ, contrarium 22
ſuadentes, verba intelligenda ſunt in ſua naturali,
& propria ſignificatione, non autèm in impro-
pria, ex regula *Text. in leg. final. Cod. de his, qui
veniam ætat*, *leg. 3. §. Hæc verba*, *ubi Doctores ff.
de negot. geſt.*, *& leg. ex ea parte 121. §. In inſu-
lam ff. de verbor. obligat.*, *Tuſch. practicab. con-
cluſ. lit. V. concluſ. 101.*, *Caſſan. in Cathalog. glor.
Mund. part. 8. conſiderat. 16.*, *Garz. de Benefic.
part. 2. cap. 9. n. 32.*, *Menoch. de præſumpt. lib. 3.
præſum. 39. num. 8.*, *& ſeq.*, *Guttier. practic. quæſt.*,
quæſt. 67. per tot., *Caſtill. contr. Jur. lib. 2. cap. 20.
num. 16.*, *& lib. 3. cap. 19. num. 290.*, *& ſeqq.
Torr. de Majorat. & Primog. Ital. parte 1. cap. 36.
num. 209.*, *Barboſ. axiom. 222. num. 27.*, *Card.
de Luc. de Benefic. diſc. 62. num. 4.*, *& deciſ. ſicul.
apud eumdem in tract. de feud. num. 234.*; quonam
pacto dici poterit, quod bo. me. Conſtantinus del
Caſtillo, qui ad dotium participationem vocavit
filias *di Spagnuoli Caſtigliani*, voluerit ſub hoc no-
mine comprehendere Mariam Joannam filiam Pa- 23
tris Belgæ, & Matris Gallæ, *Amaya in d. leg. Ci-
ves n. 5.*, ejus enim Parentes in propria ſignifica-
tione venire non poterant nomine *di Spagnuoli
Caſtigliani*, cum illud, juxta eorum ſignificatio-
nem, nonniſi de originariis intelligi poſſet, *Bald.* 24
in L. Cives. Cod. de appellat., *& Auth. ſed omni-
no num. 12. Cod. Nè uxor pro marito*, *Aretin.
conſ. 77. num. 1.*, *& ſeqq.*, *Caſtrenſ. conſ. 209.
col. 2. in fin.*, *Alex. con. 60. num. 15. lib. 2.*, *Cephal.
conſ. 53. num. 35.*, *Fulgoſ. conſ. 61. ſub num. 3. verſ.
tertiò quia*, *Sard. conſ. 313. num. 9.*, *Brunor. de
ſtatut. excluſ. fœmin. art. 12. quæſt. 4. n. 10.*, *Car-
pan. ad ſtat. mediolan. tom. 1. cap. 256. n. 1. litt. A.*,
& tom. 2. cap. 218. num. 113., *& ſeq.*, *Paul. Chri-
ſtin. ad leges municipal. tit. 5. art. 1. num. 10.*, *&
art. 8.*

Digitized by Google

art.8. num.1. Raudenſ. de analog. lib.1. cap.10.
num.18., ubi, quod intelligitur originarius, uti
primum analogatum; *Faber. in Cod. lib.6. tit.19.*
defin.17., *Barboſ. dict.48. num.5.*, *Carleval. de*
Judic. lib.1. diſput.2. num.82. verſ. ſecundò acci-
pitur, *Surd. deciſ.229. num.9.*, *& 10.*, *Boer. de-*
ciſ.13. num.24., *Rot. cor. Merlin. deciſ.882. n.4.*
25 Quimobrem, ſi, quum vocatur Romanus, ſivè
Florentinus, id intelligitur de originario, *Ce-*
phal. conſ.134. & ſeq., *Surd. conſ.312. num.62.*,
Caſſan. ad conſuetud. Burgund. rubr.3. §.7. ſub
num.11. in fine fol.441.; Sic etiam Legatum Dotis
factum Puellis *figlie di Spagnuoli Caſtigliani* in-
26 telligendum erit de Hyſpano verè oriundo ex Re-
gno Caſtello, *Gramat. conſ.50.*, qui ait, privilegium
27 conceſſum Capuanis, intelligi de ſolis originariis,
eumque ſequitur *Urſill. ad Afflict. dec.354. n.10.*,
Zabarell. in Clement.2. §. Sanè de elect., *Corn.*
conſ.39. num.4. lib.1., *Mandell. conſ.49. num.1.*,
prout etiam, licèt filius adoptivus veram civilita-
28 tem acquirat, *L. adoptionem Cod. de adoptionib.*,
& L. Cives Cod. de Incol. lib.10., attamen non ad-
mittuur ad honores, ad quos non conſueverunt
29 admitti, niſi naturales, *Gregor. Lop. ad LL. Tau-*
ri partit.4. tit.24. L.2. num.14., *Coren. reſol.239.*
num.10., & in terminis Beneficiorum, quæ in
Hiſpania naturalibus addicta reperiuntur, quod
30 debeantur ſolùm originariis, non autem iis, qui
ex decennali domicilio, ſivè incolatu naturalita-
tem acquiſivere, docuerunt *Gregor. Lop. ad leges*
Tauri partit.4. tit.24. L.2. verb. Maguer. litt.R.
n.14., *late Mierez de major. hiſpan. part.1. quæſt.51.*
num.288. & ſeqq., *Garz. de Benef. part.2. cap.9.*
num.22., *& pluribus ſeqq.*

At, ſi ratio queratur, ſtatim ſeſe nobis offert illa
31 à natura nobis inſita, quà admonemur, quod qui
in omnes liberales eſſe non poſſumus in officiis
exhibendis, præſtandiſque ordinem & gradus
quoſdam ſervemus, ut enim ait *Cicero de offic.*
lib.1. = *ſed quoniam copiæ parvæ ſingulorum ſunt:*
eorum autem, qui his egeant, infinita eſt multitu-
do, vulgaris liberalitas referenda eſt ad illum Hen-
nii finem, nihilominùs ipſi lucet, ut facultas ſit,
32 *quà in noſtros ſimus liberales. Gradus autem plures*
ſunt ſocietatis hominum. Ut enim ab illa infinitâ
diſcedatur, propior eſt ejuſdem gentis, nationis,
linguæ, quà maximè homines conjunguntur: Inte-
riùs etiam eſt ejuſdem eſſe Civitatis. Multa enim
ſunt Civibus inter ſe communia = Si itaque inter
33 eos, qui eodem loco naſcuntur, dari dicitur quæ-
dam naturalis cognatio, juſta ratio exſpoſcit,
quod ità Teſtatorum diſpoſitiones interpretemur,
34 ut illas naturali huic dictamini, & humanæ ſo-
cietatis legibus conformando, intelligamus de
veris Civibus, ſivè veris naturalibus, ob veriſi-
milem illam voluntatem conſulendi perſonis il-
lius Loci, & ne eædem ab Exteris ſub hujuſmodi
35 fictis coloribus excludantur, *Card. de Luca de Præ-*
eminent. diſc.36. n.5., *Rota in rec. deciſ.296. n.1.*
& 2. part.10., *& deciſ.370. num.8. part.11.*, in
36 quibus deciſionibus excluſi leguntur Cives allecti,
ſive per unionem aggregati alicui Civitati, &
Loco, licèt allectio ſit propriiſſimus modus ac-
quirendi veram civilitatem, *L. Cives Cod. de In-* 37
col. lib.10., ubi origine, manumiſſione, alle-
ctione propriè Civem effici, diſponitur.

Fortiùs verò hæc urgent in noſtra hypotheſi,
quia bo. me. Conſtantius del Caſtillo, iſtius hu-
manæ ſocietatis gradus animo ſecum reputans, ad
illorum normam ordinem, & prælationem pro
tali Legato conſequendo conſtituit; Mariæ Jo-
annæ ſuo loco, inter Belgas nempe locum aſſi-
gnando: ipſa enim Legatum, tamquam Belga,
conſequi poteſt, quia, *ſi filius Civitatem, ex*
qua Pater ejus naturalem originem ducit, non do- 38
micilium ſequitur, ut ait *Ulpian. in L. Aſſum-*
ptio §. Filius ff. ad municipal., ipſa nata ex Patre
Belga, Belga erit, ut ait idem *Ulpian. L. prima* 39
eodem tit.; Abſurdum autem eſſet, quod, inter-
verſo dicto ordine, illa, cui à Teſtatore diſcre-
tivà diſpoſitione ſuus locus, & ordo aſſignatus
eſt, præoccupet locum aliis conſtitutum, ut in 40
ſimili materia tradit *Altograd. conſ.89. num.7. &*
ſeqq. lib.2., *Manſ. conſult.225. num.25.*, ita enim
quodammodo ſibi ipſi in hoc Legato ſubſtituta vi-
deretur; nam, deficientibus Puellis natis *di Spa-* 41
gnuoli Caſtigliani, qualem ſe dicit; tamquam
Belga vocata in alia teſtamenti parte, Legatum
conſequi poſſet, quod improbant *Giovagnon.*
conſ.75. num.9. lib.1., *egregiè Larrea alleg.54.*
num.17., *& 19. Rot. in rec. deciſ.106. num.8. &*
ſeqq. part.6., *deciſ.126. num.6. part.7.*, *deciſ.235.*
n.18., *& 20. part.16.*, *& deciſ.232. n.38. part.19.*

Hæc igitur cum ita ſe habeant, & inſpecta tùm
mente juris, tùm voluntate Teſtatoris, tum de-
nique proprietate verborum, ſatis demonſtratum
videri poſſit, Mariam Joannam admitti non poſſe
ad Legatum ſubſidiorum dotalium bo. me. Con-
ſtantini del Caſtilio, quia ipſa non eſt ex filiabus
di Spagnuoli Caſtigliani, facili ratione reſolvun-
tur rationes dubitandi, in contrarium oppoſitæ,
ſatis enim demonſtravimus, ſimilia nomina in 42
duplici ſignificatione uſurpari, naturali nempe,
ac propria, & civili; Prout etiam oſtendimus, in
diſpoſitionibus hominis illa accipienda eſſe in pri- 43
mo ſenſu, non autem in ſecundo, quem civiliter
habere poſſunt; his autem ſuppoſitis, facilè re-
ſpondemus, quâ ratione ii, qui non origine, ſed
privilegio, domicilio, aliàve ſimili ratione pro
Civibus, ſive naturalibus habentur, iiſdem gau-
deant privilegiis, & fruantur commodis, quæ
originariis Civibus conceſſa reperiuntur, id enim 44
procedit ſolùm in iis, quæ competunt de jure
communi, ſecus verò, ſi ex Reſcripto, vel ali-
qua particulari diſpoſitione debeantur. Et rectè
quidem, quia, cum Leges noſtræ homines alli- 45
cere curent ad Civitates, ſive Ditiones ſuas, ju-
re, meritòque Exteris, qui ad illas commigrant,
lareſque, & domicilium ibi figunt, pollicentur,
atque impartiuntur privilegia omnia, immuni-
tates, & commoda, conceſſa Civibus, quia Prin-
ceps, Lex, Civitas de iis jure ſuo diſponere po- 46
teſt; At aliter res ſe habet in ſecundo caſu, quia
illa, quæ ex peculiari aliquo Reſcripto, vel par-
ticulari diſpoſitione hominis debentur, venire
nequeunt ſub iis, quæ privilegiario quodam jure
tri-

47 tribuuntur, ideoque, Cives naturales, aliæque ſi-
miles perſonæ æquiparatæ cenſendæ erunt veris
originariis quoad ea dumtaxat, quæ ſunt ju-
ris communis, at non etiam quoad alia, juxta
diſtinctionem *Bartoli in leg. Si Maritus §. Legis
Julia ff. ad leg. Jul. de Adult. verſ. ad propoſi-
tum, Barboſ. leg. exigere dotem num.66., & 67.
de Judic., Brunor in reſponſ. commun. verb. Ci-
vis ex privilegio gaudet fol.31. à ter., Boer. dec.13.
num.24., Rovit. pragm. prima de Immunit. Neapol.
num.9. verſ. Cives verò, Galeot. part.2. contr.67.
num.15., Guttier. conſ.7. num.2., Chriſtin. ad leg.
municipal. tit.5. art.9. in fin., Caccin. obſerv.261.
num.356., Galeot. contr. lib.2. contr.67. in fin.*

Quâ diſtinctione reſpondetur etiam rationi il-
li, quâ dicitur, haſce diſpoſitiones benignè inter-
pretandas eſſe, quia quoad ea, quæ competunt
48 ex diſpoſitione hominis, benigna interpretatio
capienda eſt favore oriundorum, cum quibus
benignè debet agi, non verò extraneorum, ut
benè reſpondet *Guttierez conſ.7. num.9. in fin.*

Denique, quod attinet ad Leges hiſpanicas veris
naturalibus æquiparantes eos, qui domicilio, aut
incolatu naturalitatem acquiſiverunt, reſponde-
mus cum *Gregorio Lopez ad leg. Thaur. d. partit.
4. tit.34. leg.3. verb. maguer. lit.R. num.14.*, ver-
49 bis illis = *Adverte tamen, quod, licèt hic ponatur
iſte modus cohabitationis per decennium prò natu-
ralitate, non tamen talis dicitur naturalis, ſeù
oriundus ex Regno, prout requirunt Leges Regni,
ut poſſit habere Beneficia Regni, cum aliud ſit eſſe
Civem naturalem Regni, aliud Incolam, ut d. leg.
Cives, & leg. aſſumptio in princ., & quæ notat
Bartol. in leg. Provinciales ff. de verbor. ſignif.,
prævalet enim cauſa naturalis accidentali, leg. qui
habet in princ. ff. de Tutel., Gloſſ. in cap. cum nul-
lus verb. oriundus de tempor. ordin.* =, & latè ſe-
quitur *Garz. de Benef. part.2. cap.9. num.32., &
ſeqq.*

Expediti à teſtamento bon. mem. Conſtantini
del Caſtillo, progredimur ad illud conditum ab
Antonio de Fonſeca, mandante, quod ſingulis an-
nis dotentur *ſei Zitelle povere, e virtuoſe à ſpe-
ſe &c., quali ſei Zitelle vuole, che ſiano elette, e
viſitate, ſecondo la forma, & ordine, che ſogliono
eſſere elette, e viſitate l'Orfane mandate, & or-
dinate ad eſſer dotate dalla bon mem. di Monſignor
Coſtantino del Caſtillo, Decano già di Cunca, di-
ce però, e vuole, che, trovandoſi Zitella, e Zitelle
in Roma, che ſiano di Nazione Portugheſe, quali
ſiano preferite a tutte l'altre di qualſivoglia altra
Nazione, e dopo quelle della Nazione Portughe-
ſe, ſian preferite quelle della Nazione delli Regni
di Caſtiglia, Leone, e Galizia, e mancando di que-
ſte, e d'altre, un' anno ſi conſervi la dote, ed ele-
moſina &c., e circa la ſicurtà della dote, ed in tut-
to il reſtante della qualità, ed altre coſe ſ'oſſervi la
forma, ed ordine fatte, e comandate da d. Monſi-
gnor Caſtillo* = *Summ. num. 18.*; quemadmodum
autem Maria Joanna eſt incapax ſubſidiorum
dotalium relictorum à bo. mem. Conſtantino del
Caſtillo, ità etiam admitti nequibit ad illa relicta
à præfato Antonio de Fonſeca, quia ob relatio-
nem illius factam ad teſtamentum Conſtantini,
relatum cenſetur ineſſe referenti, ut ex duarum 50
conjunctione una quodammodò conficiatur di-
ſpoſitio, juxtà ea, quæ latiſſimè deducta fuerunt
in una *Romana, ſeù Reatina Fideicommiſſi 2.
menſis Decembris 1697. coram Emo Card. de la
Tremoille*; atque etiam, quia Teſtator in magis
propria, & rigoroſa ſignificatione de veris, & na-
turalibus Hiſpanis intellexiſſe videtur, meminit
enim, & diſtinctè vocavit Puellas *della Naziona
Portugheſe &c., della Nazione de' Regni di Caſti-
glia &c.*; nomen enim, Natio, ſi regulariter 51
ad genus gentis, & hominum referri ſolet, *Lar-
rea deciſ.53. ſub num. 8.*, Teſtator ſe referens ad
teſtamentum Conſtantini *del Caſtillo*, vocantis 52
filias *di Spagnoli Caſtigliani*, reſpexiſſe videtur
ad originem, gentem nempe, à qua dd. Puellæ
procreatæ eſſent, *Fulgoſ. conſ.61. ſub num. 3.,
Card. de Luc. de præeminent. diſc. 36. ſub nu. 12.
verſ. quo verò*, inquiens = *quo verò ad aliud voca-
bulum, ſeù terminum Nationis, obſervabam, in
Jure illud capi pro gente, à qua quis procreatus
eſt* =; Maria autem Joanna nata Parentibus ex-
teris, procreata dici nequit à Parentibus Natio-
nis Hiſpanæ, prout diſpoſuit Conſtantinus *del
Caſtillo*, & cujus diſpoſitioni ſe conformavit
Antonius de Fonſeca.

Cujus Conſtantini diſpoſitio ſervanda erit
etiam in diſtributione dotium relictarum in aliis
teſtamentis, quorum conditores ſe conforma- 53
runt illius diſpoſitioni, qualis eſt diſpoſitio Eli-
ſabethæ Perez de Peramato, & illa alia Petri
fois Montoya, quorum uterque expreſſam ha-
buit relationem ad d. teſtamentum.

Prout etiam eadem Maria Joanna admitti ne-
quibit ad ſubſidia dotalia relicta à Garzia Sanchez,
quia, præterquamquod illa deſtinata ſunt pro nu-
ptiis ſpiritualibus, urget, quod vocantur Puellæ,
*quæ eſſe debeant pauperes, honeſtæ, bonæque vitæ,
& ex bonis Parentibus hiſpanis natæ, & per in-
fraſcriptos &c. eligendæ, & quod Puellæ ex Pa-
rentibus hiſpanis &c.*; ideòque hic recurrunt ra-
tiones omnes, & argumenta ſuperiùs deducta.

Verùm, quod attinet ad alias diſpoſitiones,
minimè loquentes cum relatione ad Parentes,
requirendo videlicet, quod Puellæ admittendæ 54
ad ſubſidia dotalia, natæ ſint ex Parentibus Hi-
ſpanis, ſed ſimpliciter mandantes, dotes diſtri-
bui inter Puellas Hiſpanas, crederem, Mariam
Joannam quoad illas admittendam eſſe, ipſa
enim, utpotè nata Matriti ex Patre, qui ratione
longi incolatus, & domicilii, naturalitatem, &
civilitatem ibi acquiſiverat, dici verè poteſt Ci-
vis originaria d. Civitatis, ubi natalem ſolum 55
habuerat, ad *Text. in leg.1. ff. ad municipal., Bar-
tol. in leg. filius num.4. Cod. de municip., & ori-
ginariis, Amaya in leg. Cives Cod. de Incol n. 44.
verſ. quibus addo, Guttierez conſ.7. nu. 2., Urſill.
ad Afflict. deciſ.384. num.12., Carpan. ad Statut.
Mediolan. tom. 2. cap. 218. num. 11., Mandoſ. ad
reg. Cancell. quæſt. 40., Barboſ. 180., Carleval.
de Judic. lib.1. diſput.2. quæſt.2. num. 88., Boer.
deciſ.14. num.1., & ſeqq., Grivell. deciſ.123. nu.
13., Joſeph. Ludovic. deciſ. 3. num. 15., Caren.
reſol.239. ſub num.3. verſ. quinimmò*; ubi, quod is
in

56 in Hiſpania admittitur tam juam natinnalis, *Maſcard. de probat. conſ.1146.*, *Andreol. contr. 289. num. 46.*, *Manſ. conſult. 357. num. 92.*, *Galeot. contr. lib.2. contr.17. num.15.*, *Rota coram Merlin. deciſ. 797. num. 21.*; quamobrem in ſimili materia, ad effectum nempè conſequendi Beneficia, debita naturalibus, de ſtylo *Naturalis* acci-
57 pitur pro nato, *Mandoſ. reg.19. quæſt. 15. nu. 18. verſ. & ſic omninò*, *Garzias de Beneſ. part.2. cap. 9. num.24.*, *Corrad. in prax. Beneſ. lib.2. cap. 10. num.50.*; præſertim verò, quia in caſu noſtro naturali generatinni accedit etiam ſpiritualis re-
58 generatio, ipſa enim in eadem Civitate ſacro Fonte abluta fuit, ideoque ex hac etiam ſpirituali regeneratione effecta fuit originaria, *Amaya in d. leg. Cives num. 47.*, *Gratian. diſcept. 75.*, *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſſ.9. §. 1. num. 116. verſ. tenendum*, *Carleval. de Judic. lib.1. diſput. 2. quæſt.2. num.111.*, *Manſ. conſult.353. num. 93.*
Nilque turbat quod plerumque Teſtatores loquantur de Puellis Nationis Hiſpanæ, quod no-
59 men *Natio*, agentes de teſtamento Antonii Fonſecæ, diximus, ſignificare gentem, ex qua quis
60 procreatus eſt, quia, ut inquit *Text.*, cum illud ſignificet geous hominum, *qui non aliunde venerant, ſed ibi nati ſunt*, ut refert *Calepin. in verb.*
61 *Natio*, quem benè in Foro allegari, tradit *de Luca de praeminent. d. diſc.36. num.11., & ſeq.* rectè Maria Joanna in Hiſpania, & Matriti nata, natinne Hiſpana dici poteſt, quoties Teſtatnres
62 *Nationis* nomen noo adhibuerunt relativè ad Patrem, ex qua Puella dotanda, progenita eſſe debebat.

Avenionen. Legati.

Legatum ſibi à Patre relictum ſub nuptiarum conditione, prudens, ac ſciens acceptans filia, ſibi in Legitima præjudicat, eamque, aut Legatum, ſi decedat innupta, ad heredem non traoſmittit. Quando autem, & ex quibus de acceptatione hujuſmodi conſtare cenſendum ſit?

VOTUM V.

1 *Legatum ab Extraneo factum Puellæ, quando nuptui tradatur, conditionale eſt.*
Eáque decedente innuptá, ad heredem non transmittitur.
2 *Secus de Legato relicto à Patre.*
3 *Legatum filiæ à Patre relictum cenſetur in cauſſam Legitimæ.*
Et, quamvis ſub conditione Matrimonii, purum efficitur, atque ad heredes tranſmiſſibile, illo etiam non ſecuto, num.5. & 29.
Procedit, licèt filia numquam reclamaverit à Matrimonii onere, num.6. & 40.
Ac, etiamſi Laudum acceptaverit ſuper Legati ſolutione ad normam paterni teſtamenti, n.7.;
Intellige, ut num.8. & ſeq.
4 *Legitima gravamen ullum, aut conditionem non admittit*, & num.29.
8 *Oneris in Legitima impoſiti acceptationem non quævis inducit paternæ diſpoſitionis agnitio, niſi adſit ipſius oneris expreſſa mentio, atque individua.*
9 *Vel niſi cautela* Soccini *ſervata fuerit*, & n.34.
Declara, id non procedere, quando acceptatio ad aliud, quàm ad ipſum onus nequeat referri, num.35. & 36.
10 *Simplex acceptatio Laudi relativè ad teſtamentum paternum, abſque ullá mentione oneris ſuper Legitimá, ejuſdem oneris adprobationem non inducit.*
Non ità, ſi acceptatio ſit ex matura deliberatione; verbaque Laudi quoad ipſum onus ſint ampla, & generalia, num. 38.
12 *Onus ſuper Legitima ſuſtinetur, quando ſervata fuerit* Soccini *cautela.*
13 *Acceptationi oneris ſuper Legitimá vim tribuit conſenſus filii, non Patris ordinatio.*
14 Soccini *cautela ſervata non dicitur, ſi filio non acceptanti Legatum cum onere, minùs Legitimá relictum ſit.*
15 *Tranſactio inter filium heredem teſtamentariam, atque alterum Legitimatarium jus facit quoad omnes alios filios legitimatarios.*
16 *Teſtatoris minùs Legitimá aſſignantis præceptum plus non petendi, non ſuſtinetur.*
17 *Acceptatio paternæ diſpoſitionis, abſque certá, & individuá ſcientiá oneris, filio non præjudicat in Legitima.*
Procedit, ſervatá etiam Soccioi *cautelá*, ibid.
18 *De qua ſcientia ſi non conſtet, ignorantia præſumitur.*
Maximè in Muliere, ibid.
19 *Legatum non eſſe ſub conditione nuptiarum, arguit fructuum ſolutio ab Arbitris demandata, donec Legataria nubat*, ratio oum. 20., *vid.* num.45. & 46.
20 *Ex Legato conditionali, ſicque ex re nondum debita, nulli debentur fructus.*
21 *Legatum, cujus præſtatio in tempus omninò incertum collata ſit, conditionale cenſendum eſt.*
22 *Legatum filiæ relictum, quando nubat, conditionale deprehenditur ex onere eam interim alendi heredibus injuncto*, & num.46.
23 *Legatum, antè impletam nuptiarum conditionem decedente filiá Legatariá, ad heredes non tranſmittitur.*
24 *Legatum cum conditione, ſciens, & prudens filius acceptans, jus impugnandi cenſetur remiſiſſe.*
25 *Sibique, ac ſuis heredibus præjudicaſſe in detractione Legitimæ.*
26 *Filio volente, & adprobante, ſuſtinetur onus ſuper Legitimá à Patre impoſitum.*
Sufficit autem adprobatio facta generalibus verbis, quæ particulari adprobationi æquipolleant, num.28.
27 *Juri ſuo renunciare quiſque poteſt.*
29 *Legatum filiæ ſub conditione nuptiarum relictum, ab eaque acceptatum, tranſmiſſibile non eſt.*
Contrarium quando procedat, declaratur, ibid.

10 *Le-*

Digitized by Google

30 *Legatum cum conditione nuptiarum acceptans filia, ſibi in Legitimo præjudicaſſe cenſetur.*

31 *Filius ſibi imputet, ſi alimenta ſub conditione ſibi legata, potiùs, quam Legitimam recipiendo, Legitimæ renunciaſſe videatur.*

32 *Legitimam, aut dotem cum Legato compenſaſſe cenſetur filius, illud acceptando.*

33 *Contrariæ Auctoritates procedunt, quando filia reclamaverit.*

36 *Acceptatio paternæ diſpoſitionis intelligi non valens, niſi de onere ſuper Legitimâ, licèt generalis, perindè habetur, ac ſpecialis, & individua.*

Eâdemque acceptatâ diſpoſitione, ipſum etiam onus cenſetur adprobatum, num. 39.

37 *Oneris Legato adjecti acceptatio, ex quibus valeat deſumi?* & num. 38.

40 *Sola taciturnitas ſufficiens non eſt ad inducendam adprobationem oneris in Legitima.*

41 *Juncta tamen cum præcedenti adprobatione paternæ diſpoſitionis, acceptati etiam oneris argumentum præſefert.*

42 *Scientia oneris Legato adjecti perſpicua redditur in filio Legatario, ſi copiam teſtamenti habuit penes ſe.*

43 *Si fratrem heredem in judicio pulſavit ad inventarii confectionem pro deliberando, an ſibi expediret Legatum acceptare nec ne.*

44 *Et, ſi Laudum, mandans Legati ſolutionem ad formam paterni teſtamenti, expreſſim acceptavit.*

47 *Ex Legato dotis ſolvenda nuptiarum tempore, filiæ, niſi nupſerit, non debentur fructus, licèt relicti.*

48 *Donec tamen nubat, alimenta, licèt non relicta, eidem præſtanda ſunt.*

IN ſupremis tabulis, cum quibus deceſſit, Joannes Pezenas, jure Legati reliquit Franciſcæ Mariæ alteri ex filiabus ſuis libras 4000., eidem ab herede dandas, & ſolvendas, quando nuberet, cumque, mortuo Teſtatore, obierit etiam Franciſca Maria Legataria ante nuptias, quæritur pro veritate, an hujuſmodi Legatum tranſmiſerit ad ſuos heredes, ſeù potiùs maneat apud heredem Teſtatoris? Et primo rei intuitu pro tranſmiſſione reſpondendum videbatur, quia,
1 etſi Legatum alicui Puellæ factum ab Extraneo, quando nuptui traderetur, dicatur conditionale, itaut, innuptâ decedente Legatariâ non tranſmittatur ad ejus heredes, *Bartol. in leg. Titio centum §. Titio genero ff. de condit., & demonſtr.*, *Bald. novell. de Dote part. 6. privil. 50.*, *Mart. de ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 13. art. 2. nu. 16.*, *Noalis de tranſmiſſ. caſ. 17. num. 4. verſ. ſed è converſo*, *Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. 16. num. 25.*, *Hieronymus de Roſis Select. Jur. obſerv. part. 1. cap. 41. num. 126.*, *Maſtrill. dec. ſicil. 78. num. 7.*, *Antunez. de Donat. Reg. lib. 1. prælud. 2. §. 2. ſub num. 54. verſ. alii autem Doctores*, Verùmtamen,
2 ſi non ab Extraneo, ſed à Patre, prout in præſenti, tale Legatum relinquatur filiæ ſuæ, diverſo
3 utique jure diudicandum eſt; nam, cum relictum cenſeatur pro legitima portione illi debita, quæ nullum onus, nec conditionem admittit, ad *Text. in leg. quoniam in prioribus C. de inoffic. teſtam.*, 4
ideò Legatum ejus loco ſuccedens, quantumvis conditionale, efficitur purum, & tranſmiſſibile ad heredes ipſius filiæ, etiam non ſecuto Matrimo- 5
nio, ut expreſsè tradit idem *Bartol. in d. §. Titio genero num. 4. verſ. ſed ſi aliàs legitimam*, *Soccin. ſen. conſ. 92. nu. 8. n. 1.*, *Cavarn. de teſtam. cap. 3. ſub num. 11. verſ. octavo à mente*, *Mangil. de imput. quæſt. 57. num. 12. & 18.*, *Mart. d. quæſt. 13. à num. 40. & ſeqq.*, *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 6.*, *Gloſſ. 3. part. 1. num. 5. & 6.*, *de Marin. reſol. jur. lib. 1. cap. 246. num. 8. & 9.*, *& in addit. ad deciſ. Reverter. dec. 58. num. 5.*, *& ad deciſ. 366. num. 11.*, *Staiban. jun. lib. 1. reſol. forenſ. 34.*, *in noviſſimis addit. num. 1. & 2.*, *& reſol. 88. pariter in addit. à num. 4. & ſeqq.*, *Hieronym. de Roſis d. cap. 41. num. 125.*, *Antunez. de Donat. Regiis loco mox citato*, *Giovagnon. lib. 1. reſp. 40. num. 16.*, *& Rota Romana poſt eumdem reſp. 40. num. 6.*, *& reſponſ. 41. a num. 1. & ſeqq.*, *& Rota Bononien. poſt reſp. 42. ejuſdem Giovagn. à nu. 39. & ſeqq.*, *& coram Bich. dec. 320. nu. 28. & 29.*, *& in Romana Immiſſionis 3. Decembris 1703. §. Haud relevante cor. bon. mem. Muto*, &, diſcuſſo formiter articulo, & recedendo à primo loco deciſis, reſolutum fuit in *Fulginaten. Succeſſionis, & Dotium 30. Januarii 1705. §. Stabilita coram R. P. D. Lancetta*, *confirmatu 19. Junii ejuſdem Anni per tot. coram eod.*, *& 21. Martii 1707. §. Non minus juſtum cor. Illmo Scotto*, *& in Firmana Fideicommiſſi 4. Maii 1705. §. Et ob id 2. cor. R. P. D. Anſaldo*, *in Ariminen. Succeſſionis 16. Januarii 1708. §. Dum itaque cor. R. P. D. Aldrovand.*, *& in Romana Dotium 25. Junii 1708. §. Succedentibus autem, confirmatu 25. Januarii 1709. §. Prout etiam cor. Rmo Molinet.*

Nec dicatur, quod, cum Franciſca Maria, quamdiù vixit, de onere adjecto ſupradicto Legato conqueſta non fuerit; nec etiam modò con- 6
queri poſſint ejus heredes, quippe, cum ex jam dictis Lex illud rejiciat ipſo jure, æquè, ac ſi appoſitum non eſſet, quamquam Franciſca Maria non reclamaverit, adhuc Legatum pro dote ſibi relictum, ad inſtar Legitimæ, liberè tranſivit in ejus heredes, ut, omiſſis generalibus, in ſpecie reſpondit *Rot. dec. 228. num. 14. part. 8.*, *& dec. 76. num. 17. part. 17. rec.*

Nihilque refert, Franciſcam Mariam, expreſsè acceptando Laudum, ab Arbitris concorditer ele- 7
ctis prolatum, quo pronunciatum fuerat, eidem eſſe ab herede ſolvendum Legatum, ad formam paterni teſtamenti, illud adprobaſſe videri, & conſequenter ſibi præjudicaſſe in detractione Legitimæ, nam quævis agnitio paternæ diſpoſitionis non inducit acceptationem oneris impoſiti 8
ſuper Legitimâ, niſi, vel facta reperiatur individua, atque expreſſa mentio ejuſdem oneris, ad *Text. in leg. ſi quando §. Et generaliter*, ubi *Jaſ. num. 4. & 5. Cod. de inoffic.*, cum aliis relatis per *Peregrin. de Fideic. art. 36. num. 87. verſ. ſed è contra*, *Actolin. reſol. 111. num. 53.*, *Marcian. conſ. 25. num. 2. lib. 1.*, *Rota coram Gregor. dec. 489. num. 22.*, ibique *Adden. num. 27.*, *& in*

re-

recent. deciſ.206. num.4. & 5. part.1., deciſ.342. num.9. part.5., deciſ.228. num. 9. & 10. part.8., & dec.76. num.12. part.17., vel fuerit à Patre in
9 ejus teſtamento diſpoſitum, quod, ſi filius oneri, & gravamini conſentire recuſet, in ſola Legitima cenſeatur inſtitutus, juxtà cautelam, quam ſervandam inſinuat Teſtatoribus *Soccin. jun. conſ.122. num.8. lib. 1.*, abſque contradictore in Foro hodie receptam, ut videre eſt apud *Peregrin. de Fideicom. art.36. nu. 62., Andreol. contr.250. nu.1., Ciracch. diſcept. forenſ. cap. 4. num. 67., Coſtald. conſult. 17. num. 14., & conſult.203. num.18., Gobb. conſult. dec.16. num.4., Actolin. d. reſol. 111. num. 55., Marcian. loco mox citato, Altimar. ad Rovit. conſ. 61. num. 9. & ſeq. lib.2., Rot. coram Peutinger. dec.73. n. 9. & 10., dec.653. num.13. part.1. rec., deciſ.481. num.3. & ſeqq. part.9.*, cum aliis adductis *in Bononien. Fideicommiſſi ſuper immiſſione 11. Martii 1697. §. Stabilita autem cor. bon. mem. Urſino*, cum aliis *in Romana Cautelæ Angeli 25. Aprilis 1701. §. Non obſtante cor. bon. mem. Mut., in Imolen. Legitimæ 28. Novemb. 1704. §. Sed etiam cor. Rm̃o Molines, & in d. Firmana Fideicommiſſi 4. Maii 1705. §. Ceterum ad finem cor. R. P. D. Anſaldo.*

Neutrum tamen concurrit in hypotheſi, non quidem ſpecifica renunciatio Legitimæ, neque
10 approbatio oneris, ſed tantùm ſimplex acceptatio Laudi relativè ad paternum teſtamentum, abſque ullâ prorsùs mentione recenſiti oneris impoſiti ſuper Legitimâ, undè elici nequit ejuſdem oneris adprobatio, ut firmant mox adductæ Auctoritates.

Minùs concurrit prædicta cautela *Soccini*,
11 quippè, cum illa unicè conſiſtat in facultate alternativa relicta filio, vel eligendi relictum cum onere, vel potiùs capiendi integram legitimam portionem liberam, proindèque de jure ſuſti-
12 neatur, eò quia onus, & gravamen ſuper Legitimâ, tali caſu, ab initio non procedat ex Patris ordinatione, ſed vires deindè aſſumat ex conſenſu filii, ob ſubſecutam electionem, & adprobatio-
13 nem, ut pulchrè, & ſcitè *Giovagnon. reſponſ. 1. num.5. & 6. lib.2., Merlin. de legit. lib.3. tit. 2. quæſt.10. nu.16.*, aliique *relat. per Torr. de pact. lib.2. cap.35. num. 142., & Rot. in rec. dec. 254. num.3. part.14.*

Ipſam nullatenùs interveniſſe, dicere fas eſt, in teſtamento, de quo agitur, dum Teſtator,
14 relictis pro dote filiæ ſuæ libr.4000., cum nuberet, eamdem, quatenus huic Relicto parere vollet, heredem non inſtituit in Legitima, ſed conſequi voluit ſola ſcuta 600., in quibus heredem particularem inſtituit, cum expreſſa prohibitione quidquam aliud petendi, tàm pro legitima portione, ejuſque ſupplemento, quàm etiam ex quocumque alio titulo, & cauſa; quapropter, cum dicta ſumma ſcutor. 600. verè non adæquet legitimam portionem filiorum, liquidatam in ſumma ſcutor....... ex tranſactione inita inter heredem teſtamentarium, & Spiri-
15 tum Franciſcum alterum filium legitimatarium, quæ facit jus quoad omnes alios filios legitimatarios, ad notata per *Saminiat. contr.48. nu.27., & Rot. dec. 41. num.8. part. 19. rec.*, indè promanat, poſitivum Teſtatoris præceptum plùs 16
non petendi, ab initio contra jus Legitimæ indictum, longè aberrans à recenſita cautela *Soccini*, minimè ſuſtineri, ſed uti fraudis causâ adſcriptum, irritum, & inane reputari, perindèque haberi, ac ſi adſcriptum non eſſet, ut in præciſis terminis reſpondit *Rodulphin. alleg.112. num. 3. & 4.*, ubi ceteri concordantes.

Et nihilominùs, ubi etiam ſervata dicenda eſſet ſæpius recenſita cautela, adhuc tamen Franciſca Maria haud ſibi præjudicaſſe videretur in 17
Legitima, cum ad hunc effectum præcisè neceſſaria ſit in acceptante paternam diſpoſitionem certa, & individua ſcientia oneris, in ea contenti, ad notata in ſpecie per *Actolin. d. reſol. 111. nu. 56. & ſeqq., Cyriac. contr. for.148. n.12. & 13.*, cum aliis adductis per *Rot. in Bononien. Fideicommiſſi ſuper Immiſſione 21. Aprilis 1698. §. Excluſa igitur coram bon. mem. Urſino*, quæ ſcientia
cum non appareat interfuiſſe in acceptatione 18
Franciſcæ Mariæ, militat contraria præſumptio ignorantiæ, maximè in Muliere, ut benè proſequitur *Cyriac., & Rot. loco mox citat.*

Præterea, cum Arbitri in eorum Laudo, Franciſcæ Mariæ, quoad nuberet, dari juſſerint fru-
ctus ad rationem ſcut. quatuor cum dimidio pro 19
quolibet centenario, & anno, indè manifeſtè excluditur adprobatio recenſiti oneris, alioquin nulli fructus ſibi deberi potuiſſent ex ſimplici
Legato conditionali, & ſic ex re nondum debi- 20
ta, per *Text. in leg. lecta §. Sed cum fortis ff. ſi cert. petat., leg. 1. & 2. Cod. de uſur., & fruct. legat., Butr. in cap. ſalubriter. de uſur.*, in terminis obſervant *Card. Alban. conſ. 20. num. 12., Giovagnon. lib.1. reſponſ.41. num. 42. & 43., & reſponſ.42. num.21. & 106. & 107.*

At, ſi attentiùs res penſetur, Franciſca Maria nullum jus tranſmiſiſſe videtur ad ſuos heredes, quia negari nequit, quin controverſum Legatum
ſit conditionale; nedum ob præſtationem illius 21
collatam in tempus nuptiarum omninò incertum, ut in ſpecie tradunt *Angel. in leg. Seius Saturninus num. 20.*, quem ſequitur ibi *Alex. num. 2. ff. ad Trebell.*, & de veriori, & de magis communi teſtatur *Riminald. jun. conſ.334. nu.19. & 20., Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 6. gloſſ.3. part.2. num.2., Antunez. de Donat. Reg. lib.1. prælud.2. §.1. num. 58. & 59., Giovagnon. lib.1. reſp.40. num.1. & ſeqq., Rot. in Bononien. Legati poſt eumdem reſponſ. 40. num. 18., & in recent. dec.291. num.11. part. 11., & deciſ. 211. num.5. part.18., Rot. deciſ.408. num. 5. & duob. ſeqq., eadem part. 18. tom. 2.*, &, plenè diſcuſſo articulo, *in Romana Legati, ſeù legitima 17. Junii 1695. §. Aut demum coram Illm̃o Scotto, in Farfen. juris offerendi 30. Januarii 1702. §. Sed præmiſſa coram Em̃o Card. Priolo, confirmata 6. Decembris ejuſdem anni §. Cum itaque Eleonora cor. R. P. D. Anſaldo, & in d. Romano Dotium 25. Junii 1708. §. Per oppoſitum cor. Rm̃o Molines.*

Verùm etiam, quia Pater, filiæ ſuæ, quoad nu-

22 nuberet, dari voluit alimenta, quæ, utpotè re-
licta in recompenſationem dilationis conceſſæ
ad ſolvendum Legatum, clarè oſtendunt illud
conditionale, *Salycet in leg. ſancimus col. ultim.
verſ. tertio ad quæſtionem C. de nupt.*, *Bald. no-
vell. de dot. part. 6. privil. 17. col. 4. verſ.* & *ex
prædictis*, & ſcitè, & eleganter reſpondendo
contrariis, *Menoch. conſ. 455. num. 14. tom. 5.*,
*Mangil. de imput. quæſt. 57. num. 18. verſ. aut
Pater, & num. 19.*, *Buſſ. de dot. cap. 7. §. 2. n. 93.*,
cum aliis lato calamo adductis in *d. Romana Do-
tium 25. Junii 1708. §. Hunc autem cum ſeqq. cor.
R̃mo Molines*; ac proindè, cum Franciſca Maria
23 legataria, antè impletam nuptiarum conditio-
nem deceſſerit, in dubium revocari minimè
poſſe videtur, quod iſtiuſmodi dotis Legatum ad
heredes legitimos tranſmittere nequiverit, ut
traditum eſt pluribus juris noſtri locis, & præci-
puè in *leg. intercidit 59. ff. de condit. & demonſtr.*,
leg. in quibus diebus §. Quidam Titio ff. eod., *leg.
ſi poſt 5. §. Sed ſi 2. ff. quand. dies legat. ced.*, *l.
Fideicommiſſa 11. §. Sic fideicommiſſum*, *leg. ſi
cui 49. §. Hoc autem cum §. ſeq.*, & *leg. ſi ità
65. §. Illi ff. de legat. 3.*, *leg. unic. §. Sin autem
C. de caduc. tollen.*, & ſequuntur in noſtris ter-
minis *Gabriel. conſ. 5. num. 23. lib. 1.*, *Gratian.
diſcept. 579. num. 29. & 30.*, *Card. de Luc. de
Dot. diſc. 4. num. 9.*, *Conſtant. ad Stat. Urb. an-
not. 39. artic. 3. num. 227. tom. 2.*, & *Rot. in rec.
dec. 342. num. 25. & 26. part. 12.*

Quamobrem, cum Franciſca Maria ſciens,
24 & prudens Legatum iſtud cum inſerta conditio-
ne nuptiarum agnoverit, & acceptaverit, profe-
ctò jus impugnandi, quod habebat, remiſiſſe
25 cenſetur, & conſequenter etiam ſibi, ſuiſque
heredibus præjudicaſſe in detractione Legitimæ,
ut in ſpecie adnotant *Cancer. var. reſol. part. 3.
cap. 2. num. 202. & ſeq.*, *Rot. in rec. dec. 175. n. 6.
part. 8.*, cum concordantibus adductis *in Romana,
ſeù Leodien. Fideicommiſſi de Archis 24. Martii
1702. §. Quin immò cor. b. m. Muto*, *in Corto-
nen., ſeù Peruſina Fideicommiſſi ſuper immiſſio-
ne 17. Novemb. ejuſdem anni §. Neque ſimiliter
coram R.P.D. Anſald.*, *in Illerden. hereditatis
de Gomar. 4. Junii 1703. §. Et alterum coram
eod.*, & *in Firmana Fideicommiſſi 4. Maii 1705.
§. Non ambigere cor. eod.*, Certum namque eſt,
26 volente, & approbante filio, ſuſtineri onus à Pa-
tre impoſitum ſuper Legitimâ, ob eam ratio-
nem, quia juri ſuo poteſt unuſquiſque renun-
27 ciare, uti ex communi ſententia docent *Pere-
grin. conſ. 66. num. 4. lib. 4.*, & *de Fideic. art. 36.
num. 88.*, *Joſeph Ludovic. dec. Peruſ. 28. n. 52.*,
*Merlin. Pignattell. contr. forenſ. 48. num. 2. cent.
2.*, *Joſeph de Roſa conſult. 4. n. 30.*, *Rota in rec.
dec. 459. n. 32.*, & *dec. 481. num. 20. part. 9. tom.*
28 *2.*, atque ad hunc effectum ſufficere approba-
tionem oneris factam verbis generalibus, quæ
æquipolleant particulari, & ſpecificæ approba-
tioni ejuſdem oneris, ut, benè declarando *Text.
in d. leg. ſi quando §. Et generaliter*, docent *Fon-
tanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. part. 2. num. 46.*,
Peregrin. d. conſ. 66. num. 4., & *de Fideicom. d.
art. 36. num. 89.*, *Joſeph. de Roſa d. conſult. 4. nu.
31.*, *Merlin. Pignattell. d. controv. 48. num. 18.*,
Marcian. conſ. 25. num. 5. lib. 1., *Capon. diſcept.
forenſ. cap. 343. num. 45. & 46.*, *Card. Mantica
de conjectur. ultim. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 11.*,
*Card. de Luca de legit. diſc. 17. num. 4. verſ. niſi
acceptatio*, & *diſc. 18. nu. 8.*, *Adden. ad Gregor.
dec. 539. num. 20.*, *dec. 175. num. 3. part. 8.*, *dec.
459. num. 11. & 33.*, & *dec. 481. num. 5. part. 9.
rec.*

Nilque turbat, quod hujuſmodi conditio ipſo
jure, ac miniſterio Legis rejiciatur, propterea- 29
que Legatum, purum, ac tranſmiſſibile evadat,
ex Auctoritatibus *in fin. §. 1.* laudatis; Hæ ſiqui-
dem procedunt in caſu, in quo Mulier vel tale
Legatum conditionale impugnaverit, vel ſaltem
tacuerit; At aliter res ſe habet in noſtra hypo-
theſi, in qua, cum Franciſca Maria ſciens, &
prudens Legatum iſtud cum inſertâ conditione
nuptiarum agnoverit, & acceptaverit, profectò
jus impugnandi, quod habebat, remiſiſſe cenſe- 30
tur, ideòque ſibi, & ſuis heredibus præjudicaſſe
in detractione Legitimæ, ejuſque tranſmiſſibili-
tate, ut in ſpecie adnotant *Cancer. var. reſol.
part. 3. cap. 2. n. 202. & ſeq.*, *Rot. in rec. dec. 175.
num. 2. 3. & 6. part. 8.*, *dec. 283. num. 32. part. 17.*,
ibi = *Quo caſu, cum in arbitrium filiorum reſide-
ret capere, vel Legata alimentorum, & pecunia-
rium conditionalia, vel eorum Legitimam libe-* 31
*ram, ſibi imputare debent, ſi in executione teſta-
menti paterni, dd. alimenta recipiendo, videantur
Legitimæ renunciaſſe, ac ideò, nonniſi Legatum
cum ſuo onere, ac conſequenter non tranſmiſſibile,
petere potuerint* =, & *in Urbinaten. Hereditatis
8. Junii 1689. §. final. cor. bon. mem. Benincaſa*,
& *in illius confirmatoria 9. Junii 1704. §. His
itaque cum ſeqq. cor. R.P.D. Anſaldo*, & egregiè
*in Fulginaten. ſucceſſionis quoad Magdalenam 28.
Junii 1709. §. Quamvis cor. R̃mo Molines*, ubi
præcisè objecto reſpondendo, ſic ait = *Quamvis
enim Margarita, cui dos, vel Legitima erat debi-
ta in Bonis Patris, retentis ſupradictis juris prin-
cipiis, valuiſſet ab initio, dimiſſo Legato paterno,
eamdem Legitimam petere ab omni onere immunem,
& abſolutam; Adhuc tamen, cum illa acceptave-
rit Relictum paternum, cum commutatione Legiti-* 32
*mæ, aut dotis in alio provido Legato, & per ele-
ctionem vitæ virginalis, ac Legati exactionem
cum paterna diſpoſitione ſe conformare voluerit,
nihil ampliùs valent petere illius ſucceſſores ex ju-
ribus Legitimæ, cujus compenſatio cum paterno
Legato per voluntariam filiæ electionem inducta
fuit* =; Et præciſiùs *in §. ſeq.*, ubi Auctoritates
in contrarium allegatas declarat, & præcipuè
*Rot. in celebri Fulginaten. Succeſſionis, & Do-
tium*, quam nos ſupra adduximus *in d. §. 1.*,
quamque pluriès confirmatam eſſe, oſtendimus,
ibi = *Nec contrarium evincunt auctoritates in ob-
jecto allegatæ, quia illæ nil aliud dicunt, quàm,
quod filiæ, quibus debita eſt Legitima, illam
tranſmittunt ad heredes, quamvis non petitam,
& quamvis ipſæ filiæ vitam cælibem duxerint;
nulla autem ex illis firmat, quod, ſtante Legato
Patris, cum proviſione adaptata ſtatui filiarum, ſi
iſtæ Legatum acceptent, poſſint ſubindè petere Le-
giti-*

33 *gitimam, illamque tranſmittere ad heredes, in*
caſu autem prædictos alterius Fulginaten. Succeſ-
ſionis 30. Januarii 1705. cor. R. P. D. meo Lan-
cetta, eatenus dictum fuit, Legitimam compenſa-
ri non poſſe cum Legato alimentorum, per Patrem
34 *relicto filiabus, quia Legitimatarii Relicto pa-*
terno non acquieverant, immò illud expreſsè impu-
gnaverant, ut patet ex prima &c. =

Quibus non adverſantur Jura, & Auctoritates
ſuperiùs adductæ in §. *Nihilque refert*, firman-
tes, neceſſariam eſſe individuam, atque expreſ-
ſam adprobationem oneris, ubi ſervata non ap-
pareat celebris cautela *Socini*, utpotè quæ lo-
quuntur de ſimplici aditione paternæ heredita-
tis, vel ſaltem intelligendæ veniunt de ea appro-
batione, quæ ad aliud commodè referri poſſit,
35 quàm ad onus, & gravamen ſuper Legitimâ, at
res aliter ſe habet, ubi approbatio, nonniſi ad
dictum onus referri poſſit, iſto enim caſu, quan-
36 tumvis generalis, perindè habetur, ac ſpecialis,
& individua, ut optimè firmant *Merlin. Pigna-*
tell. d. contr. 48. num. 19., Marcian. d. conſ. 25.
ſub d. num. 5., Card. Mantic. de conject. d. tit. 8.
num. 11., Merlin. de Legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 10.
num. 13., Joſeph de Roſa d. conſult. 4. num. 33.
Capon. d. diſcept. 393. num. 46., Adden. ad Gre-
gor. d. dec. 539. num. 20., Rot poſt Bonden. dec. 1.
num. 10., & poſt Merlin. de legit. dec. 174. nu. 7.

In dubium autem non venit, quin Franciſca
Maria, ſi non expreſsè, ſaltem per æquipollens
37 approbaverit onus, ſeù conditionem adjectam
Legato, de quo agitur, utque res planior fiat,
præmittendum eſt, quod, mortuo Teſtatore,
Franciſca Maria aliquot poſt annos, producto
teſtamento apud acta Curiæ Avenionen., in-
terpellavit fratrem ſuum heredem teſtamenta-
rium, ut inventarium Bonorum paternorum
exhiberet, vel firmaret ſtatum eorumdem Bo-
norum, ut deliberare poſſet, an ei conſultius
eſſet acceptare Legatum, cum inſerta conditione
nuptiarum, vel conſequi Legitimam liberam,
& immunem à quocumque onere; At verò, præ-
tendente fratre, ſe ad dicti inventarii, & ad
quamcumque aliarum ſcripturarum exhibitio-
nem non teneri, acerrimæ jam ſubortæ fuerant
controverſiæ inter utramque Partem, quibus,
poſt aliquandiù judicialiter diſceptatam Cau-
ſam, delatis ad Judices compromiſſarios, con-
corditer electos, iſti, poſt maturum examen
laudarunt, Franciſcæ Mariæ ſolvendum eſſe
Legatum cum conditionibus, vinculis, & gra-
vaminibus contentis in teſtamento, & juxtà il-
lius formam, & tenorem, nec non ab herede
dandam annuam quantitatem 60. ſcutorum pro
alimentis ei legatis.

Huic Laudo acquievit Franciſca Maria; præ-
tereaque, expreſsè confirmando, & adprobando
omnia, & ſingula in eo contenta, ſolemniter,
ac cum juramento promiſit ei perpetuò ſtare,
& numquam contravenire, ſub his verbis, ibi =
acquieſcè, & acquieſce à la dite ſentance voulant,
& entandant qu'ele ſoit toujours, & en tout tems
miſe à execution, & ſorte ſon plein, & entier ef-
fect. de point en point ſuivant ſes forme, & teneur
avec promeſſe qu' ele fait avuiſerment d'y demeuan
jamais contravenir directement ny par indirect =,
ex qua ſanè approbatione non ſimpliciter, ac 38
perfunctoriè, ſed ex matura deliberatione facta
verbis adeò amplis, & generalibus prædicti Lau-
di, expreſsè mandantis, ſolui Legatum cum ſuo
onere relativè ad paternam diſpoſitionem, com-
pertum eſt, cenſeri approbatum etiam d. onus,
perindè, ac ſi ſpecifica, & individua de eo facta
fuiſſet mentio, prout in ſpecie de ſimili acce-
ptatione Laudi, quod importet etiam accepta-
tionem oneris ſuper Legitimâ, dixerunt *Mar-*
cian. d. conſ. 25. ſub num. 5., Joſeph de Roſa d.
conſult. 4. à n. 29. & ſeqq., Noguerol. allegat. 31.
num. 125., & Rot. in rec. dec. 218. nu. 12. part. 10.,
in Mantiſs. ad Card. de Luc. de Fideicom. dec. 60.
num. 13. & 14.

Certiùs autem, quia approbatio paternæ diſ-
poſitionis, & prædicti Laudi, nonniſi ad onus
adjectum Legato referri poterat, ideoque Fran- 39
ciſca Maria illud etiam perneceſsè agnoviſſe, &
approbaſſe dicenda eſt, ut, præter ſuperiùs ad-
ductos in §. *Quibus non adverſatur*, in terminis
animadvertit *Burſatt. conſ. 355. num. 63. vol. 4.,*
Menoch. conſ. 71. num. 23., Honded. conſ. 63. nu.
89. lib. 1., Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 7.
tit. 8. nu. 11., Manſ. conſult. 152. num. 57., Rota
coram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ. 100. num.
10., & in recent. deciſ. 218. num. 11. part. 10.,
& admittitur in Firmana Fideicommiſſi 4. Maii
1705. §. Prævalidum fundamentum coram R. P.
D. Anſald., ibi = *Prævalidum fundamentum ex-*
titiſſet tertium, conſtabilitum in ſuſceptione Bono-
rum facta per Octavium, ſub illis verbis = Cum
omnibus illorum oneribus, commodo, & incom-
modo =, Quoties hujuſmodi verba ſatis verificari
non valuiſſent in oneribus realibus, quibus Bona
per Petrum Antonium illius Patrem aſſignatam
Octavio pro legitima, antè tranſactionem ſubijcie-
bantur =.

Accedit his, quod Franciſca Maria, quoad
vixit, numquam reclamavit, ſed controverſum
Legatum retinuit, recepitque annuam præſtatio-
nem 60. ſcutorum, ei ab herede ſolutam in- 40
executionem paternæ diſpoſitionis, & prædicti
Laudi; quamquam autem ſola taciturnitas filii
ſufficiens non reputetur ad inducendam appro-
bationem oneris in Legitima, juncta tamen cum
actu poſitivo præcedentis acceptationis paterni
judicii, maximum præſefert argumentum ac- 41
ceptationis oneris, etiam in Legitima, juxta
animadverſa per *Cancer. var. reſolut. part. 3. cap.*
2. num. 202., & ſeq., clar. mem. Card. de Luca
de legit. diſc. 17. num. 11., & diſc. 18. num. 9.,
Marcian. dicto conſ. 25. num. 4., Rota in Romana
Cautelæ Angeli 25. Aprilis 1701. §. Fortiùs ac-
cedente coram bon. mem Muto, ibi = *Fruitio Bo-*
norum ſibi in partem obventorum uſque ad obi-
tum, & explicita teſtamenti acceptatio facta à
ſcienta onus, & gravamen ſuper Legitima, eò
magis approbationem operatur =, & in Romana
Immiſſionis 3. Decemb. 1703. §. Prout cor. eodem.

Ceterum, quod Franciſca Maria habuerit
ſcientiam certam, & individuam oneris adje-
42 cti Legato, pariter non eſt ambigendum, dum
ipſa habuit penes ſe copiam paterni teſtamenti,
illamque produxit apud acta Curiæ Avenionen.;
43 prætereaque fratrem ſuum judicialiter pulſavit,
ut Inventarium Bonorum paternorum ei exhibe-
ret ad effectum deliberandi, an ei expediret Lega-
tum cum inſertis conditionibus, & oneribus ac-
ceptare, vel potiùs conſequi legitimam portio-
nem liberam; & denique, prolato Laudo, quo
dictum fuit, illi ſolvendum Legatum, juxtâ
formam, & tenorem prædicti teſtamenti, illud
44 expreſſe acceptavit, ac perpetuò ratum habere
promiſit in omnibus, & per omnia, ex quibus
plenam illam ſcientiam, à jure deſideratam, re-
ſultare, in ſpecie dixerunt *Burſatt. dicto conſ.
355. nu.45.*, *Merlin. Pignatell. dicta contr. 48.
num.17.*, *Capon. dict. diſcept.393. num. 45.*, *&
46.*, *Marcian. dicto conſ.25. num.4.*, *Rota in
Avenionen. Fideicommiſſi 27. Junii 1700. §.
Robuſtiùs coram R.P.D. Anſald.*, & concordant
auctoritates, abundè per eumdem *R.P.D. An-
ſald. cumulatæ in addit. ad deciſ.77. num. 22. in-
ter ejus Romæ impreſſ.*, *& in dicta Firmana Fi-
deicommiſſi 4. Maii 1705. §. Dum igitur.*

His ità conſtabilitis, non obſtat, Arbitros
45 in eorum Laudo dari juſſiſſe Franciſcæ Mariæ
annua ſcut. 60., quia, cum ipſa ob litem motam
adverſus fratrem ſuum, heredem teſtamenta-
rium, in ejus domo ampliùs commorari nol-
let, Arbitri ei aſſignarunt dictam annuam præſta-
tionem loco alimentorum à Patre relictorum,
quoad dos ſibi cum effectu ſolveretur, ex qui-
46 bus reddi Legatum conditionale, probant aucto-
ritates ſuperiùs adductæ *in §. Verùm etiam.*

Quod etiam confirmatur, ex quo Arbitri ex-
preſsè declararunt, Legatum ab herede præſtan-
dum Franciſcæ Mariæ, juxtà formam a Teſta-
tore præſcriptam, undè evidens, & apertum
fit, ejus diſpoſitioni illos omninò ſe conformes
reddidiſſe, eamque immutare noluiſſe.

Nec denique applicari videntur Auctoritates
ſuperiùs adductæ *in §. Præterea*, quia loquun-
tur in caſu, quo Pater, filiæ ſuæ, ultra alimen-
47 ta, reliquerat interuſuria dotis, donec nuberet,
quæ deberi nequiviſſent, niſi filia fuiſſet domi-
na dotis ſibi relictæ, at ſecus dicendum eſt de
alimentis, quæ, etſi relicta non fuiſſent filiæ,
cui Pater in teſtamento dotem legavit, ſolven-
dam tempore nuptiarum, adhuc tamen ipſi
48 præſtanda eſſent ab herede, donec nuptui tra-
deretur, in compenſationem dilationis conceſſæ
ad ſolvendam dotem legatam, ut benè expli-
cando docet *Rota Bononien.* in objecto allegata
poſt *Giovagnon. lib.1. reſp.42. num.106.*

Caſalen.

Fideicommiſſum reale, ac perpetuum eſſe
oſtenditur, poſthabitâ conditione: *ſi ſinè Libe-
ris &c.*, quando Pater, filiis heredibus inſtitu-
tis, & invicem ſubſtitutis, utrique ſinè Libe-
ris decedenti tunc, & eo caſu proximiores
Maſculos agnatos per plures gradus ſubſtituit,
interdictâ omnibus quacumque Bonorum alie-
natione ob expreſſam rationem perpetuò ea-
dem Bona in familiâ conſervandi: Detractio-
nes dotis, aliæve cum accidentariæ, tum le-
gales, etiam non confecto inventario, fidei-
commiſſi retentionem tribuunt heredi grava-
to, & ab eo cauſſam habentibus, dummodo
aliunde conſtet de ſtatu hereditario Fideicom-
mittentis, neque ingentes alienationes ab he-
rede fuerint factæ.

VOTUM VI.

1 *Subſtitutio concepta ſub conditione*: ſi ſinè Liberis, *deficit, exiſtentibus Liberis.*

2 *Niſi ex conjecturis appareat de contrariâ Teſtatoris voluntate*, & nu.11.

3 *Regulæ, quod ſubſtitutio deficiat, deficiente conditione*: ſi ſine Liberis, *in dubio inhærendum eſt, etiamſi ageretur de fideicommiſſo ordinato ab Aſcendente.*

4 *Conjecturæ, ut recedatur à* Conſil. 21. Oldradi, *univocæ eſſe debent, & ex ipſo teſtamento depromptæ.*

5 *Et illæ ſaltem neceſſitati affines exiguntur.*

6 *Validiores verò deſiderantur, quando agitur de fideicommiſſo tranſverſali.*

7 *Conjecturæ, quæ pendent à conditione*: ſi ſinè filiis, *eâ deficiente, corruunt.*

8 *Dictiones* = tum, & eo caſu = *non patiuntur extenſionem ad aliud tempus, & ad caſum obitus cum filiis*, & nu.29.

9 *Subſtitutio concepta ſub conditione*: ſi ſinè filiis, *& cum dictionibus* tunc, & eo caſu *deficit eo ipſo momento, quo alter ex heredibus inſtitutis, cum filiis deceſſit.*

10 *Subſtitutio ſub conditione*: ſi ſinè filiis *deficit, iis exiſtentibus, etiam ſi poſtea decedant.*

12 *Fideicommiſſa non à materiali verborum ſenſu, ſed à Teſtatoris mente pendere dicuntur.*

13 *Pro fideicommiſſo mens Teſtatoris ſpectanda eſt, etiam ſi de eo nihil dictum fuerit.*

14 *Conjecturæ perpetui fideicommiſſi nullæ aderant in ſpecie* Conſil. 21. Oldradi.

15 *Subſtitutio an defecerit, deficiente conditione*: ſi ſinè Liberis, *quæſtio eſt facti potiùs & voluntatis, quàm juris.*

16 *Fideicommiſſum perpetuum inducit alienationis probibitio ob rationem à Teſtatore expreſſam conſervandi Bona in familia.*

17 *Fideicommiſſum perpetuum an inducatur ex alienationis prohibitione, cauſſa, & ratio ipſius prohibitionis ſpectanda eſt.*

18 *Fideicommiſſum reale inducitur ex alienationis prohibitione factâ pro conſervandis Bonis in familia*, & nu.38.

19 *Ex fideicommiſſo reali gravamen quoque reale, & perpetuum inducitur.*

20 Teſtator *cogitans de perpetuâ conſervatione Bono-*

Digitized by Google

Bonorum in familiâ, cogitare quoque debuit de perpetuo fideicommiſſo.

21 Abſque perpetuò fideicommiſſo perpetua conſervatia Bonorum in familiâ obtineri non poteſt, & num. 41.

22 Conditio: ſi ſinè filiis in omnibus ſubſtitutionum gradibus repetita cenſetur, ſi Teſtator alienationem prohibuerit, ut Bona in familiâ conſervarentur.

23 Fideicommiſſi perpetui non conjecturam, ſed certiſſimam probationem facit alienationis prohibitio, ut Bona in familiâ remaneant.

24 Dictiones perpetuitatem denotantes, pro inducando perpetuo fideicommiſſo plurimùm valent.

25 Prout verba remaneant, & conſerventur.

26 Succeſſionem ab inteſtato impedit quæcumque alienationis ſpecies, quæ exprimi, aut cogitari poſſet à Teſtatore prohibita.

27 Fideicommiſſo perpetuo obnoxia ſunt Bona, in quibus ex Teſtatoris voluntate ſucceſſio ab inteſtato locum non habet.

28 Fideicommiſſum non extendit ad caſus non expreſſos ratio conſervandi Bona in familiâ, dependens à conditione obitus ſinè filiis.

30 Subſtitutio tacita deſumpta ex ratione conſervandi Bona in familiâ, non deficit, deficiente conditione obitus ſinè filiis, ſub quâ expreſſa ſubſtitutio facta eſt.

31 Ratio conſervandi Bona in familiâ non eſt famulativa ad caſum & conditionem, ſub quâ expreſſa ſubſtitutio facta eſt.

32 Fideicommiſſum ultra caſus expreſſos non protrabit ratio conſervandi Bona in familiâ, quando ea eſt acceſſoria fideicommiſſo priùs ordinato.

33 Protrabit verò, ſi principaliter, & independenter expreſſa fuerit.

34 Ratio conſervandi Bona in familiâ, expreſſa per dictionem = quia = oſtendit, hanc fuiſſe cauſam finalem ordinandi fideicommiſſi.

35 A cauſsâ finali tota pendet diſpoſitio.

36 Ratio conſervandi Bona in familiâ, ſi eſt cauſa finalis ordinandi fideicommiſſi, principalis, & diſpoſitiva dicenda eſt.

37 Præſertim, quando ea amplis verbis concepta ſit.

39 Fideicommiſſum ut extendatur ultra caſum obitus primorum heredum ſinè filiis, ſufficit ratio perpetua conſervationis Bonorum in familiâ, etiamſi illa ſit acceſſoria.

40 Fideicommiſſum novum inducit ratio conſervandi Bona in familiâ, ſi non ſit acceſſoria priori diſpoſitioni.

42 Dictio tunc, & eo caſu, niſi conjuncta ſit cum aliis dictionibus taxativis, demonſtrativa dicitur.

43 Fideicommiſſi perpetui ordinandi voluntas colligitur ex reciprocâ ſubſtitutione inter primos heredes, ex pluribus ſubſtitutionum gradibus, & ex qualitate maſculinitatis, in vocatis requiſita, & nu. 47., & 54.

44 Dictio tunc, & eo caſu ſubſtantiam voluntatis Defuncti immutare non valet.

45 Voluntas Defuncti ex toto diſpoſitionis contextu eruenda eſt.

46 Subſtitutionis extenſionem non impedit clauſula tunc, & eo caſu, quando Teſtator voluit, Bona conſervari in familiâ.

48 Agnationis contemplatio tacita ſufficit, ut ab Oldradi Conſil. 21. recedatur.

49 Expreſſa verò, etiam ſola, ſufficit.

50 Agnationis contemplatio tacita eruitur ex qualitate maſculinitatis, in ſubſtitutionum gradibus repetitâ.

51 Agnationis expreſſam contemplationem præſefert Agnatorum vocatio.

52 Agnatorum vocatio ſubſequens, argumento eſt, ſolos Maſculos agnatos priùs vocatos fuiſſe.

53 Agnationis expreſſam contemplationem exhibet ratio conſervandi Bona in familiâ, & agnatione.

55 Fideicommiſſum tanto ſtudio in pluribus perſonis, & gradibus ordinatum, unâ cum heredibus decedentibus cum filiis, extingui, Teſtatorem voluiſſe, credendum non eſt, & num. 58.

56 Perpetui fideicommiſſi conjectura deſumpta ex pluribus gradibus ſubſtitutionum, ſuam vim habet, etiamſi illi pendeant ab obitu heredum ſinè filiis.

57 Conjecturis, ut ab Oldradi Conſ. 21. recedatur, in claris opus non eſt.

59 Perpetui fideicommiſſi conjecturæ non ſeorſim, ſed conjunctim accipiendæ ſunt.

60 Filiorum in conditione poſitorum nomine veniunt etiam Liberi ulterioris gradus, quando appareat, Teſtatorem cogitaſſe de fideicommiſſo perpetuo.

61 Fideicommiſſum parificatur favore perſonæ vocatæ, quoties apparet de duratione fideicommiſſi, & ejus caſus advenit.

62 Fideicommiſſi retentio heredi competit, quatiens aliquid ex fideicommiſſo detrahendum eſt.

63 Fideicommiſſario immiſſionem petenti incumbit onus probandi, nihil ex fideicommiſſo detrahendum eſſe.

64 Ex fideicommiſſo faciendæ ſunt detractiones, antequam illud reſtituatur, & nu. 71.

65 Nec ſufficit reſervari jus detractionum.

66 Dotis detractio impedit Fideicommiſſario immiſſionem.

67 Etiamſi offeratur cautia pro dotis præſervatione.

68 Jus detractionum ad heredes primorum heredum tranſmittitur.

69 Inventarii omiſſio jus detractionum heredi non adimit.

70 Niſi concurrunt ingentes alienationes ab herede factæ.

72 Dotis à filio, tùm paterno, quàm proprio nomine exacta detractio impedit Fideicommiſſario immiſſionem, ſi Pater fideicommittens, pro eâ Bona ſua obligarit.

73 De-

73 *Dotem à filio tàm proprio, quàm Patris nomine exactam, cenſetur Pater ſpontè penes eum dimittere voluiſſe.*

74 *Dotem Socero datam Mulier ab eo repetere poteſt.*

75 *Etiamſi patrimonium Soceri fideicommiſſo ſuppoſitum fuerit.*

76 *Præſertim, ſi Fideicommittens pro dote Bona ſua obligaverit.*

77 *Contra fideicommiſſum, pro dote principaliter obligatum, agi poteſt, etiam non probato aliorum Bonorum defectu.*

78 *Fideicommiſſi retentio pro dote ut competat, vel inventarium, vel alia æquipollens probatio ſtatus hereditarii Fideicommittentis requiritur*, & num. 82., & 87.

79 *Inventarii omiſſio non inducit pœnam privationis detractionum, heredi gravato competentiam.*

80 *Inventarii omiſſio inducit præſumptionem occultationis Bonorum.*

81 *Sed hæc præſumptio ceſſat, quoties habeatur certitudo ſtatus hereditarii.*

83 *Inventarii vicem ſupplet æquipollens probatio ſtatus hereditarii.*

84 *Inventario omiſſo, nec datâ probatione ſtatus hereditarii, ſemper urget præſumptio occultationis Bonorum*, & num. 98.

85 *Inventario omiſſo, nec datâ probatione ſtatus hereditarii, detractiones turbidæ ſunt, & illiquidæ*, & num. 88., & 113.

86 *Detractiones turbidæ nec retentioni titulum, nec immiſſioni obſtaculum præbent*, & num. 114.

89 *Detractiones ut ſalvæ ſint, non requiritur formale inventarium, quando agitur cum Fideicommiſſario univerſali, non cum Creditoribus, aut Legatariis.*

90 *Actiones ne confundantur, aliquo modo conſtare debet de ſtatu hereditario.*

91 *Actionum confuſio detractiones impedit.*

92 *Maximè, ſi creditum illiquidum dici poſſit ex fructibus perceptis.*

93 *Pro detractionibus quantitativis, datâ probatione ſtatus hereditarii, ſolet Sacra Rota corpus aliquod hereditarium reſervare, & in reliquis immiſſionem Fideicommiſſario decernere.*

94 *Detractiones legales, & quotitativas non adimit inventarii omiſſio, niſi concurrant ingentes alienationes.*

95 *Intellige, datâ probatione ſtatus hereditarii Fideicommittentis*, & num. 112.

96 *Actionum confuſionem inducit defectus inventarii, & alterius probationis ſtatus hereditarii.*

97 *Actionum confuſio non ſolùm quantitativas, & accidentales, ſed etiam legales, & quotitativas detractiones prohibet.*

99 *Præſumptio occultationis Bonorum ex omiſſione inventarii magis urget in familiis nobilibus, atque divitibus.*

100 *Mobilia, quando agitur de familiis nobilibus, & divitibus, adfuiſſe præſumuntur tempore obitus Fideicommittentis.*

101 *Etiam argentea, & alia ſolidioris materiæ, quæ non ità facilè corrumpuntur.*

102 *Ex non reddita mobilium ratione reſultat præſumpta conſumptio.*

103 *Mobilium non reddita ratio obſtat detractioni Legitimæ, & trebellianicæ.*

104 *Etiamſi illorum exiſtentia probetur in genere.*

105 *Mobilium occultatio, ad reddendas turbidas detractiones, levioribus argumentis probatur.*

106 *Mobilia pro conſumptione detractionum computari, aliqui negant.*

107 *Mobilia lapſu temporis conſumpta præſumuntur.*

108 *Mobilia, quæ non ſunt ſolidioris materiæ, decennio conſumi præſumuntur.*

109 *Alia verò ſolidioris materiæ ſpatio quindecim annorum, & etiam minori.*

110 *Mobilia eo temporis ſpatio conſumpta præſumuntur, quo veriſimiliter conſumi potuerunt.*

111 *Mobilibus poteſt uti heres gravatus, & detractiones ex aliis Bonis facere.*

115 *Detractiones, etiam confecto inventario, donec ratio reddita fuerit, turbidæ dicuntur.*

116 *Fideicommiſſarium ante redditas rationes gravatus, & ab eo cauſſam habentes, repellere nequeunt.*

JOANNES Maria Calorus tres habens filios maſculos, ex quibus Chriſtophorus militarem habitum jam ſuſceperat in Ordine Sancti Joannis Hieroſolymitani, die 20. Novembris 1564. ſupremum condidit teſtamentum, in quo, particulari inſtitutione honorato D. Chriſtophoro, Bonorum omnium ſuorum univerſales ſcripſit heredes Antonium, & Ludovicum ſuos *filios æquis portionibus* (ſunt verba teſtamenti) *&, altero ipſorum quandocumque ſinè Liberis maſculis, & legitimis decedente, ſubſtituit alterum, ſeù alterius Liberos maſculos, & legitimos ſuperſtites, ambobus autem ſinè Liberis, ut ſupra, decedentibus, ſubſtituit prædictum Rev. D. Fr. Chriſtophorum Equitem, ipſius D. Teſtatoris pariter filium, ſi tunc vivet, & in uſufructu ſolo, & in reditibus d. hereditatis per totum tempus vitæ ſuæ, ſalvâ ſemper Agnatis proximioribus, de quibus infrà, dd. Bonorum proprietate &c., & poſt d. Rev. Equitis mortem, vel ſi tempore mortis aliorum duorum fratrum, vel ejus, qui poſterior morietur, non ſupervivet, tunc & eo caſu eiſdem, vel eidem ſic, ut ſupra, decedentibus ſubſtituit omnes DD. filios maſculos nunc quondam Mag. Domini Percivalli Calorii, ipſius D. Teſtatoris fratris, ſeù eorum, & cujuslibet ipſorum filios maſculos, & legitimos, in ſtirpes, & non in capita, quos etiam ſibi invicem in dd. Bonis ſubſtituit, ut ſupra, & poſt eos ſucceſſivè cæteros de familia proximiores Agnatos maſculos, ut ſupra,*

Digitized by Google

pro, eiſdemque, ut ſupra, inſtitutis, & ſubſtitutis, & unicuique ipſorum d. D. Teſtator expreſſe probibuit omnem, & quamcumque dd. Bonorum, ſeu alicujus eorum partis alienationem, tam per contractum, vel diſtractum, quàm per ultimam voluntatem, vel quodcumque delictum, aut confiſcationem, vel per aliam quamlibet alienationis ſpeciem, quæ dici, exprimi, aut cogitari poſſet, quin ipſas omnes in præſenti probibitione pro dictis, expreſſis, comprebenſis, & cogitatis baberi voluit, & vult, & boc in infinitum, & abſque aliquâ graduum reſtrictione, vel limitatione, quia ipſius Mag. D. Teſtatoris fuit, & eſt expreſſa mens, & voluntas, ac intentio, quod dd. Bona omnia nullo umquam tempore egrediantur ejus domum, & familiam, ſed quod perpetuò, & in infinitum in agnatione, & familia maſculina remaneant, & conſerventur =.

Poſt mortem Joannis Mariæ Teſtatoris tota ſucceſſio per obitum Ludovici ſinè filiis conſolidata fuit in Antonio, à quo delata in Joannem Mariam ipſius filium, ab iſto verò devoluta ad tres ejus filios, Antonium ſcilicet, Virginium, & Marium, ab his tandem devenit in Julium Cæſarem filium Antonii, quo nuper ab inteſtato ſinè Liberis defuncto, cum ejus hereditas delata fuerit ad DD. Marchiones de Griſella, ex Camilla ſorore prædefuncta nepotes d. Julii Cæſaris, DD. Comites Fulvius Percivallus, ceterique fratres de Caloris, tamquam agnati, & vocati ad fideicommiſſum, ordinatum à Joanne Maria ſen.io ſupra relatis teſtamentariis tabulis, immiſſionem petierunt ad plura Bona obnoxia d. fideicommiſſo, quam evitare cupientes præfati DD. Marchiones de Griſella, ſuſtinent, fideicommiſſum expiraſſe per obitum Antonii filii Teſtatoris cum filiis maſculis, aut ſaltem ipſis deberi retentionem pro detractionibus, primis gravatis competentibus; quamobrum tria mihi examinanda proponuntur.

Primò videlicet, an fideicommiſſum ordinatum à Joanne Maria ſeniore expiraverit per mortem Antonii ipſius filii cum prole maſculina, vel potiùs, datâ illius duratione, purificatum fuerit favore DD. Comitum Fulvii, aliorumque fratrum de Caloris Actorum.

Secundò, an, datâ purificatione fideicommiſſi favore Actorum, competat DD. Marchionibus de Griſella retentio pro dote quondam Virginiæ de Foſſatis, uxoris Antonii ſen., filii fideicommittentis.

Et tertiò demum, an retentio competat pro Legitima, & trebellianica, debitâ primis gravatis.

Super quibus rogatus ego, ut ſententiam meam pro veritate dicere velim, rem ordiar à primo Dubio, in quo DD. de Caloris Actoribus, jure fideicommiſſi vindicare contendentibus Bona, de quibus agitur, primo rei obtutu obſtare videtur ejuſdem fideicommiſſi expiratio, nam, cum ſubſtitutio filiorum maſculorum Domini Percivalli, fratris Teſtatoris, & reliquorum Agnatorum de familia ordinata fuerit in caſu, quo tàm Antonius, quàm Ludovicus, ipſius Teſtatoris filii, ſinè Liberis decederent, ut patet ex ſupra relatis teſtamenti verbis, eo ipſo, quod alter ex eis, nimirùm Antonius poſt ſe reliquit Joannem Mariam, per hujus ſuperexiſtentiam evanuiſſe dicitur quælibet ſubſequens ſub- 1
ſtitutio, ex qua DD. Comites de Caloris Actores, deſcendentes à Percivallo fratre Teſtatoris, propriam vocationem deſumunt, ad celebre *conſilium Oldradi* 21., quod communi Doctorum omnium, & Tribunalium conſenſu pro regula receptum eſt, & de quo latè agunt *Menoch. conſ.68. num.46., & ſeqq., Giovagnon. conſ. 39. num.3., & per tot., & conſ.97. num.1., & per tot., Ramon. conſ.100. num.122., & ſeqq., Peregrin. de Fideicomm. art. 29. num. 29., Urceol. conſult.81. num.2., & ſeqq., Caren. reſolut. 29. num. 1., Gamm. deciſ. 93. num. 3., Capyc. latr. deciſ. 127. num. 2., Rot. coram Celſ. deciſ. 335. num.12., cor. Cerr. deciſ.442. num.1., coram Ottbobon. deciſ. 28. num.12., in rec. deciſ. 459. num. 4. part. 13., deciſ. 444. num. 3., & ſeqq. part.19., & ad ornat.clar.mem. Card. de Luc. de Fideicomm. lib. 10. deciſ. 59. per tot., & alibi frequentiſſimè.*

A qua quidem regula etſi communiter recedatur, quoties ex conjecturis legitimè conſtet 2
de voluntate Teſtatoris extendendi, & prorogandi fideicommiſſum etiam ad caſum, quo primi heredes ſinè filiis decederent; attamen, cum, in dubio, regulæ inhærendum ſit, tametſi 3
ageretur de fideicommiſſo ordinato ab Aſcendente, ut in ſpecie *Surd. conſ.180.num.9., Venturin. conſ.2. num.60., & 71., & ſeqq., Rot. coram Mantic. deciſ.251. num. 4., & 5., & coram Bicb. deciſ.342. num.14.*; propterea, ut ab ea recedere liceat, oporteat, conjecturas eſſe univo- 4
cas; & omninò concludentes, illaſque deſumi ex ipſius teſtamenti tenore, quemadmodum pro norma judicandi in hiſce Cauſis admonent *Altograd. conſ. 60. num. 118. lib. 1., Caren. reſol. 29. num. 5., Rodulpbin. alleg. 161. num. 2., clar.mem. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 82. num.8., Rota coram Merlin. deciſ. 269. num. 3., in rec. deciſ. 18. part. 8., & alii in Lauretana Fideicommiſſi 6. Martii 1702. §. Sepoſitu*, ibi = *Procedendo enim cum regula, quod ad hunc effectum requiruntur conjecturæ admodum efficaces ac neceſſariò concludentes* = *cor. R. P. D. Lancetta, & in Eugubina Fideicommiſſi 9. Martii 1708. §. Etenim, & ſeqq. coram eodem.*

Non enim agitur de interpretando aliquo verbo dubio diſpoſitionis, ſed de recedendo à certa, & expreſſa conditione: *ſi ſinè filiis*, de qua cum certi reddamur ex litera expreſſa teſtamenti, ad ſuadendum propterea, quod Teſtator, eâ non attentâ, heredem gravare voluerit, conjecturæ debent eſſe urgentiſſimæ, *clar.mem. Card. de Luc. de Fideicomm. d. diſc.82. nu.6., & ſeqq, Rota in Tyburtina Fideicommiſſi 2. Martii 1705. §. Abſque eo quod*, ibi = *Cum inter illas, niſi prorſus neceſſariæ, ſaltem neceſſitati affines exi-* 5
gantur = *& §. ſeq.*, ibi. = *Et ob id recedendum non erat à regula ejuſdem Conſilii Oldradi, ad cujus deſtructionem ſupradictæ, vel paulò minùs*

for-

fortiores, & vehementiſſimæ requiruntur conje-
cturæ, ac fermè demonſtrationes = coram Rmo
Anſaldo Decano, Certius vero hæc locum ſibi
6 vindicant, quando, ut in caſu conſilii Oldradi,
verſemur in fideicommiſſo tranſverſali, tunc
enim conjecturæ validiores, & magis conclu-
dentes requiruntur, Peregr. conſ. 33. num. 27.
lib.3., Card. Mantic. de conjectur. lib. 11. tit. 2.
num. 2., & tit.3. in fin., Urceol. conſult. foreaſ.
81. num.8., Rot. coram Buratto deciſ.385. n.2.,
coram Dunozzet jun. deciſ.777. num.6.

Quales non videntur illæ, quæ in contrarium
7 afferri poſſunt, eum omnes pendeant ab illâ con-
ditione: ſi ſinè filiis, ob cujus propterea defectum
eas quoque corruiſſe, dicendum eſt; Præſertim,
quia ex contextu diſpoſitionis apparet, Teſtato-
rem reſtringere voluiſſe ſubſtitutiones prædictas,
Maſculorum nempè Percivalli, & Agnatorum
de familia, ad tempus præciſum obitus utriuſque
filii, hæredis inſtituti, ſinè Liberis, uſus enim fuit
8 dictionibus illis tunc, & eo caſu quæ ſuâpte na-
turâ impediunt extenſionem, & ampliationem
ad aliud tempus, & contrarium caſum, obitus ni-
mirum cum filiis, ad tradita in ſpecie per Cy-
riac. contr.522. num.44., & ſeq., Actolin reſo-
lut.61. num.3., Caren. reſol.29. n.1., Peregrin.
de fideic. art 29. n.36., Fuſar. de ſubſtit. quæſt.
480. num.3., Rota coram Cavaler. deciſ.113.
num.1., cor. Cerro deciſ.713. num.4., cor. Priol.
deciſ.110. num.7., in rec. deciſ.459. n.4. part.13.,
& in d. Tyburtina Fideicommiſſi 8. Febr.1706.
§. Præcipuè coram Reverendiſſimo Anſaldo De-
9 cano, efficiuntque, ut illo eodem momento,
quo alter ex heredibus inſtitutis, cum filiis deceſ-
ſit, expiraverit ſubſtitutio, facta ſub d. conditio-
ne: ſi ſinè filiis, benè ad rem Altograd. conſ.60.
n.26., & ſeq. lib.1., Tondut. quæſt. civil. part.2.
cap:125. num.2., & ſeqq., Card. Mantic. de con-
ject. lib.11. tit.6. num.6., Rot. poſt Card. Albit. de
inconſt. in jud. deciſ.36. num.5.

Verùmtamen, licèt hæ rationes in abſtracto
veræ ſint, & prò regulâ ſervandæ, nihilominùs
in concreto caſus, de quo agitur, libentiùs in
contrariam feror ſententiam, cenſeoque, fidei-
commiſſum durare, & purificatum eſſe favore
DD. Comitum de Caloris Actorum; motus ex
10 eo, quod, licèt regula ſit, fideicommiſſum reli-
ctum ſub conditione: ſi ſinè filiis, deficere, quum fi-
lii ſuperſunt, etiam ſi poſteà illi, aut eorum De-
ſcendentes ſinè filiis decedant, ad Text. in leg. ex
facto §. Si quis autèm ff. ad leg. falcid. cum con-
11 cordan. apud Oldrad. in vulgat. conſ.21., ea ta-
men fallit ex conjecturatâ mente Defuncti, à
12 quâ ſolâ, & non à materiali verborum ſenſu cum
fideicommiſſa pendere dicantur, eaque atten-
13 denda ſit, quibuſcumque verbis fuerit explicata,
&, tametſi nihil de fideicommiſſo dictum fuerit,
leg. voluntatis Cod. de fideic., leg. ubi 19. §. Te-
rogo ff. ad Trebell., leg. unum ex familia 69. §. Pe-
nult. ff. de legat.2., Hugo Donell. in comment. jur.
civil. lib.7. cap.17. num.50., & per tot., Rota in
Romana Fideicommiſſi de Vareſiis 18. Junii 1708.
§. Talis enim, & duob. ſeqq. coram Reverendiſſi-
mo Molines; hinc propterea eſt, quod, quotieſ-
cumque aut ex verbis teſtamenti, aut ex con-
jecturis, ex illo elicitis, conſtat de Teſtatoris vo-
luntate inducendi fideicommiſſum etiam in ca-
ſu obitus cum filiis, tunc, non attentâ præfatâ
conditione, paſſim receditur à d. conſ.21. Oldrad.,
in cujus caſu nullæ reverâ concurrebant conje- 14
cturæ, ut advertit Spad. conſ.342. num.14., &
ſeqq. lib.2., & concorditer tradunt Cyriac. contr.
96. n.79., Rocca diſput. jur. ſelect. cap.16. n.9.,
R. P. D. Faſſinell. reſp.46. num.2., clar. mem.
Card. de Luc. de fideicom. diſc.82. n.7., diſc.83.
num.2., diſc.84. num.3., & ſeqq., & diſc.86. n.4.,
& 7., qui more ſuo admonet, quæſtiones eſſe 15
potiùs facti quàm juris, ideoque ſpectandam
unicè eſſe Diſponentis voluntatem, quam urgen-
tes conjecturæ facillimè demonſtrant, & firma-
vit Rot. cor. Sau. mem. Alexand. VIII. dec.113.
num.3. 9., & 20., coram bo. mem. Emerix Jun.
deciſ.203. num.5., in rec. dec.185. num.5., & dec.
385. num.19., & 20. part.9., in Romana Locorum
Montium 4. Junii 1714. §. Quoniam coram Reve-
rendiſſimo Anſaldo Decano, & in Urbanien. Fi-
deicommiſſi 13. Februarii 1716. §. Fratres atique
coram R.P.D. Criſpo, & in terminis Fideicom-
miſſi Tranſverſalis in Firmana Immiſſionis 27. Ju-
nii 1708. §. Animadverſam, & 26. Aprilis 1709.
§. Omiſſo coram Reverendiſſimo Molines.

Hæc autem voluntas inducendi fideicommiſ-
ſum perpetuum, etiam iu caſu obitus filiorum
cum filiis, perſpicua redditur in caſu noſtro tùm
ex verbis, tùm ex conjecturis, Ex verbis ſanè,
quia Teſtatoris vota in hac diſpoſitione directa 16
fuiſſe videntur ad perpetuam conſervationem
Bonorum in familia, ad quem effectum prohi-
buit omnibus vocatis quamcumque alienatio-
nem tàm per contractum, quàm per diſtractum,
& ultimam voluntatem, & quamlibet aliam ex-
cogitabilem alienationis ſpeciem, quam pro ex-
preſſa haberi voluit, additis etiam dictionibus in
infinitum, & abſque aliqua graduum reſtrictio-
ne, vel limitatione, ob eam præcipuam, at-
que finalem rationem, quia ipſius Teſtatoris fuit,
& eſt expreſſa menſ. quod dd. Bona omnia nullo
umquam tempore egrediantur ejus domum, & fa-
miliam, ſed quod perpetuò, & in infinitum in
agnatione, & familia remaneant, & conſervea-
tur =; Ex hac verò indefinitâ, & generali ra-
tione induci fideicommiſſum reſtitutorium inter
omnes de familia, & agnatione, latè probant
Bald. in leg. quoties num.8. Cod. de fideicom., Al-
tograd. conſ.92. num.14., & ſeqq. lib.1., Peregrin.
de fideicomm. art.14. num.14., & ſeq. Card.
Mantic. de conject. lib.6. tit.15. num.12., Surd.
deciſ.84. num.1., Rota coram Rembald. deciſ.84.
num.1., in rec. deciſ.514. num.4. part.4. tom.3.,
deciſ.185. num.6. part.7., & in Imolen. Fidei-
commiſſi 10. Maii 1717. §. Ratio coram R. P. D.
Corio.

Certiùs, quia liquet ex ſupradictis, Teſtatorem
ordinare voluiſſe fideicommiſſum reale, tamet-
ſi prohibitio alienationis facta appareat ipſiſmet 17
perſonis vocatis, eùm ad iſtum effectum non
attendatur ſimplex prohibitio, ſed cauſa, & ra-
tio ipſius prohibitionis, ut docet Odd. de prohib.
alienat.

Digitized by Google

alienat. quæſt.17. num.71., & quæſt.18. num.87.,
18 quæ ſane in caſu, de quo agitur, cum ea fuerit, ut ſcilicet Bona ſemper, & in perpetuum conſervarentur in familia, & agnatione, prohibitio idcircò realis dicenda, & fideicommiſſum reale dijudicandum eſt, ex deductis per *Cenſal. ad Peregrin. art.30. §.Octavò obſerva, & verſ. tertiò realis, Manſ. conſult.622. num.14. tom.7., Rocca diſput.jur. ſelect. cap.10. num.12., Rot. poſt Bonden. collect. legal. tom.1. deciſ.65. num.7., in rec. deciſ.67. num.19. part.13., dec.166. num.3., & 4. part.17., deciſ.276. n.39. part.18., & in d. Imolen. Fideicommiſſi 10. Maii 1717. §. In nibilum coram R. P. D. Corio.*

Inde autem ſequitur, quod gravamen quoque
19 reale, & perpetuum cenſeri debet, adeòut Bona ipſa ſemper obnoxia ſint fideicommiſſo, & reſtitutioni perpetuæ, apud quemcumque illa reperiantur, & abſque ullà temporis, caſuum, vel perſonarum diſtinctione, donec ad ultimum ſubſtitutum perveniant, ut in terminis prò receſſu à conſilio *Oldradi* monuerunt *Surd. conſ. 67. n.18., & 20., R. P. D. Fattinell. reſponſ.46. num.4., Rot. coram Celſo deciſ.357. num.3., coram Cerro deciſ.803. num.6., & 7., coram Merlin. deciſ.83. num.16., & 17., & deciſ.326. n.1., & ſeqq., in rec. deciſ.684. num.11., & 12. part.18., in Firmana Immiſſionis 27. Junii 1708. §. Animadverſum, & 26. Aprilis 1709. §. Attento coram Reverendiſſimo Molines, & in Urbanien. Fidecommiſſi 13. Februarii 1716. §. Conjecturæ ſiquidem coram R. P. D. Criſpo.*

Cujus quidem rei ea eſt prævalida, & urgentiſſima ratio, quia nimirum, dum Teſtator ordinando fideicommiſſum reale, principaliter reſpexit ad Bona, & exoptavit perpetuam illorum conſervationem in familia, quod eſt conſequens,
20 cogitare etiam debuit de neceſſario antecedenti, ſcilicet de ſucceſſivo, perpetuo, & reciproco fideicommiſſo inter omnes inſtitutos, & ſubſti-
21 tutos de eadem familia, ſinè quo impoſſibilis eſt effectus d. perpetuæ conſervationis Bonorum in familia, ideòque, ne tàm enixa Teſtatoris voluntas inutilis, & fruſtratoria remaneat, dicendum eſt, ordinare voluiſſe perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum inter omnes de fami-
22 lia, & conſequenter conditionem: *ſi ſinè filiis* minimè defeciſſe in filiis primorum gravatorum, ſed repetitam cenſeri in filiis filiorum, & ulterioribus Deſcendentibus, alioquin nemo non videt, quod fruſtra Teſtator ſollicitus fuiſſet de hujuſmodi perpetua Bonorum conſervatione in familia, ſi ea in caſu adeò obuio, & ab ipſo Teſtatore veriſimiliter ſperato, & votis omnibus exoptato, obitus ſcilicet primorum beredum cum filiis, libera apud illos effici debuiſſent, ut pariter ad excluſionem conſilii *Oldradi*, conſiderant *Spad. conſ.342. num.13., & per tot. lib.2. Surd. conſ.67. num.11., & ſeqq., & num.20., Mareſcot. variar. reſol. lib.2. cap.45. num.11., & 12., Fachin. contr. jur. lib.13. cap.25.*, ubi, quod hoc fundamentum eſt clariſſimum, & indubitatum, & cui ſinè cavillo reſponderi non poteſt, *Mantic. de conject. lib.11. tit.6. num.6., Menoch. lib.4. præſum.79. num.9., & 10., clar. mem. Card. de Luc. de fideicomm. diſc.85. num.5., & 6., R. P. D. Fattinel. reſp.46. ſub num.3.*,
ubi, quod hæc ſola conjectura ſufficit, quia verè 23
non eſt conjectura, ſed certiſſima probatio, ut inquit *Zuccar. deciſ. Lucen.86. num.91., & ſeq.*, & hæc fuit perpetua Sacræ Rotæ ſententia, ut *coram Burat. deciſ.797. num.4., coram Rembold. deciſ.143. num.6., coram Merlino deciſ.83. num.4. & ſeqq., coram Carillo dec.2. n.1., in rec. dec.185. num.4., & 6. part.7., deciſ.142. num.52., & 54. part.10., deciſ.444. num.2., & 5. part.19. tom.2., & in Firmana Immiſſionis 27. Jun. 1708. §. Eòque præceteris coram Reverendiſſimo Molines*, & quod ex hujuſmodi generali, & indefinita prohibitione alienandi, ampliſſimâ ratione veſtita, reſultet ſufficiens argumentum prò receſſu à conſilio *Oldradi*, pluries, plurieſque dixit eadem Rota, & præſertim *deciſ.113. num.16., & deciſ.183. num.3. cor. San. mem. Alexand. VIII., dec.203. num.12. coram bon. mem. Emerix Jun, in rec. deciſ.185. num.6., & 7. part.7., deciſ.163. n.10. part.10., in Romana Fideicommiſſi de Alveris 12. Januarii 1712. §. Quod etiam coram R. P. D. Criſpo, in Romana Locorum Montium 4. Junii 1714. §. Non minoris coram Reverendiſſimo Anſaldo Decano, & 21. Junii 1716. §. Minoris coram R. P. D. Lancetta, & in Imolen. Fideicommiſſi 10. Maii 1717. §. Hinc de se cor. R. P. D. Corio.*

Fortiùs verò hæc urgent in caſu noſtro, animadvertendo, quod Teſtator nedum alienationem expreſsè prohibuit, dictamque prohibitionem veſtivit ampliſſimâ illâ ratione, conceptà etiam per verba univerſaliter negativa, quodcumque tempus complectentia, & munità dictionibus perpetuitatem denotantibus, ibi = *nullo umquam tempore egrediantur ejus domum, & familiam, ſed quod perpetuò, & in infinitum in agnatione, & familia maſculina remaneant, &*
conſerventur = quas quidem clauſulas, dictiones, 24
& verba perpetuitatem importantia, ad effectum inducendi perpetuam, & ſucceſſivam reſtitutionem inter omnes perſonas contemplatas, optimè conſiderant *Menoch. conſ.348. n.16.*, ubi de dictione = *in infinitum* =, & de dictione = *in perpetuum* = *Peregrin. de fideicom. art.19. num.7., Panimoll. deciſ.43. annot.3. num.108., Rota deciſ.98. n.3. part.8. rec., in Faventina Fideicommiſſi, ſeù Primogenituræ 14. Decembris 1705. §. Deſcendit co-*
ram Eminentiſſimo D. Card. Scotto, & de verbis 25
= *remaneant, & conſerventur* = *Surd. conſ.67. n.15. Actolin. reſol.3. num.11., & 29. in fin., R. P. D. Fattinell. reſp.46. num.5., Adden. ad deciſ.632. num.65.*, & *plurib. ſeqq. part.4. tom.3.*, & promiſcuè etiam de aliis in *d. Firmana Immiſſionis 27. Junii 1708. §. Urgentiùs autèm coram Eminentiſſimo Molines*; Verùm præterea d. prohibitionèm expreſsè retulit ad omnes, & ſingulos inſtitutos, & ſubſtitutos in infinitum abſque ullà prorſus graduum reſtitutione, vel limitatione, inter quos cùm procul dubio eſſent etiam filii heredum inſtitutorum, utpotè ſubſtituti alteri eorum decedenti ſinè filiis, dicendum ideir-

cò eſt, quod nec Antonius heres inſtitutus, nec
Joannes Maria ejus filius ſubſtitutus ullo pacto
de dictis Bonis diſponere poterant; cumque nec
26 etiam ab inteſtato illa deferri valerent propter
impedimentum d. prohibitionis, quæ latiſſima
eſt, & comprehendit alienationem tàm per con-
tractum, quam per ultimam voluntatem, &
aliam quamcumque alienationis ſpeciem, quæ
dici, exprimi, aut cogitari poſſet; eas enim
omnes Teſtator prò dictis, expreſſis, compre-
henſis, & cogitatis haberi voluit, & ſic etiam
ſucceſſio ab inteſtato prohibita videatur, ad tra-
dita per *Peregr. de fideicom. art.14. num.40., & ſeqq., Petr. eodem tract. quæſt.8. num.304., & 307.*,
alioſque penè innumeros, congeſtos à *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.711. num.12., & ſeq., & num.19., & ſeqq., & num.28., & 33., Surd. deciſ.224. num.2., & 17., Rot. deciſ.326. num.4., & ſeqq. part.1. diverſ.*, indè eſt, quod filii Jo: Mariæ
alio modo ſuccedere nequibant in dd. Bonis, præ-
terquam vigore fideicommiſſi, idemque cenſeri
debet etiam de Julio Cæſare, nuper ab inteſtato
defuncto, cum hujuſmodi prohibitio facta fue-
rit *in infinitum, & abſque aliquà graduum diſtin-
ctione, vel limitatione, ut Bona nullo umquam
tempore egrediantur domum, & familiam, ſed
perpetuò in illa remaneant, & conſerventur*, in
27 quibus terminis, dum arcetur à ſucceſſione le-
gitimus heres, qui non ſit agnatus, favore illo-
rum de familia, & agnatione reſultat ſimplex,
& abſolutum fideicommiſſum, etiam in caſu
mortis, *Petr. de fideicomm. quæſt.5. num.10. 33., & 100., Fuſar. de ſubſtit. quæſt.711. num.21., Cavalcan. deciſ.16. n.23., & 32., Rot. dec.322. num.1. part.1. diverſ., deciſ.10. num.6. par.1. rec.*,
cum aliis *apud Bonden. collect. leg.23. num.9. tom.2., & in Imolen. Fideicommiſſi 10. Maii 1717. §. Cum itaque coram R.P.D. Corio*.

Fruſtra itaque objiceretur, ſupradictam ratio-
28 nem conſervandi Bona perpetuò in familiâ, tam-
quam famulativam, & acceſſoriam ad prohibi-
tionem alienationis, & pendentem à conditione
obitus primorum heredum ſinè filiis, extra dd.
caſus fideicommiſſum extendere non poſſe, at-
29 tentâ præſertim clauſulâ illâ *tunc, & eo caſu*, præ-
cisè limitante diſpoſitionem ad caſum, quo pri-
mi heredes ſinè Liberis decederent, qui non
evenit, *clar. mem. Card. de Luc. de fideicomm. diſc.87. num.3., Rota coram Gregor. deciſ.433. num.6., & coram Cerro deciſ.712. num.4.*; Ete-
nim, prætermiſſo, quod, purificatâ illâ conditio-
ne: *ſi ſinè filiis*, ſubſtituti ſuccedunt ex literali,
30 & expreſsà ſubſtitutione tali caſu ordinatâ, nec
indigent illâ tacitè elicitâ ex ratione perpetuæ
conſervationis Bonorum in familiâ, quam pro-
inde tacitam ſubſtitutionem operari neceſſe eſt,
d. conditione deficiente, ſupplendo nimirum
31 illius defectum ex præſumptâ voluntate Teſtato-
ris, & conſequenter non benè, & congruè di-
citur, hujuſmodi rationem eſſe famulativam ad
caſum, & conditionem expreſſam, ut, præcisè
refellendo objectionem hanc aſſertæ ſubordina-
tionis, & dependentiæ d. rationis, notant *Mar-
zar. conſ.4. num.25. 33. 42., & ſeqq., Fachin. contr. lib.13. cap.25., R.P.D. Fattinell. reſponſ.46. num.8., Rot. deciſ.44. num.5., & deciſ.47. per tot. part.1. rec.* Contrarius diſcurſus procederè
poſſet, ubi reverâ d. ratio eſſet acceſſoria, depen-
dens, & conſecutiva ad prohibitionem aliena-
tionis, & fideicommiſſum præcedenter ordina-
tum; In his enim terminis, in quibus loquun- 32
tur auctoritàtes omnes, firmantes, ex ratione con-
ſervandi Bona in agnatione non recedi à conſi-
lio *Oldradi*, ut obſervat *R. P. D. Fattinell. citat. reſponſ.46. num.7.*, d. ratio utpotè conſe-
cutiva, fideicommiſſum non extenderet ultra ca-
ſus, & gradus antecedenter expreſſos; At aliter 33
res sè habet, quando eadem, ut hic, expreſſa fuit
principaliter, & independenter, quia tunc im-
portat fideicommiſſum reale etiam ultra perſo-
nas præcedenter vocatas, juxtà receptam diſtin-
ctionem, quam communiter firmat *Mandell. conſ.100. num.2., Honded. conſ.78. num.33. lib.1., Caren. reſol.91. num.7., & ſeqq., Urceol. conſult.96. n.11., & 12., Altogr. Jun. contr.38. num.30., & ſeqq., Balduc. ad Ramon. conſ.61. num.79., & ſeqq., Mart. Vot.222. num.36., & ſeq., Rota coram Seraphin. deciſ.482. num.3., coram Celſ. deciſ.228. per tot., coram Ottbobon. deciſ.258. num.3., coram Merlin. deciſ.228. n.32., in rec. deciſ.632. num.9., & ſeq. part.4. tom.3., & ibi Adden. num.81. ad 96., deciſ.368. n.7. part.5., deciſ.238. per tot. part.11., deciſ.472. num.5., & 37. part.14., deciſ.372. num.5., & 11. part.15., deciſ.166. num.3., & ſeqq. part.17., deciſ.89. num.2., & plurib. ſeqq. part.19., in Camerinen. Fideicommiſſi 16. Apr. 1706. §. Deſiderium coram bon. mem. Omanna, in Ariminen. Fideicommiſſi de Hyppolitis 12. Apr. 1707. §. Multòque minùs coram R.P.D. Fuſcaro, & in d. Imolen. fideicommiſſi 10. Maii ejuſdem anni §. Abſque eo quod coram R.P.D. Corio*.

Porrò nos verſari in ſecunda diſtinctionis par-
te, facilè demonſtratur ex eo, quod ratio prædi- 34
cta adjecta fuiſſe videtur per modum cauſæ fina-
lis moventis Teſtatorem ad ordinandum fidei-
commiſſum favore illorum de familiâ, & agna-
tione, ut oſtendunt verba illa = *quia ipſius Teſtato-
ris fuit, & eſt expreſſa mens, voluntas, & in-
tentio, quod dd. Bona omnia nullo umquam tempo-
re egrediantur ejus domum, & familiam, ſed
quod perpetuò, & in infinitum in agnatione, &
familia conſerventur* = à qua quidem causà finali
cum tota diſpoſitio regulari debeat, ea idcircò 35
acceſſoria, & dependens cenſeri nequit, ſed
principalis independens, & diſpoſitiva dicenda 36
eſt, per ea, quæ in ſpecie tradit *Rota in Firmana Immiſſionis 27. Junii 1708. §. Ultrà quod coram Reverendiſſimo Molines, & in Urbanien. Fideicommiſſi 13. Februarii 1716. §. Votum hujuſmodi coram R.P.D. Criſpo*, præſertim, quando, ut 37
in hypotheſi, adeò ampla, & generalis eſt, ut
ſub ſe comprehendat alias etiam perſonas, & ca-
ſus, in præcedentibus ſubſtitutionibus minimè
expreſſos, tunc enim eò minùs reſtringi valet ad
unum tantùm ſubſtitutionis caſum, & gradum
contrà præſumptam, & veriſimilem Teſtatoris
voluntatem, qui dum hujuſmodi cauſam finalem
am-

Digitized by Google

ampliorem, & generaliorem dicto ſibi propo-
ſuit, illam non acceſſoriè, & famulativè ad ul-
lam conditionem, & caſum, ſed principaliter,
38 independenter, & diſpoſitivè expreſſiſſe cenſe-
tur, ad regulandam nempe, & informandam
totam diſpoſitionem, & ad inducendum perpe-
tuum, & abſolutum fideicommiſſum reale in
omnibus caſibus, & inter omnes perſonas, ſub
d. cauſa, & ratione comprehenſas, quamvis ſu-
perius non expreſſas, *Surd. conſ.67. num.20., & pluribus ſeqq., & num.37., & conſ.96. n.40., uſque ad fin., Faber. in Cod. lib.6. tit.22. definit.4. num.9., Mantic. de conject. lib.6. tit.14. num.27., Gratian. diſcept.828. num.15., clar. mem. Cardin. de Luca de fideicom. diſc.54. num.10., Peregrin. deciſ.111. num.2., & 3., Adden. ad deciſ.632. num.85., & ſeqq. part.4. tom.3., Rota coram Cerro, deciſ.65. num.9., & ſeqq., coram Bich., deciſ.129. num.6., & 7., deciſ.251. num.13., & deciſ.622. num.21. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſs. deciſ.201. num.11., in recent. deciſ. 284. num.19. part.6., deciſ.67. n.23., & ſeqq. part.13., deciſ.360. num.10. part.17., in d. Firmana Immiſſionis 27. Junii 1708. §. Ultra quòd coram Rmo Molines, & in Imolen. Fideicom. 10. Maii 1717. §. Abſque eo quod, & §. Cum itaque coram R. P. D. Corio.*

At, quando etiam d. ratio acceſſoria, & de-
pendens dici poſſèt; nihilominus ceſſaret in hy-
potheſi quælibet difficultas, quia non agitur de
inducendo illius vigore novum fideicommiſſum,
ſed quæſtio ſolùm eſt de interpretatione, aut de
claratione voluntatis Teſtatoris, an ſcilicet fidei-
commiſſum, ab ipſo ordinatum, locum habere
voluerit etiam non purificatâ præcedenti condi-
tione: *ſi ſinè filiis*; quo ſanè caſu ad hoc, ut gra-
vamen reſtituendi filiis maſculis Percivalli fra-
39 tris, ceteriſque Maſculis proximioribus de fami-
lia, & agnatione, quod primis heredibus, ſinè
filiis obeuntibus adjectum fuit, appoſitum quo-
que intelligatur eorum filiis, & Deſcendentibus,
procul dubio ſufficit ratio perpetuæ conſervatio-
nis Bonorum in agnatione, & familia, ſivè ea ſit
40 independens, & diſpoſitiva, adeòut novum fi-
deicommiſſum per sè inducere valeat, ſivè ſit
acceſſoria, & conſecutiva, & novum fideicom-
miſſum inducere nequeat, quomodocumque
enim accipiatur, ſemper apta eſt declarare præ-
cedens fideicommiſſum, videlicet quod non
cenſeatur reſtrictum ad caſum obitus heredum
inſtitutorum ſinè filiis, juxta conſ. 21. *Oldrodi*,
ſed extendatur etiam ad filios, & Deſcendentes
illorum, ex veriſimili Teſtatoris voluntate, qui,
ut innuunt ſupra relata verba, voluit perpetuam
conſervationem Bonorum in familiâ, & agna-
41 tione, quod ùtique effectum ſortiri non poſſet, ſi
onus fideicommiſſi non extenderetur ad filios, &
Deſcendentes primorum heredum, qui proxi-
mioribus de familia, & agnatione, ut ſunt mo-
derni actores, Bona reſtituerent, ut, optimè di-
ſtinguendo caſum a caſu, advertunt *Rocca diſp. jur. ſelect. cap.19. num.27. §. Sed ſolùm, Rudulphin. allegat.170. num.21., Actolin. reſolut.3. num.30. §. Reſpondetur, Rota coram Merlino deciſ.83. num.6., in rec. deciſ.135. num.1., & 2. part.8., dec.269. num.11. part.15., dec.278. num.12., & 13. part.18., in d. Firmana Immiſſionis. 27. Junii 1708. §. Eòque potiſſimè coram Reverendiſſimo Molines, & in d. Urbanien. Fideicommiſſi 13. Februarii 1716. §. Votum hujuſmodi coram R.P.D. Criſpo.*

Nec obeſſe poteſt clauſula illa *tunc, & eo ca-
ſu*, quâ diſpoſitio reſtricta dicebatur ad eum
præciſum caſum, quo heredes ſinè Liberis dece-
derent; ſi enim, quoties illa conjuncta non repe- 42
ritur cum dictionibus taxativis *tantùm*, *dumta-
xat*, *ſolummodo*, & ſimilibus, non dicitur taxa-
tiva, ſeu reſtrictiva, ſed potiùs demonſtrativa
temporis debitæ reſtitutionis, ex notatis per
Surd. conſ.236. num. 42., clar. mem. Cardin. de Luca de Fideicomm. diſc.53. num.7., Rot. deciſ. 226. num.6., & 7. part.16., & deciſ.278. num. 14., & ſeq. part.18. recent., potiori certè jure
demonſtrativa dicenda erit in caſu noſtro, in
quo non ſolùm deficiunt præfatæ dictiones taxa-
tivæ, verum prætereâ concurrit aperta Teſta-
toris voluntas ordinandi perpetuum, & abſolu-
tum fideicommiſſum, dum ultra reciprocam
ſubſtitutionem inter primos heredes inſtitutos, 43
ad alios plures ſubſtitutionum gradus proceſſit,
requiſivit in vocatis maſculinitatem, & voluit
perpetuam conſervationem Bonorum in fami-
lia, & agnatione, in quibus ſanè terminis cum
clauſula illa *tunc, & eo caſu* tantæ non ſit effi- 44
caciæ, ut immutare valeat ſubſtantiam volun-
tatis Defuncti, quæ non ex ſimplici verborum
cortice, ſed ex toto diſpoſitionis contextu 45
eruenda eſt, illa famulativè accipi debet in
ſenſu demonſtrativo, ut in puncto admonent
Peregrin. de Fideicommiſ. art.13. num.65., clar. mem. Cardin. de Luca eodem tract. diſc.87. num. 7., Adden. ad deciſ.632. num.105., & pluribus ſeqq. part. 4. recent. tom. 3., ubi, quod, quando
appareat, Teſtatorem voluiſſe, ut Bona conſer- 46
varentur in familia, tunc admittitur extenſio
de perſona ad perſonam, quamvis ſubſtitutio fa-
cta fuerit per illa verba *tunc, & eo caſu*, *Rot. coram Dunoz. Jun. deciſ. 142. num. 27., coram Coccin. deciſ.2121. num.89., & 90., in Faventina Fideicommiſſi, ſeù Primogenituræ 14. Decembris 1705. §. Tot. autem coram Eminentiſſimo D. Card. Scotto, & in dicta Firmana Immiſſionis 27. Junii 1708. §. Abſque eo quod cor. Rmo Molines.*

Hactenus verò expenſa prò receſſu à conſilio
Oldradi, & duratione, ac perpetuitate fidei-
commiſſi, quamvis firmiſſima ſint, nulloque
egeant conjecturarum adminiculo; nihilomi-
nus validiora redduntur aliis urgentiſſimis con-
jecturis, eamdem fideicommiſſi durationem,
& perpetuitatem apertiſſimè demonſtrantibus,
quarum prima reſultat ex qualitate maſculinita- 47
tis, & legitimitatis, ſub qua omnes tum Inſti-
tuti, tum ſubſtituti vocati fuerunt, juxta ani-
madverſa per *Actolin. reſolut.105. num.13., clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. diſc. 86. num.*

5., Rota in Imolen. Fideicommiſſi 10. Maii 1717.
§. Tertiò conſiderari coram R.P.D. Corio; Alte-
ra elicitur ex contemplatione agnationis non ſo-
48 lùm tacitâ, quæ ſufficit, ut ab *Oldradi* conſilio
recedatur, *Panimoll. deciſ. 43. annot. 3. num. 21.,*
Rota deciſ. 113. num. 18. coram ſan. mem. Ale-
xand. VIII., in Faventina Fideicommiſſi, ſeù
Primogeniture 14. Decembris 1705. §. Elicitur
coram Eminentiſſimo Scotto, & in dicta Imolen.
§. Quarta demùm, ſed etiam expreſſâ, quam
49 tanti roboris eſſe, ut ab ea ſola deſumi debeat
receſſus à prædicto conſilio *Oldradi*, dixit *Rota*
deciſ. 120. num. 8. poſt Conſtantin. ad Statut. Ur-
bis, in Romana Locorum Montium 4. Junii 1714.
§. Ex hac autem coram Reverendiſſimo D. Anſal-
do Decano, & conſonat *in ejus confirmatoria 22.*
Junii 1716. §. Succedit coram R. P. D. Lancet-
ta, quibus addi poſſunt *Pariſ. conſ. 1. num. 31.*
32., & 47. lib. 3., Mareſcot. variar. reſolut. lib.
1. cap. 45. ex num. 9., Cyriac. contr. 26. nu. 27.,
& ſeq., clar. mem. Card. de Luca de Fideicommiſ.
diſc. 82. num. 11., Rota coram Bichio deciſ. 622.
num. 17., & ſeqq., deciſ. 228. num. 7. coram Cel-
ſo, in recent. deciſ. 95. num. 18., & ſeqq. part.
11., & priùs *deciſ. 14. num. 54. part. 10., deciſ.*
81. num. 7. part. 16., deciſ. 276. nu. 42., & dec.
684. num. 9. part. 18., &, præter alios ſupra cita-
tos, præſertim in illa *Faventina, & Imolen., in*
Urbanien. Fideicommiſ. 13. Februarii 1716. §.
Additâ etiam coram R.P.D. Criſpo.

Tacita enim agnationis contemplatio eruitur
ex qualitate maſculinitatis ſemper repetitâ tàm
50 in partibus diſpoſitivis, quàm in conditionali-
bus, & prohibitivis totius teſtamenti, nullâ
umquam factâ mentione fœminarum, quæ qui-
dem ſemper volita qualitas in omnibus ſubſtitu-
tis, non ad alium effectum à Teſtatore requiſita
cenſetur, quàm ad hoc, ut per Maſculos ejus
agnatio conſervetur, *Rota coram Cerra deciſ. 630.*
num. 6., coram Arguell. deciſ. 28. num. 56., in rec.
deciſ. 402. num. 12., & ſeqq. part. 9., deciſ. 326.
num. 6., part. 14., & in aliis ſupra proximè cita-
tis; Expreſſam verò oſtendit tum ſubſtitutio
51 proximiorum Agnatorum de familia poſt Maſ-
culos ex lineâ Percivalli fratris ordinata, ex quo
52 rectè arguitur, quod etiam in præcedentibus
ſubſtitutionibus ſemper ad propriam agnatio-
nem Teſtator reſpexerit, *Fontanell. deciſ. 36. num.*
5., & in dicta Faventina Fideicommiſſi, ſeù
Primogeniture 14. Decembris 1705. §. Expreſſa
coram Eminentiſſimo D. Card. Scotto; Tum &
53 certiùs illa ampliſſima, & generalis ratio poſt
dictas omnes ſubſtitutiones adjecta, quod nimi-
rum Bona perpetuò remaneant, & conſerven-
tur in agnatione, & familiâ maſculinâ; Si enim
Teſtator voluit, Bona conſervari perpetuò, & in
infinitum in agnatione, & familiâ maſculinâ;
profectò contemplatio agnationis clarior eſſe
non poteſt, ad tradita in longè debilioribus ter-
minis per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 351. ſub nu. 37.,*
Rot. deciſ. 65. num. 12., & 13. coram Cerro, co-
ram bon. mem. Emerix Jun. deciſ. 1180. num. 3.,
in recent. deciſ. 232. num. 8., & deciſ. 683. num.
11. part. 19., in dicta Firmana Immiſſionis 27. Ju-
nii 1708. §. Adſtipulatur coram R̃mo Molines, in
dict. Imolen. Fideicommiſſi §. Quartò demum, &
ferè in omnibus aliis ſupra citatis.

Concurrit tandem, aliis omiſſis, digreſſus ad
plures gradus ſubſtitutionum, dum Teſtator, 54
inſtitutis duobus filiis, alteri ipſorum ſinè Libe-
ris maſculis, & legitimis decedenti ſubſtituit
alterum, ſeu alterius Liberos maſculos, ambo-
bus autem decedentibus ſinè Liberis, vocavit
Equitem Chriſtophorum alterium filium ipſius
Teſtatoris, & deindè omnes filios maſculos
Percivalli fratris, & filios Maſculos ipſorum,
eoſque invicem ſubſtituit, & poſt eos invitavit
ceteros de familia proximiores Agnatos maſcu-
los, undè vix, ac ne vix quidem credi poteſt,
quod voluerit, fideicommiſſum, tanto ſtudio in 55
tot perſonis, & gradibus ordinatum, expirare in
ipſis primis Inſtitutis decedentibus cum filiis,
Roſa conſult. 40. num. 6., & ſeqq. & num. 15.,
Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap. 16. num. 13., Mo-
lin. de Primog. Hiſp. lib. 1. cap. 6. num. 18., &
ſeqq., Peregrin. de Fideicomm. art. 30. num. 14.,
Rodulph. allegat. 51. nu. 20., & ſeqq. clar. mem.
Cardin. de Luca de Fideicomm. diſc. 82. num. 11.
§. Quarta, Rota coram Dunoz. Jun. deciſ. 487.
num. 16., coram Arguell. deciſ. 54. num. 19., co-
ram Ottbob. deciſ. 113. num. 9. & ſeqq., in recent.
deciſ. 385. num. 18., & ſeqq. part. 9., deciſ. 142.
num. 16., & 17. part. 10., deciſ. 39. num. 14., &
deciſ. 41. num. 5., & 6. inter impreſſ. ad ornat.
clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. in Man-
tiſſ., in Romana Locorum Montium 4. Junii 1714.
§. Concurrebat coram Reverendiſſimo Anſaldo,
& in dicta Urbanien. Fideicommiſſi 13. Februarii
1716. §. Præter car. R.P.D. Criſpo.

Cujus argumenti vis minimè eliditur reſpon-
ſione illâ, quod nimirum omnes dictæ ſubſtitu-
tiones pendeant à conditione obitus primorum
heredum ſinè filiis; Ea namque petit princi- 56
pium, & ſupponit id, quod eſt in quæſtione; Si
enim ſubſtituti dati fuiſſent etiam Liberis here-
dum inſtitutorum, jam nulla quæſtio eſſet de
conſilio *Oldradi*, & de receſſu ab eo per conje-
cturas, iis namque opus non eſt in claris, *R.P.D.* 57
Fattinell. reſponſ. 2. num. 52., quæ proindè cum
ſolùm proficere valeant in caſu, quo dictis Li-
beris ſubſtituti expreſsè dati non fuerint, tunc
enim illæ demonſtrant voluntatem Teſtatoris
ſubſtituendi etiam dictis Liberis, quamvis expreſ-
sè dictum non ſit; certè idcircò tali caſu hujuſ-
modi voluntatis conjectura deſumitur ex digreſ-
ſu ad plures gradus ſubſtitutionum, tametſi iſtæ
ordinatæ videantur in caſu, quo primi heredes
ſinè filiis decederent, prò vitando ſcilicet ab-
ſurdo, & maximâ inveriſimilitudine, quod 58
tanta, & tàm benè ordinata ſubſtitutionum ſe-
ries, in longiſſimum tempus protrahenda, illicò
expirare debuerit in primis heredibus, tamquam
pendens ab unico caſu obitus illorum ſinè filiis,
quod ſufficere pro conjectura recedendi à conſi-
lio *Oldradi*, optimè præceteris obſervat *Rota*
deciſ. 120. num. 23., & 24. poſt Conſtantin. ad
Sta-

*Statut. Urbis, in Faventina Fideicommiſſi, ſeù
Primogenituræ 14. Decembris 1705. §. Deſumi-
tur tertia coram Eminentiſſimo Cardin. Scotto,
& in dicta Romana Locorum Montium 4. Junii
1714. §. Etenim ponderabant coram Reverendiſſ.
Anſaldo.*

Ex his autem, non ſeorſim, ſed unitim acci-
59 piendis, juxtà monitum *Cephal. conſ. 251. nu. 87.,
clar. mem. Cardin. de Luca de Fideicommiſ. diſc.
86. num. 4. verſ. conjecturæ Rot. deciſ. 185. num.
15. part. 7., deciſ. 142. num. 40. part. 10., deciſ.
444. num. 13. part. 19. recent., & in dicta Roma-
na Locorum Montium §. Quibus* demum, quem-
admodum perſpicua redditur Teſtatoris volun-
tas ordinandi perpetuum, & abſolutum fidei-
commiſſum inter omnes Maſculos de familiâ,
& agnatione etiam in caſu, quo primi heredes
cum Liberis defeciſſent, ità per neceſſarium an-
tecedens, ſinè quo fideicommiſſum effectum
60 ſortiri non poſſet, ſupponendum eſt, quod Te-
ſtator, ponendo in conditione Liberos primorum
heredum, non intellexerit dumtaxat de filiis pri-
mi gradus, ſed de aliis etiam ulterioribus De-
ſcendentibus, eoſque nedum activè, ſed etiam
paſſivè vocare voluerit, ut benè ad rem tra-
dunt *Manſ. conſult. 427. ſub num. 1. tom. 5., ple-
niſſimè Calderon. reſolut. 94. num. 36., clar. mem.
Card. de Luca de Fideicomm. diſc. 85. num. 5., &
6., Rot. deciſ. 142. num. 4., & pluribus ſeqq.
part. 10. recent., & in dicta Imolen. Fideicommiſſi
10. Maii 1717. §. Hæc autem coram R.P.D. Co-
rio*, & latè probatur ex deductis in *Firmana
Immiſſionis 27. Junii 1708. à §. Et ſanè uſque ad
§. Quin præmiſſis coram Reverendiſſimo Molines*,
61 adeòut, cum de fideicommiſſi duratione dubita-
ri non poſſe videatur ob exiſtentiam vocatorum,
nempè proximiorum Agnatorum de familia, ul-
timo loco ſubſtitutorum, quales procul dubio
ſunt DD. Comites de Caloris actores, à Perci-
vallo fratre Teſtatoris per lineam maſculinam
deſcendentes, per obitum Julii Cæſaris extin-
ctâ lineâ maſculinâ Teſtatoris, & non exiſten-
tibus aliis Maſculis Percivalli fratris anteceden-
ter vocatis, fideicommiſſum eorum favore pu-
rificatum diei debeat, ad *Text. in leg. here-
des mei 57. ff. ad Trebell., Rot. deciſ. 137. num.
4. part. 13., & in Faventina Fideicommiſſi, ſeù
Primogenituræ 14. Decemb. 1705. §. De validi-
tate cor. Emo Scotto.*

Expeditus à primo Dubio, progredior ad ſe-
cundum, in quo quæritur, an, datâ purificatio-
ne fideicommiſſi favore DD. Comitum Acto-
rum, competat DD. Marchionibus de Griſellà
retentio pro dote quondam Virginiæ de Foſſà-
tis Uxoris Antonii ſen., & filii Fideicommit-
tentis; Et ſanè, cum non controvertatur, Fi-
deicommittentem prò hujuſmodi dote ſpecia-
liter obligaſſe omnia Bona ſua, videbatur Reis
conventis, cauſam habentibus à filiis dictæ Vir-
giniæ, competere retentionem dicti fideicom-
62 miſſi, quæ ſemper heredi debetur, quoties aliquid
ex fideicommiſſo detrahendum ſupereſt, *Rot. de-
ciſ. 76. nu. 1. part. 16. rec.*; adeòut fideicommiſ-
ſario Actori incumbat onus concludenter pro- 63
bandi, quod nihil amplius detrahendum ſuper-
ſit, ad hoc, ut ipſi concedatur immiſſio, *Caſtald.
conſult. 129. num. 2., Rota in Romana Domus
28. Martii 1667. §. Abſque eo quod coram bon.
mem. Albergato poſt eumdem Caſtald., & in
Fanen. ſucceſſionis 18. Junii 1685. §. Similiter
coram bon. mem. d'Hervault*; priùs enim ſol-
vendæ, & faciendæ ſunt detractiones, & po- 64
ſtea, quidquid ſupereſt, Fideicommiſſario reſti-
tuendum eſt, *Rot. deciſ. 79. num. 1. part. 13.*:
Detractionibus namque nondum plene factis,
reſtitutioni, & Immiſſioni locus non eſt, *Argel. de
acquir. poſſeſſ. quæſt. 8. num. 86. & 894.; & de
legit. Contradictor. quæſt. 13. num. 53., Merlin.
de legit. lib. 5. tit. 4. quæſt. 10. num. 5., Rota co-
ram Millin. deciſ. 310. num. 4. inter impreſſ. ad
ornat. clar. mem. Card. de Luca de Fideicommiſ.
tom. 10. deciſ. 8. num. 8., & ſeqq.*

Quod eſt adeò verum, ut, nequidem reſer-
vato jure detractionum, Fideicommiſſarius ſit 65
immittendus, *Argel. de acquir. poſſeſſ. quæſt. 8.
num. 862.*, & in ſpecie, quod dotis detractio
impediat immiſſionem Fideicommiſſario, ante- 66
quam facta ſit, docet *Cujac. ad Julian. l. 8., &
l. 9. ff. de legat. 1. oper. poſth. part. 1. fol. 1176.,
Urceol. conſult. forenſ. cap. 20. num. 33., Rota
coram Bichio deciſ. 466. num. 30.*, idque proce-
dit, etiamſi offerretur cautio pro dotis præſer- 67
vatione, quia nihilominùs non ſufficeret, *Urceol.
conſult. 19. num. 20., Rota deciſ. 179. num. 8.
part. 13. rec.*; eâque non attentâ, poſſeſſoribus
concedenda eſt retentio vigore dicti crediti do-
talis, quod cum primi heredes non detraxe- 68
rint, rectè ab ipſis detrahi poteſt, ad quos, tam-
quam illorum heredes, jus detrahendi tranſmiſ-
ſum fuit, *Rota cor. Millin. deciſ. 310. num. 3., cor.
Cavaler. deciſ. 459. num. 1., coram bon. mem. Eme-
rix Jun. deciſ. 1324. num. 5., in recent. deciſ. 599.,
num. 2. part. 3., deciſ. 38. num. 3. part. 10., dec. 179.
num. 3. part. 13., & in Fanen. Fideicommiſſi 11.
Decembris 1716. §. Nec dictorum coram R.P.D.
Herrera.*

Non curato defectu Inventarii, quod tàm à
primis, quàm ab ulterioribus gravatis præter-
miſſum fuiſſe dicitur, quia, cum agitur de fidei-
commiſſo univerſali, ſola omiſſio Inventarii
non prohibet, quo minùs gravatus, ſive ab eo 69
cauſam habentes conſequi poſſint detractiones
quantitativas æquè, ac quo titativas, niſi ſimul 70
concurrant ingentes alienationes, ex quibus hu-
juſmodi detractiones probabiliter conſumptæ di-
ci queant, *Andreol. contr. 141. n. 3., & ſeqq., clar.
mem. Card. de Luca de legit. diſc. 25. nu. 152., Rota
coram Celſ. deciſ. 1. à num. 3., & ſeqq., cor. Cerro
deciſ. 331. num. 5., apud Merlin. de legit. dec. 109.
num. 3., in recent. dec. 123. num. 6., & ſeqq. part.
16., inter impreſſ. ad ornat. clar. mem. Card. de
Luca de Fideicomm. deciſ. 91., & in Montiſſ. ad
eumdem dec. 10. num. 8. & 9., & ſeqq., in Raven-
naten. Immiſſionis 20. Junii 1707. §. Quandoqui-
dem, cum pluribus ſeqq. coram Rmo Aldrovando,
in Vaſionen. Fideicommiſſi 21. Martii 1708. §.*

Rurſus

Rurſus eum ſeqq. coram bon. mem. Omanna, & *in Præneſtina Fideicommiſſi 23. Januarii 1713. Abſque eo quod coram R. P. D. Lancetta*; quæ
quidem alienationes, cum hæ in noſtra hypo-
theſi omninò deficiant, jure idcircò, meritòque
concedenda videtur retentio prò hujuſmodi de-
tractione, ſuâptè naturâ impediente immiſſio-
71 nem Fideicommiſſario, ad tradita per *Rot. deciſ.
123. num. 6., & ſeqq. part. 16. rec.*, etiamſi non
conſtet, pecunias dotales ad manus Fideicomit-
tentis perveniſſe, quoniam, cum illæ exactæ
72 fuerint ab Antonio filio tàm nomine proprio,
quàm uti Procuratore Joannis Mariæ ejus Pa-
tris, & Fideicommittentis, qui prætereà om-
nia Bona ſua prò illorum reſtitutione ſpeciali-
ter obligavit, hoc planè ſufficit, ut dicta dos ex
fideicommiſſo detrahenda ſit, quamvis reverâ
73 nihil ex ea receperit Fideicommittens, cenſe-
tur enim illam ſpontè dimittere voluiſſe penes
filium, in ſua poteſtate exiſtentem, juxtà notata
per *Barboſ. in leg. ſi cum dotem §. Transgrediamur
nu. 7. ff. ſolut. matrim., Neguſan. de pignor. part. 2.
membr. 4. num. 36., Paſchal. de virib. Patr. Po-
teſt. part. 2. cap. 7. num. 63., Oſaſch. deciſ. 44.
num. 20., & ſeqq., Maſtrill. deciſ. 46. num. 13.,
Rota in Faven. Fideicommiſſi 11. Decemb. 1716.
§. Quia reſpectu coram R. P. D. Herrera*, ideò-
que ejus liberalitas præjudicare non debet mu-
74 lieri, ejuſque heredibus, qui, quoties dos data
eſt Socero adverſus ipſum actionem habent, ex
literali diſpoſitione *Textus in leg. ſi cum do-
tem 23. §. Tranſgrediamur ff. ſolut. matrim.* ibi =
*Sed ſi filius familias maritus ſit, & dos Socero
data ſit, adverſus Socerum agetur* = ibique *Bar-
tol. num. 2., & alii, Fontanell. de pact. nuptial.
clauſ. 7. Gloſſ. 2. part. 2. num. 73., Surd. deciſ.
47. num. 1., Sperell. deciſ. 165. num. 1., & in
dict. Faven. Fideicommiſſi 11. Decembris 1716.
§. Inter Jura coram R. P. D. de Herrera*, ubi
præcisè ad rem noſtram id procedere dicitur,
75 etiamſi patrimonium Soceri fideicommiſſo ſup-
poſitum fuerit, & conſonat *Rota coram Bichio
deciſ. 251. num. 20., & 21., in recent. deciſ. 312.
num. 30., & 31. part. 6., in Auximana Cenſuum
17. Junii 1709. §. Demum obeſſe coram R. P. D.
Criſpo, & in Romana Fideicommiſſi de Pante-
ra 10. Martii 1710. §. In nihilo relevante coram
76 eodem*; Certiùs verò, quando, ut in caſu noſtro,
idem Socer, & Fideicommittens omnia Bona
ſua prò dotis reſtitutione ſpecialiter obligavit;
In his enim terminis nè quidem opus eſſet pro-
77 bare deficientiam aliorum Bonorum, quia non
agitur contra fideicommiſſum in ſubſidium vi-
gore *Authen. res quæ*, ſed tamquam principali-
ter obligatum, ut mox dictum eſt.

Quamquam verò ex prædictis dicendum vi-
deatur, competere retentionem DD. Marchio-
nibus de Griſella pro dote bon. mem. Virginiæ
de Foſſatis, non attento defectu Inventarii, quia
non concurrunt alienationes inducentes præ-
ſumptionem illius ſatisfactionis, ſive conſump-
tionis, nihilominùs id abſolutè verum minimè
78 exiſtimo, ſed tunc demùm procedere poſſe, ar-
bitror, quando, etſi deficiat Inventarium, non
deeſt tamen alia æquipollens probatio, per quam
ſtatus hereditarius Fideicommittentis ad certi-
tudinem redigi poſſit; Cum enim ex omiſſio- 79
ne Inventarii non inducatur pœna privationis
detractionum, gravato competentium, ſed ſolum
præſumptio exiſtentiæ, & occultationis Bono- 80
rum, ex quibus detractiones expleri potuerint;
quoties aliundè haberi poteſt certitudo ſtatus
hereditarii, hæc præſumptio cedit veritati, ut 81
dixit *Rota in Romana Cenſus, ſeù Cautelæ An-
geli 27. Junii 1696. §. Penult. coram bon. mem.
Pio*; Proindeque mirum non eſt, ſi tali caſu,
quamvis Inventarium deſideretur, poſſit nihi- 82
lominus ſub obtentu detractionum impediri im-
miſſio Fideicommiſſario. At non ità res ſe ha-
bet, quando, deficiente Inventario, nulla alia æ- 83
quipollens probatio haberi poteſt, quæ illius vi-
cem ſuppleat, & demonſtret quantitatem aſſis
fideicommiſſarii, tunc enim ſemper urget con- 84
tra gravatum, ſive ab eo cauſam habentes ve-
hemens illa præſumptio exiſtentiæ, & occulta-
tionis aliorum Bonorum, cum quibus detractio-
nes ſatisfieri poterant, *Giovagnon. conſ. 20. n. 15.,
& ſeqq. lib. 2., Add. ad Ludoviſ. deciſ. 266. num.
16. verſ. prædicta verò Rota coram Merlin. deciſ.
265. num. 10., & 11.*, unde ſequitur, quod il-
læ vel omninò conſumptæ, vel ſaltem adeò 85
turbidæ, & illiquidæ cenſendæ ſint, ut immiſ-
ſionem fideicommiſſario nullo pacto impedire
valeant, cum vix, ac ne vix quidem in jure 86
noſtro conſtituta reperiatur regula certior illâ,
quâ traditur, hujuſmodi detractiones turbidas,
nec retentioni titulum, nec immiſſioni obſta-
culum præbere poſſe, *Cenc. de Cenſ. quæſt. 98. nu.
62., Urceol. conſult. 71. in fin., clar. mem. Card.
de Luca de legitim. diſc. 25. nu. 76., Rota coram
Arguell. deciſ. 36. num. 5., & deciſ. 80. num. 13.,
coram Peutinger. dec. 349. num. 10., coram Ottbo-
bon. dec. 180. in fin., coram Priolo deciſ. 343. num.
20., & deciſ. 365. num. 15., in recent. deciſ. 200.
num. 8. part. 14., deciſ. 220. num. 9., & 10. part.
19. poſt Conſtant. ad Statut. Urb. dec. 114. num.
29., & dec. 115., cum aliis in Romana Fideicom-
miſſi 23. Junii 1713. §. fin. coram Rmo Anſaldo
Decano*.

Secum itaque reputent, videantque DD. Re-
quirentes, num in hypotheſi æquipollens iſthæc
probatio haberi poſſit nec ne, quia, cum ſuper
hoc puncto nihil mihi fuerit ſignificatum, nul-
lum certum judicium efformare potui, ſed tan-
tùm veriores haſce regulas ſubijciendas duxi, ut
juxtâ illas procedendo, ipſimet DD. Requirentes
dijudicare poſſint, num hujuſmodi detractiones
aptæ ſint repellere Fideicommiſſarios nec ne? Si
enim aliundè probatio ſtatus hereditarii haberi 87
poterit, certè ſola Inventarii omiſſio detractio-
nibus etiam accidentalibus, & quantitativis mi-
nimè officiet, ex ſuprâ firmatis, ſecus verò, hu-
juſmodi probatione deficiente, *Rota coram bon. 88
mem. Emerix Jun. deciſ. 872. num. 6., coram Be-
nincaſa deciſ. 29. nu. 8. & 9., & coram Rmo An-
ſaldo deciſ. 21. num. 16., & 17.*, ob eam ſanè ra-
tio-

89 tionem, quia, etſi, quando non agitur de Credi-
toribus, aut Legatariis particularibus, ſed cum
Fideicommiſſario univerſali, non requiratur for-
male Inventarium ad præſervandos gravato de-
90 tractiones, & tamen aliquo modo conſtare de-
bet de ſtatu hereditario, ut perſpici poſſit, quid,
& quantum reſtituendum ſit, alioquin confuſæ
91 remanent actiones, & ipſa confuſio impedit,
quominùs ille detractiones facere queat, *Rota
coram Celſ. deciſ.* 1. *num.*4., *in recent. deciſ.*312.
*num.*11. *part.*17., *cor. bon. mem. Emerix Jun. dec.*
872. *num.*6., *coram Benincaſa deciſ.*29. *num.*8. *&*
9., *& num.* 12., *& coram Rmo Anſaldo dec.* 21.
*num.*16., *&* 17., maximè, ſi creditum illiqui-
92 dum redditum dici poſſit fructibus perceptis, ut
in *Romana Immiſſionis* 9. *Maii* 1698. *§. Nec ju-
vat*, *&* 9. *Januarii* 1699. *§. Quæ etſi cor. clar.
mem. Card. Caprara*; Præterea, non omittendo,
quod, quando, etiam deficiente Inventario, aliun-
de haberi poſſet certitudo ſtatus hereditarii,
adeout locus eſſet detractioni dotis, & reten-
93 tioni fideicommiſſi, praxis, quam de æquita-
te ſervat Rota, eſt, ut, cum agitur de detra-
ctionibus quantitativis, nè illarum prætextu plus
æquo retardetur immiſſio Fideicommiſſario, re-
ſervetur aliquod corpus hereditarium, correſ-
pondens illarum quantitati, & in reliquis im-
miſſio illi decernatur, ut apud *Merlin. deciſ.*
265. *num.*13., *deciſ.*846. *num.*44., *coram Dunoz.
Jun.*, *in recent. deciſ.*269. *nu.*24., *&* 15. *part.*
5., *& deciſ.*77. *nu.*5., *inter impreſſ. ad ornat. clar.
mem. Card. de Luca de Fideicom. tom.*10. *in Man-
tiſſ.*, *& in Romana Fideicommiſſi de Zuccaris* 8.
Februarii 1700. *§. Cenſuerunt coram Emo D.
Card. Scotto*.

Ex his promanat reſolutio tertii, & poſtremi
Dubii, verſantis circa detractiones legales, &
94 quotitativas; licèt enim quoad has certiùs pro-
cedat regula ſupra tradita, quod nimirum ad ef-
fectum privandi filium legalibus detractionibus
ſatis non ſit ſola omiſſio Inventarii, niſi con-
currant etiam alienationes, & quidem in adeò
eximia quantitate, ex qua veriſimiliter argui li-
ceat omnium detractionum competentium con-
ſumptio, ut, præter ſupra citatos, in ſpecie Legi-
timæ, & trebellianicæ, firmavit *Rota in Tolen-
tina Primogenituræ* 16. *Junii* 1710. *§. Et licèt*,
& ſeqq. coram bon. mem. Kaunitz, *& in Firma-
na Immiſſionis* 28. *Junii* 1717. *§. Nil prorſus co-
ram R.P.D. Foſcaro*, in qua propterea, non at-
tento defectu Inventarii, & aliquibus alienatio-
nibus, dictum fuit, competere retentionem pro
Legitima, & trebellianica, ad excluſionem
Fideicommiſſarii, petentis immiſſionem, ut in
§. Et ex hac ratione; Licèt, inquam, regula
hæc, cum agitur de fideicommiſſo univerſali,
95 certiſſima ſit, attamen non aliter recipienda mi-
hi videtur, quàm cum modo ſuperiùs enunciato,
videlicet quando aliundè conſtare poteſt de ſta-
tu hereditario Fideicommittentis, ſecùs verò in
95 contrario caſu, quia illamet actionum confuſio,
quam producit defectus Inventarii, & alterius
cujuſcumque probationis ſtatus hereditarii,
97 quæque impedit, fieri detractiones quantitativas,
& accidentales, prohibet etiam legales, & quo-
titativas, eò quod tunc reſultet mala præſum- 98
ptio, quod in hereditate fuerint alia Bona, ſuffi-
cientia pro talibus detractionibus, quæ grava-
tus ſibi appropriando, detractionum conſum-
ptionem induxerit, *Gabriel. conſ.* 118. *num.* 7.
*lib.*1., *Cirocch. diſcept.*9. *num.*28., *Rocc. diſput.
Jur. ſelect. cap.*10. *num.*76., *Urceol. conſult.* 73.
num. 53., *clar. mem. Card. de Luc. de Legtim.
diſc.* 25. *num.* 85., *Peregrin. de Fideicomm. art.*
39. *num.*14., *Rota coram Cerro deciſ.*131. *n.*11.,
*& deciſ.*700. *num.* 6., *in rec. deciſ.* 193. *num.* 4.
*part.*19.

Quæ quidem mala præſumptio fortiùs urget, 99
quando agitur de familiis nobilibus, atque diviti-
bus, in quibus præſumitur, tempore obitus Fidei- 100
committentis, adfuiſſe mobilia, *Rot. coram Cer-
ro deciſ.*443. *num.*27., *cor. bon. mem. Emerix jun.
deciſ.* 1217. *num.* 6., *in rec. deciſ.* 658. *num.* 3.
*part.*19., ut de tabulis pictis *Rot. deciſ.* 846. *n.*
2. *coram Dunoz. jun.*, & de argenteis, & aliis 101
ſolidioris materiæ rebus, quæ non ita faciliè cor-
rumpuntur, *Rota in Ferrarien.*, *ſeù Anconitana
Fideicommiſſi* 12. *Decembris* 1698. *§. penult. co-
ram Rmo Molines*, *& in Ravennaten. Fideicom-
miſſi* 1. *Decembris* 1699. *§. penul. cor. Emo Dom.
Card. Priolo*, quorum ſane mobilium, dum nul- 102
la redditur ratio, indè reſultat præſumpta con-
ſumptio, & inſubſiſtentia detractionis Legiti- 103
mæ, & trebellianicæ, *Rot. cor. Celſo dec.* 153.
*num.*10., *cor. Dunoz. jun. deciſ.*336. *num.*15., *co-
ram bon. mem. Emerix jun. deciſ.*513. *num.*8., *&
deciſ.*1012. *num.* 2., *in rec. deciſ.* 185. *num.* 21.
*part.*10., *deciſ.*133. *num.*5., *&* 6. *part.*19., *in
Fulginaten. Fideicommiſſi* 15. *Februarii* 1683.
§. final. coram bon. mem. d'Hervault, ubi, quod
ſufficit probare illorum exiſtentiam in genere, 104
in Romana Fideicommiſſi ſuper exceſſu 22. *Martii
ejuſdem anni §. final. coram eodem*, *in Bononien.*,
ſeù Imolen Bonorum ſuper bono Jure 11. *Junii*
1693. *§. Et licèt cor. bon. mem. Urſino*, *& in
Romana Immiſſionis* 9. *Januarii* 1699. *§. His om-
nibus coram clar. mem. Card. Caprara*, ubi quod
levioribus etiam argumentis probatur illorum 105
occultatio, dum incidenter deducitur ad red-
deudas turbidas detractiones, & *in Fanen. Fidei-
commiſſi* 4. *Aprilis* 1704. *§. Alter verò coram
clar. mem. Card. Caprara*.

Quamquam alii teneant, mobilia in conſidera- 106
tione non haberi, ad effectum inducendi con-
ſumptionem detractionum, quia lapſu temporis 107
conſumpta præſumuntur, *Bonden. collect. legal.*
20. *num.*50. *tom.*2., *Urceol. conſult.*19. *num.*29.,
*Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*624. *num.*9., *&* 12., *Pe-
regrin. de Fideicomm. art.* 10. *num.* 39., *&* 44.,
*Rot. cor. Coccin. deciſ.*1342. *num.*8., *coram Lu-
doviſ. deciſ.*285. *num.*3., *coram Bich. deciſ.*58. *n.*
21., *& ſeqq.*, *cor. Otthobon. deciſ.* 47. *num.* 3.,
in rec. deciſ. 250. *num.* 2., *&* 3. *part.* 8., & ea,
quæ non ſunt ſolidioris materiæ, conſumpta 108
præſumi lapſu decennii, dixit *Rota coram Bichio
deciſ.* 510. *num.* 21., *in rec. deciſ.* 304. *num.* 22.
*part.*5., *& deciſ.*572. *num.*19. *part.*19.; alia ve-
rò ſolidioris materiæ ſpatio quindecim anno- 109
rum,

rum, & etiam minoris temporis, *Carpan. ad Stat. Modiolan. lib.1. cap.300. num.57.*, *Rot. coram Cerro deciſ.283. num.1.*, *coram Priol. deciſ. 376. num.4.*, *in rec. deciſ.591. num.9. part.19.*, *& in Interamnen. Fideicommiſſi 26. Junii 1697. §. Quia cum agatur in fin. cor. bon. mem. Pia*, &
110 quod ſufficiat, tantum temporis eſſe decurſum,
intra quod veriſimiliter potuerint conſumi, atque corrumpi, *Palm. ſep. allegat. 44. num. 28. tom.1.*, *Merlin. de legit. lib.2. tit.2. quæſt. 6. nu. 14.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 624. ſub num. 6.*, *Afflict. deciſ.13. num.27.*, *Rot. cor. Peuting. deciſ. 186. num. 2.*, *coram bon. mem. Emerix jun. deciſ.1307. num. 3.*; Gravatus enim non tenetur
111 vendere mobilia ad hoc, ut ſolvat debita hereditaria, cum poſſit eis uti, eaque conſumere, & facere detractiones in aliis Bonis, *Fuſar. de ſubſtit. d. quæſt. 624. num. 11.*, *Rot. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Teſtam. deciſ.33. nu. 5. lib.9.*

Verùm, omiſsâ altioris hujus quæſtionis indagine, eam ſequerer ſententiam, videlicet,
112 quod aut aliundè conſtare poteſt de ſtatu hereditario, & omiſſio Inventarii ſinè alenationibus non impediet DD. Marchionibus de Griſella retentionem pro Legitima, & trebellianica, juxtà communiorem ſententiam, ſuperioribus locis
113 firmatam. Aut haberi nequit certitudo ſtatus hereditarii, & Inventarii defectus cum ſupradictis præſumptionibus retentioni præjudicabit,
114 cum ſaltem turbidas, & illiquidas reddat detractiones, & conſequenter ineptas ad retardandam immiſſionem Fideicommiſſario, ex ſupra
115 deductis, & in fortioribus terminis confecti Inventarii, quod, donec ratio reddita ſit, detractiones turbidæ dicantur, inquit *Rot. coram Arguell. deciſ. 80. num. 14.*, *& 18.*, *coram Dunoz. jun. deciſ.862. num.13.*, *in rec. deciſ.88. num.21. part.7.*, *in Bonon. Fideicommiſſi de Galinellis 15. 1686. §. Tum quia Vinceslaus cor. bon. mem. d'Hervault*, ubi, quod ante redditas rationes, gravatus, & ab eo cauſam habentes repellere nequeunt Fideicommiſſarium, *& in Camerinen. Fideicommiſſi 2. Junii 1687. §. final. coram eodem.*

Januen. Legati.

Legatum à Muliere relictum de extradote, à Patrui hereditate ſibi debita, comprehendere etiam quantitatem, ab eodem Patruo illi aſſignatam in augmentum dotis, ex quibus demonſtrari valeat? *Extradotis* nomini amplis, & generalibus adjectis verbis, illud ad ſola extradotalia Bona non reſtringitur. Teſtator ſi rem alienam, ſciens, alteri leget, Legatum tenet, ſaltem quoad æſtimationem, & pretium; ſive tamen ſciverit, ſive ignoraverit, ſemper debetur Eccleſiæ, vel Conſanguineo. Caducitas ſinè dolo non incurritur.

VOTUM VII.

1 *Dotis augmentum naturam dotis ſortitur.*
2 *Dotis augmentum, unà cum dote, tranſit in dominium viri.*
3 *Bona extradotalia tàm quoad dominium, quam quoad adminiſtrationem, ad uxorem ſpectant, etiam conſtante Matrimonio.*
4 *Acceſſorium ſui principalis naturam ſequitur.*
5 *Teſtator quod de re fideicommiſſo obnoxia diſponere voluerit, inveriſimile eſt.*
6 *Præſertim, cum agitur de præjudicio filii.*
7 *Legati interpretatio non ex verbis, ſed ex mente Teſtatoris capienda eſt.*
8 *Et quod Teſtator ſenſit, non quod ſcriptum eſt, Legatario debetur.*
9 *In Legati interpretatione voluntas Teſtatoris ſemper latiùs accipienda eſt.*
10 *Legatum verba generalia extendunt ad ea omnia, quæ ſub iiſdem verbis poterant comprehendi.*
11 *Verba, quemadmodum iis homines ſcribendo, & ſermocinando utantur, conſideranda eſſe, admonet* Cicero.
12 *Teſtatoris voluntas interpretari meliùs valet ex ipſius ſpeciali loquendi uſu, quàm ex generali conſuetudine.*
13 *Ejuſque potiùs opinio, quàm verborum ſignificatio eſt attendenda.*
14 *Mulier, tamquam ignara rigoroſæ, atque legalis verborum ſignificationis,*
15 Extradotis *nomen uſurpare potuit pro tota, eo, quod, præter dotem à Patre ſibi debitam, ab Extraneo ipſi promiſſum fuerat.*
Et ex quibus? num.21., & ſeqq.
16 *Etiam Juriſperiti ſæpè in nominum interpretatione falluntur, eademque impropriè accipiunt.*
Ad definitionem proinde deſcendendum non eſt, ibid., & num.19., & 20.
17 *Teſtatores plerumque abuſivè loquuntur, nec propriis ſemper utuntur vocabulis, & nominibus.*
18 *Idem evenit Contrahentibus, & Tabellionibus.*
19 Extradotis *nomine quid propriè veniat, diffident inter ſe Doctores, relati* ibid., & num.20.
20 *Verba ampla, & generalia reſtrictionem omnem excludunt*, & num.28.
22 *Verba generalia, atque univerſalia ſæpiùs geminata, vacua effectu eſſe non debent.*
23 *Verbum nullum, immò nec ſyllaba in ultimis voluntatibus ſinè effectu operandi poſita cenſenda eſt.*
24 *Legatum, quoties id exigit ratio ſermonis generalis, extenditur ad ea omnia, quæ alioquin ſub illo non venirent.*
25 *Verba adjecta ampliandi Legati cauſâ nullo pacto valent reſtringi.*
26 Extradotis *nomine, junctis generalibus, ampliſque verbis, omne id, quod ſub eo veriſimiliter à Diſponente intelligi potuit, comprehenſum cenſendum eſt.*
27 *Reliquatus debitum ab aſſignatione differt, & in quo?* num.28.
28 *Aſſignationis nomen promiſſionem importat.*
29 *Dictio = & = ampliativa eſt.*

30 *Ve-*

Digitized by Google

30 *Verbum* = altro = *poſt verba* = ſua ſtradote = *aliud diverſum importat à Bonis extradotalibus.*

31 *In dote materna ſuccedunt filii.*

32 *Exceptio, ut ait* Cicero, *facit, ne liceat.*

33 *In Legato, ſi comprehenſum eſt quidquid ex altera debebatur cauſſa*, niuna eſcluſa, *totum comprehenſum debet cenſeri*, & n. 35.

34 *Dictio* = niuna = *latinè* = nulla = *eſt univerſalis negativa, omnia comprehendens.*

36 *Legatum conceptum verbis, omnia credita comprehendentibus, ad particularia nequit reſtringi.*

37 *In verbis quoties nulla eſt ambiguitas, ceſſat omnis voluntatis quæſtio.*

38 *Conjecturæ in tacitis, & occultis dicuntur liquidiſſimæ probationes.*

39 *Legatum favore Conſanguinei, ſive Loci Pii, ampliorem requirit interpretationem.*
Licèt alioquin ſtrictè interpretandum videretur, ibid., & num. 40..41., 49., 50., & 71.

40 *Ex Legantis neceſſitudine, & conſanguinitate voluntas metienda eſt.*

41 *Cauſæ piæ favore ſemper, quod majus eſt, legatum cenſetur.*

42 *Legatum quodlibet determinatur à cauſſa eidem adnexa.*

43 *Legatum pium eò latiùs interpretandum eſt, ſi deſtinatum ad certum conficiendum opus*, & num.45.

44 *Pro Legati pii adimplemento ſi deſignata quantitas non ſufficiat, heres debet ſupplere.*

46 *Adminiſtratoris liberatio facta à Muliere, ſinè ſolemni redditione rationis, inutilis prorsùs eſt.*

47 *Præſertim, ſi Statutum adſit, certas præſcribens ſolemnitates in contractibus Mulierum.*

48 *Teſtatrix præſumenda non eſt dilectæ ſorori, & piæ Cauſæ inutiliter legare voluiſſe.*

50 *Legata favore Conſanguinei, ſive Loci Pii, ne inutilia reddantur, à propria verborum ſignificatione recedendum eſt.*

51 *In Legato joculium veſtes non continentur.*
Eæ tamen cedunt Legato, ſi nulla alia Teſtator jocalia habebat, ibid.

52 *Legatum generale non comprehendit ea, quæ mercimonii cauſsâ comparata ſunt.*

53 *Limita, ſi inutile aliàs redderetur.*

55 *In Legato omne id, quod verba importare valeat, cenſetur comprehenſum.*

56 *Idque non eſt extenſio, ſed declaratio conſona verborum proprietati.*

57 *Teſtator, ſi rem alienam, ſciens, alteri leget, Legatum tenet ſaltem quoad æſtimationem, & pretium.*
Hujuſmodi Legatum Teſtator ad mentem Juris reliquiſſe cenſetur, num.59.

59 *Contraventio voluntati Teſtatoris ut excuſetur, atque evitetur caducitatis pœna, ſufficit quævis colorata, immò etiam beſtialis cauſſa.*

60 *Teſtator heredem in rebus ſuis gravare poteſt.*

61 *Contraventionem, aut caducitatem non ſecumfert actus licitè expleri valens.*

62 *Contraventio ſinè dolo nequit committi.*

63 *Dolo vacare dicitur, qui præceptum ignorat.*

64 *Dolus ex ſcientia contrariæ voluntatis proficiſcitur.*

65 *Legatum rei, quam ad alium pertinere Teſtator ignorabat, non valet.*
Secùs, quoties piæ Cauſæ, vel conjunctæ perſonæ relictum ſit, num. 67.

66 *Oneris extrinſeci adjectio non impedit facultatem de re propria diſponendi.*

67 *Legatum Conſanguineo, aut piæ Cauſæ relictum, debetur, ſive Teſtator ſciverit, ſive ignoraverit, rem ad alium pertinere*, & num.68.

69 *In Legatis Conſanguineo, vel Cauſæ piæ relictis ſpecies, aut certa res expreſſa, non taxativè, ſed demonſtrativè ſtare cenſetur.*

70 *Verbaque ità interpretanda ſunt, ut numquam eludatur mens Teſtatoris.*

MARIA Baptina Ricci in ultimo teſtamento, cum quo deceſſit, Legatum quoddam ordinavit, his verbis = *Dichiara inoltre eſſa Signora Teſtatrice reſtare vera, reale creditrice del fù Sig. Giulio Ricci ſuo Zio di ſomma di rilievo, che è neceſſario forſe liquidarla in Giudizio, quando oggi nol ſia; ma dovuta alla Signora Teſtatrice per ſtradote, dovuta dal d. fù Signor Giulio, e ne' ſuoi Beni, ed eredità, ed altri qualunque obligati, e Beni ipotecati, e tanto per ragione d'aſſegnazione, ed altro dovutole dalla detta, hà laſciato, e laſcia per via di Legato, donazione cauſâ mortis, ò in altra miglior maniera, che laſciar ſi poſſa, la metà d'eſſa ſua ſtradote, e altro dovutole, come ſopra, dalla d. Eredità, e tanto per ragione di dote materna, ed altra cauſa, niuna eſcluſa, con tutte le ſue ragioni sì di capitale, che di frutti, la metà, come ſi è detto ſopra, allo Spedale di Pammatone, o ſia al Magiſtrato Illño de' Signori quattro Protettori del Meſimo, con la condizione però infraſcritta, e non altrimenti, l'altra metà poi di detta ſua ſtradote, aſſegnazione, ed altro dovutole dall'eredità del detto Signor Giulio Ricci, in tutto come ſopra, l'hà laſciato, e laſcia alla Signor' Anna ſua ſorella, moglie del d. Signor' Aleſſandro Sforza, eredi, e ſucceſſori: colla condizione, colla quale hà laſciata per via di Legato la metà della ſua ſtradote, aſſegnazione, ed altro dovutole nell'eredità di d. quondam Signor Giulio Ricci, allo Spedale ſudetto, e che, pervenuta ſarà d. ſtradote, ed altro al prefato Illño Magiſtrato dell'Illñi Signori Quattro Protettori dello Spedale, debbaſi far raccomodare, e riſtorare l'abitazione delli Reverendi Padri Cruciferi. abitanti nella Spedale, in maniera, che vi poſſano abitare con più larghezza.* =

Ex his verbis certa redditur ſubſtantia Legati, ſed incertum eſt, quid ſub illo comprehendatur; heres namque bon. mem. Mariæ Baptinæ ſuſtinet, d. Legatum reſtringendum eſſe ad Bona dumtaxat extradotalia ejuſdem, eò quod illa

pluries, plurieſque uſa fuerit illo verbo *Strado-
te*, quo nomine comprehendi minime poſſe vi-
debatur quantitas librarum 2500., pro augmento
dotis à præfato Julio Patruo aſſignata eidem
Teſtatrici; aſſignatio enim iſta expreſſis verbis
facta eſt in augmentum, & pro augmento dotis
d. Mariæ Baptinæ, immò auget dotem, & au-
gmentum conſtituit eidem Mariæ Baptinæ in di-
ctis libris 2500., exigendis à D. Marco, ejuſque
heredibus, & ſucceſſoribus (iſte erat vir Bapti-
2 næ); Si autem d. quantitas erat dotis augmen-
tum, & illius exactio à Julio dotante directè
demandabatur Marco viro Baptinæ, illa ſortieba-
tur naturam dotis, ad *Text. expreſſum in leg. in-
ter Socerum §. Cum inter, ibique gloſſ. in verb.
ſeparabitur ff. de pact. dotal., & leg. etiam 8. Cod.
de Jur. Dot., Ruin. conſ. 222. num. 7. lib. 1.,
Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 8. num. 30.
& ſeqq., clar. mem. Card. de Luc. de Dot. diſc.
165. num. 4., Rota coram ſan. mem. Gregor. XV.
deciſ. 544. num. 13., & ſeq., & coram Seraphin.
deciſ. 666. num. 2., & coram Priolo deciſ. 172. nu.
11., & in rec. deciſ. 300. num. 7. part. 6., & de-
ciſ. 795. num. 5. part. 18. tom. 2., deciſ. 882. num.
2., & 3. part. 19. tom. 2.*, &, utpotè unà cum
2 dote tranſiens in dominium viri, retinere ne-
quibat naturam Bonorum extradotalium, quæ
tàm quoad dominium, quàm quoad admini-
3 ſtrationem, etiam conſtante Matrimonio, re-
manent apud uxorem, *leg. ſi ego §. Dotis ff. de
Jur. Dot., Dec. conſ. 521. num. 12., Viv. comm.
opin. cap. 480. num. 8., & 9., Ciarlin. contr. for.
cap. 9. num. 49., Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6.
gloſſ. 5. part. 2. num. 12., Surd. deciſ. 292. nu. 7.,
& 8., Monach. deciſ. Lucen. 68. num. 2., Rota
cor. ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 80. num. 6., &
cor. Priolo deciſ. 172. num. 18., & cor. Bich. de-
ciſ. 352. num. 7., & 8., & in Mantiſſ. ad clar.
mem. Card. de Luc. Dote deciſ. 6. num. 18.*

Ex eadem ratione ſub d. Legato comprehen-
di minime poſſe, dicebatur alia ſimilis quanti-
tas librarum 250000., à Julio pariter aſſignata
eidem Baptinæ ad effectum coæquandi aliam ſi-
milem aſſignationem, ab eodem factam D.
4 Annæ Mariæ, ut latiùs in inſtrumento d. aſſi-
gnationis, quia, cum hæc, tamquam aliquid ac-
ceſſorium, à præfato Julio aggregatum fuerit
augmento d. dotis, ſequi debebat naturam prin-
cipalis, cui fiebat dicta aggregatio, juxtà *Text.
in leg. 1. §. Prætereà ff. de ſeparat. Bonor., Mie-
rez. de majorat. part. 1. quæſt. 10. num. 21., &
part. 2. quæſt. 5. num. 51. verſ. quæ doctrina, &
num. 26., in Romana Primogenituræ de Salviatis
ſuper Jocalibus, & tabulis pictis 22. Martii 1706.
§. 13. coram R̃ño Molines, confirmata die 28. Ju-
nii ejuſdem anni §. 14. coram eodem.*

Certiùs verò ità ſentiendum eſſe, videbatur,
quia Julius ſub pœnâ caducitatis, & privationis
primogenituræ, ab ipſo ordinatæ favore De-
ſcendentium Baptinæ, prohibuerat dd. quanti-
tatum ſeparationem à ſuo aſſe hereditario, undè
5 inveriſimile eſſe dicebatur, quod Teſtatrix diſ-
ponere voluerit de re, quam ſciebat obnoxiam
eſſe fideicommiſſo, & primogenituræ, ordinatæ
à Patruo ſuo, per *Text. in leg. conficiuntur §. Si
poſt factum*, ibique *Gloſſ. verb. teſtatur in fine ff.
de jur. codicillor., leg. 1. Cod. qui teſtam. facer.
poſſ.*, ibique *Bald. num. 2., & Caſtrenſ. num. 5.,
Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 9. tit. 1. n. 12.,
Rota coram Durano dec. 93. nu. 3. ad plures ſeqq.,
& in rec. dec. 724. num. 9. & 10. part. 18. tom. 2.*,
longè verò inveriſimilius erat, quod id facere
voluerit in præjudicium filii, quem ſubjeciſſet 6
pœnæ privationis, ab ipſo in caſu contraventio-
nis impoſitæ, argumento *Textus in leg. iſti qui-
dem §. finali ff. de eo quod met. cauſ., leg. nec in
ea ff. de adult., leg. contra pietatem cod de teſtam.
manumiſſ., leg. Patre furioſo ff. de his, qui ſunt
ſui, vel alien. jur., Rota dec. 113. nu. 13. part. 9.
tom. 1.*, & concinunt declarata per *Cephal. conſ.
243. nu. 44., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 575. n. 12.,
& quæſt. 582. num. 19., Caſtill. quotid. controv.
lib. 5. cap. 94. num. 54. & ſeqq., Caſtald. conſult.
215. nu. 4. verſ. ego verò, Turr. de Primog. Ital.
part. 2. quæſt. 13. num. 14., Rota in Carpentora-
cten. Fideicommiſſi 26. Junii 1709. §. Et jure
quidem in fine coram bon. me. Caffarello, dec. 376.
num. 2. part. 15. rec., & coram Emerix. jun. dec.
1178. num. 7. & 8.*, quamobrem concludebatur,
d. Legatum reſtringendum eſſe ad illum dum-
taxat reliquatum, & credita, quæ præfata D.
Baptina contrà hereditatem Patrui habere pote-
rat ex cauſa adminiſtrationis cujuſdam ſocialis
negotii, poſt obitum Joannis Dominici illius Pa-
tris à præfato Julio exercitæ.

Verùmtamen, licèt hæc plurimùm urgere vi-
deantur, nihilominùs verius videtur, iſtiuſmodi
Legatum hanc reſtrictionem minimè admittere; 7
ſi enim, quoties agitur de interpretando Lega-
to, non verborum figura, ſed Teſtantis mens,
& voluntas attendenda præcipuè eſt, ex ſen-
tentia *Pauli* in *leg. ubi purè ff. ad Trebellian.,
Pariſ. conſ. 72. ſub num. 2. verſ. in caſu autem
lib. 2.*, quem ſequitur *Mantic. de conject. ultim.
volunt. lib. 9. tit. 3. ſub num. 1., Rota coram Pam-
phil. dec. 728. num. 6.*, ita quidem, ut, quod Te-
ſtator ſenſerit; non quod ſcriptum eſt, Legatario 8
debeatur, *leg. inter veſtem ff. de aur., & argent.
legat., & proſequitur Mantic. loco citato*, latius
ſemper interpretando ejus voluntatem, ut ad- 9
monet *Cuiac. ad leg. ſi area ff. de legat. 2. oper.
poſthum. tom. 4. part. 1. fol. mihi 1232. litt. C.*;
ſi ex generalitate verborum, magis verò, ſi ex
mente Teſtatricis perſpici poſſit, illam, Lega-
tum, a ſe factum, nullo pacto reſtringere vo-
luiſſe ad ſolum reliquatum, ipſi debitum ex he-
reditate Patrui, extendendum erit ad Bona om- 10
nia, quæ ex mente Teſtatricis ſub dd. verborum
amplitudine comprehendi poſſunt, ex cenſura
*Text. in leg. Aurelius §. Legatum, & leg. finali
§. Caio Seio ff. de liberat. legat., leg. poteſt. 95.
ff. de verbor. ſignificat., Doctores in leg. ſi ex plu-
ribus 89. ff. de ſolut., Cephal. conſ. 773. num. 25.,
Rota coram Emerix. jun. dec. 1. num. 3., & deciſ.
794. num. 8., & in rec. dec. 565. num. 12. 12. 17.
& 27. part. 19. tom. 2.*

Neque hoc caſu negotium ullum faceſſere po-
terit, quod Teſtatrix uſa fuerit verbo illo = 11
Stra-

Digitized by Google

Stradote = nam, ſi, ut admonet *Cicero de inven-
tione theorica*, conſiderari oportet, quemadmo-
dum homines in conſuetudine ſcribendi, & ſer-
mocinandi aliquo verbo, de quo controverſia
eſt, uti ſoleant; ideoque ſpecialis uſus loquendi
12 ipſius Teſtatoris pro ioterpretanda ejus voluo-
tate magis valet, quàm generalis conſuetudo,
ad *Text. in leg. vino legata ff. de tritica, vino,
& oleo legato, Cuiac. tom.4. oper. poſthum. part.1.
fol. mihi 1530. litt. A.*, ejuſque opiuio potiùs,
13 quàm vera verbi prolati ſiguificatio, eſt atten-
denda, ad *Text. in leg. is qui putat, & leg. heres
inſtit. in princ. ff. de acquir. heredit., Gravett.
conſ.88. ſub. n.14., Rota coram Seraph. dec.354.
num.4., coram Coccino dec. 2305. nu.98., in rec.*
14 *dec.95. num.4. part.19.*, ſimile verbum, utpotè
adhibitum à Muliere ignara rigoroſæ, atque le-
galis ſignificationis ejuſdem, uſurpari potuit pro
ſignificando eo toto, quod, præter dotem, ſibi
ex juris neceſſitate à Patre debitam, ab Extra-
15 neo, Patruo nempe, promiſſum, ſed nondum
traditum fuerat, ſed ab ejus hereditate exigen-
dum ſupererat, cum eoim ſæpè etiam Juriſperi-
ti in nominum interpretatione fallantur, & in
16 impropria ſignificatione ab eiſdem uſurpentur,
ad definitionem utique deſcendendum non eſt,
leg. non aliter 69. §. Titius ff. de legat.3. ibi = non
enim *in cauſa teſtamentorum ad definitionem uti-
que deſcendendum eſt, cum plerumque abuſivè lo-*
17 *quantur, nec propriis nominibus, ac vocabulis
ſemper utantur, ibique Gloſſ. in verb. ad defini-
tionem, Cuiac. conſult.* 48. = ibi = *Quod de Te-
ſtatoribus ait Lex, non aliter §. ultimo ff. de le-
gat.3. idem evenit Contrahentibus, & Tabellioni-*
18 *bus, ut plerumque abuſivè loquantur, nec propriis
nominibus, atque vocabulis ſemper utantur* =, *leg.
heredibus 35. ff. de hered. inſtit., leg. Pater Se-
verinam §. Conditionum verba ff. de condit. & de-
monſtrat., Gravett. conſ.59. num.1., Menoch.
conſ.131. n.1. & ſeqq., Manſ. conſult.143. n.34.,
& conſult.197. num.12., Rota deciſ. 81. num.22.
part.15., & dec.61., & dec.156., utrobique n.2.*
19 *part. 18. tom. 1.*, parvi igitur refert, quod pro-
priè nomine extradotis venire tradiderint *Af-
flict. dec.41. nu.1., Menoch. dec. Lucen. 68. n.1.,
Boſſ. de dote cap.8. num.109., Caſtill. contr. jur.
lib.4. cap.40. ex num.46.*, cum non rarò ad alia
20 exteudi, ſenſeriut *Alciat. lib.4. parerg. cap.13.,
Fontanell. de pact. nupt. clauſ.6. gloſſ. 2. part.7.
num.6., Arias de meſa var. reſolut. lib.2. cap.30.
num.2., Theſaur. dec.187. num.2.*

Porrò, rem ordiendo à verbis, illa adeò am-
pla ſe videntur, ut quamcumque penitùs reſtri-
21 ctionem excludant, ac manifeſtè innuant, Te-
ſtatricem extradotis, ſive extradotalium Bono-
rum oomine comprehendere voluiſſe quidquid
à Patruo ad dotem, ipſi conſtituendam minimè
obligato, promiſſum fuerat, licèt enim illa Lega-
tum juxta prioritatem temporis incœperit à cre-
dito antiquiori, quod habebat contra illius here-
ditatem, videlicet reliquatu, ut innuunt verba
illa = *Dichiaru inoltre eſſa Signora Teſtatrice re-
ſtare vera reale Creditrice del fu Signor Giulio
Ricci ſuo Zio di ſomma di rilievo, che è neceſſaria
forſi liquidarla in Giudizio, quando oggi, nol ſia
&c.* =; nihilominus, poſt eam ſummam rele-
vantem, & in Judicio liquidandam, & ſibi de-
bitam *per ſtradote, o in altra miglior forma* Te-
ſtatrix amplioribus verbis, explicans id, quod
in Legato comprehendere volebat, ſubdidit illa
alia, ſuperiùs relata verba = *perciò volendo diſpor-
re di detta ſua ſtradote dovuta dal detto fu Signor
Giulio, e ne ſuoi Beni, e eredità, e altri qua-
lunque obligati, e Beni ipotecati, e tanto per ra-
gione di aſſegnazione, e altro dovutole dalla detta,
hò laſciato, e laſcia per via di Legato &c. la metà
di eſſa ſua ſtradote, e altra dovutole, come ſopra,
dalla detta eredità, e tanto per ragione di dote ma-
terna, e altra cauſa, niuna eſcluſa, con tutte le
ragioni &c.* = Pro ſtatuendo itaque, an ſimile
Legatum reſtrictum fuerit ad ſimplicem reliqua-
tum, qui nomioe extradotis venire potuiſſe præ-
tenditur, inquirendum dumtaxat erit, an dicta
reſtrictio conciliabilis ſit cum ſimilium verbo-
rum amplitudine, vel noo? nam, ſi verba ne-
ceſſariò comprehendunt alia, reijcienda prorsùs 22
erit quæcumque reſtrictiò, ità exigente genera-
litate, atque toties geminatâ illorum univerſali-
tate, quæ effectu vacua eſſe non debet, ut ex
Textu in leg. ſtipulatu ff. de uſu, tradit, *Bald.
conſ.46. ſub num.1. lib.1., Simon. de Pret. de in-
terpret. ult. volunt. lib.2. interpret.3. ſolut.2. nu-
22., Rota dec. 242. num. 10. part. 5., & meliùs
dec.295. num.11. part.14.*, omnium enim in ore
verſatur commune illud effatum, quo dicitur, 23
nullum verbum, immò nec ſyllabam in ultimis
voluntatibus ſinè effectu operandi poſitam cen-
ſendam eſſe; ad *Text. in leg. ſi quando ubi Bar-
tol., & alii ff. de legat. 1., leg. generaliter §.1.
ff. de uſufruct. legat., Alexander. conſ.26. nu. 5.
lib.2., Curt. ſen. conſ.52. num.330., Rota in rec.
d. dec. 242. num. 9. part. 5.*, ideòque paſſim ad-
monemur, quod, quoties id exigit ratio ſermo- 24
nis generalis, atque univerſalis, Legatum ex-
tendendum ſit ad ea, quæ alioquin ſub illo non
venirent, *Surd. dec. 151. num.7. & ſeqq., Rota
poſt Zacch. de obligat. Camer. dec.93. num.8.*

Ita res ſe habet in caſu noſtro, reſtrictionem
enim recipere minimè poſſe videntur verba illa =
*perciò volendo diſporre di detta ſua ſtradote, do-
vuta dal detto fu Signor Giulio, e ne ſuoi Beni,
e eredità, e altri qualunque obligati, e Beni ipo-
tecati* =, hæc enim verba, utpotè adjecta am- 25
pliandi Legati causâ, uullo pacto reſtringi poſſe
videntur, ad *Text. in leg. ſi cui ſervi in princip.
ff. de legat. 1., & leg. ſi mancipia ff. de fund. in-
ſtruct., Ruin. conſ. 71. num. 18. lib. 2., Mantic.
de conject. lib. 9. tit.3. num. 18. in fine, Rota co-
ram Coccino dec.48. num.13. & ſeq.*, & ſanè Te-
ſtatrix diſponere velle profeſſa fuit *di detta ſua
ſtradote dovuta dal detto fu Signor Giulio*, quo-
nam igitur pacto in dubium revocari poterit,
quod diſponere voluerit etiam de dd. partitis li- 26
brarum 250000. debitis à Julio, & quæ, utpotè
occaſione Matrimonii ab illo eidem promiſſa
veriſimiliter in mente Mulieris venire poterant
nomine extradotis.

At ad Legatum ſimplicis reliquatus referri

certè non poſſunt illa alia immediatè ſubjuncta
verba, *e tanto per ragione d'aſſegnazione, e altra*
dovutole dalla detta, hereditate nempe Julii; de-
27 bitum enim reliquatus, utpotè promanans ex
geſtione adminiſtrationis, eſt omninò diverſum
ab eo, quod *per ragione d'aſſegnazione, e altro*
deberi poterat Teſtatrici, quæ verbis illis *per ra-*
gione d'aſſegnazione, quaſi digito deſignaſſet, viſa
eſt duplicem illam partitam librarum 25000., à
28 Julio occaſione Matrimonii nepti ſuæ aſſignata-
rum, & quæ verè debebantur ex ſpeciali promiſ-
ſione, importata verbo illo *aſſegnazione*, *juxtà*
Text. in leg. item ſi verberatum 15. §. Item ſi for-
tè ff. de rei vindicat., *& in leg. Lucius 11. ff. de*
eviction., *& utrobique Gloſſ. in verbo aſſignatos*,
Gebbias conſult. dec.68. num.20., *R. P. D. An-*
ſuld. in addit. ad dec.80. num. 54. inter ejus Lucæ
impreſſ., *Rota coram Royas dec. 153. num. 2.*, *&*
in rec. dec.487. num.3. part.14., *& dec. 218. nu.*
16. part. 18. tom.1., *deciſ. 305. num. 4. & ſeqq.*
part.19. tom.1.

Prout etiam latiſſima ſunt illa alia verba = *hò*
laſciato, e laſcia per via di Legato &c. la metà di
eſſa ſua ſtradote, e altro dovutole, come ſopra,
dalla d. eredità, e tanto per ragione di dote ma-
terna, e altra cauſa, niuna eſcluſa =, verbum
29 enim illud = *altro* = cum dictione = *Et* =, quæ
procul dubio ampliativa eſt; *Leg. ea tamen adje-*
ctio ff. de legat. 3., *Surd. dec. 319. num.7.*, *Rota*
dec.33. num.6., *& deciſ.41. num.4. part. 1. rec.*,
& coram Merlino deciſ. 12. num.9. cum ſeqq., *&*
ad ornat. Card. de Luc. de Donat. dec.19. num.6.,
& de legat. dec.19. num. 13., *& in Mantiſſ. dec.*
2. nu. 7. tit. de Fideicom., *& in Interamnen. Ju-*
riſpatronatus 22. Martii 1706. §. Non obſtante in
30 *fin. coram Illmõ Scotto*, illud, inquam, verbum =
altra = adjectum poſt illa verba *ſua ſtradote*, pro-
cul dubio importat aliud diverſum à Bonis ex-
tradotalibus, ſi fingamus, Teſtatricem illorum
nomine reliquatum dumtaxat intellexiſſe, ut de
d. dictione = *altro* = tradunt *Soccin. ſen. conſ.300.*
ſub num. 2. verſ. = gli altri Beni = lib.2., *Natta*
conſ.546. num.2. cum ſeqq., *Barboſ. dict.26. n.16.*
verſ. immò aliquando, *Rota apud Gilian. ad Sta-*
tut. Peruſ. dec.96. num.3., *& in rec. deciſ. 714.*
num.5. part.2., *& dec.653. n.9. part.19. tom.2.*,
& coram Emerix. jun. deciſ. 105. num.7., prout
etiam id, quod deberi poterat *per ragione di dote*
materna, originem habere nequibat à debito re-
liquatus, iſtud enim oriebatur ex obligatione, re-
ſultante ab adminiſtratione ſocialis negotii, exer-
31 cita à Julio; dos verò materna debebatur ratio-
ne ſucceſſionis, filiæ debitæ in Bonis maternis,
ex diſpoſitione *Text. in leg. maximum vitium*
4. Cod. de liber. præter., *leg. ſi matri 11.*, *&*
Auth. in ſucceſſ. Cod. de ſuis, & legit. hered. §.
Aliud quoque, *Auth. ut cum de appellat. cognoſc.*,
Corn. conſ.94. num.5. lib.2., *Gobb. conſult. deciſ.*
83. num.2., *Rota coram Bich. dec.259. num.11.*,
& denique quonam pacto reſtrictionem ullam
admittere poſſunt finalia illa verba =, *e altra cau-*
ſa, niuna eſcluſa =, Teſtatrix enim his non du-
biis verbis ſub Legato comprehendere voluiſſe
declaravit quidquid à Patruo ſibi debebatur ex
quacumque alia cauſa, nihil penitùs excluden- 32
do, *niuna eſcluſa*, ſi autem, ut inquit *Cicero* pro
Balbo, exceptio facit, nè liceat, ibi neceſſe eſt
licere, ubi non eſt exceptio, Teſtatrix, quæ in
Legato comprehendere voluit, quidquid ſibi de-
bebatur à Patruo ex altera cauſa, & nullam ex- 33
cluſit, *niuna eſcluſa*, totum procul dubio in Le-
gato comprehendere voluiſſe dicenda eſt, dictio
enim illa = *niuna* =, latinè = *nulla* = eſt univerſalis
negativa, omnia comprehendens, *Barboſ. de di-*
ction. uſufreq. dict.229. n. 1. & ſeqq., *Palm. ſen.*
conſ. 32. num. 110., *Tiraquell. in leg. ſi umquam*
verſ. revertatur à num. 93. Cod. de revocand. do-
nat., *Manſ. conſult.32. num.42.*, *Bonden. collect.*
legal.8. nu. 155. & ſeqq., *& collect. 11. num. 59.*
60. & ſeqq. lib.2.

Si igitur Teſtatrix adeò amplis verbis profeſſa
fuit diſponere non ſolùm de reliquatu, ſive de d.
ſua *ſtradote*, ſed de alio *dovutole*, *come ſopra*,
dalla d. eredità, & quidem ampliſſimis illis ver-
bis = *e tanto per ragione di dote materna, e altra*
cauſa, niuna eſcluſa =; quonam pacto ſimilis di-
ſpoſitio, ſuâpte naturâ comprehendens credita 34
omnia, & quidquid ipſa conſequi debebat ab he-
reditate Patrui, reſtringi poterit ad ſolum reli-
quatum, quaſi de eo ſolo propriè verificari poſſet
ſignificatio illius verbi = *ſtradote* =, quod ex toto
contextu diſpoſitionis à muliere Juris ignara
uſurpatum apparet non ad effectum contradi- 35
ſtinguendi Bona extradotalia à dotalibus, ſed ad
effectum ſecernendi Bona illa, quæ reverà exe-
gerat, & dotis nomine in domum Viri jam intu-
lerat, ab aliis, quæ nondum exegerat, ſed ipſi
debebantur à d. hereditate; Cum itaque verba,
quibus ſimile Legatum conceptum eſt, apertè 36
comprehendant credita omnia, quæ Teſtatrix
habebat contra d. hereditatem, reſtringi nullo
pacto poterit ad ſolius reliquatus Legatum, ut
in fortioribus terminis eſt *Text. in leg. Julianus*
66. ff. de legat. 3., & ſequuntur *Salycet in leg.*
cum alienam ſub num.6. verſ. niſi dixerit. Cod. de
Legat., *Menoch. conſ. 145. nu.15.*, *Cephal. conſ.*
773. num.28., *Laderch. conſ.53. num. 4.*, *Alto-*
grad. conſ.68. num. 76. lib. 1., *Milaz. aſſert. jur.*
40. num. 113., *Mareſcot. var. reſolut. cap. 104.*
num.9. lib.2., *Gobb. coſult. dec.75. n. 29. & 31.*,
& benè *Rota in rec. dec.58. num.8. part.9. tom.1.*

Quamquam verò, quoties in verbis ambigui-
tas nulla eſt, ceſſet omnis voluntatis quæſtio, 37
juxtà famigeratum *Text. in leg. ille, aut ille ff.*
de legat.3., nihilominùs, ſi ſequi libeat conjectu-
ras, quæ in tacitis, & occultis dicuntur liquidiſ- 38
ſimæ probationes, *Leg. licèt ff. de legat.1.*, *Leg.*
ſi quis locuples in fine ff. de manumiſſ. teſtam.,
Mantica de conject. ult. volunt. lib.15. tit.4. n. 9.
verſ. quia illa, etiam plurima, & quidem validiſ-
ſima in noſtra hypotheſi ſuppetunt argumenta,
quæ latiorem iſtiuſmodi Legati interpretatio-
nem commendant.

Et primò quidem, ſi inſpiciamus perſonas Le-
gatariorum, altera eſt ſoror, altera eſt Eccleſia,
ſive Opus pium; tàm autem ratio dilectionis er- 39
gà ſororem, quàm favor animæ expoſcit, ut ſi-
mile Legatum benigniori interpretatione exten-
da-

datur, tametſi alioquin ſtrictè interpretandum
videretur, ut de Legato facto Conſanguineo,
tradunt *Cravett. conſ. 297. num. 2., & num. 7.
verſ. non obſtat, Camill. Medic. conſ. 73. nu. 18.,
Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 106. n. 26.,
Gratian. diſcept. 700. num. 14., Surd. de aliment.
tit. 8. privil. 27. num. 3. in fine, Facchin. controv.
jur. lib. 1., contr. 65. num. 22., Tondut. reſol. ci-
vil. lib. 1., reſol. 13. nu. 6., Calvin. de æquit. cap.
145. num. 20., Rota coram Pamphil. deciſ. 439.
num. 9., coram Royas deciſ. 154. num. 5., coram
Card. Celſo deciſ. 35. num. 11., in rec. deciſ. 239.
num. 11. & ſeq. part. 7., dec. 102. nu. 5. part. 15.,
deciſ. 91. num. 17. & 19., & dec. 101. num. 17.
part. 17., in Romana Legati 3. Februarii 1710. §.
Prout etiam & 6. Junii ejuſdem anni §. finali cor.
R.P.D. Criſpo*; ex neceſſitudine enim, & con-
40 ſanguinitate Legantis voluntatem metiendam
eſſe, ſancitur in *L. Aurelius §. Tibi ff. de libe-
rat. legat.*, ubi Doctores communiter, *Cancer.
variar. reſolut. part. 3. cap. 20. num. 54.*, & de Le-
gato facto favore piæ Cauſæ, cui ſemper, quod
41 majus eſt, legatum cenſetur, *Gloſſ. in leg. Titia
§. finali ff. de aur. & argent. legat.*, *ubi Bartol.*,
& alii, & menti tenendum, ait *Bald. in Auth.
ſi quis ad declinand. col. penult. Cod. de Epiſcop.
& Cleric., Barbat. conſ. 59. num. 12. lib. 2., Goz-
nadin. conſ. 60. num. 3., Cephal. conſ. 144. nu. 23.
& ſeqq.*, ubi, *ex Cagnol. in leg. ſemper in obſcuris
num. 10. de regul. jur.*, tradit, hanc ſententiam
veriorem, & communiorem, *Tiraquel. de pri-
vileg. piæ Cauſæ cap. 25. in princip., Menoch. de
præſumpt. lib. 4. præſ. 106. num. 33., Card. de Lu-
ca de legat. diſc. 13. num. 5.*

Augetur vis hujus conjecturæ, ſi intueamur
cauſam adſcriptam medietati Legati, facti favore
piæ Cauſæ; illud enim relictum legitur pro am-
42 pliandis ædibus Hoſpitalis, ſi autem Relictum
quodlibet determinatur, & interpretationem re-
cipit à cauſa eidem annexa, *Leg. Seio, & Leg.
mania ff. de ann. legat., Cephal. conſ. 144. n. 20.,
Surd. conſ. 493. num. 4., de aliment. tit. 2. quæſt. 3.
num. 8., Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 6.
tit. 14. num. 14. verſ. nam legatum, Card. de Luca
de legat. diſc. 7. num. 17., diſc. 14. num. 14., diſc.
61. num. 6., Rota dec. 261. nu. 5. verſ. quæ omnia
part. 2. diverſ., & in rec. dec. 295. nu. 6. part. 14.*,
43 dicendum procul dubio eſt, quod ſimile Lega-
tum, deſtinatum ad certum opus faciendum, latiùs
interpretandum ſit, ut, ducto argumento ex
leg. Legatum Civitati ff. de uſufruct. legat., tra-
dunt *Lap. alleg. 87. num. 6., Rota coram Dunoz.
jun. dec. 982. num. 9. ad fin., & in dec. 484. nu. 5.
part. 13., dec. 488. num. 6. verſ. immò etiam n. 10.
& ſeqq., & num. 23., & dec. 530. nu. 5. part. 19.
tom. 2.*; Et ſane, ſi quoties agitur de onere adje-
44 cto iſtiuſmodi piis Legatis, eorum favor expo-
ſcit, ut non ſolùm adimplenda ſint, ſed, ſi quan-
titas, tali adimplemento deſtinata, non ſufficiat,
quod deeſt, ſuppleri debeat ab herede, *Roman.
ſingular. 435., Tiraquell. de privileg. piæ Cauſ.
privileg. 63., Tondut. quæſt. beneſic. to. 1., quæſt.
90. num. 2., Card. de Luc. de teſtam. diſc. 45. n. 9.,
Ravitus dec. 57. num. 2., Rota dec. 11. num. 8. de
teſtam. in antiq., dec. 662. part. 1. diverſ., coram
Merlin. dec. 456. num. 35.*, quantò potiori jure fa-
vor iſte piæ Cauſæ, & ratio oneris injuncti Le- 45
gato, efficiet, ut idem benignius ſit interpretan-
dum, ex traditis per *Alexandr. conſ. 9. num. 15.
lib. 2., Ruin. conſ. 212. n. 15., Anſald. conſ. 123.
num. 28. verſ. ſed quod in caſu noſtro, Mantic. de
conject. lib. 9. tit. 1. num. 18. in fine, Gratian. di-
ſcept. 611. num. 25., Cenſal. ad Peregr. de Fidei-
comm. art. 33. in 2. declarat., Gobb. conſult. dec.
75. n. 28., Rota coram Dunoz. jun. dec. 814. n. 8.,
& coram ſan. mem. Alex. VIII. dec. 813. num. 24.
& 25., & in rec. dec. 233. nu. 5. verſ. quibus con-
ſideratis part. 3., & dec. 117. num. 7. part. 17.*

Certoque certiùs in caſu noſtro, in quo, ſi
rigidiori intellectu ſequendo ſcrupoloſitatem
verborum, controverſum Legatum reſtringere-
mus ad ſimplicem Relictum reliquatus, quem
Teſtatrix ex Bonis Patrui conſequi potuiſſet, vel
prorſus inutile, vel incommodum fortè æqui-
valens emolumento allaturum fuiſſet Legatariis;
Nam, licet Teſtatrix vigore ſententiæ, anno 1688.
ejus favore latæ, obtinuiſſet, Patruum conde-
mnari ad redditionem rationis, & ſolutionem
reliquatus, ità ut ſola illius liquidatio ſupereſſet;
nihilominùs ipſa Patruum liberavit, & ſolemni-
ter abſolvit; & quamvis me non lateat, ſimiles 46
liberationes, factas ſinè ſolemni redditione ratio-
nis, inutiles prorsùs eſſe; præſertim verò, ſi adſit
Statutum aliquod certas præſcribens ſolemnitates 47
in contractibus Mulierum, nihilominùs nemo
non videt, quod prò reſcindenda tali liberatione,
Legatarii aſſumere cogerentur litem, immò verò,
ſecutâ reſciſſione, penè nihil actum videretur;
nam deveniendum eſſet ad redditionem ratio-
nis, & liquidationem reliquatus, ideoque Te-
ſtatrix Legatarios conjèciſſet in tricas illas, quas
ipſa adeò abhorruit, ut potiùs Patruum, etiam
poſt obtentam ſententiam liberare maluerit: Et
quamvis hæc incommoda à Legatariis ſubeunda
ſint, etiamſi Legatum comprehendat alia cre-
dita Teſtatrici competentia adverſus Patrui he-
reditatem, nihilominùs hoc caſu hæc incommo-
da abundè compenſantur exuberanti emolumen-
to, quod iidem conſequuntur ex aliis rebus lega-
tis, & quo ſi careant, contingere facilè poſſet
quod poſt litem ſubſtentatam pro tollenda è me-
dio liberatione, poſtque labores perpeſſos in ra-
tionibus diſpungendis, reliquatus redigeretur ad
quid minimum; præſumendum autem non eſt, 48
quod Teſtatrix dilectæ ſorori, & piæ Cauſæ inu-
tiliter legare voluerit, vel legaverit litem, alla-
turam incommoda, æquivalentia, aut fortè ſu-
perantia commodum; quandò alioquin ſimilia
Legata benignum, non rigidum interpretem 49
expoſcunt; ad *Text. in L. nutu in princip. ff. de
legat. 3., Alexand. conſ. 248. num. 6. lib. 6., Rota
coram Pamphil. deciſ. 439. num. 10.*, & ne inuti-
lia reddantur, recedendo à proprietate verbo- 50
rum, extenduntur ad ea, quæ ſub illis non com-
prehenduntur, ex *Text. in L. Veſtes cum L. ſeq.
ff. de aur., & argent. legat.*, juxta quos in Legato
Jocalium licèt veſtes non contineantur, veſtes 51
etiam Legato ceduut, ſi Teſtator nulla alia ha-
be-

bebat Jocalia, *L. fundus, qui legatus ff. de fund.
inſtruct., Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 9. tit. 3.
ſub num. 23.*, & bene etiam expendit *lib. 10. tit. 1.
num. 7. cum ſeq.*; Ut etiam Legatum generale,
52 quamvis non comprehendat ea, quæ mercimo-
nii cauſâ comparata ſunt, ut reſpondit *Scævola
in leg.* generali *§. Uxori ff. de uſu, & uſufruct.
53 legat.*, nihilominus id limitatur, nè Legatum
inutile reddatur, ad *Text. in L. pecudis §. Cum
quæreretur ff. de aur., & argent legat., Caſtrenſ.
in L. primu ſub num. 1. ff. de verbor. ſignificat.,
Roman. ſingul. 437., cum aliis in addit. Mart. de
ſucceſſ. legal. part. 14. quæſt. 21. art. 15. num. 49.*

Quæ ſi procedunt, quoties latior Legati inter-
pretatio commendatur ex conjecturata voluntate
Teſtatoris, quæ in noſtro caſu luculentèr elici-
tur ex mox relatis conjecturis, potiori certè ju-
re juſtum locum ſibi vindicabunt, quando veri-
ſimilis illius voluntas coadjuvatur etiam ex am-
plitudine verborum, prout contingit in caſu
54 noſtro, in quo Teſtatrix, licèt adhibuerit no-
men illud = *Stradote* =, nihilominus Legatum
concepit aliis latiſſimis verbis, & clauſulis aptis
comprehendere omnia alia credita, quæ ipſi
competebant adverſus Patrui hereditatem; qua-
mobrem, ſi ex veriſimili voluntate dd. omnia
55 credita in Legato comprehendere voluit, ſi ver-
ba apta ſunt illa comprehendere, nihil propo-
nitur, cur eadem ſub Legato non veniant, ac per
conſequens ſub eo non includantur duæ illæ par-
titæ librarum 25000., quæ ipſi debebantur, juxtà
præclarum Reſponſum *Celſi in L. Baliſta ff. ad
Trebell., & conferunt. tradita per Rotam dec. 239.
num. 7., & ſeq. part. 7.*, hoc enim caſu fieri mi-
nimè dicitur extenſio Legati, ſed comprehen-
56 ſio, ſivè declaratio non contraria, ſed conſona
proprietati verborum, cum quibus Legatum
conceptum eſt, *Rota coram Card. Cerro dec. 641.
num. 7.*

Jam verò, conſtabilito his omnibus, quod,
inſpectà tùm mente Teſtatricis, tùm etiam con-
ſideratà figurà verborum, dd. duæ partitæ com-
prehendantur ſub Legato, fruſtrà obiicitur,
quod Julius Teſtator bo: me: Baptinæ prohibue-
rit illarum extractionem ex aſſe hereditario, im-
ponendo pœnam caducitatis in caſu contraven-
tionis; nam, vel Teſtatrix noverat iſtam Patrui
diſpoſitionem, illamque acceptaverat, & licèt
poſtea diſpoſuerit de dd. ſuis creditis; nihilomi-
nus non idcircò ſequitur, quod d. Legatum fece-
rit animo contraveniendi illius præcepto, ſed
præſumendum potiùs eſt, quod heredem obli-
57 gare voluerit ad tradendam Legatariis æquiva-
lentem quantitatem, ex illa immota Juris regu-
la, quà edocemur, quod, quandò Teſtator,
ſciens rem aliquam ad alium pertinere, vel fi-
deicommiſſo eſſe obnoxiam, illam alteri legat,
Legatum tenet, ſi non quantum ad res ipſas,
ſaltem ad earum æſtimationem, & pretium,
quod Legatario ab herede præſtari debet; *L. Si
res obligata ff. de legat primo, L. Cum alienam,
Cod. de legat., & in §. Non ſolùm inſtit. eodem
tit.*, ut enim benè inquit *Cujac. in lib. 6. Cod.
tit. 37. de legat. tom. 5. oper poſthum fol. mihi* 852.
litt. C. = *hæc eſt cogitatio Defuncti, qui non igno-
rat, rem alienam eſſe, quam relinquit, ut heres
eam redimat a Domino, & præſtet, vel, ſi non
poteſt heres, præſtet ejus juſtam æſtimationem* =,
& prius dixerat *in lib. 19. quæſt. Papin. ad Text.
in L. unum ex familia §. Si rem tuam tom. 5. oper.
poſthum. fol. 548. litt. B., & C., & in d. L. ſi
res obligata tom. 4. oper. poſthum. part. 1. fol. mihi
1113. litt. B., & C., Bartol. in L. ſi Domus n. 3.
verſ. tertium membrum ff. de legat. 1.; Caſtrenſ.
ibidem num. 3., Oinotom. in d. §. Non ſolùm n. 17.
inſtit. de legat., Caballin. de evict. §. 4. num. 20.
tract. magn. tom. 6. part. 1. pag. 92., Menoch. de
præſumpt. lib. 4. præſumpt. 118. num. 10., Spadaz.
Theatr. viduit. diſquiſ. 42. num. 183, Camarell. de
legat. lib. 4. de 5. conſ. num. 15. fol. mihi 515., &
lib. 14. quæſt. 5. fol. 795. num. 85., Jo. dilect. de
art. teſtand. tit. 6. cautel. 32. num. 2. tract. magn.
tom. 8. part. 1. pag. 131. à tergo Pepat. var. jur.
ſent. tom. 2. tit. de legat. fol. 369., Mantic. de con-
ject. ultim. volunt. tit. 9. n. 7., Andreol. contr. 208.
num. 1., Rocc. diſput. jur. ſelect. cap. 51. n. 121.,
& ſeqq., Mart. vot. deciſ. 108. num. 3., Palm.
alleg. 192. n. 76., & ſeqq., Gobb. conſult. dec. 75.
num. 2., & ſeqq., Rota in rec. deciſ. 337. num. 4.
part. 1., & deciſ. 205. num. 2., & ſeqq. part. 18.*

At verò, ſi ad excuſandam contraventionem vo- 58
luntati Teſtatoris, & evitandam pœnam cadu-
citatis ſufficit quævis colorata cauſa, imo, ut
noſtri dicunt, etiam beſtialis, & fatua, ad fir-
mata per *Houded. conſ. 66. num. 20., cum ſeqq.
lib. 2., Riminald. ſen. conſ. 676. num. 90., Bar-
dellon. conſ. 73. num. 23., Altograd. conſ. 84. n. 59.,
& ſeq., & num. 102. lib. 1., Card. de Luca de
fideicomm. diſc. 154. num. 3., diſc. 155. num. 2., &
diſc. 157. num. 3. 5., & 6., Rota coram Merlino
deciſ. 491. num. 1., & coram ſan. me. Alex. VIII.
deciſ. 110. num. 13., & in rec. deciſ. 389. num. 8.
part. 2., deciſ. 489. num. 2. cum ſeqq. part. 4., &
deciſ. 777. num. 17. part. 19., & in Hortuna Syl-
varum 10. Mart. 1698. §. Opitulatur coram bo. me.
Muto in Spoletana cautela Angeli 27. Jun. 1701.
§. Imo verò coram Eminentiſſimo Card. de la Tre-
moille, in Romana Caducitatis 3. Julii 1702.
§. Subnixa coram Reverendiſſimo Molinet, & in
Romana hereditatis de Ruſpolis 13. Junii 1704.
§. 39. in princ., & §. 49. circa med. coram eodem*,
quonam pacto dici poterit, bo: me. Baptinam
doloſo animo contraveniendi præcepto Teſtato-
ris feciſſe ſimilia Legata, quando illa, ſalvâ 59
manente diſpoſitione Julii Patrui ſui, eadem
reliquiſſe cenſeri poteſt ad mentem juris, ut ſci-
licet præſtarentur ab herede in æquivalenti quan-
titate ex aliis rebus hereditariis, vel ſuis, ita
ſuadente illà alià juris regulà, quà traditur, Te- 60
ſtatorem gravare poſſe heredem in rebus ſuis, de
qua *in L. Unum ex familia 69. §. Si rem ff. de le-
gat. 2. §. Non ſolùm inſtit eodem tit., Bellon ſen.
conſ. 9. num. 10., Menoch. conſ. 86. num. 49., Ce-
phal. conſ. 393. num. 106., Peregrin. de fideicom.
art. 33. num. 55., Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4.
gloſſ. 5. num. 38., Rota deciſ. 88. num. 22. part. 5.,
deciſ. 240. num. 27., & 28. part. 9. rec., coram
Duran. deciſ. 10. num. 2., & deciſ. 93. num. 1., &
2., &*

2., *& corem Coccino deciſ.1507. pariter num.1.,*
& 2., & coram Bich. deciſ.570. num.9., & coram Emerix Jun. deciſ.86. num.9., deciſ.122.
num.10., deciſ.703. num.4., deciſ.795. num.1.,
& deciſ.1220. num.5., & corum R.P.D. Anſaldi deciſ.10. num.29. inter ejus Romæ impreſſ.,
Quamobrem, cum contraventio voluntati Teſtatoris conſiſteret in ſola actuali ſeparatione,
atque deductione dd. quantitatum ab hereditate
præfati Julii, & ex iſtiuſmodi Legati ordinatione neceſſariò non ſequatur, quod talis detractio
facienda ſit; quippè pecunia legata aliundè com-
61 parari, & ſolvi poſſet, dicendum procul dubio
eſt, quod contraventionem, minùs verò caducitatem ullam ſecumferat actus ille, qui, incolumi manente voluntate Teſtatoris, licito modo expleri poteſt; per ea, quæ advertunt *Caren. reſolut.219. num.4., Card. de Luca de fideicom. diſc.157. num.10., Surd. dec.194. num.5., Fontanella deciſ.264. num. pariter 5., Rota dec.383. per tot. coram Pen., & in d. Romana Caducitatis 3. Julii 1702. §. Ejuſdem coram Reverendiſſimo Molines Decano, & in d. Romana hereditatis de Ruſpolis 13. Junii 1704. §. 41. circa med., & §. 55. coram eodem.*

Aut verò Baptina Teſtatrix penitùs ignorabat
Patrui præceptum, & procul dubio ceſſabit quælibet contraventio, quæ committi nequit ſinè
62 dolo, ut notant *Burſatt. conſ.107. num.1., Cyriac. contr.289. num.6., Card. de Luca de fideic. diſc.154. num.3. 4., & 7., Palm. Nep. alleg 68. num.26., Rota coram Coccino deciſ.722. num.1., & coram Merlin. deciſ.491. per tot., & coram Dunoz. Jun. deciſ.187. num.33., & deciſ.958. num.14., & coram Priolo deciſ.187. num.23., & coram Card. Cerro deciſ.622. num.1., & in rec. deciſ.261. num.5. part.1., deciſ.293. n.4. part.6., & deciſ.168. num.17. part.19., in Romana hereditatis 29. Maii 1693. §. Aut ſubſtitutio, confirmata die 28. Junii 1697. coram Reverendiſſimo Decano, d. Romana caducitatis 3. Julii 1702. §. Subnixa coram eodem, in Spoletana Caſtelæ Angeli 6. Februarii 1703. §. Siquidem coram R. P. D. Anſaldo, & in d. Romana hereditatis de Ruſpolis 13. Junii 1704. §. 33. coram Rmo*
63 *Decano*; Dolo autem vacare dicitur is, qui
ignorat præceptum Teſtatoris, cum ille, veluti
64 ex ſua cauſa, proficiſcatur ex ſcientia contrariæ
voluntatis Teſtatoris, *Cyriac. contr.282. num.3. & ſeqq., Cutell. de donat. part.2. ſpecial.28. num.9., Torr. de Primogen. Ital. part.2. quæſt.34. num.77., Rota coram Merlino deciſ.844. num.6., coram Buratt. deciſ.605. num.4., & ſeqq., & in rec. deciſ.199. num.3. part.11., deciſ.7. num.12. part.12., in Tudertina Bonorum 16. Junii 1692. §. Juſtitia coram clar. me. Card. Cuccin, in Melevitana fideicommiſſi 21. Aprilis 1690. §. Penult. cor. Reverendiſſimo d' Hervault., in Romana Primogeniture de Albericis 3. Julii 1702. §. Muniſque refragante, & §. Cum etenim coram R. P. D. Anſaldo, & in Carpentoracten. fideicommiſſi 26. Junii 1709. §. Et eò libentiùs coram bo. mem. Caffarello.*

Neque idcircò heres effugere poterit præſtationem rei legatæ, vel ejus æſtimationis, ſub obtentu, quod, ſi Teſtatrix ſciviſſet onus rei impo-
tum, vel illam ad alium pertinere, Legatum non 65
fuiſſet relictura, ad *Text. in L. Si res obligata ff. de legat.1. §. Non ſolum autem Inſtit. eodem tit., & paſſim apud DD.*; Objectio namque iſta duplici
ex ratione caſui noſtro minimè applicari videtur;
Prima eſt, quod dd. duo credita reverà pertine- 66
bant ad Teſtatricem, & tamquàm de re ſua plenam de eiſdem diſponendi facultatem habebat,
quæ non impediebatur adjectione extrinſeci oneris à Julio adjecti, *ad Text. in L. in re mandata 21. Cod. mandat., leg.2. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. Jur., Rota deciſ.563. num.8. part.19. rec., & ad ornat. Card. de Luc. de Teſtam. dec.49. num.6., in Mantiſſ. ad eumdem deciſ.34. num.3.*

Altera eſt, quod agitur de Legatis factis favo-
re piæ Cauſæ, & conjunctæ perſonæ, ſororis 67
nempè, hoc enim caſu, ut Legatum valeat, non
requiritur in Teſtatore ſcientia, rem ad alium pertinere, ſed ſivè id ſciverit, ſivè ignoraverit, Legatum indiſtinctè debetur, ut de Legato facto favore piæ Cauſæ, tradunt *Roman. conſ.235. n.5., Tiraquell. de pia cauſa privileg.66., Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.116. num.30., & ſeqq., Novar. in prax. privileg. miſerab. perſonar. privileg.130. num.4., Leoncill. in tract. de privileg. Pauper. in verſ. Legatum 6. num.5. privileg.207., & in verſ. Legatum 19. privileg.220., Gobb. conſult. deciſ.75. n.18. 21., & ſeqq., & n.27., & 29.*, & de
Legato facto favore conjunctæ perſonæ diſponi- 68
tur in *L. cum alienam 10. Cod. de legat., leg. Prædia Cod. de fideicom., Rocc. diſput. jur. ſelect. cap.51. num.122., Rota cor. Millino deciſ.19. per tot., coram Penia deciſ.407. num.3., coram Card. Cerro deciſ.805. num.7., in rec. deciſ.484. n.2. part.5.*;
Quamobrem in hujuſmodi Legatis ſpecies illa, 69
vel illa certa res, in eiſdem expreſſa, non taxativè,
ſed demonſtrativè deſignata cenſetur, *Marant. contr. part.4. reſponſ.15., Rovit. deciſ.57., Rota coram Seraphin. deciſ.317. ſub num.4., in rec. deciſ.63. num.21. part.11., & deciſ.117. num.13. part.17.*; ità demùm verba interpretando, ut num-
quam mens Teſtatoris, aut Legatum pium elu- 70
ſorium reddatur, *Rota coram Gregor. dec.358. num.5., in rec. dec.117. num.4., & ſeq. part.17., deciſ.488. num.18. part.19.*, extenſivam ſemper,
benignioremque in illis admittendo interpreta- 71
tionem, *Panimoll. deciſ.57. num.5., Rota coram bo. me. Emerix Iun. dec.8. n.5., in rec. deciſ.488. num.5. part.13., & deciſ.488. num.11. part.19.*

Non immoror credito librarum 16000., quia illius reſpectu potiori jure urgent rationes ſuperioribus locis deductæ.

Florentina nullitatis teſtamenti.

Paternum teſtamentum, in quo alimenta, aliæque præſtationes filio, etiam non expreſſo inſtitutionis titulo, relictæ fuerint, irritum ex capite præteritionis ipſius filii non eſt cenſendum, quoties tacitè idem titulus deprehendatur ex Teſtatoris mente; Hujus autem quænam argumenta, & conjecturæ expendi valeant

Digitized by Google

leant? Simplex acceptatio paterni teſtamenti, licèt ſervata fuerit *Soccini* cautela, filio, præſertim ignoranti, non præjudicat in Legitima. Jus impugnandi prohibitionem Legitimæ an, & quando ad heredes filius tranſmittat.

VOTUM VIII.

1 *Teſtamentum Patris, non expreſſo, quoad Filium, inſtitutionis titulo, non ſuſtinetur.*
Limita, ſi in Relicto ei facto, de inſtitutione intellexiſſe videatur, num. 3.
Satis autem eſt verba adhibuiſſe inſtitutioni æquipollentia, num. 6.

2 *Teſtamenti paterni verba quum non referuntur ad filium, ad ejus inſtitutionem trahi nequeunt.*

3 *Pater ex juris neceſſitate inſtituere tenetur filium.*

4 *De Teſtatoris voluntate ubi conſtat, nulla habenda eſt verborum ratio.*

5 *Inſtitutio filii ex quibuſcumque verbis concipi poteſt, & facta dici.*

7 *Verborum plures formulæ, quod filio relictum eſt, ad ejus inſtitutionem trahunt, licèt hanc non exprimant.*

8 *Verborum formulæ ſi eſſent inſpiciendæ, multa annullarentur teſtamenta.*

9 *Non omnes Teſtatores ſciunt dicere* = Relinquo jure inſtitutionis =.

10 *Teſtatorum voluntas ex tota diſpoſitione ſpectanda eſt.*

11 *Pater alimenta, menſtruaſque præſtationes non aliter, quàm inſtitutionis jure reliquiſſe quando cenſendus ſit?* & num. 12. & ſeq.

12 *Legitima in alimentorum cauſſam filiis à Jure conſtituta eſt.*

13 *Alimenta filiis loco Legitimæ, hæc verò alimentorum vice tradi cenſetur.*

14 *Inſtitutionis titulo quid filio relictum præſumitur, ſi conſtat, in cauſſam Legitimæ relictum.*

15 *Alimenta, aliaſque præſtationes filio inſtitutionis cauſâ reliquiſſe cenſetur Pater, ſi imputanda eſſe, mandavit in id, quod filio de jure deberetur.*

16 *Inſtitutionis titulus, licèt non expreſſus, erui poteſt ex ſubſtantia, & clauſulis diſpoſitionis.*
Quæ efficiunt, ut pro expreſſo ille habeatur, ibid.

17 *Inſtitutionis jure reliquiſſe cenſetur Pater, ſi mentionem fecit de Legitima.*

18 *Procedit, licèt de inſtitutionis titulo non meminerit.*

19 *Legitimam Pater eo titulo reliquiſſe cenſetur, quo de jure relinquenda erat.*

20 *Inſtitutionis titulum præſefert mentio trebellianicæ.*

21 *Trebellianica eſt quædam portio ſoli heredi competens.*

22 *Trebellianica relicta filio, eum titulo inſtitutionis honoratum arguit.*

23 *Ad directam filii inſtitutionem trahi poteſt verbum* = conſeguire =, *à Teſtatore adhibitum.*

24 Clauſula *codicillaris, licèt ſuâptè naturâ ſupplere nequeat defectum formalis inſtitutionis, attamen conſervat contenta in teſtamento.*

25 Clauſula *codicillaris operatur, ut filius, detractâ Legitimâ, hereditatem reſtituere teneatur heredi ſcripto.*

26 *Clauſula* omni meliori modo *defectum inſtitutionis ſupplet.*

27 *Non cum litera, ſed cum ratione procedendum eſt.*

28 *Ratio docet diſtinguere mores, & tempora.*

29 *Clauſula* codicillaris, *vel alia* omni melior modo, *ſive utraque ſimul pro communi ſtylo in teſtamentis adponi ſolet.*

30 *Inſtitutionis titulum adeſſe, vel non adeſſe meram formalitatem ſapit.*

31 *Filius adquieſcendo diſpoſitioni paternæ, an, & quando renunciaſſe cenſeatur juri conſequendi integram Legitimam?*, num. 32., & ſeq.

32 *Pater, ſervatâ* Soccini *cautelâ, filium in Legitima gravare poteſt.*

33 *Procedit, licèt ſolùm per æquipollens ſervata fuerit.*

34 *Legitimæ jure decidiſſe dicitur filius acceptans teſtamentum Patris cum onere, quoties cautela Soccini tacitè, vel expreſsè fuerit ſervata.*

35 *Procedit etiam de minore, ac nullis etiam ſolemnitatibus adhibitis.*
Vel ſufficit, quod factus major, numquam reclamarit; declarant nu. 37., & ſeq.

36 *Oneris in Legitima impoſiti ratificatio reſultat ex numquam impugnata diſpoſitione Patris.*
Ejuſmodi autem ratificatio tollit acceptationis nullitatem, ibid.

37 *Per acceptationem gravaminis in Legitima tunc filius in ea ſibi præjudicat, quando facultas ſibi data eſt, vel integram Legitimam, vel hereditatem conſequendi cum gravamine.*

38 *Vel quando Legata ipſi relicta ſunt Legitimam excedentia.*

39 *Secus, ſi menſtrua quædam præſtatio, vel Legitima alternativè relicta ſit.*
Tunc enim ſimplex acceptatio non ſufficit, ſed expreſſa requiritur Legitimæ renunciatio nu. 40., *& ratio* ibid.

40 *Legitima eſt de jure naturæ debita filio.*

41 *Teſtatoris voluntas cum cautela* Soccini *explicata, æquè adimpletur tàm ſi filius Legitimam detrahat, quàm ſi eam per fideicommiſſum reſtituat.*

42 *Filio adprobante teſtamentum Patris, adhuc Legitima, de qua mentio facta non eſt, præſervata dici poteſt*, & num. 48.

43 *Conſentiens, ſibi non præjudicat, quum ſciat jus ſuum eſſe ſalvum.*

44 *Le-*

44 *Legitimæ impoſita onera, compenſata dici poſſunt commodo totius hereditatis, filio relictæ.*

45 *Simplex acceptatio paternæ diſpoſitionis filio minori, in Legitima, præjudicare nequit, ſervatâ etiam* Soccini *cautelâ.*

Ac adhibitis etiam ſtatutariis ſolemnitatibus, num. 49.

46 Soccini *cautela nil aliud importat, quàm, quod filius cum ſuo triente libero emat, quod ſibi à Patre relinquitur.*

47 *Simplex acceptatio paterni teſtamenti, etiam cum expreſſa mentione Legitimæ, ac ſervatâ* Soccini *cautelâ, filio in Legitima non præjudicat.*

48 *Præſertim, ſi de tacita acceptatione agatur.*

Ex maximè, ſi ignoraverit patrimonii vires, num. 51.


50 *Heredi ſimplex oneris acceptatio in re propria, non præjudicat, licèt hereditatem diu poſſederit.*

51 *Jus impugnandi prohibitionem Legitimæ, à Patre factam, an tranſmitti queat, inter Doctores quæſtio eſt.*

52 *Affirmativam ſententiam ſequitur* Sacra Rota, & Romana Curia.

53 *Quæſtio tamen ejuſmodi agi ſolet, quando filius, vivens, ſemper paterno adquieverit judicio.*

Ceſſat proindè, ita ut tranſmiſſibile illud cenſeatur, ſi filius reclamarit.



PETRUS de Valdrighis in ſupremis tabulis, conditis anno 1685., heredem univerſalem ſcripſit Laurentium de Valdrighis filium ſuum primogenitum, verbis illis = *In tutti i ſuoi Beni mobili, immobili, ſemoventi, ragioni, & azioni, crediti, & effetti di qualunque ſorte tanto preſenti, che futuri, ſuo Erede univerſale inſtitui, fece, & eſſer volſe, e di ſua propria bocca nominò il Signor Lorenzo Valdrighi ſuo figliolo* =, adjecto eidem onere ſubminiſtrandi Coſmo filio ſecundogenito alimenta = *con obligo di dare la tornata di caſa al Sig. Coſimo Valdrighi altro figliolo di detto Signor Teſtatore, fratello di detto Signor Lorenzo, inſieme con il vitto alla ſua propria tavola, durante la vita naturale di detto Signor Coſimo, e coll'uſo, e comodità ancora delle maſſerizie, e biancheria di tavola, e da letto, a deva eſſer ſervite dalla ſervità di detto Signor Lorenzo, il quale dovrà conferire al detto ſuo fratello ogni buon trattamento, affinchè poſſino convivere, & abitare inſieme in una intiera quiete, e pace, come vivamente deſidera detto Signor Teſtatore.* =

Adjecit his Teſtator præſtationem ſcutorum octo, ſingulo quoque menſe à Laurentio ſolvendam Coſmo fratri, quoad viveret = *Et in oltre detto Signor Lorenzo ſia tenuto, & obligato à ſomminiſtrare al detto Signor Coſimo, durante la ſua vita naturale, e non più oltre, ſcudi otto il meſe* =, cavitque, ut hæc omnia cedere deberent in cauſam partis, quam Coſmus ex paterna hereditate conſequi potuiſſet, = *avendo inteſo detto Signor Teſtatore, che la detta tornata di caſa, vitto, & altro, come ſopra, inſieme con li ſcudi otto da pagarſi menſualmente al detto Signor Coſimo, fino à che naturalmente viverà, ſia, & eſſer deva, per quanto egli poteſſe pretendare dalla ſua eredità* =, cum ſubdendo rationem, quod his omnibus congruè filio providiſſe cenſebat = *poichè avendo detto Signor Teſtatore molto bene conſiderato lo ſtato ſuo, hà preteſo trattare detto ſuo Signor figliolo con ogni convenienza, e diſcretezza.* =

Sin autem contigiſſet, præfatos fratres unâ in eadem domo vivere, æquiſque inter ſe animis ſimul agere minimè poſſe, huic quoque caſui providit, ita diſponendo = *& in ogni caſo, che detto Signor Coſimo non voleſſe convivere, e coabitare col detto Signor Lorenzo, ordina, e vuole ſia egli parimente tenuto, in luogo dell'alimenti, e tornata di caſa, pagarli ogni meſe, fino à che naturalmente viverà, ſcudi quattro per ciaſchedun meſe oltre alli ſcudi otto, e così in tutto, e per tutto ſcudi dodici il meſe, perchè poſſi trattarſi onoratamente, e da par ſuo.* =

Quoniam verò evenire poterat, quod Coſmus, minimè acquieſcens judicio paterno, loco alimentorum, habitationis in domo fraterna, & menſtruæ præſtationis, magis è rè ſua eſſe putaret, his poſthabitis, conſequi quidquid de juris rigore ex paterna hereditate competere ipſi poterat, in hoc caſu itâ diſpoſuit = *E ſe il predetto Signor Coſimo non voleſſe accettare quanto ſopra, e intendeſſe conſeguire la ſua parte della* legi-

Digitized by Google

legitima, e trebellianica dovutali di ragione, allora, & in tal caſo comanda, e vuole il detto Signor Teſtatore, che il medeſimo Signor Coſimo non poſſi, nè deva conſeguire dalla ſua eredità altro, che detta parte di Legitima, e trebellianica, e reſti in tutto, e per tutto privo delle dette menſuali preſtazioni. =

Hactenus Teſtator, quo è vivis ſublato, Coſmus, agens decimum octavum ſuæ ætatis annum cum dimidio, acquievit paterno judicio, cum fratre pacificam vitam agendo in eadem domo, in quâ alimenta, ceteraque omnia, ut Pater diſpoſuerat, ipſi ſubminiſtrabantur, unâ cum menſtruâ præſtatione ſcutorum octo, ut patet ex apochis de recepto, incipientibus ab anno 1686., in quibus ipſe acceptatâ paternâ diſpoſitione, Laurentio fratri accepto ferebat ſcuta menſtrua octo, ibi = *Io Coſimo Valdrighi accettando la diſpoſizione teſtamentaria, fatta da Pietro Valdrighi mio Padre, ricevo da Lorenzo Valdrighi mio fratello ſcudi otto mano propria.* =

Non obſcurè etiam paterno Judicio obſequi profeſſus fuit anno 1696., quo, diſſolutâ communione univerſali omnium Bonorum, quæ inter Petrum Patrem, & Benedictum Patruum interceſſerat, & uſque ad dictum tempus cum Laurentio continuata fuerat, devenerunt ad Bonorum diviſionem, in qua, diviſis Bonis omnibus in duas æquales partes, unicuique aſſignata fuerunt capitalia valoris ſcutorum triginta milium, cui diviſioni non ſolùm præſens fuit Coſmus, ſed idem conſenſit, ut Laurentio fratri, tamquam gerenti perſonam heredis univerſalis Bonorum omnium Petri communis Patris, traderetur dos materna, de qua ſe cum fratre acturum, dixit, ampliſſimè Patruum liberando ab omnibus iis, quæ, durante communione univerſali, geſſerat in rerum communium adminiſtratione.

Verum, ut conijcere licet ex facti ſerie ad me tranſmiſſâ, Coſmus poſt peractam dictam diviſionem, agnito fortè, paternam ſubſtantiam ampliorem eſſe, quàm ipſe crediderat, reclamare cępit à judicio paterno, &, licèt unâ cum fratre in eadem domo convixerit, alimenta ibidem recipiendo, attamen recipere recuſavit menſtruas præſtationes, utpotè minores portione illâ, quam ſibi debitam eſſe cenſebat, quamobrem egrè paternum Judicium, egrius verò ferens, ſe adeò inæqualiter fuiſſe honoratum, in teſtamento condito anno 1707., heredes inſtituit *una, due, o trè Cappelle da erigerſi, deputando trè Eſecutori, da cavarſi il danaro per detta erezione delle ragioni, che al Teſtatore ſi competono contro l'Eredità del Padre, e contro quelli, che rappreſentano la medeſima, ſiccome contro Lorenzo ſuo fratello per qualunque cauſa, e ragione, che contro il medeſimo li ſi competeſſe, la rata delle quali Cappelle ſi appartenga à trè Eſecutori laſciati da detto Teſtatore in perpetuo*, juxtà fragmentum teſtamentariæ diſpoſitionis Coſmi, mihi communicatæ.

Obtulit Laurentius præfatis Executoribus medietatem dotis maternæ, paratus etiam eiſdem reddere rationem de menſtruis præſtationibus, Coſmo fratri relictis, nulla enim quæſtio eſſe poterat de cibariis, & habitatione, fratri debitis, quia hæc omnia ille conſecutus fuerat.

Contrà verò Executores teſtamentarii perſequentes jura Coſmi, impugnant teſtamentum Petri de Valdrighis communis Patris, tamquam irritum ex capite præteritionis Coſmi filii, cui nihil, nec Legitimæ, nec inſtitutionis titulo relictum reperitur, à qua nullitate, & præteritionis vitio ſi illud colore ullo ſalvari poſſe contingeret, conſequi tamen poſſe ſperabant legitimam portionem, quâ filius à Patre privari nequiverat, & cui minimè æquivalebant cibaria, habitatio, & menſtruâ præſtatio illi relictâ; nam, cum Legitima aſcenderet ad quantitatem ſcutorum quinque millium, hæc referebant annuum fructum longè majorem, incolumi penes eumdem maneute dominio capitalis.

Aggrediendo igitur examen utriuſque controverſiæ, ſuper qua requiſitus fui, ut prò veritate ſententiam meam dicere velim, quod attinet ad primam, potiora mihi videntur jura Laurentii, nam, licèt ex *Jure noviſſimo, ſancito in novella 115., filii nominatim exheredari, vel heredes inſtitui debeant*, ideoque Petrus de Valdrighis honorabili titulo inſtitutionis Legitimam, vel aliud quidpiam Coſmo filio relin- 1 quere teneretur, ut ejus ſupremum Judicium ſuſtineri poſſet, *Clar. in §. Teſtamentum quæſt. 38., Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 20. num. 227., Peregrin. de Fideicomm. art. 36. num. 55., Merlin. de legit. lib. 5. tit. 2. quæſt. 1. num. 6., & quæſt. 2. num. 5. & 8., Cancer. var. reſolut. part. 1. cap. 3. num. 14., Berlich. concluſ. practicab. part. 3. concluſ. 15., Michelor. de fratrib. part. 1. cap. 33. num. 24., Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 7. nu. 32., Grivell. deciſ. Dolan. quæſt. 28. num. 1., Rota in recent. deciſ. 342. num. 13., & ſeqq. part. 13.*, quæ forma in noſtro caſu minimè ſervata dici poſſe videtur, eò quia verba, quibus alimenta, & annuas præſtationes Teſtator reliquit, non referuntur ad ipſum Coſmum, nec ad Teſtatorem, titulo inſtitutionis filio aliquid relinquere obligatum, ſed diriguntur ad Lauren- 2 tium heredem univerſalem, gravatum, fratri, relicta à Teſtatore præſtare, & quidem per verba obliqua, & precaria, quæ, quum non referuntur ad ipſum filium, trahi nequeunt ad illius inſtitutionem, juxtà ea, quæ latè tradit *Bellon. de jur. accreſcend. cap. 7. quæſt. 12. num. 3., & ſeqq.*

Nihilominùs in caſu noſtro, licèt deficiat expreſſus titulus inſtitutionis, cum agatùr de Relicto, facto filio, quem Pater ex juris neceſſitate 3 inſtituere tenebatur, ſi conſtet vel ex verbis, vel ex conjecturis, vel ex præſumpta mente, illum reſpexiſſe ad ea, quæ de jure facere tenebatur, & voluiſſe obligationi ſuæ ſatisfacere, poſthabitâ figurâ, ac formâ verborum, dicen- 4 dum eſt, eum de inſtitutione ſenſiſſe, ob illam certam juris noſtri regulam, quâ ſtatuitur, quod,

quod, ubi conſtat de voluntate Teſtatoris, nul-
la habenda ſit ratio verborum, ſed ex quibuſ-
cumque verbis inſtitutio concipi, ac facta cen-
5 ſeri poſſit, ut in propoſito docent *Bald. in leg.*
humanitatis 9. num. 20. Cod. de impub., & aliis
ſubſtitut., Bellon. de jur. accreſc. tom. 2. cap. 7.
quæſt. 12. nu. 47., & pluribus ſeqq., apud quem
alii, Rota coram bon. mem. Emerix deciſ. 889.
num. 7., in Firmana teſtamenti 6. Maii 1707. §.
Parvipenſâ coram R.P.D. Scotto, & in Aſcu-
lana ſucceſſionis 9. Maii ejuſdem anni coram R.
P. D. Anſaldo; quamobrem ad validitatem
teſtamenti non requiritur, quod Teſtator uſus
fuerit verbis, in ſuo grammaticali, & obvio ſen-
6 ſu importantibus titulum inſtitutionis, ſed ſatis
eſt adhibuiſſe verba æquipollentia, quibus in-
nuerit, ſe ad juris neceſſitatem reſpexiſſe, ut eo
titulo, quo relinquendum erat, filio reliquiſſe
cenſeatur, juxta tradita à *Berlich. practic. concluſ.*
part. 3. concluſ. 15. num. 24., & pluribus ſeqq.,
Bellon. de jur. accreſc. dict. cap. 7. quæſt. 12. num.
65., & ſeqq., qui referunt plurimas verborum
7 formulas, ac modos, quibus Relictum trahi-
tur ad titulum inſtitutionis, quamvis eiſdem
expreſsè non importetur, ut enim rectè ſubdit
8 *Bellon. dict. quæſt. 12. num. 99.*, ſi rigor verbo-
rum, & ſcrupuloſa illorum forma inſpicienda
eſſet, multa teſtamenta annullarentur, quia
9 non omnes Teſtatores ſciunt dicere = *relin-*
quo jure inſtitutionis =, & pariter dixerat *Gra-*
tian. diſcept. 702. num. 12., Michelor. de fra-
tribus part. 1. cap. 33. ſub num. 39. verſ. hæc
enim, Grivell. deciſ. Dolan. 28. numer. 27., &
ſeqq.

Quâ profectò regulâ retentâ, ſi intueamur
totam teſtamentariam diſpoſitionem Petri, ut,
10 prò aſſequenda Teſtatorum mente, faciendum
eſſe, monet *Saminiat. contr. 114. num. 2., in Fa-*
ventina Fideicommiſſi, ſeù Primogenituræ 14.
Decembris 1705. §. Tot autem coram R. P. D.
Scotto, in Romana Primogenituræ de Fabiis 12.
Decembris 1707. §. Quin etiam coram R. P. D.
Omanna Epiſcopo Gieunen., facilè patebit, ip-
11 ſum obſequendo juris obligationi, atque adim-
plendo paternum officium, eo titulo filio ali-
menta, menſtruaſque pecunias reliquiſſe, quo
de jure illa relinquere tenebatur; Laurentius
enim relinquendo Coſmo habitationem, cum
victu in menſa Laurentii fratris, atque uſum
ſupellectilium, aliarumque omnium rerum, ad vi-
tæ cultum, neceſſarium, eidem prætereà aſſignan-
do menſtruam præſtationem ſcutorum octo, &
denique ille unà cum fratre convenire, ac cum
eo convivere minimè poſſet, eidem ſubminiſtra-
rentur menſtrua ſcuta duodecim, quibus vitam
ſubſtentare poſſet, hæc, inquam, omnia diſpo-
nendo, quid aliud agere voluiſſe dici poteſt, quàm
paternum curare officium, ſubminiſtrando filio
12 congrua alimenta, loco Legitimæ, quæ cum ea
de cauſa filiis in Bonis Patris à jure conſtituta
fuerit, ut honeſtè ſe ſubſtentare poſſent, ideo-
que alimenta loco Legitimæ, & hæc alimen-
13 torum vice fungi cenſeantur, ad tradita per
Rot. deciſ. 389. num. 3. part. 15., & deciſ. 157.
num. 4., & 9. part. 18., ſit locus juſtæ illi præ-
ſumptioni, juxtà quam ſemper ſubintelligitur
titulus inſtitutionis, quoties conſtat, Teſtato-
rem id, quod filio reliquit, in cauſam Legiti- 14
mæ, vel illius loco reliquiſſe, *Grivell. deciſ.*
Dolan. quæſt. 28. num. 24., & 25., Mantica de
conjectur. ultim. volunt. lib. 4. tit. 3. num. 22.,
& ſeqq., Peregrin. de Fideicomm. artic. 3. ſub
num. 35., & 36. num. 59., & num. 125. verſ.
intellige, Manſ. conſult. 20. num. 110. & 111.,
& conſult. 22. num. 59.

Clariùs verò iſtiuſmodi mens Teſtatoris erui-
tur ex illo alio teſtamentariæ diſpoſitionis loco,
quo mandavit, alimenta, præſtationes, alia- 15
que omnia, ab ipſo relicta filio, imputanda eſſe in
id, quod eidem de jure debebatur, *e per quan-*
to egli poteſſe pretendere dalla ſua Eredità, = *hoc*
enim caſu in dubium venire nequit, quod Pater
ità filio relinquendo, juris neceſſitati ſatisfacere
voluerit, ac per conſequens in hujuſmodi Relicto
ſubintelligendus ſit titulus inſtitutionis, Michc-
lor. de fratrib. part. 1. cap. 33. num. 41., Mantica
de conject. ultim. volunt. lib. 4. tit. 23., Merlin.
de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 10. num. 9., Bellon. de
jur. accreſc. dict. quæſt. 2. num. 71. & ſeqq.

At cur his utimur argumentis, quaſi in dubio
verſemur, quando mens Laurentii evidens, &
aperta redditur, tum ex ſubſtantia diſpoſitionis,
tum ex clauſulis, efficientibus, ut talis titulus, 16
etiamſi verbis non explicatus, pro expreſſo tamen
habeatur? Perſpicuus eſt ille teſtamenti locus, in
quo Teſtator providens caſui, in quo filius judicio
paterno acquieſcere nollet, ità diſpoſuit =, *e ſe il*
predetto Sig. Coſimo non voleſſe accettare quanto
ſopra, & intendeſſe conſeguire la ſua parte della
Legitima, e trebellianica, dovutali di ragione, al-
lora, & in tal caſo comanda, e vuole il detto Si-
gnor Teſtatore, che il medeſimo Signor Coſimo non
poſſi, nè deva conſeguire dalla ſua Eredità altro,
che detta parte di Legitima, e trebellianica, e
reſti in tutto, e per tutto privo delle dette men-
ſuali preſtazioni =, in dubium enim venire ne-
quit, quod, ſi Pater diſponendo, mentionem 17
faciat de Legitima, cenſeatur eo ipſo, jure inſti-
tutionis, reliquiſſe, quia, licèt de hoc titulo non
meminerit, ad jus tamen reſpicere videtur, & 18
velle eo titulo Legitimam relinquere, quo, de
jure, eſt relinquenda, *Bellon. de jur. accreſc. cap.* 19
7. quæſt. 12. num. 65., & ſeqq., de Marin. var.
reſolut. lib. 1. cap. 152. num. 16., prout etiam in-
ſtitutionis titulum præſefert mentio trebelliani- 20
cæ, quæ cum ſit quædam portio, ſoli heredi
competens, *Soccin. Jun. conſ. 122. nu. 4. lib. 1.*, 21
Teſtator, illam relinquendo, filium in heredem
agnoviſſe, eumdemque titulo inſtitutionis ho-
noraſſe cenſetur, nè alioquin ſequatur, trebellia- 22
nicam ab aliquo non herede detrahi poſſe, ad
Text. in leg. 1. §. Inde Neratius, & leg. facta 63.
§. Si cum ſuſpecta ff. ad Trebellian., Bellon. de
jur. accreſc. cap. 6. quæſt. 4. num. 5., & quæſt. 5.
num. 2., & denique id ipſum Teſtator confirma-
vit ordinando, quod, nolente filio obſequi pa-

Digitized by Google

ternæ diſpoſitioni = *nè deva conſeguire dalla ſua*
23 *Eredità altro &c.* = verbum enim illud = *conſe-*
guire = licet commune, trahi poſſe ad directam
inſtitutionem, tradit in propoſito *Berlich. pra-*
ctic. concluſ. part. 1. concluſ. 15. ex num. 25., &
præſertim num. 41., Mantica de conject. ultim. vo-
lunt. lib. 4. tit. 3. num. 28.
Efficaciores vero ſunt prò ſubſtinendo teſta-
mento, de quo agitur, clauſula *codicillaris*, alia-
que clauſula *omni meliori modo*, Prima enim, li-
24 cet ſuâpte naturâ ſupplere nequeat defectum
formalis inſtitutionis, attamen conſervat con-
tenta in teſtamento, operaturque, ut filius, de-
ductâ ſuâ Legitimâ, teneatur jure fideicommiſſi
25 hereditatem reſtituere heredi ſcripto, *Clar. in*
§. Teſtamentum quæſt. 36., Gaill. practic. obſerv.
lib. 2. obſerv. 114. nu. 2. & 3., Gratian. diſcept.
50. num. 66., Capyc. latr. conſult. 76. num. 41.,
Urceol. conſult. 6. num. 19. & ſeq., Merlin. de
legit. lib. 5. tit. 2. quæſt. 4. nu. 2., Rot. apud eum-
dem deciſ. 21. num. 1., coram Buratto deciſ. 393.
num. 2., coram Dunoz. Jun. deciſ. 520. num. 9.,
& inter recollect. ad ornat. clar. mem. Cardin. de
Luca tit. de teſtament. deciſ. 53. num. 7.; at po-
tentior eſt ſecunda, quæ ſupplet defectum inſti-
26 tutionis, efficiendo, ut expreſſus cenſeatur mo-
dus, ſinè quo diſpoſitio ſuſtineri nequit, *Pere-*
grin. de Fideicomm. artic. 36. num. 56., Grivel.
deciſ. Dolan. quæſt. 28., Bellon. de jur. accreſc.
dict. cap. 7. quæſt. 12. num. 95., quamobrem ju-
re, meritòque *clar. mem. Cardin. de Luca in con-*
flictu legis, & rationis obſervat. 118. §. In his
autem propoſitionibus ait, quod in hujuſmodi
Cauſis *conſucta dignoſci videntur ineptiæ, ac*
27 *irrationabilitates, cum aſperitate, reſpectivè con-*
junctæ, ex eodem infecto fonte manantes proceden-
di cum litera, non autem cum ratione, quæ di-
28 *ſtinguere docet mores, & tempora, ſiquidem quo-*
ad honorabilis inſtitutionis tituli neceſſitatem, cum
prò communi ſtylo, ſeù formulario clauſula codi-
29 *cillaris, vel alia = omni meliori modo =, ſive utraque*
ſimul in teſtamentis adijci ſoleat, atque duplicis
detractionis competentia in hac pura fideicommiſſi
reſtitutione non detur, hinc adeſſe, vel non ad-
eſſe inſtitutionis titulum, merè inanem redolet
30 *circuitum, nullumque habere videtur rationabi-*
lem finem, vel effectum, ut propterea ad meram
id reducatur formalitatem, quæ ſuperſtitionis ha-
beat ſpeciem, dum idem eſt in ſubſtantia effe-
ctus, ille verò effectus, qui in ordine Judicii
dignoſcitur, ità calumniarum, ac litium dam-
nabile fomentum producit = hactenus præcitatus
Auctor.
Firmâ igitur manente validitate teſtamen-
ti, inquirendum modò eſt, an Coſmus poſt
obitum Patris acquieſcendo diſpoſitioni pater-
næ, & plurium annorum ſpatio recipiendo à
31 D. Laurentio fratre ſuo alimenta, & menſtruas
præſtationes, renunciaſſe cenſeatur juri conſe-
quendi integram Legitimam, ità quidem, ut
nec ipſe vivens, minùs verò Opus pium ejus
heres prò ea conſequenda hodie agere poſſit, &
in hac quæſtione potiora eſſe crederem jura he-
redis præfati Coſmi, nam, licèt Pater, ſervatâ
famigeratâ cautelâ, tributâ *Soccino Jun. conſ. 122.* 32
num. 9. lib. 1., filium in Legitimâ gravare queat,
illi nedum adijciendo onera, ſed eamdem di-
minuendo, atque penitus prohibendo, ut latè
apud *Palm. allegat. 17. num. 12., & ſeqq., Bon-*
den. collect. legal. 9. num. 148. lib. 1., Andreol.
contr. 250. num. 1. cum ſeqq., Gratian. diſcept.
forenſ. 983. num. 3., R. P. D. Anſald. in addit.
ad deciſ. 77. num. 19. & 22. & ſeqq., & nu. 26.,
Rota coram Priol. deciſ. 204. num. 3. & ſeq., in
Avenionen. Fideicommiſſi 25. Junii 1700. §. Ve-
rùm quoties coram R. P. D. Anſaldo, & hæc
onerum adjectio, ſive Legitimæ prohibitio ſu-
ſtineatur, etiamſi dicta cautela non formalibus,
& expreſſis, ſed æquipollentibus dumtaxat ver- 33
bis ſervata fuerit, adeout apud Doctores, &
Tribunalia quæſtio in eo dumtaxat verſetur,
quando ſcilicet illa per æquipollens adimpleta
dici poſſit, *Rota in recent. deciſ. 222. num. 7.,*
& deciſ. 254. num. 5., & ſeqq. part. 14., in nul-
litat., ſeù Terræ Pontiani Cenſus 21. Februarii
1701. cor. R. P. D. Lancetta.
Prout etiam, licèt explorati juris ſit, quod,
quando expreſſe, vel tacitè cautela iſta à Teſta-
tore adhibita reperitur, filius, adeundo pater- 34
nam hereditatem, illamque acceptando, jure
Legitimæ deciſiſſe dicatur, illamque amplius
conſequi, vel onera, à Patre adjecta, ab eadem
reijcere nequeat, *R. P. D. Anſald. in annot. ad*
deciſ. 77. num. 20. & ſeqq., Rot. in Mantiſſa ad
clar. mem. Cardin. de Luca in tract. de teſtament.
deciſ. 42. num. 6., apud quos alii, immò verò
in ſimili hypotheſi tanti valeat acceptatio, &
aditio paternæ hereditatis, ut, etiamſi agere-
tur de Minore nullæ requirerentur ſolemnitates 35
pro ſuſtinendo gravamine in Legitima, vel ſa-
tis ſit, filium, factum majorem, tacuiſſe, & 36
numquam paterno judicio reclamaſſe, eò quod
ex ſimili ſilentio reſultet ratificatio, tollens nul-
litatem acceptationis ſimilium onerum, *Rota*
cor. ſan. mem. Alex. VIII. deciſ. 110. nu. 4. & 5.,
licèt, inquam, hæc omnia vera ſint, nihilomi-
nùs minimè applicantur caſui noſtro; non enim
agitur de filio, qui cum gravamine fideicommiſ-
ſi, vel alio ſimili onere, impoſito Legitimæ, à
Patre fuerit inſtitutus heres univerſalis, relictâ
tantùm eidem facultate liberè conſequendi
ſuam Legitimam in caſu, quo paternæ diſpoſi- 37
tioni acquieſcere nollet, tunc enim rectè per
acceptationem gravaminis, reſultantem ex adi-
tione, & immixtione paternæ hereditati, repel-
leretur conſecutione Legitimæ, utpotè com-
penſatæ longè majori emolumento, conſiſtente
in adquiſitione totius paternæ hereditatis, *R. P.*
D. Anſald. in annot. ad deciſ. 77. num. 20., &
paſſim apud alios, ut etiam non abſimili ratio-
ne filius reijciendus videretur, ſi fortè eidem
relictis à Patre Legatis, excedentibus juſtam Le- 38
gitimæ menſuram, poſt eadem acceptata, ad
Legitimam regreſſum habere contenderet, fi-
lius namque benè conſcius alternativæ ſibi à Pa-
træ propoſitæ, ſi unam partem acceptavit, ne-
quit

Digitized by Google

quit alteram, cum ea incompatibilem prætende-
re, *R.P.D. Anſald. in dict. annot. ad deciſ. 77.
num.* 23.
At aliter res ſe habet in caſu noſtro, in quo
39 Pater, inſtituto herede univerſali Laurentio filio,
Coſmo, alimenta dumtaxat, & menſtruam
quamdam præſtationem, vel Legitimam alter-
nativè reliquit, quo caſu ſimplex acceptatio
paterni teſtamenti, nullâ factâ mentione Legi-
timæ, filio præjudicare nequit, nam ob grave
præjudicium, quod illi inferretur in portione,
de jure naturæ eidem debita, non ſufficit qua-
liſcumque paterni teſtamenti agnitio, ſed opor-
40 tet, filium juri conſequendi Legitimam expreſ-
sè renunciaſſe, juxtà indubitatam opinionem,
quam, tamquam certum principium, ſuppo-
nendam eſſe, ait *clar. mem. Cardin. de Luca de
legitim. diſc.* 16. *num.* 5., ob eam rationem,
quod voluntas Teſtatoris explicata cum cautela
Soccini, utpotè integram diſpoſitionem infor-
mans æqualiter adſtipulatur tam ſi filius, ſubeun-
do jacturam aliorum Bonorum, detrahat Legiti-
41 mæ portionem, quàm etiam ſi eamdem quotam
per fideicommiſſum reſtituat, cum in hac al-
ternativa ſubſtantialiter conſiſtat vis, & effica-
cia dictæ cautelæ, idcircò, quodcumque ex duo-
bus eligit Legitimarius, non contradicit pater-
no teſtamento, ſed juxtà inibi demandata, ſem-
per agere dicitur, adeout, petendo Legitimam,
non impugnet Parentis judicium, ut tradit *Rot.
in Bonon. Fideicommiſſi ſuper Immiſſione* 21. *A-
prilis* 1698. *§. Vel in omnem eventum coram bon.
mem. Urſino*, quâ de re cum compatibile ſit, per
42 filium approbari teſtamentum paternum, & ta-
men Legitimam, cujus ſpecialis mentio habita
non ſit, remanere ſalvam, Coſmus, plurium an-
norum ſpatio recipiendo alimenta, & men-
ſtruam præſtationem, ſibi à Patre relictam, nullo
pacto renunciaſſe dici poteſt juribus conſequendi
Legitimam, ſciens enim, ex cenſura *Text. in
leg. ſi quando §. Et generaliter Cod. de inoffic. te-
43 ſtament.*, non obſtante conſenſu, jus ſuum rema-
nere ſalvum, illæſa eidem remanſerunt jura
conſequendi Legitimam, *clar. mem. Cardin. de
Luc. dict. diſc.* 16. *num.* 10.
Quæ ſi procedunt in acceptatione paterni te-
ſtamenti, abſque ſpeciali Legitimæ mentione fa-
cta à filio majore, inſtituto in univerſa heredita-
44 te, cujus commodo, atque emolumentis uber-
rimè compenſata dici poſſunt onera omnia, Le-
gitimæ impoſita, quantò potiori jure juſtum lo-
cum ſibi vindicabunt in caſu noſtro, in quo agi-
tur de acquieſcentia paternæ diſpoſitioni, facta à
filio minore, & quidem cum evidenti ipſius
damno; nam ob alimenta, & menſtruas præ-
45 ſtationes, minime æquivalentes fructibus portio-
nis Legitimæ ſibi debitæ, eidem renunciaſſe di-
ceretur; hoc enim caſu acceptatio paterni teſta-
menti filio non præjudicat, nam, cum cautela
Soccini nihil aliud importet, quàm, quod filius
46 cum ſuo triente libero emat id, quod ſibi à Pa-
tre relinquitur, inquirendum eſt, an filio expe-
diat tanto pretio iſtam emptionem facere; patet
autem in noſtra hypotheſi, id Coſmo minimè
expediviſſe, ideoque acceptatio paterni teſta-
menti, tametſi expreſſis, & apertis verbis facta 47
fuiſſet, cum expreſſa etiam mentione Legiti-
mæ, eidem nullo pacto nocuiſſet; multò igitur
minus eidem officere poterat, quia non ageba-
tur de expreſſa acceptatione, ſed de tacita, re-
ſultante ex actibus exactionis menſtruarum præ-
ſtationum, & receptione alimentorum, quæ, 48
ut diximus, incompatibiles non erant cum præ-
ſervatione juris conſequendi Legitimam, quæ
idcircò, non curatis ſimilibus actibus, filio in-
tegrè debebitur, juxtà ea, quæ latè tradit *clar.
mem. Card. de Luca de legit. diſc.* 36. *in ſupplem.
part.* 3., qui loquitur in fortiori caſu, accepta- 49
tionis ſcilicet paterni teſtamenti, præviis ſolemni-
tatibus ſtatutariis, & Judicis Decreto, factæ à fi-
lio minore, inſtituto herede univerſali; quæ con-
firmantur non abſimili exemplo acceptationis
gravaminis in re propria heredis, elicitâ ex ſimi-
libus actibus, qui heredi nocere minimè dicun-
tur, etiamſi, poſt aditam hereditatem, & egreſ- 50
ſam minorem ætatem, diù, & per plurimum
tempus paternam hereditatem poſſederit, *Rota
in Illerden. hereditatis de Gomar.* 27. *Junii* 1703.
*§. Aſt quando coram R. P. D. Anſaldo, &
in Romana Immiſſionis* 7. *Maii §. Quoniam co-
ram R. P. D. Caffarello Almæ Urbis Guber-
natore*.
Nec denique omittendum, fortiùs hæc urgere
in caſu noſtro, in quo juſtâ ratione dici poteſt,
Coſmum, antè diviſionem factam inter Lauren-
tium fratrem, & Benedictum Patruum, igno-
raſſe vires paterni patrimonii, quâ peractâ cum
animadvertiſſet, portionem Legitimæ, ſibi debi-
tæ, longè exuperare ea, quæ ſibi à Patre relicta
fuerunt, ſtatim illius judicio reclamare cæpit,
ut conjicere licèt ex facto ad me tranſmiſſo;
quamobrem, cum ille, vivens, declaraverit ani-
mum ſuum non acquieſcendi paterno teſtamen-
to, in dubium venire nequit, quin ad heredes
tranſmiſerit jus impugnandi prohibitionem Le- 51
gitimæ, à Patre factam; Licèt enim Doctores
cenſeant, hoc privilegium eſſe perſonale, &
contendant, non tranſmitti ad heredes, ut
apud *Merlin. de Legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 17. *num.*
1. *cum ſeqq.*, *& pleniùs Capyc. latr. conſult.*
131. *num.* 34. *& ſeqq.*, contra verò affirma-
tivam ſententiam ſequatur *Rota*, & Roma- 52
na Curia, teſte *clar. mem. Cardin. de Luca de
legit. diſc.* 17. *num.* 11., nihilominùs quæſtio
hæc, quæ procedere poſſe videtur in caſu,
quo filius, vivens, ſemper acquieverit judicio pa-
terno, conticeſcere prorsùs videtur in caſu no-
ſtro, in quo ſupponitur, Coſmum, paternum
judicium apertè impugnaſſe, per ea, quæ tra-
dit *clar. mem. Cardin. de Luca de legit. diſc.* 36.
num. 2., *diſc.* 37. *num.* 2., *& ſeqq.*, *& diſc.* 39.
num. 4.

Avo-

Digitized by Google

Avenionen. Teſtamenti.

Fiduciaria Inſtitutio ex quibus excludatur? Inſtitutio ex quibus non conditionalis, ſed pura, ac ſimplex cenſenda ſit? Heres purè, & ſimpliciter inſtitutus, ante advenientem caſum fideicommiſſi, fructus, quos percipit, ſuos facit: Idem, adveniente caſu fideicommiſſi, hereditatem reſtituens, poteſt adhuc uti facultate, ſibi conceſsâ, de particulari Legato diſponendi. Actum reſtitutionis hereditatis, heres, juxtà mentem Teſtatoris cenſetur expleviſſe. Verbum = *omnia* = quomodò uſurpari ſoleat, quidve importet, ſi de pluribus rebus numero diſtinctis prædicetur?

VOTUM IX.

1 *Teſtatoris voluntas favore filiorum ſatis per duos Teſtes probata dicitur.*

2 *Præſertim, cum agitur ſolummodò ad illam declarandam*, & num.7.

3 *Teſtes duo fiduciariam inſtitutionem ſatis probant.*

4 *Licèt nulla in verbis fiducia expreſſa ſit.*

5 *Procedit maximè, ubi diſpoſitio ſit inter Liberos.*

6 *Filiorum favore ſuſtinetur minùs etiam ſolemnis diſpoſitio, prioris ſolemnis revocatoria.*

8 *Teſtes, etiam ſingulares, ſufficiunt ad probandam inter Teſtatorem, & heredem ſcriptum fiduciariam conventionem*, & vid. num. 29. & 30.

9 *Simplices itidem ſufficiunt conjecturæ.*

10 *Fiduciaria diſpoſitio ſatis reſultat ex Teſtibus, nec non cauſsâ fiduciæ, probatâ heredis perſonâ, & ex quo de tota hereditate agatur.*

11 *Heres fiduciarius, perindè eſt, ac merus cuſtos, atque miniſter.*

12 *Heres fiduciarius tenetur hereditatem integrè cum ſuis acceſſionibus vero heredi conſervare*, & num. 47.

13 *Inſtitutio fiduciaria excluſa ex teſtamenti verbis, per Teſtes nequit probari.*

14 *Inſtitutio, ut fiduciaria dici poſſit, cauſſa præceteris, & clara verba copulativè requiruntur*, & num.15.

15 *Inſtitutionis fiduciariæ cauſſa concludenter eſt probanda.*

Hæc autem ut excludatur, ſat eſt, quod dubia dici poſſit, ibid.

16 *Heres fiduciarius non eſt, qui inſtituitur verbis, denotantibus dominii translationem.*

17 *Heres fiduciarius non eſt, qui inſtituitur in omnibus, & ſingulis Bonis mobilibus, & immobilibus.*

Manſ. conſult.173. num. 22. *contrarium ſentiens, declaratur*, num.19.

18 *Verba* ſolum, & in totum *plenariam, & liberam important heredis inſtitutionem.*

19 *Heredis inſtitutio quod fiduciaria non fuerit, ſed plenaria, ac libera, conjecturis, & argumentis evinci poteſt, & ex quibus?* n.20.& ſeq.

20 *Plenaria, ac libera evincitur, ſi Teſtator uxorem heredem ſuam nominavit* dilectiſſimam.

Item, ſi ei prohibuit trebellianicæ, & cujuslibet quartæ detractionem, num.21.

Et, ſi heredem eam ſcripſit univerſalem, num. 22.

Similiterve, ſi præcepit, fructus dotales cum hereditatis fructibus commiſcendos eſſe, abſque ullâ iſtorum imputatione in cauſſam creditorum dotalium, num.23. 24., & 25.

Si Executores teſtamentarios reliquit, nu.26.

Si verbis non executivis, ſed diſpoſitivis illam inſtituit, num,22.

21 *Heres fiduciarius nullum, licèt minimum, emolumentum ex hereditate poteſt conſequi.*

25 *Heres fiduciarius fuiſſe dici nequit, qui potuit fructus, perceptos, ſuos facere.*

26 *Fidei cujuſpiam, qui univerſam commiſit ſubſtantiam ſuam, faciliùs minora credidiſſet.*

28 *Singula, quæ non proſunt, juncta juvant.*

29 *Fiduciariam inſtitutionem ex iis, quæ Teſtator extra teſtamentum dixit, ſatis probare valent Teſtes, etiam ſingulares.*

Intellige, ſi teſtamenti verba dubia ſint, & non agatur de probanda illius ſubſtantia, ſed ſolùm de declaratione confidentiæ, obſcuris verbis a Teſtatore expreſſæ ibid.

30 *Secus, ſi confidentia tum claris teſtamenti verbis, tum aliis argumentis excludatur.*

Tunc enim ſeptenarius illorum numerus requiritur, nec minor ſufficit.

Auctoritates firmantes, Teſtibus, etiam ſingularibus probari poſſe fiduciariam inſtitutionem, licèt de revocando priori teſtamento agatur, declarantur num.38.

31 *Heredis inſtitutio ut corruat, ſeptenarius requiritur Teſtium numerus.*

Nec pauciores ſufficiunt, licèt in dicto, loco, & tempore conteſtes ibid.

32 *Si autem ob ſpeciale aliquod privilegium admittantur, rigoroſiùs examinandi ſunt.*

33 *Teſtator non a tota ſua voluntate, ſed ab ea tantùm parte, quam expreſsè reformavit, receſſiſſe dicendus eſt*, & num.44.

34 *Fiduciaria inſtitutio quomodo ex dictis ipſorum met Teſtium de ea deponentium valeat excludi?* & num.35.

35 *Verba* = in caſu, quo = *conditionem adiiciunt diſpoſitioni.*

36 *Heres fiduciarius eſt, qui purè, & ſimpliciter, non autem ſub conditione aliquâ incertâ hereditatem reſtituere gravatur, & ratio*, ibid., & num.37.

37 *Inſtitutio purè, & ſimpliciter facta, nequit ſtare in ſuſpenſo, donec eveniat conditio.*

39 *Auctoritates in eo ſenſu, quo à* Deciſionibus *allegantur, intelligendæ ſunt.*

40 *Inſtitutio, cui nulla conditio in teſtamento adjecta eſt, non eſt conditionalis.*

Conditionis autem negativa, ex ſola teſtamenti inſpectione probari dicitur, ibid.

41 *Di-*

41 *Diſpoſitio potiùs pura, quàm conditionalis cenſenda eſt.*

42 *Conditio, tamquam quid facti, non præſumitur, niſi expreſsè diſpoſitioni adjecta ſit.*

43 *Diſpoſitio conditionalis quomodò per Teſtes probata dici nequeat?*

45 *Conditio de caſu ad caſum, ac de perſona ad perſonam extendenda non eſt.*

46 *Heres gravatus ſuos facit fructus omnes, perceptos ante advenientem caſum fideicommiſſi.*

47 *Secus eſt de herede fiduciario.*

48 *Heres gravatus ſub conditione, ſuos facit fructus perceptos ante advenientem caſum fideicommiſſi; quos verò poſtea percepit, tenetur reſtituere.*

49 *Ignorans nec conſentire, nec Juri, quod ignorat, renunciare dicitur.*

Sed cenſetur legitimo impedimento prohibitus ſua jura perſequi, ibid.

50 *Fructus percepti ab herede fiduciario non petuntur tamquam acceſſiones, ſed tamquam pars hereditatis.*

51 *Eâdemque actione, quâ hereditas, debent reſtitui.*

52 *Heres, adveniente caſu fideicommiſſi, hereditatem reſtituens, poteſt adhuc uti facultate ſibi conceſſâ de particulari Legato diſponendi.*

Id autem verbis, ac menti Teſtatoris conſentaneum quomodò demonſtrari valeat? num. 54. & ſeq.

53 *Legata, & fideicommiſſa particularia non veniunt appellatione hereditatis.*

Proindeque nec in reſtitutione facienda univerſalis hereditatis comprehenduntur, ibid.

54 *Facultas diſponendi de Legato particulari contradiſtinguitur à facultate nominandi unum ex Teſtatoris filiis, cum in oratione diverſa, ac ſeparata, nec non recta à ſuo verbo principali, tributa reperitur.*

55 *Idem, ſi favorem diverſarum perſonarum reſpiciat.*

56 *Dictio* = aliorum = *perſonas connotat diverſas ab ea, quæ in alia diſpoſitione comprehenſa ſit.*

57 *Diſpoſitio una ſi continet perſonas, in alia minimè comprehenſas, hæ diverſæ reputantur.*

58 *Heres gravatus, præſumitur actum reſtitutionis hereditatis, juxtà voluntatem Teſtatoris, expleviſſe.*

Nec veriſimile eſt, eum cum univerſa hereditate dimiſiſſe Relictum, pro aliis perſonis ordinatum, ibid.

59 *Legatum particulare comprehenſum exiſtimatur in reſtitutione hereditatis, ab herede gravato facta, per verba* = omnia dicta Bona, & hereditatem =.

Verbum = Omnia = *in reſtitutione hereditatis adhibitum, aptum eſt ſub ejus generalitate, etiam particulare Relictum comprehendere*, ibid.

60 *Legatum particulare, ſi non ſit comprehenſum in diſpoſitione, generalibus licèt verbis concepta, heres, iiſdem uſus verbis generalibus in reſtitutione hereditatis, nec cenſetur comprehendiſſe*, & num. 63.

61 *Verbum* = omnia = *in gallico, ſive italico idiomate, quandoque pro termino* = totum = *quandoque verò pro termino* = omne = *promiſcuè uſurpatur.*

Hæ tamen voces in latino ſermone ſic accipiuntur, ut prima partium integritatem, ſecunda verò numeri plenitudinem plerumque deſignet, ibid.

62 *Verbum* = omnia = *cum de pluribus rebus numero diſtinctis prædicatur, numeralem ſolummodò univerſalitatem præſeferre dicitur, non autem partium integritatem.*

Secus, ſi alicui certæ rei conjunctum reperiatur, tunc enim, latinè redditum, correſpondet termino = totum = *non termino* = omne =, ibid.

JAcobus in ultimo ſuo teſtamento, condito die 2. menſis Aprilis anni 1601., de hereditate ſuâ diſpoſuit, verbis, quæ è gallico idiomate latinè reddita, ità ſe habent = *Et quia inſtitutio heredis univerſalis eſt caput, & fundamentum teſtamenti, idcircò d. D. Jacobus Teſtator in omnibus, & ſingulis ſuis aliis Bonis mobilibus, & immobilibus, nominibus, & actionibus quibuſcumque præſentibus, & futuris, ubicumque exiſtant, & in quacumque re conſiſtant, ſuam heredem univerſalem fecit, & inſtituit, & ore proprio nominavit, & nominat d. D. Violantem ſuam* dilectiſſimam *Uxorem*, ſolam, & in totum, *à qua vult ſolvi Legata, & ſuam voluntatem adimpleri, & executioni demandari, eam onerans, & gravans in caſu mortis, & ſecundarum nuptiarum reddere, & reſtituere omnia ſua dd. Bona, & hereditatem abſque detractione ullâ trebellianicæ, & quartæ, aut alterius rei illi ex eorum filiis maſculis, quem ipſa voluerit eligere, & nominare, ſive per contractum, ſive per diſpoſitionem ultimæ voluntatis, & in caſu, quo ille, cui ipſa voluerit facere d. reſtitutionem, ſit mortuus, ipſa eamdem reſtitutionem facere poterit illi, aut illis, ex filiis defunctis, quem voluerit* =.

Volens ipſe Teſtator, quod præfata Uxor poſſit diſponere de duodecim millibus libris ex Bonis ipſius D. Teſtatoris favore talis, aut talium aliorum ſuorum filiorum maſculorum, quem ipſa voluerit, volens d. diſpoſitionem validam eſſe, perindè, ac ſi ipſemet illam feciſſet =.

Vult etiam d. Teſtator, quod fructus dotis, & lucrorum d. ſuæ Uxoris confundantur inter illos, & cum illis ſuæ hereditatis, quarum tamen dotium, augmenti, & lucrorum d. Domina poterit diſponere, prout de jure, abſque eo quod longa perceptio fructuum hujus hereditatis in hoc præjudicium ullum ei inferat, nec per d. perceptionem dd. ſuæ dotes, augmentum, & lucra, & alia Bona ſint umquam confuſa in hac hereditate =.

Deindè idem Teſtator legavit Ludovico uni ex ſuis filiis legitimis, & naturalibus totum capitale ſuę tabernæ, in qua ipſe aromatariam exercebat, unà cum omnibus mercibus, rebus, utenſilibus, ſive inſtrumentis, ad d. artem per-

Digitized by Google

pertinentibus, quæ tempore obitus Teſtatoris in d. taberna, & domo Teſtatoris reperirentur, eidemque legavit etiam habitationem cujuſdam parvæ domus, quoad tamen eâ frui illi permitteret ſua uxor, & heres univerſalis, cujus pariter arbitrio voluit eumdem Ludovicum privari poſſe uſu tabernæ memoratæ.

Demùm ſuarum piarum voluntatum Executores deputavit RR.DD. Spiritum Presbyterum, & Canonicum Eccleſiæ Cathedralis Avenionenſis, & D. Sebaſtianum, ejuſdem Eccleſiæ Curatum.

Poſt celebratum, & à Notario exceptum teſtamentum, Jacobus accerſivit D. Violantem uxorem, & heredem ſuam, ut coram dd. Spiritu, & Sebaſtiano, aliiſque pluribus Teſtibus eidem aperiret mentem ſuam, & declararet, qua ratione motus ipſam heredem ſuam inſtituiſſet, & de hereditate, & Bonis ſuis ita diſpoſuiſſet, quamobrem, ut deponunt præfati Teſtes ſolemniter examinati, & qui ſoli hodie in humanis ſunt, ſeriò illam admonuit, teſtamento heredem ſuam eam inſtituiſſe, ut officio contineret Ludovicum filium ſuum Primogenitum, juſtoque incuſſo metu, diſturbaret nuptias ſibi inuiſas, & quas illum cum alterâ ex duabus mulieribus ab ipſo deſignatis contrahere aliquando poſſe verebatur, ſin verò filius ab illis abſtinuiſſet, &, mutatâ mente, nuptias, Matri ſuæ probatas, celebraſſet, eamdem expreſse gravavit, ut ſincerâ fide, & rectæ conſcientiæ, ac æqui, bonique legibus illi redderet, ac reſtitueret omnia, & ſingula ſua Bona, & hereditatem; amboque Teſtes non ſolùm in ſententiâ, ſed in ipſis etiam verbis conſonant, conſentiuntque, ſubiicientes, Teſtatorem poſt ità admonitam uxorem ipſos rogaſſe, ut perpetuò memoriâ retinerent id, quod præceperat uxori ſuæ, quam viceversâ reſpondiſſe aſſerunt, ſe religiosè viri ſui voluntatem, mentemque adimpleturam.

Cum autem Ludovicus, juxtà Teſtatoris vota die 12. menſis Novembris anni 1672., conſentiente matre, nuptias contraxiſſet cum D. Magdalenâ, eadem declarans adimplere velle mentem, & voluntatem, ſecretò ſibi à Teſtatore communicatam, filio paternam hereditatem reſtituit, ſibi tamen reſervato, quoad viveret, uſu, & dominio omnium fructuum d. hereditatis, ipsà mortuâ, conſolidando cum proprietate jam reſtitutà filio, & prætereà ſibi reſervavit jura Legatorum, dotium, augmenti, & lucrorum matrimonialium.

Denique aliquot poſt annos diſpoſuit de libris duodecim millibus favore alterius ex ſuis filiis, id ſibi integrum eſſe, putans, tametſi jamdudum univerſam hereditatem, & Bona occaſione Matrimonii Ludovico filio Primogenito reſtituiſſet. Acquievit hic, quoad vixit, reſtitutioni, cum dicta reſervatione fructuum favorè Matris, ſibi factæ, prout etiam numquam reclamavit adverſus diſpoſitionem de libris 12000. favore alteriùs fratris ſui, ignoravit enim, donec in humanis fuit, declarationem voluntatis ſuæ, poſt conditum teſtamentum, à Jacobo factam, & præceptum coram pluribus, Teſtibus uxori injunctum reſtituendi Ludovico omnia, & ſingula Bona, & hereditatem caſu, quo abſtinuiſſet à contrahendis nuptiis cum mulieribus ſibi inuiſis, verùm, cum poſt illius obitum ejus filii, & heredes hæc omnia compererint, & ſolemiter examinatis præfatis duobus Teſtibus, opportunas in facto comparaverint probationes, patefacientes, quâ mente Teſtator uxorem ſuam heredem ſcripſerit, cum facultate eligendi, & nominandi unum ex filiis ſuis, cui moriens, vel convolans ad ſecundas nuptias, hereditatem reſtitueret, plures nobis in jure examinandæ propoſitæ fuerunt quæſtiones, orientes ex hujuſmodi declaratione voluntatis Teſtatoris, à præfatis Teſtibus explicatæ.

Quarum prima quæritur, an dd. duorum Teſtium depoſitio ſufficiat pro declaranda, atque ex iis, quæ Teſtator dixit extra teſtamentum, interpretanda ultima ejus voluntate?

Secundò, An vigore hujuſmodi declarationis inſtitutio D. Violantis reducatur ad inſtitutionem merè fiduciariam, adeout eadem, inſtar miniſtri, & cuſtodis, commodum nullum, nullamque utilitatem ex tali inſtitutione capere potuerit, ſed univerſam hereditatem unà cum fructibus interim perceptis reſtituere teneretur vero heredi, in cujus gratiam, & ad cujus commodum ipſa ſcripta dicebatur heres.

Tertiò, An, poſito, quod hujuſmodi inſtitutio Violantis dici nequeat fiduciaria, cenſenda tamen ſit conditionalis, effectum ſortitura in ſolo caſu, quo filius nuptias, à Teſtatore prohibitas, contraxiſſet, quà conditione minimè purificatâ, evanuerit, ideoque uxor hereditatem unà cum fructibus filio, contrahenti nuptias à Teſtatore permiſſas, reſtituere cogeretur?

Quartò, An Ludovicus conſentiendo reſervationi fructuum in reſtitutione hereditatis, à matre, ſuâ vitâ durante, factæ, ſibi præjudicaverit?

Quintò demum, an Violantes poſt hereditatem Ludovico filio reſtitutam diſponere potuerit de dd. duodecim millibus libris favore alterius ex filiis?

Singularum itaque dd. quæſtionum examen
aggrediendo, quod attinet ad primam, & ſe-
cundam, quæ invicem connexæ ſunt, reſponden-
dum videtur, favore Liberorum ſufficienter vo- 1
luntatem Teſtatoris probatam dici duorum dum-
taxat Teſtium fide, argumento *Textus in leg. hac
conſultiſſimâ §. Ex imperfecto Cod. de Teſtamentis*,
*Auth. quod ſinè eodem tit. leg. final. Cod. famil.
erciſcund.*, *Gabriel. comm. concluſ.*, *concluſ. 7.
nu. 1.*, *& 2. de Teſtam. Craſſ. in §. Teſtamentum
quæſt. 11. num. 4.*, *Magdalen. de num. Teſt. part. 1.
cap. 16. ex num. 167.*, *Rub. de Teſtam. cap. 25.
ex num. 86.*, *& alii paſſim*. Certius in caſu no-
ſtro, in quo quæſtio non agitur de novâ indu-
cendâ diſpoſitione, aut tollendo priore teſta-
mento, ſed ex dictis Teſtium elici ſolùm conten- 2
ditur declaratio voluntatis Teſtatoris, quoad
perſonam filii, a Matre nominandi ad Patris he-
reditatem, quæ ceteroquin ex ejuſdem præcepto,
quod expreſsè legitur in teſtamento, reſtituen-
da erat uni ex communibus filiis, quo caſu pro-
cul dubio duos Teſtes ſufficere, etiamſi ceſſaret

favor

Digitized by Google

favor filiorum, & ageretur de diſpoſitione inter
extraneos celebrata tradunt latè congeſti apud
*Sabell. in ſumm. diverſ. tract. tom.4. verb. volun-
tas num.2.*

Ex quo reſultare dici poteſt deciſio ſecundæ
quæſtionis, quod videlicet Violantes fuerit he-
res merè fiduciaria Jacobi, nam, licèt illa in
teſtamento à viro gravata legatur in caſu mor-
tis, aut tranſitus ad ſecundas nuptias heredita-
tem ſuam reſtituere uni ex filiis, ab ipſa eligendo,
atque nominando, nihilominùs præfati duo Te-
ſtes conteſtes ſunt de quadam fiduciariâ conven-
tione, ſeu præcepto, à Teſtatore extra teſtamen-
tum, & poſt illud, à Notario rogatum, oretenùs
injuncto heredi ſuæ de hereditate reſtituenda
Ludovico filio primogenito in caſu, quo idem
abſtinens à nuptiis, Teſtatori minimè probatis,
3 Matri gratas nuptias iniiſſet, his autem Teſtibus
ſufficienter probari iſtiuſmodi fiduciariam con-
ventionem, deciditur in una *Avenionen. heredi-
tatis coram Seraphino deciſ.1302.*, quâ expreſsè
4 determinari videtur caſus noſter, in illius
enim hypotheſi licèt Teſtator, nullâ in verbis
expreſsâ fiduciâ, liberè heredem univerſalem
Magdalenam uxorem ſuam inſtituiſſet, eique ad
ſecunda vota tranſeunti, vel quandocumque de-
cedenti ſubſtituiſſet in totâ hereditate cum ex fi-
liis communibus, quem ipſa elegiſſet, nihilomi-
nùs, cum Primogenitus probaſſet, inter Teſtato-
rem, & heredem interceſſiſſe quamdam conven-
tionem fiduciariam, quâ Mater eidem heredita-
tem, unâ cum fructibus reſtituere gravabatur,
cum primùm attigiſſet legitimam ætatem, *Sac.
5 Rot.* cenſuit, Matris inſtitutionem fuiſſe merè fi-
duciariam, dictamque fiduciam, deductam ex di-
ctis à Teſtatore, & à Teſtibus extrâ teſtamentum
auditis, concludenter probatam cenſendam eſſe
duorum dumtaxat Teſtium auctoritate, quià age-
6 batur de diſpoſitione facta inter Liberos, quorum
favore ſi ſuſtineretur minùs ſolemnis voluntas,
tametſi prima ſolemnis revocaretur, potiori ju-
re inter eoſdem valere debuiſſe declarationem
voluntatis Teſtatoris, probatam per duos Teſtes,
præſertim, cum non tenderet ad infirmandam te-
7 ſtamentariam diſpoſitionem ſolemniter ab eo ce-
lebratam, ſed ordinaretur ad deſignandam, & ex-
plicandam formam, tempus, & modum reſtitu-
tionis hereditatis, ab herede ſcripto faciendæ illi
ex filiis, quem Teſtator palam, ac directè in teſta-
mento ſuo inſtituere noluerat, & docuerunt etiam
*Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.3. cap.7. n.21., &
ſeqq., Tondut. reſolut. civil.77., & 30., Rota cor.
Buratt. deciſ.616. num.13., coram Bich. dec.354.
num.11., coram Priol. deciſ.51. num.13., &
ſeqq., coram Cavaler. deciſ.381. num.8., & in
rec. deciſ.155. num.6., & ſeqq. part.13.*

Et ſanè, ſi fiduciam, & hujuſmodi ſecretas
8 conventiones inter Teſtatorem, & heredem
ſcriptum ſingularibus Teſtibus probari poſſe, vo-
luerunt Doctores, relati apud *Torr. d.cap.7.n.21.,
Rota coram Bich. deciſ.317. n.26., & d. dec.155.
num.6. part.13.*, & paſſim apud alios, rurſus, ſi
9 ſimplices etiam conjecturæ in hujuſmodi quæ-
ſtionibus admittendæ ſunt, ut proſequitur *Torr.
d. cap.7. num.3., de Luc. de pluralit. homin. legal.
cap.78. num.6., Rot. coram Cavaler. deciſ.381.
num.10., coram Bich. d. deciſ.317., deciſ.23.
num.2., & ſeqq. part.17.*, quâ juſtâ ratione
in caſu noſtro dubitari poterit, Teſtatorem fidu-
ciariè, & ſecretò hereditatis ſuæ reſtitutionem
commiſiſſe uxori, quando id diſertè aſſerunt duo 10
Teſtes conteſtes, & ulteriùs confirmatur ex eo,
quod adfuerit cauſa confidentiæ, videlicet ut filius
metu amittendi hereditatem paternam, declina-
ret nuptias ab eo prohibitas, & præterea, poſt-
habito filio; quem Pater, juxtà omnia naturæ
vota, heredem ſuum facere debuiſſet, inſtitu-
ta legebatur perſona, quâ, fide, & uſu nulla
alia magis ſibi probata eſſe poterat, & demum
agebatur de tota hereditate, his enim concur-
rentibus, diſpoſitionem fiduciariam cenſendam
eſſe, tradunt *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. d. lib.3.
cap.7. num.17., & ſeqq., Manſ. conſ.173. n.13.,
& ſeqq., Rot. coram Cavaler. deciſ.381. num.5.,
& 10., deciſ.23. num.1. part.17. rec.*

At verò, ſi Violantes fuit heres merè fiducia- 11
ria, planum eſt, quod eadem filio hereditatem
unâ cum fructibus reſtituere tenebatur, nam,
cum iſtiuſmodi heres non ſui, ſed alterius com-
modo inſtitui dicatur, habetur inſtar meri mi-
niſtri, atque cuſtodis, qui hereditatem integrè,
& unâ cum omnibus acceſſionibus veri heredis 12
commodo conſervare debet, juxtà *Text. in leg.
Sejus Saturninus 46. ff. ad Trebell., leg. in fidei-
comm.3. §. Cum Pollidius ff. de uſur., Rimin ald.
Jun. conſ.379. num.422., & ſeqq. lib.4., Ber-
tazzol. conſ. civil.8., & 10. utrobique num.1.,
& ſeqq., Fontanell. de pact. nuptial. tom.2. clauſ.5.
Gloſſ.8. part.4. num.77., & ſeqq., & num.82.
in fin., Rub. in annot. ad deciſ.25. num.31. cum
ſeqq. part.3., Manſ. conſult.173. num.1., Torr.
de pact. futur. ſucceſſ. d. lib.3. cap.7. num.2., &
ſeqq., de Luc. de pluralit. homin. legal. cap.78.
num.1., Rocc. diſput. jur. ſelect. cap.1. num.95.,
& ſeqq., Rot. coram Cavaler. deciſ.284. num.3.,
deciſ.381. num.1., coram Coccin. deciſ.952. n.11.,
coram Bich. deciſ.35. num.1.*

Quamquam autem hæc non parùm urgere vi-
deantur, nihilominùs, cum, inſpectâ teſtamenta-
riâ diſpoſitione Jacobi, Violantes apertis verbis
purè, & liberè heres inſtituta, legatur in caſu
dumtaxat tranſitus ad ſecundas nuptias, vel obi-
tus hereditatem uni ex filiis reſtituere gravata, &
ex toto tenore teſtamenti perſpici, aut conijci
nullo pacto poſſit, Teſtatorem, alium voluiſſe
inſtituere, quàm ſcriptum heredem, dici proindè
nequit illius fidei commiſiſſe reſtitutionem here-
ditatis, unâ cum fructibus directè faciendam Pri-
mogenito, quem reverâ, & cum effectu voluit
eſſe heredem, nec fiducia iſta, cujus indicium,
aut veſtigium nullum reperitur in teſtamento,
probatur præfatis Teſtium depoſitionibus; ipſis
enim apertè reſiſtit expreſſa litera, & tenor teſta-
menti illam penitus excludentis, & eorum dicta 13
eamdem concludenter non probant, prout in for-
tioribus terminis requiri, ſtatuitur *in leg. quidam
cum filium 46. ff. de hered. inſtit., Manſ. d. conſul.173.
n.19., Argel. de acquir. poſſeſ. qu.15. art.6. n.58.,*

Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.3. cap.7. num.6.,
ideoque deficere dicuntur in probatione funda-
menti ſuæ intentionis.

Aſſumptum probatur, quia, ut diſpoſitio at-
34 que inſtitutio heredis fiduciaria dici poſſit, duo
præ aliis copulativè requiruntur, cauſa nempè,
quâ Teſtator motus, non rectâ viâ, ſed per inter-
poſitam perſonam heredis fiduciarii, hereditatem
ſuam pervenire voluerit ad verum heredem,
quem in teſtamento directè non inſtituit, & ver-
ba, quæ clarè præſeferant, illum fidei heredis,
ſcripti in teſtamento, commiſiſſe reſtitutionem
hereditatis ad favorem illius, quem heredem eſ-
ſe, voluit, adeout, ſi horum alterutrum deſidere-
tur, fruſtra quæratur de fiducialitate diſpoſitionis,
juxta doctrinam *Bald. in d.leg. in fideicommiſſi 3.
§.Cum Pollidius num.1. ff. de uſur.*, *Manſ. con-
ſul.173. num.18.*, *Capon. contr. forenſ.2. num.11.*,
Rocc. diſput. jur. ſelect. cap.1. num.96., *Torr. de
pact. futur. ſucceſſ. lib.3. cap.7. num.7.*, *Tondut.
reſol. civil. 77. num.26.*, *Argel. de acquir. poſſeſ.
quæſt.15. art.6. num.60.*, *de Luca de plural. ho-
min. legal. cap.78. num.2.*, *Rota coram Buratt.
deciſ.616. num.15.*, *coram Bich. deciſ.35. num.1.*,
& deciſ.317. n.1., *& ſeqq.*, *coram Priol. dec.51.
num.4.*, *deciſ.93. num.1.*, *in rec. deciſ.765. n.3.
part.2.*, *deciſ.351. n.13. part.4. tom.2.*, *dec.115.
num.2. part.13.*, *& deciſ.692. num.1. part.18.*

Non immoror cauſæ, quia, quamquam hæc
convincenti probatione demoſtranda ſit, & prò eâ
35 excludenda ſatis ſit, dubiam dici poſſe ſecundùm
illam rationem, quæ Teſtatorem moverit ad fi-
duciariè diſponendum, *de Luc. de pluralit. homin.
leg. cap.78. num.3.*, *Rota coram Bich. deciſ.317.
num.12.*, *coram Priol. deciſ.51. num.7.*, *& in
rec. deciſ.692. num.6. part.18.*, & fortè in no-
ſtrâ hypotheſi ſuſtineri poſſet, ſufficienter illam
probatam cenſeri poſſe præfatis Teſtibus, atta-
men, ut benè in propoſito ait *Manſ. d. conſult. 173.
num.30.*, ſupervacaneum eſt diſſerere de causâ,
cum deſunt verba confidentiæ, quæ ſunt totum,
& præcipuum fundamentum fiduciariæ inſtitu-
tionis, quid enim inſulſius, quàm voluntatem
quærere, quæ non fuit, vel cur id factum ſit,
quod factum non fuiſſe, conſtiterit, & ſic cauſam
inveſtigare, quare Teſtator heredem inſtituerit
fiduciarium, ſi de fiduciâ nulla verba protulit,
nec minùs de eâ cogitaſſe demonſtratur, ut to-
tidem verbis concludit præcitatus Auctor.

Tantum verò abeſt, quod ex teſtamenti ver-
bis argumentum ullum, aut ulla, quamvis læviſ-
ſima, fiduciæ conjectura in noſtra hypotheſi elici
poſſit, ut potius contrarium manifeſtè evincat
univerſus illius contextus, ſi enim ſpectemus
verba inſtitutionis, hæc diſpoſitivè, & non exe-
cutivè ſolùm in heredem ſcriptam collata ſunt,
&, excluſâ qualibet fiducialitate, in illam tran-
36 ſlata leguntur jura omnia, & actiones, quæ com-
petunt vero heredi, *Rota coram Bich. deciſ.35.
num.11.*, *& ſeqq.*, *Torr. de pact. futur. ſucceſſ.
lib.3. cap.7. num.36. verſ. quando Teſtator.*, in-
quiens, fiduciarium dici non poſſe illum, quem
Teſtator heredem ſcripſit, verbis denotantibus
dominii translationem, in eumdem factam. Im-
mò verò, ut in caſu noſtro magis, magiſque oſten-
deret, illum contradiſtinxiſſe à nudo, & mero mi-
niſtro, qualis eſt heres fiduciarius, non ſolùm uxo-
rem ſuam generaliter inſtituit in omnibus, &
ſingulis Bonis mobilibus, & immobilibus, no- 17
minibus, & actionibus &c., ſed ore proprio no-
minavit, & heredem univerſalem fecit *D. Vio-
lantem de Faure ſuam dilectiſſimam Uxorem ſo-
lùm, & in totum*, his autem verbis = *ſolùm, &
in totum* = importari plenum dominium tàm in 18
proprietate, quàm in fructu, & per conſequens
plenariam, & liberam inſtitutionem, poſt *Ra-
mon. conſ. 67. ſub num. 17.*, docuit *Rota coram
Bich. deciſ.317. num.5.*, *Manſ. conſult. 173. n.21.*

Et quamvis pro excludenda fiducialitate id
non ſufficere, ſenſerint nonnulli Doctores, relati 19
apud *Rotam*, *& Manſium* locis citatis, nihilo-
minùs, ut benè notat idem *Manſ. num.22.*, illo-
rum ſententia procedit, quando in teſtamento
adſunt verba indicativa cofidentiæ, quæ in no-
ſtra hypotheſi deſiderantur, vel quando nulla
alia concurrunt adminicula, confirmantia, illum,
qui ſolus, & in totum heres ſcriptus reperitur,
fuiſſe plenariâ, & liberâ inſtitutione factum he-
redem, ut tradit *Rot. d. deciſ.317. loco citato*.

In caſu autem noſtro graviſſima ſuppetunt ar-
gumenta, quibus pateſit, Teſtatorem Violantem
uxorem ſuam pleno jure inſtituiſſe, id enim non 20
ſolùm evincit impenſus amor erga illam, eam
enim dilectiſſimam nominavit, ideoque non ex
aliâ causâ, quàm dilectionis, quâ eam proſe-
quebatur, ad ipſam inſtituendam motus præſu-
mitur, *Rota cor. Bich. deciſ.35. n.5.*, *& deciſ.317.
nu.11.*, Verùm præterea accedit prohibitio tre-
bellianicæ, & cujuslibet quartæ, quæ detractio 21
eum à ſolo vero herede fieri poſſit, inutiliter
autem prohibeatur heredi fiduciario, qui, ex cer-
tâ, omnibuſque notâ juris noſtri regulâ, quar-
tam nullam, nullumque, licèt minimum, emo-
lumentum ex hereditate conſequi poteſt, *Ger.
Spin. conſ. 40. num.17.*, *& ſeqq.*, *Peregr. de fi-
deicom. art.3. n.19. verſ. nam deciſum*, *Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 650. nu.3.*, *Mart. de ſucceſs.
leg. part.4. quæſt.3. art.3. num.17.*, *Hodiern. ad
legem hac edictali quæſt.28. num.28.*, *Rub. in an-
not. ad deciſ.25. num.31. cum ſeqq. part.3. rec.*,
Rota coram Cavaler. deciſ.284. n.3., *& dec.381.
num.1.*, jure proinde, meritòque ex hujuſmodi
prohibitione, factâ heredi ſcripto, elicitur argu-
mentum excluſivum fiducialitatis, *Carol. Anton.
de Luc. de herede confidential. cap.64. num.4. verſ.
deindè*, *& de pluralit. homin. legal. cap.78. n.7.*,
Rota coram Bich. deciſ.35. num.15., *& ſeqq.*,
certiùs id procedere dicens, accedentibus verbis,
quibus heres ſcriptus in teſtamento, heres univer- 22
ſalis nominatur, & contradiſtinguitur ab eo, qui
ratione fiduciæ prætenditur verus heres.

Eòdem pertinet non abſimile argumentum,
deductum ex eo, quod Teſtator præceperit he-
redi ſcriptæ, ut ſuarum dotium, augumenti, &
lucrorum fructus commiſceret cum illis perci-
piendis ex hereditate ſuâ, illâ tamen favore
uxoris adhibitâ cautelâ, quod nempe ex longâ 23
perceptione fructuum hereditariorum præjudi-
cium

Digitized by Google

cium nullum inferretur, illique non imputaren-
tur in cauſam creditorum dotalium ejuſdem uxo-
ris ſuæ, ex his autem evidens, & apertum fit,
Violantem fuiſſe veram heredem cum pleno do-
minio tam in proprietate, quàm in fructu, ne-
quiviſſet enim ſuarum dotium fructus commi-
ſcere fructibus hereditariis, ſi Teſtator, illos
cum proprietate reſtitui voluiſſet vero heredi;
prout etiam fruſtra caviſſet, nè perceptione ac-
ceſſionum hereditariarum diminuerentur credi-
ta dotalia uxoris, quando illæ pertinerent ad
alium, quam ad heredem ſcriptum; illius enim
credita minui non poterant fructibus, quos ca-
dem percipere prohibebatur, ideoque, cum
non attentà quavis longiſſimâ fructuum heredi-
tariorum perceptione, Teſtator illa indiminuta,
& ſalva eſſe, voluerit, dicendum eſt, ſuppoſuiſſe,
eoſdem ad heredem ſcriptam pleno jure perti-
24 nuiſſe, illamque fructus omnes, perceptos poſt
aditam hereditatem, & ante advenientem ca-
ſum fideicommiſſi, feciſſe ſuos, *leg. Hæremnius ff.
de uſur., leg. ſi quis bonorum ff. de legat. primo, leg.
fideicommiſſariam, & leg. poſtulantem §. Sed ſi hu-
juſmodi ff. ad Trebell., Toudut. reſol. civil. cap. 78.
num. 1.*, & alii paſſim; ſi autem ſuos fecit fru-
ctus omnes, perceptos ante advenientem caſum
reſtitutionis, procul dubio non fuit mera heres
fiduciaria, quæ, ut oſtendimus *in §. At verò*, ſicuti
commoditatem, aut utilitatem ullam percipere
25 nequiviſſet ex hereditate, illius fidei commiſsâ,
ità viceversà, ſi ex eadem emolumentum, aut
commodum ullum conſecuta fuit, fiduciaria
heres dici nequibat, *Rot. coram Bieb. d. deciſ. 35.
num. 8., & ſeq.*

Et denique illud etiam prætereundum non eſt,
quod Teſtator merum executorem, nudumque
voluntatis ſuæ miniſtrum contradiſtinxit à vero
herede, prout etiam ſecernere novit verba di-
ſpoſitiva, ad heredem ſcriptum directa, a verbis
executivis, aliorum favore in eumdem collatis,
ipſe enim certos voluntatis ſuæ executores in
teſtamento deputavit, quos non reliquiſſet, ſi
26 uxorem heredem mere fiduciariam eſſe voluiſ-
ſet, cujus enim fidei committebat totam ſub-
ſtantiam ſecretæ diſpoſitionis, atque hereditatis
ſuæ reſtitutionem, alteri faciendam, faciliùs mi-
nora crediḍiſſet, *Carol. Anton. de Luc. de plural.
homin. leg. cap. 78. n. 7., Rot. cor. Bieb. d. deciſ. 317.
n. 42.*, prout etiam, ſi idem novit verba execu-
tiva, eiſque uſus fuit, quando voluit in nomina-
tione unius ex filiis committi uxori tàm quoad
ſucceſſionem in universâ hereditate, quàm etiam
quoad conſecutionem Legati librarum 12000.,
dicendum eſt, quod, ſi in inſtitutione heredis
non adhibuit ſimilia verba, ſecumferentia ſimpli-
27 cem, & puram reſtitutionem hereditatis, alteri
faciendam, ſed uſus fuit verbis diſpoſitivis ad
heredem ſcriptum directis, noluerit hoc caſu,
diſpoſitionem, abſque verbis confidentialibus ab
ipſo factam, cenſeri poſſe confidentialem, deman-
dantem heredi ſcripto nudam ſuæ voluntatis
executionem, ut ratiocinatur *Manſ. d. conſul.
173. num. 23., & ſeqq.*

Quæ porrò omnia argumenta, atque conjectu-
ræ, ſi, ſeorſim ſpectata, exuberarent, ſimul juncta
fortius urgebunt pro excludenda fiducialitate, ex
regulâ illâ tum in quacumque aliâ materiâ, tum
etiam in noſtrâ communiter receptâ, ut ſingula, 28
quæ non proſunt, juncta juvent, *Rota coram Ca-
valer. deciſ. 381. num. 10. verſ. ex quibus conje-
cturis*.

Nos re forſan tot à nobis argumenta, & con-
jecturæ conglomeratæ videri poterant pro exclu-
dendâ fiducialitate teſtamentariæ diſpoſitionis,
conditæ à Jacobo, quando reverâ nullum in ea fi-
duciæ verbum, aut indicium legi, & perſpici
poteſt, & quando filii Ludovici illius fiduciali-
tatem non ex verbis teſtamenti, ſed ex iis, quæ
Teſtator poſt illud conditum dixit, inducere co-
nantur, proferendo examen, & verba Teſtium
ſuperiùs relata; Verumtamen operæ pretium
facturos eſſe credidimus, diligenter expendendo
verba, & integrum contextum totius teſtamen-
tariæ diſpoſitionis, claris argumentis oſtendere, 29
quænam in actu conficiendi ſolemne teſtamen-
tum fuerit Jacobi voluntas, ſi enim hæc obſcu-
ra, aut aliquo pacto dubia videri poſſet, rectè
illam aſſequi, atque declarare curaremus ex iis,
quæ poſteà idem à Teſtibus, dixiſſe fertur, tunc
enim cum non ageretur de probanda ſubſtantia
diſpoſitionis, ſed de declaratione confidentiæ,
ſub obſcuris verbis, à Teſtatore expreſſæ, pluri-
mùm urgerent, & concludenter probarent Te-
ſtes, tametſi ſingulares, & pauciores ſolemni
numero, a Lege in ſubjectâ materiâ requiſito, con-
tra verò, ſi inſtitutio heredis aperta ſit, & Teſta-
tor, rejectis penitus verbis omnibus fiducialibus, 30
atque indicativis confidentiæ, non ſolùm verbis
diſpoſitivis illum, quem ſcripſit in teſtamento
heredem, inſtituerit, ſed præterea aliis argumen-
tis declaraverit, eumdem cum effectu conſequi,
velle jura omnia, emolumenta, & commoda
hereditaria, poſthabenda penitus erunt dicta Te-
ſtium, ſi minores ſint legitimo numero, cum prò 31
evertendâ inſtitutione heredis, ſolemniter à Te-
ſtatore factâ, requiratur ſeptenarius illorum nu-
merus, nec pauciores ſufficiant, tametſi in dicto,
loco, & tempore conteſtes ſint, *de Luc. de plu-
ral. homin. legal. cap. 78. num. 5., Burſat. dec. 616.
num. 7., Priolus deciſ. 51. num. 13., & ſeq., &
deciſ. 93. num. 3., & ſeqq., in rec. deciſ. 693.
num. 15., & ſeq. part. 18.*, vel ſaltem negari ne-
quit, quin, ſi ob peculiare aliquod privilegium 32
perſonæ, quæ diſpoſitionem fiduciariam fuiſſe,
allegat, ad id probandum admitti poſſit minor
Teſtium numerus, eò certè rigoroſiùs hoc ca-
ſu eorum dicta examinanda erunt, quo clariora
ſunt verba teſtamenti, &, quò magis deliberata
fuiſſe noſcitur illius voluntas inſtituendi cum ef-
fectu illum, quem heredem ſcripſit in teſtamen-
to, eò diligentiùs curandum, elaborandumque
erit, ut dicta Teſtium concilientur cum diſpoſi-
tione ſolemniter ſcripta, adeout, quæ idem dixit
extra teſtamentum, non trahantur ad illius de-
ſtructionem.

Quamobrem, ut fusè probavimus, cum in
verbis teſtamenti ambiguitas nulla ſit, admitti-
que nequeat quæſtio ulla voluntatis Teſtatoris,

tot argumentis, elicitis ex eodem teſtamento, confirmatæ favore Violantis, heredis ab ipſo ſcriptæ, contra verò dicta Teſtium commode intelligi poſſint, abſque eo quod trahantur ad inducendam fiduciam, vim facientem verbis teſtamenti, nulla recta juris ratio patitur, ut fiduciariam dicamus diſpoſitionem illam, quam Teſtatorem talem eſſe noluiſſe, conſtat, & quam talem reverâ minimè fuiſſe, evincunt dictorum duorum Teſtium depoſitiones, quorum verba ſi diligenter examinemus, nullo pacto pugnant cum liberâ, & directâ inſtitutione, factâ favore Violantis, ſed oſtendunt ſolum, Teſtatorem metuentem, ne Ludovicus imprudentèr ſe gereret in Matrimnnio contrahendo, voluiſſe illum coercere metu amiſſionis hereditatis, conceſsâ Matri poteſtate ad illam nominaudi alium ex filiis, & licèt, dum ajunt, Jacobum dixiſſe uxori, eam feciſſe heredem ſuam, non aliâ ratinne, quàm ut in officio contiueret Ludovicum, innuere videantur, quod tali timore vacuus, fortè uxorem non inſtituiſſet, nihilomiuus non dicunt, quod nollet, eam eſſe reverâ heredem, qualem ſcripſerat in teſtamento quodque verus heres eſſet filius primogenitus, cui hereditatem una cum fructibus, omnibuſque emolumentis reſtituere teneretur, ſed ſolùm moderatum fuiſſe, affirmant facultatem nominandi alium ex filiis, ipſi liberè in teſtamento tributam, ideoque, cum ex hujuſmodi Teſtium depoſitionibus clarè, & evidenter non conſtet, a Teſtatore interverſam, atque immutatam fuiſſe inſtitutionem heredis ſcripti in teſtamento, ſed reformata ſolùm dici poſſit libera facultas nominandi, quemlibet ex filiis, uxori elargita, dicendum eſt, Teſtato-
33 rem non à tota ſua voluntate, ſed in ea tantum parte, quam expreſsè reformavit, receſſiſſe, argumento *Text. in leg. Alumne 3. §. Qui filios ff. de adimend. legat.*, *Manſ. conſul.282. num.12.*, *Rot. coram Cavaler. deciſ.41. num.9.*

Quod confirmatur ex iis, quæ iidem Teſtes ſubjiciunt, nàm, poſtquam narraverunt cauſam
34 ob quam Teſtator adeo amplam, & liberam facultatem uxori elargitus fuerat, referentes deindè verba diſpoſitiva, quibus idem d. facultatem moderabatur, præcipiebatque uxori, ut hereditatem reſtitueret Ludovico filio primogenito, id explicant verbis importantibus conditionem, dicendo, Teſtatorem uxorem gravaſſe hereditatem ſuam reſtituere Ludovico *in caſu, quo* abſtineret à nuptiis, contrahendis cum per-
35 ſonis ab ipſo prohibitis, verba enim illa = *in caſu, quo* = conditionem adjicere diſpoſitioni, tradiderunt *Becc. conſ.39. num.20.*, *Ger. Spin. conſ.61. num.5.*, *Cyriac. contr.281. num 53.*, *Saminiat. contr.119. num.50. tom.2.*, *Gobb. conſult. deciſ. 16. num.27.*, *Rota coram Ubald. deciſ.341. num. 4.*, Si autem reſtitutio hereditatis, facienda Ludovico, pendebat à conditione nuptiarum, cum conſenſu Matris ab ipſo contrahendarum, ex hu-
36 juſmodi diſpoſitionis conditionalitate tollebatur illius fiducialitas, quia fiduciarius heres alius eſſe nequit, niſi is, qui purè, & in omni caſu, non autem ſub conditione aliquâ incertâ hereditatem reſtituere gravatur, *Bertazzol. conſ. 10., & 11. lib.1.*, *Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. clauſ. 5.*, *Gloſſ.5. part.4. num. 82.*, *Hodiern. ad leg. hac Edictali cap.28. num. 33.*, *Capon. contr. forenſ.2.num.26.*, *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap.7. num.31. & ſeqq.*, *Carol. Anton. de Luca de hered. confident. cap.24. nu.3.*, *& cap.103. num.1.*, ob eam rationem, quia abſurdum eſſet dicere, conditione non purificatâ, aliquem eſſe verum heredem, eâdem verò purificatâ, fieri fiduciarium, & nudum miniſtrum, atque cuſtodem hereditatis, quando ceteroquin purè, & ſimpliciter legitur inſtitutus heres, actus
namque inſtitutionis, purè, & ſimpliciter factæ, 37
ſtare nequit in ſuſpenſo, donec purificetur conditio, ut benè advertit *Cancer. variar. reſolut. part. 1. cap. 1. num.240.*, *& tradit etiam Capon. dict. contr. forenſ.2. nu.25. verſ. probatur primò, & num.26., & 27.*

Cum itaque ex his pateat, nullo pacto ex depoſitionibus præfatorum Teſtium inferri poſſe fiducialitatem diſpoſitionis, de qua agitur, ſuperfluum videri poteſt reſpondere auctoritati-
bus, firmantibus, favore filiorum illam probari 38
duobus dumtaxat Teſtibus, etiamſi ageretur non ſolùm de declarando, ſed de revocando priore teſtamento, quia, præter quam quod ſuſtinere poſſemus, id procedere in eo dumtaxat caſu, quo verba teſtamenti dubia videri poſſint, ſecus verò, quando eadem clara, & aperta ſunt, ut voluiſſe videtur *Rota coram Bich. deciſ.317. num.21. & ſeqq.*, quam ſequitur *de Luc. de pluralit. homin. legal. cap. 78. num. 5.*, dicimus, contrarias auctoritates non applicari noſtræ hypotheſi, in earum ſiquidem caſu Teſtes deponebant, Teſtatorem expreſsè heredi ſcripto injunxiſſe reſtitutionem totius hereditatis, unâ cum fructibus vero heredi, faciendam, hujuſmodi enim fiduciariam conventionem inter Teſtatorem, & heredem ſcriptum interceſſiſſe, ſupponit, & probari, ait *Rota coram Seraph. dict. deciſ. 1302.* ſub initium, & in hoc pariter ſenſu
loquuntur, & intelligendæ ſunt ceteræ auctori- 39
tates, at longè aliter res ſe habet in caſu noſtro, in quo dicti Teſtes nullo pacto loquuntur de hujuſmodi plenariâ reſtitutione, cum omnibus acceſſionibus à fiduciario faciendâ vero heredi, ſed iidem dicunt dumtaxat, Teſtatorem noluiſſe, quod uxori integrum eſſet nominare, quemlibet ex filiis ſuis, prout permiſerat in teſtamento, ſed eamdem gravaſſe, hereditatem reſtituere Ludovico filio primogenito caſu, quo hic, conſentiente Matre, nuptias contraxiſſet.

Jam verò, excluſâ his omnibus fiducialitate inſtitutionis à Jacobo factæ, qui non precariam, nudæque executricis munus gerentem, ſed veram heredem eſſe voluit Violantem uxorem ſuam, facilè reſolvi videntur ceteræ quæſtiones nobis propoſitæ; Tertia enim, in quâ diſputatur, an ſaltem conditionalis dici poſſit dicta inſtitutio, quaſi Teſtator, illam voluerit eſſe heredem

Digitized by Google

redem eo dumtaxat caſu, quo Ludovicus nuptias, à Teſtatore prohibitas, contraheret, reſolvitur ex eiſdem rationibus, quibus determinavimus primam, & ſecundam quæſtionem, omiſſis enim pluribus inutilibus diſputationibus, quibus locum præbere poſſet materia hæc inſti-
40 tutionis conditionalis, dicimus, conditionem nullam inſtitutioni Violantis in teſtamento adpoſitam reperiri, quod ſufficit, ut eadem concepta, aut alligata dici nequeat certæ conditioni, cujus negativa ſolâ teſtamenti inſpectione ſatis probari dicitur, ex traditis per *Rotam coram Priol. deciſ.93. num.9.*

Eademque illi affingi nequit ex iis, quæ depoſuerunt præfati duo Teſtes, nam, cum diſpo-
41 ſitio cenſenda potiùs ſit pura, quàm conditionalis, & conditio, tamquam quid facti, numquam præſumatur, niſi expreſsè diſpoſitioni
42 adpoſita legatur, per ea, quæ tradit *Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.175.num.3., & 4., Thabor. dicto cap.60.axiom.22.*, in noſtra hypotheſi elici certè illa nequit ex depoſitionibus dictorum Teſtium, coram quibus, ut oſtendimus ſuperioribus locis, Teſtator profeſſus fuit declarare tantummodò velle, quamnam ob rationem heredi ſuæ conceſſiſſet facultatem nominandi, unum ex ſuis filiis, & quo caſu eamdem vellet ab illa exerceri favore Ludovici dumtaxat primogeniti, ideòque, ſi quæ ex toto contextu de-
43 poſitionum dictorum duorum Teſtium conditio elici poteſt, hæc referri nequit ad Violantis inſtitutionem, ſed ad nominationem Ludovici, ab eadem neceſſariò faciendam in caſu, quo exoſas Teſtatori nuptias evitaſſet, & hic recurrunt cetera omnia, quæ ſuperiùs diximus, quod nempè, ſi ratione ullâ conciliari poſſunt Teſtium depoſitiones cum teſtamentaria diſpoſitione
44 ſolemniter celebratâ, ea amplectenda ſit interpretatio, quâ Teſtator non à tota priori voluntate, ſed in iis tantùm, quæ expreſsè mutavit, receſſiſſe dicatur, rejectis inductionibus, & quolibet ſubaudito intellectu, quo ex dictis à Teſtatore extra teſtamentum induci prætenditur conditio, penitùs evertens totam ſubſtantiam diſpoſitionis, quando, ſi intueamur mentem, evidens, & apertum eſt, eumdem nihil aliud voluiſſe, quàm modum dare facultati nominandi, heredi ſuæ nimis amplis verbis in teſtamento conceſſæ, ſi verò inſpiciamus verba, & dicta Teſtium, hæc nihil aliud præſeferunt, quàm præceptum Teſtatoris, heredi ſuæ inculcantis, ut bonâ fide, & pro rectæ conſcientiæ ratione hereditatem reſtitueret Primogenito parenti conditioni, ſub quâ illum neceſſariò nominandum eſſe, coram Teſtibus, declaraverat, ſi itaque ex inſpectione teſtamenti probatur negativa hujuſmodi conditionis, eademque juxtà depoſitiones Teſtium commodè referri poteſt ad nominationem, ſeù ſubſtitutionem Ludovici, nihil proponitur, cur trahenda ſit ad heredis inſtitutionem, vim faciendo verbis teſtamenti, in quo illa purè, & liberè concepta legitur, & di-
45 ſcedendo ab omnibus regulis juris, quibus præcipitur, conditiones extendendas non eſſe de caſu ad caſum, multò verò minus trahendas de perſona ad perſonam, *Thabor. axiom. jur. lib. 3. cap.60. axiom. 5.*

Ex his ſuperfluum noſcitur examen quartæ quæſtionis, nam, ſi inſtitutio Violantis fuit pura, & libera, non autem fiduciaria, aut conditionalis, Ludovicus, ejuſque heredes agere nequeunt prò conſequendis fructibus, ab eadem, quoad vixit, perceptis, illi enim pertinuerunt 46
ad heredem gravatum, qui ſuos facit fructus omnes, perceptos antè advenientem caſum fideicommiſſi, *Tondut. reſolut. civil. cap.77. num.1.*; ceterùm non negamus, quod, ſi reverâ Violantes fuiſſet heres merè fiduciaria, aut conditionalis, rectè Ludovici filii ab ejus hereditate repeterent fructus perceptos, quia, ut probavi- 47
mus ſub initium, fiduciarius heres fructus nullos, nullumque hereditarium emolumentum capere poteſt, gravatus verò ſub conditione, licèt lucretur, ſuoſque faciat fructus, antè adventum conditionis perceptos, reſtituere tamen 48
tenetur illos, quos poſt illius adventum percepit, ut proſequitur *Tondut loco mox citato*.

Nec officeret acceptatio reſtitutionis hereditatis, & conſenſus à Ludovico præſtitus reſervationi fructuum favore Matris, quia, ſuppoſitâ in eo ignorantiâ diſpoſitionis fiduciariæ, ab omni præjudicio incolumis præſervabatur, cum 49
ignorans nec conſentire, nec juri, quod ignorat, renunciare dicatur, ſed, donec durat ignorantia, non negligens, ſed legitimo impedimento jura ſua perſequi prohibitus cenſetur, *Thabor. axiom. jur. lib.9. cap. 6. axiom. 17. & ſeq.*, 50
& hoc caſu fructus non peterentur tamquam acceſſiones, ſed tamquam pars hereditatis, unâ cum fructibus à fiduciario reſtituenda vero heredi, ideòque illi deberentur, eâdem actione, quâ peteretur hereditas, ad tradita per *Rot.* 51
in Romana hereditatis de Lanuviis 6. Junii 1695. §. Neque ullatenus coram R.P.D. Scotto, & in Bononien. evictionis 10. Martii 1698. §. Prout in ſimili coram Reverendiſſimo Molines Decano.

Extremum eſt, ut inquiramus, an Violantes poſt dictam generalem reſtitutionem hereditatis ab eâ factam Ludovico filio primogenito, uti potuerit facultate diſponendi favore alterius ex filiis de libris 12000., ſibi à Teſtatore conceſſâ, cujus quidem quæſtionis reſolutio facile deſumi poſſe videtur tum ex iis, quæ Teſtator diſpoſuit in teſtamento, tum etiam ex ipſa ſubſtantia actus dictæ dimiſſionis hereditatis; facultas enim nominandi ad ſuam hereditatem unum ex 52
filiis, à Jacobo conceſſa heredi ſuæ, de jure, & ex verbis, ac mente Teſtatoris contradiſtinguitur à facultate diſponendi de dictis libris 12000.

De jure quidem, quia Legata, & fideicommiſſa particularia non veniunt appellatione hereditatis, argumento *Text. in leg. ſi Titius 96. ff. de legat. 3.*, *Ripa in leg. heredes mei num. 36., & num. 40. ff. ad Trebell.*, *Zanchus ibidem §.* 53

Cum

Cum ita num. 133. 141., *&* 151., *Cujac. in lib.*
2. reſponſ. Papin. ad leg. 219. *de verbor. ſignific.*
fol. mihi 88. *litera B*, *tom.* 1. *oper. poſth.*, *Dec.*
conſ. 425. *num.* 16., *Altograd. conſ.* 66. *num.* 6.
lib. 1., *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 650. *num.* 63.,
Intrigliol. eodem tract. centur. 3. *quæſt.* 74. *num.*
72., *Peregrin. de Fideicommiſ. art.* 7. *num.* 53.,
Rot. deciſ. 160. *num.* 6. *part.* 3. *rec.*, *coram Priol.*
deciſ. 270. *num.* 9., ideòque in reſtitutione uni-
verſalis hereditatis, ex præcepto Teſtatoris fa-
cienda filio, à Violante nominandn, procul du-
bio comprehendi nequibat particulare Relictum
librarum 12000., de quibus eadem ex ipſius
permiſſione diſponere poterat favore aliorum
filiorum.

Cnntradiſtinguitur etiam hæc facultas ex ver-
bis Teſtatoris, quia tributa reperitur in nra-
54 tione diversâ, ac ſeparatâ, quæ à ſuo verbo re-
gitur, ut prn unâ diſpoſitione ab aliâ contradi-
ſtinguendâ ponderant *Ramon. conſ.* 91. *num.* 5.,
Rocc. diſput. jur. ſelect. cap. 42. *num.* 22. *& ſeqq.*,
Palm. allegat. 234. *num.* 12., *& allegat.* 291. *nu.*
79., *Rot. deciſ.* 274. *num.* 33. *inter recollectas*
ab eodem Palm., *& in Auximana Prædii* 9. *Ja-*
nuarii 1680. *§. Non obſtare videbatur coram bon.*
mem. Rondinino, *&* 23. *Februarii* 1684. *§. Et-*
55 *enim ſubſtitutiones coram bon. mem. Urſino*; atque
etiam ex mente, quia facultas diſponendi de
dictis duodecim millibus libris reſpicit favnrem
diverſarum perſnnarum, voluit enim Teſtator,
quod heres ſua, poſtquam nominaverat unum
ex filiis ad ſucceſſinnem univerſæ hereditatis,
aliis providere poſſet, uni vel pluribus diſtri-
buendn dictum Relictum, ut apertè innuunt
verba Teſtatoris, ibi = *Volens &c.*, *quod præfata*
Uxor poſſit diſponere &c. favore talis, *aut talium*
aliorum ſuorum filiorum &c. = dictio enim illa =
56 *aliorum* = procul dubin connotat perſonas diver-
ſas ab illâ cnmprehensâ in aliâ diſpoſitinne, *Bar-*
boſ. tract. var. dict. 26., quoties autem in una
57 diſpoſitinne continentur novæ perſonæ, in alia
minimè cnmprehenſæ, diverſæ procul dubin
dicendæ ſunt, *Rota in dicta Auximana Prædii*
9. Januarii §. 2. ex diverſitate, *&* 23. *Februa-*
rii 1684. *§. Independens autem*, *in Bononien.*
Fideicommiſſi de Pandinis inter collectas à Bal-
duccio ad Ramon. deciſ. 27. *num.* 15., *& deciſ.*
29. *num.* 15., *& ſeqq.*, *in Melevitana Fideicom-*
miſſi 3. *Julii* 1690. *§. Præterea cor. R̃mo d'Her-*
vault Archiepiſcopo Turonen.

Si itaque ex diſpoſitione juris, & ex verbis,
ac mente Teſtatnris dictæ diſpoſitinnes, ac fa-
cultates invicem contradiſtinctæ erant, conclu-
dendum eſt, quod Vinlantes, quando in con-
tractu Matrimnnii univerſam hereditatem di-
miſit Ludovico filio, eidem non reſtituere in-
tellexerit Relictum etiam librarum 12000., ad
quod alterum ex filiis poſteà nnminavit, cum
58 enim heres præſumatur in actu hujuſmndi reſti-
tutinnis obſequi voluiſſe vnluntati Teſtatnris,
illumque expleviſſe juxtà ejuſdem mentem, ve-
riſimile non eſt, filio primngenitn, cum uni-
versâ hereditate, dimiſiſſe iſtud etiam particu-
lare Relictum, quod, utpotè ordinatum fa-
vore alterius perſonæ, comprehendi nequibat
in fideicommiſſo, reſtitutn heredi univerſali, *Rota*
in Interamnen. Fideicommiſſi 28. *Junii* 1697. *§.*
Ultra legitimam, *&* 4. *Julii* 1698. *§. Compre-*
henſio verò coram bon. mem. Pio.

Nilque turbat, quod Vinlantes uſa fuerit ver-
bis generalibus, atque indefinitis ideòque am- 59
plitudine ſuâ aptis comprehendere Relictum
etiam, de quo agitur, dixit enim in actu reſti-
tutionis ſe dimittere Ludnvico filio *omnia dicta*
Bona, *& hereditatem*; ſub generalitate autem
illius verbi *omnia* dictum quoque Relictum com- 60
prehendi poſſe videbatur, quia, omiſſo, quod
jure optimo ſuſtinere poſſemus, illam caruiſſe
hujuſmodi poteſtate, eò quod ex litera teſta-
menti perſpicuè patere videatur, Teſtatorem
nnluiſſe hujuſmndi particulari Legato prnvide-
re Primngenito, ſed aliis ſuis filiis, qui ad uni-
verſam hereditatem, ſeù fideicommiſſum no-
minandi non erant, &, quatenus per malam hy-
potheſim affirmari poſſet, illam hujuſmodi po-
teſtate minimè caruiſſe, fortè oportebat, qund
eâ expreſsè uteretur, nihilnminus, omiſſis hu-
juſmodi quæſtionibus, dicimus, Violantem in
actu reſtitutionis uſam fuiſſe iiſdem verbis, quæ
Teſtator adhibuit in teſtamento, ille enim gra-
vavit uxorem, ut filio, ab ipſa nominando *in*
caſu mortis, *& ſecundarum nuptiarum*, *redderet*,
& reſtitueret omnia ſua dicta Bona, *& heredi-*
tatem, immò verò non contentus illam hujuſ-
modi generali, atque univerſali verbo gravaſſe
ad omnia Bnna, & hereditatem reſtituendam,
addidit etiam cujuſcumque detractionis prohi-
bitionem, magis, magiſque confirmantem in-
tegritatem reſtitutionis ſunrum omnium Bono-
rum, abſque ullâ diminutinne faciendæ, at verò,
ut mox prnbavimus, ſi, poſthabitis hujuſmodi
generalibus verbis, & clauſulis, in reſtitutio-
ne hereditatis, ex verbis, & mente Teſtatnris
cnmprehenſum minimè fuit hujuſmndi Relictum
librarum 12000., ità etiam dicendum erit idem
non venire in generali reſtitutinne omnium
Bonorum, à Vinlante facta filio, iiſdem adhibi-
tis generalibus verbis.

Et jure quidem optimo, quia ceſſat compre-
henſio iſthæc; in nnſtro themate elici ſnlum
prætenditur ex univerſalitate verbi illius *omnia*,
quod, ut notat *Rebuff. in leg. nominis* 6. *ff. de* 61
verb ſignif. fol. mihi 49. *in* 2. *column.*, in gallico,
ſivè etiam italico ſermnne pronunciatum, per-
ſæpè confunditur, & promiſcuè uſurpatur, quan-
doque pro terminn *totum*, quandoque verò pro
terminn *omne*, quarum tamen vocum, cum in
latinn ſermone proferuntur, non eadem virtus
eſt, ac ſignificatin, nam prima partium inte-
gritatem, ſecunda verò numeri plenitudinem
plerumque deſignat, & notant *Dec. in leg. om-*
nia 7. *num.* 2. *ff. ſi cert. petat.*, *Jaſon. in leg. cen-*
turio 15. *num.* 48. *poſt med. ff. de vulgar.*, *& pu-*
pillar. ſubſtitut., *Barboſ. de diction. uſu frequen.*
dict. 241. *num.* 15., quæ ambiguitas, & perple-
xitas in caſu noſtro procul abeſt, quia verbum
hujuſ-

hujuſmodi adjectum reperitur *Bonis*, ibi = *dicta*
62 *omnia Bona* =; ideoque prædicatur de pluribus re-
bus numero diſtinctis, quo caſu numeralem ſo-
lummodò univerſalitatem præferre dicitur, non
autem partium integritatem, quam importare
poſſet, ſi juncta reperiretur certæ alicui rei, ac
corpori, hoc enim caſu verbum illud generale la-
tinè redditum correſponderet termino *totum*, non
autem termino *omne*, ut poſt Auctores mox ci-
tatos, benè diſtinguendo latè dictum fuit in una
*Romana Falcidiæ 25. Junii 1685. §. Accura-
tiùs enim cum ſeqq. coram R̃mo d' Hervault*, &
aliàs ſecuta fuit *Rota in Romana Immiſſionis 5.
Julii 1688. §. Quia Scevola coram eodem, in In-
teramnen. Fideicommiſſi 26. Junii 1697. §. Non
obſtantibus coram bon. mem. Pio*; quæ diſtinctio
eò certiùs recipienda eſt in caſu noſtro, quia, ut
63 prænotavimus, coadjuvatur, atque interpreta-
tionem recipit ab uſu, & modo loquendi Te-
ſtatoris, qui idem verbum, nonniſi ad numeri
plenitudinem deſignandam adhibuit.

Faventina Legati.

Legatum annuum relictum Fratribus minoribus *S. Franciſci*, ex diuturna centum, & ultra annorum illius præſtatione, reſolutum non fuiſſe, minuſque incapacitatem eorumdem Fratrum, vel quia perpetuum, vel quia ſinè onere illud ſit, obtendi poſſe, quoties non ad ipſos, ſed ad heredem fuerit directum, expenſis Sacrarum Congregationum tum Concilii, tum Rev. Fabricæ Decretis, Ordiniſque Conſtitutionibus, in hac ſpecie editis, pleniſſimè demonſtratur.

VOTUM X.

1 *Legatum annuum perpetuum Reipublicæ, Eccleſiæ, aliiſque politicis corporibus relictum, centum annorum præſtatione reſolvitur*, & num.4. ad 7., & num. 23.
Contrarium num.8., & 9.

2 *Legati annui perpetui incapaces ſunt Fratres minores obſervantiæ* S. Franciſci, & num. 31. & 32.

3 *Legatum annuum perpetuum relictum homini, intelligitur ad vitam illius*, & nu. 16.

4 *Civitatis, Univerſitatis, Eccleſiæ, aliorumque ejuſmodi civilium corporum vita ſtatuitur annorum centum.*

5 *Iiſdem relictum Legatum annuum perpetuum, ad eorum vitam intelligitur.*
Contrarium num.8., *etiamſi mentio heredum facta ſit*, num. 11.
Quod intellige, ut num.12., & 13.

6 *Heres minùs, quàm fieri poteſt, gravatus cenſendus eſt Legati annui præſtatione*, & num. 30.
Limita, ſi Legatum reſpiciat favorem animæ Teſtatoris, & nu. 31.

30 *Legatum Eccleſiæ reliquiſſe Teſtator cenſetur, ut animæ conſuleret ſuæ.*

12 *Verba* = infraſcripti ſui heredes = *Legati ſolutionem reſtringunt ad vitam heredum, nominatim vocatorum.*
Limita, ſi ſolutioni, non verò diſpoſitioni adjecta ſint, ibid.

13 *Tunc enim* demonſtrativè, *non* taxativè *ſtare dicuntur.*
Comprehenduntque non ſolùm primos, ſed ulteriores etiam heredes, ibid.

14 *Certiùs, ſi concurrat dictio* = in perpetuum =.

15 *Perpetuum propriè dicitur illud, quod nullâ temporis definitione circumſcribitur.*

16 *Legatum annuum perpetuum homini relictum, ſuâptè naturâ temporarium eſt.*

17 *Non item, ſi Eccleſiæ relictum ſit, & ratio*, nu. 19., & ſeq.

18 *Legata regulariter relinquuntur ob ſpecialem erga Legatarium dilectionem.*

19 *Legata annua, alimentorum cauſâ relicta cenſentur.*
Et Alimentarii morte finienda ſunt, ibid.

20 *Legatum annuum primo anno purum eſt, ſequentibus verò conditionale, quatenus nempè Legatarius ſupervivat.*

21 *Deficiente autem conditione, intercidit, nec ad heredem tranſmitti poteſt.*

22 *Legati annui perpetui par non eſt ratio, ſive Eccleſiæ, ſive perſonæ privatæ relinquatur.*

23 *Legatum annuum uſusfructus Reipublicæ, vel Municipio relictum, centum annis finitur.*

24 *Legatum annuum uſusfructus differt à ſimplici Legato annuo, & in quo?* num. 25.

25 *In ſimplici Legato annuo integra manet Bonorum utilis proprietas apud heredem; ſecus in Legato annuo uſusfructus.*

26 *Legatum annuum Titio, & ejus heredi relictum, Titii heredibus debetur in infinitum; ſecus de Legato uſusfructus*, num. 27.

27 *Legatum uſusfructus, nonniſi ad primum heredem porrigitur.*

28 *Legati perpetuitas, quoad fieri poteſt, vitanda eſt.*
Intellige, niſi ſubjecta materia aliter ſuadeat, ibid.

29 *Legati perpetuitas faciliùs admittitur favore Cauſæ piæ.*

31 *Fratres minores obſervantiæ* S. Franciſci *Evangelicam paupertatem profitentur.*

32 *Seſeque, nonniſi ex eleemoſynis, alere, ac ſubſtentare debent.*
Eorum propterea paupertati repugnat Legatum annuum perpetuum, ibid., & num. 35.

34 *Legata annua perpetua inter immobilia reputantur*, & num.66.

36 *Fratribus minoribus obſervantiæ* S. Franciſci *relictum Legatum annuum non ad breve tempus, ſed in perpetuum, illicitum dicitur.*
Breve autem reputatur, quod eſt infra decennium, ibid.

37 *Maximè autem dicitur illicitum, ſi ſinè onere*, & num.68.

38 *Le-*

38 Legatorum favore Fratrum minorum S. Franciſci quatuor diſtinguuntur ſpecies.

39 Legatorum annuorum ſinè onere capaces non eſſe Fratres minores S. Franciſci tàm obſervantes, quàm reformatos, niſi ad effectum illa extinguendi, eorumque proprietatem erogandi in uſus fabricæ, vel Sacriſtiæ, reſolvit Sacra Concilii Congregatio.

40 Modò tamen non cœperint annuas illorum præſtationes exigere.

41 Reſolvit itidem, ad præſtanda ejuſmodi Legata heredes non teneri in foro conſcientiæ.

42 Legata annua perpetua, ſinè onere relicta Fratribus S. Franciſci tàm obſervantibus, quàm reformatis, caduca efficiuntur favore heredum.

Intellige quoad civilem, non quoad naturalem obligationem, num.62.

Juxta quam heredes tenentur eadem Legata dare ipſis Fratribus in eleemoſynam, numer. 63.

Idque confirmatum eſt Decretu S. Congregationis Rev. fabricæ, ibid.

Decreta inſuper ejuſdem S. Congregationis ſervanda eſſe, decrevit Sac. Congregatio Concilii, num.64.

43 Legati annui perpetui ſinè onere Fratres minores S. Franciſci incapaces ſimpliciter non ſunt, ſed ſolùm ratione modi, intellige ut num. 44., & ſeq.

44 Legati in tot panibus, aliave ſimili eleemoſyna, certis temporibus, ipſis præſtandi, iidem Fratres incapaces non ſunt.

45 Si modò non ex jure, ſed ex gratia recipiant, & num.47. & 48.

46 Debent autem de hoc apertè proteſtari.

Sicque vera dicitur ſervari paupertas, ibid. & num.71.

47 S. Bonaventuræ ſententia hæc eſt.

Eaque plurimi facienda, ibid.

49 Pontificiis itidem confirmata Conſtitutionibus, ac generali totius Ordinis conſuetudine.

50 Procedit de Legatis etiam perpetuis.

51 Ac ſinè onere relictis.

52 Eleemoſynas perpetuas, ac perpetua etiam Anniverſaria extra Judicium petere, non eſt habere reditus.

53 Legata annua perpetua relicta Fratribus minoribus S. Franciſci, nequeunt ab herede extingui, neque per compoſitionem cum R. Fabrica reduci.

54 Sed eorum applicatio auctoritate Apoſtolicâ facienda eſt.

55 Illa autem, non applicata, poteſt heres, iiſdem Fratribus dare in eleemoſynam.

56 De proprietate ejuſmodi Legatorum Miniſtri Rev. Fabricæ aliter diſponere nequeunt, quàm ad effectum inveſtiendi.

57 Fructus verò non ſolutos biennio poſt Teſtatoris obitum, poſſunt exigere.

Immò alios etiam poſt idem biennium non ſolutos, num. 59.

Quæcumque autem ſuper his prohibetur compoſitio cum herede, num.60.

Limita, ſi compoſitioni Fratres conſentiant; tunc enim traditur iiſdem eleemoſyna arbitrio S. Cong. Rev. Fabricæ, num. 61.

58 Fratribus minoribus S. Franciſci vetitum eſt Legata, annuaſque præſtationes petere in judicio.

65 Legatum annuum alimentorum Fratribus minoribus ſolvendum eſſe, decrevit Sacr. Congregatio Rev. Fabricæ.

66 Legati annuorum redituum incapaces ſunt Fratres minores S. Franciſci, quando ad iſtos iidem reditus diriguntur, ſecus, quando ad heredem.

67 Et quidem ſolvere debentem non ex certo aliquo fundo, ſed ex univerſo ſuo patrimonio.

69 Legatum annuum perpetuum ſinè onere relictum iiſdem fratribus, illicitum eſt, ſolùm ſi ad ipſos dirigatur.

Ita autem intelligenda eſſe Decreta S. Congregationis Concilii, in hac ſpecie edita, declaratur, nu. 71. ad 74.

73 Legata annua titulo eleemoſynæ ab herede præſtanda Fratribus minoribus S. Franciſci, ab iſtis vendi nequeunt.

Nec peti poſſunt in judicio, ibid.

74 Legata annua, Fratribus minoribus S. Franciſci directè relicta, ut ipſis adquirantur, defectiva in ſubſtantia dicuntur.

Et caducantur favore heredum, ibid.

75 Legati perpetui incapaces declarari nequeunt Fratres minores, donec extet poſſibilitas, quod ab herede in eleemoſynam tradatur.

76 Legatarius quis ſimul, & heres eſſe nequit.

77 Actio, & paſſio dari nequit in eodem ſubjecto.

Nec debitor ſui ipſius effici quis poteſt, ibid.

78 Teſtator ſi heredem in Legato ſubſtituere voluiſſet, adhibuiſſet verba, indicantia non ſolutionem, ſed retentionem.

79 In ſubſtitutione enim heredis non verificatur ſolutionis terminus.

TITIUS in teſtamento, cum quo deceſſit anno 1520., jure Legati reliquit rubra ſex, cum una quarta frumenti RR. PP. Minoris obſervantiæ S. Franciſci Terræ Bagnacaballi, his verbis = *Item reliquit Fratribus obſervantiæ prædicto amore Dei, & in remedium animæ ſuæ, & ſuorum Defunctorum in auxilium educandi dictos Fratres rubra ſex, cum una quarta boni frumenti tempore recollectæ, per ejus heredes tradendi quolibet hanno in perpetuum, cum pœna, ut, ſi facere prætermiſerint per annum, alium annum ſolvant rubra decem, ſi autem per duos annos continuos ſolvere prætermiſerint, perdant hereditatem, quæ applicetur loco, ſeù Conventui obſervantiæ prædictæ, ſi fieri poteſt, prò ſabrica Eccleſiæ, & prò aliis neceſſitatibus Fratrum ibi habitantium, &, ſi eorum regula non pateretur, tunc applicetur Conventui S. Franciſci,*

*ſci ; ſive S. Hieronymi extra dictam terram Ba-
gnacaballi , quibus caſibus dictus Conventus ex
nunc ſibi heredes inſtituit , cum conditionibus præ-
dictis dandi , & perſolvendi Legata omnia præ-
dicta* = .

Heredes ſpatio centum nonaginta quatuor
annorum piè , fideliterque obſecuti fuerunt
voluntati Defuncti , dictam annuam præſtatio-
nem ſolvendo,proindeque ob adeò diuturni tem-
poris lapſum obligatio quævis præſtandi di-
ctum Legatum finita videri poſſet ; ſimilia
namque Legata perpetua , tametſi relicta Civi-
1 tatibus , atque Univerſitatibus , ceteriſque ſimi-
libus politicis corporibus , ſivè perſonis, tempo-
re intercidere , ac reſolvi , affirmari poſſe vi-
detur .

Immò verò , quando etiam juſtâ aliquâ ra-
tione dici poſſet , adhuc durare obligationem
præſtandi tale Legatum , nihilominùs ob inca-
pacitatem Legatarii , Fratrum nempè minorum
2 obſervantiæ S. Franciſci , qui ex eorum inſtitu-
to probibentur acquirere iſtiuſmodi annuos re-
ditus, illud evanuiſſet, & quæri ſolùm poſſet, an
adſit aliquis ſubſtitutus , qui loco Legatarii in-
capacis Legatum conſequi valeat ; ſuper quibus
Dubiis requiſitus , ut pro veritate ſententiam
meam dicere velim , rem ordiendo à primo
Dubio , quo quæritur , an dictum Legatum de-
curſu centum nonaginta quatuor annorum , quo
fuit præſtitum, reſolutum fuerit,primo rei obtu-
tu ita dicendum videbatur .

Nimirum , quod , quemadmodum Legatum
3 annuum perpetuum relictum homini , intelligi-
tur ad vitam illius hominis , ad eamque limita-
tur perpetuitas Legati , *clar. mem. Card. de Luca
de legat. diſc.33. num. 5.* , ita etiam dicendum
4 ſit de Legato relicto Civitati , aut Univerſita-
ti , aliiſque ſimilibus corporibus civilibus , quo-
rum vita cum ſtatuatur eſſe centum annorum ,
5 ad *Text. in leg. an uſusfructusff. de uſufruct.* , *&
quemadm. quis utatur &c., ubi Bald.* , annua id-
circò Legata , in perpetuum illis relicta , exce-
dere nequeant metam centum annorum , tum
6 ratione infinitatis evitandæ , tum etiam , ut he-
res minùs , quàm poſſibile ſit , gravetur , *Bar-
tol. in dict.leg. an uſusfructus ff. de uſufruct.* , *A-
lexand. conſ. 60. per tot. lib. 1.* , *Dec. conſ. 378.
num.3. verſ. quarto , & ultimo* , *Surd. conſ.123.
num.16.*, *aliique relati per Ciarlin. contr.143. ex
7 num. 2.* , *& num. 11. lib. 2.* , qui loquuntur de
perpetuis Relictis, factis Eccleſiæ etiam, & Mo-
naſteriis .

At , re maturè examinatâ , verius videtur ,
quod iſtiuſmodi Legatum annuum perpetuum ,
minimè intercidat , minimèque reſolvatur lap-
ſu centum annorum , & hæc ſententia fundatur
8 in aperta diſpoſitione *Textus in leg. annuam 6.* ,
ibi = *annuam pecuniam ad Ludos Civitati reli-
quit , quibus præſidere heredes , voluit , ſucceſſo-
res heredum negant ,ſe debere,quaſi Teſtator tam-
diù præſtari voluerit , quamdiù præſiderent here-
des , quæro igitur , cum præſidendi mentionem
fecerit ad tempus , fideicommiſſum an perpetuò
præſtari voluerit ? Modeſtinus reſpondit , fidei-
commiſſum quotannis in perpetuum Reipublicæ
præſtandum eſſe* = Conſonat alter *Text. in leg.
annua 20. §. Attia* ubi de Legato annuo, relicto
Templo , ſic loquitur = *Item quæro , utrum uno
dumtaxat anno decem fideicommiſſi nomine de-
beantur , an etiam in perpetuum decem annua
præſtanda ſint ?* reſpondi, *in perpetuum* = , *& leg.
Cum quidam 23.* , ubi de Legato annuo, Decu-
rionum Collegio relicto , ibi = *non eſſe veriſimi-
le, Teſtatorem de uno anno ſenſiſſe , ſed de perpe-
tuo Legato*=, *& leg ſeq.24.* , ubi de Legato Rei-
publicæ facto = *Divi Severus , & Antoninus re-
ſcripſerunt , videri perpetuam penſitationem re-
liquiſſe Teſtatorem* = *ff de annu. leg.*, *& in leg.
nec ſemel 12. §. Noviſſimè ff. quando dies legat
cedat* ; Hanc verò opinionem , tot expreſſis juris
noſtri locis commendatam , contrà *Bartolum* ,
alioſque in contrarium allegatos , egregiè tuen-
tur *Jaſon. in leg. videamus §. Deferre num. 9. ff.
de in lit. juran.* , *& in leg.2. num.1.* , *ibique
etiam Rip. num.3.* , *Dyn. in leg. in ſingulos num.
2. ff. de annu. legat.* , *Soccin. in leg.3. §. Item ſi
Reipublica num.6. ff. ad leg. falcid.* , *Alberic.in
dicta leg. an uſusfructus ff.de uſufruct.* , inquiens,
vidiſſe frequentiſſimè ſervari in praxi hanc ſen-
tentiam, *Abb in Cap. ſinul. de teſtam.* , *Panci-
rol. contr. 135. num. 6.* , *& per tot.* , ubi, quod
aliter docere eſt judicare contra conſcientiam , 9
& ædificare ad gehennam ignis, *Barbat. conſ.
20. num.9.* , *& per tot. lib. 4.* , *Peregrin. de Fi-
deicomm. art.30. num. 11.* , ubi ità ſervari , te-
ſtatur , *Genuen. practic. Eccleſ. quæſt. 225.* , *&
quæſt.328.* , *Muta ad conſuetud. Panormitan. cap.
76. num.59.* , *Gomez de Contract. cap. ultim. tit.
de ſervitut. num. 19.* , *Camerell. de legat. lib. 3.
cap. 2. de annu. legat. quæſt. 1. num. 2. fol. mihi
256.* , *Dian. part. 5. tract. 14. reſolut. 84.* , *Bo-
naccin. de Contract. diſput. 3. quæſt. 14. part. 8.
§. 6. num. 2.* , *Caſtill. de uſufruct. cap. 62. num.
20.* , *latè Ciarlin. contr. 143. ex num. 12.* , *&
num. 20. lib. 2.* , *Antonell. de temp. legal. lib. 2.
cap.42. num. 11.* , *Bordon. de legat. tom. 7. cap.
17. quæſt. 9. ex num. 11. ad num. 23.* , *Gratian.
diſcept. 131. num 1. & 3.*, *ibique Carol. Anton.
de Luca num. 1. §. Contrarium , & duob. ſeqq.*,
idem Gratian. deciſ.22.nu.4., *Dom. Advoc. Pau-
lut. diſſert. 95. num.1. lib.2* , ubi de Legato præ-
ſtando *quolibet anno in perpetuum* , quibus ver-
bis conceptum eſt illud , de quo agitur .

Quæ ſanè opinio,ſummoperè conſentanea vo-
luntati Teſtatoris , quem ſimili Legato animæ 10
ſuæ ſaluti conſulere voluiſſe, præſumendum eſ-
ſe , *ex cap. Juvenis de ſponſal.* , *& cap. ad Au-
dientiam de Homicid.* , tradunt *Pancirol. dicto
conſ.135. nu.12.* , *Ciarlin. dict. contr. 143. num.
17.* , *Gratian. diſcept.131. num.2.* , *& deciſ.22.
num.15.* , locum ſibi vindicat , tametſi adeſſent
verba illa *infraſcripti ſui heredes* , quæ ad he- 11
redum ſcriptorum vitam , ac nominatim in te-
ſtamento nuncupatorum diſpoſitionem reſtrin-
gere , ac limitare videntur ; ſimilia namque
verba , utpotè adjecta ſolutioni , non verò diſ- 12
poſi-

poſitioni, ideoque *demonſtrativè*, non *taxativè*
adpoſita, porrigi ad heredes heredis, ac com-
13 prehendere omnes alias perſonas, quibus Lega-
ti ſolutio convenit, optimè advertunt *Corn.
conſ.69. per tot. lib.4.*, *Bertazzol. conſ. civil.83.
num.66. in fin.*, *Peregrin. de Fideicomm. art.32.
nu.70. verſ. ſecundò ſublimitu*, *Gratian. diſcept.
104. num.52., & ſeq.*, *& diſcept.131. num.10.
& ſeq.*, *D. Advoc. Paulut. diſſert.95. num.2. lib.*
14 *2.*; Certius, quoties, prout in caſu noſtro,
adeſt dictio *in perpetuum*, quæ effectu, atque
operatione carere non debet, *Covar. variar. re-
ſolut. lib.3. cap.9. num. 10. §. Quintò illud etiam
Dilect. de rit. teſtand. tom.6. de legat. caut. 57.*,
Fuller. de Cenſ. num.76. verſ. Cenſus enim, *Ciar-
lin. contr. 143. num. 14. & ſeq.*, *& num.19.*, *ac
num. 21. lib.2.*, *Gratian. diſcept.131. num. 14.*,
deciſ.22. nu.4. circa med. & num. 8., perpetuum
15 namque propriè dicitur illud, quod nullâ tem-
poris definitione circumſcribitur, juxtà *Text.
in leg. purè §. Ultim. ff. de dol. mal.*, *leg.*, *& me-
tus exceptione*, *leg. cum ff. de ſervit. urban. præ-
dior.*, *leg. falſo Cod. de diverſ. reſcript.*, *ibique
Gloſſa*, & explicant egregiè *Bald. in leg.1. §. Cui
in perpetuum ff. ſi Ager vectigal.*, *Barbat. dicto
conſ.20. num.6. lib.4.*, *Pancirol. conſ.135. num.
5. & ſeqq.*, *Cephal. conſ. 268. num. 31.*, *Rimi-
nald. conſ.219. num.32. lib. 2.*, *Peregrin. de Fi-
deicomm. art. 30. num. 6. §. Rurſus*, *Ciarlin. dict.
contr. 143. num. 16. lib. 2.*, *Gratian. deciſ. 22.
num.9.*

Conſtabilitâ igitur abſolutâ iſtiuſmodi Legati
perpetuitate, facilè tolluntur ea, quæ in con-
16 trarium ſub initium oppoſita fuerunt; parvi
enim refert, quod Legatum annuum perpetuum
relictum privato, ipſius morte exſtinguatur, ad
Text. in leg. ſi in ſingulos, *& leg. in ſingulos ff. de
annu. legat.*, *& leg. cum Titio ff. ad leg. falcid.*,
iſtud enim, utpotè vitalitium, ſuâpte naturâ
17 temporarium eſt, ut illud diſtinguendo à Legato
relicto Eccleſiæ, docuit *Cuiac. oper. poſtb. tom. 5.
fol. mihi 943. lit. E.*, *& fol. ſeq. lit. A. & B.*,
verbis illis = *diſcrepat Legatum annuum relictum
privato, & relictum Eccleſiæ, nam annuum, quod
relinquitur Eccleſiæ, vel Templo, perpetuum eſt,
quod privato, morte ejus finitur* =, pluresque hu-
jus diverſitatis congruæ ſuppetunt rationes, nam,
18 ſi Legata regulariter relinquuntur ob ſpecialem
erga Legatarium dilectionem, ex ſententia *Ju-
riſconſulti in leg. nec adjecit ff. pro ſocio*, conſe-
quens eſt, quod, ſi illud fiat certæ perſonæ,
perſonale eſſe, oporteat, *leg. cum precario 12.
§. 1.*, *& leg. interdictum 14. ff. de precar.*, *leg.
filio familias 42. ff. de condit. & demonſtrat.*, *leg.
ſi ſervi 21. ff. de uſufruct.*, *leg.4.*, *& leg. penult.
ff. de ſervit. ruſtic. prædior.*, *leg. Mela 14. in fin.
ff. de aliment. & Cibar. legat.*, *leg. Pater 6. ff. de
ſervit. legat.*; Rursùs ſimilia annua Legata, ut-
19 potè quæ alimentorum causâ relicta cenſeutur,
leg. cum hi §. Si in annos ff. de tranſact., Ali-
mentarii morte finienda ſunt, *leg. ſi cum præfi-
nitione ff. quando dies legati cedat*, Et denique
Legatum annuum particulari perſonæ factum,

primo anno purum eſt, ſequentibus verò condi- 20
tionale, quatenùs ſcilicet Legatarius ſupervivat,
ad *Text. in leg. ſi in ſingulos 4.*, *& leg. cum in an-
nos 11. ff. de annu. legat.*, *leg. 10.*, *& duob. ſeqq.
ff. quand. dies legat. ced.*, deficiente itaque con- 21
ditione, idem intercidit, nec ad heredem tranſ-
mitti poteſt, *leg.1. §. Siquis ſub conditione ff. ut
legat. nomin. caveat.*, *leg. ſi ità legatum §.1. ff. de
legat. 2.*, *leg. Patrimonii ff. de uſufruct. legat.*,
*leg. unica §. Sin autem aliquid ſub conditione Cod.
de caduc. tollen.*, *Cujac. oper. poſtb. tom. 1. in
lib. 28. quæſt. Papin. fol. 732. lit. E.*, nulla
autem ex his intrinſecis rationibus, ſuâptè naturâ
inſitis Legato annuo perpetuo facto privatæ per- 22
ſonæ, congruit Legato relicto Eccleſiæ, ut benè
expendit *Covaru. var. reſolut. lib. 3. cap.9. n. 10.
§. Quartò hac in controverſia*.

Prout etiam non urget argumentum deſum-
ptum ex *Textu in leg. an uſufructus 62. ff. de uſu- 23
fruct.*, quod nempe Legatum annuum uſusfru-
ctus, Reipublicæ, vel Municipio relictum, cen-
tum annorum præſtatione reſolvatur, obvia nam-
que eſt ratio diſcriminis inter hunc Legatum ab
illo annuæ præſtationis perpetuæ; Jure enim 24
cautum reperitur, quod Legatum uſusfructus, Rei-
publicæ, vel Civitati relictum centum annis fi-
niatur, ne videlicet proprietas inutilis ſit apud
heredem, abſcedente ſemper uſufructu, quam
rationem innuit ipſemet *Text. in d. leg. an uſuſ-
fructus*; At aliter res ſe habet in Legato annuo 25
ſimpliciter relicto Eccleſiæ, in illo enim pro-
prietas Bonorum utilis, ac integra manet penes
heredem, certo dumtaxat onere gravata, ut ità
diſtinguendo, & d. contrarium *Text. in leg. an
uſusfructus* declarando, docent *Accurſ. in d. leg.
annuam 6. verb. in perpetuum ff. de annu. legat.*,
egregiè *Cuiac. oper. poſtb. tom. 5. fol. 847. lit. B.
& C.*, *Pancirol. conſ.135. num.11. in fin.*, *Pere-
grin. de Fideic. art.30. num. 11.*, *Covar. var. re-
ſol. lib.3. d. cap.9. num.10. ſub §. Quartò ne Bar-
tolum*, *& §. Tertiò infertur*, *Caſtill. de uſufruct.
cap.62. num. 19.*, *Ciarlin. contr.143. n.22. lib.2.*,
*Bordon. de Legat. tom.7. cap.17. quæſt.9. ex n.14.
ad 23.*, *Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. di-
ſcept.131. num.3. in fin. & num.8.*

Hinc non abſimili ratione fit, quod, ſi relin-
quatur annuum Legatum Titio, & eius heredi, 26
illud debetur Titii heredibus in infinitum, ex
apertâ cenſurâ *Textus leg. in annalibus Cod. de
Legat.*, *Cujac. oper. poſtb. tom.5. fol.846. lit. E.*,
Peregrin. de Fideic. art.30. num. 11. in fin., *An-
tonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 43. num. 9.*;
aliud verò conſtitutum reperitur in Legato
uſusfructus, quod, nonniſi ad primum heredem 27
porrigitur, *per Text. expreſſ. in leg. antiquitas 3.
Cod. de uſufruct.*, & diſtinguendo, tradunt *Ac-
curſ. in d. leg. in annalibus verb. ſervari*, *Cujac.
oper. poſtb. tom. 5. fol.847. lit. A*, ita loquens =
*Et eſt hac in re diſſimilitudo inter Legatum an-
nuum, & Legatum uſusfructus, nam annuum
quod legatum eſt certæ perſonæ, & heredi ejus,
pertinet ad heredem heredis, & inſequentes om-
nes heredes, qui alii aliis ſuperveniunt, ut unda
ſu-*

Digitized by Google

*ſupervenit undam, uſusfructus autem legatus Ti-
tio, & heredi ejus, pertinet tantùm ad heredem
proximum, non ad ſequentes deinceps, ob eam ra-
tionem, quod, ſi uſumfructum extenderes ad om-
nes ſucceſſores, inutilem faceres proprietatem nu-
dam, ſemper abſcendente uſufructu* =.

Nilque turbat duplex illa ratio, in qua funda-
28 tur contraria ſententia, non quidem prima, quod
ſcilicet vitanda ſit obligationis infinitas, quia id
locum ſibi vindicat, quoties verba, & ſubjecta
materia non inducunt reiterabilitatem, perpe-
tuitatemque Relicti, ſecus verò, ſi illam ſecum-
29 ferant; præſertim vero favore piæ Cauſæ, *Ciar-
lin. contr.* 143. *num.* 23. *& duob. ſeqq. lib.*2., *Ca-
rol. Anton.de Luc. ad Gratian. diſcept.*131. *n.*3.,
idem Gratian. deciſ. 22. *num.* 10.; Prout etiam
non officit ſecunda, quod nempe heres, quoad
fieri poteſt, minus gravatus cenſeri debeat, ratio
30 enim iſthæc urget reſpectu alterius honorati, at
non etiam reſpectu ipſiuſmet Teſtatoris, legantis
favore animæ ſuæ, ut optimè reſpondent, *Pan-
cirol. conſ.*135. *n.*12., *Ciarlin. contr.* 143. *n.*26.,
*clar. mem. Card. de Luc. de Legat. diſc.*42. *nu.*9.,
*alter de Luc. ad Gratian. diſcept.*131. *num.*10.

Jam verò, probato his omnibus, quod diutur-
nitate temporis, quo tale Legatum præſtitum
fuit, idem reſolutum dici nequeat examinan-
dum modò eſt, an fortè ob incapacitatem Fra-
31 trum minorum de obſervantia interciderit, quip-
pè dd. Fratres, utpotè profitentes Evangelicam
paupertatem; ideòque ſub tutela Divinæ provi-
dentiæ conquieſcentes, ſuæ ſubſtentationi, &
alimoniæ, nonniſi ex oſtiaria quæſtuatione, &
32 manualibus eleemoſynis, fidelium pietate præ-
ſtandis conſulere debent, incapaces eſſe videntur
ſimilium perpetuorum Legatorum, *cap. exiit de
verb. ſignific. in* 6., *& in Clement. exivi eodem
tit.*, quaſi eiſdem tollatur illa omnimoda incer-
33 titudo, quam expoſcit ſtrictiſſimæ paupertatis
votum, ſolius Divinæ providentiæ auxilium ex-
pectans; Cum enim iſtiuſmodi annui re-
34 ditus, ſive annua Legata inter immobilia re-
putentur, *d. Clement. exivi §. Cumque annui re-
ditus de verb. ſignific.*, illa obtinere repugnat
35 paupertati, & mendicitati, à Seraphico Fundato-
re Alumnis ſuis indictæ, *Fagnan. in cap. in præ-
ſentia num.*52., *& num.*59. *& ſeqq. de probat.*, *R.
P.D. Petra in ſuis comment. ad Conſtit. Apoſtolic.
ad Conſtit. S. Honorii III. tom.*2. *ſect.*4. *num.*25.,
*& num.*36. *fol. mihi* 452. *&* 455., *Rot. coram bo.
me. Emerix jun. dec.*1219. *num.*8., *& dec.* 1326.
*ſub num.*7. *verſ. demum quoad reliqua*.

Certius verò hæc incapacitas adeſſe dicenda
eſt in caſu noſtro, quia tale Legatum illicitum
videtur tàm quoad ſubſtantiam, quàm quoad
36 modum; quoad ſubſtantiam quidem, quia agi-
tur de Legato annuo facto pro alimonia Fra-
trum, non quidem ad breve tempus, quale in
propoſito reputatur illud infra decennium, ſed
in perpetuum, ex allegatis apud *D. Advoc. Pi-
ton. in ſua diſcept.*2. *num.*88. *in fin.*; Quoad mo-
37 dum verò, quia idem, tamquam relictum abſ-
que ullo Miſſarum, ſive alterius ſimilis pii ope-
ris onere, modo illicito factum dicitur, *Rot. co-
ram bon. mem. Emerix. jun. d. dec.*1326. *num.*17.
& ſeqq., proindeque rectè Sacra Congregatio à
ſan. mem. Urbano VIII. eorumdem Fratrum ne-
gociis præpoſita, talem incapacitatem declaraſſe
videtur, ut apud *Fagnan. in cap. nimis prava de* 38
exceſſ. Prælat., apud quem, diſtinctis quatuor
ſpeciebus, & modis, ſub quibus Legata fieri po-
terant Fratribus minoribus S. Franciſci tàm de
obſervantia, quàm ex reformatione, in quarta
diſtinctione *num.* 50. agendo de Legatis annuis
ſinè onere, cum articulo primo quæſitum fuiſ- 39
ſet, *an Fratres minores, tàm obſervantes, quàm
reformati, ſint capaces Legatorum annuorum ſinè
aliquo onere, aut modo adjecto, ſaltem ad effectum
illa extinguendi, & pretium erogandi in uſus fa-
bricæ, vel Sacriſtiæ, Sac. Congregatio*, reſpon-
dit = *negativè, niſi ad effectum illa extinguendi,
ſeù illorum proprietatem, & pretium convertendi
in uſus fabricæ, vel Sacriſtiæ* =, ut *num.*54., cui
tamen erogationi, ſive converſioni in uſum fa-
bricæ, & Sacriſtiæ locus eſſe nequit in noſtra hy-
potheſi; nam *art.*4. cum pariter quæſitum fuiſ- 40
ſet; *quid, ſi cœperint illorum annuas præſtationes
percipere*? reſponſum fuit = *ne hinc fiat fraus
paupertati, expedire, ut de cetero decernatur, eo
caſu, non licere ampliùs Fratribus eamdem pro-
prietatem vendere, ac pretium in uſus fabricæ,
vel Sacriſtiæ erogare, ideòque agendum cum San-
ctiſſimo Domino Noſtro* =, & denique *ad art.* 9.,
quo quærebatur, *an heredes teneantur illorum
præſtationes Fratribus ſolvere in Foro conſcientiæ*? 41
dictum fuit, *non teneri*, ut ſub præfato *num.* 54.;
quæ Decreta referuntur etiam apud *R.P.D. Pe-
tram loco citat. tom.* 2. *fol. mihi* 255.; ſi igitur
Fratres incapaces ſunt iſtiuſmodi Legatorum,
abſque ullo onere ſub ſola ipſorum contempla-
tione relictorum, ſi heredes in Foro conſcientiæ
ad illa præſtanda non tenentur, conſequens eſt, 42
ut eadem ad commodum heredis caduca effecta
cenſenda ſint, *Rot. coram bon. mem. Emerix. jun.
d. dec.*1326. *num.* 18.

Verùm enim verò, tametſi hæc plurimùm ur-
gere videantur pro adſtruenda incapacitate dd.
Fratrum, in ſimilibus Legatis perpetuis conſe- 43
quendis, nihilominus verius videtur, talem in-
capacitatem abſolutam non eſſe, eò quod illa,
tametſi facta, nullo onere adjecto, non ſunt
ſimpliciter probibita, ſed dumtaxat ratione mo-
di; Id probatur auctoritate *Divi Bonaventuræ
ex lib.*2. *opuſcul. in libello Apologetico quæſt.* 9.,
ubi latè diſſerens de Evangelica paupertate,
quam ex ſui Ordinis Inſtituto Fratres minores
profitentur, diſertè, ac luculenter demonſtrat,
talia Legata non adverſari eorum mendicitati,
omnimodæque incertitudini, à qua pendere de-
bet eorum alimonia; his autem verbis loquitur
Seraphicus Doctor = *ſimiliter, ſi aliquis diſpone-* 44
*ret per Amicum, vel alium, quod de pretio, vel
proventibus illis, vel illis darentur Fratribus, tot
panes quotidiè, vel tantum eleemoſynæ ſingulis
ſeptimanis, aut annis, non eſſemus propter hoc
prędii, vel redituum poſſeſſores, nam, ſi, me pe-
tente eleemoſynam, aliquis dives promittat, quod
ſingulis annis velit dare Fratribus duas tunicas,*

vel tantùm unam, vel ſingulis hebdomadibus tot
panes, & hoc committunt Officialibus ſuis, ut vice
ſui iſta daret, etiam eo abſente, & hoc pro Fra-
tribus recipiam, vel etiam, ſi illi negligant dare,
admonendo exigam; numquid propterea certos re-
45 *ditus habere dicendi ſumus, cum non ex jure, ſed*
ex gratia ſolùm talem eleemoſynam recipiam, vel
exigam, &, ſi poſt obitum illius, Uxor ejus, vel
alii amici pro animu illius adhuc velint aliquo
tempore talem eleemoſynam per ſe, vel ex diſpoſi-
tione illius lergiri, poſſumus ſimiliter recipere ex
eadem gratia, ità quod, quandocumque nollent am-
pliùs iſta dare, nil peteremus ab eis, quaſi ex de-
bito, ſed more mendicorum recurreremus ad do-
mum clementis Domini pro quotidiana eleemoſyna,
quamdiù illi placeret, ſed quando plus nollet, ubi-
remus, vacui gratias agentes de dato, & non
46 *murmurantes de negato, hæc eſt vera, & pura*
vita mendicorum, quod datur, ex gratia recipere,
non ex jure = ne verò hac ſpecie offenſio ulla da-
retur puſillis, & ne S. Franciſci Alumni puta-
rentur ab ignorantibus tranſgreſſores Regulæ,
idem ſubjunxit illa talia verba = *quia verò Domi-*
nus docet nos cavere ab hominibus, & Apoſtolus
ab omni ſpecie mala abſtinere, ne putemur ab igno-
rantibus tranſgreſſores Regulæ noſtræ, debemus
apertè proteſtari, nihil nobis juris in talibus dona-
tionibus velle habere =.

Libuit excribere ſententiam Seraphici Do-
ctoris, quæ non ſolùm ob ejus ſanctitatem, &
47 doctrinam plurimùm valet, ſed maximi etiam
facienda eſt, quia, ut advertit *Didac. de Cea*
Commiſſarius Generalis in Romana Curia, ille
ſpatio octodecim annorum functus munere Mi-
niſtri Generalis, Ordinis regimini præfuit, quis
autem ſanctior, quis doctior, quis denique af-
ferri poteſt magis fidus interpres Conſtitutionum
Evangelicam præcipientium paupertatem, quam
is, qui tamdiù fuit ſanctiſſimus illarum vindex,
& cuſtos? Quamobrem jure, meritòque tum à
Fagnano in cap. nimis prava num. 58. de exceſſib.
Prælator., *tum etiam ab R.P.D. Petra d. tom.2.*
fol.454. §. Cum afferutis, & D. Advocato Pito-
nio d. diſcept.2. num. 128. dicta verba referuntur,
eiſdemque proponitur forma, & conſtituitur eſ-
ſentia arctiſſimæ paupertatis, atque mendicitatis
ſervandæ à Fratribus minoribus, eorumque Se-
raphicæ Regulæ minimè repugnare demonſtra-
tur ſimilia Relicta, modò ſervetur modus, in il-
lis recipiendis à ſanctiſſimo Doctore præſcriptus,
48 conſiſtens in eo, quod non jure, ideſt non ullâ
civili actione oriente ex teſtamento, ſed ex me-
ra Dantis liberalitate recipiantur, plenè enim
ſalvatur puritas Seraphici Inſtituti, & Fratres
non lædunt arctiſſimam, quam profiteutur pau-
pertatem, recipiendo hujuſmodi eleemoſynas
legatas, ſi eas non recipiant tamquam per mo-
dum aſſignationis ſibi debitas in perpetuum ex
civili ulla actione, ſed, ſeclusâ omni obligatione,
per modum puræ, & ſimplicis eleemoſynæ ac-
cepta habere profiteantur. Mitto plura, quæ ad
id probandum afferri poſſent; hunc enim labo-
rem præoccupavit *D. Advoc. Piton. in d. diſcept.*
49 *2. ex num. 6. & ſeqq.*, id probans unanimi Do-
ctorum ſententiâ, ex conſenſu Capitulorum Ge-
neralium Ordinis, Reſolutionibus Sacrarum
Congregationum, Pontificiis Conſtitutionibus,
ac denique generali totius Ordinis Seraphici con-
ſuetudine, ſubjicitque rationem deſumptam ex
verbis Divi Bonaventuræ, & ceterorum Docto-
rum ajentium, quod Legata iſta, civili omni obli-
gatione denudata, eleemoſynæ naturam habent, 50
&, licèt, perpetua ſint, Fratres minores, factâ
proteſtatione, illa poſſunt acceptare, quod etiam
latiſſimè probavit *Didac. de Cea ſupra laudatus*
in ſua dicta allegat. impreſſa apud D. Advoc. Pi-
ton. poſt d. diſcept.2. ex num.67. & plurib. ſeqq.

Neque verò hæc capacitas reſtringenda eſt ad
ſola Legata, Fratribus minoribus facta cum adje-
ctione oneris Miſſarum, vel alterius operis pii,
excluſis prorſus Legatis, nullum continentibus 51
onus, nam de his etiam loquitur *Div. Bonaven-*
tura indefinitè agens de quibuſcumque Legatis
perpetuis; De his loquuntur Doctores, ut patet
ex *Sylveſtr. in ſumm. in verb. Legatum 2. quæſt.*
4., ibi = *Sicut non eſt contra Ordinem noſtrum, im-*
mò de ordine recipere eleemoſynas perpetuas, ità
etiam Aniverſaria perpetua &c., neque hoc eſt
habere reditus &c., petendo extrà Judicium, ſed
petere illa in Judicio tamquam reditus ſic debitos
non licèt =; aliiſque allegatis à *D. Advocato Pito-* 52
nio in d. diſcept.2., & à Didaco de Cea in ſua al-
leg. apud eumdem ex *num. 67.*; De his agunt
Decreta Capitulorum generalium Ordinis, relata
in *d. allegat. num. 68. & ſeq.*, & denique ita
etiam conſtitutum reperitur in pluribus Sacra-
rum Congregationum Decretis, ex quibus re-
ferre ſat erit illud à *Sac. Congregatione Rev. Fa-*
bricæ editum die 14. *Februarii anni* 1633. inter
collecta à *bon. mem. R. P. D. Veſpignano fol.71.*,
& relatum à *Fagnano in d. cap. nimis prava num.*
61., *Panimoll. dec.60. annot.3. ſub num. 39.*, *D.*
Advoc. Piton. d. diſcept. 2. num. 55., & quo ca-
vetur, *quod hujuſmodi Legata per Debitores,*
vel heredes non extinguantur, vel reducantur per 53
compoſitionem, cum Miniſtris Fabricæ faciendam,
vel alio quovis modo, ſed illorum capitale, ſive ſors
principalis, vel proprietas abſque aliquâ diminu-
tione conſervetur ſemper, & perpetuò ad effectum,
ut in uſus, Romano Pontifici pro tempore exiſtenti
benè viſos poſſint applicari; Ita tamen, ut, quam- 54
diù applicationem ſpecialem Auctoritate Apo-
ſtolicâ fieri non contigerit, heredes, vel Debito-
res poſſint liberè, ſi velint, dd. Fratribus dare dd.
annua Legata, per eoſdem Fratres recipienda in
eleemoſynam, non autem per eos exigenda, & quod 55
quævis extinctio, reductio, ſeù diminutio capita-
lis, ſeù proprietatis aliter abſque ſpeciali Roma-
ni Pontificis permiſſione facta, eo ipſo nulla ſit, 56
nec Debitoribus, aut aliis quibuſcumque ſuffrage-
tur; inhibet præterea Commiſſarios, & Mini-
ſtros Rev. Fabricæ, ne quoquomodo ſe inge-
rant ſuper hujuſmodi capitale, ſeù proprietate
ſupradictâ, niſi ad effectum reinveſtiendi, ut nem-
pe conſerventur; cavet, quod, nolentibus he-
redibus dare dd. eleemoſynas, ſeù annuas præ-
ſtationes, ſive Legata, nonniſi pro duobus an-
nis, elapſis à die obitus Teſtatoris, poſſint exi-
ge-

Digitized by Google

57 gere, exigique facere ad ſui beoeficium, juxtà
ſuas facultates, & privilegia, *ſalvo ſemper ca-*
pitali, ſeù proprietate, ut ſupra, ad effectum,
quod heredes, vel debitores (dummodò de eis per
Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem ali-
ter non fuerit diſpoſitum, nec prædicta Legata in
alios uſus ejus Auctoritate applicata fuerint, vel
applicari contigerit) poſſint, ſi velint, etiam
quandocumque futuris temporibus, & ſic deinceps
in perpetuum dare dd. Fratribus dd. annua Lega-
ta in eleemoſynam, ut ſupra, nec Fabrica eoſdem
heredes, vel debitores moleſtare poſſit, & valeat
toties, & quoties caſus contigerit, niſi pro præ-
terito, & tunc in illis terminis tantùm, poſt quo-
rum maturationem fuerit elapſum biennium, vel
ultra =; Et denique prohibuit, ne Fratres mino-
58 res ullo pacto coram ullo Judice dd. annuas præ-
ſtationes, & Legata petere valeant.

Quoniam vero heredes ut eluderent iſtiuſmo-
di Decreta Rev. Fabricæ, & Fratres fraudareut
59 eleemoſyois, eiſdem relictis, differebant ultrà
bieunium ſolvere annua Legata pia, cum oneri-
bus Miſſarum, ſeu Officiorum, vel etiam gratis
dd. Fratribus, ſeù eorum Eccleſiis relicta, ſub
ſpe poſtea ſuper illis pro mioori ſumma ſe com-
ponendi cum Commiſſariis, & aliis *Rev. Fabri-*
cæ Miniſtris, expreſsè Sac. Cougregatio eiſdem
prohibuit =, *ne de cetero cum heredibus, vel aliis,*
quomodolibet obligatis ad ſolutionem dd. Legato-
rum, ad aliquam compoſitionem, remiſſionem, vel
tranſactionem deveniant, ſed ab illis omnes anna-
tas ſupra biennium decurſas, & non ſolutas inte-
graliter exigant, & exigere faciant in beneficium
Rev. Fabricæ, ſinè relaxatione alicujus minimæ
portionis, ſeù quantitatis, ſervato in reliquis te-
nore Decreti, in hac materia ab eadem Sac. Con-
gregatione editi ſub die 14. Februarii 1633. =,
60 oullas atque irritas eſſe decernendo quaſcumque
compoſitiones, juxtà aliud Decretum ejuſdem
Sac. Congregationis editum *die 15. Decembris an-*
ni 1646., relatum à *R.P.D. Petra d. t. 2. fol. 464.*,
D. Advoc. Piton. d. diſcept. 2. num. 57., ioter re-
collecta *à bo. mem. R.P.D. Veſpignano fol. 777.*,
in margine notans, hujuſmodi Decretum edi-
tum fuiſſe favore Fratrum de obſervantia, ne
inſcii priventur eleemoſynis, quas petere non
poſſunt, ſubdens, quod propterea, conſentien-
tibus illis, fieri poteſt compoſitio cum heredibus,
61 & poſtea traditur eleemoſyna Fratribus arbitrio
Sac. Congregationis.

At verò, ſi ex Decreto *Sac. Congregationis*
Rev. Fabricæ prohibetur, ne hujuſmodi annua
Legata, relicta Fratribus miooribus extinguan-
tur per heredes, ſeſe componentes cum Rev. Fa-
bricæ, ſed eorum capitalia debeant ſemper iute-
gra conſervari, ut ipſi poſſint ea dare Fratribus
Legatariis per viam eleemoſynæ, hioc evidens,
62 & apertum redditur, quod Legata non ſunt ca-
duca in totum, ſed ſolùm in obligatione civili,
firmâ remaoente obligatione oaturali, juxtà
quam heres teoetur præſtare eleemoſynas ſolis
Fratribus; alioquin Congregatio Fabricæ illas
ſibi applicaſſet, & permiſiſſet extinctionem ca-
pitalium, ſi fuiſſent totaliter caduca, & nulla
iu obligatione, etiam oaturali fidelitatis, & 63
conſcientiæ, vel dixiſſet, heredes ea poſſe da-
re aliis, quam Fratribus Legatariis, & oon iſtis
tantùm, ut benè in propoſito ratiocinatur D.
Advoc. Piton. diſcept. 2. num. 15.

Quamobrem jure, meritòque, quum incidit
quæſtio de ſimilibus Legatis, illa deciſa fuit ad
oormam dictorum Decretorum, nam *die 2. Mar-*
tii anni 1697. cum coram Sac. Congregatione
Concilii in quadam *Faventina Legatorum* diſpu-
tatum fuiſſet, an quoddam Monaſterium re-
center fuodatum io Terra Mutilianæ teueretur 64
ſubminiſtrare ſingulis annis PP. Cappuccinis li-
bras centum olei, & viginti quinque ceræ albæ
pro uſu Eccleſiæ, & rurſus, an ſimiliter tene-
rentur præſtare ſingulis hebdomadis quoddam
ferculum valoris Bonon. viginti, *Sac. Congre-*
gat. ad primum *affirmativè*, ad ſecundum verò
reſpondit = *ſervanda eſſe Decreta Congregationis*
Fabricæ = *die 14. Februarii anni 1633.*, quæ re-
tulimus in *§. Neque verò & ſeq.*, quod *Sac.*
Congregationis Concilii Decretum per extenſum
refertur *à R. P. D. Petra dict. Tom. 2. fol. 457.*
num. 2., *& à D. Advoc. Pitonio dict. diſcept. 2.*
num. 175., qui prætereà *num. 25.* memioit ſen-
tentiæ à Judice R. Fabricæ latæ anno 1612., quo
heres coudemnatus fuit ad ſolvendum Legatum 65
pro anuuis alimentis Fratrum.

Cui ſanè capacitati non adverſantur ea, quæ,
in *§. Jam verò cum ſeq.* deducta fuerunt, nam,
quod annui reditus, ſive Legata inter immobi-
lia reputentur, ideoque eorum incapaces cen- 66
ſendi ſint Fratres mi1ores, ex clara diſpoſitione
Text. in Clement. exivi §. Cumque annui reditus
de verb. ſignif., *aliiſque ibidem allegatis*, id,
inquam, iutelligendum eſt, quando ſimilia
Legata annuorum redituum diriguntur in ipſos
Fratres, qui illa exigant, ſecus verò, ſi diri-
gantur ad heredes, ut declarat *R. P. D. Petra*
dict. tom. 2. fol. 464. n. 33. cap. 54.; io caſu autem
noſtro Legatum non dirigitur ad ipſos Fratres,
illud jure ſuo percipere debentes ex re aliqua
certa, ſed iidem oominantur tamquam Lega-
tarii, annuam præſtationem frumenti recipere de- 67
bentes de manu heredis, qui debet, non ex fun-
do aliquo certo, ſed ex univerſo ſuo patrimo-
nio illam præſtare, ibi = *rubra ſex cum una quar-*
ta boni frumenti tempore recollectus per ejus he-
redes tradendi quolibet anno in perpetuum &c. =

Prout etiam non ſubſiſtit, hujuſmodi Lega-
tum illicitum eſſe tàm quoad ſubſtantiam, eò
quod factum ſit pro alimonia Fratrum, & qui- 68
dem in perpetuum, quàm etiam quoad modum,
tamquàm factum ſinè ullo onere; neutra enim
hujus cootrariæ animadverſionis pars ſubſiſtit;
nam, quod attinet ad primam, latè oſtendi-
mus, Legata perpetua pro alimonia Fratrum
ſuſtineri eademque quoad ſubſtantiam illici-
ta non eſſe, ſed illicita fieri ratione modi, qui 69
modus illicitus non conſiſtit io eo, quod relin-
quantur ſinè oneris adjectione, ſed in eo, quod
dirigantur ad ipſos Fratres, quodque jure actio-
nis

Digitized by Google

nis ex teſtamento illa petere poſſint, alioquin,
ſi qualibet civili obligatione denudentur, na-
turam habent eleemoſynæ, licèt perpetua ſint,
& in ſolam Fratrum alimoniam ſinè ullo onere
70 relinquantur, & perſpicuum ſit ex eo, quod ea-
dem licita minimè redderentur ex iſtiuſmodi
oneris adjectione, ſi directa eſſent ad ipſos
Fratres, & non per viam eleemoſynæ, ſed vi-
gore obligationis proficiſcentis ex teſtamento pe-
ti poſſent, id enim repugnare puritati Regulæ,
& Evangelicæ paupertati, contrâ verò eaſdem
incolumes manere, ſi, ſublatâ quavis obligatio-
ne civili, Fratres nullum jus ſibi arrogent ex
71 ſimilibus Relictis, latiſſimè probant *D. Piton.*
dict. diſcept. 2. per tot., *& Didac. de Ceu in al-*
legat. apud eum relatu ex num.67., *R.P.D. Petr.*
dict. tom.2. ex num.28., aliique, qui longo ordi-
ne allegari poſſent.

Ex quibus promanat reſponſio ad Decreta re-
lata in *§. Certiùs verò*, quia illa loquuntur de
Legatis annuis certis, non è manu heredum ca-
piendis, ſed directis ad ipſos Fratres, ut patet
72 ex animadverſis à *R.P.D. Petru dict. tom.2. fol.*
454. num.36. & ſeq., inquiens, *nihil magis re-*
pugnare paupertati Evangelicæ, *quàm reditus*
annuos certos, *qui importent continuum domi-*
nium in poſſeſſoribus, *undè ex hoc inter ſtabilia*
connumerantur, & evidens fit ex eo, quod di-
cta Decreta agunt de illis Legatis, quorum pro-
prietas ad inſtantiam Fratrum Legatariorum
vendi poteſt, quæ certè facultas competere ne-
73 quit pro iſtis Legatis annuis, abſque ullâ civili
actione ab herede titulo eleemoſynæ præſtan-
dis, & quorum proprietas nec à Fratribus, nec
à Syndicis in Judicio peti poteſt, quod nobis
explicat *Deciſio 1326. coram bon. mem. Emerix*,
quæ ſub *num.16.* ita loquitur = *Nec turbat*, *quod*
Legata relicta Fratribus minoribus modo illicito,
ſeù repugnanti eorum Inſtituto, *quippè quæ reci-*
piunt ſubſtantiam à modo, *ſint nulla*, *& conſe-*
quenter caduca, *ac ſi non fuiſſent ſcripta*, *quo-*
niam &c. id intelligitur de Legatis relictis ſinè
onere perpetuo, *veluti agro*, *ſeù cenſu ad fruen-*
dum, *poſſidendum*, *aut locandum*, *tunc enim*,
cum illa appareant facta ſolâ contemplatione ipſo-
rum Fratrum, *& ſub unico fine*, *ut illis acqui-*
rantur, *tamquam defectiva in ſubſtantia*, *cor-*
74 *ruunt*, *& caducantur ad commodum heredis*; in
quo ſanè caſu minimè verſamur, quia non ager,
non cenſus ad fruendum, ad poſſidendum, aut
locandum relictum eſt Fratribus, ſed Teſtatoris
heredes eiſdem dare gravantur certam frumenti
quantitatem, nullâ quidem civili obligatione,
aut actione cogendi.

Cum igitur in dubium revocari nequeat ca-
pacitas dictorum Fratrum accipiendi Legatum,
de quo agitur, modo tradito à Divo Bonaventu-
ra, præſcripto in eorum Conſtitutionibus, appro-
bato Decretis ſacrarum Congregationum, Pon-
tificiiſque Conſtitutionibus, & denique com-
mendato à Doctoribus, ceſſat penitus quævis
caducitas, aut ſubſtitutio in caſu incapacitatis,
75 tum quia, poſitâ, prout in caſu noſtro, poſſibi-
litate eleemoſynæ, non ſit locus ſubſtitutioni or-
dinatæ in caſu incapacitatis, *R.P.D. Petru dict.*
tom.2. fol.461. num.48., tum quia, ut patet ex
verbis teſtamenti, ſub initium relatis, ſubſtitu-
tio ordinata reperitur in caſu, quo heredes con-
travenirent non ſolvendo Legata, in quo caſu
ad hereditatem vocantur ipſi Fratres obſervan-
tiæ, ſi fieri poteſt, prò fabrica Eccleſiæ, aut
aliis eorum neceſſitatibus, ſin verò eorum Re-
gula id non pateretur, hereditas applicatur
Conventui S. Franciſci, ſive S. Hieronymi,
injuncto eiſdem onere ſolvendi dicta Legata, in 76
quibus proinde ipſi ſubſtituti cenſeri nequeunt,
cum quis Legatarius ſimul, & heres eſſe non
poſſit, ne detur actio, & paſſio in eodem ſub-
jecto, & ne quis ſui ipſius debitor efficiatur 77
contrà *Text. in leg. pleuè §. Si duobus, leg. qui fi-*
liabus in fin., *& leg. legatum §.1. ff. de legat.1.*,
Bald. conſ.273. verſ. tertio quoniam lib.4., *Soc-*
cin. Jun. conſ. 8. num. 26. lib. 2., *Menoch. conſ.*
86. num.34., *Peregrin. de Fideicom. art. 7. num.*
2., *clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. diſc.*
211. num.2., *& diſc.64. num.3. de legat.*, *Bel-*
lon. de jur. accreſc. cap.7. quæſt.29. nu.18., *Surd.*
dec.250. nu.3., *Rot. Jannen. inter recollect. per*
Balduc. deciſ. & rer. judic. tit.3. dec. 21. nu.9.,
Rot. apud Urceol. conſult. forenſ.82. nu.67., *poſt*
Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.51. nu.2., *in rec.*
dec.421. nu.30. part.5., *& dec.22. n.32. part.6.*,
Certiùs, quia, ſi Teſtator ipſum heredem in
Legato ſubſtituere intellexiſſet, non adhibuiſ- 78
ſet verba denotantia ſolutionem, ut fecit, ſed
potiùs uſus fuiſſet verbis importantibus reten-
tionem, heres namque poterat ſibi de Legato
ſatisfacere retinendo Bona, & ideò non verifi-
catur terminus ſolutionis, ut appoſitè tradunt 79
Odd. conſ.91. nu.44., *& 50. verſ. 4.*, *Rot. Ja-*
nuen. dict. deciſ. 21. num. 10., *Rot. Roman. co-*
ram Merlin. deciſ.505. num. 32., *& in dict. de-*
ciſ. impreſſ. apud Urceol. conſul. for.82. num. 68.
& 69., *& in recent. deciſ. 22. num.31.*, *& ſeqq.*
part. 6.

Tolentina Prælegati.

In prælegato omnium cenſuum filiis relicto,
etiam cenſus uni ex eiſdem filiis antea dona-
tus, comprehenſus dici debet, concurrente
Teſtatoris voluntate ex conjecturis elicita; &
ex quibus?

VOTUM XI.

1 *Teſtator facultatem habet de re heredis diſpo-*
nendi.
2 *Teſtator rem heredis poteſt legare.*
3 *Teſtator Bonis heredis onus poteſt adijcere;*
Suſtinetur autem, ſi tantundem ei reliquit.
4 *Teſtatoris voluntas cenſum uni ex filiis dona-*
tum comprehendendi ſub prælegato omnium
cenſuum aliis filiis relicto, ex quibus deduci
valeat?, & num. ſeqq.
Præſumitur talis voluntas, ſi eumdem cenſum
num-

nunquam tranſtulit in dominium filii, nu. 6.
Siq se illum, tamquam ſuum Teſtator habuit, num. 7.

5 *Rei donatæ dominium non fuiſſe in Donatarium, translatum, arguitur, ſi, eo ſciente, ſe tamquam dominum geſſit Donator*, & num. 24.

8 *In Legatis conjecturn voluntatis Teſtatoris non ex jure, ſed ex facto quæri debet*, & num. 15.

9 *Teſtatorum voluntates magis in legandis ſuis rebus, quàm in alienis comparandis, ac heredibus onerandis faciles ſunt.*

10 *Legatum rei alienæ, tamquam propriæ, ex errore à Teſtatore factum, non ſuſtinetur.*
Secus, ſi, tamquam ſuam, legaverit rem heredis, num. 12.
Tunc enim Legatum ſuſtinetur, ſive ſciverit, ſive ignoraverit, num. 14., & 15.

11 *Legat quis faciliùs rem ſuam, quàm alienam emat, vel emi ab herede velit.*

12 *Faciliùs itidem rem heredis, quàm alienam.*

13 *Et faciliùs, quod ipſe, vel heres habet, quàm quod è longinquo petendum eſt.*

16 *Legatum faciliùs inducitur, quàm inſtitutio, aut ſubſtitutio.*

17 *Teſtatoris voluntas gravandi heredem in Bonis propriis non requiritur, quod ſit expreſſa, ſed ſufficit, quod quomodocumque patefacta ſit.*

18 *Verba* = tutti li cenſi, con i frutti decorſi, e da decorrere = *in prælegato comprehenſum indicant etiam cenſum, heredi antea donatum.*

19 *Verbum* = tutti = *univerſale eſt.*

20 *Heredis jus non cenſetur jus alienum; cum Defunctus, & heres eadem perſona cenſentur.*

21 *In Legato mobilium, ſtante dictione* = tutti = *comprehendi cenſentur nedum, quæ ex proprio ſignificatione veniunt, ſed ea etiam, quæ aliàs non venirent mobilium appellatione.*

22 *Ita ut ampliandum illud cenſeatur ad omnia ea, quæ apta ſunt moveri de loco ad locum.*
Licèt horum nomine veniant ſolùm, quæ ad ornamentum, & inſtructionem domus poruta ſunt, ibid.

23 *Teſtator declarando, ſe diſponere de Bonis, dicendus non eſt, cenſum, aliàs heredi donatum, in Legato comprehendiſſe.*

24 *Limita, ſi de eodem cenſu antea ſemper diſpoſuerat, ſciente, & patiente herede.*

25 *Et præſertim, ſi dictione* = tutti = *uſus eſt.*

26 *In Legato, ſi aliàs inutile redderetur, comprehenſa dici debent etiam quæ ſub illo ceteroquin non venirent.*

27 *Donationis inter vivos revocatio irrita eſt.*

28 *Teſtatoris voluntas ex actu etiam nullo declaratur.*

29 *Legatum factum filiis, latiorem interpretationem recipit.*

30 *Procedit, licèt heres fuerit perſona conjuncta.*

31 *Legatarius enim cenſetur magis dilectus in re legata, quàm heres.*

32 *Legatum rei alienæ relictum conjunctæ perſonæ, ſive Teſtator ſciverit, ſive ignoraverit, tenet ſaltem quoad illius æſtimationem.*

33 *Maximè procedit in Legato rei ipſius heredis.*
Quo caſu nil refert, heredem æquè conjunctum eſſe Teſtatori, nu. 34., & vid. num. 35., & 36.

34 *Inter æquè privilegiatos neuter privilegio ſuo adverſus alterum uti poteſt.*
Et quando ſecus? num. 36.

35 *In Legato rei alienæ, ſi hæc à Domino evincatur, Legatario non competit evictionis actio adverſus heredem, æquè privilegiatum.*

36 *Secus in Legato rei, ad ipſum heredem pertinentis; hic enim à Legatario cogi poteſt.*

37 *Heres nequit hereditatem adire, & Legatum non adimplere.*

38 *A promiſſione ſervandi paternum teſtamentum, inter fratres initâ, recedendum non eſt.*

FRANCISCUS Salvi in ultimo ſuo teſtamento jure prælegati reliquit Ludovico filio ſuo primogenito tabernam, cum univerſitate mercium, nominum debitorum, atque apocarum, in libris deſcriptarum, atque etiam argentea domi exiſteutiâ, adeout, comprehenſis quodam prædio, veſtibus, anulis, jocalibus, & pannis lineis uxori ejuſdem legatis, ingentem quantitatem ſcutorum duodecim millium, & ultrâ prælegaverit.

Aliis verò filiis, nempè Auguſtino, & Jacobo jure pariter prælegati reliquit = *tutti li cenſi attivi, con li frutti decorſi, e da decorrere* =, qui tamen, dempto quodam cenſu in ſorte ſcutorum mille, & centum, longè anteà donato D. Ludovico, unà cum fructibus, non aſcendebant ad ſcuta 500., in reliquis autem Bonis æqualiter filios omnes heredes univerſales inſtituit; Iidem verò obſequentes paternæ diſpoſitioni, præſentibus ipſis, celebratæ, ad illius normam amicabiliter plurima Bona hereditaria diviſerunt, & ſolemni inſtrumento, jurisjurandi religione munito, illam numquam impugnare promiſerunt; Verùm, quia, ut mox innuimus, Teſtator ſeptennio antè teſtamentum donaverat inter vivos Ludovico dictum cenſum ſcutorum 1100., dubitari contigit, an ille quoque comprehendatur in prælegato = *di tutti i cenſi* =, facto aliis filiis; Cumque hac de re ab iiſdem rogatus fuerim, ut ſententiam meam prò veritate dicere velim, benè perpenſis Cauſæ hujus momentis, potiora mihi videntur eſſe jura, quæ pro comprehenſione dictis Auguſtino, & Jacobo aſſiſtunt.

Certiſſima namque eſt regula illa, in Foro, & Tribunalibus communiter recepta, quâ ſtatuitur, Jura noſtra Teſtatori conceſſiſſe facultatem a
diſponendi de rebus ſui heredis æquè, ac de pro-

propriis, juxtà *Text. in leg. unum ex familiu 69.*
§. Si rem, leg. cum filius 76. §. Dominus ff. de
legat.2., leg. final. in fin. Cod. comm. de legat.,
Cyriac. contr. 161. num.82., Episcop. Rocc. diſ-
put. jur. ſelect. cap.50. num. 5., & magis in ſpe-
2 cie, quod poſſit rem heredis legare, *§. Non*
solùm inſtitut. de fideicommiſ., leg. heredum Cod.
eodem, Menoch. de præſumpt. præſumpt.117. nu.
1. & 2., Rocc. diſput. jur. ſelect. cap. 51. num.
119., & 121., Rot. deciſ.10. num. 1., & ſeqq.
coram Durano, deciſ.397. num.9., & deciſ.805.
num.6., & 7. coram eodem, aut onus propriis
3 illius Bonis adijcere; ſemperque illud ſuſtineri,
quando eidem tantundem reliquit, diſponitur
in *leg. Imperator §. Si centum, & §. Cum qui-*
dam, leg. cum Pater §. Titio fratri ff. de legat.
2., & leg. cum quis decedens in princ. ff. de le-
gat.3., quarum Legum cenſuram latè exornat,
Rota in Verulana Fideicommiſſi 10. Maii 1690.
§. Nec ad impediendam, & 21. Junii 1697. §.
Poteſtas coram Emo D. Card. Caprara, in Ave-
nionen. Fideicommiſſi 25. Junii 1700. §. Neque
etenim coram R.P.D. Anſaldo, in Romana, ſeù
Leodien. Fideicomm. de Archis 24. Martii 1702.
§. Verùm admiſſâ coram bon. mem. Muto, in Il-
lerden. hereditatis de Gomar. 4. Junii 1703. §.
Hæc quoad primam partem cum ſeqq. coram R. P.
D. Anſaldo, & in Peruſina manutentionis 21. Ja-
nuarii 1704. cor. R.P.D. Scotto.

Quamobrem, cum de poteſtate Franciſci Te-
ſtatoris diſponendi de cenſu, ab eodem jam pri-
dem Ludovico filio, & heredi donato, dubi-
tari nequeat, inquirendum ſolùm erit, an re-
4 verà voluerit illum comprehendere ſub præle-
gato, Auguſtino, & Jacobo deindè facto. Quæ
porrò voluntas in noſtra hypotheſi ex pluribus
conſurgere videtur, nam, cum controverſus
cenſus Debitor, fructus ſolvere neglexiſſet,
Franciſcus non Donatarii, ſed ſuo nomine
agens, illum in carceres detrudi, curavit, à qui-
5 bus ſe exemit fidejuſſione filiorum, qui in cau-
ſam dicti cenſus favore Creditoris ſe obliga-
runt, obtentâ ab illo tum reductione uſura-
rum cenſualium ad minorem quantitatem, tum
etiam facultate eumdem minutatim extinguendi,
ſolvendo ſcuta centum ſingulis annis, quæ omnia
geſta fuerunt, ſciente, & patiente Ludovico filio,
dicti cenſus Donatario, abſque eo quod um-
quam meminerit, aut obtenderit præcedentem
donationem, ſibi à Patre factam; Inſpectâ autem
hac ſerie facti, reſultante ex legalibus documen-
tis mihi communicatis, manifeſtum ſit, Fran-
ciſcum Donantem, Ludovico filio ſuo num-
quam tradidiſſe dictum cenſum, nec ejus do-
minium in illum tranſtuliſſe, ſed de eodem, ve-
luti de re ſua, ſemper diſpoſuiſſe, proindeque id
6 ſufficit, ut ex præſumpta voluntate Teſtatoris
comprehenſus cenſeatur ſub dicto univerſali præ-
legato = *di tutti li cenſi* =, ut enim Legato eeſ-
ſiſle præſumatur ſatis eſt, Teſtatorem illum
7 tamquàm ſuum habuiſſe, *Merlin. Pignatell.*
contr. forenſ. cent.2. cap.65. num. 20. & ſeq., &
8 rectè quidem, quia in Legatis, ut juſta capi
poſſit conjectura voluntatis Teſtatoris, non de
jure, ſed de facto quæri oportet, juxtà ſingula-
rem *Textum in leg. Seja §. final., juncta Gloſſ.*
in verb. non de jur. ff. de fund. inſtruct., optimè
Camill. Medic. conſ.7. num.4., quem refert, &
ſequitur *Merlin. Pignatell. loco mox citato.*

Idque congruit alteri juris noſtri regulæ, ſive
rationi, à *Papiniano* conſideratæ *in leg. unum ex*
familia §.67. §. Si rem tuam ff. de legat.2. = ſunt 9
enim, inquit, *faciliores voluntates in legandis*
ſuis rebus, quàm in alienis comparandis, & one-
randis heredibus, & egregiè ibi Cujac. in lib.
18. quæſt. Papin. fol. mihi 550. lit. A., & B.
tom. 1. oper. poſthum., ubi diſtinguens inter Le-
gatum rei alienæ, tamquam ſuæ, à Teſtatore fa-
ctum, & Legatum rei, ad heredem pertinentis, 10
ait = *quæ verò eſt differentia? Cur ſi ignorans le-*
gaverit rem alienam tamquam ſuam, non valet
Legatum? cur error Teſtatoris officit Legato?
quia falſa opinio fecit utique, ut legaret, quod
non eſſet legaturus; nam faciliùs legat quis rem 11
ſuam, quàm alienam emit ipſe, vel emi vult ab
herede ſuo; faciliores, inquit, *ſunt voluntates in*
rebus ſuis legandis, quàm alienis comparandis,
& onerandis heredibus ad emptionem rei, onus eſt
heredi emere rem, quia curare debet, ut rem re-
dimat, quia res legata eſt, non pretium. Cur
autem, ſi rem heredis legaverit tamquam ſuam
error non officit Legato? quia faciliùs quiſque le-
gat rem heredis, quàm rem alienam, cum & fa- 12
cilior præſtatio heredi ſit rei ſuæ, quàm rei alie-
næ. Denique faciliùs quis legat, quod jam habet
ipſe, vel heres ſuus, quàm quod è longinquo pe-
tendum eſt =, & hanc differentiam agnoverunt 13
etiam *Petr. Barboſ. in leg. ſervi electione 5. §.*
final. num.25. ff. de legat. 1., Corn. conſ. 84. nu.
7., Gabriel. conſ.132. quæſt.8. num.65. tom. 1.,
Mareſcot. var. reſolut. lib. 2. cap.104. num. 5. &
6., Peregrin. de Fideicomm. art. 33. num. 24.,
Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.9. tit.1. num.
21. verſ. undè etiam, Gratian. diſceptat. forenſ.
207. num.27.

Quâ de re ob iſtam faciliorem voluntatem
præſumptam in Teſtatore comprehendendi in 14
Legato rem heredis, Legatum indiſtinctè ſuſti-
netur, ſive ille ſciverit, ſive ignoraverit, rem
ad heredem pertinere, ut ſcripſit *Papinianus*
loco ſuperiùs citato, verbis illis = *ſi rem tuam,*
quàm exiſtimabam meam, te herede inſtituto, Ti-
tio legem, non eſt Neratii priſci ſententiæ, nec
Conſtitutioni locus, quâ cavetur, non cogendum
præſtare Legatum heredem &c. = ibique *Bartol.,*
Bald., Caſtrenſ., & Cujac., loco proximè alle-
gato, inquiens = *ergo ſententia Neratii, & Con-*
ſtitutio Divi Pii, ut Papinianus ait, quæ in-
duxit illam diſtinctionem inter ſcientem, & igno-
rantem, pertinet tantùm ad rem alienam, non ad
rem heredis =, & conferunt etiam *Textus in leg.*
ſi ſibi homo §. Si fundus, & leg. ſi quis Inquilinos
§. Cum ſervum ff. de legat. 1., leg. cum filius 78.
§. Dominus, & ibi Bartol., ceterique ſcribentes
ff. de legat.2., Jaſon. in leg. cum alienam nu.10.,
Cod. de legat., Gomez. variar. reſolut. tom. 1. tit.
de

de legat. cap. 12. nu.13., *Peregrin. de Fideicom.*
art.33. nu.24., *Menoch. de præſumpt. lib.4. præ-*
ſumpt.117. num.4., *Cancer. var. reſolut. part.3.*
cap.20. num.294., *Rota coram Pen. deciſ. 407.*,
coram Duran. deciſ.10. num.1. & ſeqq., *& deciſ.*
93. num.15., *coram Card. Cerro deciſ.397. num.*
10., *& deciſ.805. num.6.*, *& 7.*

At verò, ſi in Legatis, pro ſumendâ rectâ
15 conjecturâ voluntatis Teſtatoris, non de jure,
ſed de facto quæri oportet, ſi, poſthabitâ ſcien-
tiâ, vel ignorantiâ, ſpectatur dumtaxat major
facilitas voluntatis Teſtatoris in leganda re he-
redis, ut illa in Legato comprehendatur:
quantò potiori jure id procedet, quando Teſta-
tor hoc congruis verbis declaravit, cumque Le-
16 gatum, faciliùs inducatur, quàm inſtitutio,
aut ſubſtitutio, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.275.*
num.10., nec requiratur, quod voluntas Teſta-
17 toris gravandi heredem in Bonis propriis ſit ex-
preſſa, certa, & determinata, ſed ſufficiat,
quod quomodocumque ſit patefacta, etiam ſub
involucro verborum, ad *Text. in leg. nominatim*
90. ff. de legat.3., *leg. nominatim 34. ff. de con-*
dit., *& demonſtr.*, *Peregrin. de Fideicommiſ.*
art.6. num.16. verſ. ſpecialiter autem, *& art.33.*
num.24., ubi de Teſtatore, qui legavit rem he-
redis, *Rota coram Duran. deciſ.93. num.3.*, *co-*
ram bon. mem. Emerix jun. deciſ. 795. num. 22.,
profectò in caſu noſtro Teſtator cenſendus erit
18 ſatis expreſſiſſe voluntatem ſuam comprehen-
dendi in prælegato cenſum, de quo agitur, ver-
bis illis = *tutti li cenſi*, *con i frutti decorſi*, *e da*
decorrere =, amplitudo enim, & univerſalitas
19 illius verbi = *tutti* = ſuâptè naturâ apta eſt com-
prehendere tàm cenſus proprios ipſius Teſtato-
ris, quàm illum, Ludovico aliàs donatum, ſed
tamquam ſuum ab eo ſemper retentum, atque
poſſeſſum, ad tradita per Doctores in *leg. cum*
filius §. Dominus ff. de legat.2., *Ruin. in leg. ſer-*
vi electione §. Cum fundus num.21. ff. de legat. 1.,
Petr. Barboſ. ibidem §. Final. ſub num. 24. verſ.
retenta, *& num. 25. fol. mihi* 187., eam red-
20 dens rationem, quod jus heredis non cenſetur
jus alienum, cum Defunctus, & heres eadem
perſona cenſeantur, *Covarru. in cap. cum filius*
§. Quin etſi Teſtator fol. mihi 41., *Ruin. conſil.*
ultim. num.12. lib.2., *Cravet. conſ.133. num. 4.*,
Mareſcot. var. reſolut. lib. 2. cap. 104. num. 5.,
& ſeqq.

Ideoque Doctores, attentâ dictione illâ uni-
verſali = *tutti* = cenſent, in ſimili Legato nempè
21 mobilium venire non ſolùm ea, quæ regulari-
ter venire ſolent ex propria ſignificatione dicti
vocabuli, ſed etiam ea, quæ aliàs ſub ſimplici
verbo *mobilium*, indefinitè prolato, non veni-
rent, *Ruin. conſ.32. num. 5. lib. 2.*, *Curt. jun.*
conſ.183. num.4., *Altograd. conſ. 35. num. 1.*,
& 2. lib.2., *Spad. conſ. 295. num.1.*, *& 4. lib.*
3., *Neguſant. in Sylv. reſponſ. quæſt.451. num.*
17., *Frugoſ. de regim. Reipub. part.3. lib.5. diſ-*
put.8. §.12. nu.383. verſ. ad primum, *Andreol.*
contr.257. ex num.16. uſque ad fin., *Sabell. var.*
reſolut. dict. cap.10. num.33. & 34., *Rota coram*
Gregor. deciſ. 257. num. 3., adeout hoc caſu
ob efficaciam dictæ dictionis univerſalis = *tutti* =
Legatum ampliandum cenſeatur ad omnia ea, 22
quæ apta ſunt moveri de loco ad locum, licèt
ceteroquin, inſpecto communi uſu loquendi,
eorum nomine non venirent, niſi ea, quæ ad
inſtructionem, & ornamentum domus parata
ſunt, *Bell. conſ.77. ſub num. 33. verſ. ſed datâ*
conſuetudine, *Altograd. dict. conſ.35. num.26. lib.*
2., *Andreol. contr.102. num.20.*, *& contr.257.*
num.17., *Rota coram Gregor. dict. deciſ. 257.*
ſub num.10. verſ. præterea, *cum aliis apud Sa-*
bell. in ſumm. tom.3. lit. L. §.5. ſub num.24. verſ.
nec obſtat.

Nilque turbat, quod in proemiali parte diſ-
poſitionis Teſtator profeſſus fuerit diſponere de
ſuis Bonis, quorum nomine comprehenſus di-
ci nequibat cenſus, qui, utpotè donatus Ludo- 23
vico, ſuus ampliùs non erat, ſed ad illum
pertinebat, objectum enim iſtud ſubmoveri fa-
cilè poſſet, animadvertendo, adjectivum illud
= *ſuoi* = referri poſſe ad inſtitutionem, ideoque
afficere minimè poſſe Legatum cenſuum, in alia
diſpoſitionis parte filiis ſecundogenitis relictum;
Verùm prætereà repetimus, quod, ut ſub ini-
tium diximus, in ſubjecta materia Legati, prò
aſſequenda voluntate Teſtatoris, conjecturam
potiùs à facto, quàm à jure ſumendam eſſe,
ideoque, ſi Franciſcus, nullo numero habitâ 24
præcedenti donatione factâ filio, tamquam de
ſuo, de dicto cenſu ſeptennii ſpatio tot ſolem-
nibus actibus, ſciente, & patiente filio, geſtis,
ſemper diſpoſuerat, dicendum eſt, illum com-
prehendere voluiſſe ſub prælegato, præſertim,
inſpectâ univerſalitate illius dictionis = *tutti* = ut
ſimili objecto reſpondendo monet *Cravet. conſ.* 25
133. num.4., *Gratian. diſcept. forenſ. 207. num.*
25., *Mareſcot. variar. reſolut. lib. 2. cap. 104.*
num. 8.

Fortiùs verò hæc urgent, ſi inſpiciamus veri-
ſimilem mentem Teſtatoris elicitam ex cauſa
dicti prælegati, & qualitate perſonarum, cui
illud factum fuit; nam, quod attinet ad cau-
ſam, Teſtator præfatum omnium cenſuum præ-
legatum filiis ſecundogenitis reliquiſſe videtur,
ut aliqua ex parte compenſando inæqualitatem,
inter filios ab ipſo inductam, molliret animos
ſecundogenitorum, egrè ferentium, filium pri-
mogenitum longè majori prælegato à Patre
honoratum fuiſſe, ſi autem hæc fuit mens Te-
ſtatoris, procul dubio ineptum cenſendum eſſet
iſtiuſmodi prælegatum, qui, dempto dicto ma-
jori cenſu, aſcendiſſet ad ſcuta quadringenta,
vel quingenta dumtaxat, hæc autem ratio, ne
videlicet Legatum inutile reddatur, efficit, ut
ſub eo comprehendantur illa, quæ ceteroquin
minimè continerentur, ut in ſimilibus ferè ter- 26
minis tradit *Merlin. Pignatell. contr. forenſ. cent.*
2. cap. 65. num. 31., quod agnoſcens providus
Teſtator, revocavit quamcumque donationem,
præcedenter ab ipſo factam, quæ revocatio, 27
tametſi de jure nulla, & irrita eſſet, nihilomi-
nùs plurimùm confert prò interpretanda Teſta-

toris voluntate, cum ex actu etiam nullo eadem
28 rectè declaretur, juxtà celebre *Alciati conſilium* 144. *num.6. lib.5.*, quem ſequitur *Thomat. deciſ.50. num.69.*

Quod verò attinet ad perſonas, in quas collatum fuit Legatum, illud factum legitur filiis, quod proindè latiorem recipit interpretationem,
29 *leg. ſi ſervus plurium 53. §. final. ff. de legat. 1.*, *leg. Aurelius §. Titius ff. de liber. legat.*, *Nevizan. conſ.71. num.3.*, *Cephal. conſ.14. nu.21.*, *& 22.*, *Urceol. conſul. forenſ.83. num.17.*, *Gratian. diſcept. forenſ. 136. num.47.*, *Theſaur. dec. 168. num.7.*, *Thomat. deciſ.249. num.24.*, *Sperell. deciſ.176. nu.73.*, *Baitell. deciſ. ultim. volunt.54. num.22. & 23.*, *Panimoll. deciſ.57. adnot.1. num.5.*, idque locum ſibi vindicat, tam-
30 etſi heres fuerit perſona conjuncta, *leg. ſi ſervus plurium §. ultim. ff. de legat. 1.*, *Surd. conſ. 72. num.16.*, *Gratian. diſcept. forenſ.611. num.37.*; Legatarius enim cenſetur magis dilectus in re
31 legata, quàm heres, *leg. Publius Nevius 36. ff. de condit.*, *& demonſtr.*, *Gratian. diſcept. forenſ. 611. num. 36.*, quinimmò, ſi tantus eſt favor Legati relicti conjunctæ perſonæ, ut valeat, tam-
32 etſi factum ſit de re aliena, ſive Teſtator id ſciverit, ſive ignoraverit, ſemper enim præſtanda ſaltem eſt illius æſtimatio, juxtà ſancita in *§. Non ſolùm inſtitut. de legat.*, *& leg. cum alienam Cod. eodem*; quantò magis dictus favor ur-
33 gebit, quando agitur de Legato rei ipſius heredis, non autem alienæ, hoc enim caſu parvi refert, quod etiam heres ſit æquè conjunctus Te-
34 ſtatori; ideoque, cum res agatur inter æquè privilegiatos, neuter privilegio ſuo adverſus alterum uti queat; nam hæc non procedunt, quando agitur de Legato rei heredis, ſed in caſu,
35 quo res aliena legata fuiſſet, tunc enim, ſi eadem alteri ex filiis prælegata fuiſſet à Teſtatore, credente, illam eſſe ſuam, & poſteà à Domino evinceretur, nulla Legatario evictionis nomine actio competeret adversùs coheredem æquè privilegiatum, at aliter res ſe habet, cum
36 verſamur in Legato facto de re ipſius heredis, qui etiam in re ſua à Teſtatore gravari poteſt, ejuſque judicio obſequi tenetur; proindeque in caſu noſtro Ludovicus tenetur dictum prælega-
37 tum præcipuum relinquere fratribus ſuis tum inſpectâ obligatione reſultante ex aditione hereditatis, juxtà quam heres nequit hereditatem adire, & Legatum non adimplere, ut dixit *Rota coram Pen. deciſ.407. num.4.*, *& coram Duran. deciſ. 10. num. 4.*, tum etiam attentâ recipro-
38 câ promiſſione inter fratres factâ obſervandi paternum teſtamentum, & adimplendi omnia in illo contenta, à qua eidem recedere integrum non eſt, juxtà notas juris regulas.

Lucana Succeſſionis.

Subſtitutio Cauſæ piæ, in defectu Maſculorum omnium demandata, an & quando, ex diſpoſitione *L. cum Avus*, *& L. cum acutiſſimi*, purificata dici nequeat ob ſolam exiſtentiam ſive filiæ ex ultimo Maſculo defuncto, ſive filii maſculi ab ea progeniti? Et quando id ex mente etiam Teſtatoris cenſendum ſit, qui proprias filias excluſerit? Conditione fideicommiſſi, beneficio earum *Legum* deficiente, ſucceſſio defertur juxta diſpoſitionem Juris.

VOTUM XII.

1 *Lex ceſſat, quoties concurrit hominis proviſio.*
2 *Teſtator, ſub conditione poſitis dumtaxat Maſculis, conſultò omiſiſſe cenſetur fœminas, licèt alioquin in mente habitas.*
3 *Eædemque nec per poſteriùs ſub conditione ejuſmodi comprehenſæ dici poſſunt.*
4 *Legato relicto filiabus in defectu Maſculorum ex filio, cenſentur illæ ab hereditate excluſæ.*
5 *Filiæ ab hereditate excluſæ, conſiderari nequeunt tamquam in conditione poſitæ.*
6 *Filiabus non poſitis in conditione à Teſtatore, licèt de eis cogitaverit, eò minùs poſitæ neptes cenſendæ ſunt.*
Intellige, ſi de fœminis in genere, ſecus, ſi de ſolis filiabus cogitaverit, num. 45., & ſeq.
7 *Excluſis fœminis, excluſi dicendi ſunt, etiam Maſculi ab iis deſcendentes.*
8 *Filiorum nomine aliquando etiam nepotes veniunt.*
Intellige tunc ſolùm, quando id ſuadet voluntas Teſtatoris, ibid.
Secus, quando eadem non concurrat, num. 9., & 57.
Hæcque communis eſt opinio, etiam Sacræ Rotæ, num. 12.
9 *Aliter filii, aliter nepotes appellantur.*
11 Statutum urbis *vocans filios in conditione poſitos, intelligitur de filiis primi gradus, nec ad nepotes extenditur.*
12 *Filiorum nomine quando venire nepotes cenſeantur?*
13 *Non veniunt, quoties heredi libera diſponendi facultas relicta eſt.*
14 Papinianus *rationis pietatis amantiſſimus;*
15 *In diſpoſitione Aſcendentis ex cenſura* L. cum Avus, & L. cum acutiſſimi *tacita ſemper ſubintelligitur conditio*: ſi ſinè filiis.
16 *Conditio* = ſi ſinè filiis = *ſubintellecta in diſpoſitione* L. cum Avus, & L. cum acutiſſimi, *æquè Maſculos, ac fœminas comprehendit.*
Idque procedit pro excludendo Subſtituto, etiam deſcendente, num. 18.
Maximè verò prò excludendo Extraneo, num. 19.
Ac etiam piâ Cauſâ, num. 21.
17 *Etiam in fœminis viget conjectura pietatis ex præſumpta Teſtatoris mente.*
20 *Teſtator non eſt cenſendus Extraneos propriis Deſcendentibus præferrè voluiſſe.*

21 *De-*

21 *Deſcendentium major ſemper eſt dilectio, quàm piæ Cauſæ.*

22 *Subſtitutio piæ Cauſæ non tollit conditionem* ſi ſinè filiis, *à Lege ſuppletam, & ſubintellectam.*

23 *Teſtator ſuos, ac heredis inſtituti filios alienæ ſucceſſioni antepoſuiſſe cenſetur.*

24 *A diſpoſitione* L. cum Avus, & L. cum acutiſſimi *receditur, quoties ex conjecturis conſtat de contraria Teſtatoris voluntate.*

25 *Hæ tamen concludentes, atque efficaces debent eſſe.*
Præſertim, ſi cum herede extraneo, vel pia Cauſa agatur, num. 26.

26 *Pia cauſa, ubi agitur de recedendo, vel non à diſpoſitione* L. cum Avus, & L. cum acutiſſimi, *Extraneo æquiparatur.*

27 *A diſpoſitione* L. cum Avus, & L. cum acutiſſimi *ne recedatur, omnis poſſibilis capienda interpretatio eſt, ſi cum Extraneo agatur.*

28 *Maſculinitatis qualitas in conditione poſita abſque agnationis contemplatione, aut fideicommiſſi gravamine, ex diſpoſitione* L. cum Avus, & L. cum acutiſſimi, *ſufficiens conjectura non eſt excluſionis fœminarum.*
Præſertim in concurſu Extranei, quo caſu eadem diſpoſitio ſuum operatur effectum, licèt à Teſtatore excluſæ fuerint, num. 32.

29 *Ex ſola Maſculorum vocatione, non benè arguitur, fœminas, deficientibus etiam Maſculis, fuiſſe excluſas.*

30 *Inter vocationem hominis, & illius excluſionem datur medium, nempè vocatio Legis.*

31 *Teſtatoris voluntas excludendi fœminas non benè elicitur ex illarum omiſſione.*

33 *Fœminas in concurſu tantùm cum Maſculis excludere voluiſſe Teſtator cenſetur, ſi eas non per modum regulæ excluſit, nulláque habitâ agnationis contemplatione, Extraneum ſubſtituit.*

34 *Ex diſpoſitione* L. cum Avus, & L. cum acutiſſimi *fœminæ, licèt excluſæ, Maſculis deficientibus, admittuntur, quoties non reſiſtat voluntas Teſtatoris.*

35 *In fœminis agnatio deſinit.*

36 *Filiarum excluſio, ex diſpoſitione* L. cum Avus, & L. cum acutiſſimi, *non inducit excluſionem neptum.*
Et conjectura, à filiarum excluſione deſumpta, leviſſima eſt, num. 38., & 40.
Maximè in concurſu Extranei, num. 39.
Sicuti nec inducit neptum excluſionem, quando in eiſdem diverſa, ac in filiabus concurrit ratio, num. 41.
Contrarium procedit in nepte non ex filio, ſed ex filia, num. 42.

37 *Pietatis conjectura, militans ex diſpoſitione* L. cum Avus, & L. cum acutiſſimi, *tolli nequit latâ interpretatione, aut extenſione de caſu ad caſum, ac de perſona ad perſonam.*

42 *Neptis quod non debeat melioris eſſe conditionis, quàm filia, quando procedat, vel non?* & num. ſeq.

43 *Ob rationis diverſitatem diverſa militat Juris diſpoſitio.*

44 *Teſtatoris mens eſt, ut proſpiciat ſoboli filii gravati, non autem propriæ, cui jam proſpexit.*

46 *Teſtator ſi de neptibus per oblivionem non cogitavit, ceſſat ejus voluntas impediendi illarum vocationem, ſuppletam à Lege.*

47 *Si verò de eis non cogitavit, nec tamen excluſit, ipſas voluiſſe excludere non cenſetur, ſed relinquere ſub diſpoſitione juris,* & num. 49., & ſeq.

48 *Teſtator, ſicuti filias ſpecificè excluſit, ita quoque neptes excludere non omiſiſſet, ſi voluiſſet.*

50 *Quod maximè procedit, ſi illis, non autem his providit de dote, ac neceſſariis alimentis.*

51 *Pater, Avus, vel alius Aſcendens quum fœminas excludit intuitu agnationis, illis de dote, & alimentis providere ſolet.*

52 *Pietatis conjectura, ex diſpoſitione* L. cum Avus, & L. cum acutiſſimi, *in naturali ratione fundatur.*

53 *Fideicommiſſum, non purificatâ conditione, evanuiſſe dicitur.*

54 *Etiam filio ex nepte prodeſt diſpoſitio* L. cum Avus, & num. 63., & 64.

55 *Diſpoſitio* L. cum Avus *ad quoſcumque Deſcendentes extenſa eſt.*
Etiam in præjudicium piæ Cauſæ ſubſtitutæ, num. 56.

56 *Piam Cauſam, excluſis Teſtatoris Deſcendentibus, licèt non agnatis, admitti, abſurdum eſt.*

57 *Nepotum comprehenſio ſub nomine filiorum aliud eſt, ſi ex mente Teſtatoris, aliud, ſi ex diſpoſitione* L. cum Avus, & L. cum acutiſſimi *deſumi contendatur.*

58 *In primo enim caſu Teſtatoris voluntas debet concurrere, in ſecundo ſat eſt, quod ex ea excluſio non reſultet,* & num. 63.

59 *Teſtator vocando filios maſculos ex ejus filio, expreſſo ejuſdem nomine, cenſetur de filiis dumtaxat primi gradus intellexiſſe.*

60 *Limita, ſi nulla adſit particula reſtrictiva.*

61 *Tunc enim expreſſio perſonæ adjecta ſolùm cenſetur* demonſtrativè, *ad demonſtrandam nempè originem.*

62 *Diſpoſitio* L. cum Avus, & L. cum acutiſſimi *non patitur, per Extraneum excludi filios, & Deſcendentes Teſtatoris, quoties ipſius verba in alium ſenſum detorqueri poſſunt.*

63 *Ex eadem diſpoſitione, licèt à Teſtatore ſub conditione poſiti fuerint filii dumtaxat primi gradus, comprehenſi adhuc cenſentur ulteriores Deſcendentes, niſi de poſitiva eorum excluſione conſtet,* & num. 69.

64 *Inter incluſionem, & excluſionem Teſtatoris datur medium, nempè incluſio Legis.*

65 *Filiorum nomine, veniunt æquè Maſculi ex Maſculis, ac Maſculi ex fœminis, quoties agnatio contemplata non appareat.*

66 *Procedit, ad excluſionem etiam piæ Cauſæ.*

67 *Ac etiamſi Maſculus ex fœmina nondum eſſet natus.*

68 *Conditio illa negotiva* = ſi ſinè filiis Maſculis =, *purificata non dicitur, donec ſupereſt ſpes, quod illi ſuperveniant.*

70 *Sub conditione, ſive ex hominis, ſive ex Legis mente, comprehenſas, Subſtitutum excludit, licèt nequeat ſuccedere.*

71 *Ejuſdemque ſola ſufficit ſuperexiſtentia.*

72 *Succedere quis licèt non valeat, Subſtituti admiſſionem poteſt impedire.*

73 *Conditio fideicommiſſi, beneficio* L. cum Avus, *deficit, & res relinquitur ſub diſpoſitione juris.*

Adeout nepotes, quidquid habent, à proprio Patre habere dicantur, ibid.

74 *Pater, non diſponendo ad commodum alterius, dicitur propriis filiis reliquiſſe.*

75 *Fideicommiſſi conditione, beneficio* L. cum Avus, *deficiente, poteſt gravatus liberè diſponere, etiam in præjudicium filiorum, ſub conditione dictæ Legis comprehenſorum.*

Concurrente præſertim facultate ita diſponendi, tributâ à Teſtatore, num. 77.

Et neptibus eo caſu reſervatum cenſetur ſolùm jus ſuccedendi ab inteſtato, nu. 75.

76 *Illæ namque nec vocatæ, nec Avi judicio venire dicuntur.*

NOBILIS Vir Cæſar Sertori poſt conſtitutam opulentam primogenituram ſcutorum 15000. favore Nicolai filii ſui, ejuſque Deſcendentium maſculorum de Primogenito in Primogenitum, quibus deficientibus, ſubſtituerat Paulinum Sertori ſuum ex Auguſtino fratre nepotem, ejuſque pariter Deſcendentes maſculos de Primogenito in Primogenitum in infinitum, conſiderans, adhuc ſupereſſe conſpicuam patrimonii partem, de ea, ut præfertur in particula teſtamenti ad me tranſmiſſa, ita diſpoſuit = *E perciò l' eredità di eſſo Signor Teſtatore, per quanto ſpera mercè la grazia di Noſtro Signore Dio benedetto, ſarà molto pingue, & opulenta, e perciò, oltre il detto Fideicommiſſo, potrà reſtar molto al detto Signor Nicolò Erede, come ſopra, inſtituito, del che potrà diſporre liberamente, ſe averà figlioli, però detto Signor Teſtatore, volendo provedere in caſo, che detto Signor Nicolao moriſſe in qualſivoglia tempo ſenza figli maſchi legitimi, e naturali, come ſopra, à quello voglia ſi faccia del reſto della ſua eredità, ſalve ſempre le coſe, come ſopra, per eſſo ordinate, detto Signor Teſtatore intende, e vuole, che ſuccedino in una metà le fanciulle da maritarſi, come appreſſo ſi dirà, & i Giovani nobili, almeno che ſiano tali dall' anno mille ſeicento in quà, da mantenerſi à ſtudio, come appreſſo, per l'altra metà, quali Opere pie detto Signor Teſtatore vuole, che ſiano ſoſtituite al detto ſuo figlio, come ſopra, in caſo di morte ſenza figli legitimi, e naturali, come ſopra, come così dette Opere pie le ſoſtituiſce reſpettivamente, e in ogn' altro miglior modo.* =

Ex tenore dictæ diſpoſitionis oritur Dubium, quod mihi examinandum, & prò veritate reſolvendum proponitur, an nempè, defuncto nuper Nicolao abſque *filiis maſculis*, purificata dici queat ſubſtitutio piæ Cauſæ in reliqua hereditate, à Cæſare ordinata, ſive potiùs in ea ſuccedere debeat Domina Maria filia Nicolai, aut D. Cæſar ejuſdem filius, & Nicolai Avi materni heres, & quis eorum excludat ſubſtitutum? Diu animo pendens anceps fui, utram in partem me darem: primâ enim ſpecie, primoque animi, oculorumque conjectu favore piæ Cauſæ ſummoperè urgere videbatur obvius ſenſus ſuperius relatæ ſubſtitutionis, cui locum planè feciſſe videbatur obitus Nicolai ſinè filiis maſculis, ad quem caſum relata legitur, verbis illis = *Però detto Signor Teſtatore volendo provedere in caſo, che detto Signor Nicolao moriſſe in qualſivoglia tempo ſenza figli maſchi legitimi, e naturali, come ſopra, à quello voglia ſi faccia del reſto della ſua eredità &c., detto Signor Teſtatore intende, e vuole, che ſuccedino in una metà le fanciulle da maritarſi &c., quali Opere pie detto Signor Teſtatore vuole, che ſiano ſoſtituite al detto ſuo figlio, come ſopra, in caſo di morte ſenza figli legitimi, e naturali &c.* =

Neque admiſſioni piæ Cauſæ ullo pacto obeſſe dici poterat ſuperexiſtentia D. Mariæ, aut D. Cæſaris ejus filii, nam, quod attinet ad D. Mariam, cum Teſtator ad excluſionem ſubſtituti in conditione poſuerit filios maſculos dumtaxat Nicolai, ibi = *Però detto Signor Teſtatore volendo provedere in caſo, che detto Signor Nicolao moriſſe in qualſivoglia tempo ſenza figli maſchi legitimi, e naturali, come ſopra &c.* =, ipſa,
tamquam fœmina, ſub dicta conditione neque
ex voluntate Teſtatoris, neque ex mente Legis 1
comprehenſa cenſebatur, dum prima expreſsè
repugnat, & altera ceſſat, quoties concurrit
proviſio hominis, quæ in caſu noſtro limitata apparet ad Maſculos per quorum expreſſam mentionem cum præſumatur, Teſtatorem cogitaſſe, & præ mentis oculis habuiſſe filias etiam fœminas: indè ſequitur, quod ab his non excluditur ſubſtitutus, quippè eiſdem reſiſtere di-
citur tacita, ſive præſumpta voluntas Teſtato- 2
ris, qui ſub conditione ab eo explicatâ, atque
expreſsè reſtrictâ ad ſolos Maſculos, conſultò
omiſiſſe cenſetur fœminas, licèt alioquin in
mente habitas, proptereâque eædem nec etiam
per poſteriùs ſub dicta conditione comprehenſæ 3
dici poſſunt, ex doctrina *Bartoli in dict. leg. Cum Avus num. 4. ff. de condit., & demonſtrat.*, quam ſequuntur *Ruſtic. ibidem lib. 3. cap. 4. num. 1.*, ubi de communi, *Menoch. conſ. 458. num. 11.*, *Venturin. conſ. 25. num. 136., & ſeq. conſ. 26. num. 29. & 30.*, & *conſ. 27. num. 7. lib. 1.*, *Altograd. ſen. conſ. 61. num. 13. lib. 1.*, *Roſa conſult.*

ſult.69. num.86., Rodulphin. alleg. 90. num.8.,
Mantic. de conject. lib.10. tit.8. num. 10., Pere-
grin. de Fideicomm. art.28. num. 38., Fuſar. de
ſubſtit. quæſt.402. num. 127., Molin. de Primo-
gen. lib.3. cap.5. num.31. 41., & 45., ubi de ma-
gis communi, Rox. de incompatib. part.5. cap.5.
num.21. & 22., Intrigliol. de ſubſtitut. quæſt.51.
num. 11. cent. 3., Mierez. de Majorat. part. 2.
quæſt. 6. num. 538., Tarr. de Primogen. tom. 2.
quæſt.16. num.51., & priùs tom.1. cap.37. num.
208., idem variar. jur. quæſt. tom.1. tit.2. quæſt.
38. num. 3., Cardin. de Luca de Fideicom. diſc.
31. num. 8., Panimolla deciſ. 43. annot. 2. num.
101., Rot. Florent. apud Saminiat. contr. 201.
num.44. & ſeqq., Rota coram Cerro deciſ. 948.
num.14., in recent. deciſ. 95. num. 20. part. 11.,
deciſ. 330. num.6., & deciſ. 415. num. 32. part.
12., deciſ.406. num. 17. part. 14., & deciſ. 176.
num.14. part.16.

Quæ præſumpta Teſtatoris voluntas in noſtra
hypotheſi certior reddi videbatur ex ipſius fa-
cto; ille enim, præter filium maſculum, Ni-
colaum, duas habens filias fœminas, in caſu
deficientiæ lineæ maſculinæ præfati Nicolai,
præter conſpicuam dotem, eis jam conſtitutam,
eiſdem reliquit pingue Legatum ſcutor. 10000.
prò qualibet, ut habetur in folio mihi commu-
nicato, undè, ſi Teſtator de propriis filiabus
4 cogitans in caſu præciſo defectus Maſculorum
Nicolai, illas nihilominùs ſub conditione ex-
cluſiva ſubſtituti comprehendere noluit, quip-
pè ex Legato, tali caſu eis facto, indubia reddi-
tur earum excluſio ab hereditate, Rota coram
Arguell. deciſ. 32. nu.57., proindeque, utpo-
5 tè ſemel excluſæ, conſiderari ampliùs nequeunt,
tamquam poſitæ in conditione pro excludendo
ſubſtituto, Cravet. conſ. ultim. num. 5., Palm.
Nep. alleg.169. num.11., Rot. in rec. deciſ.235.
num. 19., & ſeq. part. 16., multò minùs ſub
6 dicta conditione comprehendere voluiſſe cenſe-
tur neptes remotiores, & minùs dilectas, Pe-
regrin. de Fideicomm. artic. 25. num. 22. & 44.,
Rota coram Cardin. Mantic. deciſ. 305. num.1.,
deciſ.319. num.6., & deciſ.351. nu.4. & ſeqq.,
coram Durano deciſ. 126. nu. 12. & ſeqq., coram
Bich. deciſ.112. num.10.

Excluſâ autem à conditione D. Mariâ, mul-
tò minùs ſub ea comprehenſus videri poterat
D. Cæſar ejus filius, quia, ſicuti, quando Te-
ſtator in conditione poſuit ſolùm filios maſcu-
7 los, ſubſtitutus excludit fœminas, ita etiam ex-
cludit Maſculos, à fœminis illis deſcendentes, ut
notavit Molin. de Primogen. Hiſpan. lib. 3. cap.
5. num.41. & 45., cujus dictum reaſſumit Me-
noch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.89. num. 98.,
quem refert Rot. Florent. apud Saminiat. contr.
201. num. 46., & rectè quidem, nam, licèt in
iſtis reperiatur qualitas maſculinitatis, quia ta-
men non ſunt filii, ſed nepotes heredis inſtitu-
ti, ſubſtitutum excludere non poſſunt, tam-
quam non comprehenſi ſub conditione comple-
ctente filios dumtaxat primi gradus; quamvis
8 enim aliquando ſub nomine filiorum veniant
etiam nepotes, id tamen procedit eo dumtaxat
caſu, quo ita ſuadet veriſimilis mens Teſtato-
ris, quâ deficiente, locum ſuum retinet regu-
la, quâ edocemur, quod appellatione filiorum
non continentur nepotes, aliter enim filii, ali- 9
ter nepotes appellantur, leg. quod ſi nepotes 6. ff.
de teſtam. tutel., Conſtantin. ad ſtatut. Urb. an-
not. 36. art.1. num. 36., & ſeqq., ubi de verio-
ri, magiſque communi opinione etiam Sacræ 10
Rotæ, juxtà celebrem deciſionem Merlini 206. à
num.9. ad ſeqq., cum aliis pluribus ab ipſo rela-
tis, & pleniſſimè Rota Florent. apud Saminiat.
contr.201. à nu.55., & pluribus ſeqq., inquiens,
quod ſic determinant Leges, ſic tenent Docto-
res, & præcipuè Sacra Rota Romana, & ſic
demùm docet natura ipſa, & conſonat Rota in
Bononien. Fideicommiſſi de Griſſonibus 4. Julii
1704. §. Eò certiùs coram bon. mem. Omanna, &
in Tyburtina Fideicommiſſi 8. Februarii 1706. §.
Sentientes vim coram bon. mem. Anſaldo; Et in
terminis ſtatuti Urbis, vocantis filios in conditio- 11
ne poſitos, quod intelligatur de filiis primum
gradum obtinentibus, & non extendatur ad ne-
potes in conditione expreſsè non poſitos, latè
Conſtantin. ad ſtatut. Urb. dict. annot.36. art. 1.
num.29., & ſeqq. num.45. & ſeqq., & num. 63.
& pluribus ſeqq., ubi etiam contrariis reſpon-
det, & optimè Rota deciſ.84. num. 7., & ſeqq.
part.9. rec., nullum autem in hypotheſi argu- 12
mentum afferri poſſe videtur, ex quo elici
queat hujuſmodi veriſimilis Teſtatoris voluntas
pro incluſione nepotum ſub conditione, ad filios
reſtricta, dum nullum adeſt verbum importans
tractum ſucceſſivum, & futurum tempus deſi-
gnans, nullum conſtitutum reperitur fideicom-
miſſum in caſu exiſtentiæ filiorum, ſed relicta
heredi libera facultas diſponendi, & nullum 13
denique erga nepotes dilectionis ſignum appa-
ret; Undè rectè concludi poſſe videbatur, illos,
tamquam ſub conditione minimè incluſos, ſub-
ſtitutum excludere non valere.

Verùm enim verò, tametſi hæc argumenta,
aliaque plura, quæ à ſapientioribus, & doctio-
ribus in hanc rem congeri poſſent, plurimùm
urgere videantur, & ancipiti diſtrahar conſilio,
nihilominùs dubius quidem, ſed libentiùs ta-
men in eam feror ſententiam, quæ magis con-
gruit naturæ, & pietatis rationi, à Papiniano, il- 14
lius amantiſſimo, primò evulgatæ in leg. Cum
Avus 102. ff. de condit., & demonſtrat., &
ſummoperè celebratæ ab Imperatore Juſtiniano 15
in leg. Cum acutiſſimi Cod. de fideicomm., & in
leg. generaliter §. Cum autem Cod. de inſtitut. &
ſubſtitut., ex quarum cenſura, cum agitur de
ſubſtitutione facta ab Aſcendente, ſemper ſub-
intelligitur tacita illa conditio: ſi ſine filiis, im-
pediens tranſitum ad ſubſtitutum, donec illi
ſuperſint; ſub qua quidem conditione, ex men-
te Legis tacitè ſubintellectâ, & ſupplente id, 16
quod deeſt Teſtatoris diſpoſitioni, æquè com-
prehenduntur Maſculi, ac fœminæ, cum etiam
reſpectu iſtarum vigeat conjectura pietatis, ob
quam, ex præſumpta mente Teſtatoris, ipſæ 17
ſub-

Digitized by Google

ſubſtitutum excludunt, ut diſponit *Textus in dicta leg. cum acutiſſimi Cod. de fideicomm., in leg.
Generaliter §. Cum autem Cod. de inſtitut., &
ſubſtitut., Ruſtic. in leg. Cum Avus lib. 2. cap.
4. num.6., & lib.3. cap.25. num. 31., Peregrin.
de Fideicomm. artic.25. num.61., Fuſar. de ſub-
ſtitut. quæſt. 402. num.125., Cardin. Mantic. de
conject. lib.11. tit.14. ſub num. 4. & 5., Menoch.
lib.4. præſumpt.89. num.95. & 96., Torr. de Pri-
mogen. tom.1. cap.37. num.146., & tom. 2. quæſt.
16. num.6. & 7., Mart. Vot. Piſan. 71. nu.15.,
Rota coram Seraphin. deciſ. 1216. num.5., coram
Pamphil. deciſ.100. num. 10. & 11., coram Coc-
cin. deciſ. 480. num. 2. & 3., in rec. deciſ. 274.
num.3., & deciſ.381. num.6. part.18., & ad or-
nat. clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. dec.
23. num.9., & in Tuſculana Fideicommiſſi 14.
Junii 1715., & 10. Januarii 1716. coram Illu-
ſtriſſimo D. Falconerio Almæ Urbis Gubernato-
re, confirmata 11. Decembris 1716. coram R.
P. D. Cerro, & 15. Februarii 1717. coram
R.P. D. Criſpo, & iterum 20. Junii 1718. cor.
R.P.D. Cerro.*

Id verò ſi procedit, etiam quando ſubſtitutus
18 eſſet de Deſcendentibus Teſtatoris, ut plenè
firmatum fuit in omnibus mox citatis deciſioni-
bus editis in dicta Cauſa *Tuſculana Fideicommiſſi*,
eâ ratione, quia ſola deſcendentia ſubſtituti non
impedit effectum pietatis militantis favore filii,
quoties ſubſtitutus adſpirare non poteſt ad inte-
ſtatam ſucceſſionem gravati, cum reverà, etiam
in terminis *Textus in leg. cum Avus*, ſubſtitutus
eſſet de Deſcendentibus, & nihilominùs, quia
ſuccedere non poterat gravato ab inteſtato, in il-
lius excluſionem admittitur conjectura pietatis
ſupplens defectum conditionis, in teſtamento
minimè expreſſæ, ut latè demonſtratur in ſu-
pradictis *deciſionibus*, ſi, inquam, hoc procedit
19 etiam inter Deſcendentes, quantò potiori jure
tacita illa conditio ſubintelligenda erit, quando
agitur de excludendo ſubſtituto penitùs extra-
neo, impium quippè, & ab omni recta agendi
ratione, ac charitatis ordine alienum videtur,
20 quod Teſtator propriis Deſcendentibus præferre
voluerit ſubſtitutos extraneos, ut conſiderant
*Zanch. in leg. heredes mei §. Cum ita num. 856.
ff. ad Trebell., Cephal. conſ. 391. ſub num. 15.,
Giovagn. reſp.75. num. 35. & ſeqq. lib. 1., Torr.
de Primogen. tom. 2. quæſt.16. num.10. & ſeqq.,
Rot. in rec. deciſ.132. num.3. part. 16., ad ornat.
clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom. dec.23. nu.
9., in Romana Fideicommiſſi 15. Aprilis 1701.
§. Verùm coram bon. mem. Anſaldo, & in altera
Romana Fideicommiſſi 29. Januarii 1706. §. Con-
currit coram bon. mem. Molines*, in quibus ma-
teria ampliſſimè enucleatur; Ac præterea ani-
madvertitur, tantam eſſe pietatis rationem, pro
21 d. conditionis ſubintellectu militantem, ut præ-
valeat etiam piæ Cauſæ, licèt enim illius favor,
in jure noſtro præcipuus ſit; tantus tamen non
eſt, ut æquiparari poſſit charitati, & affectio-
ni, quæ erga proprios Deſcendentes concurrit,
quorum certè major ſemper eſt dilectio, quàm
piæ Cauſæ, cum erga illos naturâ ipsâ impella-
mur; Quamobrem communiter receptum eſt, 22
ut ſubſtitutio piæ Cauſæ non tollat conditionem:
ſi ſinè filiis, à lege ſuppletam, & ſubintellectam,
ut, præter adductos in mox citatis *deciſionibus*,
tradiderunt *Menoch. conſ. 625. num. 18., Ruſtic.
in leg. cum Avus lib. 3. cap.10. num.135., Card.
Mantic. de conject. lib.10. tit. 7. num.1. & ſeqq.,
Peregrin. de Fideicom. art. 28. num. 87., Fuſar.
de ſubſtit. quæſt. 393. num. 55. & ſeqq.*, ubi ex
profeſſo materiam examinat, *Fontanell. de pact.
nuptial. clauſ.5. Gloſſ.3. part. 12. num.17., Mer-
lin. Pignattell. contr. 5. num. 2. cent.2., Torr. de
Primogen. tom. 2. quæſt. 16. num. 9. 11. & 12.,
Rot. Senen. apud de Comitib. dec.6. num.5., Rota
noſtra dec.170. num.14., & dec.211. num. 16. &
17. part.14.*

Ab hac verò regula, fundata in ſumma ratio-
ne pietatis, proficiſcente à naturali charitate,
ſanguiniſque neceſſitudine, quâ Teſtator juxtà
benè ordinatæ dilectionis leges ſuos, ac heredis 23
inſtituti filios alienæ ſucceſſioni antepoſuiſſe
cenſetur, *Rot in Camerinen. Fideicommiſſi 3. Ju-
lii 1702. §. Minùs obſtat coram bon. mem. Muto*,
etſi non inficier, recedi poſſe contrariis conje- 24
cturis, ſuadentibus, Teſtatorem, turbato na-
turali ordine, ad remotiores, ſive Extraneos,
aut piam Cauſam, ſuis poſthabitis Deſcendenti-
bus, progredi voluiſſe, *Gloſſ. in d. leg. cum acu-
tiſſimi 30. verb. vitam ſuam, Ruſtic. in leg. cum
Avus lib. 1. cap.4. num.1. & ſeqq., lib. 3. cap. 4.
num. 8. & ſeqq., & cap.6. num. 30. lib. 5. cap. 1.
ſub num.71., Altograd. conſ.61. nu. 31. & ſeqq.
lib.1., Rot. coram Celſ. dec.159. num. 3., coram
Ottbobon. dec.270. num. 5., coram bon. me. Eme-
rix. jun. dec.813. n. 17., ad ornat. Card. de Luca
de Fideicom. in Mantiſſ. dec.2. num.25., & dec.9.
num.15.*; Attamen, cum agatur de recedendo à
regula, non minùs civili, quàm naturali ratione 25
conſtituta, oportet, conjecturas eſſe vehemen-
tes, atque efficaces, *Ruſtic. ad d. leg. cum Avus
lib.1. cap.1. num.27., & cap.16. n.23., & lib. 6.
cap. 4. num. 16., Torr. de Primog. Ital. part. 2.
quæſt.16. num. 29., Balduc. in collect. deciſ., &
rer. judic. tit.3. de legat., & Fideicomm., deciſ. 3.
num.7., & deciſ.4. num. 1. & 12., Rot. Florent.
apud de Comitib. dec.57. nu.7.*; præſertim, quan-
do res non agitur inter Deſcendentes ejuſdem 26
Teſtatoris, ſed de ſucceſſione contenditur cum
herede extraneo, ſive pia Cauſa, quæ in his ter-
minis Extraneo æquiparatur, *Noal de tranſmiſ.
caſ. 1. num. 71., Marta de ſucceſſ. legal. part. 1.
quæſt.24. art.5. n. 17., Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.
490. num. 73. in fin., Torr. de Primog. part. 3.
quæſt. 17. num. 7., Rot. Senen. apud de Comitib.
deciſ.6. num.3., Rota noſtra in d. Romana Fidei-
commiſſi 15. Aprilis 1701. §. Hoc enim opus coram
bon. me. Anſaldo, & in alia Romana Fideicom-
miſſi 29. Januarii 1706. §. Quin à præmiſſa coram
bon. mem. Molines*, inquiens præterea *in §. final.*,
quod, ubi contenditur cum ſubſtitutis extraneis, 27
omnis poſſibilis capienda eſt interpretatio pro
iſtorum excluſione.

Hu-

Hujusautem generis non videntur conjecturæ
illæ, quæ favore piæ Cauſæ ſubſtitutæ ſupra in
ratione dubitandi expenſæ fuerunt; quod enim
28 Teſtator ad illius exclusionem in conditione po-
ſuerit ſolùm filios maſculos Nicolai, tunc de-
mum urgere poſſet pro excludenda D. Maria
filia fœmina ejuſdem Nicolai, quando ex hoc
contemplata dici poſſet agnatio, & ejus favore
conditum fideicommiſſum, ſecùs verò, quando,
ut in hypotheſi, nullo pacto agnatio contempla-
ta videtur, nullumque fideicommiſſi gravamen
injunctum apparet, niſi in caſu deficientiæ Ni-
colai ſinè filiis maſculis, favore piæ Cauſæ, cum
in caſu contrario libera diſponendi facultas he-
redi relicta fuerit, in his enim terminis qualitas
maſculinitatis, in conditione poſita, non eſt con-
jectura ſufficiens ad invertendam diſpoſitionem
legis cum Avus, & excludendas fœminas, à Te-
ſtatore deſcendentes, favore piæ Cauſæ ſubſtitu-
tæ, ob eam validiſſimam rationem, quia nimi-
29 rùm ex eo, quod Teſtator poſuerit in conditio-
ne filios maſculos, rectè quidem infertur, quod
de fœminis nihil dixerit, non verò quod illas
poſitivè excluſerit, adeòut, nec Maſculis defi-
cientibus, eas admitti voluerit, cum enim inter
30 vocationem hominis, & illius excluſionem de-
tur medium, nempe vocatio Legis, expreſſio
unius ſexus non removet conjecturam pietatis
ergà alterum, ſed illum relinquit ſub diſpoſitio-
ne Juris communis, quæ propterea tali caſu re-
ctè operatur, ſupplendo id, quod omiſit Teſta-
tor, ejus enim voluntas ob ſolam illarum omiſ-
31 ſionem, fœminis adverſari, illaſque excludere
non dicitur, ut benè in ſpecie reſpondent *Ven-
turin. conſ. 46. num. 46.*, *Ruſtic. in d. leg. cum
Avus lib. 1. cap. 4. num. 19.*, *Rodulphin. alleg. 24.
num. 12.*, *alleg. 90. num. 11.*, *Palm. nep. alleg. 93.
num. 35.*, *& allegat. 213. num. 16.*, *alleg. 293. ſub
num. 27.*, *Torr. de Primog. tom. 1. cap. 25. n. 146.
& ſeqq.*, *& tom. 2. quæſt. 16. num. 14.*, *& nu. 20.
& plurib. ſeqq.*, *Panimoll. dec. 43. annot. 2. n. 103.*,
*Rota Senen. apud de Comitib. deciſ. 7. num. 3. &
duob. ſeqq.*, *Rot. Florent. apud Saminiat. contr.
201. nu. 49. & ſeqq.*, *& apud de Comitib. dec. 57.
num. 46.*, *Balducc. in collet. dec. & rer. judic. tit.
3. de Legat.*, *dec. 3. num. 5. & ſeqq.*, *& dec. 4. n. 3.
apud Palm. nepot. dec. 263. num. 196.*, *Rota Ro-
mana coram Pamphil. dec. 100. num. 18.*, *coram
Card. Cerro dec. 948. num. 8. & 12.*, *coram Ca-
vill. dec. 266. num. 11.*, *in rec. dec. 132. num. 6. &
ſeqq. part. 16.*, in qua receſſum fuit à *deciſ. 406.
part. 14.*, & inter *impreſſ. ad ornat. Card. de Luc.
de Fideicom. dec. 23. nu. 9. & 10.*, *& in Mantiſ.
eodem tit. dec. 63. num. 72. & ſeqq.*, *& in Roma-
na Fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. §. Et ſecundò
coram bon. mem. Anſaldo*.

Immò verò in longè difficiliori caſu, in quo
32 ſcilicet Teſtator non ſolùm in conditione poſue-
rat filios maſculos, ſed inſuper fœminas exclu-
ſerat, quod nihilominùs conditio, à Lege ſubin-
tellecta, ſuum operetur effectum, adeòut in con-
curſu Extranei filia non cenſeatur excluſa, fir-
mavit *Rota coram Seraphin. dec. 1216. num. 5. &
6.*, *in rec. dec. 132. num. 13. part. 16.*, *& in dicta
Romana Fideicommiſſi 15. Aprilis locis mox cita-
tis*; Et jure quidem optimo, quia, quoties fœ-
minæ non ſunt excluſæ per viam regulæ, & in 33
defectum Maſculorum inſtitutus reperitur Ex-
traneus, nullâ penitùs habitâ ratione conſerva-
tionis agnationis, præſumitur, Teſtatorem illas,
tantùm in concurſu cum Maſculis excludere vo- 34
luiſſe, ideòque, non reſiſtente in his terminis
Teſtatoris voluntate, rectè favor Legis, & pie-
tatis ratio tribuit eis locum per poſteriùs, defi-
cientibus Maſculis, illas admittendo, optimè
Torr. de Primogen. part. 2. quæſt. 16. num. 25.,
Rot. dec. 23. num. 8. & ſeqq., *inter impreſſ. ad or-
nat. clar. me. Card. de Luc. de Fideic.*, ex quo
patet, quàm longè diſtent à caſu noſtro auctori-
tates in contrarium allegatæ, loquentes in hypo-
theſi, quâ Teſtator, ductus favore agnationis,
& motus deſiderio illam conſervandi, qualita-
tem maſculinitatis requiſiverit præcisè ad effe- 35
ctum excludendi ſemper, & in perpetuum fœ-
minas, in quibus illa deſinit, ut declarat *Rota
Florent. apud de Comitib. dec. 57. nu. 32. & ſeqq.*,
& num. 49. & ſeqq., quæ ſanè ratio ceſſat in caſu
noſtro, in quo ſubſtitutus fuit Extraneus: agna-
tio nullo pacto contemplata reperitur; & quali-
tas maſculinitatis requiſita non fuit ad effectum
excludendi fœminas ſemper, & in perpetuum,
ſed ſolùm exiſtentibus Maſculis.

Minùs etiam obeſſe videtur, quod Teſtator
in præciſo caſu deficientiæ lineæ maſculinæ pro-
prias filias excluſerit, eaſque noluerit impedi-
mento eſſe admiſſioni piæ Cauſæ ſubſtitutæ,
dum cuilibet ipſarum ultra dotem reliquit pin-
gue Legatum ſcutorum 10000.; nam, ſicuti, ex
ſupradictis, nec qualitas maſculinitatis, nec
ipſamet expreſſa fœminarum excluſio, in uno
caſu facta, ſatis eſt ad illas privandas beneficio
Legum *cum Avus*, *& cum acutiſſimi* in altero
caſu, in quo Teſtator de iis non cogitavit, ità 36
pari quoque jure dici debet, excluſionem filia-
rum parere minimè poſſe excluſionem neptum,
etiam in eodem caſu, ob illam, ſuperiùs allatam
rationem, quia ſcilicet per expreſſam excluſio-
nem unius generis perſonarum, non tollitur
conjectura pietatis erga alterum, cum in ſubje-
cta materia, ſtricta fieri debeat interpretatio, 37
nec admittatur extenſio de caſu ad caſum, aut
de perſona ad perſonam, *Dec. conſ. 451. num. 8.*,
conſ. 461. num. 2., *conſ. 511. col final.*, *conſ. 553.
num. 4.*, *conſ. 569. num. 1.*, *& conſ. 589. num. 4.
& ſeq.*, *de Pret. conſ. 90. num. 7. & 29.*, *& de
interpret. ultim. volunt. lib. 3. interpret. 3. dubit.
3. ſolut. 2. num. 26. & 27. fol. mihi 312. à terg.
& 313.*, proindèque conjecturam hanc exclu-
ſionis propriarum filiarum, veluti leviſſimam, 38
paſſim rejecit *Sac. Rota*, ut ipſamet teſtatur *co-
ram Seraph. dec. 880. num. 2. & ſeqq.*, *& dec. 74.
num. 16. coram Dunoz. jun.*, *& alibi paſſim*; &
generaliter Doctores illam ſolam minimè ſuffi-
cere, putant ad excluſionem neptum, maximè, 39
quando ſubſtitutus eſt extraneus, ad tradita per
Bardellon. conſ. 81. num. 11. & 41., *Altograd.
ſen. conſ. 83. num. 51. lib. 2. & pleniùs num. 90.*,
Venturin. conſ. 26. num. 5., *Craſſ. in §. Fideicom-
miſ-*

*miſſum quæſt.*35. *nu.*2., *Torr. de Primog. part.* 2.
*quæſt.*16. *num.*30., *Rot. in rec. dec.* 176. *num.* 11.
& 12. *part.*16., & latiùs apud *Manſ. conſult.*260.
§. Minùs obſtant aliæ, & priùs *coram Seraphin.*
*d. dec.*880. *num.*2. *& ſeqq.*, ubi, quod conjectu-
40 ra iſta, quæ fundatur in prædilectione filiarum,
& in eo, quod neptes non debeant eſſe melioris
conditionis, quàm filiæ, non eſt tuta, neque ab-
ſolutè recepta, *& deciſ.* 1216. *num.* 10., ibi = *non
obſtat excluſio propriarum filiarum, quia hæc con-
jectura non facit, ut excludatur neptis* =.

Præſertim verò, quando, ut in hypotheſi,
inter filias, & neptes aliqua concurrit diverſita-
41 tis ratio, quia nempè filiabus conſpicua dos con-
ſtituta fuit, & præterea relictum pingue Lega-
tum ſcutorum 10000. pro qualibet, quod non ve-
rificatur in neptibus, ideòque illarum excluſio,
peculiari aliquâ ratione facta, æquum non eſt,
ut Legis beneficium adimat neptibus, in quibus
eadem excluſionis ratio non procedit, *Ruin. conſ.*
144. *num.* 12. *lib.* 2., *Pariſ. conſ.* 41. *num.* 53.
lib. 3., *Cephal. conſ.* 45. *nu.*21., ibi = *non enim
benè infertur: filia, quæ habuit dotem, eſt excluſa
ergò & neptes non dotatæ; immò verò hoc caſu ne-
ptis poteſt eſſe melioris conditionis* =, *& conſ.* 46.
*num.*28. *& plurib. ſeqq.*, *& præſertim num.*35. *&
ſeqq.*, ubi ait, rationem illam, quod neptis non
42 debeat eſſe melioris conditionis, quàm filia,
procedere in nepte nata ex filia, quæ filia cum
ſit excluſa, neptis quoque cenſetur excluſa, in
qua militat eadem ratio, non verò in nepte ex
filio, quia tunc neptis juvatur jure Patris ſui,
43 ideòque ob rationis diverſitatem militat diverſa
juris diſpoſitio, *lib.*1., *Roland. conſ.*45. *num.*41.
lib. 4., *Honded. conſ.* 57. *num.* 62. *ad* 65.; ubi
prætereà optimis rationibus oſtendit, nequa-
quam ſubſiſtere, quod neptes hoc caſu ſint me-
lioris conditionis, quàm filiæ, *vol.* 1., *Simon. de
Pret. de interpret. ultim. volunt. lib.* 3. *interpret.*
3. *dub.*3. *ſolut.*2. *ſub n.* 26. *& ſeqq. fol. mihi* 312.
à tergo, *& fol.*313., *Rot. coram Dunoz. jun dec.*
74. *num.*16. *&* 17., ibi = *tum etiam quia maxima
adeſt diverſitatis ratio inter fœminas ſorores ipſius
Caroli, & filias illius, quia ſororibus Caroli Te-
ſtator auxerat dotes, quæ ratio excluſionis non po-
teſt conſiderari in filiabus Caroli, quæ non fuerunt
dotatæ* = mirum itaque videri non debet, ſi in
his terminis neptes aliquo modo prædilectæ, &
melioris conditionis, quàm filiæ, dicuntur, quia,
ut verbis utar *Cephali in d. conſ.*46. *ſub num.* 37.
44 *in fin. lib.* 1. = *Teſtatoris mens eſt, ut proſpiciat
ſoboli filii gravati reſtituere, non autem propriæ,
cui eo modo expreſsè proſpexit, quo voluit, & hæc
eſt pietatis conjectura, ut filius inſtitutus, & do-
minus factus non cogatur alii reſtituere ad perni-
ciem propriorum filiorum ſuorum; hanc puto eſſe
veritatem* =.

Neque ex eo, quod Teſtator, proprias filias
excludendo, ſaltem in genere cogitaſſe videa-
tur etiam de neptibus, propterea, nec etiam
45 iſtas ſubſtitutum excludere voluiſſe, cenſeri valet;
diſcurſus namque hic fortè urgere poſſet, ſi de
fœminis in genere Teſtatorem cogitaſſe appa-
reret, at, cum ſolas filias conſideraverit, & ex-
cluſerit, argumentum potiùs retorquetur, aut
enim de neptibus non cogitavit, & quidem (
prout præſumitur) per oblivionem, dum illarum 46
non meminit, & ſic ceſſat voluntas impediens
ſuppletionem Legis, *Rot. Florent. apud de Comitib.
dec.*57. *num.* 59., aut de illis cogitavit, & non
excluſit, & excludere noluiſſe cenſetur, ſed re-
linquere ſub diſpoſitione juris, quæ independen- 47
ter à facto hominis illas ponit in conditione ad
excluſionem ſubſtituti, ut benè ad rem tradit
*Decian. reſponſ.*107. *n.*21. *§. Neque obſtat lib.*2.,
& proſequitur *Rota Florent. apud de Comitib. d.
dec.* 57. *num.* 60., & firmavit *Rota Romana in
Romana Fideicommiſſi* 15. *Aprilis* 1701. *§. Oc-
curſum*, *& §. Et ſecundo coram bon. mem. An-
ſaldo*, *& in Romana Fideicommiſſi* 29. *Januarii*
1706. *§. Fortiùs coram bon. mem. Molines*, ubi
concordantes, alioquin, ſicuti filias ſpecificè
excluſit, ità quoque neptes excludere non omi- 48
ſiſſet, illis providendo de dote, & neceſſariis
alimentis, quemadmodum filiabus providit, ut,
generalibus omiſſis, in noſtris terminis *Rot. Flo-
rent. apud de Comitib. d. dec.*57. *n.*61., *& dec.*58.
num. 30., *& Rot. Romana in d. Romana Fidei-
commiſſi* 15. *Aprilis* 1701. *§. Si igitur coram bon.
mem. Anſaldo*.

Immò verò ex eo, quod Teſtator, relictâ
dote, & Legato filiabus, nullam mentionem
fecerit de neptibus, nec eis de dote, & alimen-
tis providerit, quod, inquam, indè validiſſi- 49
mum potius reſultet argumentum, illas dictæ *Le-
gis* beneficio privare noluiſſe, notavit *Spad.
conſ.* 248. *num.* 16. *& ſeqq. lib.* 3., cujus verba,
veluti ad rem optime facientia, hic exſcribere
non pigebit, præcipuè, quia Auctor iſte præcisè
loquitur in terminis, in quibus Teſtator de filia-
bus cogitaverat in caſu deficientiæ heredis ſinè
filiis maſculis, & nihilominùs favore neptum
reſpondet, his verbis = *urgentiſſima conjectura eſt
pro comprehenſione fœminarum in hac conditione,* 50
*dum Teſtator nullam prorsùs fecit proviſionem in
hoc teſtamento, nec de alimentis, nec de dotibus,
aut de aliis neceſſariis ad favorem filiarum Fer-
rantis, & aliorum ſuorum filiorum; undè, ſi ipſæ
excluderentur à ſubſtitutis, quantum attinet ad
ſubſtantiam avitam mendicare cogerentur in dede-
cus hujus nobiliſſimæ familiæ, &, ut à communi-
ter accidentibus videmus, quando Pater, vel A-
vus, vel alias Deſcendens excludit fœminas pro
conſervanda agnatione, illis providet de alimen-* 51
*tis, & de dotibus, & de aliis neceſſariis, ut etiam
ſervavit ipſemet Teſtator erga proprias filias, qui-
bus ultra dotes jam eis traditas legavit ſcuta* 1500.
*pro qualibet, decedente Ferrante ſinè filiis, & ſcu-
ta* 25. *pro qualibet, ſtatim ſecutâ ejus morte;
Cum ergò Teſtator nihil prorsùs diſpoſuerit, &
providerit iſtis ſuis neptibus ex filiis, nec de illis
ullam prorsùs mentionem fecerit, argumentum ur-
gentiſſimum eſt, quod illas excludere non voluerit
à ſua ſucceſſione* =, benè etiam *Torr. de Primog.
part.*2. *quæſt.*16. *num.*28., *Balducc. dec.*, *& rer.
judicat. tit.*3. *de legat.*, *& fideic. dec.*4. *nu.* 17.,
ibi *cujus filias ſicut expreſsè non excluſit, nec do-
tavit, aut de alimentis, ac aliis neceſſariis non*
pro-

Digitized by Google

providit, nullâ etiam de ipſis factâ mentione, itû validè arguitur, quod illos excludere non voluerit à ſua ſucceſſione = ſola quippe generica cogitatio
52 eſt ſimplex argumentum, per ſe minimè ſuffi-
ciens ad removendam fortiſſimam illam conje-
cturam pietatis, favore neptum militantem, &
in naturali ratione fundatam, *Ruſtic. in leg. cum
Avus lib. 3. cap. 8. per tot., Altograd. conſ. 45.
num. 38. & ſeqq., & num. 41. lib. 1., Card. Man-
tica de conject. lib. 10. tit. 8. num. 22., Fuſar. de
ſubſtitut. quæſt. 393. num. 45. & ſeq., & num. 86.
& 109. & ſeqq., Craſſ. §. Fideicommiſſum quæſt.
25. in fin., Rot. coram Coccino dec. 480. num. 5.
& 6., coram Pamphil. dec. 100. num. 12. & 13.,
in Romana Fideicommiſſi 15. Apr. 1701. §. Quin
etiam, & §. Et ſecundo coram bon. mem. Anſal-
do, & in Camerinen. Fideicommiſſi 3. Julii 1702.
§. Prout nec relevat coram bo. me. Muto.*
Hæc profectò ſufficere poſſe viderentur ad
excluſionem piæ Cauſæ ſubſtitutæ, ut videlicet
per exiſtentiam D. Mariæ filiæ Nicolai heredis
inſtituti, purificata nequaquam dici poſſet con-
53 ditio, ſub qua illa vocata fuit, & ut conjecturâ
pietatis, à Lege inductâ, penitùs evanuiſſe cenſea-
tur fideicommiſſum, ejus favore ordinatum,
Alexand. conſ. 17. n. 2. & 3. lib. 7., ibique *Adden.
verſ. ſexto in fin., Jaſon. conſ. 140. num. 21. lib. 2.,
Torr. de Primogen. part. 2. quæſt. 16. num. 25. &
ſeq., Rot. apud Manſ. conſult. 250. §. Injuſtitia
verſ. ac denique*, quemadmodum etiam in dubio
reſpondendum eſſe, poſt *Vegg. conſ. 65. num. 1.,
Honded. conſ. 57. num. 1., Spad. conſ. 248. nu. 5.
lib. 3., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 402. num. 124.*, &
alios, tradunt *Torr. de Primog. part. 2. quæſt. 16.
num. 38. & ſeqq., Balducc. deciſ. & rer. judicat.
tit. 3. de legat., & fideicom. dec. 4. num. 26.*; Ve-
rùm enim verò, tametſi per malam hypothe-
54 ſim D. Maria tamquam fœmina comprehenſa
cenſeri non poſſet ſub d. conditione, utpotè ca-
rens qualitate maſculinitatis, per Teſtatorem ad-
jecta, nihilominùs adhuc conditio favore piæ
Cauſæ purificata minimè diceretur propter exi-
ſtentiam D. Cæſaris filii maſculi d. D. Mariæ,
& reſpective nepotis Nicolaì, cui pariter prodeſt
diſpoſitio *legis cum Avus*, à Juſtiniano ad quoſ-
55 cumque Deſcendentes extenſa *in leg. generaliter
6. §. Cum autem Cod. de inſtit. & ſubſtit., & in
leg. cum acutiſſimi 30. Cod. de Fideicom., Ventu-
rin. conſ. 25. num. 128. lib. 1., Balducc. ad Ru-
mon. conſ. 66. n. 50., Decian. reſponſ. 107. n. 14.
lib. 2., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 393. n. 30. & 81.,
Card. Mantic. de conject. lib. 10. tit. 7. num. 18.,
Balducc. deciſ. & rer. judicat. tit. 3. de legat. &
fideicom., dec. 3. num. 1. & ſeqq., & dec. 4. n. 6.,
Rot. Florent. apud de Comitib. dec. 57. num. 10. &
duob. ſeqq., & dec. 58. num. 25., Adden. ad Pam-
phil. dec. 100. num. 27., Rota noſtra coram bo. me.
Emerix ſen. deciſ. 78. num. 15., in rec. deciſ. 308.
num. 15. part. 14., dec. 132. num. 2. part. 16., &
in Romana Fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. §. Et
ex his retorto & ſeq. coram bon. mem. Anſaldo*,
quod indubiè procedit etiam in præjudicium piæ
Cauſæ ſubſtitutæ, abſurdum namque eſſet, quod
56 admitteretur pia Cauſa, excluſis Deſcendenti-
bus Teſtatoris, licèt non agnatis, *Ruſtic. in d.
leg. cum Avus lib. 3. cap. ultim. num. 3., Fuſar.*
alios adducens *quæſt. 393. num. 55., Rot. coram
Emerix. ſen. dec. 70. num. 13., in rec. deciſ. 308.
num. 14. 15. & ſeqq. part. 14.*
Nec turbat, quod appellatione filiorum non
veniant nepotes, aliique Deſcendentes, niſi in 57
caſu, quo id Teſtatoris voluntas ſuadeat, nam,
omiſſo, an in hypotheſi d. voluntas concurrat
nec ne, objectio removetur eâ reſponſione, quod
hìc non agitur de admittendis nepotibus ſub no-
mine filiorum ex vocatione Teſtatoris, in quibus
terminis fortaſſe neceſſe eſſet oſtendere ejus vo- 58
luntatem, illorum comprehenſioni faventem,
ſed ſolùm agitur de admittendis nepotibus ex
mente, & diſpoſitione *legum cum Avus, & cum
acutiſſimi*, quæ, ut illorum favore effectum ſuum
operari queant, opus non eſt vocatione Teſta-
toris, ſed ſufficit, non conſtare de clara ejus men- 59
te ipſos excludendi, ut ad rem optimè advertit
*Rot. Florent. apud de Comitib. deciſ. 57. num. 28.
& 29.*
De qua ſanè contraria Teſtatoris voluntate
expreſsè non conſtat in noſtra hypotheſi, ea-
demque tacitè elici minimè poſſe videbatur ex
eo, quod, ponendo in conditione filios maſculos
Nicolai, intellexiſſe cenſeatur de filiis dumtaxat
primi gradus ejuſdem, & de Maſculis ex Maſcu-
lis, excluſis Maſculis ex fœminis; etenim, quod
Teſtator ſenſerit de ſolis filiis maſculis imme-
diatis Nicolai, non probatur ullâ dictione, ſi-
ve particulâ reſtrictivâ, quæ conditionem limi- 60
tet ad dd. filios dumtaxat primi gradus; & ex-
preſſio perſonæ, cujus filii eſſe debebant Ma-
ſculi in conditione poſiti, adjecta ſolùm cenſe-
tur demonſtrativè, & non taxativè, nimirùm
ad demonſtrandum ſtipitem, & originem, à 61
qua illi procedere, & derivare debebant, *An-
dreol. contr. 82. num. 18., Rodulphin. alleg. 20.
num. 13., alleg. 22. num. 20. & ſeqq., alleg. 24.
num. 16., & alleg. 25. num. 19. & ſeq., Rot. Lu-
cen. apud Palm. nep. dec. 327. num. 19., Rot. Flo-
rent. apud Venturin. deciſ. 53. num. 40., Rot. Ro-
mana coram Merlino deciſ. 206. num. 33. & ſeq.,
coram Bich. deciſ. 252. num. 19., coram Dunoz.
jun. dec. 648. num. 7., coram bon. mem. Emerix.
jun. dec. 117. num. 4., in rec. deciſ. 474. num. 17.
part. 18., & dec. 177. num. 5. part. 19.*, maximè
in ſubjecta materia, omnem legis, & pietatis fa-
vorem habente, quæ non patitur, filios, & De-
ſcendentes ab Extraneis excludi, quoties Teſta- 62
toris verba in alium ſenſum detorqueri poſſunt,
benè *Rot. Florent. apud de Comitib. dec. 57. n. 19.
& 20.*
Et prætereà, quamvis etiam Teſtator reſpexiſ-
ſe videretur ad ſolos filios immediatos Nicolai,
id tamen nihil prorſus officeret aliis ulterioribus
Deſcendentibus, quia operaretur quidem, quod in 63
conditione expreſſa ex voluntate Teſtatoris com-
prehenſi tantummodò dicerentur filii, primi gra-
dus, Nicolai, nequaquam verò impediret Legis
operationem quoad alios ulteriores Deſcenden-
tes, qui ut legis beneficio juvari poſſint, ſufficit,
ut jam dixi, quod non ſint poſitivè excluſi, li-

cèt alioquin ſub conditione ex voluntate Teſta-
64 toris non comprehendantur, cum inter non in-
cluſionem, & excluſionem Teſtatoris detur me-
dium, nempe incluſio Legis, ut in ſpecie adver-
tunt *Cephal. conſ.391.*, *Deciam. reſp.107. nu.20.
& ſeq. lib.2.*, *Ruſtic. in leg. cum Avus lib.3. cap.
10. num.47.*, ubi de Teſtatore ſubſtituente ſub
conditione: ſi ſinè filiis ex ſe natis, vel ſinè
filiis proprii corporis, quod non exindè à condi-
tione *legis cum Avus* excluſi cenſeantur nepo-
tes, & alii ulteriores Deſcendentes, *Rot. Floren.
apud de Comitib. dec.57. num. 9. & plurib. ſeqq.*,
& de ſubſtitutione facta ſub conditione, & caſu,
quo deficerent primò vocati, *Rot. in ſepè citata
Romana Fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. §. Et ex
his retorto & ſeq. coram bo. me. Anſaldo.*

Quod autem Teſtator voluerit tantùm Ma-
ſculos ex Maſculis; & reliquos ex fœminis de-
ſcendentes à d. conditione excluſerit, nullo pa-
cto ſuſtineri poſſe videtur, dum, quoties, prout
65 hìc, non fuit habita ratio agnationis, commu-
niter receptum eſt, ſub nomine filiorum maſcu-
lorum æquè venire Maſculos ex Maſculis, ac
Maſculos ex fœminis deſcendentes, ut generali-
bus omiſſis, rectè in noſtris terminis tradunt *Fa-
ber. de error. pragm. decad.28. error. 8. ſub nu.9.
& ſeqq.*, *Card. Mantic. de conject. ultim. volunt.
66 lib.11. tit.15. ſub nu. 4.*, & contra piam Cauſam
ſubſtitutam ſcripſerunt *Fulgoſ. in celebri conſ.85.*,
Angel. in conſ., *quod refert*, *& ſequitur Corn.
conſ.236. circa fin. verſ. & maximè vol. 2.*, opti-
me *Torr. de Primog. part. 2. quæſt. 16. num. 36.
67 & ſeqq.*, ubi ex hac ratione reſpondet pro exclu-
ſione piæ Cauſæ ſubſtitutæ, etiamſi filius maſcu-
lus fœminæ nondum eſſet natus, cum conditio
negativa, qualis eſt illa præſeferens caſum obitus
heredis ſinè filiis maſculis, purificata non dica-
tur, donec ſupereſt ſpes, quod aliquo tempore
68 filii maſculi ex fœminis poſſint ſupervenire,
Trentacinq. de ſubſtit. part. 4. cap. 2. num. 10.,
Manſ. conſult.350. num.39., *Rot. in rec. dec.132.
num.15. & 16.*, & in omnem caſum recurrit re-
ſponſio jam ſupra data, quod incluſio in condi-
tione tantùm Maſculorum ex Maſculis oſtendat
quidem, Maſculos ex fœminis ex Teſtatoris
69 voluntate ſub illa non eſſe comprehenſos, at non
etiam ex hoc argui poſſit illorum excluſio, quod
ſufficit, ut iidem miniſterio, & providentiâ Le-
gis incluſi cenſeantur, per ea, quæ in proximis
terminis dixit *Rot. Florent. apud de Comitib. d.
dec. Florent. 57. num.9. & plurib. ſeqq.*

Ex his igitur patet, quod aut D. Maria, aut
D. Cæſar ejus filius ex mente Legis, & conje-
ctura pietatis Subſtitutum excludunt, ſed quis
70 eorum ſuccedere debeat, de hoc ſuperfluum eſ-
ſet differere; opus quippè non eſt, quod quis
ſuccedat, ut Subſtitutum excludat, ſed ſufficit,
eſſe comprehenſum ſub conditione ſive ex vo-
luntate hominis, ſive beneficio Legis, etſi cete-
71 roquin ſuccedere nequeat, cum ſola illius ſuper-
exiſtentia ad excludendum Subſtitutum exube-
ret, non attento, an ſuccedere poſſit necne,
ſtat enim benè ſimul, quod quis ſuccedere non
72 valeat, & tamen Subſtituti admiſſionem impe-
diat, juxtà *Text. in leg. filius familias 117. §.
Cum quis rogatus ff. de legat.1.*, *Peregr. conſ.39.
num.1. lib.3.*, *Saminiat. controv.138. num. 28.*,
Torr. de Primog. part.1. cap.35. §. 22. num.242.,
Cord. de Luc. de Fideicom. diſc.9. num.17., *Rot.
coram Carill. deciſ. 266. num. 20. ad fin.*, *coram
Priol. dec.251. num. 2. & ſeq.*, *in Tyburtina Fi-
deicommiſſi 8. Februarii 1706. §. Idque adeò cor.
bon. mem. Anſaldo*, & in noſtra ſpecie punctua-
liſſime *Rot. in Tuſculana Fideicommiſſi 14. Junii
1715. §. Quibus omnibus coram Illmo D. Falco-
nerio Almæ Urbis Gubernatore*, *& 11. Decem-
bris 1716. §. Nullam namque coram R. P. D.
Cerro.*

Verùm, quia ſuper hoc etiam puncto judicium
meum qualecumque pro veritate ferre rogatus 73
ſum, injuncto idcircò muneri libenter manus
admovens, paucis me expediam; Cùm enim be-
neficio *legis cum Avus* deficiat conditio fidei-
commiſſi, & res relinquatur ſub diſpoſitione
juris communis, adeòut, ſi quid habent neptes,
habere dicantur à proprio Patre qui per judicium
non ablativum, ſeu, non diſponendo ad com- 74
modum alterius, propriis filiabus dicitur reliquiſ-
ſe, *leg. conficiuntur ff. de jur. Codicill.*, *Bardel-
lon. conſ.81. num.42.*, *Jaſon. conſ. 140. num. 21.
lib.2.*, *Hond. conſ. 57. num. 62. & ſeq. vol. 1.*,
Alex. conſ. 17. num. 2. & 3. lib. 7., *Rota apud
Manſ. conſult. 250. §. Injuſtitia*, indè ſequitur,
quod, deficiente conditione per ſuperexiſten- 75
tiam Maſculi ex fœminis, poteſt gravatus arbi-
trio ſuo de Bonis diſponere, & ejus diſpoſitio
ſervanda eſt, quia neptibus reſervatum cenſetur
ſolum jus ſuccedendi ab inteſtato, *ſi Pater gra-
vatus non faceret teſtamentum*, *vel ante mortem
Bona non alienaret*, ut loquitur *Honded. d. conſ.
57. num.65.*, *Bardellon conſ.81. num.42.*, *Spad.
conſ.248. num.14. & 15.*, *& num.26.*, & confe-
runt tradita *per Bartol. in l. ſi cum dotem in princ.
n.10. ff. ſolut. matrim.*, *Simon. de Pret. conſ.90.
num. 14. & ſeq.*, *Curt. ſen. conſ.63. num. 13.*,
Torr. de Primog. part.2. quæſt. 16. n. 25. & ſeq.,
*Simon. de Pret. de interpret. ultimar. vol. lib. 3.
interpret.3. dub.3. ſolut. 2. ſub num. 26. fol. mihi
312. à tergo*, ubi, quod neptis in conditione po- 76
ſita, non dicitur vocata; & ſuccedens Patri, di-
citur ſuccedere non judicio Avi teſtatoris, ſed
judicio fortuito, quatenus Pater alteri non re-
linquat, undè patet, in terminis *d. leg. cum A-
vus* integram Patri manere facultatem diſpo-
nendi, etiam in præjudicium filiorum, ſub condi- 77
tione à lege comprehenſorum; Eòque certius in
caſu noſtro, in quo juris diſpoſitioni conſonat
etiam Teſtatoris voluntas, qui in caſu, quo ob
defectum conditionis locum habere non poſſet
ſubſtitutio piæ Cauſæ, liberam diſponendi facul-
tatem reliquit Nicolao, verbis illis = *del che potrà
diſporre liberamente, ſe averà figliuoli* = quapro-
pter tum ex mente Legis, tum judicio Teſtato-
ris ſucceſſio deberi videtur D. Cæſari, cui tam-
quam heredi Nicolai aſſiſtit diſpoſitio juris, &
favet Teſtatoris voluntas.

Ful-

Digitized by Google

Fulginaten .

Statuti *Fulginei* diſpoſitio, quod, Muliere *ab inteſtato*, ſinè filiis decedente, quarta dotis pars ad virum deferatur, locum non habet, ubi Mulier per donationem cauſsâ mortis de omnibus ſuis Bonis diſpoſuerit . Statutum juris communis correctorium quando, vel non ex rationis identitate de uno caſu ad alium extendi poſsit? Conſenſus viri de jure in donatione Mulieris non requiritur .

VOTUM XIII.

1 Statutum Fulginei *diſponit, quod, Muliere decedente ab inteſtato ſinè filiis, quarta pars dotis cedat commodo viri .*

2 *Donationem qui fecerat univerſalem cauſsâ mortis, nequit dici ab inteſtato deceſſiſſe .*

3 *Donatio cauſsâ mortis contractui magis accedit, atque æquiparatur .*

Intellige quoad modum, & ordinationem ; quo enim ad effectum æquivalet ultimæ voluntati, ibid.

4 *Inteſtatus deceſſiſſe dici nequit, qui inter vivos donat, vel cauſsâ mortis .*

5 *Statutum loquens de decedente ab inteſtato, non intelligitur de eo, qui donat inter vivos, vel mortis cauſsâ .*

6 *Donatio cauſsâ mortis ex veriſimili Donantis voluntate idem, ac teſtamentum valere poteſt, & quando?* ibid.

7 *Statutum loquens in cauſsa inteſtati, ad cauſſam teſtatı trahi nequit .*

Præſertim, quando eſt juris communis correctorium, num. 10.

8 *Cauſſa teſtati, & cauſſa inteſtati ſunt inter ſe diverſæ, immò contrariæ .*

9 *Et de una aliam extenſio nequit fieri .*

11 *Statutum correctorium juris communis, neque etiam ex identitate rationis, de caſu ad caſum extendi poteſt .*

Quandoque ex rationis identitate poteſt extendi, ſi modò identitas clara ſit, num. 12.

Secùs, ſi quoquo modo eadem ſit dubia, num. 13. & 15.

12 *Statuti correctorii juris communis quando ex rationis identitate extenſio fit, hæc potiùs comprehenſio dicitur .*

14 *Lucrum ſtatutarium non unam dumtaxat habet rationem onerum Matrimonii .*

16 *Statutum de uno caſu ad alium trahi nequit ex identitate rationis, quæ expreſſa non legatur .*

17 *Statuti præcisè non loquentis de cauſa aut teſtati, aut inteſtati extenſio de una ad aliam ex identitate rationis poteſt fieri .*

18 *Secus, alterutrâ ex his determinatè expreſsâ; tunc enim extenſio de una ad aliam prohibita cenſetur .*

19 *Statuti verba dum clara ſunt, non eſt ab illis recedendum, neque ejus inveſtiganda ratio .*

20 *Statutum ex quibus ejus verbis ad cauſſam inteſtati reſtrictum cenſeatur?* & num. 21.

21 *Dictio* = ſic = *repetitiva cenſetur qualitatis ab initio expreſſæ .*

22 *Statuentes impropriè fuiſſe locutos, veriſimile non eſt .*

23 *Statutum reſtrictum ad cauſſam teſtati, ad cauſſam inteſtati nequit extendi .*

24 *Statutum Piſarum mandat, decedente muliere inteſtatâ, & ſinè filiis, Maritum lucrari medietatem dotis, reliquum verò ad Dotantem reverti .*

25 *Statuto quotam partem dotis ad virum deferente quando Mulier decedat inteſtata, fraudolenta dici nequit donatio omnium Bonorum facta à Muliere favore fratris .*

26 *Fraus ab eo non committitur, qui facultate, ſibi de jure competente, utitur .*

27 *Conſenſus viri de jure non requiritur in donatione Mulieris .*

STATUTUM Civitatis Fulginei diſponit =,
quod, ſi aliqua Mulier, quæ habeat tempore 1
ſui obitus Maritum, decedat ab inteſtato ſinè
filiis, quarta pars dotis cedat commodo ſui viri =,
quo circà nullo pacto ejus diſpoſitio adaptabilis
videtur præſenti caſui, quia, cum Mulier de
omnibus ſuis Bonis diſpoſuerit per donationem
cauſâ mortis favore germani fratris, non poteſt 2
dici ab inteſtato deceſsiſſe, quemadmodum Statutum requirit ; donatio enim cauſâ mortis, licèt
quoad modum, & ordinationem magis accedat, 3
& æquiparetur contractui, quo ad effectum tamen, qui unicè in præſenti attendendus videtur,
æquivalet ultimæ voluntati, & propriè dicitur
ultima voluntas, *gloſſ. in leg. tam is §. 1.*, & ibi
Bartol. num. 2. ff. de donat. cauſ. mort., *Barboſ. axiom. jur. lib. 4. cap. 55. axiom. 10.*, *Conſtantin. ad Stat. Urb. annot. 15. art. 1. num. 5.*, *Craſſ. §. Donatio cauſâ mortis quæſt. 2. per tot.*, *cum pluribus relatis per Rot. dec. 82. nu. 1. inter impreſſ. ad ornat. Card. de Luc. de Fideic. in Mantiſſ. to. 10.*,
neque enim inteſtatus deceſsiſſe dici poteſt, qui 4
inter vivos donat, vel cauſsâ mortis, ex *Bim. conſ. 2. per tot.*, & in terminis ſtatuti loquentis
de decedente ab inteſtato *Giurb. ad conſuetud.* 5
meſſan. cap. 8. gloſſ. 6. num. 3. & 4., *& cap. 11. gloſſ. 2. num. 7.*, ibi = *Teſtatum denique dicimus illum, qui inter vivos donat ; vel cauſâ mortis* =, *Valeſc. dec. 117. num. 9.*, quod clariùs in hac facti ſpecie deſumi poſſe videtur ex veriſimili Mulieris donantis intentione, ipſa namque non ad alium finem d. donationem feciſſe dicitur, quàm ut privaret virum quartâ, illi à ſtatuto delatâ, ad quem effectum procul dubio teſtamentum feciſſet, ſi potuiſſet, verùm, quia erat adhuc ſub patriâ poteſtate, idcircò, cum teſtari non poſſet, voluit eo modò, quo potuit, & ſibi à jure permittebatur, de omnibus ſuis Bonis diſponere per viam donationis cauſâ mortis, quam, Patre conſentiente, perfecit, ad formam *Textus in leg. 25. §. 1. ff. de mort. cauſ. donat.*, quæ proindè donatio,
ſi ejus intentio, & vota ſpectentur, eamdem vim, 6
eumdemque effectum habuiſſe cenſetur, quem teſtamentum habuiſſet, ſi illud facere potuiſſet, quoad effectum privandi Maritum d. quartâ .

Certum autem eſt, quod Statutum loquens in
7 cauſâ inteſtati, trahi nequit ad cauſam teſtati,
Bald. in leg. quicumque C. de ſerv. fugit., *Alex.*
conſ.62. num.3. lib.7., *Pacian. conſ.40. num.66.*,
Cephal. conſ.404. num. 12. lib.3., *Giurb. ad con-*
ſuet. meſſan. cap.5. gloſſ.1. n.6., & cap.11. gloſſ.2.
num.5., *Paitell. de ultim. vol.88. num. 41.*, *Rot.*
poſt Merlin. de legit. dec.32. num.3., quia, cum
8 hujuſmodi cauſæ ſint inter ſe diverſæ, immò
contrariæ, *Pacian. conſ. 40. num. 65.*, *Peregrin.*
conſ.82. num.3. vol. 2., *Riminald. jun. conſ. 767.*
n.60., *Giurb. ad conſuetud. meſſan. cap.5. gloſſ.1.*
9 *num. 5.*, & idcircò de una ad aliam argui non
poſſit, *Decian. conſ. 49. num. 8. vol. 4.*, *Giurb.*
loco cit., minùs etiam Statutum de una loquens,
10 ad aliam debet extendi, præſertim, quando eſt
correctorium, & contra jus, ut præciſè de Statu-
to circà lucrum diſponente, quod, tamquam cor-
11 rectorium juris communis, non poſſit extendi de
caſu ad caſum, neque etiam ex identitate ratio-
nis, firmant *Altograd. conſ.29. nu.26.*, *& n.33.*
lib.2., *Barboſ. in 4. part. rubr. ff. ſolut. Matrim.*
n.7. verſ. quin immò, *Roland. de lucr. dot. quæſt.*
6. num.3., *Conſtantin. in prælud. art.5. num.252.*
& ſeqq.; *Epiſc. Rocc. diſp. jur. ſel. cap. 114. nu.*
10. 11. & 12., *Oſaſcb. dec.21. num.16. & ſeqq.*,
Rot. coram Achill. de Graſſ. dec.12. num.6. inter
recollect. per d. Conſtantin. ad Stat. Vrb. dec. 97.
num.12. & 13.

Et, licèt quandoque ex identitate rationis cau-
12 tum reperiretur, hujuſmodi Statuta, quamvis
correctoria, de caſu ad caſum extendi poſſe,
cum tunc dicatur potiùs comprehenſio, quàm
extenſio; Identitas tamen illa debet eſſe omninò
13 clara, aliàs namque, ſi quoquo modo ſit dubia,
extenſio non procedit, *Altograd. conſ.69. num.*
126. lib.2., *Palm. nep. alleg. 128. num.33.*, *Rot.*
dec.165. num.12. part.19. rec.; Talis autem vi-
deri non poteſt generalis illa ratio, tributa Statu-
to, de quo agitur, compenſationis videlicet
onerum Matrimonii; cum enim ratio iſthæc in
14 ſtatuto expreſſa minimè legatur, atque lucrum
ſtatutarium unicam non habeat rationem one-
rum Matrimonii, ſed variæ poſſint hujus diſpo-
ſitionis aſſignari rationes, ad tradita per *Alto-*
grad. conſ. 29. num. 25. lib. 2., *Card. Mantic. de*
tacit. lib. 12. tit. 5. num. 24., *benè Epiſc. Rocc.*
diſp. jur. ſelect. cap.114. n.7., *Oſaſcb. d. dec. 21.*
num.16. verſ. non obſtat, hinc planè talis oritur
dubietas, ut non poſſit elici argumentum ex
15 prætensâ identitate rationis ad extenſionem Sta-
tuti à causâ inteſtati ad cauſam teſtati, ut in ſi-
milibus terminis, ſatisfaciendo objecto, optimè
firmant *Altograd. d. conſ. 29. num. 25. & ſeqq.*
lib.2., *Roland. de lucr. dot. quæſt. 6. nu.3.*, *Rocc.*
diſp. jur. ſel. d. cap.114. n.8., *Oſaſcb. d. dec. 21.*
num.16. & 17., *Rot. coram Achill. de Graſſ. de-*
ciſ.12. num.6.; certiùs verò, quia, cum, ut di-
ximus, d. ratio onerum Matrimonii, à viro ſup-
16 portandorum, in Statuto expreſſa non legatur, eò
minùs ex ea, ſic generaliter, & in abſtracto ſum-
pta, concedi debet extenſio de uno caſu ad
alium, juxtà notata per *Honded. conſ.8. num.58.*
lib.1., *Altograd. conſ. 29. num. 31. lib.2.*, *Epiſc.*
Rocc. d. cap.114. num.13., *Rot. Bonon. noviſſ. de-*
ciſ. 21. num. 16. & ſeqq., *& dec. 39. num.5.*

Verùm prætereà argumentum hujuſmodi, de-
ſumptum ex identitate rationis, locum fortaſſe
ſibi vindicare poſſet, quoties ageretur de inter- 17
pretando Statuto, quod indefinitè loqueretur,
ita ut nullum præciſè caſum determinaret, tunc
enim identitas rationis fortè operari poſſet,
quod ipſum Statutum æquè unum caſum, ac
alium comprehenderet, in quo eadem prorsùs
ratio vigeret, nulla quippè eſſet aſſignabilis ra-
tio, cur Statuto, indefinitè loquente, eâdemque
in utroque caſu vigente ratione, unum potiùs
quàm alium comprehendere deberet; At aliter
res ſe habet in præſenti hypotheſi, in qua Sta-
tutum expreſsè, & determinatè loquitur de cauſa 18
inteſtati, quo caſu tacitè videtur prohibere vo-
luiſſe extenſionem ad cauſam teſtati, ut benè ad
rem animadvertit *Barboſ. in 4. part. rubr. ff. ſo-*
lut. Matrim. num.6. verſ. ex quorum mente, *Epiſc.*
Rocc. diſp. jur. ſel. dict. cap.114. num. 9., ideo-
que, cum Statuti verba ſint clara, nullo pacto
ab illis recedi debet, neque eſt inveſtiganda ra- 19
tio ad tollendam illius reſtrictionem, *Conſtan-*
tin. in prælud. ad comment. Statut. Vrb. artic. 5.
num.263., *Rot. deciſ.318. num.13. & ſeqq. part.*
16. recent.

Et ſanè in iſto caſu Statuti verba clariora eſſe
non poſſunt prò reſtrictione ad cauſam inteſta- 20.
ti; nedum enim ſub iuitium ipſius Statuti id
apertis verbis exprimitur, verùm inſuper ſuc-
ceſſivè, quoties in eodem Statuto mentio fit
mortis mulieris, toties eadem connotata, &
modificata legitur dictione = *ſic* =, ibi = *quæ ſic* 21
deceſſit, quæ ſic deceſſiſſet =, quâ procul dubio repe-
tita cenſetur qualitas ab inteſtato, ſub initium ex-
preſſa, juxtà naturam, & indolem dictæ dictio-
nis, de qua *Barboſ. dec.365. n.1. & 2.*, *Rot. in rec.*
dec.451. n.10. part.1., *deciſ.432. num.5.*, *eadem*
685. num.9. part.2., atque ad oculum demon-
ſtratur, Statuentes intelligere voluiſſe, quod lu-
crum viro deferretur in caſu obitus mulieris ab
inteſtato, non verò, ſi ipſa teſtata deceſſiſſet,
cum veriſimile non videatur, eoſdem Statuentes 22
ita frequenter impropriè fuiſſe locutos, per ea,
quæ ſcribit *Rocc. d. cap.114. n.15. & ſeqq*, conclu-
dendum itaque omninò eſt, diſpoſitionem præ-
fati Statuti, veluti reſtrictam ad cauſam inteſta- 23
ti, extendi non poſſe ad cauſam teſtati, ut in
ſpecie ſimilis Statuti Piſarum, mandantis, in
caſu obitus mulieris ſinè filiis, & ſinè teſtamen- 24
to, Maritum lucrari medietatem dotis, & reli-
quum reverti ad dotantem, quod non proce-
dat, ſi Mulier deceſſit cum teſtamento, tenet
Alex. conſ. 155. num. 6., *& 7. lib.7.*, & con-
ferunt tradita per *Rocc. in dict. cap.114. per tot.*,
& 9., *Lap. alleg.130. num. 20.*, *& 21.*

Quibus ità firmatis, jam non eſt, cur do-
natio à Muliere facta, tamquam fraudolenta, re-
dargui poſſit, nam, ſi fraus figuranda ſit reſpe- 25
ctu Statuti, cum illud non procedat, niſi in ca-
ſu deceſſus Mulieris ab inteſtato, & conſequen-
ter liberam ipſi Mulieri facultatem relinquat
diſponendi de omnibus ſuis Bonis, nulla ſanè
fraus

fraus reſpectu Statuti conſiderari poteſt ex eo,
quod omnia ſua Bona donaverit germano fratri,
26 dum uſa eſt facultate, ſibi de jure competente,
quæque à Statuto minimè fuerat adempta, neque
reſtricta; minùs verò fraus deſumi valet
reſpectu viri, ex quo ejus conſenſus in tali donatione
requiſitus non fuit, quia, cum nulla afferatur
ſtatutaria diſpoſitio, hujuſmodi conſenſum
præſcribens in contractibus uxoris, libe-
27 rum proindè illi fuit omnia ſua Bona donare
ſinè viri conſenſu, & interventu, qui de jure
non requiritur, juxtà *Textum apertum in leg. Vel-
let 6. Cod. de revocat. donat. Cyriacus contr.* 128.
*num.*41., *& ſeqq.*, *& num.*46., *Rota coram Dunoz.
Jun. deciſ.* 608. *nu.*7., *in rec. deciſ.*88. *num.*
8. *part.* 6.

Lunen. Sarzanen. Diviſionis.

Æquamentum ordinatum favore Secundogenitarum =, *che ſi mariteranno, e ſtaranno al ſecolo* =; purificatâ delationis primogenituræ ad Primogenitam conditione, ſtatim faciendum eſſe commodo Secundogenitæ, licèt innuptæ, in ſeculo tamen manentis, latè expenſis iiſdem verbis, eorumque vi, atque intelligentia, deſumptâ à magis veriſimili Teſtatoris voluntate, conſtabilitur. Particula = *&* = quando *copulativè*, & quando *ampliativè* adjecta cenſeatur? Argumentum à ſuperfluitate verborum, itemque aliud à diſcretivo loquendi modo, quando non procedat?

VOTUM XIV.

1 *Æqualitas inter Liberos ſervanda eſt.*

2 *Conditio nuptiarum adimpleta non dicitur, niſi nuptiæ re ipsâ contrahantur.*

3 *Ad purificandam nuptiarum conditionem nubilis ætas non ſufficit*, & num. 4.

Minùſque declaratio voluntatis nubendi, num. 5.

Procedit, ſtantibus etiam verbis = ſi nubere voluerit = num. 6.

4 *Ex conditione nuptiarum Matrimonium conditionale dicitur, licèt adjectum per viam modi.*

7 *Verba* = e ſtaranno al ſecolo =, *ſubjuncta præcedentibus his* = che ſi mariteranno carnalmente = *diverſam ab illa Matrimonii conditionem non præferunt.*

8 *Et, ſi ſecus dicatur, adhuc non ſufficit ſola permanentia in ſeculo, ſed copulativè utraque conditio implenda eſt*, & num. 31., *ratio*, num. ſeq.

9 *Particula* = & = *ita extrema conjungit, ut omnium concurſus requiratur*, & num. 41.

10 *Maximè, quum nulla intercedit terminorum incompatibilitas.*

11 *Ejuſdem particulæ vis, & efficacia non debet minui.*

12 *Matrimonium per viam conditionis adjectum eſſe, quæ non oſtendant verba?* & num. 13., & 14.

13 *Dictio* = però =, *latinè* = tamen = *importat conditionem.*

14 *Idem de relativo* = che = *juncto verbis futuri temporis; puta* = che ſi mariteranno =.

15 *Conditio Matrimonii priùs adimplenda eſt, deindeque fieri æquamentum, illius intuitu demandatum.*

16 *Conditio actum ſuſpendit uſque ad illius purificationem.*

17 *Cauſſa finalis, tamquam conditioni affinis, illius ad inſtar purificari debet.*

18 *Effectus nequit eſſe prior ſuâ cauſâ, ſed hanc præcedere, neceſſe eſt.*

19 *Diſcretivus loquendi modus diverſam arguit Teſtatoris voluntatem; & quando ſecus?* num. 72., & ſeq.

20 *Interpretatio illa voluntatis Teſtatoris amplectenda non eſt, ex qua ſequeretur verborum ſuperfluitas.*

22 *Verba* = e ſtaranno al ſecolo = *poſt verba illa* = che ſi mariteranno = *adjecta cenſeri poſſunt ad fruitionem hereditatis, ejuſque durationem deſignandam poſt contractum Matrimonium: atque ad excluſionem earum, quæ poſt nuptias Religionem vellent ingredi*, & num. 53.

Et quando ſecùs? num. 54., & 55.

23 *Diſpoſitio, inter Liberos inæqualitatem inducens, ſtrictè, & rigorosè interpretanda eſt.*

24 *Veriſimilis voluntas Teſtatoris unicè ſpectanda eſt, ſpretâ verborum formâ.*

25 *Verba* = facendoſi luogo alla primogenitura = *æquivalent his* = quando ſi farà luogo &c. =

26 *Et diſpoſitionem alligant caſui, quo primogenitura deferatur.*

27 *Verbum* = antiparte = *deductionem indicat faciendam, ante quàm aliæ partes fiant.*

28 *Antipartis deductio eò magis antè alias partes facienda eſt, quando finalis fuerit diſpoſitionis cauſſa.*

29 *Cauſâ finalis diſpoſitionis quibus ex verbis reſultare queat?* & num. 33.

30 *Conſequenti à Teſtatore volito, etiam antecedens volitum cenſetur.*

32 *In diſpoſitionibus ordinatis per viam ultimæ voluntatis interpretatio melior ſumitur à principali earum cauſſa.*

34 *Diſpoſitio favore fœminarum* = che ſi mariteranno, e ſtaranno al ſecolo =, *comprehendere cenſetur tàm nuptas, quàm nubendas, ſi Teſtator duplicis tantùm generis perſonas conſideraſſe videatur, alias in Religione, alias in ſeculo manentes.*

35 *Præſertim, ſi alteri Religionem ingredienti ſubſtituit ſimpliciter* = quelle, che ſtaranno al ſecolo, =

36 *Fœminas tàm nuptas, quàm innuptas comprehendit cauſſa decentioris dotationis, expreſſa in excluſione Religioſarum.*

Immò

Immò magis innuptas, quàm nuptas, ibid.

38 *Fœminæ in ſeculo manentes, communiter, & regulariter Matrimonium ineunt*, & nu.68.

40 *Matrimonio, non per viam conditionis, expreſſo, ſola ſufficit permanentia in ſeculo.*

42 *Particula = & = plerumque ponitur inter res diverſas, quarum una ſivè alia eſſe poteſt.*

43 *Et tunc non eſt accipienda copulativè, ac tamquam requirens utriuſque copulati concurſum.*

44 *Sed ampliativè ad res, & perſonas non expreſſas*, & num. 45.

46 *Particulâ = & = poſitâ inter perſonas diverſi generis, ſufficit exiſtentia alterutrius generis perſonarum, ut purificata conditio dici poſſit.*

47 *Particula = & = an copulativè, an ampliativè poſita ſit, qualitas ſubjectæ materiæ ſpectanda eſt.*

48 *Particula = & = in odioſis copulativè, & reſtrictivè; in favorabilibus, ampliativè, & augmentativè ſtare cenſetur.*

49 *Æqualitatis inter neptes ſervandæ ratio favorabilis omnino eſt.*

50 *In diſpoſitivis concurſus utriuſque copulati non requiritur, quando plures qualitates copulantur non reſpectu unius ſubjecti tantùm.*

51 *Verba* = e ſtaranno al ſecolo = *comprehendere cenſenda ſunt diverſas perſonas à contentis in præcedentibus verbis* =, che ſi mariteranno =, *aliàs ſuperflua remanerent*, & num. 67.

52 *Verba aliquid operari, recta exigit interpretandi ratio.*

55 *Teſtator cogitaſſe non cenſetur caſus, in quibus, conſtante, vel adhuc ſoluto Matrimonio, ingreſſus in Religionem permittitur.*

56 *Caſus, qui rarò accidunt, regulariter non conſiderantur.*

57 *Interpretatio illa præferri debet, quæ magis æqua eſt, & conſona Teſtatoris menti.*

58 *Teſtatoris voluntas æqualitatem ſervandi inter ejus neptes, in ſeculo manentes, æquè de nuptis, ac de innuptis poteſt intelligi.*

59 *Fœminis Religioſis excluſis propter fœminas, in ſeculo manentes, tàm quæ nuptæ, quàm quæ innuptæ in ſeculo maneant, contemplatæ cenſendæ ſunt.*

60 *Verborum reſtrictio non eſt facienda, reſiſtente voluntate Teſtatoris.*

61 *De æqualitate inter Sorores ſervanda ubi agitur, benignior, lataque interpretatio facienda eſt.*

62 *Fratres inter, ac Sorores jurgia, diſcordiæque ob inæqualitatem ſolent perſæpè oriri.*

63 *Æqualitati potiùs materiali, quàm formali Teſtator reſpexiſſe quando dicatur?*

64 *Æqualitati materiali à Teſtatore volitæ non officiunt, quæ inæqualitatem inducunt tantùm formalem.*

65 *Teſtatores nonnulla ſæpiùs adijciunt, ut abundent.*

66 *Argumentum à ſuperfluitate ſumptum, tamquam nimis debile, paſſim à Doctoribus reijcitur.*

67 *Argumentum ejuſmodi nullimodè procedit, quando ex alio etiam intellectu ſuperfluitas ſequatur.*

68 *Verba adjecta ad exprimendum, quod communiter ſolet accidere, ſuperflua dici nequeunt.*

69 *Superfluum non dicitur, quod aliquid operatur, etiam minimum.*

70 *Verborum ſuperfluitas eſt potiùs toleranda, quàm recedatur à Teſtatoris voluntate.*

71 *Non verborum ineptitudo, ſed voluntas attenditur Teſtatoris.*

72 *Diſcretivus loquendi modus diverſam non arguit Teſtatoris voluntatem, quando is utramque locutionem habuit pro ſynonima.*

73 *Et quando eo modo uſus eſt, majoris dumtaxat explicationis gratiâ.*

74 *Ut etiam, quando ſe retulit ad præcedentia.*

75 *Argumentum autem ab ejuſmodi diſcretiva deſumptum, ex voluntate Teſtatoris retorqueri poteſt.*

76 *Teſtatoris voluntas in una, eademque diſpoſitione, & quoad eaſdem perſonas ſemper uniformis præſumitur.*

77 *Quæſtio omnis ex conjecturis pendens, dubia eſt.*

78 *In quæſtione conjecturali difficile eſt certum judicium, ſententiamque ferre.*

SANGUINIS, & naturæ vocibus, Parentes impellentibus ad ſervandam inter Liberos æqualitatem, à jure quoque ſummoperè commendatam, ut *in §. Illud quoque Auth. de* 1
nupt., hiſce, inquam, vocibus percitus bon. mem. Com. Auguſtinus Lunari, patrimonium ſuum æquo jure inter Deſcendentes prius maſculos, & deindè fœminas dividendum conſtituit; quamobrem in ultimo, cum quo deceſſit, teſtamento heredem ſibi ſcripſit Com. Achillem unicum filium ſuum, eique ſubſtituit non unum, ſed omnes, quotquot filios Maſculos habuiſſet, æquis portionibus, idemque pariter ſervari voluit in fœminis, quas, Maſculis non exiſtentibus, vocavit, & omnes ſimili modo, quotquot adeſſent, æqualiter ſubſtituit, præter illas, quæ Religioni ſe addicerent, ſciens verò, bon. mem. Lazzarum Patrem ſuum condidiſſe primogenituram, per obitum Comitis Achillis ſinè filiis Maſculis purificandam favore filiæ fœminæ primogenitæ, ejuſdem Comitis Achillis, ad ſervandam tali caſu æqualitatem inter illius filias, ſi quæ aliæ, præter primogenitam, ſupereſſent, ita diſpoſuit = *Che mancando detto Signor Achille ſenza maſchi, e facendoſi luogo alla primogenitura, inſtituita dal Signor Lazzaro Padre di eſſo Signor Teſtatore, in virtù della quale ſuccederebbe in detta primogenitura la figlia*

Digitized by Google

figlia primogenita del detto Signor Co: Achille, però in caſo, che laſci ſuperſtiti altre figlie femine, detto Signor Teſtatore laſcia alla ſecondo, e terzo genita figlia, & à ciaſchedana di eſſe di antiparte tanto della ſua eredità, che egnagli il valore di detta primogenitura, di modo, che l'effettoſia, che dette ſue nezze ſiano eguali di patrimonio: Dichiara però, che detto conguaglio ſi debba fare ſolamente a favore di quelle, che ſi mariteranno carnalmente, e ſtaranno al ſecolo, per la cauſa, e motivo ſopra eſpreſſa. =

Vitâ functo Com. Auguſtino Teſtatore, paulò poſt, diem ſupremum obijt etiam Comes Achilles ejus filius, & heres, nullis relictis Maſculis, ſed tantùm duabus fœminis, nimirum D. Comitiſsâ Brigittâ primogenitâ jam nuptâ, & D. Comitiſsâ Mariâ Catharinâ ſecundogenitâ, nondum pubertatem egreſsâ, inter quas cum ageretur de diviſione facienda, orta eſt controverſia ſuper æquatione, à Comite Auguſtino ordinata favore Secundogenitæ Com. Achillis, cui ſanè locum non eſſe, contendit D. Comitiſſa Brigitta primogenita, niſi per Matrimonium, carnaliter à ſorore contractum, vice autem verſâ D. Comitiſſa Maria Catharina ſecundogenita ſuſtinet, illud nunc eſſe faciendum, quia ſorori jam delata eſt primogenitura Lazzari Proavi, & ipſa in ſeculo degit.

In hoc igitur conflictu dictæ nobiles Sorores nobiliter certantes, non Fori jurgiis, non prò ſuo quæque voto, ſed eâ, que ſorores decet, æquaoimitate, exquiſitis priùs in ſenſu veritatis doctiſſimorum virorum Reſponſis, cum illa inter ſe difformia eſſe, compererint, a me petunt, ut, expenſis, atque libratis rationum momentis, prò utraque parte deductis, quæ veritati magis conſentanea ſint, dicere velim, ſententiam, judiciumque meum prò veritate ferendo ſuper his duobus, quæ ſequuntur, Dubiis;

Primò, an æquamentum modò fieri debeat in actu diviſionis, ſive potiùs expectandum ſit Matrimonium Secundogenitæ?

Secundò, an caſu, quo expectari debeat Matrimonium Secuudogenitæ, eo deindè ſecuto, illi debeantur fructus æquamenti à die diviſionis, aut à die tantùm contracti Matrimonii?

Manum itaque injuncto mihi muneri admovendo, quod attinet ad primum Dubium, intentioni Primogenitæ, ut ſcilicet æquamentum fieri nequeat, niſi contractu à Secundogenita Matrimonio, favere videtur expreſſa Teſtatoris declaratio = *che d. Conguaglio ſi debba fare ſolamente a favore di quelle, che ſi mariteranno carnalmente, e ſtaranno al ſecolo* =; quoties enim fit
2 mentio Matrimonii, ſeu nuptiarum, non aliter
iotelligitur, conditionem eſſe adimplendam, niſi
ipſa nuptiarum accedat feſtivitas, & Matrimonium
actu, & re ipſâ contrahatur, per *Text. in
leg. ſancimus 25. Cod. de nupt.*, juxtà quam, ſi
3 ad purificandam conditionem nuptiarum non
ſufficit nubilis ætas, multò minùs ea purificata
dici poterit in caſu noſtro, in quo Secundogenita d. ætatem minimè attingere aſſeritur; quamobrem, tametſi Matrimonium non per viam
conditionis, ſed modi adjectum fuiſſet; nihilominus, in his terminis quoad effectum conditio- 4
nale diceretur, ex doctrina *Bartoli in leg. Titio
Centum §. Titio genero ff. de condit., & demonſtrat., Craſſ. in §. Legatum quæſt. 48. num. 6., Camerell. de Legat. lib. 2. de caut. mod. implend. num. 6., Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 6. Gloſſ. 3. part. 4. num. 9., Staiban. jun. reſol. 88, n. 19., & 20.*, nec ſufficeret declaratio voluntatis nu- 5
bendi, quatenus à Secundogenita emitteretur,
quia Teſtator non requiſivit voluntatem, ſed factum
poſitivum nuptiarum, *Manſ. conſult. 611.
num. 14.*, & in fortioribus terminis, in quibus
dictum fuerat, *ſi nubere volueris*, quod nihilominùs
pro implemento conditionis ſatis non ſit 6
voluntas nubendi, ſed requiratur Matrimonium
actu, tradit *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 6.
gloſſ. 3. part. 2. per tot.*

Ut ergo in caſu noſtro fieri poſſit æquamentum,
non ſufficit, quod Secundogenita non ſit
Monialis, ſed in ſeculo maneat, ſed opus eſt,
ipſam Matrimonium contrahere, juxtà declarationem
ſupradictam = *Che d. Conguaglio ſi debba
fare ſolamente a favore di quelle, che ſi mariteranno
carnalmente* =, non attentis illis aliis, immediate
ſequentibus verbis = *e ſtaranno al ſecolo* =, 7
quaſi iis inducta cenſeri poſſet nova, & diverſa
conditio, cujus purificatio ſatis eſſet ad effectum,
de quo agitur: permanentia namque in ſeculo,
mox dictis verbis explicata, vel diverſam conditionem
non inducit, cum expreſſa videri poſſit
conſecutivè ad Matrimonium carnale præcedenter
nominatum, & tamquam effectus ab illo
neceſſariò reſultans; vel, ſi novam, & diverſam
conditionem inducit ab alia Matrimonii carnalis,
utriuſque verificationem, & implementum
copulativè requiri, dicendum eſt, adeò ut non 8
ſufficiat ſola permanentia in ſeculo, niſi etiam
Matrimonium carnale concurrat, attentâ particulâ
= & =, inter utramque conditionem adjecta, 9
cujus virtus, & natura eſt ità copulare, & conjungere
extrema, quibus illa adjicitur, *Sperell.
deciſ. 26. num. 7.*, maximè, quando nulla intercedit
terminorum incompatibilitas, *Spad. conſ. 348.*,
ut omnium verificatio, & concurſus neceſſarius 10
reddatur, *§. penult. inſtit. de hered. inſtit., Altograd.
conſ. 97. num. 28. lib. 1., clar. mem. Card.
de Luc. de Fideicomm. diſc. 88. num. 4., Gobb.
conſult. deciſ. 81. num. 16.*, alioquin enervaretur
virtus, & efficacia ejuſdem dictionis, quod fe- 11
rendum non videtur, *Palm. nep. allegat. 208.
num. 12.*

Præſertim in hypotheſi noſtra, in qua naturali,
& copulativo ſenſui ejuſmodi dictionis copulativæ
= & = non ſolùm non repugnat, quinimmò
aſſiſtere videtur voluntas Teſtatoris, is enim
reſpexit Matrimonium, tamquam cauſam finalem
æquamenti, ab ipſo ordinati, ut indicant
verba illa, hic non abs re iterum repetenda
= *Dichiara però, che d. conguaglio ſi debba fare* 12
*ſolamente a favore di quelle, che ſi mariteranno
carnalmente* =, idemque Matrimonium per

viam

Digitized by Google

viam conditionis expreſſit, ut mox relata ver-
13 ba præſeferunt, & præſertim dictio illa = *però* =,
latinè = *tamen* =, *Staiban. jun. reſol.*88.*num.*14.,
*& 17., Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.6. part. 3. num.9., Rovit. deciſ.*4. *num.*10., & relativum
14 = *che* = junctum verbis futuri temporis = *che ſi*
mariteranno =, *Spad. conſ.*298. *num.*3., ex his
autem ſequitur, ipſum voluiſſe, priùs puritica-
15 ri conditionem Matrimonii, pro cauſa finali con-
templati, & deindè fieri æquamentum, intuitu
ejuſdem Matrimonii, & ſub illius conditione
16 demandatum, ità ſuadente tum naturâ condi-
tionis, quæ ſuſpendit actum uſque ad illius pu-
rificationem, *leg. cedere diem* 213. *ff. de verbor.*
ſignific., Menoch. conſ. 63. *num.* 18., *Surd. conſ.*
186. *num.* 12., *conſ.* 238. *num.* 7., *& conſ.* 208.
*num.*11., *Caſtill. contr. Jur. lib.*5. *quæſt.* 2. *cap.*
119. *num.*7., *Intrigl. deciſ.*21. *num.*6., tum cau-
sâ finali, quæ, tamquam conditioni affinis, illius
17 ad inſtar purificari debet, *Thabor. axiom. Jur.*
*lib.*3. *cap.*11. *axiom.*21.; neque enim effectus po-
18 teſt eſſe prior ſuâ causâ, ſed hanc præcedere,
neceſſe eſt, ad *Text. in leg. generaliter* 24. *§. Si*
quis 9. *ff. de Fideicomm. libert.*, *leg. quoties* 34.
ff. de uſufruct., *Vveſembec. part.* 1. *conſ.* 1. *num.*
58., *Thabor. loc. mox citat. axiom.*5.

Plurimùm etiam favore Primogenitæ urget
argumentum, ductum à diſcretivo loquendi mo-
do Teſtatoris, qui aliis teſtamenti partibus, in
quibus, non curato Matrimonio, contentus fuit
ſolâ permanentiâ in ſeculo, illam ſimpliciter ex-
preſſit, videlicet, quando in tranſitu fideicom-
miſſi à Maſculis ad fœminas, excludendo illas
in Religione profeſſas, eis ſubſtituit ſimpliciter
= *quella, o quelle, che ſaranno al ſecolo* =; pari
itaque modo, eâdemque facilitate id exprimere
potuiſſet in caſu faciendi controverſi æquamen-
ti, ſi, prout in primo, ità etiam in iſto ſolâ per-
manentiâ in ſeculo abſque Matrimonio conten-
19 tus eſſe voluiſſet, dum igitur hoc caſu æquamen-
ti faciendi diverſimodè locutus fuit, aliter etiam
diſponere voluiſſe cenſetur, exigendo nempè,
ut illi locus fieret, præter ſimplicem permanen-
tiam in ſeculo, etiam per contractum Matrimonii
carnalis, quemadmodum fert naturalis ſenſus di-
ſcretivæ locutionis, *Cancer. variar. part.* 3. *cap.*
20. *de legat. num.*380., *Fontanell. de pact. nuptial.*
*clauſ.6. Gloſſ.3. part.6. num.*16., *&* 20., *Rota*
*coram Celſo deciſ.*116. *num.*8., *in rec. deciſ.*331.
*num.*43. *part.*11., *in Bononien. Fideicommiſſi de*
Burzanis 6. *Julii* 1708. *§. Non obſtat coram*
Rmo Lancetta Decano, & in Hortana Immiſſionis
6. *Julii* 1720. *§. Altera verò coram bon. mem.*
20 *Caffarelle*; eò magis amplectendus in caſu no-
ſtro, quia per eum evitatur omnis ſuperfluitas,
& otioſitas verborum, quæ alioquin ſequeretur,
admiſsâ contrariâ intelligentiâ, cujus vigore
ſufficeret ad faciendum æquamentum ſola per-
manentia in ſeculo abſque Matrimonio, tunc
enim verba illa = *che ſi mariteranno carnalmente* =
inepta, & ſuperflua eſſent, qualia cenſeri certè
nequibunt, ſi Matrimonium neceſſarium eſſe,
dicatur, eo quippe caſu verba illa = *che ſi marite-*
ranno carnalmente = demonſtrarent tempus, quo
æquamentum fieri, & ejus fruitio incipere debe-
ret, ea verò, quæ ſequuntur, nempè = *e ſtaran-*
no al ſecolo =, indicarent tempus, quo illius frui-
tio duratura eſſet, nimirùm donec Secundoge-
nita in ſeculo maneret, id quod eo conſilio ad-
jectum fuiſſe, credi poteſt, nè ſcilicet fraudare- 21
tur mens Teſtatoris contrahendo Matrimonium,
& exindè ad Religionem tranſeundo in caſibus
permiſſis, ut in *cap. Vidua* 20. *quæſt.* 1., & no-
tarunt *Suarez de Religion. tom.*4. *tract.* 9. *lib.* 1.
*cap.*11. *num.*2., *Pelizar. de Monial. cap.* 2. *ſect.*
1. *num.* 13., *Rmus Petra ad Conſtit. Apoſtolic.*
*tom.*3. *fol. mihi* 122. *num.* 35.

Intelligentia ergo iſthæc ſequenda videtur,
quia, juxtà illam, omnia verba in eorum natu-
rali ſignificatione accipiuntur, & congruè ope- 22
rantur, nilque remanet otioſum, quod præci-
puè in interpretandis diſpoſitionibus ſpectandum
eſſe, admonemur ex *leg. ſi quando ff. de legat.*1.,
*Peregrin. de Fideicomm. art.*32. *num.*13., *Rota*
*deciſ.*108. *num.*10. *poſt Conſtantin. ad Statut. Urb.*,
in Romana Donationis 4. *Junii* 1700. *§. Et quam-*
vis coram Rmo dell' Olmo Epiſcopo Conchen.,
atque etiam, quia magna alioquin induceretur
inæqualitas in præjudicium Primogenitæ; tum
quoad Bona ipſius Teſtatoris, quæ pro rata cor-
reſpondente primogenituræ ab illa tranſire de-
bent in Secundogenitam in cauſam æquamenti
prædicti, tum quoad libertatem diſponendi de
Bonis primogenituræ, quam non habet Primo-
genita, ſicuti habet Secundogenita de illis, in
cauſam æquamenti ad ipſam perventuris, tum
denique quoad Jus etiam ſuccedendi, quod qui-
dem reſervatum eſt Secundogenitæ in primoge-
nitura, deficiente Primogenitâ, ejuſque lineâ,
quo viceversà caret Primogenita reſpectu æqua- 23
menti, alteri facti, ideòque hujuſmodi diſpoſitio
tantam inæqualitatem inter neptes inducens,
quò magis fieri poteſt, ſtrictè, & rigoroſè acci-
pi debet, ut præciſè impleantur conditiones
omnes, ſub quibus illa concepta eſt, *leg. cum Pa-*
ter ff. de pact. dotal., *leg. non ad ea ff. de condit.*,
& demonſtr., *Actolin. reſol.*54. *num.*117.

Hæc ſunt rationum momenta, à viro ſapien-
tiſſimo adducta favore Primogenitæ pro diffe-
rendo æquamento uſque ad tempus, quo Secun-
dogenita Matrimonium contraheret, quæ, li-
cèt graviſſima ſint; iis tamen maturè perpenſis,
libratiſque etiam aliis, favore Secundogenitæ al-
latis, hæc graviora mihi videntur, utpotè inni-
xa magis veriſimili Teſtatoris voluntati, quæ,
quomodocumque appareat, ſpretâ figurâ verbo- 24
rum, unicè in hiſce Cauſis ſpectanda eſt, ut ſunt
Jura notiſſima, & paſſim advertit *Card. de Luc.*
de Fideicomm., & præſertim *diſc.* 228. *num.* 3.,
*Peregrin. de Fideicomm. art.*11. *per tot.*, *Maſſol.*
Triſmegiſtr. legal. ratiocin. 80. *num.* 115., *&*
ſeqq., *de Comitib. deciſ. Senen.* 31. *num.* 72., *&*
*deciſ.*32. *num.*35., *Rota in Oſtunen. Primogeni-*
turæ 12. *Junii* 1699. *§. Quemadmodum coram*
Rmo dell' Olmo Epiſcopo Conchen., & alibi fre-
quentiſſimè; unde libentiùs trahor in eam ſen-
tentiam, quod æquamentum favore Secundoge-
nitæ nunc, & in actu diviſionis fieri debeat,
ipſâ-

Google

ipſaque eo frui poſſit, tametſi nupta non ſit, nec
apta ad nubendum.

Teſtator enim cupiens, neptes ſuas æquali
patrimonio potiri, ut clariùs, quàm nos dicen-
do verbis explicare poſſimus, declaravit, illis, ali-
bi relatis verbis = *di modo, che l'effetto ſia, che
dette ſue nezze ſiano eguali di patrimonio* = ;
ſciensque, nepti primogenitæ deferendam eſſe
primogenituram Lazzari, tali caſu eveniente,
reliquit aliis neptibus tantum ex ſua heredita-
te per antipartem, quantum Primogenitæ alla-
tura erat d. primogenitura, ità loquens = *Item
ordino, e comando, che, mancando d. Signore
Achille ſenza maſchj, e, facendoſi luogo alla pri-
mogenitura iſtituita dal quondam Lazzaro Padre
di eſſo Signor Teſtatore, in virtù della quale ſuc-
cederebbe in d. primogenitura la figlia primogeni-
ta di d. Signor Co. Achille, però in caſo, che la-
ſci ſuperſtiti altre figlie femine, d. Signor Teſta-
tore laſcia alla Secondo, e Terzogenita figlia, &
a ciaſchedana di eſſe di antiparte tanto della ſua
eredità, che eguagli il valore di d. primogenitu-
ra* = ; ex quibus non obſcurè intelligitur, æqua-
mentum fieri voluiſſe ſtatim, ac neptis primo-
genita obtinuiſſet primogenituram Lazzari, vir-
25 tute illorum verborum = *e facendoſi luogo alla
primogenitura &c., detto Signor Teſtatore la-
ſcia &c.* =, quæ eamdem vim habent, ac, ſi di-
ctum fuiſſet = *e quando ſi ſarà luogo alla primoge-
nitura &c., allora d. Signor Teſtatore laſcia &c.* = ;
proindeque diſpoſitionem quoad æquamentum
26 præcisè alligant tempori, & caſui delationis di-
ctæ primogenituræ, *Peregrin. de Fideicomm.
art. 19. num. 16., & ſeqq., Rodulphin. alleg. 37.
num. 13., Torr. de Primog. tom. 2. quæſt. 36. num.
19., Andreol. contr. 161. num. 18., Rot. Florent.
apud Urceol. deciſ. 19. num. 12., & ſeqq., & apud
de Comitib. deciſ. 31. num. 61., & ſeq., Rota no-
ſtra deciſ. 43. num. 1., & ſeq. part. 13. recent.*

Quod confirmatur etiam verbo illo = *di anti-
parte* =, indicante, priùs eſſe faciendam favore
27 Secundogenitæ deductionem iſtius quotæ here-
ditariæ, correſpondentis primogenituræ Lazzari ;
& reliquum deinde æqualiter inter ipſas Sorores
dividendum, quod non verificaretur, niſi in
actu ipſo diviſionis, & à die delatæ primogeni-
turæ fieri deberet deductio hujus quotæ ; cum
enim contemporaneè aperienda eſſet, prout
aperta fuit, ſucceſſio in hereditate Com. Augu-
ſtini favore fœminarum, & ſucceſſio in primo-
genitura Lazzari favore Primogenitæ, ſi modò
non fieret deductio prædicta, ea nequaquam
fieri diceretur per antipartem, nec ſervaretur
ordo, & voluntas Teſtatoris, relinquentis Se-
cundogenitæ portionem ſuæ hereditatis = *di an-
tiparte* = ; nimirum antequam aliæ partes fie-
rent ; &, quod fortiùs urget, procul abeſſet
28 æqualitas inter neptes, ab ipſo tantoperè exoptata,
quæ quidem æqualitas cum fuerit principalis ra-
tio, & cauſa finalis, propter quam Teſtator or-
dinavit æquamentum prædictum, ut præſefe-
29 runt verba illa, ſuperiùs relata = *di modo, che l'ef-
fetto ſia, che dette ſue nezze ſiano eguali di pa-
trimonio* =, eam proinde ſi Teſtator voluit, vo-
luiſſe cenſetur etiam, æquamentum fieri ſtatim,
ac Primogenitæ delata fuiſſet primogenitura
Lazzari, tamquam neceſſarium antecedens, ſi- 30
nè quo optata æqualitas inter neptes haberi non
poterat, *Bald. in leg. quamvis 5. num. 2., & 3.,
Cod. de Fideicomm., Gravet. conſ. 134. num. 45.,
Manſ. conſult. 17. num. 31., & ſeqq., Sadarin.
reſp. 7. num. 21., Rot. coram Coccin. deciſ. 375.
num. 9., coram Merlin. deciſ. 456. num. 40.*

Nilque turbat declaratio illa = *Che d. conguna-
glio ſi debba far ſolamente a favor di quelle, che
ſi mariteranno carnalmente, e ſtaranno al ſecolo* =, 31
cujus vigore tempus æquamenti faciendi conjun-
ctum dicitur cum tempore Matrimonii, itaut
illud ante Matrimonium fieri nequeat, etenim
Teſtator poſt ſupradicta verba, illis aliis imme-
diatè ſubjunctis; indicavit cauſam, propter quam
d. declarationem adjecerat, ibi = *per la cauſa, e
motivo ſopra eſpreſſo* = ; videndum igitur, quæ-
nam fuerit cauſa iſthæc, ut recto judicio ſtatui 32
poſſit, quid Teſtator voluerit per d. declaratio-
nem, cum in diſpoſitionibus, ordinatis per viam
ultimæ voluntatis, nulla dari poſſit interpretatio
melior illâ, quàm præbet principalis ratio, &
cauſa, quâ Teſtator ad ità diſponendum motus
fuit, *Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 4. nu.
28., Card. Mantic. de conject. lib. 3. tit. 19. n. 8.,
Rota in Peruſina Fideicommiſſi 11. Decembris
1702. §. Præſertim coram Emo D. Card. Scotto,
& in ejus confirmatoria 22. Junii 1703. §. Nec
dici poteſt cor. clar. mem. Card. Priolo*, aut enim
ea talis eſt, quæ oſtendat, Teſtatorem conſule-
re voluiſſe ſolum nuptis, & tunc valebit contra-
rius diſcurſus, ut nempè modò æquamentum
fieri nequeat, ſed expectari debeat tempus, quo
à Secundogenita contractum ſit Matrimonium ;
aut cauſa talis eſt, quæ demonſtret, Teſtato-
rem excludere voluiſſe Religioſas tantùm, &
hoc caſu fatendum erit, æquamentum nunc fie-
ri debere favore Secundogenitæ, in ſeculo ma-
nentis, licèt non nuptæ.

Inveſtigando autem cauſam, propter quam
Teſtator d. declarationem adjecit in ſuperioribus
teſtamenti partibus, ad quas ſe retulit, verbis 33
illis = *per la cauſa, e motivo ſopra eſpreſſo* =, nul-
la alia cauſa invenitur, præter illam deſcri-
ptam in §. *Inoltre ſi dichiara, che quello diſpone
circa quelle, che ſi monacaſſero, non laſciarli meno,
non lo fà per odio, o averſione alla vita religioſa,
ma ſolamente perchè quelle, che eleggeſſero tale
ſtato, non hanno di biſogno di tanta dote, come
quelle, che vivono al ſecolo, e così ſi proteſta in
ogni &c.* =, cui conſonant alia teſtamenti loca,
ex quibus patet, Teſtatorem duplicis tantùm ge-
neris fœminas conſideraſſe, alias nimirum reli- 34
gioſam vitam profitentes, & alias in ſeculo ma-
nentes, inter has indiſtinctè comprehendendo
tàm nuptas, quàm nubendas, ut præſertim per-
ſpicuum ſit ex eo teſtamenti loco, in quo, defi-
cientibus Maſculis, fœminas vocavit, &, ſi quæ
ex eis Religioni ſe addiceret, illi ſubſtituit ab-
ſolutè, & ſimpliciter *quella, o quelle, che ſta-* 35
ranno al ſecolo, abſque ullâ differentiâ inter nu-
ptas, & nubendas.

Cum itàque cauſa, propter quam Teſtator
voluit, æquamentum fieri ſolùm *a favore di
quelle, che ſi mariteranno carnalmente, e ſtaranno
al ſecolo*, non alia fuiſſe videatur, quàm ea,
quia nempè fœminæ Religioni addictæ *non
hanno di biſogno di tanta dote, come quelle, che
vivono al ſecolo*, inde evidens, & apertum red-
ditur, declarationem, ſeù limitationem prædi-
ctam adjectam fuiſſe ad excludendum fœminas
dumtaxat religioſas, non autem generaliter om-
36 nes innuptas, quamvis in ſeculo manentes, ità
expoſcente ratione, deſumptâ ex identitate cau-
ſæ finalis, quæ comprehendit ſeculares omnes
tàm nuptas, quàm innuptas, quinimmò iſtis po-
tiori jure applicatur, quàm nuptis propter indi-
gentiam majoris dotis, ut decentiùs nubere poſ-
37 ſint, ideòque efficit, ut non diverſo, ſed eo-
dem, atque æquali jure cenſeri debeant, *Alto-
grad. ſen. conſ. 60. num. 106., & ſeqq. lib. 1., Me-
noch. conſ. 291. num. 14., Gratian. diſcept. 733.
num. 17., Guttierez. practic. quæſt. lib. 3. quæſt.
19. num. 22., Cancer. variar. reſol. part. 3. cap.
20. de legat. num. 145., Rota coram Coccin. deciſ.
1545. num. 10., & deciſ. 1796. num. 4., in rec.
deciſ. 77. num. 8. part. 10., deciſ. 61. num. 21. part.
14., & deciſ. 16. num. 19., & 20. part. 17.*

Ex hoc verò quemadmodum ſequitur, æqua-
mentum nequaquam ordinatum cenſeri poſſe
dumtaxat favore nuptarum, excluſis aliis innu-
ptis, ſed omnibus in ſeculo manentibus, tam
nuptis, quàm nubendis indiſtinctè deberi; ità
perſpicuum ſit, cauſam finalem d. æquamenti
minimè fuiſſe Matrimonium, multòque minùs
illud ſub conditione Matrimonii ordinatum
fuiſſe, itàut illius effectus, & executio ſuſpenſa,
& dilata dicenda ſit uſque ad purificationem, &
implementum conditionis, adventumque cauſæ
finalis, nempè Matrimonii, & conſequenter,
nonniſi fœminis jam nuptis debeatur, ſed Te-
ſtatorem pro cauſa finali, & conditione, ſinè
quâ æquamentum fieri nolebat, ſolùm conſide-
raſſe permanentiam in ſeculo, per quam habe-
batur finis, unicè ab ipſo in tota ſua diſpoſitione
ſpectatus, excludendi nempè ab hujuſmodi
æquamento fœminas, in Religione profeſſas;
38 Matrimonium verò expreſſiſſe ſolùm quia cre-
didit, fœminas, in ſeculo manentes, certò nuptu-
ras fore, prout communiter, & regulariter acci-
dere ſolet; unde rectè infertur, pro hujuſmodi
æquamento aſſequendo ſufficere Secundogenitæ
ſolam permanentiam in ſeculo, abſque eo quod
opus ſit, ipſam Matrimonium contraxiſſe.

Nec turbat diſpoſitio *Textus in leg. ſancimus
24. Cod. de nupt.*, eo quippè decernitur (omiſſis
aliis reſponſionibus) conditionem nuptiarum
39 non impleri per habitum, & potentiam, ſed per
actum, & rem ipſam, ideòque non ſufficere
nubilem ætatem, ſed Matrimonium actu, & re
ipsâ contrahi debere, ut explicant *Bald., & Sa-
lycet. in eodem Text.*, & de communi opinione
teſtatur *Galganet. de condit. part. 2. cap. 1. quæſt.
48. num. 3., ubi concordan.*; quapropter extra-
neus redditur à caſu noſtro, in quo Matrimo-
40 nium, ut dictum eſt, non requiritur pro forma,
& conditione, ſed ſatis eſt permanentia in ſecu-
lo, ut æquamentum debeatur; quâ ratione nec
etiam applicantur auctoritates, in objecto addu-
ctæ, quia & ipſæ procedunt cum ſuppoſito,
quod Matrimonium omninò requiſitum fuerit,
quod non verificatur in hypotheſi noſtra.

Nec contrarium ſuadet particula = & = poſi-
ta inter Matrimonium carnale, & permanen- 41
tiam in ſeculo, quaſi vel res ſynonimas, & in-
ter ſe dependentes conjungere, vel, tamquam
copulativa, utriuſque copulati concurſum neceſ-
ſariò requirere dicatur, illa enim plerumque
ponitur etiam inter res diverſas, quarum una 42
ſinè alia eſſe poteſt, eàque propter, cum poſſit
dari permanentia in ſeculo abſque Matrimonio,
accipienda non eſt copulativè, adeòut requirat
concurſum utriuſque copulati, *Roman. conſ. 104. 43
num. 4., Alexander conſ. 64. num. 9. vol. 7., Plot.
de in lit. juran. §. 5. num. 33., Barboſ. de diction.
uſufreq. dict. 100. num. 10.*; ſed æque benè, pro-
prièque ſumitur in ſenſu ampliativo, ſeù aug-
mentativo, quo nempè diſpoſitio, priùs reſtricta, 44
& limitata ad certum perſonarum genus dumta-
xat, amplietur, & extendatur, etiam ad alias
perſonas, ſub priori limitatione non comprehen-
ſas, ut in *leg. ea tamen, ubi Gloſſ. ff. de legat. 3.
Bald. conſ. 237., & conſ. 239. lib. 1.*, ubi, quod
ampliat, ſive ponatur inter res diverſas, ſive in- 45
ter duo genera, ſive inter duas ſpecies, làtè *Bar-
boſ. de dict. uſufreq. dict. 110. num. 33. ad 36.,
Mareſcott. variar. reſol. lib. 2. reſol. 66. num. 3.,
Peregrin. de Fideicomm. art. 32. num. 17., &
ſeqq., Rota coram Gregor. deciſ. 21. num. 3., co-
ram Bich. deciſ. 530. num. 11., inter diverſor. de-
ciſ. 57. num. 11. part. 3., in rec. deciſ. 137. num. 4.
part. 16., & deciſ. 119. num. 5. part. 18.*, & in
his terminis ſufficit exiſtentia perſonarum alte- 46
rutrius generis, ut locum habeat diſpoſitio, &
purificata dicatur conditio, *Magon. Deciſ. Flo-
rent. 117. num. 34., Rot. deciſ. 124. num. 10.
part. 14.*

Ut autem rectè determinari queat, in quo
ſenſu in noſtra hypotheſi accepta fuerit particu- 47
la =&=, præcipuè ſpectanda eſt qualitas ſubjectæ
materiæ, ſi enim illa ſtricta, & odioſa eſt, di-
cta particula adjecta dicitur reſtrictivè, & co-
pulativè; ſi verò materia eſt favorabilis, & beni- 48
gnum admittit interpretem, particula =&= appo-
ſita cenſetur ampliativè, & augmentativè, ut
optimè advertit *Cened. Singul. 50. num. 13.*, &
poſt ipſum *Barboſ. de dict. uſufreq. dict. 110. ſub
num. 34.*, in quo ſanè ſecundo ſenſu accipienda
videtur in caſu noſtro, quia agitur de ſervan-
da æqualitate inter neptes, quæ omninò favora- 49
bilis eſt, atque etiam quia in diſpoſitivis concur-
ſus utriuſque copulati minimè requiritur, quan-
do plures qualitates copulantur, non reſpectu
unius, ejuſdemque ſubjecti tantùm, ut per *Text. 50
in leg. 2. ff. de condit. inſtitut., & in leg. falſa
§. final. ff. de condit., & demonſtr.*, optimè di-
ſtinguit *Bald. in leg. Gallus §. 1. col. ultim. ff. de
liber., & poſth., Peregrin. de Fideicomm. art. 32.
ſub num. 18. verſ. ſed contra*, & demum, quia
alioquin ſuperflua videri poſſet expreſſio illa per-
ma-

51 manentiæ in ſeculo, utpotè jam ſatis explicatæ
per Matrimonium carnale, quod ſinè illâ dari
non poteſt, proindeque, ne ſuperflua, & inepta
dicantur verba illa = *e ſtaranno al ſecolo* =, ſed,ut
52 aliquid operentur, quemadmodum exigit recta
interpretandi ratio, *Surd. conſ.55. num.8.*, *Ro-
ta deciſ.51. num.1.*, *coram Arguell. deciſ. 18. n.
14.*, *& deciſ. 85. num.9.*, *& deciſ.615. num. 3.
part.19. recent.*, appoſita cenſeri debent ad effe-
ctum comprehendendi perſonas diverſas ab illis,
quæ continentur ſuperioribus verbis = *che ſi ma-
riteranno carnalmente* =.

Neque verò ad evitandam ſuperfluitatem,
hanc dicta verba adjecta videri queunt ad indi-
53 candum tempus, quo durare debebat fruitio
æquamenti, nempè donec nupta maneret in ſe-
culo, & ad occurrendum fraudibus, quibus
mens Teſtatoris eludi poſſet,contrahendo Matri-
monium, & deinde ad Religionem tranſeundo
tempore, & caſibus permiſſis; nam interpreta-
tio iſthæc longè aberrat à voluntate Teſtatoris
quoad utramque partem, in prima ſiquidem aſ-
ſeritur, Teſtatorem appoſuiſſe verba illa, = *e
ſtaranno al ſecolo* =, ad effectum indicandi tem-
pus durationis æquamenti, non autem illius ini-
tii, quod non à permanentia in ſeculo, ſed à
54 Matrimonio haberi voluiſſe, dicitur, quando ex
ſupradictis conſtat; illa adjecta fuiſſe augmenta-
tivè, & ampliativè, ad comprehendendas nem-
pè fœminas omnes, in ſeculo manentes, quod
implicitè præſefert favori iſtarum non ſolùm
tempus durationis æquamenti, ſed etiam illius
initii, quatenus nempè in ſeculo eſſent; In ſe-
cunda verò ſupponitur, Teſtatorem cogitaſſe
55 caſus, in quibus poſt contractum Matrimonium,
vel, eo adhuc conſtante, vel eo ſoluto, permitti-
tur ingreſſus in Religionem, quod tamen eſt
prorſus inveriſimile, cum iſti caſus, qui rarò
56 accidunt, regulariter minimè conſiderentur,
Maſcard. de probat. concluſ.788. num. 8., *Exco-
bar. de nobilit. quæſt. 8. §.3. num.40.*, *Surd. de-
ciſ. 83. num. 26.*, *Palm. nep. deciſ.181. num.63.*,
de Comitib. deciſ. Florent. 26. num.1., *& ſeqq.*,
deciſ.58. num.23., *Rota coram Priolo deciſ. 141.
num.12.*, *& 13.*

Non omittendo etiam, quod fruſtrà ſubtilio-
ri hâc, & violentâ interpretatione perverti, &
detorqueri contenduntur verba illa = *e ſtaranno
al ſecolo* =, ut nempè famulentur intentioni Pri-
57 mogenitæ, quando alioquin accipi poſſunt in
ſenſu pleno, & naturali, favente Secundogeni-
tæ, quique, utpotè magis æquus, & congruus,
ac Teſtatoris menti conformior, ceteris aliis in-
terpretationibus omninò præferendus videtur,
Angel. conſ.261. num.4., *Alexand. conſ. 179. n.
13. lib.5.*, *Gravet. conſ.363. num. 26.*, *& ſeqq.*,
*& alii apud Thabor. axiom. Jur. lib. 9. cap. 105.
axiom.16.*, *Bonden. collect. legal. 14. num. 75.
vol.2.*; & ſanè, ſi mens Teſtatoris fuit neptes
58 relinquere æquali patrimonio ditatas, quod æquè
reſpicit nuptas, & innuptas, in ſeculo manentes,
59 ſi verba, excluſis ſolummodò Religioſis, apta
ſunt comprehendere fœminas utriuſque generis,
non eſt, cur rigidè interpretanda, & contrà
propriam, ac naturalem ſignificationem, ſive
intelligentiam reſtringenda ſint ad ſolas nuptas, 60
præſertim, quando hujuſmodi reſtrictioni volun-
tas Teſtatoris non aſſiſtit, *leg. non aliter 69. ff.
de legat. 3.*, *leg. 4. §. Toties ff. de damn. infect.*,
Alexand. d. conſ. 179. num.11., *Thabor. loc.cit.*,
de Comitib. deciſ. Florent. 26. num.11.; & præ-
tereà ad mentem Legis agitur de ſervanda æqua-
litate inter Sorores, quæ ſanè æqualitas beni- 61
gniorem, latamque interpretationem expoſcit,
cum per eam ſoveatur, & creſcat amor, lites,
jurgia, diſcordiæque illæ ceſſant, quas plerum-
que ob inæqualitatem oriri inter fratres, & ſo- 62
rores, experientia docet, & admonemur ex *Text.
in leg. cum Pater §. Evictis ff. de legat. 2.*, *& in
leg. ultim. §. Sin autem Cod. de Bon. quæ liber.*,
Roman. conſ.385., *Ruin. conſ.9. lib.2.*, *Riminald.
ſen. conſ.110. num.13.*, *Riminald. jun. conſ. 278.
num.61. lib. 3.*, *Soccin. ſen. conſ.4.*, *& Soccin.
jun. conſ. 108. num.1. in fin. lib. 3.*, ubi, quod in
dubio tenenda eſt opinio, per quam fratres, vel
ſorores reducuntur ad æqualitatem, *Eugen. conſ.
71. à num. 47. uſque ad fin. lib. 2.*, *Alciat. reſp.
1. præſumpt.25. num.6.*

Quamvis enim in contrarium dicatur, ex ta-
li diſpoſitione reſultare potiùs inæqualitatem
reſpectu Primogenitæ tum quoad Bona Teſtato-
ris, tum quoad libertatem diſponendi, tum
quoad jus ſuccedendi, non indè tamen evitari
poteſt benigna, & lata ejuſdem diſpoſitionis
interpretatio, prò qua ſufficit, inter ſorores
æqualitatem in effectu ſervari reſpectu patrimo-
nii proprii cujuslibet ipſarum, tametſi, ſpecta-
tis Bonis Teſtatoris, aliiſque circumſtantiis, 63
inæqualiter diſpoſitum videatur, quia Teſtator
noluit, æqualitatem ſervari in Bonis ſuis, mi-
nùſque conſideravit onera, & jura diſponendi,
& ſuccedendi, magis uni, quàm alteri compe-
tentia, quæ inæqualitatem formaliter tantùm
inducere poterant, ſed, his omnibus poſthabi-
tis, contentus fuit ſolâ materiali æqualitate,
ita ut, viventibus neptibus, una, ſpectato uni-
verſo patrimonio ſibi obtingente, plus non ha-
beret, quàm alia, non curato, an alteri Bona
libera obtigiſſent, alteri vinculata, & alia ſuc-
cedere poſſet in primogenitura, alia non in
æquamento, iſta namque inducunt ſolam inæ-
qualitatem formalem, minimè verò officiunt 64
æqualitati materiali, quam unicè Teſtator reſ-
pexit, verbis illis = *di modo, che l'effetto ſia, che
dette ſue nezze ſiano eguali di patrimonio.* =

Huic demùm interpretationi, quâ ſub illis
verbis = *e ſtaranno al ſecolo* = comprehenſæ di-
cuntur fœminæ omnes, in ſeculo manentes, tam-
etſi non nuptæ, nullatenus obſtant reliqua duo
argumenta, in contrarium adducta, alterum
nempè deſumptum ex eo, quod, procedendo
cum dicto ſenſu, inepta, & ſuperflua remane-
rent illa alia præcedentia verba = *che ſi marite-
ranno carnalmente* =, & alterum ductum ex diſ-
cretiva loquendi forma, quâ Teſtator uſus fuit
in hac ſua diſpoſitione; Primum namque facilè

Digitized by Google

65 removetur, animadvertendo, Teſtatores ſæpiùs
nonnulla etiam adijcere, ut abundent, *leg. teſtamentum non ideò 17. Cod. de teſtam.*, *leg. non*
ſolent 95. ff. de regul. jur., *Rota coram Mantic.*
deciſ.14. num.18., *in rec. deciſ.348. nu.12. part.*
6., proindeque argumentum, à ſuperfluitate
66 ſumptum, tamquàm nimis debile, paſſim à Doctoribus reijcitur, teſte *Rodulphin. allegat. 114.*
num.35., nulloque pacto procedit, quando,
admiſſo etiam alio intellectu, reſultaret aliun-
67 dè idem ſuperfluitatis abſurdum, prout in caſu
noſtro ſuperflua eſſent verba illa = , *e ſtaranno al*
ſecolo = , ut alibi demonſtratum eſt, & notat
idem *Rodulphin. allegat.38. num.8.*, *allegat.64.*
num.10., præter quam quod in hypotheſi ſuper-
68 flua dici nequeunt verba illa = *che ſi mariteranno*
carnalmente = utpotè adjecta ad exprimendum
id, quod frequentiùs accidere ſolet, nam, ut
alibi dictum eſt, fœminæ in ſeculo manentes,
regulariter nubunt; ſuperfluum autem non di-
citur id, quod aliquid etiam minimum opera-
69 tur, *Rot. deciſ.168. num.21. part. 6. rec.*, & in
omnem caſum, cum ex aliis validioribus argu-
mentis, & conjecturis conſtet de contraria vo-
70 luntate Teſtatoris, potiùs toleranda erit aliqua
verborum ſuperfluitas, quàm ab illa vel paulu-
lùm recedatur, *Rot. dict. deciſ.490. num.7.*, *&*
ſeqq. part. 4. diverſor., non enim attenditur
71 ineptitudo verborum, ſed voluntas Teſtatoris,
Peregrin. de Fideicomm. art.11. num.5.

Eâdemque reſponſione tollitur alterum argu-
mentum, à diſcretiva loquendi forma deductum,
illud enim corruit, & nihil urget, quoties, ut
72 hic, apparet, Teſtatorem habuiſſe utramque
locutionem prò ſynonima, *Rot. deciſ. 269. nu.*
73 *28. part.15.*, & majoris dumtaxat explicationis
gratiâ diſcretivo loquendi modo uſum fuiſſe,
Rota coram bon. mem. Emerix jun. deciſ.1229. nu.
8., *in rec. deciſ.220. num. 9. part.11.*, ac inſuper
74 indicando cauſam, ſe retuliſſe ad præcedentia,
Rota coram bon. mem. Emerix jun. deciſ. 1144.
num.11., Verùm prætereâ, attentâ voluntate
75 Teſtatoris argumentum prædictum commodè
retorqueri poteſt, ut dixit *Rota deciſ.345. num.*
11. part.16. recent.; Si enim ab una teſtamenti
parte rectè argui valet ad aliam, ad *Text. in leg.*
qui filiabus ff. de legat.1., *Peregrin. conſ.30. nu.*
5. lib.8., *Ruin. conſ.146. num.8. lib. 2.*, *Fuſar.*
de ſubſtitut. quæſt. 339. num. 36. & ſeq., *Rota*
Florent. apud de Comitib. deciſ.1. num. 33., *Rota noſtra in rec. deciſ.171. num.8., & 9. part.12.*,
& in Fulginaten. Primogenituræ 14. Junii 1700.
§. Quin coram bo. me. Molines; Profectò, ſicuti
in omnibus aliis partibus excluſæ apparent fœ-
minæ dumtaxat, in Religione profeſſæ, & reli-
quæ omnes, in ſeculo degentes, ſive nuptæ, ſive
innuptæ, indiſtinctè admiſſæ, ità quoque ſecula-
res omnes indiſtinctè vocatæ cenſeri debent in
ea parte, in qua, præter expreſſam, & ſpecialem
mentionem fœminarum nubentium, fit etiam
76 mentio generalis aliarum in ſeculo manentium,
ob eam validiſſimam rationem, quia nimirum
voluntas Teſtatoris in una, eademque diſpoſi-
tione, & quoad eaſdem perſonas ſemper uni-
formis præſumitur, ut, relatis concordantibus,
dixit *Rota in Oſtunen. Primogenituræ 12. Januarii 1699. §. Vocatio coram R̃mo dell' Olmo Epiſcopo Conchen.*, præcipuè, quando, ut in hypo-
theſi, nulla diverſitatis ratio aſſignari poteſt,
Gabriel. conſ.16. num.52., *Rot. deciſ.229. num.*
8. coram Celſo, *in rec. deciſ.478. nu.11.*, *& 12.*
part.18.

Primum Dubium jam confectum eſt, etſi
enim quæſtio omnis, quæ pendet ex conjectu-
ris, dubia ſit, & anceps ob alias, quæ in con- 77
trarium urgere poſſunt, ad tradita per *Rot. coram Bich. deciſ.612. nu.15. & ſeq.*, *coram Cerr.*
deciſ.538. num.3., *& ſeq.*, *& apud Palm. deciſ.*
88. num. 7., *& ſeqq.*, ideòque difficilè redda-
tur certum judicium, ſententiamque de ea fer- 78
re; nihilo tamen minùs ex hactenus dictis ſatis
demonſtratum videri poteſt, æquamentum ju-
dicio Teſtatoris favore Secundogenitæ facien-
dum eſſe ſtatim, ac Primogenitæ delata fuiſſet
primogenitura Lazzari, abſque eo quod opus
eſſet expectare tempus Matrimonii, ab eadem
Secundogenita contrahendi; quamobrem reli-
quum modò eſſet agere de ſecundo Dubio, in
quo quæritur = *an caſu, quo ad faciendum æquamentum expectari debeat Matrimonium Secundogenitæ, eo deindè ſecuto, illi debeantur fructus æquamenti à die diviſionis, aut à die tantùm contracti Matrimonii?* = ; Verùm, quia iſtud
omninò dependet à primo, eo proindè favore
Secundogenitæ reſoluto, ut ſcilicet æquamen-
tum fieri debeat nunc, & in actu diviſionis,
ceſſat omnis quæſtio quoad ſecundum, ſuper
quò ideò ſuperfluum ducens diutiùs immorari,
improbo labori parcendo, pauca hæc dixiſſe, ſa-
tis ſuperque exiſtimo.

Spoletana Succeſſionis.

Statutum Trebii Mulierem ab aliqua ex perſonis, in eo nominatis, dotatam, ab omnium hereditate excludit, Maſculo ex illis exiſtente. ex eodem Statuto dos loco Legitimæ ſuccedit. Quando autem Legitimæ loco dos, ex Statuto, ſuccedere dicatur, etiam, cum fœminas illud excludit propter Maſculos? Et quando Legatum dotis non conditionale, ſed purum, & abſolutum cenſendum ſit? Statutum excludens propter Maſculos fœminas dotatas ut locum habeat, quando non requiratur earum dotatio delatæ ſucceſſionis tempore? Fœminis à Statuto excluſis propter Maſculum, qui ſit de progenie Avi, aut Patris, Matris, Sororis, Fratris, Avunculi, vel Patrui, illæ à fratre, etiam conſanguineo excluſæ, hic autem Avum maternum vincere dicendus eſt.

VO-

VOTUM XV.

1 *Legitima filiis prohiberi nequit, niſi ſervatá* Soccini *cautelá.*

2 *Legitima non cenſetur prohibita,* quoties Soccini *cautela neque expreſsè, neque per æquipollens ſervata fuerit.*

3 Statutum Trebii *fœminas dotatas à ſucceſſione excludit.*

4 *Statuta fœminarum excluſiva procedunt in ſucceſſione inteſtatá, non quando heredes inſtitutæ ſint.*

5 *Quo caſu cenſetur Pater à Statuto recedere voluiſſe.*

6 *Statutum fœminarum excluſivum locum non habet in filia inſtituta, licèt gravata per fideicommiſſum reſtituere.*

7 *Legitimæ detractioni obſtat ejuſdem renunciatio facta à filia.*

8 *Limita, ſi eam deindè Pater heredem inſtituerit.*

9 *Pater, à filia renunciatione acceptá, jus ſuum illi poteſt cedere.*

10 *Renunciatio Legitimæ, facta à filia, ex ejus mente judicanda eſt.*

11 *Filia renuncians favore fratris, cenſenda non eſt ſpem etiam ſuccedendi ex teſtamento dimiſiſſe.*

12 *Pater, à filia renunciatione acceptá, cenſendus non eſt ſibi jus voluiſſe adimere illam heredem relinquendi.*

13 *In Legitimam imputandum eſt, quidquid ex hereditate, unde detrahenda eſt, recipitur.*

14 *Heres rectè agit ex jurium ceſſione, ab ejus Auctore reportata.*

15 *Legata in cauſſam dotis regulariter ſub conditione nuptiarum relicta cenſentur.*

16 *Eáque non purificatá, ad heredes non tranſmittitur.*

17 Statutum Trebii *Mulierem à ſucceſſione Avi, Patris, Matris, Fratris, Sororis, Avunculi, & Patrui excludit, quoties ab eorum aliquo dotata ſit,* & num. 18.

19 *Ex dicto* Statuto *Legatum dotis nequit cenſeri ſub nuptiarum conditione, ſed purum,* num. 20.

20 *Statuto mandante, Mulierem ab aliquo ex nominatis dotatam, aliud non poſſe petere, Legatum dotis purum cenſendum eſt.*

21 *Tamquam loco Legitimæ ſubrogatum.*

22 *Præſertim, ſi idem Statutum filiæ, donec nubat, de alimentis non provideat.*

23 *Statuti ea non eſt capienda interpretatio, per quam filia dote, & alimentis privari poſſet.*

24 *Teſtator Statuto ſe conformaſſe præſumitur,* & num. 38.

25 *Legatum dotis nepti relictum cum prohibitione aliud petendi, tamquam naturam Legitimæ aſſumens, purum eſt, atque ad heredes tranſmiſſibile.*

26 *Teſtater ad ſervandam æqualitatem inter neptes, à ſe Legatis honoratas, cenſetur eorum tranſmiſſibilitatem voluiſſe, ſicut in una, quæ nupſit, ita in altera, quæ non.*

27 *Contrarium, ubi Legata ejuſmodi ſint conditionalia, cum par nequeat eſſe ratio implentis, ac non implentis conditionem.*

28 *Id tamen limitatur in dubio, an purè, vel ſub conditione relicta ſint.*

29 *Dos ex Statuto ſuccedit loco Legitimæ, quando illud à dotatione incipit.*

30 *Item, quando mandat, Mulierem dote ſibi conſtitutá, vel promiſsá ab aliquo ex nominatis contentam eſſe.*

31 *Et quando illi de alimentis non providet donec nubat.*

32 *Tum denique, quando fœminas temporaliter ſolùm excludit, & donec extant Maſculi.*

33 *Fœmina excluſa, donec exiſtant Maſculi, extranea nequit dici, ſed verè ſua remanet.*

34 Statutum Trebii *fœminas propter Maſculos excludit.*

Non tamen abſolutè, & independenter ab earum dotatione, num. 35.

35 *Statuto fœminas excludente propter Maſculos non abſolutè, & independenter ab earum dotatione, poteſt adhuc earum dos ſuccedere loco Legitimæ.*

36 *Dotes ſtatutariæ, ut dicantur, vel non loco Legitimæ ſuccedere, omnia ſimul, & unitim conſiderandæ ſunt.*

37 *Dotes ſtatutariæ ut cenſeantur loco Legitimæ ſuccedere, ſufficit, quod res dubia ſit.*

Per talem enim interpretationem ſit reditus ad jus commune, ibid.

39 *Legatum dotis, quoties hæc loco Legitimæ ſuccedat, ad heredes Legatariæ eſt traſmiſibile, eá etiam innuptá decedente,* & num. 42.

40 *Dos regulariter ſinè Matrimonio nequit eſſe.*

41 *Intellige quoad propriam formam, non quoad effectum tranſmiſſionis.*

42 *Dos, etiam ante Matrimonium, ſumit naturam Legitimæ.*

43 *Patri defuncto æqualiter, & in capita ſuccedunt filii tum primi, tum ſecundi Matrimonii.*

44 *Et tàm mares, quàm fœminæ.*

45 *Statuto, ob exiſtentiam Maſculi ex perſonis nominatis, excludente fœminas, filiæ tàm primi, quàm ſecundi Matrimonii à Maſculo ex ſecundis nuptiis excluduntur.*

46 *Statutum excluſivum fœminarum, dummodo dotatæ ſint, locum non habet, quoties delatæ ſucceſſionis tempore dotatæ non reperiantur,* & num. 62.

Limita, ſi uná ſimul reſpiciat favorem Maſculorum, num. 48.

Quod tamen intellige, ſi primariò eorum favorem, ſecùs, ſi primariò reſpiciat fœminarum dotationem, num. 49.

Et quomodò hæc valeant deſumi ? num. 54., & ſeq.

47 Statutum Trebii *incipit à dotatione, & fœ-*

Digitized by Google

fœminas excludit, quatenus ſiat dotata.

50 *Fœminarum excluſionis ratio formalis habita à Statuto, ſi fuit favor Maſculorum, non verò earum dotatio, hac deficiente, non tamen ceſſat excluſio illarum.*

51 *Theorica* Caſtrenſis in L. Titio centum ſ. Titio genero ff. de condit., & demonſtrat. *procedit, quando in contrarium non urget voluntas Statuentium.*

52 *Statuentium potiùs voluntas attendenda eſt, quàm verborum ordo.*

Ex eo enim ſimplex dumtaxat conjectura poteſt deſumi, ibid.

53 Statutum Trebii *fœminas principaliter propter Maſculos excludit, non propter dotem.*

54 *Statutum ob unicam dotem, conſtitutam à quacumque ex perſonis in eo nominatis, fœminas excludens, principaliter reſpicere cenſetur favorem Maſculorum, non dotem à Muliere receptam.*

55 *Fœminarum excluſionis ratio formalis, habita à Statuto, quando fuit earum dotatio, fœmina excluditur ab hereditate Dotantis, non aliorum, qui non dotarunt.*

56 *Statutum fœminas principaliter propter Maſculos, non propter dotem excludere, arguitur ex earum demandata excluſione ab Avi hereditate.*

Item, ſi excludat fœminas, à fratribus dotatas, num. 60.

Et, ſi illas etiam excludat, quibus dos non conſtituta, ſed ſolùm promiſſa fuerit.

57 *Fœminarum excluſio quando eſt correſpectiva ad dotem, hæc ad effectum excluſionis debet eſſe conſtituta apertæ ſucceſſionis tempore.*

58 *Raro neptes dotatæ reperiuntur tempore mortis Avi.*

59 *Statuentes caſibus communiter accidentibus proſpicere voluiſſe præſumuntur.*

60 *Fratres non tenentur, nec ſolent dotare ſorores, niſi poſt Patris obitum.*

62 *Statuto excludente fœminas propter dotem, non ſufficit ſola illius promiſſio.*

63 *Statutum excludens fœminas dotatas abſque mentione congruitatis dotis, actum potiùs, quàm modum dotationis conſideraſſe dicitur.*

64 *Et non dotem, ſed favorem Maſculorum primariò contemplaſſe.*

65 Statutum Trebii *favore Maſculorum eſſe conditum, firmavit* Sacra Rota.

66 *Statuti vigore ſi dos loco Legitimæ ſuccedat, fœminarum excluſio non propter Maſculos, ſed propter dotem cenſenda eſt.*

Contrarium, quod nempè non implicet dotis ſubrogatio loco Legitimæ, atque excluſio propter Maſculos, & num. 68., & 69.

68 *Statuto excludente fœminas propter Maſculos, dotatio non requiritur apertæ ſucceſſionis tempore, ſecus, quum dos loco Legitimæ ſuccedit.*

69 *Intellige, hoc caſu dotem quandocumque peti poſſe, illarum tamen excluſionem non ceſſare, licèt conſtituta dos non fuerit.*

Poteſt enim conſtitui etiam poſt delatam hereditatem, ibid., & num. 60.

70 *Statutum fœminarum excluſivum propter Maſculos locum non habet in fratre tantùm conſanguineo.*

Et quando ſecus ? num. 71., & 72.

71 *Ex* Statuto Trebii *excludente fœminas propter Maſculos de progenie Avi, Patris, Matris &c. earum excluſio, etiam favore fratris conſanguinei inducta dici debet*, & nu. *75. dicto; ratio* & num. 72.

72 *Etiam frater conſanguineus dicitur de progenie Patris*, & num. 80.

73 *Dos loco Legitimæ ſuccedens, mulieri, ſeu ejus heredibus debetur libera ab omni onere, etiam antè nuptias, & unà cum fructibus à Patris obitu.*

74 *Dos filiæ omninò debetur in Bonis Patris.*

77 *Avus maternus concurrit cum fratribus, & ſororibus utrinque conjunctis, & vincit alios conjunctos ex unico tantùm latere.*

78 *Præſertim, ſi eidem Avo hi non attineant.*

79 *Statutum, non jus commune, attenditur in regulanda ſucceſſione.*

80 *Ex Statuto Trebii Avus maternus excluſus cenſendus eſt à fratre conſanguineo.*

81 *Ille namque non eſt Maſculus de progenie, à Statuto conſiderata.*

82 *De progenie alicujus is dicitur, qui ab illo deſcendit, & mediatè, vel immediatè progenitus eſt.*

83 *Filia dicitur de progenie Patris, non ita Pater de progenie filiæ.*

84 *A Statuto non comprehenſus quis inter perſonas excludentes, ejus diſpoſitione juvari nequit.*

QUÆSTIO eſt ſuper ſucceſſione in hereditate tum bon. me. Æmiliani de Andreangelis, nuper ab inteſtato defuncti, tum bon. mem. Criſpoltæ ejus filiæ, quæ pauló poſt Patrem pariter inteſtata deceſſit; ad primam namque contendunt ſex filii, ex diverſo thalamo progeniti, tres ſcilicet ex primo, nimirum D. Sancta, Criſpolta, & Lauditia, ſuſceptæ, ex bon. mem. Catharina de Andreolis prima uxore, & DD. Joſeph, Catharina, & Maria, ex bon. mem. Anna Brigitta de Natalutiis ſecunda uxore procreati; Ad ſecundam verò, præter ſupradictos, Joſephum nempè fratrem conſanguineum, & Catharinam, & Mariam, ſorores pariter conſanguineas, nec non Sanctam, & Lauditiam utrinque conjunctas, adſpirat etiam D. Ventura de Andreolis Avus maternus dict. bon. mem. Criſpoltæ.

Cum itaque rogatus fuerim prò veritate dicere, quinam in dictis hereditatibus ſuccedere debeant, & prò qua rata, videlicet quâ regulâ inter eos ſtatuenda ſit ſucceſſio; ordiendo ab hereditate Æmiliani, ſuper qua inter filios dumtaxat

xat primi, & ſecundi Matrimonii eſt contro-
verſia; antequam id aggrediar, inquirendum
eſſe, cenſui, an ad augendam hereditatem dicti
Æmiliani ullæ competerent detractiones ex fi-
deicommiſſo Venturę Caraffini, per obitum ejuſ-
dem Æmiliani purificato favore Joſephi uni-
ci ejus filii maſculi ſuperſtitis, deinde verò,
conſtabilitâ quantitate patrimonii præfati Emi-
liani, examinandum, & in ſenſu veritatis reſ-
pondendum erit, ad quos illud ſpectet, & quo-
modo dividendum ſit?

Ut autem recto judicio ſtatui, & definiri poſ-
ſit, an ullæ reverà detractiones competant ex
prænotato fideicommiſſo, brevem illius noti-
tiam præmittere oportet, quæ ità ſe habet. In
ſuo ultimo, cum quo deceſſit, teſtamento Ven-
tura Caraffinus, legatis titulo dotis ſcutis 300.
prò qualibet Lauditiæ, & Thereſiæ neptibus ex
Sancta filia, nupta bo. me. Criſpolto de Andre-
angelis, in reliquis ſuis Bonis heredem univerſa-
lem iuſtituit dictam D. Sanctam, cui quandocum-
que morienti ſubſtituit Æmilianum, & Gaſpa-
rem, alioſque filios, ab ipſa naſcituros, cum re-
ciproco, & perpetuo fideicommiſſo favore De-
ſcendentium maſculorum, prohibitâ quacum-
que detractione, ut latiùs perſpici poteſt ex te-
ſtamento; quod quidem fideicommiſſum per
obitum Æmiliani procul dubio purificatum fuit,
ut ſupra dictum eſt, favore Joſephi ejus unici
filii maſculi, cumque modò quæratur, an ulla
hujus fideicommiſſi Bona libera remanere po-
tuerint in patrimonio dicti Æmiliani, jure de-
tractionum ipſi ſive ex perſona propria, ſivè
Sanctæ ejus Matris, & heredis gravatæ compe-
tentium?

Primo oculorum conjectu obſtare poſſe vide-
retur expreſſa prohibitio cujuſcumque diminu-
tionis, atque detractionis, in teſtamento ſemel,
atque iterum, iterumque indicta; Verùm illi-
cò perſpicitur, illam locum ſibi vindicare poſſe
quoad detractionem dumtaxat trebellianicæ,
nam quoad Legitimam, Sanctæ filiæ, & heredi
1 gravatæ debitam, certi, & explorati juris eſt,
illam prohiberi non poſſe, niſi cum vulgata
cautela *Soccini*, quæ cum neque expreſsé, ne-
que per æquipollens ſervata appareat in caſu no-
ſtro, recte indè arguitur, Legitimæ detractio-
2 nem prohibitam non eſſe, ad tradita per *Ro-
tam coram bon. mem. Emerix jun. deciſ. 687. num.
6., & deciſ. 991. num. 9. & 10., in recent. deciſ.
653. num. 13. part. 1., & deciſ. 119. num. 2., & 3.
part. 14., & alibi paſſim*.

Nec illius detractioni obeſſe poteſt Statutum
municipale Terræ Trebii, quod in *rubr. 7.*, rela-
3 ta apud *clar. mem. Card. de Luca de Statut. ſuc-
ceſſ. partic. 165.*, excludit fœminas dotatas à
ſucceſſione, jubetque, eſſe contentas dote, ipſis
traditâ, vel promiſſâ ab aliqua ex perſonis, in
Statuto nominatis, ſinè ſpe aliud conſequendi
aliquâ ratione, vel causâ, quoniam, præter-
miſſis aliis reſponſionibus, ad rem noſtram exu-
4 berat illa, quod videlicet iſtud, ut cetera ſimi-
lia Statuta excluſiva fœminarum procedant ſo-
lummodò reſpectu ſucceſſionis inteſtatæ, non
verò, quoties, ut in hypotheſi noſtra, filia à
Patre in teſtamento agnita fuit, & heres inſti-
tuta, ut communiter tradunt *Manent. conſ. 13.
num. 4. & ſeqq., & num. 10. & ſeq., Conſtan-
tin. ad Statut. Urb. annot. 39. artic. 2. num. 71.,
& pluribus ſeqq.*, ubi plures alii cumulantur
concordantes, *Rot. deciſ. 60. num. 16., & ſeqq.
part. 7., deciſ. 112. num. 1., & ſeqq. part. 17.*;
Per hujuſmodi namque actum inſtitutionis cen- 5
ſetur, Patrem voluiſſe recedere à diſpoſitione
Statuti, & filiam ad ſucceſſionem reintegrare,
ut probant relati per *Conſtantin. loc. mox citat.*,
& ideò tali caſu contra mentem, & voluntatem 6
Patris Statutum excluſivum locum ſibi vindica-
re nequit, licèt filia, heres inſtituta, gravata
fuerit hereditatem per fideicommiſſum reſti-
tuere, ex notatis ab eodem *Conſtantino ad Sta-
tut. Urb. dict. annot. 39. art. 2. num. 105., & fir-
mavit Rota deciſ. 110. num. 9. & ſeqq., & deciſ.
175. part. 7., & deciſ. 183. part. 8. rec.*

Ob non abſimilem rationem prò deneganda
Legitimæ detractione obtendi non poteſt renun- 7
ciatio, quæ facta dicitur à Sancta filia occaſio-
ne dotis, à Patre receptæ; quia de hujuſmodi
renunciatione hactenus in facto non conſtat, &,
quatenus etiam conſtaret, iſtiuſmodi detractio-
nem impedire non poſſet, quippè illius effectus
ceſſaſſet per actum inſtitutionis filiæ renuncian-
tis, factum à Patre renunciatario, cujus vigore
filia procul dubio reintegrata fuit, & Pater ju- 8
ri, ac beneficio ſuo ceſſit commodo ejuſdem
filiæ renunciantis, quemadmodum facere po-
tuiſſe, non dubitatur, & tradit *Rota in Romana,
ſeù Viterbien. Legati 26. Junii 1709. §. Sub* 9
*examine coram R.P.D. Criſpo, in Romana Im-
miſſionis 2. Martii 1711. §. Superfluum coram
Emo D. Card. Scotto, & in Romana renuncia-
tionis 3. Julii ejuſdem anni §. præmiſſis coram
Rmo Aldrovando*; magiſque perſpicuum reddi-
tur, inſpectâ veriſimili mente, & intentione
Renunciantis, & Renunciatarii, quam in hiſce 10
Cauſis præcipuè attendendam eſſe, monet in
propoſito *Rota in dicta Romana renunciationis 3.
Julii 1711. §. Quibus tamen coram Rmo Aldro-
vando*; nemo enim, recto ſenſu præditus, facilè 11
ſibi ſuadere poterit, quod filia renuncians vo-
luerit omninò dimittere ſpem ſuccedendi in
Bonis Patris, etiam in caſu, quo illam reliquiſ-
ſet heredem; quodque Pater recipiendo talem
renunciationem intellexerit ſe obſtringere ad re- 12
linquendam hereditatem Extraneo in præjudi-
cium propriæ libertatis, & ſobolis, juxtà nota-
tata per *clar. mem. Card. de Luca in conflict. le-
gis, & ration. in ſupplem. part. 3. obſervat. 253.
§. 1., & proſequitur Rota in dicta Romana re-
nunciationis coram Rmo Aldrovando loco mox
citato*.

Ambigi itaque minimè poſſe videtur, in no-
ſtra hypotheſi, Legitimam detrahi poſſe, ve-
rùm, quia hujuſmodi detractio facienda eſt ex
perſona Sanctæ filiæ, ad jura ſucceſſionis, ex
ſupradictis, à Patre redintegratæ, inde ſequi-
tur,

Digitized by Google

tur, locum eſſe imputationi dotis, ab eadem San-
13 cta receptæ, cum certi, & explorati juris ſit,
in Legitimam imputandum eſſe totum id, quod
quis conſequitur ex ſubſtantia illius, de cujus
hereditate illa detrahenda eſt, *leg. ſcimus §. Re-
plet ıuuem Cod. de inoffic. teſtam., Auth. noviſſima
Cod. eodem tit., & eſt communis Doctorum tra-
ditio in leg. quartam, ubi Ripa num. 134. ff. ad
leg. falcid., Surd. conſ. 206. num. 8. lib. 2., Gal-
van. conſ. 1. num. 153., Cancer. variar. part. 1.
cap. 3. de legit. num. 62., Bottiglier. de renunc.
ſucceſſ. cap. 2., Theorem. 46. num. 40., Torr. de
pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 24. num. 180., Rot.
coram Burat. deciſ. 231. num. 13., coram Royas
deciſ. 157. num. 4., coram Merlin. deciſ. 828.
num. 18., & per tot., in rec. deciſ. 117. nu. 8.
part. 11.*

Legitimæ verò ſic detrahendæ, nimirum præ-
viâ imputatione dotis, à Sancta receptæ, accedit
alia detractio ſcutorum 300., quæ ſimili titulo
dotis, à Ventura Teſtatore relictæ Thereſiæ nep-
ti occaſione illius Matrimonii, de proprio ſolu-
ta fuerunt à Gaſpare, & Æmiliano de Andre-
angelis, ejuſdem Thereſiæ fratribus, reportatâ
14 jurium ceſſione, cujus vigore rectè modo age-
re poteſt Joſeph illorum heres contra heredita-
tem Legantis, ad tradita per *Conciol. de hered.
artic. 1. num. 245., & ſeqq., ubi concor-
dantes.*

At non etiam agere poſſe videbatur titulo ſi-
milis Legati, ab eodem Ventura relicti Laudi-
tiæ alteri nepti, & reſpectivè ſorori Thereſiæ,
15 quia, cum hæc innupta deceſſerit, purificata
non dicitur conditio illa nuptiarum, ſub qua re-
gulariter hujuſmodi Legata pro dote relicta
cenſentur, juxtà theoricam *Bartol. in leg. Titio
centum §. Titio genero ff. de condit., & demonſtr.*,
quam, latè plures caſus diſtinguendo, exornat
*Card. Mantic. de conject. lib. 11. tit. 32. per tot.,
& præſertim ſub num. 27., & ſeq., & tit. 23.,
Rot. deciſ. 211. nu. 3. & 4., & deciſ. 408. num.
4. part. 18. rec., & in Fulginaten. fructuum 19.
Januarii 1703. §. Tamen coram R̃mo Lancetta
Decano*, & per conſequens illud tranſmitti non
16 potuit ad heredes, *leg. unic. §. Sin autem ali-
quid ſub conditione Cod. de Caduc. tollen., leg.
Intercedit ff. de condit., & demonſtr.*, & apertè
deducitur ex *dict. leg. Titio centum §. Titio ge-
nero verſ. antè nuptias ff. eodem, & benè in ſpecie
Card. Mantic. de conjectur. dict. lib. 11. tit. 22.
num. 8. & ſeqq., & num. 48., & ſeqq.*

Sed nihilominùs tamen, inſpectâ diſpoſitio-
ne Statuti, in contrariam ſententiam libentiùs
inclinarem, quia, cum illius vigore Mulier
propter dotem ab Avo relictam excluſa procul
17 dubio cenſeatur ab hereditate nedum ipſius A-
vi, verùm etiam Patris, Matris, Fratris, So-
roris, Patrui, & Avunculi, ut apertè præſefert
litera ejuſdem Statuti *rubr. 7. apud clar. mem.
Card. de Luca de teſtament. ſucceſſ. partic. 165.*,
ibi = *Statuimus, & ordinamus, quod, ſi aliqua
Mulier fuerit, vel eſſet dotata ab Avo, à Patre,
à Matre, à Fratre, à Patruo, vel Avunculo,
dotis ſibi data, vel promiſſa, aut ordinatæ, vel
relictæ, ſit, & eſſe atque ſtare debeat contenta,
ita quod non poſſit per ſe, vel per aliquam perſo-
nam, vel ejus ſucceſſores habere recurſum ad he-
reditatem Avi, Patris, Matris, Fratris, Soro-
ris, Patrui, aut Avunculi, vel alicujus eorum,* 18
*dummodo fuerit dotata ab aliquo ipſorum aliquâ
ratione, vel cautâ &c.* =; Si diceretur, hujuſmo-
di Legatum dotis eſſe conditionale, ſæpe ſæpius
accideret, quod mulier, & hereditatibus, &
Legato careret, quando videlicet, ut in caſu 19
noſtro, innupta decederet; quod cum nulla
æqui, bonique ratio permittat, Legatum idcir-
cò dotis tali caſu purum cenſeri debet, ex diſpo-
ſitione Statuti, maximè, quia Statutum diſpo-
nit, mulierem eſſe contentam dote ſibi relictâ, 20
& nihil amplius petere poſſe, quo caſu eò cer-
tiùs dicendum eſt, Legatum purum eſſe, &
Statuentes voluiſſe, illud ſtatim peti poſſe non
ſolum quia, veluti proprium mulieris patrimo- 21
nium, loco Legitimæ ſubrogatum fuiſſe, cenſe-
tur, ſed & multo magis, quia alioquin, cum
Statutum non provideat filiæ de alimentis, do- 22
nec fuerit nupta, quinimmò jubeat, illam eſſe
contentam dote ſibi relictâ, & nihil ampliùs
petere poſſe, ſequeretur, quod, mortuo Patre,
illa nec dotem, nec alimenta haberet, non
quidem dotem, quia nondum purificata eſſet
conditio nuptiarum, nec etiam alimenta, quia
ſibi eſſet relicta dos, quâ contenta eſſe deberet,
& aliud petere prohiberetur ex diſpoſitione Sta- 23
tuti, & propterea Statutum per indirectum pri-
varet filiam alimentis, quod naturali juri, &
rationi repugnat, ut poſt *Abb. conſ. 92. num. 3.
lib. 2., Riminald. jun. conſ. 157. num. 9., Anca-
ran. conſ. 232. num. 1. ad fin., Menoch. conſ. 251.
num. 48., & ſeqq. obſervat., Card. Mantic. de
conject. lib. 11. tit. 23. num. 36., & ſeqq.*

Menti verò Statuti optimè conſonare, & con-
formem eſſe etiam voluntatem Teſtatoris, ne- 24
dum regulariter præſumitur, *Bartol. in leg. here-
des mei §. Cum ità num. 4. ff. ad Trebell., & latè
Card. Mantic. de conjectur. lib. 6. tit. 7., & lib.
11. tit. 23. num. 34. & alii paſſim*, verum etiam
probatur ex eo, quod neptibus reliquit dotem
jure inſtitutionis, & cum prohibitione aliud pe-
tendi ſuper Bonis, & hereditate ſuâ, quo caſu 25
Legatum dotis, tamquam aſſumens naturam
Legitimæ purum eſſe, & ad heredes tranſmitti,
docuit in propoſito *Card. Mantic. d. lib. 11. tit.
23. num. 21. & duob. ſeqq., & num. 33. & ſeqq.*,
& confirmatur etiam ex illa alia circumſtantia,
quod nimirùm d. Legatum dotis relictum fuit 26
duabus neptibus, quarum altera nupſit, & con-
ſequenter indubiè tranſmittit; Unde veriſimile
eſt, Teſtatorem voluiſſe, quod altera etiam
tranſmitteret ad ſervandam æqualitatem inter
hujuſmodi neptes, æquè dilectas, *Ancaran. conſ.
323. verſ. item poſtquam una ex filiabus, Soccin.
ſen. conſ. 92. n. 8. lib. 1., Menoch. conſ. 251. n. 38.*,
quam conjecturam etſi non probet *Card. Man-
tic. tit. ſupracitat. num. 32.*, quoties ex teſtamen-
ti verbis appareret, Relictum eſſe conditionale, 27
nam

Digitized by Google

nam tunc ex eo, quod nupta tranſmittat, quia
implevit conditionem, non ſequitur, quod alte-
ra etiam, quæ non implevit, tranſmittere de-
beat; Eam tamen recipit, & admittit in caſu,
28 quo, ut in hypotheſi, probabiliter dubitari poteſt,
an Legatum dotis ſit relictum purè, vel ſub con-
ditione, ut liquet ex *d. num. 32. verſ. ſed hæc con-
jectura*.

Quibus ſi addatur, dotem vigore noſtri Sta-
29 tuti ſuccedere loco Legitimæ tum quia Statutum
incipit à dotatione, juxtà theoricam *Caſtreaſ. in
leg. Titio Centum §. Titio genero ff. de condit. &
demonſtr.*, à *Rota* paſſim receptam, ut teſtatur
in deciſ. 78. num. 12., *poſt Conſtantia. ad Statut.
Urb.*, tum quia Statuentes præcipiunt, Mulie-
rem contentam eſſe debere dote ſibi datâ,
30 vel promiſsâ, ordinatâ, vel relictâ ab aliqua ex
perſonis, in Statuto nominatis, itaut nihil ultrà
petere poſſit ab hereditatibus illorum aliquâ ra-
tione, vel causâ, dummodò fuerit ab aliqua ex
ipſis dotata, *Boſſ. de dot. cap. 7. num. 82.*, *clar.
mem. Card. de Luc. de dot. diſc. 13. ſub num. 9.*,
Merlin. de Legitim. lib. 3. tit. 1. quæſt. 8. num. 49.,
Rota in rec. deciſ. 156. num. 14. part. 15., tum
31 etiam, quia idem Statutum non providet filiabus
de alimentis, donec nuptæ fuerint, *Boſſ. de dot.
d. cap. 7. nu. 74.*, *Card. Mantic. de conject. lib. 11.
tit. 23. n. 37.*, *Card. de Luc. de dot. d. diſc. 13. ſub
num. 9.*, *Rot. poſt Merlin. de legitim. deciſ. 197.
num. 10.*, *in rec. deciſ. 208. num. 15. part. 8.*, *in
Romana Dotium 25. Junii 1708. §. Quia cum in
caſu coram bon. mem. Molines*, *& in Æſina Legi-
timæ 21. Januarii 1709. §. Sextò quia coram eo-
32 dem*; Tum denique quia Statutum non eſt ſim-
pliciter excluſivum fœminarum, ſed ſolùm tem-
poraliter, donec extant Maſculi, ut patet ex il-
lis verbis =, *& dummodò remanſerit aliquis Ma-
ſculus de progenie ipſius Avi, Patris &c.* =; in qui-
bus terminis fœmina dici nequit extranea, ſed
33 remanet verè ſua, dum obtinet integram ſuc-
ceſſionem, partim de præſenti ſub nomine do-
tis, & partim ad tempus ſuſpenſam, proindèque
dos loco Legitimæ ſuccedit, ut benè proſequi-
tur *Card. de Luc. de dot. diſc. 13. ſub num. 9. §. Et
ſeptima demum*, & priùs notaverant *Gratian. di-
ſcept. 160. num. 34.*, *Morot. reſp. 23. num. 15.*,
Capyc. Galeot. lib. 2. controv. 15. num. 20., quos
laudat, & ſequitur *Rota in d. Æſina Legitimæ 21.
Januarii 1709. §. Septimò demum coram bon. me.
Molines*.

Nilque turbat, quod excluſio fœminarum per
34 Statutum inducta videatur favore Maſculorum,
propter illa verba = *Et dummodò remanſerit ali-
quis Maſculus &c.* =, nam, hoc etiam admiſſo,
cum favor Maſculorum, conſideratus à Statuto
non ſit abſolutè, & independenter à dotatione
35 fœminarum, ſed ab ipſa qualificetur, indè fit,
quod ſtare ſimul poteſt, quod fœminæ dotatæ
excludantur à ſucceſſione propter Maſculos, &
nihilominùs illarum dos ſuccedat loco Legiti-
mæ, ut dixit *Rota in d. Æſina Legitimæ §. Nul-
liuſque roboris*, ſubdens prætereà *in §. E' conſpe-
ctu autem*, *& §. Sublatiſque*, ad iſtum effectum
36 omnia ſimul; & unitim eſſe conſideranda, &
ſatis eſſe, quod illa ſaltem rem in ſtatu dubie-
tatis conſtituant, ut juxtà communem Docto-
rum opinionem reſpondendum ſit, dotes ſta-
tutarias ſuccedere loco Legitimæ, cum per ta- 37
lem interpretationem non ſolùm minùs receda-
tur à Jure communi, ſed inſuper ad illud fiat
reditus, *clar. mem. Card. de Luca de dot. diſc. 13.
n. 8. verſ. tamen verior*, *& deciſ. 1 de legit. n. 15.
& ſeq.*, *Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 35.
art. 2. num. 79.*

Hoc, inquam, ſi addatur ſupradictis, dotem
nempe vigore Statuti Trebii ſuccedere loco Le- 38
gitimæ, cum huic Statuto etiam Teſtator ſe
conformare voluiſſe præſumatur, benè ad rem
Card. Mantic. de conject. lib. 11. tit. 23. nu. 34.,
certò certiùs affirmari poſſe videtur in caſu no-
ſtro, Legatum dotis, à Ventura relictum Laudi- 39
tiæ nepti, purum eſſe, ac, uti tale, ad heredes tranſ-
miſſum fuiſſe, etiamſi antè Matrimonium con-
tractum Legataria deceſſerit, quamvis enim dos
regulariter ſinè Matrimonio eſſe non poſſit, *leg. 3.* 40
ff. de jur. dot., *leg. ultim. Cod. de donat. antè nu-
pt.*, id tamen intelligitur quoad propriam for-
mam, & ſubſtantiam dotis, non quoad effectum 41
tranſmiſſionis, nam; ſicuti dos, etiam antè
Matrimonium, ſuſcipit naturam Legitimæ, ità
etiam antè Matrimonium ad heredes tranſmitti- 42
tur, ut optimè reſpondet ſæpè citatus *Card. Man-
tic. de conject. lib. 11. tit. 23. num. 42.*

Firmato itaque ex his, à fideicommiſſo Ventu-
ræ priùs detrahendam eſſe Legitimam ex perſo-
na Sanctæ filiæ, præviâ tamen imputatione dotis,
ab ea receptæ, & deindè duo Legata ſcutorum
300. pro qualibet, alterum, quia de proprio ſo-
lutum à Gaſpare, & Æmiliano, alterum, quia
in ipſos à Lauditia ſorore innupta tranſmiſſum,
ſicque his omnibus aucto patrimonio Æmiliani,
ad quem omnia jura d. Legitimæ, & Legatorum
perveniſſe, ſupponitur; Aggredior examen quæ-
ſtionis, inter filios primi, & ſecundi Matrimonii
d. Æmiliani ſubortæ ſuper ſucceſſione in illius
hereditate, ad quos nempe ille pertineat, & quo-
modò dividenda inter eoſdem ſit?

Sanè, inſpectâ juris communis cenſurâ, ſuc-
ceſſio in hereditate Æmiliani communis Patris 43
æqualiter, & in capita dividenda eſſet inter filios
primi, & ſecundi Matrimonii, juxtà *Text. ex-
preſ. in §. final. verſ. ſi enim Authen. de nupt.*,
*Oinotim. lib. 2. inſtit. de hered. quæ ab inteſt. de-
fer. §. de ſucceſſ. fil. legit.*, *& natur. num. 2. &
ſeqq.*, *Rota coram Emerix jun. dec. 1234. num. 2.*,
& dec. 34. num. 2. lib. 9., *ad ornat. clar. me. Card.
de Luc. de teſtam.*, nullâ habitâ ratione ſexus
maſculini, vel fœminini, cum de jure noviſſi-
mo *Cod. & Authen.*, ſublatâ quâlibet differen-
tiâ ſexus, mares, & fœminæ, ad coæqualem 44
Parentum ſucceſſionem admittantur, *leg. 14.
Cod. de legitim. hered. 81.*, *& §. Ceterum inſtit.
de legitim. agnat. ſucceſſ.*, *Rot. in Melevitana
Succeſſionis 27. Junii 1701. §. Cui poſtremò, &
18. Novembris ejuſdem anni §. 1. coram bon. me.
Molines*, *confirmata 27. Martii 1702. §. Sup-
poſito enim coram R.mo Lancetta Decano*, *& in
Viterbien. Pecuniaria 7. Februarii 1715. §. Iti-*

dem coram Eminentiſſimo Domino Card. Scotto.
Verùm aliter dicendum videtur, ſpectatâ di-
ſpoſitione Statuti Trebii *d. rubr. 7.* relat. per *Card.*
de Luc. de Statut. ſucceſſ. partic. 165., quod,
exiſtente aliquo Maſculo de progenie Avi, Patris,
Matris, Fratris, Sororis, Patrui, aut Avunculi,
45 cum fœminas à ſucceſſione repellat, eaſque ju-
beat eſſe contentas dote, ab aliqua ex dd. perſo-
nis traditâ, vel promiſsâ, aut relictâ, conſe-
quens eſt, ut illius vigore ſucceſsio in hereditate
d. Æmiliani debeatur tantùm Joſepho unico fi-
lio maſculo ejuſdem Æmiliani ex ſecundis nu-
ptiis progenito, excluſis penitus omnibus filiabus
tàm primi, quàm ſecundi Matrimonii, ad tra-
dita per *Rot. dec. 396. part. 12.*, *& dec. 200. part.*
13., utrobique *num. 2.*, *& in Fulginaten. Suc-*
ceſſionis, & Dotium 21. Martii 1707. §. Juſta
demum coram Eñ̃o D. Card. Scotto.
Cujus quidem Statuti diſpoſitio evitari mini-
mè valet ſub obtentu, quod, cum incipiat à do-
46 tatione, *&* fœminas non excludat ſimpliciter,
& abſolutè, ſed conditionaliter, dummodò ſci-
licet fuerint dotatæ, locum non habeat, quoties
illæ tempore delatæ hereditatis actu dotatæ non
reperiantur, juxtà theoricam *Caſtrenſ. in leg.*
Titio centum §. Titio genero ff. de condit. & de-
monſtr., ut, pluribus cumulatis, probat *Con-*
ſtantin. ad Statut. Vrb. annot. 39. n. 221. & ſeq.,
47 nam, etſi verum ſit, Statutum prædictum inci-
pere à dotatione, & fœminas tantùm excludere,
quatenùs fiat dotatæ, ibi = *dummodò fuerit dota-*
ta &c. =; quia tamen unà ſimul reſpicere videtur
etiam favorem Maſculorum, propter illa verba,
48 quæ ſequuntur =, *& dummodò remanſerit aliquis*
Maſculus de progenie ipſius Avi, Patris &c. = hinc
propterea in copulativo concurſu harum cauſa-
rum, dotis ſcilicet, & Maſculorum, ut definiri
queat, an ad effectum excluſionis fœminarum
iſtæ dotatæ eſſe debeant tempore delatæ heredi-
tatis, vel etiam poſtea dotari poſsint? inquiren-
dum eſt, quænam ex illis duabus fuerit cauſa
primaria, & immediata excluſionis, an nempè
dos, vel potiùs favor, & exiſtentia Maſculorum?
ſi enim in mente Statuentium primariò fuit dos,
49 tunc utique ſola Maſculorum exiſtentia, tam-
quam cauſa generalis, & remota, ſatis non erit
pro excluſione, niſi copulativè concurrat, dota-
tio tempore delatæ hereditatis; Vice autem
verſâ, ſi ratio formalis, & præcipua excluſionis
50 fuit favor Maſculorum, tunc, licèt tempore
delatæ ſucceſsionis deficiat dotatio, non tamen
ceſſet excluſio, cum per exiſtentiam Maſculo-
rum adhuc ſubſiſtat cauſa finalis excluſionis,
plenè *Conſtantin. ad Statut. Vrb. annot. 39. art.*
3. a num. 221. & 228. & plurib. ſeqq., *Rot. poſt*
ipſum dec. 141. nu. 7. & 8., *coram Cerro dec. 303.*
num. 2. & ſeqq., & optimè in *Fulginaten. Suc-*
ceſſionis, & dotium 21. Martii 1707. §. Juſta, &
§. Non attento, & §. In hypotheſi & ſeqq. & 20.
Junii ejuſdem anni §. Quo verò & aliis ſeqq. co-
ram Eñ̃o D. Card. Scotto, in quibus etiam rectè
explicatur *theorica Caſtrenſis in d. leg. Titio cen-*
51 *tum §. Titio genero ff. de condit. & demonſtr.*, ut
ſcilicet procedat, quoties in contrarium non ur-
get Statuentium voluntas, quæ potiùs attenden-
da eſt, quàm ordo, & figura verborum, quibus
uſi fuerunt, ex ea namque ſimplex dumtaxat 52
præſumptio, & conjectura educi poteſt, *Boſſ. de*
dot. cap. 7. num. 48. & ſeqq., *clar. mem. Card. de*
Luc. de dot. diſc. 13. num. 5. & 7., *Theſaur. dec.*
101. num. 9.
Plura autem in hypotheſi ſuppetunt argu-
menta ad demonſtrandum, noſtrum Statutum 53
fœminas principaliter excludere propter Maſcu-
los, & non propter dotem; Illud enim ob uni-
cam dotem, conſtitutam à quacumque ex perſo-
nis in eo nominatis excludit fœminas à ſucceſsio- 54
ne omnium perſonarum, in ipſo pariter enume-
ratarum, quod aliâ ratione factum videri ne-
quit, niſi in gratiam, & favorem Maſculorum,
non autem dotis, à Muliere receptæ, nam, ſi
hæc eſſet præcipua cauſa excluſionis, fœmina il- 55
lius vigore excluſa ſolùm dici poſſet ab heredita-
te Dotantis, at non etiam illorum, qui nullam
dotem dederunt, quemadmodum juri congruit,
& æquitati, benè in propoſito ponderatæ per
Rot. deciſ. 390. num. 17. coram Merlin., *deciſ. 405.*
num. 28. & 29. part. 5. rec., *dec. 342. num. 21. &*
ſeq. part. 22., *& in d. Fulginaten. Succeſſionis,*
& Dotium coram Eñ̃o Scotto, in 1. nempe §. Vl-
terius, & in 2. §. Applicando.
Alterum efficaciſsimum argumentum præbet
animadverſio, quod Statutum excludit fœmi-
nas etiam ab hereditate Avi; Ut enim hujuſmo- 56
di excluſio inutilis, & ſuperflua non ſit, dicen-
dum eſt, cauſam excluſionis non fuiſſe principa-
liter dotem, ſed favorem Maſculorum, quia
alioquin vix umquam daretur caſus, in quo illa
locum habere poſſet, dum, poſito, quod exclu-
ſio ſit correſpectiva ad dotem, cum tali caſu
dos ad effectum excluſionis conſtituta eſſe de- 57
beat tempore apertæ ſucceſsionis, ex ſupra firma-
tis, raro autem neptes dotatæ reperiantur tem-
pore mortis Avi, indè ſequitur, quod rarò 58
etiam verificaretur illarum excluſio ab heredi-
tate ejuſdem Avi, & conſequenter diſpoſitio
Statuti ferè inutilis redderetur, nec provideret 59
caſibus communiter accidentibus, quibus cete-
roquin Statuentes proſpicere voluiſſe præſumun-
tur, *Theſaur. dec. 101. n. 7.*, *Rota dec. 429. nu. 20.*
coram Merlino, & benè ad rem noſtram ratio-
cinatur in *d. Fulginaten. Succeſſionis, & Dotium*
21. Martii 1707. §. Rursùs coram Eñ̃o D. Card.
Scotto.
Rursùs Statutum excludit fœminas dotatas à
fratribus, undè, cum fratres non teneantur, nec 60
ſoleant dotare ſorores, niſi poſt obitum Patris,
& ex illius Bonis, Statutum perneceſsè ſupponit,
hereditatem paternam, à qua filiam excludit,
illi fuiſſe delatam ante dotationem, quæ pro-
pterea cenſeri nequit cauſa finalis excluſionis,
ut benè arguit *Theſaur. d. dec. 101. num. 7.*, *Rot.*
dec. 540. num. 4. part. 1. diverſ., *& in d. Fulgina-*
ten. Succeſſionis, & Dotium in 1. §. Non leve,
& in 2. §. Applicando.
Præterea noſtrum Statutum non ſolùm ex-
cludit fœminas actualiter dotatas, ſed etiam il-
las, quibus dos quoquo modo promiſſa, ordina- 61
ta,

ta , aut relicta fuerit , & mandat , illas hujuſmo-
di dote contentas eſſe debere , abſque ſpe aliud
conſequendi ; proptereàque excludere dicitur
propter Maſculos , & non propter dotem , *Becc.
conſ.107. num. 21. & ſeq. lib.1.* , *Bardellon. conſ.
187. num. 8. & ſeqq. lib. 1.* , *Conſtantin. ad Sta-
Urb. annot.39. art.3. n.220.* , *Medic. dec. Marcb.
41. num.5.* , quia , ſi excluderet propter dotem ,
62 non ſufficeret ſola illius promiſsio , ſed require-
retur , fœminas tempore apertæ ſucceſsionis eſſe
actualiter dotatas , *Conſtantin. ad Statut. Urb.
annot. 39. art. 3. num. 221.* , atque etiam quia ,
Statutum tali pacto excludens fœminas dotatas,
63 potiùs conſideraſſe videtur actum dotationis ,
quàm modum, dum nullam habet rationem con-
gruitatis dotis, *Bartol. relatus à Caccialup. in leg.
omnes populi num.222. ff. de juſtit.* , *& jur.* , *Bar-
dellon. conſ. 187. num.9. lib. 2.* , *Surd. conſ.* 488.
num. 39. , *Brun. de Statut. excluſ. fœmin. art. 9.
quæſt.1. in fin. num. 37. & ſeq.* = *At quando ſolus
actus dotandi , non autem dotis congruitas à Sta-
tuto conſideratur , nil habet commune dotis con-
templatio cum excluſione Statuti* = , ut his verbis
64 appoſitè loquitur *Bardellon. d. conſ.187. ſub n.9.* ,
infra ſub num. 11. ità concludens = *& conſequen-
ter dotis contemplatio non dicitur fuiſſe habita ab
iſto Statuto excluſivo , ſed ſolus Maſculorum vo-
catorum , vel agnationis favor* = .

Ex his denique omnibus ad magis , magiſque
confirmandum aſſumptum noſtrum , aliis levio-
65 ribus omiſſis , accedit ſenſus *Sacræ Rotæ* , quæ
in dec.463. num.5. & ſeqq. part. 1. rec. firmavit ,
Statutum Trebii conditum eſſe favore maſculi-
nitatis , & expendit etiam *Rota in d. Fulginaten.
Succeſſionis , & Dotium coram Emo Scotto in 1.
§. In hypotheſi , & in 2. §. Applicando* .

Tot autem valida argumenta ſuadentia , d.
noſtrum Statutum Trebii fœminas principaliter
excludere propter Maſculos , & non propter do-
66 tem , elidi minimè poſſe videntur animadver-
ſione illâ, quod, cum vigore ejuſdem Statuti dos
ſuccedere dicatur loco Legitimæ , pari ratione
dicendum ſit, fœminas excludi non propter Ma-
ſculos , ſed propter dotem ; Facilis namque , &
67 plana occurrit reſponſio , quia videlicet non im-
plicat , Statutum excludere propter Maſculos ,
& dotem ſubrogari loco Legitimæ , licèt enim ,
quando Statutum excludit propter Maſculos ,
dotatio non requiratur tempore apertæ ſucceſ-
68 ſionis , ſed poſteà etiam ſupervenire poſſit , & è
contrario , quando dos ſuccedit loco Legitimæ ,
debeatur, ſtatim ſecuto obitu Patris , hoc tamen
reſpicit diverſum effectum, ut ſcilicet dos quan-
documque peti poſſit unâ cum fructibus à die
69 obitus Patris , nequaquam verò operatur , ut ea
conſtituta omninò eſſe debeat tempore apertæ
ſucceſſionis , adeòut , ſi tali tempore conſtituta
non reperiatur , ceſſet fœminarum excluſio, ut
innuit *Rot. in Fulginaten. Succeſſionis , & Do-
tium 21. Martii 1707. §. Nec majoris coram Emo
D. Card. Scotto* .

Conſtito ex his , Statutum Trebii fœminas
principaliter excludere propter Maſculos , &
conſequenter , illas , tametſi tempore delatæ he-
reditatis actualiter non dotatas , nihilominùs à
ſucceſſione repelli ; fruſtrâ objicitur , hujuſmodi
ſtatutariam excluſionem procedere dumtaxat
poſſe reſpectu illarum fœminarum , quæ ſunt 70
Maſculis excludentibus utrinque conjunctæ , ſe-
cus verò quoad conjunctas ex uno tantùm latere,
ut in hypotheſi ſunt filii primi Matrimonii re-
ſpectu Joſephi earum fratris tantùm conſangui-
nei , & ex ſecundo Matrimonio progeniti , juxtà
firmata per *Conciol. ad Statut. Eugub. lib.2. ru-
bric.62. n.43. cum ibi laudatis* ; Etenim , omiſſis
aliis reſponſionibus , quæ dari poſſent , objectio
iſthæc illicò ſubmovetur ex ipſamet litera Statu- 71
ti , quod , dum generaliter excludit fœminas ,
exiſtente aliquo Maſculo de progenie Avi , Pa-
tris , Matris , Fratris , Sororis , Avunculi , vel
Patrui , apertè demonſtrat , hujuſmodi excluſio-
nem induxiſſe etiam favore fratris conſangui-
nei , qui reſpectu ſororum primi Matrimonii
procul dubio dicitur de progenie Patris , & pol- 72
let qualitatibus, ad effectum excluſionis à Statuto
requiſitis , ut in ſpecie tradit *Rota d. deciſ. 463.
nu.5. part.1. rec.* , & conferunt notata per *Con-
ciol. ad Statut. Eugub. lib. 2. rubr.62. num. 44.* ,
cum ibi citatis , *Rot. in rec. dec.360. nu.33. part.
17.* , *& in Faventina Succeſſionis 21. Julii 1708.
§. Minimè relevante & ſeqq.* , *confirmata 11.
Martii 1709. coram Rño Aldrovanda* .

Ex quibus ſequitur , ſucceſsionem in Bonis ,
& hereditate Æmiliani de Andreangelis integrè
deberi Joſepho ejus unico filio maſculo , excluſis
prorſus filiabus tàm primi , quàm ſecundi Matri-
monii , quibus tamen congrua dos ab eodem Jo-
ſepho conſtituenda erit de Bonis communis Pa-
tris , ut locum habere poſſit diſpoſitio Statuti , il-
las excludens etiam ſub conditione dotationis ,
ibi = *dummodò fuerit dotata &c.* = , quamvis
principaliter propter Maſculos , quæ quidem 73
dos cum , ex ſupradictis, ſuccedat loco Legitimæ,
debetur ipſi mulieri , ſive ejus heredibus libera
ab omni onere , etiam ante nuptias , & unâ cum
fructibus à die obitus Patris , *Rot. in Romana do-
tium 25. Junii 1708. §. Succedentibus , & 25. Ja-
nuarii 1709. §. Prout coram bon. mem. Molines* ;
quamobrem ex hoc ſolo motivo Cauſa confecta
videri poſſet quoad ſucceſſionem in hereditate
vertente inter filium maſculum , & fœminas ,
dum , detractis ab illa dotibus filiarum , vix ſua
virilis portio pro Maſculo remanere ſupponitur,
& fœminæ idem conſequuntur ex dote, quod ex
ſucceſſione conſequi potuiſſent .

Abſoluto jam examine quæſtionis vertentis
inter filios primi , & ſecundi Matrimonii ſuper
ſucceſſione in hereditate Æmiliani communis
Patris , progredior ad aliam , quæ vertitur ſuper
ſucceſſione in hereditate bon. mem. Criſpoltæ fi-
liæ primi thori d. Æmiliani , & paulò poſt Pa-
trem ab inteſtato defunctæ . Hæc autem here-
ditas conflari dicitur ex dote , quæ filiæ omninò 74
debetur in Bonis Patris , & tamquam induens
naturam Legitimæ , etiam ad heredes tranſmitti-
tur , ut ſupra oſtendi ; Rursùs ex tertia parte Bo-
norum delatorum ex teſtamento q. Matthiæ , &
Franciſci de Andreangelis ; Et demum ex tertia
par-

parte dotis maternæ ſcutorum 900., ad eam ve-
rò concurrunt non ſolùm duo ſorores utrinque
conjunctæ, nimirùm ſancta, & Lauditia, & aliæ
duæ ſorores conſanguineæ, ſcilicet Catharina,
& Maria, unà cum Joſepho fratre pariter con-
ſanguineo, verùm etiam D. Ventura de An-
dreolis Avus maternus d. bon mem. Criſpoltæ.

Sed, quod attinet ad ſorores tàm conſangui-
75 neas, quàm utrinque conjunctas, res plana vide-
tur ex diſpoſitione Statuti, quod illas apertè
excludit ab hereditate ſororis, dummodo fue-
rint dotatæ, & dummodò remanſerit aliquis
Maſculus de progenie Avi, Patris, Matris, Fra-
tris, Sororis, Patrui, vel Avunculi; Unde,
exiſtentibus Maſculis, quoties illis dos conſti-
76 tuatur, quæ etiam poſt delatam hereditatem
conſtitui poteſt, ex ſupra firmatis, nihil ultrà
prætendere valent; quæſtio itaque ſolùm eſt in-
ter Avum maternum, & fratrem conſangui-
neum, quis eorum ſit ille Maſculus, cujus fa-
vore Statutum fœminas excluſit, & cui per con-
ſequens hereditas ſit adjudicanda?

Porrò Avus maternus pollens qualitate ma-
77 ſculinitatis, à Statuto requiſitâ, ſibi blanditur
excludere poſſe fratrem conſanguineum, eò
quod de jure communi ipſe concurrit cum fra-
tribus, & ſororibus utrinque conjunctis, & vin-
cit alios conjunctos ex unico tantùm latere,
præſertim, ſi iſti non attinent Avo materno,
78 cum quo concurrere volunt, ut accidit in caſu
noſtro, in quo D. Joſeph ex uno tantùm latere,
paterno nempè, conjunctus bon. mem. Criſpol-
tæ, de cujus ſucceſſione agitur, tamquam filius
D. Brigittæ de Natalutiis ſecundæ Uxòris, haud
quaquam attinet D. Venturæ de Andreolis Avo
materno D. Criſpoltæ filiæ bon. me. Catharinæ
de Andreolis primæ Uxoris Æmiliani, ideo-
que, ſi ſucceſſio regulanda eſſet ad tramites ju-
ris communis, ab iſto procul dubio vinceretur,
per *Text. in §. Si igitur defunctus Auth. de he-
red. ab inteſt. ven., & in Auth. defuncto Cod. ad
Senat. Conſul. Tertul., Oinotim. inſtit. lib. 2. tit.
de hered., quæ ab inteſtat. defer. §. De ſucceſſ. pa-
rent. natur., & legit. ſimul num. 23., & meliùs
num. 30., Cruſſ. in §. Succeſſio ab inteſtato quæſt.
24., Sibil. de gradib. cognat. part. 1. cap. 2. §. 2.
diſput. 2. quæſt. 7., Boer. dec. 175. nu. 2. & ſeqq.,
Rot. deciſ. 70. ſub num. 4. verſ. ratio eſt inter im-
preſſ. ad ornat. clar. mem. Card. de Luca de teſtam.
lib. 9.*

At, quoniam non jus commune, ſed ſtatuta-
79 rium, & municipale pro regulanda ſucceſſione
in hypotheſi attendendum eſt, ex notiſſimis,
iſtud verò in perſona excludente non ſolùm exi-
git qualitatem maſculinitatis, quæ in Avo con-
currit, ſed ulteriùs requirit, d. Maſculum eſſe de
progenie Avi, ſive Patris, ſive Matris, aut
Fratris, aut Sororis, vel Patrui, vel Avunculi,
80 quod quidem rectè verificatur in fratre conſan-
guineo, qui reſpectu ſororis, de cujus ſucceſſio-
ne agitur, procul dubio eſt de progenie Patris,
veriùs idcircò crederem, iſti per noſtrum Statu-
tum delatam cenſendam eſſe hereditatem ſoro-
ris, excluſo prorſus Avo materno d. Criſpoltæ,
qui verè, & propriè dici nequit Maſculus de pro- 81
genie Matris ejuſdem Criſpoltæ, & multò mi-
nus aliorum, in Statuto nominatorum, is namque 82
dicitur de progenie alicujus, qui ab illo deſcendit,
& mediatè, vel immediatè progenitus eſt *Cart.
jun. conſ. 4. n. 40., Tuſch. lit. P. concluſ. 891. n. 1. t. 6.,
Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 335. nu. 1., Peregrin. de
Fideicom. art. 22. num. 23., & alii apud Barboſ.
appellat. 222. n. 1.*, qualis profectò reputari non
valet D. Ventura de Audreolis reſpectu Catha-
rinæ ſuæ filiæ, cum ipſa quidem ſit de progenie
Patris, à quo deſcendit, & progenita eſt, ſed non 83
ità Pater dici poſſit de progeniæ filiæ, quia ab ea
non deſcendit, neque eſt progenitus; ac proin-
dè, cum Statutum verificari nequeat in Aſcen-
dente, prout eſt Avus maternus, rectè dicitur,
illum, inter perſonas excludentes à Statuto non
comprehenſum, vinci in hypotheſi à fratre con- 84
ſanguineo, in quo concurrit utraque qualitas, ab
eodem Statuto requiſita, maſculinitatis nempè,
& progeniei.

Placentina.

Subſtitutio filiorum, & Deſcendentium, conce-
pta per verba = *Si ſupervixerit, ſin minùs ejus
filios, & Deſcendentes &c.* =, vulgariter facta
cenſetur, quatenus videlicet primus heres he-
reditatem non agnoſcat. Verba = *& poſt eum
in infinitum, ordine ſucceſſivo in forma &c.* =
quando, & quomodò ſubſtitutioni vulgari
convenire poſſint? Subſtitutio fideicommiſ-
ſaria ex quibus excludatur conjecturis? Clau-
ſulæ = *ſalvo tamen, ut infra* = quid operentur?

VOTUM XVI.

1 *Immiſſio deneganda eſt, fideicommiſſo non pro-
bato.*
2 *Fideicommiſſo ceſſante, Bona vendi poſſunt.*
3 *In primo herede libera Bona remanent, ceſſan-
te ejus filiorum, ac Deſcendentium ſubſtitu-
tione*, & num. 4.
5 *In ſubſtitutione verbum* = inſtituo = *repetitum
cenſetur, quando totam diſpoſitionem regit.*
6 *Verbum* = inſtituo = *eſt directum, ac civile,
nec ullo modo obliquari poteſt*, & num. 7.,
& ſeq.
9 *Subſtitutio in dubio directa cenſenda eſt.*
10 *Vel ſaltem præſumenda potiùs per vulgarem,
quàm per fideicommiſſariam facta.*
11 *Fideicommiſſum ut ex conjecturis induci poſſit,
urgentiſſimæ debent eſſe,*
*Præſertim, ſi de eo inducendo agatur favore
Extraneorum*, ibid.
12 *Subſtitutio compendioſa fideicommiſſariam
etiam continet.*
13 *Verba* = & poſt eum = *non inducunt ſubſti-
tutionem fideicommiſſariam, cum vulgari
convenire poſſint*, & num. 38.
14 *Verba* = in infinitum, ordine ſucceſſivo in
forma = *accipienda ſunt ſumulativè ad per-
ſonas, & caſus, quibus ſunt adjecta*, &
num. 18.

Digitized by Google

15 *Fideicommiſſi perpetuitas ſat eſt, quod verificetur in caſibus, à Teſtatore præſcriptis.*

16 *Clauſula* = ordine ſucceſſivo = *per vulgarem intelligi poteſt, conjecturis in contrarium non urgentibus.*

17 *Verba inepta in teſtamento, ex imperitia Notarii appoſita cenſentur.*

19 *Clauſula* = omni meliori modo = *diſpoſitionem confirmat, non verò eum ampliat ad caſus, à Teſtatore non cogitatos.*

20 *Fideicommiſſum perpetuum tacitum induci nequit ex tacita contemplatione agnationis, deſumpta ex Maſculorum vocatione,* & num ſeq.

21 *Tacitum ex tacito eliciendum non eſt.*

22 *Agnationis conſervandæ ratio, inducta ex volita filiorum legitimitate, communiter rejicitur.*

23 *Fideicommiſſum perpetuum argui non poteſt ex Legatis, à primo herede unicâ vice ſolvendis.*

24 *Fideicommiſſum non reſultat ex onere, etiam perpetua, quod intra unius anni terminum poteſt impleri.*

25 *Onus cenſeri poteſt perpetuò heredibus injunctum, quatenus per vulgarem ſuccedant.*

26 *Argumenta in ſuo genere imperfecta, etiam ſimul juncta, non probant.*

27 *Fideicommiſſum ſucceſſivum nec induci, nec extendi poteſt, niſi concurrat contemplatio agnationis, & digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus.*

28 *Agnatio à Teſtatore non expreſſa, contemplata non cenſetur.*

29 *Præſertim, ſi de Extranei, non de Deſcendentie diſpoſitione agatur.*

30 *Fœmina agnationem contemplaſſe non præſumitur.*

31 *Fideicommiſſum ut inducatur, vel extendatur, expreſſa debet eſſe agnationis contemplatio.*

32 *Maſculorum vocatio indicat prædilectionem ſexus.*

33 *Agnationis ratio excluditur, non prohibitâ Bonorum alienatione.*

34 *Alienationis prohibitio intelligi debet ſamulativè ad caſum, quem Teſtator cogitavit.*

35 *Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus eſſe dicitur, quoties omnes ſubſtitutiones pendent à primi heredis admiſſione,* & num. ſeq.

37 *Subſtitutio fideicommiſſaria excluditur, ſi alienationis prohibitio, Fiſci excluſio, aliaque ejuſmodi deficiant.*

39 *Diſcretivus diſponendi modus diverſam arguit Diſponentis voluntatem.*

40 *Filiorum, & Deſcendentium vocatio concepta per verba* = ſin minùs =, *reſtricta cenſetur ad caſum non ſuperviventiæ primi heredis.*

41 *Sicque per ejus ſuperviventiam corruit.*

42 *Subſtitutio una alteram declarat.*

43 *Subſtitutio clara alterum dubiam interpretatur.*

44 *Teſtator quod eoſdem filios, & Deſcendentes in una parte hereditatis per vulgarem, in altera per fideicommiſſariam ſubſtituere voluerit, cenſendus non eſt.*

46 *Clauſula* = ſalvo tamen, ut infra = *eſt modificativa, & reſtrictiva.*

47 *Et, ſi quod modificet, non invenit, præcedentem extinguit orationem.*

48 *Clauſula* = Salvo tamen, ut infra = *operatur, ut, quod in poſteriori, idem in priori parte diſpoſitum cenſeatur.*

49 *Clauſulæ* = ut ſupra, ordine, quo ſupra = *indicant, ad normam præcedentis diſpoſitionis, ſucceſſionem regulandam eſſe.*

50 *Fideicommiſſum ut ex conjecturis, & argumentis inducatur, ejuſmodi hæ debent eſſe, quæ vulgari ſubſtitutioni non conveniant.*

51 *Conjecturæ validiores minùs validas elidunt.* Maximè, *quando illæ pro ſe habent Juris regulam,* ibid.

52 *Fideicommiſſi gravamen odioſum eſt, ſemperque excludendum, niſi manifeſtè conſtet de contraria Teſtatoris mente.*

53 *Fideicommiſſum ut excludatur, ſufficit, ex conjecturis hinc inde adductis, ambiguum illud reddi.*

54 *Actore non probante, Reus abſolvitur.*

55 *Reo, & poſſeſſori ſufficit vincere per non jus Actoris.*

56 *Bonorum libertati in dubium conſulendum eſt.*

57 *Fideicommiſſum ab Aſcendente non ordinatum, eò fortiùs in dubio excludendum eſt.*

Margarita Teſtatrix Serra

|

Floreotius Blanchi

heres, qui prædium alienavit favore Comitis Cari

Rei conventi

|

Roccus filius Patri præmortuus

|

Paulus, & Carolus

Actores.

NOBILES viri Paulus, & Carolus de Floridis, ex Rocco filio prædefuncto nepotes Florentii Blanchi, heredis inſtituti à bon. mem. Margarita Serra, uti vocati ad fideicommiſſum, quod ab illa dicitur ordinatum in ultimo ſuo teſtamento, quodque modò eorum favore purificatum eſſe, contendunt, illius vigore immiſſionem petunt ſuper quodam prædio,

dio, tamquam d.fideicommiſſo obnoxio, & uſque ab anno 1684. vendito à ſupradicto Florentio, pretio ſcutorum trium millium D. Comiti Ludovico Cari, cum promiſſione libertatis, & evictionis in forma; verùm, rejectâ hujuſmodi inſtantiâ, abſolvendum ab impetitis cenſeo d. D. Comitem Ludovicum poſſeſſorem, quia à dictis DD. de Floridis non probatur exiſtentia fideicommiſſi, ejuſque duratio, prout concludenter probare deberent ad hoc, ut immiſſio-
1 nem conſequi poſſent, *Rot. cor. bon.mem. Emerix jun. deciſ. 385. num. 3., & 6., & deciſ. 21. num.1. inter impreſſ. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. tom. 10. in Mantiſſ., & alibi paſſim;* quinimmò contrarium perſpicuè demonſtratur, nullum ſcilicet fideicommiſſi gravamen adeſſe, proptereàque Floren-
2 tium eorum Avum validè, ac jure prædium, de quo agitur, vendidiſſe D. Comiti Ludovico, ad *Text. in leg. qui ſolidum §. penult. ff. de legat. 3., Peregrin. de Fideicomm. art.52. num.2., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 551., Andreol. contr. 344. num.4., & 18., Rot. coram Peutinger. deciſ.221. num.27., in rec. deciſ. 612. num.2., & dec.711. num. 1. part. 18., deciſ. 20. num. 2., & ſeqq. part.19.*

Teſtatrix enim ità diſpoſuit = *Inſtituo mihi heredes univerſales uſufructuarios reſpectivè, &, ut infra, in omnibus meis Bonis mobilibus, & immobilibus, juribus &c. D. Franciſcum, & Valeriam fratres de Bernis in una medietate uſusfructus omnium meorum Bonorum ſtabilium poſt obitum infraſcriptæ D. Virginiæ de Luca &c., & nobilem D. Florentium de Blanchis filium &c. in dd. meis Bonis &c., tàm reſpectu proprietatis integræ ipſorum omnium Bonorum hereditatis meorum, quàm uſusfructus d. medietatis alterius, ſalva tamen, ut infra, & poſt eum ejuſdem Domini Florentii filios maſculos legitimos, & naturales, & filiorum filios maſculos legitimos &c., in infinitum, ordine ſucceſſivo in forma, & ad hunc effectum, & aliàs &c., facio opportunè de eorum perſonis, & ad eorum reſpectivè favores tùm vulgares, quàm pupillares, & fideicommiſſarias, ac reciprocas inſtitutiones, & ſubſtitutiones, etiam directas, & alias congruas, juxtà caſus, & euſuum contingentiam, ſingula ſingulis &c., & aliàs omni meliori modo &c.; item volo tamen &c., quod, decedentibus dd. DD. Fratribus de Bernis, quod d. medietas hereditatis, & Bona mea, per me eis relicta ad gaudendum reſpectu uſusfructus, durante eorum vitâ, & naturali tantùm, pervenire debeant, & perveniant ipſo jure, & facto tàm directè, immò conſolidentur plenè, & integrè, & abſque ullâ diminutione, ac detractione alicujus partis trebellianicæ, vel alterius generis in d. D. Florentium inſtitutum, ut ſupra, ſi ſupervixerit, ſin minùs in dd. ejus filios maſculos legitimos, & ejus Deſcendentes legitimos maſculos, &, ut ſupra, per me vocatos, ordine, & modo, quo ſupra, quem, & quos in d. caſu &c., immò ex nunc inſtituo, & directè ſubſtituo, & vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & aliàs omni meliori modo &c.* =

Licèt autem diſpoſitio hæc primo oculorum conjectu præſeferre videatur abſolutum, & progreſſivum fideicommiſſum favore filiorum, & Deſcendentium maſculorum Florentii, attamen, attentè perpenſo ejuſdem diſpoſitionis tenore, aliter rem ſe habere, dicendum eſt, quia illorum vocatio per meram vulgarem concepta apparet, quatenùs nempè Florentius hereditatem non agnoviſſet, unde ſequitur, quod, cum Florentius hereditatem agnoverit, ſubſtitutio 3
filiorum, & Deſcendentium illicò expiraverit, ex aperta diſpoſitione *Textus in leg. poſt aditam Cod. de impuber., & aliis ſubſtit., Altograd. conſ.46. num.7. lib.1., Cyriac. contr.522. n.39., Rot. deciſ. 527. per tot. part.13., deciſ. 635. n.3. part. 19. tom. 2., & in Romana, ſeù Sarzanen. Fideicommiſſi 21. Novembris 1714. §. Abſque eo, quod coram Rmo D. Anſaldo Decano*, & Bona libera apud eumdem Florentium abſque ullo re- 4
ſtitutionis onere remanſerunt, *Torr. de Primog. port. 2. quæſt. 19. num.6., Adden. ad Ludoviſ. deciſ 207. num.9., Rot. coram Cavaler. dec.469. num.1., in rec.deciſ.357. num.2. part.1., & alibi ſæpiſſimè.*

Porrò, quod ſubſtitutio filiorum, & Deſcendentium maſculorum Florentii concepta ſit per meram vulgarem, limitatam, atque reſtrictam ad ſolum caſum, quo ille hereditatem non agnoviſſet, perſpicuum ſit ex eo, quod Teſtatrix ordinando ſubſtitutionem prædictam, uſa non fuit verbo aliquo obliquo, aut ſaltem communi, quod per alia verba, fideicommiſſariam ſubſtitutionem ſuadentia, obliquari, & ad fideicommiſſum trahi poſſet, ſed cum eodem verbo *inſtituo*, cum quo Florentium heredem univerſalem ſibi ſcripſerat, ejus quoque filios, & Deſcendentes vocavit, ibi = *Inſtituo mihi heredes univerſales nobilem D. Florentium de Blanchis &c., & poſt eum, ejuſdem D. Florentii filios maſculos legitimos, & filiorum filios maſculos &c.* = quapropter, ſi vocatio filiorum, & Deſcendentium Florentii concepta eſt per verbum *inſtituo*, quod procul dubio in eorum ſubſtitutione repe- 5
titum cenſetur, cum oratio pendeat, & regatur ab illo ſolo verbo, fruſtrà quæritur de fideicommiſſo, cui verba minimè conveniunt, ſed ſubſtitutio directa dicenda eſt, quia pendet è ver- 6
bo *inſtituo*, quod, utpotè directum, & civile, *Riminald. jun. conſ.50. num.7., Graſſ. §. Subſtitutio quæſt. 5., Andreol. contr. 239. num. 41., Rot. deciſ.320. num.6. part.1. rec.*, vel nullo pacto obliquari, & ad fideicommiſſum trahi poteſt, 7
ad *Text. in leg. non Codicillum Cod. de Teſtam., Jaſon. in leg. Gallus num.30. ff. de liber., & poſthum., Dec. conſ.284. num. 5., Decian. conſ. 1. num.235. lib.1., Menoch. conſ.85. num.76., Laderch. conſ.92. num.7., Caſanat. conſ. 49. n.12., Andreol. contr.239. num.71., Fuſar. de ſubſtit. quæſt.479. num.46., Rot. Senen. apud de Comitib. deciſ.31. num.55., Rota noſtra deciſ.513. nu.10., & ſeqq. coram Cerro, & deciſ. 301. num.6. part. 1. rec., & alii poſt Aretin. in d.leg. Gallus §. Quidam rectè col.3.*, ubi inquit, impoſſibile eſſe, quod 8
inſtitutio, facta per verba directa, obliquetur, cum

cum jure directo valere poſſit,per regulam *Text.*
in leg. verbis civilibus ff. de vulgar., ubi ſcriben-
tes, *Purpurat. conſ.216. num. 7.*, *Riminald. jun.*
conſ.535. num.20., *& ſeqq.*, *Corn. conſ.231. lib.*
1., *Dec. conſ.287. col.1. verſ. ſimiliter*, ubi etiam,
9 quod ſubſtitutio in dubio interpretatur directa,
cap. ſi Pater de Teſtamen. in 6., *Peregrin. de Fi-*
deicomm. art.18. num.5., *& 15.*

Vel ſaltem adeò validam præſumptionem
inducit, quod filii, & Deſcendentes prædicti
10 potiùs per vulgarem, quàm per fideicommiſſa-
riam vocati fuerint, *Peregrin. conſ. 26. num. 6.*
lib.4., *Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.71.*
num.7., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.479. num.1.*, *&*
ſeqq., *Card. Mantica de conject. lib. 4. tit.8. nu.*
30., *Balducc. deciſ.*, *& rer. judicat. tit. de Le-*
gat., *& fideicomm. deciſ.6. num.3. in fin.*, *Rota*
deciſ. 13. num. 43., *& ſeqq. apud Urceol.*, *coram*
Gregor. deciſ.207. num.2., *coram bon.mem. Eme-*
rix jun. deciſ.56.num.2., ut ad illam vincendam
ſatis certè non ſint quælibet leviores conjecturæ,
ſed tales requirantur, quæ contrariam Teſtato-
ris voluntatem manifeſtè demonſtrent, cum
non agatur de interpretando aliquo dubio di-
ſpoſitionis verbo, ſed de recedendo à vera, &
propria illius ſignificatione, de qua certi reddi-
mur ex litera expreſſa teſtamenti, ideòque ad
ſuadendum, quod Teſtator, eâ non attentâ,
heredem per fideicommiſſum gravare voluerit,
11 conjecturæ debeant eſſe urgentiſſimæ, & perne-
ceſsè concludentes, maximè, quando non agi-
tur de inducendo fideicommiſſo favore Deſcen-
dentium Teſtatoris, ſed favore Extraneorum,
benè *Manſ. conſult. 131. ſub num. 19.*, *& 20.*,
Palm. nep. alleg.46. num.74., *allegat.47. nu. 59.*,
& 73., *& ſeqq.*, *& alleg. 48. num. 13.*, *An-*
dreol. contr. 100. num. 4. in fin., *Urceol. in ap-*
pend. ad conſult. 82. num. 27., *Barbat. de Fidei-*
comm. part.1. cap. 10. in fine, *Card. de Luca eo-*
dem tract. diſc.91. num.15., *diſc. 92. num.3.*, *&*
diſc. 94. ſub num. 9., *alter de Luc. de lin. legal.*
lib. 1. art. 15. num. 29., *& in addit. ad Franch.*
deciſ.633. num.11., *Surd. deciſ. 346. num. 19.*,
Grivell. deciſ.125. num. 33., *& 39.*, *Urceol. de-*
ciſ. 19. num. 14., *Rot. coram Burat. deciſ. 385.*
n. 2., *coram Dunoz. jun. deciſ.777. num.6.*

Cujus ſanè generis non ſunt illæ, quæ in con-
trarium afferri poſſunt, nam, quod Teſtatrix
heredem inſtituerit Florentium, & poſt eum
omnes ejus filios, & filiorum filios maſculos = *in*
infinitum, ordine ſucceſſivo in forma =, fideicom-
miſſum perneceſse non importat, ſed per vul-
garem optimè intelligi poteſt; Et ſanè, quod
attinet ad illa verba = *& poſt eum* = licèt com-
prehendere videantur utrumque caſum, ſci-
licet aditionis, & non aditionis, & reſpicere
tempus mortis Florentii, ac tractum ſucceſſi-
12 vum, quod efficit, ut ſubſtitutio dicatur com-
pendioſa, & conſequenter ſub ſe contineat etiam
fideicommiſſariam, juxtà doctrinam *Bartoli*, &
aliorum communiter *in leg. Centurio nu. 32. in*
fin. ff. de vulgar., *& pupillar.*, attamen id pro-
cederet, quoties illis adjectum eſſet verbum
aliquod commune utrique ſubſtitutioni tàm
vulgari, quàm fideicommiſſariæ, ſecus verò,
quando, prout in hypotheſi, adpoſitum fuit
verbum directum civile, quod, cum regulari-
ter flecti, & obliquari nequeat, niſi id clara
Teſtatoris voluntas expoſcat, id profectò ope-
rari non valent verba illa = *& poſt eum* =, quæ
hujuſmodi voluntatem minimè demonſtrant,
ſed ſolùm ſignificant ordinem ſuccedendi, qui 13
cum per vulgarem rectè impleri poſſit, ad fidei-
commiſſariam trahendus non eſt, benè in his
terminis *Riminald. jun. conſ. 50. num. 7.*, *& 33.*
lib. 1., *& conſ. 535. num. 20.*, *& ſeqq. lib. 3.*,
Anguiſciol. conſ.1. lib.6., *Ladercb. conſ. 92. nu.*
5. & ſeqq., *& nu.14.*, *Giovagnon. conſ.97. num.*
23.44., *& 57. lib.1.*, *Fuſar. conſ.98. num. 3. &*
4., *Decian. conſ.26. num.37. lib. 2.*, *Alb. conſ.*
29. num.8. lib.1., *Ruin. conſ.99. num. 1. lib.2.*,
Andreol. contr.239. nu. 70., *& ſeqq.*, *Menoch.*
de præſumpt. lib.4. præſumpt.71. num.16., *Rota*
deciſ.320. num.6. part. 1. rec.

Parique modo verba = *in infinitum, ordine ſuc-*
ceſſivo in forma =, aliaque perpetuitatem, &
tractum temporis ſucceſſivum denotantia, ac-
cipi debent ſamulativè ad perſonas, & caſus,
quibus adjecta fuerunt, adeout, cum in caſu
noſtro appoſita videantur ſubſtitutioni filiorum,
& nepotum Florentii, inducere quidem poſſint
fideicommiſſum inter illos in caſu, quo per vul-
garem, Florentio non adeunte, ſucceſſiſſent;
at illud nequaquam inferant in ipſo Florentio,
cujus reſpectu gravamen verba non inducunt, &
de Teſtatricis voluntate aliundè non conſtat, ut,
examinando virtutem, & efficaciam dictæ clau- 14
ſulæ = *in infinitum* =, aliorumque ſimilium, tra-
dunt in ſpecie *Bardellon. conſ. 13. num. 17.*, *&*
ſeqq., *Cyriac. contr.695. num.24.*, *Palm. Nep.*
allegat.48. num.33. & 34., *Peregrin. de Fidei-*
comm. art.29. num. 35., *Torr. variar. jur. quæſt.*
7. tit.8. nu.104. tom.2., *Rota Lucen. apud Palm.*
Nepot. allegat.272. nu.68., *& ſeqq.*, *Rot. Flo-*
rent. apud Manſ. conſult.620. num. 23., *& apud*
Urceol. deciſ. 13. num. 23., *Rota Romana deciſ.*
43. num. 10., *& ſeqq. coram Peuting.*, *coram*
Merlin. deciſ.669. num.15., *& ſeqq.*, *coram bon.*
mem. Emerix jun. deciſ.1180. num. 10. & ſeqq.,
in rec. deciſ.528. nu.17. part.18., *deciſ. 349. num.*
10. & pluribus ſeqq., *& deciſ.635. num. 13*, *&*
ſeqq. part.19., *penes Balducc. ad Ramon. deciſ.*
5. num.26. & ſeq., *& deciſ.6. num. 34.*, *in Ro-*
mana Primogenituræ de Salviatis ſuper Jocali-
bus, *& Tabulis pictis 22. Martii 1706. §.11. &*
30., *& 28. Junii ejuſdem anni §.18. coram R.mo*
Molines; ſufficit enim, quod talis perpetuitas
verificari potuerit in caſibus, ad quos Teſtator 15
ſe reſtrinxit, *Palm. Nep. allegat. 48. num. 34.*,
Carol. Anton. de Luca de lin. legal. art.13. num.
14., *Rota coram Bichio deciſ. 295. num.24.*, *co-*
ram Dunoz. jun. deciſ.715. num. 10.; Et de alia
clauſula = *ordine ſucceſſivo* =, eam optimè intel-
ligi poſſe per vulgarem, quoties aliæ conjectu- 16
ræ in contrarium non urgent, dixerunt *Caſtald.*
conſult.74. num.2., *Rodulphin. allegat.150. num.*
16., *Manſ. conſult.777. num.26. in fin.*, *Caſtill.*
contr. lib.5. cap.110. num.17. & ſeqq., *Mart. de*
ſuc-

Digitized by Google

ſucceſſ. legal. part.4. quæſt. 24. artic. 2. num.30., *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 479. num. 9.*, *& 50.*, *Surd. deciſ.346. num. 18. & ſeqq.*, *Balducc. deciſ. & rer. judic. tit.3. de legat. & fideicom. deciſ. 6. ex num.6.*, *& apud Ramon. deciſ.82. num.59. tom.4.*, *Vrceol. deciſ. 19. num. 23.*, *Rot. coram Cavaler. deciſ. 496. num.4.*, *coram*, *Royas deciſ. 87. num.12.*, *& ſeqq.*, *poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.225. num. 21. & ſeqq.*, *& in Bononien. Fideicommiſſi 27. Junii 1708. §. Pro reſponſione coram Illmo D. Falconerio Almæ Vrbis Gubernatore.*

Ut etiam, ad effectum inducendi fideicommiſſum, parvi refert, quod in teſtamento poſt vocationem filiorum, & Deſcendentium Florentii = *in infinitum ordine ſucceſſivo in forma* =, adjecta fuerint illa alia verba = *& ad hunc effectum, & alias &c.* = *facio opportunè de eorum perſonis, & ad eorum reſpectivè favores tàm vulgares, quàm pupillares, & fideicommiſſarias, ac reciprocas inſtitutiones, & ſubſtitutiones, etiam directas, & alias congruas, juxta caſus, & caſuum contingentiam, ſingula ſingulis &c. & aliàs omni meliori modo &c.* = Etenim, cum ineptè expreſſa legatur etiam pupillaris, minimè verificabilis in filiis, & Deſcendentibus Florentii,
17 qui reſpectu Teſtatricis erant prorſus extranei,
indè ſequitur, ex ſimplici ſtylo imperiti Notarii, hæc omnia appoſita fuiſſe, proptereaque nihil operantur, *Redenaſc. conſ.54. num.17. & ſeqq.*, *Vrceol. conſult.82. num.85. & 86.*, *Torr. vor. jur. quæſt. tom.1. tit.2. quæſt.27. num.50.*, *& quæſt.29. num.50.*, *Rot. poſt eumdem de Primogen. deciſ.24. num.26.*, *& deciſ.25. num.23.*, *& cor. Priolo deciſ.110. num.20.*

Immò verò, quando etiam ex mente Teſtatricis conſultò adjecta cenſeri vellent, nihilominùs vulgari ſubſtitutioni minimè officerent; intelligi namque deberent, congrua congruis referendo, prout ipſamet Teſtatrix rectè ſe explicavit, ibi = *& alias congruas, juxtà caſus, & caſuum contingentiam, ſingula ſingulis &c.* =, ità quidem, ut fideicommiſſum ſucceſſivum, & perpetuum inducant reſpectu Deſcendentium maſculorum Florentii eo caſu, quo per vulgarem ad ſucceſſionem admitterentur, ſecus verò reſpectu ipſius Florentii, qui antecedenter
18 gravatus nullo modo fuit, ut promiſcuè de ſu-
pradictis clauſulis loquentes obſervant *Bellon. jun. conſ.39. ſub nu.25.*, *Redenaſc. conſ.10. num. 29.*, *& conſ.54. ex nu.20.*, *Vrceol. conſult. 70. num.22.*, *Altograd. contr.56. nu. 85.*, *& contr. 64. num.22.*, *& ſeqq.*, *Actolia. reſolut.114. nu. 14.*, *& pluribus ſeqq.*, *Manſ. conſult. 131. ſub num.25.*, *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.479. nu.87.*, *Rot. coram Priol. deciſ.110. num.19.*; Clauſula verò = *omni meliori modo* =, nimis vaga, & generalis eſt, cumque regulariter pro maiori dum-
19 taxat firmitate actus adhibita cenſeatur, apta
non eſt inducere fideicommiſſum ultrà perſonas, & caſus expreſſos, *Surd. conſ. 232. num. 32. & 39.*, *Vrceol. conſult. 56. num. 13.*, *Card. Mantic. de conjectur. lib. 5. tit. 2. in fin.*, *Rodulphin. alleg.150. num. 15.*, *Rot. coram Arguell. deciſ. 32. num.29.*, *coram Burat. deciſ. 335. num. 7.*, *ibique Adden.*, *cum aliis in Aven. Primogenituræ ſeu Concurſus 23. Januarii 1705. §. Requiſita cor. bon. mem. Muto.*

Nec etiam pro fideicommiſſi perpetuitate ſuadenda urget vocatio Maſculorum cum quali-
tate legitimitatis, nam maſculinitatem ad effe- 20
ctum, de quo agitur, nullius eſſe momenti, docuerunt relati per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.382. num. 50. & ſeqq.*, ubi de communi, *& quæſt. 479. num. 104. & ſeqq.*, *Vrceol. conſult. forenſ. cap.56. num.24. & ſeqq.*, cam afferentes rationem, nimirum quod conjectura inde deſumpta, eatenus valet, quatenùs ex ea elicitur contemplatio agnationis autem; Nemo non videt, quod in noſtro caſu tacitum eliceretur ex alio tacito, ſi fideicommiſſi perpetuitas tacitè fundaretur ſuper
contemplatione agnationis, tacitè pariter elici- 21
ta ex Maſculorum vocatione, quem conijciendi, aut arguendi modum in propoſito non probant *Surd. conſ. 329. num. 12.*, *Peregrin. conſ. 55. num. 27. lib.1.*, *Palm. Nep. alleg. 47. num. 37.*, aliam verò conjecturam, quæ deduci poſ-
ſet ex qualitate legitimitatis, communiter reij- 22
ciunt *Palm. dict. allegat. 47. num. 42.*, *Balduc. ad Ramon. deciſ.90. num.54. tom.4.*, *ubi alii*, *de Comitibus deciſ. Florent. 31. num. 42.*, *Rota coram Arguell. deciſ.32. num.21.*, *in rec. deciſ.383. num.5.*, *& ſeqq. part.15.*

Minoris denique ponderis ſunt onera, heredibus indefinitè injuncta, ex quibus perpetuum, & ſucceſſivum fideicommiſſum argui quandoque poſſe admittitur, quia, uno excepto, reliqua omnia ſunt mera Legata, à primis here-
dibus unicâ vicè ſolvenda, ideoque nullum fi- 23
deicommiſſi argumentum præbere valent, ut apud *Torr. de Primogen. tom.2. quæſt.36. nu. 11. & ſeqq.*, *de Comitibus deciſ. Floren.1. num.18.*, *& deciſ.401. num. 8. part. 12. rec.*, illud autem unum verè perpetuum pro celebratione Miſſarum injunctum legitur Societati Sanctiſſimi Roſarii, non verò heredibus, qui duntaxat gravati fuerunt ad dandas pro una vice libras quatuor mille imperiales, & ad ſolvendos fructus,
donec illæ traderentur, quod tamen intrà ter- 24
minum unius anni à die obitus ipſius Teſtatrix expleri voluit, ut ad rem conſiderant *Rodulphin. alleg.9. num.7. & 12.*, *Altograd. contr. 64. num.43.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.382. num. 66.*, *Torr. de major. part.2. quæſt. 36. num. 10.*, *Rot. Lucen. apud Saminiat. contr.55. num.27. & 28.*, *Rauden. deciſ. Piſan. 28. num. 105.*, *Rot. deciſ. 465. nu.36. & 37. part.14.*; Immò verò, tametſi dictum onus adjectum nominatim fuiſſet heredibus ſuprà vocatis, nihilominùs fideicommiſſum perpetuum inter illos non induceret, quia nil prohibet, quominùs injunctum intelligatur in
caſibus, in quibus per vulgarem ſucceſſiſſent, 25
Rodulphin. alleg.150. num. 14. & 18., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.479. num.84.*

Si igitur argumenta hæc, quæ pro ſucceſſivo, & perpetuo fideicommiſſo adduci poſſunt, ſive disjunctim, ſive conjunctim accipiantur, nullam
faciunt concludentem probationem, quia ſunt 26
in

in ſuo genere imperfecta , *Redenaſch. conſ. 14.*
nu.50., *Caren. reſolut.29. nu. 15.*, *Palma Nep.*
alleg.48. num.57., *Actolin. reſolut.90. nu.100.*;
Balducc. ad Ramon. deciſ.90.num.66. tom.4., *de*
Comitibus deciſ. Florent. 31. nu. 57., *Rot. deciſ.*
110. num.1. coram Royas , *in rec. deciſ. 383. nu.*
33., *& ſeq. part. 15.*, quanto minus iſtiuſmodi
ſucceſſivum, & perpetuum fideicommiſſum
concludent in caſu noſtro, in quo deſiderantur
duæ illæ conjecturæ , nimirum contemplatio
agnationis, & digreſſus ad plures gradus ſubſti-
tutionum, quæ præcipuè à Doctoribus conſide-
rari ſolent, & ſinè quibus regulariter fruſtrâ agi-
tur de fideicommiſſo inducendo, ſive de jam
inducto extendendo ab uno caſu ad alium om-
27 nino diverſum, *Altograd. jun. contr. 38. nu.27.*
& ſeqq., *Rodulphin. allegat. 4. num.5.*, *Tondut.*
reſolut. civil. part.2. cap. 120. num. 8., *Rot. in*
rec. deciſ.209. num.16. part.8., *deciſ. 95. nu.18.*
part.11., *deciſ.112. num.8.*, *& deciſ.481. num.*
14. part.18., *in Lauretana Fideicommiſſi 6. Martii*
1702. §. Tantò magis coram R.P.D. Lancetea, *&*
in Tyburtina Fideicommiſſi 2. Martii 1705. §.
Abſque eo quod coram Reverendiſſimo Anſaldo
Decano.

Enim verò contemplatio agnationis ex nulla
teſtamenti parte reſultat , & pro illius excluſio-
28 ne regulariter ſufficit, quod nullibi expreſſa le-
gatur , *Caſtald. conſult.34. num.9.*, *Cirocch. di-*
ſcept.51. num.59., *Actolin. reſolut. 90. nu.25.*,
Urceol. conſult. 56. num.24. & ſeq., *Balducc. ad*
Ramon. conſ. 15. num. 5., *Palm. Nep. alleg. 47.*
num.38., *& alleg.48. num.43. & ſeqq.*, *& alleg.*
83. num.9., *Rub. in addit. ad deciſ.632. nu.81.*,
& ſeqq. part.4. tom.3. rec., *Rot. deciſ. 282. num.*
4. part.2., *deciſ.279. nu.21. part.6.*, *deciſ. 267.*
nu.14. part. 11. rec., *in Lauretana Fideicommiſſi*
loco mox citat., *& in Melevitana Fideicommiſſi*
21. Februarii 1710. §. Prò ſufficienti coram Emo
D. Card. Priolo , *& in Romana ſeù Sarzanen.*
Fideicommiſſi 2. Julii 1714. §. Nec ullum coram
R.P.D. Cerro ; Præſertim , quando non agitur
29 de diſpoſitione facta ab aliquo Aſcendente, ſed
à perſona prorſus extranea , *Mantic. de conject.*
lib.8. tit.8. num.16., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.320.*
ſub num.27., *cum aliis apud Saminiat. contr.19.*
num.15., *& pluribus ſeqq.*, *Rot. coram Bich. de-*
ciſ.480. num. 28., *in rec. deciſ. 262. num. 5.*, *&*
6. part.17., & maximè , ſi ſit fœmina, quæ ri-
30 goroſam agnationem prædilexiſſe minimè præ-
ſumitur , *clar. mem. Card. de Luca de Fideicom.*
diſc.24 num.12., *Carol. Anton. de Luca de lin.*
legal. art.10. num.12., *Manſ. conſult. 199. num.*
5., *Rot. in Peruſina Fideicom.20.Februarii 1713.*
§. Ultimo coram Illmo D. Falconerio Almæ Urbis
Gubernatore , in his enim terminis ad effectum
inducendi ſive extendendi fideicommiſſum ,
agnationis rationem debere eſſe expreſſam in-
dependentem , & per orationem ſeparatam, nec
31 ſufficere tacitam , & interpretativam, dixerunt
Palm. Nep. allegat.47. nu. 37., *Urceol. conſult.*
56. num.27., *Actolin. reſolut. forenſ.90. nu.95.*,
Rot. deciſ.667. num.10., *& ſeqq. part.2.*, *& de-*
ciſ.279. num.21. part. 6. rec., ubi , quod non
ſufficit , ipſam deduci ex vocatione Maſculo- 32
rum , quæ , nonniſi ſexus prædilectionem ſuâptè
naturâ indicat, *Altograd. ſen. conſ.96. num. 61.*
lib.2., *Mantic. de conject. lib.2. tit.14. nu. 14.*,
Palm. alleg. 47. num. 36., *Rot. coram Seraphin.*
deciſ.1216. num.6., *in recent. deciſ.151. num.8.*,
& ſeqq. part. 5., *& deciſ.383. num.5.*, *& ſeqq.*
part. 15.

Omitto, quod eadem manifeſtè excluditur
ex eo, quod alienatio expreſsè prohibita non
fuit , cum inde rectè arguatur , Teſtatorem mi- 33
nimè curaſſe , quod Bona perpetuò in agnatione
conſervarentur , *Redenaſch. conſ.34. nu. 61. lib.*
1., *Altograd. contr.38. nu.7.*, *Rot. coram Bich.*
deciſ.342. num.5. & 6., *in rec. deciſ. 151. num.*
4. & ſeqq. part. 5. ; Verùm etiam , quando il-
lius ratio expreſsè habita fuiſſet , attamen , cum
reſtricta videri poſſet ad caſum , quo Florentius
hereditatem non agnoviſſet , ultra illum exten- 34
denda non eſſet , ad tradita per *Altograd. conſ.*
83. num. 16., *& 43. lib. 2.*, *Molin. de Primo-*
gen. lib.3. cap.5. num.10. & 20., *Caſtill. contr.*
lib. 2. cap. 3. num.122., *Palm. Nep. allegat.48.*
num.46., *& allegat.57. num.14.*, *Rodulphin. al-*
legat.150. num.13., *Rota coram Dunoz. jun. de-*
ciſ.74. num.5., *& pluribus ſeqq.*, *poſt Torr. de*
pact. futur. ſucceſſ. deciſ.225. num.15. & 16., *in*
recent. deciſ.368. num.7. part.5., *deciſ.358. num.*
30. part.10., *deciſ.235. num.4.*, *& 5. part.15.*,
& in dicta Romana, *ſeù Sarzanen. Fideicommiſſi*
loco mox citato.

Digreſſus verò ad plures ſubſtitutionum gra-
dus pariter deficit in hypotheſi , quia omnes ,
quotquot leguntur , ſubſtitutiones , pendent ab
admiſſione Florentii primi heredis inſtituti , 35
quo admiſſo , illæ omnes evanuerunt , perin-
dè , ac ſi numquam factæ fuiſſent , *Caſanat.*
conſ.2. num.43., *Giovagnon. conſ.39. num.2.*, *&*
ſeqq. lib.1., *Reynoſ. obſervat.64. num.18.*, *Seſſ.*
deciſ. 246. per tot., *Rot. coram Baratta deciſ.*
820. nu.4., *coram Celſo deciſ.335. num.17.*, *co-*
ram Cerro deciſ.712. num.12., *coram Coccin. de-*
ciſ.294. num.3. ; Licèt enim adſit pluralitas ſub-
ſtitutorum , non indè tamen adeſſe dicitur plu-
ralitas graduum ſubſtitutionum , quoties voca-
tio reſtricta eſt ad unum tantùm caſum , juxtà 36
conſil Alexand. 139. lib.6., *Altograd. conſ. 60.*
num.120., *& ſeqq. lib.1.*, *Ramon. conſ.100. nu.*
130. & ſeqq., *Caſtald. conſult. 34. nu.21.*, *Palm.*
Nep allegat.47. num.34., *allegat.48. num.35.*, *al-*
legat.85. num.2., *& allegat.90. num.34. & 46.*,
Tondut. quæſt. civil. part.2. cap. 125. num. 17.,
Urceol. conſult.81. num.17., *Rot. coram Dunoz.*
jun. deciſ.777. num.7., *coram Cardin. Celſ. deciſ.*
147. num.17. & ſeqq., *& in Lauretana Fideicom-*
miſſi 6. Martii 1702. §. Tantò magis coram R. P.
D. Lancetea , *& benè in dicta Romana*, *ſeù Sa-*
vonen. Fideicommiſſi 2. Julii 1714. §. Nam di-
cta coram R. P. D. Cerro ; quibus ſi addatur
etiam defectus prohibitionis alienationis , ex-
cluſionis Fiſci , & ſimilium , quæ prò fideicom-
miſſo inducendo plurimùm valent , in dubium

venire nequit, quin prò vulgari, ad excluſio-
37 nem fideicommiſſariæ, reſpondendum ſit, ut
admonet *clar. mem. Card. de Luca de Fideicom-
miſ. diſc.91. num. 23. & ſeqq., & diſc. 94. num.
9., Rot. Januen. inter collect. per Balducc. de-
ciſ. & rer. judicat. titul. 3. de fideicommiſ. deciſ.
26. num. 8., Rot. deciſ. 79. num. 17., & ſeqq.,
& deciſ. 112. num. 3., & ſeqq. part. 18. re-
cent.*

Certòque certiùs, quia, ubi Teſtatrix reve-
râ voluit per fideicommiſſariam ſubſtituere, id
rectè ſcivit exprimere, prout fecit in vocatione
fratrum de Bernis, eos invitando ad medieta-
tem uſusfructus omnium ſuorum Bonorum *poſt
obitum* Virginiæ de Luca uſufructuariæ univer-
ſalis, quod cum non fecerit reſpectu filiorum
Florentii, ſed aliam omninò diverſam diſpo-
nendi methodum adhibuerit, eos nimirum ſim-
pliciter vocando *poſt eum*, quæ verba, merum
38 ſuccedendi ordinem denotantia, per vulga-
rem optimè intelliguntur, ex ſupra firmatis,
hinc rectè colligitur, non eodem modo hos ſub-
ſtituere voluiſſe, per fideicommiſſum nem-
pè ſucceſſivum, atque perpetuum, ſed diverſi-
modè, ac per vulgarem tantùm, quemadmo-
dum diſcretiva loquendi forma, quâ Teſtatrix
39 uſa fuit, apertè demonſtrat, & probant *Alto-
grad. contr. 55. num.42., contr.56. num. 54., &
ſeqq., & contr.97. num.59. vol. 2., Urceol. con-
ſult.82. num.10., Palma Nep. allegat. 47. num.
25., & 57., & allegat.48. num.5., ubi concor-
dantes, de Luc. de lin. legat. lib.1. artic.15. num.
29., alter de Fideicommiſ. diſcurſ. 91. num. 16.
& 23., & diſc.94. num.8., Torr. de Primogen.
quæſt.19. num.21. tom.2., Rota coram Royas de-
ciſ.87. num.12., coram Priol. deciſ.110. num. 9.
& ſeqq., in recent. deciſ.425. nu. 16. part.9. de-
ciſ., 2. num.11. part.10., deciſ.279. num 16. part.
13., & poſt de Luc. de fideicom. deciſ.7. nu. 10.,
& deciſ.62. num.11.*

Maximum verò, aliis omiſſis, argumentum
vulgaris reſultat ab expreſſa ejuſdem ordinatio-
ne facta in caſu obitus dd. fratrum de Bernis
quoad medietatem uſusfructus, illis relictam;
voluit enim Teſtatrix, quod tali caſu d. medie-
tas plenè, & integrè conſolidaretur, & ipſo ju-
re, & facto perveniret *in d. D. nobilem Floren-
tium inſtitutum, ut ſupra, ſi ſupervixerit, ſin
minùs in dd. ejus filios maſculos legitimos, & ejus
Deſcendentes legitimos maſculos, ut ſupra, voca-
tos, ordine, & modo, quo ſupra;* quemadmo-
dum igitur in hac teſtamenti parte, reſpiciente
medietatem uſusfructus, relictam fratribus de
Bernis, vocatio filiorum, & Deſcendentium
Florentii, utpotè concepta verbis illis = *ſin minùs* =
quæ adverſativa, & omninò contraria ſunt ſu-
perviventiæ d. Florentii, reſtricta videtur tan-
40 tummodò ad caſum illius non ſuperviventiæ,
benè *Roſa deciſ. 49. num. 10. part. 13. rec.*, &
conſequenter expreſſa cenſetur per meram vul-
41 garem, quæ, attentâ ſuperviventiâ ejuſdem
Florentii, prorsùs evanuit, ut præ ceteris adver-
tit *Rota deciſ.5. num.3., & ſeqq., & deciſ. 6. n.
9., & ſeqq. poſt Balducc. ad Ramon., in rec. de-
ciſ.635. per tot. part.19. tom.2., in Reatina Fi-
deicommiſſi de Clavellonibus 16. Junii 1698.
§. Fuit animadverſum coram bon. mem. Pio, &
in Romana, ſeù Ferrarien. Fideicommiſſi 2. Julii
1714. §. Præmiſsâ igitur coram R. P. D. Cerro*,
ità quoque per ſimplicem vulgarem dd. filii, &
Deſcendentes vocati dicendi ſunt ad alteram
medietatem uſusfructus cum integra proprieta-
te, ad quam ſuperiori loco invitati fuerant; &
rectè quidem, nam, ſi, juxtà veriores Juris no-
ſtri regulas, in ſubjecta materia communiter re-
ceptas, una ſubſtitutio aliam declarat, *leg. qui* 42
*Liberis in fin. ff. de vulgar., leg. qui filiabus in
princ. ff. de Legat.1., Bartol. in leg. Coheredi §. Ex
his, & in leg. Centurio num. 27. ff. de vulgar.,
Altograd. conſ.60. num.105. lib.1., Cyriac. con-
trov. 301. num.32., & contr.302. num.60., Ho-
diern. contr. 32. num.2., Mantic. de conject. lib.
6. tit. 13. num. 5., Tondut. lib. 2. quæſt. civil.
cap.110. num.32., Rocca diſput. Jur. ſelect. cap.
3. num.45., & cap.16. num. 24., Andreol. con-
trov. 82. num. 9., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 320.
num. 78., & ſeqq., Larrea deciſ. Granaten. 54.
num. 6., Raudenſ. deciſ. 31. num. 240. part. 1.,
Cavaler. deciſ.17. num.25., & deciſ. 19. nu. 67.
part.3.*, & ab ea, quæ magis clara, & perſpicua
eſt, ſumi debet interpretatio alterius dubiæ, & 43
obſcuræ, *Rodulphin. alleg. 161. num. 8.*, ubi,
quod ſubſtitutio explicita declarat præceden-
tem implicitam; profectò, cum in dubium ve-
nire nequeat, quin ſubſtitutio dd. filiorum, &
Deſcendentium Florentii quoad medietatem
uſusfructus, & integram proprietatem anceps
ſit, & æquivoca, itaut ad vulgarem, & fidei-
commiſſariam trahi poſſit; in his ſanè terminis
pro illius declaratione omninò recurrendum eſt
ad aliam teſtamenti partem, in qua Teſtatrix
dd. filios, & Deſcendentes Florentii per vulga-
rem ſubſtituit quoad aliam medietatem uſusfru-
ctus, neque enim credendum eſt, quod in una
parte hereditatis per vulgarem, & in alia per 44
fideicommiſſariam ſubſtituere voluerit, præſer-
tim, quia in utraque ſubſtituti ſunt iidem filii,
& Deſcendentes, & nulla aſſignari poteſt ratio
diverſitatis, ob quam potius in una parte, quàm
in alia vulgariter eos ſubſtituere voluerit, unde
ex identitate rationis, in utroque caſu concurren-
te, eadem præſumi debet voluntas Teſtatricis 45
ſubſtituendi per vulgarem, prout in una parte
expreſsè ſe explicavit, *Manſ. conſult. 46. ſub nu.
9. tom.9., Altograd. contr.94. num.35., & ſeq.,
Palm. nep. allegat.227. ſub num.78., Rot. coram
Peuting. deciſ.256. num.8., & ſeqq., in Romana
Fideicommiſſi 21. Februarii 1684. §. Quartò quia
coram bon. mem. Benincaſa, & in Oſtunen. Pri-
mogenituræ 12. Junii 1699. §. Quartò coram
Rmo dell' Olmo Epiſcopo Conchen.*

Quod potiori jure dicendum eſt in caſu no-
ſtro, attentâ clauſulâ illâ = *Salvo tamen, ut in-
fra* =, immediatè adjectâ poſt inſtitutionem
Florentii in integra proprietate, & medietate
uſusfructus, quæ quidem clauſula cum ſit modi- 46
fica-

Digitized by Google

ficativa , & reſtrictiva, *Rodulphin. alleg.142.n.4,*
ubi , quod talis eſt virtus , & natura d. modifi-
cationis , quod , ſi non invenit, quod modificet,
47 orationem præcedentem extinguit , & in nega-
tionem reſolvit , *Oſaſch. deciſ. 764. num. 7. , &*
ſeqq. , ad aliud congruè referri non poſſe vide-
tur , quim ad verba illa = *ſi ſupervixerit , ſin mi-*
nùs = , appoſita in poſteriori ejuſdem Florentii
vocatione quoad aliam medietatem uſusfructus,
adeout priorem illam inſtitutionem Florentii re-
ſtringat ad caſum ſuperviventiæ ejuſdem , quo
non purificato , eam per vulgarem extendat ad
filios,& Deſcendentes ejuſdem Florentii, quem-
admodum in hac poſteriori ſubſtitutione factum
fuit, id enim ipſum virtute ſupradictæ clauſulæ=
48 *Salvo tamen , ut infra* = diſpoſuiſſe cenſetur in
ſuperiori parte , perinde , ac ſi in illa literaliter
expreſſum legeretur, ad *Text. in leg. ſi teſtamen-*
tum 8. in princ. , & verſ. ſin autem conditiones uſ-
que ad fin. Cod. de inſtit. , & ſubſtit. , Dec. conſ.
92. num. 2. , Ruin. conſ. 101. num. 19. , Barboſ.
clauſ. 144. in fin. , Rota. coram Cavaler. dec. 296.
num.1. , & 2. , coram Coccin. deciſ. 2121. n. 63. ,
& num.137. , 146. , & ſeqq. , in rec. deciſ. 194.
num.47. , & ſeqq. part. 5. , deciſ. 354. num. 53. ,
65. , & ſeqq. part. 11. , maximè , quia in hac
etiam parte non deſuut clauſulæ relativæ ad ſu-
periorem , videlicet = *ut ſupra ordine , & modo ,*
49 *quo ſupra* = quæ oſtendunt , Teſtatricem parifi-
care voluiſſe unum caſum cum alio, ità quidem
ut eodem prorsùs modo ſuccedi voluerit in utro-
que,*de Comitib. dec. Senen. 34. n.1. , Rot. cor. bon.*
mem. Emerix jun. deciſ. 1144. num. 1. , & deciſ.
1229. pariter num.1.

Cum itaque ex his omnibus pateat , conjectu-
ras , & argumenta, quæ ex parte Actorum affer-
ri poſſunt , haud quaquam eſſe illius ponderis ,
& efficaciæ , prout in ſubjecta materia requirun-
tur, ex ſuprà firmatis , quippè illa fideicommiſ-
ſum neceſſariò non important , ſed ad vulgarem
commodè referri poſſunt , ſubſtitutio idcircò
trahenda non eſt ad fideicommiſſum , quod non
50 inducitur , niſi vis verborum, aut neceſſaria con-
jectura id omninò expoſcat , ut rectè obſervat
Andreol. contr. 100. num. 4. in fin. , & cum aliis
optimè Rota deciſ. 43. num.9. part. 13. ; præcipuè
verò, quia, tametſi contraria argumenta, & con-
jecturæ vim aliquam habere poſſent , eadem
penitùs ſublata, & eliſa remanerent ab aliis con-
jecturis , ex parte d. Comitis adductis , quæ qui-
51 dem in concurſu omnino prævalere debent , vel
quia ſunt validiores , *Palm. nep. allegat. 47. n. 56.*
73. , & 76. , & num.80. , Rot. Florent. apud
Urceol. deciſ. 4. num. 88. , Rot. Romana coram
Merlino deciſ. 505. num. 33. , coram Dunoz *jun.*
deciſ. 648. num. 25. , in recent. deciſ. 199. n. 12.
part. 19. ; vel quia habent pro ſe regulam Juris,
adverſantem fideicommiſſo , utpotè continente
gravamen , ſuâptè naturâ ſummoperè odioſum,
ac maximè repugnans naturali libertati Bono-
rum , quod proindè ſtrictiſſimè interpretandum
52 eſt , ſemperque excludendum , quoties de con-
traria mente Teſtatoris manifeſtè non conſtat ,
Altograd jun. contr. 97. num. 65. , clar. mem.
Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 72. num 4. ,
diſc. 93. num. 8 , & diſc. 124. num. 10. , Rot.
poſt ipſum deciſ. 14. num. 32. , & 12. tit. de legat. ,
in rec. deciſ. 199. num. 12. part. 19. ; & in om-
nem eaſum , eum ſaltem negari non poſſit , quin
in conflictu conjecturarum hinc inde adductarum
res dubia ſit , & ambigua , adeòut rectè perſpici
nequeat , qualis reverà fuerit Teſtatricis mens ,
& voluntas ; hoc planè ſufficit ad repellendum
Actores , quibus incumbit onus plenè , & per- 53
fectè probandi exiſtentiam , & durationem fidei-
commiſſi , *clar. mem. Card. de Luc. de Fideicom.*
diſc. 91. num. 24. , & diſc. 94. num. 8. , Manſ. con-
ſult. 777. num. 29. , Altograd. contr. 97. num. 65. ,
Rot. Florent. apud Urceol. deciſ. 4. num. 89. , &
90. , Rot. Romana coram Dunoz. jun. deciſ. 648.
nu. 25. , cum enim non agitur inter plures, de vo-
catione contendentes , ſed cum tertiò , qui titu-
lo oneroſo , & bonâ fide Bona poſſidet , eidem ,
tamquam Reo , & poſſeſſori, ſufficit vincere per 54
non jus Actoris, *leg. uti frui §. 1. ff. ſi uſufruct.*
petat. , leg. ſi res alienas Cod. de rei vindicat. , &
leg. qui accuſare Cod. de edend. ; reddendo ſim- 55
pliciter dubiam illius intentionem , *Rot. coram*
Merlino deciſ. 597. num. 34. , cor. bon. mem. Eme-
rix jun. deciſ. 26. num. 6. , in rec. deciſ. 229. num.
34. part. 6. , cum in dubio contra fideicommiſ- 56
ſum , & pro libertate Bonorum judicandum ſit ,
clar. mem. Card. de Luca de Fideicomm. diſc. 73.
num. 8. , diſc. 91. num. 24. , & diſc. 247. num. 8. ,
Rot. deciſ. 20. num. 32. part. 15. rec. , cum concor-
dantibus ibi relatis , & in Peruſina Fideicommiſſi
30. Januarii 1711. §. final. coram R.P.D. Cri-
ſpo ; præſertim, quando non agitur de fideicom- 57
miſſo Deſcendentis , ſed de odioſa diſpoſitione
perſonæ prorsus extraneæ , quo caſu eò faciliùs
in dubio pro fideicommiſſi excluſione reſpon-
dendum eſt , ut , aliis omiſſis , benè *Rota deciſ.*
68. num. 13. , & ſeqq. part. 15. rec. , ubi concordan-
tes .

Camerinen. Succeſſionis .

Donatio inter vivos perpetua eſt , ac tranſitoria ad Donatarii heredes. Bona ad maternam hereditatem poſt fratris Donatarii obitum reverſa fuiſſe , heredes aliorum fratrum nequeunt obtendere , ſtante pacto in diviſione cum his initâ, ab eiſdemque acceptatâ, quod Bona prædicta in cauſam Legitimæ , ipſi Donatario debitæ in Bonis Matris , cedere deberent . Bona nedum paterna, ſed etiam materna in diviſione fuiſſe comprehenſa, an, & quomodò ex proemialibus etiam inſtrumenti verbis valeat conſtare ?

VOTUM XVII.

1 *Donatio inter vivos eſt irrevocabilis .*
2 *Nec ullo pacto per modum , conditionem , aut gravamen ullum alterari poteſt .*
3 *Aut ullá revocari diſpoſitione .*
Sive directè , ſive indirectè , num. 9.
4 *Donatio inter vivos ſuâpte naturâ perpetua eſt , & ad heredes tranſitoria .*
5 *Donatio ſolo Donantis conſenſu , ac voluntate perficitur .*

6 *En donatione inter vivos ſtatim Donatario jus odquiritur.*
7 *In eumque dominium irrevocobiliter transfertur.*
8 *Donans inter vivos, nequit de Bonis donatis in vita diſponere.*
9 *Minùſque per ultimam voluntatem.*
10 *Donatione factá inter vivos, non admittitur pœnitentia, innovatio, ſeu olteratio.*
11 *Pactum reverſivum donationi adjectum, pars illius ſubſtantialis fieri dicitur, & rei donatæ irrevocobiliter inhærere*, & num. 20.
12 *Donata res cum pacto reverſivo, obligata pro iſtius executione cenſetur ab ipſo aſſignationis actu.*
13 *Atque in Donatarium cum tali onere tranſire.*
14 *Pacto dant legem contractui.*
15 *Diſpoſitionis alicujus acceptotio facto intelligitur cum omnibus, quæ illi inſunt, oneribus, & gravaminibus.*
16 *Tantique valet, ut nequeat impugnari nec ab acceptante, nec ab eo cauſſam habente.*
17 *Maximè, quum agitur de conditione, Juri non contraria.*
18 *Pactum reverſivum ſuper Bonis in titulum patrimonii ſacri, ad vitam oſſignatis, vel donatis, quouſque ſufficiens quis Beneficium non aſſequatur, de jure ſuſtinetur.*
19 *Pacto reverſionis ſi locus factus ſit, Bona, cum eo pacto donata, od Donantem redeunt.*
21 *En qualitate, modo, & forma procedendi benè colligitur Agentis animus.*
22 *Diviſio eſt ſpecies tranſactionis*, & num. 29.
23 *Diviſio, ad inſtar tranſactionis, tollit jura antiqua.*
24 *Diviſio juſta, & valida, communique Dividentiam conſenſu acceptata, impugnari nequit*, & num. 42.
25 *Tum ab ipſis Dividentibus, tum ab habentibus cauſſam ab eis, eorumque heredibus*, & n. 44.
26 *Diviſionis inſtrumentum plenam, ac ſuperlativam conſtituit probationem.*
27 *Diviſio eſt titulus optus ad transferendum dominium.*
Ac rei diviſæ poſſeſſionem, ibid.
28 *Diviſio religioſè ſervanda ſemper eſt, donec per tres conformes reſcindatur.*
29 *Idem de tranſactione.*
30 *Pars diſpoſitiva comprehendere dici debet totum id, quod in narrativa expoſitum eſt.*
Et ab iſto regulori, informari, atque interpretationem recipere, ibid.
31 *Proemium, ſeù verba proemialia intentionem demonſtrant, ſuntque totius diſpoſitionis regula.*
32 *Superfluitas verborum in contractibus ut evitetur, qualibet capienda eſt interpretatio.*
33 *In contractibus verbum nullum, immò nec etiam ſyllaba otioſa debet eſſe.*
34 *Diviſionem ad Bona paterna reſtrictam non fuiſſe, orguit mentio in proemio habita de maternis Bonis, cum proteſtatione hæc retinendi pro Legitima*, & num. 40.
35 *Quod ex præfatione colligitur, id, licèt in diſpoſitiva non repetitum, comprehenſum in eo cenſetur*, & num. 39.
36 *Cum præfatio lumen, & intellectum diſpoſitioni præſtet.*
37 *En præfatione mens habetur, atque intentio Contrahentium.*
38 *Diſpoſitio, ac ſtipulatio qualitatibus omnibus, & conditionibus, in narrativa expreſſis, conformata dici debet.*
40 *Proteſtotio, ſeù declaratio in proemio ſtipulationis, univerſam diſpoſitionem afficit.*
41 *Omnia in præfatione expreſſa neceſſariò includit odprobatio, & ratificatio* di tutte le coſe &c. nella narrativa contenute.
43 *Pacta ſunt omninò cuſtodienda.*
44 *Heres factum ſui auctoris nequit impugnare.*
45 *Diviſione conceptá per modum generaliſſimæ, ac finalis quietantiæ, nihil ampliùs peti poteſt, quamvis deberetur.*

BON. mem. Maria Franciſca Petti patrimonium anno 1694., pro ſacris Ordinibus ſuſcipiendis ab ipſa conſtitutum quondam Gaſpari Petti filio ſuo, auxit anno ſequenti, eâ tamen tàm in conſtitutione, quàm in augmento adjectâ lege, quod nimirum, cum idem moreretur, non ſolùm illud reverti, ac conſolidari deberet cum ſua hereditate, ſed prætereà quod in caſu ſeparationis, ſeù diviſionis, inter fratres faciendæ, in ejus partem imputandum eſſet, ut ex *Summario* ad me tranſmiſſo *num. 1.* Jam autem ad titulum dicti patrimonii promoto Gaſpare ad Sacerdotium, præfata Maria Franciſca cupiens potiorem amorem ei teſtari, pleniùſque ipſius commodis conſulere, eidem donatione irrevocabili inter vivos donavit liberè, nulloque adjecto onere, medietatem cujuſdam prædii ſui extradotalis, ut ex eodem *Summario num. 2.*

Poſt hæc eadem Maria Franciſca anno 1707. in ſuo ultimo, cum quo deceſſit, teſtamento, heredes univerſales ſibi ſcripſit tres ſuos filios, ſcilicet Petrum Joannem, Joannem Baptiſtam, & Gaſparem, hac tamen Petro Joanni, & Gaſpari impoſitâ conditione, ac injuncto gravamine = *quando però li ſudetti Signori Canonico Pier Giovanni, e D. Gaſparo rimettano il loro patrimonio nell'aſſe dell'eredità di d. Signora Teſtatrice, e ogn'altra coſa, che alli medemi fuſſe ſtato donato, etiam inter vivos, e in qualſivoglio maniera, e modo &c., e non volendo li detti Signori Canonico Pier Giovanni, e D. Gaſparo rimettere li detti patrimoni, e donazione, come ſopra, fatta, nell'aſſe dell'eredità, quello, il quale non vorrà rimetterle, come ſopra, adeſſo per allora lo privo della ſua eredità, come ſe non fuſſe in verun modo nominato, e che non poſſa pretendere coſa alcuna nella medeſima eredità* =, prout latiùs ex *d. Summario n. 3.* Secuto Teſtatricis obitu, nullus ex ejus filiis, & heredibus legi, ſibi per illam impoſitæ paruit, conferendi ſcilicet Bona in hereditatem, ſed unuſquiſque, ſeorſim vivendo, ſuam pacificè retinuit illorum poſſeſſionem, prætereaque Gaſpar poſt biennalem pacificam poſ-

poſſeſſionem Bonorum, de quibus eſt contro-
verſia, à fratribus interpellatus; judicialiter de-
claravit, ſibi reſervaſſe jura conſequendi Legiti-
mam, adhibitis etiam clauſulis ſalutaribus, & præ-
ſervativis quorumcumque aliorum ſuorum ju-
rium ſibi competentium, *Summario num.* 4.

Deindè que de anno 1710. pro omni contro-
verſia dirimenda iidem fratres peragere decre-
verunt diviſionem omnium Bonorum paterno-
rum, ut ex inſtrumento inter ipſos confecto,
Summario num. 5., in cujus præfatione enarratâ
declaratione, à d. Gaſpare factâ, voluntatis nem-
pè retinendi Bona, à Matre ſibi aſsignata in pa-
trimonium, atque donata, eaque omnia poſsi-
dendi libera ab omni onere, & gravamine, reli-
qua Bona paterna æqualiter diviſerunt, & ad in-
vicem ſeſe abſoluerunt, præviâ approbatione,
ratificatione, & emologatione omnium geſto-
rum, *d. Summario num.* 5.; Eo autem è vivis
ſublato, cum orta ſit controverſia inter D. Ro-
mualdam filiam, & heredem Joannis Baptiſtæ
fratris, & D. Franciſcum Guerrieri, ex ſorore
nepotem: an videlicet tàm Bona, à Matre in pa-
trimonium Gaſpari filio aſsignata cum pacto re-
verſivo, quàm etiam illa, eidem donata, ad
ipſius Gaſparis hereditatem pertineant nec ne,
vel potiùs poſt ejus mortem ad hereditatem Ma-
tris reverſa dici debeant? rogituſque fuerim, ut
pro veritate ſententiam meam, judiciumque
proferre velim, crederem, potiora eſſe jura
præfati Franciſci, contendentis, Bona, de qui-
bus agitur, ad hereditatem Gaſparis pertinere.

Et ſanè, ſi agatur de Bonis donatis, moveor
ad ità cenſendum, quia verſamur in donatione
1 inter vivos, quæ, tamquam ſuâptè naturâ irrevo-
cabilis, ad *Text. in leg. Senatus 35. §. Sed mor-
tis causâ ff. de donat. cauſ. mort., Leg. poſſeſſionem
3., & Leg. final. Cod. de revocand. donation.,
Antunez de donat. lib. 1., prælud 2. à num. 5. ad
plures ſeqq., Caſtill. quotid. contr. jur. lib. 3. cap.
10. per tot., & præſertim à num. 44. ad fin., Rot.
coram Duran. dec. 84. num. 15.*, poſtquam perfe-
2 cta jam eſt à Donatore, nullo pacto, aut per
modum, aut conditionem, ullum vel gravamen
alterari poteſt, per *Text. expreſſum in leg. perfe-
cta donatio 4. Cod. de donation. quæ ſub mod., An-
tunez de donat. lib. 1. tom. 1. prælud. 2. num. 7.,
Amat. var. reſolut. part. 1. reſol. 26. num. 1., Go-
mez. var. tom. 2. cap. 4. nu. 11., Sarmient. de red-
dit. Eccleſ. part. 1. cap. 4. num. 10., Olea de ceſſion.
jur. tit. 1. quæſt. 6. num. 15., Caſtill. contr. jur.
lib. 3. d. cap. 10. num. 56., Quæſada diſſert. 19.
nu. 49. & ſeqq., Card. de Luc. de donat. diſc. 56.
num. 3., Rota dec. 10. num. 22. part. 10., dec. 402.
num. 9. part. 14., & coram Emerix jun. dec. 970.
num. 14., dec. 1019. num. 28., & dec. 1325. num.
3 final.*, multòque minùs infringi valet diſpoſitio-
ne ullâ, quâ expreſsè revocetur, ut, præter alle-
gata jura, & auctoritates, pluribus relatis, tra-
dit *Mieret. de majorat. part. 1. quæſt. 43. nu. 83.*,
quapropter ambigi nequit, quin Bona prædicta
ſpectent ad hereditatem Gaſparis; Donatio enim
4 veluti ſuâptè naturâ perpetua, tranſitoria eſt ad
heredes Donatarii, &, ſecluſo ſpeciali pacto re-
verſivo, numquam redit ad Donantem, per *Text.
in leg. ſi quis argentum 35. §. finali Cod. de donat.,
Rota coram Cerro dec. 716. num. 2., coram Eme-
rix. jun. dec. 1325. ferè per tot., decis. 68. num. 7.
part. 13., dec. 239. num. 11. part. 17., in Cavalli-
cen. donationis 1. Februarii 1706. §. Ratio ſic de-
cidendi coram Emo Scotta, & in Engubina Im-
miſſionis 11. Maii 1711. §. Actum verò coram bo.
me. Kaunitz.*

Et rectè quidem, nam, ſi ſolo conſenſu, nu-
dâque Donantis voluntate, donatio perficitur, 5
leg. ſi quis argentum §. Ultimo, & ibi notant com-
muniter DD. *Cod. de donation. §. Aliæ autem in-
ſtitut. eodem tit.*, &, pluribus relatis, teſtantur,
*Anton. Gomez. tom. 2. variar. cap. 4. de donat. in
princip., Caſtill. quotid. contr. jur. lib. 3. cap. 10.
num. 53.*, itaut, ſtatim perfectâ, & conſtitutâ,
Donatario pleniſsimè jus quæratur, *Gabriel.* 6
*conſ. 3. col. 1. lib. 1., Burſatt. conſ. 173. num. 68.
69. & 70. tom. 2., Caſtill. in ſæpè cit. cap. 10. n.
56. lib. 3., Cavalcan. deciſ. 45. num. 6., Rota in
Firmana Primogenituræ 19. Febr. 1712. §. Vanum
proindè coram Illmo D. Falcanerio, & 26. Junii
1713. §. final. coram Rmo Archiepiſcopo Raven-
naten., & in Romana Fideicommiſſi R.P.D. Pau-
li de Alveris 11. Maii 1714. §. Hoc, inquam,
coram eodem*, indè fit, præfata Bona donata illicò
effecta fuiſſe de patrimonio Gaſparis, avulſo pror-
sùs illorum dominio à Donante, illoque irrevo- 7
cabiliter tranſlato in perſonam Donatarii, juxtà
plenè deducta per *Venturin. conſ. 14. num. 17.,
Ludovic. dec. Peruſ. 29. num. 6. & ſeqq., Rota cor.
Dunoz. jun. dec. 733. num. 6., in Carpentoracten.,
ſeù Vaſionen. Primogenituræ 13. Decemb. 1700.
§. Margaritam coram Card. de la Tremoille, &
in Peruſina donationis 9. Martii 1716. §. Patens
undique cor. R. P. D. Cerro*; quapropter, quem-
admodum Donatrici erat penitùs vetitum quid- 8
quam in præjudicium Donatarii agere in vita,
ut teſtatur *Rota in d. Peruſina Donationis §. Eo-
dem*, ita nemo non videt, quod ei pariter pro-
hibebatur quæcumque nova diſpoſitio per mor-
tem, quâ irritaretur antedicta donatio, ſive
directè per illius revocationem, ſive indirectè,
per quamcumque declarationem, ſeù voluntatis 9
explicationem, ex jam allegato *Text. in leg. per-
fecta donatio Cod. de donation., Rota in Firmana
Primogenituræ 9. Februarii 1712. §. Vanum pro-
indè cor. Illmo Falconerio, in Romana Fideicom-
miſſi R.P.D. Pauli de Alveris 11. Maii §. Non
inquam, & 18. Junii 1714. §. Ambigi coram
Rmo Criſpo, & 14. Junii 1715. §. Alteru verò
coram Rma Lancetta Decano, & in d. Peruſina
donationis 9. Martii 1716. §. Patens undique cor.
R.P.D. meo Cerro*; ſemel enim perfectâ dona-
tione, pœnitentiam, nullamque innovationem,
ſeù alterationem admittit *Text. in leg. eo quod* 10
*10. ff. ſi certè petatur, in leg. ſicut Cod. de action.
& obligation., Marcus Mantic. Benarid. in leg.
juris gentium §. Quinimmò ff. de pact.*, quos re-
fert, & pleniùs exornat in noſtris terminis *Ca-
ſtill. quotid. controv. jur. lib. 3. cap. 10. num. 52.*

ad

ad plures ſeqq., *Sarmien. de reddit. eccleſ. part.1.
cap.4. num. 10.*, *Ripa reſponſ.63. num. 6. & 8.*,
Antunez. de donation. lib.1. prælud.2. n. 7. & 8.

Cum itaque ex his omnibus pateat, præfata
Bona, utpote donatione inter vivos irrevocabi-
liter donata, ſpectare ad hereditatem Gaſparis;
in controverſiam revocari ſolummodò poſſet,
an Bona aſsignata pro patrimonio ſacro, cum
pacto reverſivo in caſu aſſecutionis Beneficii,
aut obitus, ad hereditatem Matris, ſive potiùs
ſæpè dicti Gaſparis referenda ſint; Et quoad
hæc, licèt primo oculorum conjectu, ſpectatis
inſtrumentis ſupra recenſitæ aſsignationis, perti-
nere videantur ad hereditatem Matris, quia cla-
rum, & literale eſt pactum reverſionis ad illam,
præſcriptum in caſu obitus filii; ut etiam tanta
eſt ejuſcemodi pacti vis, & efficacia, ut cuicum-
11 que diſpoſitioni adjectum illam informet, & ſit
illius pars ſubſtantialis, ipſique rei donatæ co-
hæreat inſeparabiliter, ex plenè congeſtis per
Menoch. conſ.133. num.9., *Pariſ. conſ.19. nu. 6.
lib.2.*, *Surd. conſ.572. ſub num. 54. verſ. nec re-
ſiſtit. to. 4.*, *Mantic. de tacit. lib.3. tit.15. n.49.*,
12 *Saminiat. contr. 187. num.7. tom.2.*, *Rota coram
Coccin. dec. 2121. num. 4. & 5.*, adeò quidem,
ut eadem Bona ad executionem ſimilis pacti
cenſeantur obligata ab ipſo aſſignationis actu, ut
teſtatur *Saminiat. mox. citat. contr.187. eod.n.7.*,
conſequens indè eſt, quod, ſicuti cum tali vin-
13 culo, ſeu onere tranſiiſſe dicuntur in Donata-
rium, ità ambigi non poſſe videtur, quin contra
illum pactum hoc reverſivum exerceri valeat,
ut proſequitur *Saminiat. loco mox. allegato n. 9.*,
& firmat *Rota coram Coccino d. dec.2121. n.10.*,
ubi alii, ex omnium vulgata juris regula, quâ
14 edocemur, quod pacta dant legem contractui,
quam in noſtris terminis exornat *Rota cor. eod.
Coccino d. dec.2121. num.8.*

A quo ſanè pacto receſſum dici nequit in te-
ſtamento Mariæ Franciſcæ Matris, ſic in eo lo-
quentis = *quando però li ſudetti Canonico Pier
Giovanni, e D. Gaſparo rimettano il loro patri-
monio &c.* =, prout in *Summ. num.3.* =, *e non
volendo detto Canonico, e D. Gaſpara rimettere
&c.* =; cum illa per hæc verba ſolum voluerit,
filium allicere ad conferendum patrimonium
prò æqualitate ſervanda cum aliis filiis, eum-
que tantùm admittere in caſu, quo reſtitueret
Bona, ei ſuâ vitâ durante, aſſignata, atque ir-
revocabiliter donata, non autem remittere onus
reverſionis in caſu, quo filius præfatæ legi,
per Teſtatricem impoſitæ, parere nollet, dicta
Bona in commune hereditatis bonum, & com-
modum minimè conferendo.

Id quod optimè etiam confirmatur ex decla-
ratione, ab eodem Gaſpare filio facta, per quam
proteſtatus fuit, nolle eſſe heredem Matris, ſed
Bona retinuiſſe, & retinere vigore inſtrumen-
torum aſſignationis patrimonii, & donationis;
15 ex quo rectè infertur, ipſum agnoviſſe, quod re-
verâ Bona ſibi aſſignata prò patrimonio, affe-
cta remanſerant onere reverſionis, in inſtru-
mento aſſignationis adjecto; acceptatio nam-
que diſpoſitionis alicujus regulariter facta intel-
ligitur cum omnibus oneribus, & gravaminibus,
quæ illi inſunt, ad *Text. in leg. neminem cum
leg. ſeq. ff. de legat.2.*, *Mierez de Majorat.part.2.
quæſt.4. illat. 8. num. 65. & ſeq.*, *Caſtill. contr.
jur. lib.5. cap.107. nu.74.*, *Rota deciſ.577. num.
5.*, *& deciſ.615. num.1.*, *coram Dunoz. jun. de-
ciſ.36. nu.33.*, *coram Card. Cerro deciſ.98. num.
4. poſt tom.1. collect. legal. Bondeni*, *& deciſ.66.
num.18. coram bon. mem. Anſaldo*, eademque
tanti valet, ut impugnari nullo pacto poſſit,
tàm ab acceptante, quàm ab eo cauſam haben- 16
tibus, *Rota coram Buratt. deciſ.229. num. 11.*, *in
recent. deciſ.463. nu.10. part.9.*, *deciſ.318. num.
10.*, *& ſeq. part.10.*, *& in Romana diviſionis 4.
Julii 1696. §. Accedit ſecunda coram bon. mem.
Muto*; Tantòque magis, cum agatur de ſuſti-
nenda conditione, juri minimè contraria, cum 17
certum, exploratumque ſit, pactum reverſivum
apponi poſſe ſuper Bonis, in titulum patrimonii 18
ſacri temporariè ſolùm aſſignatis, nempè quoad
vixerit, vel donatis, quouſque Promotus ad
ſacros ordines, ſufficiens Beneficium conſecu-
tus fuerit, ut docent *Garz. de Beneſic. part.2.
cap. 4. num. 169.*, *Barboſ. de offic., & poteſtat.
Epiſcopi part.2. allegat.20. num. 31.*, *Antonell.
de regim. Eccleſ. lib. 2. cap. 2. ſub num. 34. verſ.
an verò donans*, *Saminiat. dicta contr. 187. num.
2.*, undè, cum factus fuerit locus reverſioni per 19
mortem Gaſparis, hinc eſt, quod Bona prædi-
cta ſpectare dici debeant ad hereditatem Ma-
tris, inſpectâ enim deliberatâ illius mente non
aliter conſtituendi dictum patrimonium, quàm
cum expoſita conditione, ut colligitur ex ſæpè
repetitis inſtrumentorum verbis, nemo non
noverit, quod hujuſmodi pactum debeat omni-
modè ſervari, cum ſit pars intrinſeca, & ſub-
ſtantialis contractus, & potiùs cohæreat rei prin- 20
cipaliter geſtæ, quam contractui, ut ratiocina-
tur *Rota coram Coccino dicta deciſ.2121. num.6.*;
nam ex qualitate, modo, & forma procedendi
benè colligitur animus Agentis, *Alexand. conſ. 21
55. num.8. lib.5.*, *Roman. conſ.369. num.7*, *Ro-
ta diverſ. part.2. deciſ.66. num.2.*

Verum quia in ſupra relata declaratione, per
Gaſparem edita in actu diviſionis, de communi
fratrum, intereſſe habentium, conſenſu factæ
idem expreſsè ſibi præſervavit jura Legitimæ,
cujus vigore proteſtatus fuit Bona omnia prædi-
cta retinere velle, abſque ullo gravamine, &
conditione, eaque libera ab omni onere poſſi-
dere; inde fit, quod, cum ſucceſſivè fratres in
diviſione conſenſerint, ipſum prædicta Bona re-
tinere, & quidem liberè, ac relativè ad dictam
declarationem, à Gaſpare factam, ambigi am-
pliùs nequit, quin omni jure illa ceſſerint in
cauſam Legitimæ, in dicta declaratione præ-
ſervatæ, ac proindè ex tali titulo libera, nulli-
que oneri ſubjecta apud illum remanſerint:
nam, ſi verum eſt, prout dubitari certè nequit, 22
quod diviſio eſt ſpecies tranſactionis, ut inquiunt
Urceol. de tranſact. quæſt. 70. num. 5., *Valleron.
eodem tract. tit.1. quæſt.6. num.8. quæſt.7. nu.5.*,
& tit.

& tit.3. quæſt.4. num.2., bon.mem. Advoc. Con-
ſtantin. ad Statut. Urb. annot. 21. artic. 4. num.
23 229., ubi, quod ad inſtar tranſactionis, tollit ju-
ra antiqua, & illi ſtandum eſt, Rota poſt Fen-
zon in annot. ad cap. 151. Statut. Urb. deciſ. 18.
num. 4., & coram Benincaſa deciſ.108. num. 6.;
ſi eadem, quum juſta, & valida eſt, commu-
24 nique Dividentium conſenſu acceptata, ſuſtine-
ri omninò debet, nec valet à Dividentibus im-
pugnari, ad Text. in leg. nam abſurdum ff. de
bon. liber., Palm. Nep. allegat. 60. num.6., &
poſt Salgad. in labyrint. creditor. deciſ.49. num.
2., & in Mantiſſ. ad Cardin. de Luca deciſ. 74.
num.11., & 13., prætereaque, ſi tanti roboris,
25 ac efficaciæ reputatur, ut afficiat tum ipſos Di-
videntes, tum habentes cauſam ab eis, eorum-
que heredes, Rota coram Seraphin. deciſ.553.nu.
1., & ſeqq., coram Coccino deciſ.120. num. 1.,
in rec. deciſ.386. nu.19. part.13., & deciſ. 399.
num.6. part.15., ita quidem, ut inſtrumentum
diviſionis plenam, ſuperlativamque contra illos
26 conſtituat probationem, Gratian. diſcept. 869.
num.31., Peregrin. de Fideicomm. art.44. num.
5., coram Rembold. deciſ.410. num. 4., coram
Ludoviſ. deciſ. 271. num. 9., coram Merlin. de-
ciſ.470. num.1., coram Pamphil. deciſ.469. in 2.
num. 4., & poſt Salgad. in labyrint. creditor. de-
ciſ.117. num.10., in rec. deciſ.122. num. 1. part.
4., deciſ.277. num.5. part.8., & deciſ.318. num.
3. part.9., in dubium revocari nullo pacto, nul-
loque colore poterit, Dominam Romualdam
diviſionem, inter fratres celebratam, impugnare
non poſſe, ac Bona prædicta propria, & libera
effecta fuiſſe bon. mem. Gaſparis, & ad ejus he-
reditatem pleno jure ſpectare vigore prænarra-
tæ diviſionis, communi fratrum conſenſu per-
27 actæ; diviſio namque eſt titulus aptus ad trans-
ferendum dominium inter Dividentes, ad cujus
dominii jus poſſeſſio etiam rei diviſę eſt referen-
da, Surd. conſ.308. num.18., Palm. contr.717.
num. 1., & inter collectas à Palm. deciſ. Lucen.
92. num.12., illaque religiosè ſervanda ſemper
28 eſt, donec per tres conformes eadem diviſio re-
ſcindatur tranſactione, cujus naturam ipſam ſor-
29 tiri, ſupra firmavimus, & tradunt Urceol. de
tranſact. dicta quæſt.70. num. 5., idem contr. fo-
renſ. cap.48. num.25., & ſeqq., in rec. deciſ. 26.
num.1. part.15., & deciſ.49. num.33., & deciſ.
83. num.35. coram Anſoldo.

Neque verò in dubium revocari poteſt appro-
batio, mutuuſque fratrum conſenſus quoad hu-
juſmodi retentionem Bonorum prò Legitima
Matris, permiſſam Gaſpari, quia, licèt inſtru-
mentum diviſionis, de qua agitur, ad Bona tan-
tùm paterna reſtrictum videatur, attamen, cum
in narrativa, clara exponatur intentio Gaſparis
retinendi dicta Bona liberè, & tamquam pro-
pria, & quidem relativè ad declarationem illam
quâ non ſemel, ſed pluries proteſtatus fuit, dicto-
rum Bonorum poſſeſſione frui, eamque retinere
prò omnibus juribus ſibi competentibus prò Le-
gitima, aliiſque titulis, de jure ſibi competen-
tibus, ac explicito, & ſolemni Partium conſen-
ſu approbatum fuerit quidquid expoſitum lege-
batur in dicta narrativa, facta in inſtrumento, in
hunc, qui ſequitur, modum = Quindi è, che
alla preſenza &c. Coſtituiti li ſudetti Canonico
Pier Giovanni, D. Gaſparo, e Gio: Battiſta,
diſſero, e dichiararono, e ciaſcuno di loro dice,
e dichiara tutte le coſe, nella narrativa del preſen-
te iſtromento contenute, & eſpreſſe oſſervare, e
come tali l'approvarono, ratificarono, & approva-
no, e ratificano in ogni miglior modo &c. & in
eſecuzione &c. =; dubitari ſanè non poteſt, quin
manifeſta præceſſerit dictę retentionis Bonorum
approbatio, & præſertim prò Legitima Matris,
eaque idcirco effecta fuerint propria bon. mem.
Gaſparis, ideoque, veluti ab omni prorſus one-
re libera, & immunia ad ejus hereditatem re- 30
ferenda ſint; pars enim diſpoſitiva comprehen-
dere, ſeu complecti dici debet totum id, quod
expoſitum fuit in parte narrativa, à qua illa re-
gulatur, informatur, interpretationemque re-
cipit, ad Text. in leg. final. ff. de hered. inſtitut.,
Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 5. art. 3. num.
172., Rota coram Royas deciſ.19?. nu.2., coram
Zaratt. dec. 110. nu.15., cor. Rembold. dec. 336.
num.1., & deciſ. 205. num.3. part. 10. rec., ex
illa certa juris regula, quod proemium, ſeu ver- 31
ba proemialia intentionem demonſtrant, &
ſunt regula totius diſpoſitionis, Lap. alleg. 101.
nu.24. verſ. circa ſecundum, ubi adden. in verb.
exordio, Molin. de Primogen. Hiſpan. lib.1. cap.
5. num.3., Urceol. de tranſact. quæſt.8. num. 48.
& ſeq., Conſtantin. loco mox citato eodem n.172.,
Rota coram Coccino deciſ. 2305. num. 58., &
ſeq.

Augeturque vis, & efficacia hujuſmodi diſ-
curſus ex altera noſtri juris regula, quâ edoce- 32
mur, quod omnis capienda eſt interpretatio ad
evitandum ſuperfluitatis vitium, præſertim in
contractibus, in quibus nedum verbum ullum
non debet eſſe otioſum, & fruſtraneum, ſed 33
nec etiam ſyllaba, Bero conſ.130. num. 20., &
conſ. 140. num. 19. tom. 2., latè Bonden. collect.
legal.43. nu.253. tom.2., Surd. deciſ. 320. num.
9., & deciſ.322. nu.5., Rota coram Coccin. de-
ciſ.1788. nu.19., & coram Benincaſa deciſ. 42.
num.7.; Si autem dicti fratres inſtrumentum di-
viſionis reſtringere voluiſſent ad Bona paterna, 34
nulla ſuadere videbatur ratio, aut urgere neceſ-
ſitas, ob quam ipſi in proemio diviſionis, de
qua res eſt, tàm expreſſam, & literalem men-
tionem facerent de Bonis, in patrimonium à
Matre Gaſpari aſſignatis, totamque proferrent
proteſtationem, & declarationem per Gaſpa-
rem emiſſam ſuper voluntate omninò liberè re-
tinendi, & poſſidendi Bona omnia, à Matre ſibi
aſſignata, atque donata, prout fecerunt, ver-
bis illis =, e quelli liberamente poſſederli, come
dalla dichiarazione fatta, & eſibita avanti al Si-
gnor Vicario Foraneo di Fabriano &c. = quando
nemo non ſcit, quod ad hoc, ut aliquid compre- 35
henſum, ac expreſſum dicatur, ſufficit, quod id
ex præfatione colligi poſſit, licèt in diſpoſitiva,
adhibita non ſit repetitio, Molin. de Primogen.
Hiſ-

Hiſpan. lib.1. cap.5. num.2., *&* *3.*, ibi = *illud
namque; quod colligitur ex præfationibus, dici-
tur expreſsè actum, etſi id deficiat in diſpoſitione* =
Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 5. art. 3. num.
36 *172.*, cum præfatio præſtet lumen, & intelle-
ctum diſpoſitioni, ut, aliis relatis, proſequi-
tur, idem *Molina loco mox citato num.4.*, ex ea-
que habeatur mens, & intentio Contrahentium,
ad *Text. in leg. final.*, *ubi communiter ſcribentes
ff. de hered. inſtitut.*, *Menoch. de præſumpt. lib. 6.*
37 *præſumpt.2. num. 11.*, *Saminiat. contr. 52. num.
56. & ſeq.*, pluribuſque relatis, *Bonden. collect.
10. num.38. tom.1.*, ex quo fit, ut in hoc caſu
ipſa diſpoſitio, & ſtipulatio inſtrumentalis con-
formata dici debeat conditionibus, & quali-
38 tatibus omnibus contentis in narrativa, ut per
Text. in leg. 4. §. Finali ff. de pact., ibi = *idem
Juliano placet ex facto etiam conſulto, cum con-
veniſſet, ut, donec uſuræ ſolverentur, ſors non
peteretur, & ſtipulatio purè concepta fuiſſet,
conditionem ineſſe ſtipulationi, ac ſi hoc expreſſum
fuiſſet* =, ubi *Bartol.*, & cum eo ceteri ſcriben-
tes notant, quod ea, quæ in præfationibus ex-
39 preſſa leguntur, intelligi debeant repetita in ſe-
quentibus, & ibidem *Anton. Faber* in ratione
decidendi, & confirmatur ex alio *Textu in leg.
Titia 134. §. Idem reſpondit il primo ff. de verbor.
obligation.*, ibi = *plerumque ea, quæ in præfationi-
bus conveniſſe concipiuntur, etiam in ſtipulatio-
nibus repetita creduntur* =; quâ de re ſtipulatio,
de qua agitur, nullo colore reſtricta dici debet
ad Bona tantùm paterna, quando clarè apparet,
fratres dividentes comprehendere, & reſpecti-
vè remittere voluiſſe bon. mem. Gaſpari Bona
aſſignata in patrimonium ſacrum, ad formam,
& tenorem declarationis, & proteſtationis, ab
40 eodem emiſſæ, & in proemio ſtipulationis ad
literam recenſitæ, ideoque influentis in univer-
ſam diſpoſitionem, ut, aliis adductis, benè probat
Saminiat. contr.52. à num.54. ad 59.

Quæ ſanè omnia jure locum ſibi vindicabunt
in præſenti hypotheſi, in qua, ut ſupra innui-
mus, condividentes profeſſi fuerunt, ſe appro-
41 bare, & ratificare *tutte le coſe nella narrativa
del preſente iſtromento contenute, & eſpreſſe*
quæ amplitudo = *di tutte le coſe* = ſinè violen-
tiâ, quæ inferatur verbis, ac intentioni fratrum
dividentium, reſtringi nequit ad ſola Bona pa-
terna, ſed neceſſariò includit omnia ſuperiùs
expreſſa, & in proemio contenta, *Rota coram
Cerro deciſ.616. num.5.*, *& deciſ.641. num. 3.*,
*& ad ornat. clar. mem. Card. de Luca lib. 10. de
fideicommiſ. deciſ.108. nu.1.*, quapropter, cum
non obſcurâ obligatione ſeſe obſtrinxerint prò
42 obſervandis omnibus, & ſingulis, in inſtrumen-
to diviſionis contentis, ſicuti prædictam divi-
ſionem, quam ratam habuerunt, ampliùs im-
pugnare non poſſent Dividentes, ut, præter ſu-
periùs allegatos, tradunt *Palm. Nep. allegat.60.
num.6.*, *Vinciol. deciſ. Maceraten.76. num.13.*,
Rota deciſ.284. num.1., *& 2. part. 10. rec.*, eis
obſiſtente vulgato axiomate, quod pacta ſunt
43 omninò cuſtodienda, per *Text. in cap.1. de pact.
& cap. qualiter eodem tit.*, *& alibi paſſim*, ita
ſemper recurrit regula, quod in caſu præſenti
ex parte D. Romualdæ impugnari nec etiam
poſſit factum proprii Auctoris, à quo jus ſuum 44
agnoſcit, juxta vulgatum *Textum in leg. cum
à Matre ff. de rei vindication.*, *Rota coram Prio-
lo deciſ.344. num.4.*, *coram Celſo deciſ.291. ſub
nu. 11.*, *& in Mantiſſ. ad clar. me. Card. de Lu-
ca lib. 9. de teſtament. deciſ. 15. num. 3.*, qui-
bus denique accedit, quod agitur de diviſione, 45
quæ non tantùm afficit omnes Dividentes, &
ab eis cauſam habentes, ut probavimus, verùm
præterea, ut patet ex concluſione inſtrumenti,
concepta eſt per modum generaliſſimæ, & fina-
lis quietantiæ, per quam omnes præcedentes
quæſtiones, prætenſiones, & diſſentiones com-
ponebantur, atque abſolvebantur; adeout ni-
hil ampliùs peti poſsit, quamvis plus deberetur,
ex *Textu in leg. ſi ex pluribus in princip.*, *ubi
gloſſ. in verbo reliquum ff. de ſolution.*, firmant *Ja-
ſon. conſ.100. num.3. lib.4.*, *Gratian. diſcept. fo-
renſ. cap. 716. nu.23.*, *Rota cor. Arguell. deciſ.
88. nu.20.*, & conſonat *Rota cor. Benincaſa deciſ.
141. num.14.*

Romana Immiſſionis.

Reſtitutioni in integrum adverſus contrariam
ſententiam, in judicatum tranſactam, quan-
do locus eſſe nequeat? Immiſsio ut debeatur
Subſtituto venienti ex contraventione, &
caducitate, ab herede incurſa, quæ requi-
rantur: Et quando à ſubſtitutione in caſu
obitus ad caſum contraventionis valeat nec
ne inferri? Contraventio heredis, ex eo de-
ſumpta, quod favore certarum perſonarum
diſpoſuerit de Teſtatoris Bonis, in illas alie-
nari prohibitis, evitari an poſsit, ſub obten-
tu, quod prohibitio hujuſmodi irrationabilis,
proindeque minimè obligatoria cenſenda ſit,
vel quod, cum nullus in caſu contraventio-
nis datus fuerit ſubſtitutus, illa in ſimplex
conſilium reſolvatur? Et quando hæc proce-
dere dici queant, vel non? Contraventio iti-
dem prædicta ſatis excluſa oſtenditur, quum
ab Actore non probetur, nullas heredi, cete-
roquin declaranti de *ſuis Bonis* diſponere, de-
tractiones ſuper iiſdem Teſtatoris Bonis com-
petiiſſe: Et ex quibus idem heres de ſuis po-
tiùs, quàm de Teſtatoris Bonis diſpoſuiſſe
cenſeri debeat? Inventarium an, & quando
legitimè ab herede confectum dicendum ſit,
omiſsâ etiam citatione alicujus ex intereſſe
habentibus, deſcriptione rerum pretioſarum,
nominumque Debitorum? Ab herede reddi-
ta ratio an & quando debeat præſumi?

VOTUM XVIII.

1 *Reſtitutioni in integrum adverſus contrariam
ſententiam, in judicatum tranſactam, quan-
do locus eſſe nequeat?* & num. ſeq.

2 *Rei*

2 Rei judicatæ pondus addit temporis diuturnitas.

3 Temporis diuturnitas efficit, ut Rei favore plura præſumi poſſint.

4 Judicis animum, quæ per ſe non valerent ſuadere, valent, aliis coadjuta.

5 Pro ingeniorum varietate rationes, quæ uni infirmæ, alteri prævalidæ videntur.

6 Actor fundamentum ſuæ intentionis concludenter probare tenetur.

7 Reus per non jus Actoris poteſt vincere.

8 Reo, ad repellendum Actorem, ſat eſt, ejus actionem reddidiſſe dubiam.

9 Temporis diuturnitas Reo, ac poſſidenti multùm favet contra Actorem.

Maximè, quando per Sententiam hic rejectus, diu ſiluit, num. 12.

10 Per temporis longiſſimi ſpatium nemo, mediocriter diligens, rem ſuam negligere cenſetur.

11 Poſſeſſor bonæ fidei ſerum repellit petitorem.

13 Poſſeſſoris bonum jus Actor confirmaſſe, ſuumque agnoviſſe malum jus, cenſetur, ſi contrariò diu adquievit judicato.

14 Actoris petitio contrariâ ſententiâ ſi non eliditur, redditur ſaltem dubia.

15 Res judicata penitùs perimit Actoris jura.

16 Commiſſio reſtitutionis in integrum contrariæ ſententiæ executionem ſuſpendit, at non etiam boni juris præſumptionem tollit.

17 Præſertim, quando ſignata illa fuerit cum clauſula = ſine præjudicio rei judicatæ =.

18 Per hanc enim omnes rei judicatæ effectus præſervati dici debent.

19 Reſtitutio in integrum adverſus contrariam ſententiam intra quatriennium petenda eſt.

20 Utque, eo elapſo, obtineri valeat, certioribus læſio probationibus eſt demonſtranda.

21 Immiſſio purificatâ ſubſtitutione, decernenda eſt.

Niſi detractionum, aut alia ſimilis urgeat exceptio, ibid., & num. 24.

22 Ex ſubſtitutione conditionali veniens, nedum ſubſtitutionem ipſam, ſed ejus caſum eveniſſe, probare debet, ut immiſſionem obtineat, & num. 23.

24 Adde, ut etiam docere debeat, nullas à poſſeſſore opponi poſſe detractiones.

His verò non probatis, nec etiam purè ſubſtituto immiſſio debetur, ibid.

25 Reſtitutioni in integrum, ob læſionem duntaxat locus eſt.

26 Subſtitutio relata ad aliquem caſum, eo non purificato, evanuiſſe dicitur.

27 Subſtitutio favorabilis latè interpretanda eſt.

28 In diſpoſitione pœnali, tamquam odioſa, quælibet reijcitur extenſio.

29 Etiam ex identitate rationis, & licèt de favore Cauſæ piæ agatur; & quando ſecus? num. 32., & ſeq.

30 Clauſula = in tali caſu = diſpoſitionem refert ad caſus expreſſos, omneſque alios excludit.

Secus, quando eadem ratio ſubeſt, idemque ſequitur effectus, num. 38.

31 Subſtitutio facta in caſu obitus, an, & quando extendi poſſit ad caſum etiam contraventionis?

32 Extendi poteſt, quando ad eumdem effectum in utroque caſu reſpexiſſe Teſtator videatur, & num. ſeq.

Maximè id procedit favore Cauſæ piæ, num. 38.

33 Teſtator cenſetur idem fuiſſe diſpoſiturus in altero etiam caſu, in quo eadem militabat ratio, idemque conſiderari poterat effectus.

34 Teſtator cenſendus eſt, ideo in caſu contraventionis diſponere omiſiſſe, quia eventurum illum non eſſe, veriſimiliter crediderit.

Et in eo etiam caſu diſpoſiturus fuiſſe dicendus eſt, ſi crediſiſſet, num. ſeq.

35 Teſtator caſui obitus heredum ſinè filiis, utpotè faciliori, ac frequentiori, providiſſe cenſetur.

36 Teſtator, ſi cogitaſſet de caſu, quo uxor inhoneſtam vitam duceret, idem in iſto, ac in caſu mortis diſpoſuiſſet.

37 Similiter, quod Teſtator dixit de morte uxoris, dixiſſet de ſecundis etiam nuptiis, ſi caſum iſtum cogitaſſet.

39 Teſtatoris voluntas ſive expreſſa, ſive etiam tacita ſervanda ſemper eſt in interpretatione ultimarum voluntatum.

Poſthabitis argumentis, ab abſurdo, atque ab irrationabilitate deductis, ibid.

40 Abſurdum nullum conſideratur in iis, quæ à voluntate Teſtatoris pendent.

41 Diſpoſitio privans heredem in caſu contraventionis, pœnæ odium continere non dicitur.

42 Præſertim, ſi contravenienti nihil adimat, ſed ſolùm prohibeat, ne certarum perſonarum favore, moriens, diſponat.

43 Diſpoſitio tranſitum Bonorum in certas perſonas, ex irrationabili odio, prohibens, non ſuſtinetur.

Intellige, ſi clarè conſtet de cauſſa talis odii irrationabilis, num. 45.

Odii autem cauſâ non probatâ, ſola irrationabilitas diſpoſitionis non ſufficit, ad iſtam irritandam, num. 46.

44 Diſpoſitio quid prohibens heredi, nullâ indictâ pœnâ, aut dato ſubſtituto, in merum reſolvitur conſilium, poteſtque impunè ſperni.

47 Limita, ſi adſit perſona, in cujus gratiam facta cenſeri queat prohibitio ejuſmodi.

48 Procedit, licèt expreſſè illa non fuerit in caſu contraventionis ſubſtituta.

49 Contraventio heredis diſponentis de Teſtatoris Bonis Subſtituto, ad immiſſionem obtinendam, non ſuffragatur, niſi doceat, nullum heredi jus ſuper iiſdem Bonis competiiſſe, & num. 165.

50 Contraventio heredis, quin diſpoſuerit de Teſtatoris Bonis, adeſſe non dicitur, ſi ſuper ip-

ſit jus habebat, &, ſi Bonorum ſuorum nomine uſus eſt, de illis diſponendo, & num. 54. & 156.

Jure enim ſuo, modo, quo poterat, uſus præſumitur, num. 62.

51 Bonorum ſuorum nomine non veniunt, niſi quæ ſunt propria Diſponentis.

52 Heredis diſpoſitio facta de Bonis ſuis, de ejus dumtaxat Bonis intelligenda eſt.

53 Verba = Li Beni ſuoi = præſuppoſitiva ſunt, perque ea verba Donans, vel Teſtator cenſetur Bona præſuppoſuiſſe ſua.

55 Diſpoſitio rei, ad Diſponentem non pertinentis concipi nequit, niſi de ejus voluntate expreſsè, aut ex urgentibus conjecturis conſtet.

56 Conjecturæ, ut fideicommiſſum inducatur in re propria, concludentes debent eſſe; ut verò in re aliena, longè urgentiores requiruntur.

57 Diſponere quis voluiſſe præſumitur de re ſua, non autem de aliena.

Præſertim, ſi de univerſali diſpoſitione agatur, num. 59.

58 Voluntas diſponendi de re aliena, ſemper, in dubio, excludenda eſt.

60 Heredem de Bonis tantùm ſuis, & non etiam de Teſtatoris Bonis, licet inter ea comprehenſis, diſponere intellexiſſe, ex quibus dici queat?

61 Contraventio, & caducitas ut evitetur, quælibet benignior, ac poſſibilis eſt capienda interpretatio.

62 Voluntas à poteſtate metienda eſt.

63 Pro deneganda Subſtituto immiſſione, non ſuffragantur credita turbida, atque illiquida.

64 Poſſeſſori adverſus agentem jure fideicommiſſi, juſtum retentionis titulum tribuunt credita liquida, atque ſubſiſtentia.

65 Bona jure fideicommiſſi vindicare contendens, nedum de ſui vocatione, ſed etiam docere debet, illa eſſe fideicommiſſo obnoxia, atque inſuper probare, quæ, qualis, & quanta ſit fideicommiſſi portio, ad ipſum pertinens.

66 Immiſſio jure fideicommiſſi obtineri nequit, niſi probato, nullas heredi competere detractiones.

Eaque non conceditur, donec aliquid heredi detrahendum ſupereſt, nu. 68., & 165.

67 Detractionibus nondum plenè factis, reſtitutioni fideicommiſſi, atque immiſſioni locus eſſe nequit.

69 Fideicommiſſarius pro immiſſione agens, probare tenetur, nil omninò heredi detrahendum ſupereſſe.

Præſertim, quum de quantitativis, non de legalibus agitur detractionibus, nu. 70.

70 Detractiones quantitativæ, ad differentiam legalium, per quotas diſtribui nequeunt.

71 Heres jura, & actiones ſuas adeo cum juribus, & actionibus hereditariis confundit, ut nulla is, ſive cauſſam ab eo habens, credita allegare contra hereditatem poſſit.

Limita, ſi inventarium confecerit, nu. 72., & 81.

72 Inventarii beneficio, præſervantur jura omnia, heredi competentia.

Idque ad retentionis effectum, & ad repellendum ſubſtitutum, pro immiſſione agentem, ibid.

73 Pro retardanda immiſſione, ſubſtituto debita, non ſufficit hereditatis aditio cum beneficio inventarii, niſi id legitimè confectum, deque Bonis hereditariis reddita ratio appareat.

Declara, hæc procedere, quando heredi res eſt cum Creditoribus, aut Legatariis, nu. 77.

Secus, quando inter ipſum, & Fideicommiſſarium quæſtio eſt, num. 79.

Hoc enim caſu heres, inventario etiam non confecto, jura propria non amittit, nu. 80. 92. 99., & 138.

74 Inventarium ſit nec ne legitimè confectum, ac ritè reddita ab herede ratio? altiorem indaginem id requirere dicitur.

75 Immiſſio retardanda non eſt ob exceptionem, quæ altiorem indaginem requirat.

76 Inventarium dicitur caput, & fundamentum redditionis rationis, & num. 132.

77 Inventarium conficiendi obligatio heredi à jure injuncta reperitur favore præcipuè Creditorum, & Legatariorum.

78 Hereditas, in dubio, idonea, atque opulenta præſumitur.

82 Pro inventarii validitate præſumptio juris militat.

83 Concurrente præſertim lapſu 40. annorum, & num. 88.

84 Et maximè, ſi annorum centum.

85 De inventarii validitate niſi conſtitiſſet, retentio heredi non fuiſſet concedenda.

86 Minùſque heres beneficiatus declarari is potuiſſet.

87 Inventarium ſemel validum repertum, atque adprobatum, impugnari ampliùs nequit.

89 In inventarii confectione ſi plurimi ex Creditoribus citati fuerint, illud, etiam non citatos afficit.

90 Inventarii nullitas ex defectu citationis nonnullorum ex Creditoribus allegari nequit ab eo, qui citatus fuerit.

91 Inventarii nullitas ex omiſſione aliquarum ſolemnitatum; ſinè dolo & fraude heredis non inducitur, & num. 98.

93 In inventario res aliquas pretioſas deſcriptas non fuiſſe, opponens, probare tenetur nedum earum exiſtentiam, ſed eas ad heredem perveniſſe.

94 Inventarium ab inveniendo dicitur.

95 In antiquis præſumptio militat non exiſtentiæ rerum pretioſarum.

Et, ſi quæ repertæ in hereditate præſumi velint, eæ in dimiſſionem Creditorum Defuncti erogatæ ſunt cenſendæ, num. 97.

95 Mobilia curſu temporis longiſſimi conſumpta præſumuntur.

100 Quod malo animo non ſit, pœnam non meretur.

101 Heres, ut ab omiſſa in inventario, mobilium deſcriptione excuſetur, ſufficit quod potuerit dubitare, an illa deſcribenda eſſent.

102 Inventarii validitati non officit mobilium æſtimationis omiſſio, non ex dolo, & culpa heredis.

Ad inventarii integritatem expreſſio valoris mobilium neceſſaria non erat tempora ante editam Sacræ Rotæ deciſ. anno 1706. in Romana pecuniaria, ſeu Locorum Montium cor. Molines, ibid.

103 Et in poſteriori deciſ., cor. eod. emanata 3. Junii 1707., norma data eſt, irrita declarandi inventaria, abſque tali expreſſione facta, ſolùm pro futuris non pro præteritis caſibus.

104 Heredis culpæ, aut dolo imputari nequit omiſſa in inventario, jurium & creditorum deſcriptio, quorum nullum adeſſe probatur documentum.

105 Jura, & credita non dicuntur corpora, quæ manibus tangi, atque oculis cerni poſſint.

106 Ad inventarii validitatem ſufficit deſcriptio jurium, & creditorum facta relativè ad certam legalem aliquam ſcripturam.

Servatur id etiam de ſtylo Curiæ, ibid.

107 Inventarium ob ſalam ſuſpicionem doloſæ occultationis jurium, & creditorum, in eo non deſcriptorum, irritum reddi valet.

108 Ceſſat ejuſmodi ſuſpicio ex relatione ad ſcripturam, unde eorum certitudo poſſit haberi.

109 Quod procedit, etiam pro tuendo herede contra Creditores hereditarios.

110 Inventario etiam deficiente, ceſſat ſuſpicio occultationis jurium, & creditorum, quoties de hereditario ſtatu aliunde apparere poteſt.

111 Præſumptio veritati debet cedere.

112 Heres non eſt abſque propriâ culpâ privandus commodo detractionum, ſibi competentium.

113 Inventario deficiente, paſſim Sacra Rota admiſit ſuppletivas probationes, deſumptas ex Bonorum deſcriptione in Libro memoriali, illorumque diviſione, ac ſimilibus.

114 De inventario ſuſtinendo, vel non ubi agitur, rationes non in abſtracto, ſed in concreto conſiderandæ ſunt.

115 In hereditate nulla ab herede reperiri potuiſſe credita, quomodo, & ex quibus demonſtrari valeat? & nu. 116. ad 120.

116 Propria alicujus confeſſio contra ipſum plenè probat.

117 Adquiſitiones fuiſſe à Teſtatore factas, contendens Subſtitutus, debet probare.

118 Adquiſitio creditorum excluditur, ſi Teſtator coactus fuit fructifera diſtrahere capitalia pro ſolvendis debitis.

119 Creditorum ſuorum exactio facta præſumitur ab eo, qui plurimo gravabatur ære alieno, & num. 134.

120 Qui aliena exegit credita, an ſua negligere potuit?

121 Inventarii validitati non officit minùs diſtincta jurium, & creditorum deſcriptio, quoties eadem veriſimiliter non aderant, vel ſaltem non conſtat, heredi innotuiſſe.

122 Rationis redditio poſt lapſum 109. annorum facta ab herede cenſenda eſt.

123 Pro rationis redditione actio de jure præſcribitur tricenario temporis lapſu.

124 Rationis redditio facta cenſenda eſt, ſi de illius defectu aliàs, & quando in judicio opus fuiſſet, appoſitum non fuit.

125 Stante præſertim lapſu longi temporis poſt contrariam paſſam ſententiam.

126 Rationis redditio, ex Statuto urbis, ob lapſum 16. dumtaxat annorum præſumenda eſt.

127 Rationis redditæ ab herede quænam argumenta adferri valeant? & num. ſeqq.

128 Rationis redditio, ex parte heredis facienda, nil aliud eſt, quàm firmatio ſtatus hereditarii, ſubductio onerum, ac debitorum, nec non detractionum, ipſi heredi competentium.

129 Retentio heredi conceſſa à Judice, ſupponit, rationum redditionem coram eodem fuiſſe factam, & num. 137.

130 Heres beneficiatus quis, nonniſi redditâ ratione, declarari per Sententiam potuiſſet.

131 Ratio ſemel reddita, ampliùs iteranda non eſt.

133 Inventarium ritè, rectèque factum probat negativam exiſtentiæ aliorum Bonorum.

135 Rationis redditio, ſtante lapſu temporis longiſſimi, minutatim, & rigoroſè exigenda non eſt.

136 Ac prudenti arbitrio Judicis debet remitti.

138 Heres ob merè poſſibilem exiſtentiam aliarum rerum, ab eo non deſcriptarum in inventario, ſuis detractionibus non eſt privandus.

139 Præſertim, ſi nullum earum exiſtentiæ documentum adferatur, illaſque non adfuiſſe, veriſimilitudo urgeat.

140 Contraventio opponi nequit, quando actus ex juſto, ac legitimo titulo geſtus eſt.

141 Actus, quando ex duplici titulo, altero valido, altero invalido fieri potuit, ad validum debet referri, & num. 148.

142 Pro actus validitate militat juris præſumptio.

143 Actus, qui à ſola dependet voluntate, factus cenſetur eo jure, ac titulo, quo fieri meliùs potuit.

144 Heres Bona hereditaria poſſidere præſumitur hereditario potiùs, quàm quovis alio titulo.

In herede beneficiato non habet locum hæc præſumptio, num. 145.

Præſertim, ſi in confectione inventarii propria jura præſervavit, num. 146.

145 *Heres cum beneficia inventarii jura ſibi contra hereditatem competentia præſervaſſe ſemper cenſitur.*

147 *Heres, ut caducitatem non incurriſſe dicatur, quælibet interpretatio poſſibilis eſt capienda.*

148 *Proque ejuſmodi effectu ſufficit, quod actus ab ipſo geſtus, ad alium, quàm hereditarium titulum poſſit referri.*

149 *Heres ſimul, & creditor eſſe quis nequit.*

Intellige de herede ſimplici, non etiam de beneficiato, num. 151.

150 *Heredis credita ante redditam rationem turbida, atque illiquida dicuntur.*

Ipſa tamen ratio incontinenti reddi poteſt, num. 151.

151 *Heres, redditâ ratione, non prohibetur per viam retentionis opponere ſuorum creditorum deductionem.*

Fortiùs verò, pro evitanda caducitate, allegare illa poteſt, num. 152.

152 *Heredi pro effectu evitandæ contraventionis, & caducitatis, ſufficit ſola inventarii exhibitio, atque oblatio redditionis rationis.*

153 *Pendente rationis redditione, caducitas non adhuc incurſa dici valet ab herede, qui, prohibitus, diſpoſuit de Teſtatoris Bonis.*

154 *Filius liberè poteſt diſponere de paternis Bonis, ei abſque ullo fideicommiſſi onere relictis.*

157 *Heres, qui* de Bonis ſuis *diſponere profeſſus fuit, præſumitur de ſuis, non de Teſtatoris Bonis, alienari prohibitis, diſpoſuiſſe.*

Si præſertim hæc nulla aderant, vel, ſi quæ adfuiſſent, ad heredem ipſum pertinuiſſent pro ſuis detractionibus, ibid.

158 *Maximè verò, ſi propria ejus Bona Teſtatorem, non ita heredem dilapidaſſe, conſtet.*

159 *Subſtitutus in uno caſu, retractare nequit alienationes, in aliis caſibus factas.*

160 *Pro excludendo delicto, & contraventione urget ſemper præſumptio Juris.*

161 *Ita etiam pro ſuſtinenda diſpoſitionis validitate.*

162 *Fideicommiſſarii actoris onus eſt præſumptionem juris vincere, militantem pro validitate actus.*

163 *In heredem univerſalem perveniſſe præſumuntur omnia Teſtatoris Bona.*

164 *Ab herede alienationes fuiſſe factas, ejus heres debet docere, vel de illius hereditate rationem reddere.*

166 *Pro deneganda Subſtituto immiſſione ſufficit ſola poſſibilitas detractionum, ab herede faciendarum.*

167 *Præſertim, quando res eſt cum ſubſtituto, agente vigore contraventionis, atque caducitatis, ab herede incurſæ.*

Andreas, & Joannes Baptiſta fratres de Fracaſſis indiviſè poſſidebant, atque communiter adminiſtrabant ſocialem tabernam fundacalem, in qua, tota eorum patrimonii ſubſtantia conſiſtebat; At anno 1591. mortuo Joanne Baptiſta, inſtitutis heredibus Angelo, & Jo: Antonio filiis ſuis, hi effecti fuerunt domini medietatis dicti patrimonii, ſeù tabernæ; verùm, cum eſſent pupilli, nullâ factâ illius ſeparatione, idem relictum fuit ſub adminiſtratione Andreæ Patrui, eorum tutelam gerentis.

Qui tamen, ut prò indemnitate Pupillorum apparere poſſet de quantitate dicti patrimonii, & portionis dictæ tabernæ, aliarumque rerum, ad præfatos Pupillos pertinentium, anno 1595. die 15. menſis Februarii declaravit, univerſum commune patrimonium aſcendere ad ſcuta 20460., & per apocam, Camerali obligatione munitam, ſeſe obligavit, legalem reddere rationem totius dicti capitalis: quod, juxtà dictam declarationem, & calculum ab ipſo exaratum, cum, ut dictum eſt, conſtaret ſcuta 20460., factâ ejuſdem diviſione, portio ad eum pertinens extitiſſet ſcutorum 10230., tantundem verò pertinuiſſet ad dictos duos nepotes, quæ deindè ſubdiviſa in duas æquales partes, unicuique ex illis obtigiſſent ſcuta 5115.

Præfatus Andreas deficiens in munere legalis Tutoris nullos retinuit Libros tutelares, nullumque toto tempore, quo tutelam geſſit, ac communia Bona adminiſtravit, favore Pupillorum, & nepotum, confecit inveſtimentum, quod maximum ceſſit in eorum detrimentum. At mirum id videri non debet, quia in ſe ipſum peccans contra communia cujuſvis Patrisfamilias officia, ab anno 1591., quo obijt Joannes Baptiſta ejus frater, & nepotum tutelam ipſe ſuſcepit, uſque ad annum 1618., quo ipſemet obijt, tot debita contraxit, totque Bona diſtraxit, ut, iis, aſcendentibus ad quantitatem ſcutorum 11646., univerſum ſuum patrimonium conſumpſiſſe dicendus ſit.

Nihilominùs tamen, quaſi opulentam relinqueret hereditatem, moriens, dictos ſuos nepotes prò virili ſcripſit heredes = *cum hac tamen conditione* (ſunt verba teſtamenti) *quod nullus ex dictis ſuis heredibus poſſit aliqua Bona ipſius Teſtatoris relinquere, vel alio modo dare etiam in vim teſtamenti, & alterius voluntatis, & donationis Magdalenæ Fracaſſi nepti ipſius Teſtatoris, nec Dominico de Burghis dictæ Magdalenæ Marito, nec filiis, & filiabus dictæ Magdalenæ, & Dominici Conjugum, & in eventum, quod dicti Joannes Antonius, & Angelus obirent abſque filiis, & ab inteſtato, undè eorum hereditas recaderet ad prædictam Magdalenam, & Dominicum, & eorum filios, & filias, tamquam proximiores, in tali caſu dictus Teſtator voluit, & vult, quod in ejus hereditate ſuccedere debeat d. Ven. Societas SS. Bartholomæi, & Alexandri Nationis Bergomenſis Urbis* =.

Adivere dicti Nepotes, Patrui, hereditatem, cum

eum beneficio tamen inventarii, in quo præmiſsâ reſervatione jurium ipſis competentium, deſcripſerunt quaſdam domos, & in genere credita omnia contenta iu libris tabernæ fundacalis, & demùm mobilia quædam minimi valoris, ſubjunctâ in fine dicti inventarii declaratione, quod Bona in illo deſcripta, prò medietate pertinebaut ad Andream Teſtatorem, & prò alia medietate propria erant ipſorum, ob videlicet numquam inter eos, & Andream Patruum factam diviſionem.

Quæ tamen deindè facta fuit à dictis duobus fratribus, qui Patris, & prætenſam Patrui hereditatem inter ſe diviſerunt. De portione obventa Jo. Antonio in hac Cauſa non agitur; ille enim heredem inſtituit Catharinam Reſcam, & Joannam Adami; ſed præſens quæſtio vertitur ſuper portione Angeli, qui eredens, nullo pacto affici dictâ prohibitione, facta ab Andrea, anno 1632. Bona omnia, tamquam ſua, & juſto titulo ad ipſum pertinentia, donavit Joannæ, & Michaeli Angelo de Burghis, reſervatis ſibi ſcutis mille ad effectum teſtandi, eoſdemque pariter inſtituit beredes in teſtamento, deindè condito anno 1656.. Longo tempore, quo ſuperſtes fuit dictæ donationi, & teſtamento, uſque nempè an annum 1660., quo obijt, non ſolùm conſumpſit dicta ſcuta mille reſervata ad effectum teſtandi, ſed prætereâ contraxit ingens æs alienum.

At, vix eo defuncto, d. Ven. Societas S. Bartholomæi coram bon. mem. R. P. D. Urſino, tunc Emi Vicarii Locumtenente, deindèque Sac. Rotæ Decano, judicium immiſſionis inſtituit contrà præfatum Michaelem Angelum dè Burghis, & Joannam Douatarios Angeli, ſuam petitionem, & actionem fundans in contraventione prohibitioni, ab Andrea Patruo factæ, ob quam locus factus dicebatur pœnæ caducitatis, eo caſu favore d. Ven. Societatis inflictæ. Coram dicto graviſſimo Viro, ac Judice per triennium Causâ maturè, ac diligenter examinatâ, tandem anno 1663. die 6. menſis Septembris ab eodem pronunciata ſuit ſententia, quâ, condemnatâ d. Veu. Societate actrice ad refectionem expenſarum, Michael Angelus, & Joanna Rei, abſoluti fuerunt, ob eam ſanè prævalidam rationem, quod nimirùm Angelo donanti competeret retentio Bonorum hereditariorum Andreæ, quia perſolverat debita ab iſto contracta, ſuperantia valorem Bonorum, in ejuſdem hereditate repertorum, proptereàque, non officiente d. prohibitione, valuerit abſque incurſu caducitatis per donationem, & teſtamentum, de controverſis Bonis diſponere favore d. Joannæ, & Michaelis Angeli.

Sententiam banc, veluti ſolidis innixam fundamentis, ideoque juſtiſſimam agnitam, longo ſilentio, & acquieſcentiâ 63. annorum, dicta Ven. Societas auctoritatem rei judicatæ obtinere permiſit; at contra illam exſurgens anno 1726. in plena Signatura, inſtetit, eam circumſcribi, quâ circumſcriptionis inſtantiâ rejectâ, die 27. menſis Junii ejuſdem anni reſcriptum fuit = *De cauſa reſtitutionis in integrum ſinè præjudicio rei judicatæ* =; in hoc itaque rerum ſtatu, &, antequam Cauſa ulteriorem progreſſum habeat in devolutivo, ut rectâ, ac prudenti ratione deliberari poſſit, quid conſilii in ea capere expediat, cum rogatus ego fuerim, ut meam ſententiam pro veritate dicere velim, num videlicet jura DD. de Burghis in tuto poſita videri poſſint: aut viceversâ, num Ven. Societati juſta ulla ſuperſit ſpes obtinendi reſtitutionem iu integrum adversùs d. rem judicatam? libeuter injunctum mihi munus ſuſpiciam.

Ut autem judicium magis tutum, ac rectum
ferri valeat, abs re non fore, reor ſingillatim exa-
minare ea omnia, vel ſaltem præcipua rationum
momenta, & facti circumſtantias, quæ in ſcri-
ptis diſtributis coram Signatura Juſtitiæ, deducta
hinc iude ſuerunt: illis autem pro mea tenuita-
te perpenſis; multa profectò occurrunt, quæ mi-
hi favore DD. de Bughis ſuadent juſtitiam rei
judicatæ, quæ proptereà aditum omnem præ- 1
eludere videntur petitæ exadversò reſtitutioni in
integrum; dixi multa, vel plura, quia non om-
nia motiva allata pro ſuſtinenda d. re judicata,
difficultate vacare crederem: Non idcircò ta-
men ea penitus negligenda, aut omninò omit- 2
tenda eſſe, dixerim, tum quia diuturnitas tem-
poris momentum aliquod eiſdem addere fortaſ- 3
ſe poterit; quippè eadem efficit, quod favore
Rei plura ſemper præſumi poſſint, licèt alio- 4
quin de illis certò non conſtet, juxta tradita per
Surd. deciſ. 105. num. 4., *Rot. in rec. deciſ.* 802.
num. 20. part. 18., *& ad ornat. clar. mem. Card.*
de Luc. lib. 7. deciſ. 13. num. 8., tum etiam, quia
ſæpè ſæpiùs motiva illa, quæ, per ſe ſpectata, 5
mentem Judicis ſuadere non valerent, aliorum
tamen fulcita adjumento, robur aſſumunt: tum
denique, quia non raro contingit, ut pro inge-
niorum varietate, rationes, quæ uni infirmæ,
alteri prævalidæ videantur.

Verùm, antequam ſingula, quæ propoſita
fuerunt, ſuo loco, & ordine referam, atque
examinem, præmittendum eſt, quod Ven. So-
cietas petens reſtitutionem in integrum, perſo-
nam gerit actricis, ideòque plenè fundamentum
ſuæ intentionis, actionis videlicet, & petitionis 6
conſtabilire tenetur, ex nota Juris regula, de
qua in *leg. ei incumbit la 2.*, *leg. ab ea 5.*, *leg.*
veniens 21. ff. de probationib., *leg. ſi de poſſeſſione*
20., *& leg. Actor 23. Cod. eodem*: ita quidem,
ut Reus cum valeat vincere per non jus Actoris, 7
ut in d. *leg. Actor*, cum aliis in *Bonon. Fidei-*
commiſſi de Ghisleriis 29. Aprilis 1718. *§. Quan-*
doquidem, *& 28. ejuſdem menſis ſequentis anni*
§. Tantùm verò abeſt cor. bon. mem. Anſaldo,
confirmata 16. Junii 1721. *§. Hujus autem*, *&*
27. Aprilis 1722. §. In modum coram bon. mem.
Cerro; eidem idcircò exempto ab onere cujuſ-
vis probationis, ſatis ſit pro repellendo Actore, 8
ſuis exceptionibus dubias reddidiſſe illius actio-
nem, atque probationes, *Cap. In præſentia 8.*,
ibique Gloſſ. in verb. dubium eod. tit. de probat., *&*
ſequuntur Innocent., *Hoſtienſ. Panormitan.*, *&*
alii, *Rota coram Priolo deciſ. 263. num. 13.*, *&*
in

in rec. deciſ. 466. num. 18. part. 19.

Quæ profectò certiſſimæ Juris regulæ potiori
jure locum ſibi vindicant, quando Rei poſſeſſio,
9 ac jura confirmata reperiuntur auctoritate vetu-
ſtiſſimi temporis, quod nemo non ſcit, quantum
illi faveat contra Actorem, *Franch. in cap. ad*
decimas num. 8. in 4. limitat., Poſth. de manut.
obſerv. 44. num. 23., & ſeqq., Rota penes eumd.
deciſ. 615. num. 13., & diverſ. part. 1. dec. 595.
10 *num. 7.*, qui enim *per longiſſimum temporis ſpa-*
tium, per quod nemo, mediocriter diligens, rem
ſuam negligere creditur, quid bonâ fide poſſede-
11 *rit, ſerum petitorem planè poſſet repellere, quia*
non citius rem ſuam vendicatum iverit = ut loqui-
tur *Puſendorf. de Jur. natur., & gent. tom. 1.*
lib. 4. cap. 12. §. 9. in fine, ibique Joan. de Bar-
beyrac. not. 1., Rota in Melevitana Devolutionis
26. Junii 1722. ſub initium cor. bon. mem. Lan-
cetta.

Quo longiſſimi temporis beneficio, multò
magis in noſtro caſu juvari debent DD. de Bur-
ghis, quibus res non eſt cum Actore, qui vel per
indigentiam omiſerit, vel per ignorantiam ex-
cuſare ſe poſſit, quod jura ſua perſequi non va-
luerit: nam, ut in expoſitione facti dictum eſt,
12 Ven. Societas adverſaria, defuncto Andrea,
ſtatim jus ſuum judicialiter experiri conata eſt;
quapropter, dum contrariâ ſententiâ rejecta,
63. annorum ſpatio ſiluit, contrario Judicato ac-
quieviſſe præſumenda eſt, quia ex judiciali con-
tentione, & Cauſæ examine, per triennium acri-
ter agitato, ſuum malum jus agnoviſſe præſu-
13 menda eſt, & per conſequens ejuſcemodi ſuâ
acquieſcentiâ confirmaſſe bonum jus poſſeſſoris,
Rot. in rec. deciſ. 354. num. 6. part. 10., dec. 105.
num. 9., & ſeqq. part. 17., & deciſ. 362. num. 2.
part. 19. tom. 1.; ambigi quippè nequit, contra-
24 riâ ſententiâ elidi, vel ſaltem dubiam reddi
petitionem, & actionem Actoris, *Gargiar. conſ.*
79. num. 1., & 2., Paulut. diſſert. legal. 79. num.
28. tom. 1., Rota coram Pamphil. deciſ. 160. n. 4.,
in rec. deciſ. 175., dec. 196., & dec. 352. utrobi-
que num. 3., deciſ. 613. num. 13. part. 18., & dec.
15 *90. num. 26. part. 19.*, certiùs verò id effici per
rem judicatam, illius jura penitùs perimentem,
ad *Text. in leg. Ingenuum ff. de ſtat. homin., &*
leg. res judicata ff. de regul. Jur., Rot. cor. bon.
mem. Emerix jun. deciſ. 915. num. 2., coram clar.
mem. Card. Caprara deciſ. 125. num. final., & de-
ciſ. 610. num. 18., & deciſ. 339. num. 5., & in
rec. deciſ. 15. num. 4. part. 16.

Nec obeſſe poteſt commiſſio reſtitutionis in
integrum, exadverſò obtenta, quia appellatio-
16 nes, aliaque ſimilia remedia, à jure noſtro con-
ceſſa adversùs contrarias ſententias, ſeù res ju-
dicatas, ſuſpendere quidem valent illarum exe-
cutionem, at non etiam tollunt præſumptionem
boni Juris, ex eiſdem promanantem, *Card. de*
Luc. de Judic. diſc. 15. num. 14., & in annot. ad
Concil. Tridentin. diſc. 33. num. 34., Rota in rec.
deciſ. 398. num. 8., & ſeqq. part. 13.; eòque
magis in caſu noſtro, in quo Reſcriptum Signa-
17 turæ Juſtitiæ conceptum eſt cum clauſula = *ſinè*
præjudicio rei judicatæ =, quâ favorè Rei præſer-
vati dici debent legales omnes effectus, ex re ju-
dicata proficiſcentes, juxtà firmata per *Mart. de* 18
clauſ. part. 1. clauſ. 158. num. 1., Barboſ. eodem
tract. clauſ. 157. num. 8., Rota coram Puteo dec.
291. num. 17. lib. 1., cor. bon. mem. Anſaldo dec.
32. num. 57., & in rec. dec. 802. num. 5. part. 18.

Videri fortè poterit, me fuſius immoratum
fuiſſe præliminaribus hiſce regulis, omnibus ce-
teroquin notis; verùm non abs re id factum fuiſ-
ſe, reor in præſenti Cauſa; nam, ſi Ven. Socie-
tas actrix, ut poſt lapſum 63. annorum conſequi 19
valeat reſtitutionem in integrum, intra qua-
triennium de jure ceteroquin petendam, longè
certioribus probationibus docere tenetur de læ- 20
ſione paſſa ob contrariam ſententiam, & rem
judicatam, ut diſponitur in *cap. 1. de reſtit. in*
integr., & cap. 1., & 2. eodem tit. lib. 6., d. leg.
Actor Cod. de probation.; Profectò extrinſeca
argumenta excluſiva læſionis, deſumpta ex ha-
ctenùs adductis præſumptionibus, multò magis
urgebunt in caſu noſtro, in quo Actrix reverà
deſtitui videtur probationibus deductis ex intrin-
ſecis rationibus, quibus læſionem ullam ſe paſ-
ſam fuiſſe, dicere valeat.

Ipſa enim ab Andrea purè ſubſtituta non legi-
tur in caſu obitus Angeli ſinè filiis, aut ſinè te-
ſtamento, quo eveniente, proculdubio ejus vo- 21
catione de jure jam purificatâ, eidem immiſſio
decernenda eſſet, dummodò pro ea retardanda,
aliqua non urgeret exceptio facti, conſiſtens in
detractionibus, aut alia ſimili ratione; ſed ejus
ſubſtitutio conditionalis eſt, utporè pendens à
certo caſu, contraventionis nempè, quæ ab An-
gelo facta contenditur prohibitioni Teſtatoris,
ideoque, ut dictâ contrariâ ſententiâ, & re ju-
dicatâ ſe reverà læſam fuiſſe, juſtè conqueri 22
poſſit, non ſolùm docere tenetur de ſua condi-
tionali vocatione, in dicto caſu ordinata, verùm
etiam liquidò probare debet, hunc caſum, à
quo illa pendet, eveniſſe, *Bartol. in leg. final. n.*
9. verſ. ad unum, & ibi Zuccard. num. 211., &
ſeqq. Cod. de Edict. Div. Hadr. tollen., Peregr.
de Fideicomm. art. 11. num. 37., & art. 29. n. 19.
in fin., Rota coram Buratto deciſ. 257. num. 7.,
penes Poſth. de manut. deciſ. 302. num. 2., ubi
concordan., cor. bon. mem. Emerix jun. deciſ. 385.
num. 3., & num. 6., & deciſ. 21. num. 1. inter
impreſſ. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. in
Mantiſſ. lib. 10. de Fideicomm, & in rec. deciſ.
527. num. 13. part. 13., & deciſ. 488. num. 3., &
6. part. 19. tom. 2., ex generali regula, quâ edo-
cemur, conditionalibus ſubſtitutionibus, atque
vocationibus locum numquam fieri poſſe, niſi 23
certò conſtet de purificatione conditionis, &
eventu caſus, ad quem Teſtatoris diſpoſitio re-
fertur, *Rota coram Dunoz. jun. deciſ. 602. nu. 5.,*
& ad ornat. clar. mem Card. de Luca lib. 10. de
Fideicomm. deciſ. 54. num. 2., deciſ. 75. num. 10.,
& cor. clar. mem. Card. Caprara deciſ. 220. n. 2.

Sed neque id illi ſatis eſt; nam prætereà in fa-
cto conſtare debet, nullas DD. de Burghis Reis
competiiſſe, aut competere poſſe detractiones, 24
quarum præſidio impedire valeant immiſſio-
nem, ab Actrice petitam, alioquin enim, defi-
cien-

ciente probatione alterutrius ex dictis extremis,
ſicuti neque etiam Subſtituto, purè vocato, im-
miſſio deberetur, *Bartol. in leg. final. num. 23.*
Cod. de Edict. Div. Hadr. tollen., *Peregrin. de*
Fideicomm. art. 48. num. 55., *& ſeqq.*, *Rota in*
rec deciſ.173. num.1. part.15., *deciſ.118. num.9.*
part.16., *coram bon. mem. Emerix jun. deciſ.896.*
num.10., *& deciſ.1220. num.3.*; ita etiam ceſſa-
25 ret læſio, & per conſequens non competeret re-
ſtitutio in integrum, cui per læſionem dumta-
xat via aperitur; utrumque autem ex dd. extre-
mis in caſu noſtro plane probatum dici minimè
poſſe videtur.

Porrò, quod attinet vocationem d. Ven. So-
cietatis in caſu contraventionis, dici fortè poſ-
ſet, non eſſe adeò clarum, verè hunc caſum
eveniſſe, ut nullo juris, aut juſtæ rationis colo-
re in dubium revocari queat; quippè illius ſub-
ſtitutio, in teſtamento Andreæ ordinata, re-
ſpicit eum eventum, quo Jo: Antonius, & An-
gelus ejus nepotes, atque heredes inſtituti, dece-
26 derent abſque filiis, & ab inteſtato, qui ſanè
caſus purificatus non eſt, cum ambo obierint
cum teſtamento, ideoque ſubſtitutio relata ad
talem caſum, evanuiſſe dicenda eſt, argumen-
to *Textus in leg. ſi heredi plures ff. de condit.*, *&*
demonſtr., *in leg. ſi quis ità ſtipulatus ff. de verbor.*
obligat., *& in leg. generaliter Cod. de inſtit.*, *&*
ſubſtitut., *Fuſar. de Subſtitut. quæſt.437. n.242.*
quæſt.454., *& 455. utrobique num. 1.*, *& ſeqq.*,
ibidemque plenè concordan., *Card. de Luc. de Fi-*
deicomm. diſc.120. num.2., *Rot. cor. Celſo deciſ.*
165. num.6.

Neque verò eadem ſubſtitutio, in ſimili caſu
27 concepta, & ejuſcemodi conditione qualificata,
trahi poterit ad illum contraventionis, nam,
cum non verſemur in ſubſtitutione favorabili,
ideoque largiùs interpretanda, ſed agatur de
28 diſpoſitione pœnali, ſuâpte naturâ odioſa, ideo-
que ſtrictè ſemper intelligenda, rejicienda id-
circò videtur quæcumque extenſio, tametſi de-
ſumpta ex identitate rationis, & quamvis ten-
29 dens ad favorem piæ Cauſæ, *Mantic. de conject.*
lib.3. tit.19. num.10., *& ſeqq.*, *Fuſar. de Subſti-*
tut. quæſt.458. num.17., *& ſeq.*, *Petra de Fidei-*
comm. quæſt.5. num.64. in fin., *Gratian. diſcept.*
662. num.3.; præſertim verò, quando, ut in
30 noſtra hypotheſi, ſubſtitutio piæ Cauſæ limita-
ta reperitur clauſulâ illa reſtrictivâ = *in tali ca-*
ſu =, quæ, utpotè vi ſuâ diſpoſitionem referens
ad caſum expreſſum, omnes alios excludit, ut
notavit *Mantic. loc. mox citat. ſub num.11. verſ.*
tertiò verò, *aliiſque relatis*, *Rodulphin. allegat.*
138. num. 2., *Rot. diverſ. deciſ. 711. num. 3.*
part.1.

Verùm huic motivo tutò inſiſti poſſe, non cre-
derem, quia, licèt, inſpecto materiali ſenſu ver-
31 borum, dicta ſubſtitutio facta legatur in caſu
obitus heredum inſtitutorum ſinè filiis, & ab
inteſtato; nihilominùs tamen intelligi poſſe, cen-
ſerem, eamdem ordinatam pariformiter eſſe in
caſu contraventionis, eò quod Teſtator reſpe-
xiſſe potiùs videatur effectum, ne videlicet Bo-
na ſua ullo umquam tempore devenirent ad præ-
fatos Conjuges de Burghis, eorumque filios,
quam ad modum, quo illa ad eoſdem defer- 32
ri poſſet, ut meo judicio non obſcurè in-
dicant illa poſteriora verba, explicativè, & de-
clarativè, ſubjuncta, ad caſum obitus heredum ſi-
ne filiis, & ab inteſtato, ibi = *unde eorum here-*
ditas recaderet ad prædictam Magdalenam, *&*
Dominicum, *& eorum filios* =, hoc namque caſu
prohibita non videtur ampliativa interpretatio
ſubſtitutionis, comprehendens eum caſum, ex
quo reſultat idem effectus, & in quo militat ea- 33
dem ratio, ob quam veriſimile eſt, Teſtatorem,
idem iſto caſu diſpoſiturum fuiſſe, ut notant
Soccin. conſ.43. n.1. vol. 3., *Curt. jun. conſ.145.*
num.10. verſ. & ideò quando omnia, *Cravet. conſ.*
130. num. 7., *Surd. conſ. 96. num. 46.*, *& ſeq.*,
& Peregrin. de Fideicomm. art.32. num.70.

Cenſendus quippè eſt, ideo Ven. Societatem
literaliter, & expreſsè non ſubſtituiſſe in caſu
etiam contraventionis, quia veriſimiliter credi- 34
dit, illum non eſſe eventurum, ſibi ſuadendo,
quod heredes minimè contempſiſſent legem,
adeò perſpicuis verbis, ipſis, in teſtamento præ-
ſcriptam, diſponendo videlicet favore illarum
perſonarum, contrà quas urgebat expreſſa prohi-
bitio; idcirco providere curaſſe iis caſibus, qui
faciliùs contingere, & frequentiùs dari ſolent, ſi 35
videlicet heredes inſtituti defeciſſent, abſque fi-
liis, & abſque teſtamento, ità ceteroquin diſpo-
ſiturus in caſu etiam contraventionis, modò il-
lum eventurum fore, credidiſſet, ad *Text. in leg.*
Mulier in princip. verſ. quia non crediderat, *Pa-*
trem &c. ff. ad Trebellian., *leg.3. Cod. de inſtit.*,
& ſubſtitut., *Bartol. in leg. commodiſſimè ff. de li-*
ber., *& poſthum.*, *Alciat. in leg. Gallus §. Et*
quid ſi tantum in 2. lection. nu. 25. verſ. item non
videtur ff. eod. tit, *Pariſ. conſ.20. num. 30.*, *&*
ſeqq. lib.3., *latè Surd. conſ.44. num.4.*, *& duob.*
ſeqq., benè ad rem noſtram *num. 6.* ſic inquiens
= *& licèt concepta ſint verba in caſu mortis, id ta-* 36
men provenit, quia non credidit Teſtator, quod
Uxor inhoneſtam vitam eſſet dactura, & idem hoc
caſu dixiſſet, ſi de eo cogitaſſet = & infra, ex *Bar-*
tolo, ſic ait = *ideò ſolùm de morte dixit Teſtator,*
non de ſecundis nuptiis, quia credidit, Uxorem 37
non eſſe tranſituram ad ſecunda vota, &, ſi credi-
diſſet, fideicommiſſum non diſtuliſſet in mortem il-
lius = & denique ex *Caſtrenſi* ſubdit = *Si Teſtator*
cogitaſſet, Uxorem nupturam, ſicut ſubſtituit poſt
mortem, ità ſubſtituiſſet in caſu nuptiarum, quia
ſubſtituiſſe cenſetur in omni caſu, quo finiretur
uſusfructus in perſona Uxoris =, ibique de com-
muni teſtatur.

Et hæc locum ſibi vindicant, etiam quando
ſubſtitutio clauſulâ illâ taxativâ = *in tali caſu* = re-
ſtricta legitur ad aliquem caſum expreſſum, nam, 38
quando eadem ſubeſt ratio, idemque ſequitur
effectus, urgere videtur veriſimilis, ac præſum-
pta mens Teſtatoris, quâ concurrente, prohi-
bita non eſt extenſio de caſu ad caſum, tametſi
verſemur in materia odioſa, & pœnali, maxi-
mè verò favore piæ Cauſæ, *Tiraquell. de privi-*
leg. piæ Cauſ., *cauſ.62.*, *Gratian. diſcept. forenſ.*
662. num. 12., *& duob. ſeqq.*, apud quem alii;
vo-

voluntas ſiquidem ſola Teſtatoris, ſive expreſ-
39 ſa, ſive etiam tacita, ſervanda ſemper eſt in in-
terpretatione ultimarum voluntatum, poſtha-
bitis argumentis deductis ab abſurdo, atque ab
irrationabilitate, leg. ex facto ff. de heredib. in-
ſtit., leg. in conditionibus ff. de condit., & de-
monſtrat., leg. cum queſtio Cod. de legat., Rota
cor. bon. mem. Emerix jun. deciſ. 413. num. 4., in
Carpentoracten. Fideicommiſſi 26. Junii 1709.
§. Pro remotione cor. bon. mem. Caſſarello; nul-
40 lum enim abſurdum conſideratur in iis, quæ
pendent à voluntate Teſtatoris; qui potuit ta-
lem legem diſpoſitioni, & Bonis ſuis adjicere,
Rot. in d. Carpentoracten. Fideicommiſſi §. Et
jure quidem, meritòque, & in Firmana Primo-
genituræ ſuper nominatione 22. Januarii 1717.
§. 23. cor. bon. mem. Herrera, & priùs coram
Benincaſa deciſ. 60. num. 4.

Ut etiam pœnæ odium continere non videtur
41 diſpoſitio, quæ nihil adimit heredi, quod ſuum
eſſet, ſed ſolùm efficit, quod, ſi idem, non obe-
diendo voluntati benefici Teſtatoris, ſe illi in-
gratum oſtendat, ideòque reddatur indignus
beneficio ſibi collato, eodem diutius frui deſi-
nat, Bartol., Angel., & Imola in leg. 1. ff. de
condit. inſtit., Cephal. conſ. 52. num. 14., & 28.
lib. 3., Menoch. conſ. 78. num. 3., Mantic. de con-
ject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 1., & ſeq.,
Surd. deciſ. 232. n. 2., & ſeqq., Rota poſt Torr.
de pact. futur. ſucceſſ. deciſ. 142. num. 8., & in
rec. deciſ. 44. num. 16. part. 5.; potiori verò jure,
quando heredi viventi nihil adimitur, ſed mo-
42 riens ſolummodò prohibetur diſponere favore
alicujus perſonæ, cui Teſtator Subſtitutum, à
ſe magis dilectum, præferri voluit, per Text. in
leg. tale pactum §. final., juxta Gloſſ. final. ad
fin. ff. de pact., & per ea, quæ tradit Caſtill. quo-
tid. controverſ. Jur. lib. 4. cap. 12. num. 1.

Rurſus pro evitanda contraventione dici poſſe,
videretur, quod prohibitio facta ab Andrea he-
redi ſuo, Angelo, ne per teſtamentum, ſive
donationem, aut quemcumque alium actum,
de Bonis ſuis hereditariis diſponere ullo pacto,
43 ulloque colore poſſet favore Magdalenæ Fracaſ-
ſi, & Dominici de Burghis ejus viri, eorumque
filiorum, quod, inquam, talis prohibitio valida,
& obligatoria cenſeri nequeat, tamquam facta
ex irrationabili odio contra dd. Conjuges, eo-
rumque filios, per Text. in leg. ultim. §. Sed
quemadmodum Cod. de ſecund. nupt., leg. vel quæ
Pater 11. ff. de relig. & ſumpt. funer., leg.
filius 15. ff. de condit. inſtitut., leg. conditiones
quæ 8., leg. conditiones contra 14., & leg. qui-
dam 27. ff. de conditionib.

Vel quod ſaltem eadem prohibitio, veluti
44 nullâ coadjuvata ratione, nullâque contrafacien-
ti indictâ pœnâ, aut dato ſubſtituto, reſolvatur
in merum conſilium, quod impunè ſperni pote-
rat, ad optimum Textum in leg. filiusfamilias
117. §. Divi il 2. ff. de Legat., & Fideicom. 1.,
cum aliis cumulatis apud Rotam in Romana Fi-
deicommiſſorum 20. Junii 1707. §. Placuit coram
Rm̃o Aldravando Decano; At neque ex his moti-
vis Cauſa, & jura DD. de Burghis in tuto poſita
crederem.

Nam, ſi de primo res ſit, ut prohibitio, de
qua agitur, irrita, & invalida cenſeri poſſet, 45
tamquam facta ex odio contra dd. Conjuges,
eorumque filios, probanda eſſet cauſa, & quidem
irrationabilis odii, quodque de eo ex aliquo actu
apparere poſſet, nam, ſi hæc deficiat probatio,
& quidem clara, & concludens, diſpoſitio irri-
tari nequibit, tamquam concepta ex damnabili,
& inhoneſtâ causâ odii, Rodoer. conſ. 1. num. 39.,
Merend. contr. jur. lib. 19. cap. 21. num. 1., ibi =
fruſtrà impugnatur privatio ſub hoc prætextu,
cum enim ei, qui dicit, ex hac cauſa ſola privatio-
nem factam fuiſſe, incumbat onus probandi &c. =;
Jura verò in contrarium allegata cum locum ha-
beant, quando ſuppoſitâ odii causâ, clarè proba- 46
ta eſt; tali probatione deficiente, ſola diſpoſi-
tionis irrationabilitas, neutiquam ſufficeret ad
illius probationem, & irritationem d. diſpoſitionis
inducendam, ex notatis per Pariſ. conſ. 19. nu. 8.
& ſeqq. l. 2., Surd. dec. 41. n. 10., Rota in d. Carpen-
toracten. Fideicommiſſi 26. Junii 1709. §. Pro
remotione coram bo. me. Caſſarello.

Ut etiam reſolutio ejuſdem prohibitionis in
merum conſilium conſiderari nequit in caſu no- 47
ſtro, in quo invenitur perſonâ, in cujus gra-
tiam, & favorem ità à Teſtatore diſpoſitum
cenſeri poteſt, ut explicat Gloſſa in d. leg. filius
familias 117. verb. reſpectu lit. E., ibi = quia vo-
luit, certam perſonam habere, ſi contra fieret =,
parvique refert, talem perſonam non reperiri
expreſsè ſubſtitutam in eo præciſo caſu contra-
ventionis; nam ſufficit, illam ex mente Teſta- 48
toris, etiam in tali caſu ſubſtitutam intelligi
poſſe, ut prohibitio, ſive præceptum hujuſmodi
remaneat efficaciter obligatorium, & impunè
ſperni nequeat, ad tradita per Scribentes in dicta
leg. filiusfamilias §. Divi, inter quos Ferret. num.
43. ad fin., Alciat. num. 9., Soccin. jun. n. 114.,
ubi teſtatur de communi, Peregrin. de Fideicom.
artic. 24. ſub num. 1. verſ. ſed ubi Teſtator, &
num. 3., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 685. num. 20. &
24., Redulphin. alleg. 28. num. 10., Rota coram
Benincaſa dec. 5. num. 19. & ſeqq.

Hæc, quæ hactenùs examinata ſunt, funda-
menta, licèt adeò firma minimè videantur, ut
ſuper illis tutò ſtatui poſſit jus DD. de Burghis,
nihilominùs tamen, ut alibi dicebam, deferen-
da prorsùs non ſunt, licèt alioquin ex aliis longè
ſolidioribus, jam jam deducendis rationibus,
Ven. Societas Adverſaria repellenda, & à petita
immiſſione rejicienda ſit; quippè pro ea conſe-
quenda illi non ſufficeret probaſſe, ad Angelum 49
ex hereditate Andreæ perveniſſe aliqua Bona,
illumque de talibus Bonis contra ejus prohibitio-
nem favore Magdalenæ, & Dominici corporali-
ter, ſeù, ut dicitur, materialiter diſpoſuiſſe,
niſi præterea ab ipſa doceatur, præfato Angelo
jus nullum ex perſona, & jure proprio ſuper di- 50
ctis Bonis competiiſſe, hoc namque non probato,
nec re, nec conſilio contraveniſſe diceretur præ-
cepto Teſtatoris; nam, cum ipſe, tam in dona-
tione, quàm in teſtamento apertè diſpoſuerit de 51
Bonis ſuis, ſuorumque Bonorum appellatione
non veniant, niſi ea, quæ ad ipſum, ejuſque li-
be-

Digitized by Google

beram diſpoſitionem pertinebant, per *Text. in leg. ſervi electione ff. de legat.1.*, ubi *Gloſſa verb. conſtat*, *& in leg. qui habebat 99. ff. de legat.3.*, *latè in Maceraten. Legatorum, & Fideicommiſſi 18. Junii 1710. §. 10. & ſeqq.*, *& §. 22. coram bon. mem. Anſaldo*; inde ſequitur, quod, dum
Angelus, tàm in donatione, quàm in teſtamento expreſsè dixit, & profeſſus fuit diſponere velle *de Bonis ſuis*, inde, inquam, ſequitur, quod,
52 excluſâ voluntate diſponendi de re non ſua, &
quæ ad alium pertinere poſſet, talis diſpoſitio intelligi, & ſuſtineri debeat in eo jure, inque iis Bonis, quæ ad ipſum, non autem ad alium pertinere potuiſſent, benè *Rota in rec. part. 5. dec.559. ex num.1. ad 7.*, dicens = *quia idem Donator ſe reſtrinxit ad Bona ſua, quæ verba verificari poſſunt in omni eo jure, quod ipſe habebat, non autem in Bonis, reſtitutioni ſubjectis, vel aliàs alienari prohibitis* =; Dicta namque verba = *li*
53 *ſuoi Beni* =, veluti ſuâptè naturâ præſuppoſitiva, operantur, quod Donans, ſive Teſtator de illis diſpoſuerit, quia præſuppoſuit, eadem reverà ſua eſſe, & ad ipſum liberè pertinere, *Cravet. conſ.144. num.8.*, *Peregrin. conſ. 57. nu. 26. & ſeq.*, *Mantic. de conject. lib. 9. tit. 6. num. 11. ad med.*, *Cyriac. controv. 283. num.31. & ſeqq.*, *Surd dec.93. num. 18. & ſeqq.*, *Card. de Luc. de Fideicom. diſc.59. num.4.*, *& diſc.134. num.15.*, *Rota coram Duran. dec. 93.*, *& dec. 119.*, *coram Pamphil. dec.538. num.3.*, *in rec. dec.515. nu.16. part.3.*, *dec.366. num.3. part.4. tom.1.*, *dec.276. num.61. part.18.*, *& dec. 296. num.9. part. 19.*, *& in celebri Ferrarien. Bonorum de Turchis in Congregatione particulari inter deciſ. bon. mem. Emerix dec.795. num.23.*, *& dec.796. num.1. & ſeqq.*, *repetita inter dec. ad ornat. clar. me Card. de Luc. de Fideicom. deciſ.90. & 91.*, *confirmat. in Voto bon. mem. d'Hervault inter eaſdem deciſiones la 92.*, *& dec. 1223. num. 22. coram eodem bon. mem. Emerix*, præter alias plurimas *Sacræ Rotæ* reſolutiones, quæ allegari poſſent; ideòque, ut infrà demonſtrabitur, verificato, quod
54 controverſa Bona dici poſſent *ſua* Angeli, ob
jura detractionum ſuper eiſdem ipſi competentium, ſublata remanet quævis contraventio.

Et ſanè ità rectè conſtitutum, ac receptum
55 eſt communi Doctorum traditione, ac Tribuna-
lium reſolutionibus, quia, cum diſpoſitio rei, quæ non ad Diſponentem, ſed ad alium pertinere poſſet, ſine ipſius voluntate concipi, ac conſiderari nequeat, de tali idcircò voluntate, vel expreſsè conſtare debet, vel, ſi ex conjecturis elicienda eſt, illas concludentes eſſe, oportet, *Baitell. deciſ. ultim. volunt. deciſ. 36. num. 14.*, bene admonens, quod, ſi conjecturæ debent eſſe
56 concludentes, ut fideicommiſſum dicatur indu-
ctum in re propria Teſtatoris, procul dubio longè urgentiores eſſe debent, quando agitur de inducenda diſpoſitione in re aliena, *Rota coram Priol. dec.378. num.11.*, *in Bononien.*, *ſeù Imolen. Bonorum ſuper bono jure 12. Junii 1693. §. Ceteræ verò coram bon. mem. Urſino*, ob eam ſa-
57 nè rationem, quod, cum pro excludenda tali
voluntate urgeat regula juris, juxtà quam quilibet de rebus ſuis, non autem de iis, quæ ad alium pertinere poſſent, diſponere velle præſumatur, *Rota coram Priol. d. dec.378. num.4.*, propterea, quando alioquin diſpoſitio ſuſtineri poteſt ſuper
re propria, in dubio amplectenda ſemper eſt opi- 58
nio, excludens voluntatem diſponendi de re aliena, cui, tamquam iniquæ, modis omnibus occurrendum eſſe, monuit *Juriſconſultus in leg. cum Pater 77. §. Titio fratri ff. de legat.2.*, *Card. de Luc. de Fideicom. diſc.134. num.15.*, & benè in propoſito animadvertitur in *d. deciſ. ad ornat. cl. me. Card. de Luc. la 90. ſub num. 14.*, *& dec. 92. num.7.*

Huic autem interpretationi, menti juris magis conformi, potiori certè jure inhærendum eſt
in noſtra hypotheſi, non ſolùm, quia verſamur 59
in diſpoſitione univerſali, quo caſu diſponens, de re ſua dumtaxat, non de re ad alium pertinente, diſponere voluiſſe præſumitur, *Rota coram Pamphilio dec.538. num.4. & ſeqq.*, & conferunt ea, quæ late habentur in *d. Ferrarien.*; Verùm etiam, quia pro confirmanda, &, penè dixerim, demonſtranda ejuſcemodi Angeli voluntate, quod nempe ille in d. generali Bonorum donatione, & heredis inſtitutione, à ſe facta favore Joannæ, & Michaelis Angeli de Burghis, de
Bonis ſuis diſponere crediderit, tametſi inter 60
eadem comprehenſa dici poſſent Bona aliqua Andreæ, plurimùm urgere videtur, quod in inventario Bonorum hereditariorum illius, expreſsè ſibi præſervaverat jura omnia, ex perſona propria contra illa ſibi competentia, atque etiam, quod, ſicuti in facti enarratione dictum eſt, cum tota portio Bonorum, communiter cum Jo: Baptiſta fratre, ab Andrea poſſeſſorum, non excederet quantitatem ſcutorum 10230., & Angelum non lateret, quod illa penitus ab Andrea conſumpta fuerant debitis, & alienationibus, aſcendentibus ad ſcuta 11646., indè fit, quod, dum sè diſponere dixit de Bonis ſuis, certè cogitaverit, quod, quando ità diſponebat, nulla amplius adeſſent Bona Patrui, de quibus diſponere prohibebatur favore Conjugum de Burghis; quæ ſanè nedum benignior, ſed maximè veriſimilis interpretatio potiori jure capienda
eſt pro evitanda contraventione, & caducitate, 61
pro qua excludenda quælibet nedum benignior, ſed poſſibilis interpretatio ſemper admittitur, *Rota coram Dunoz. jun. dec.958. num.3.*, *in rec. dec.119. num.21. part.9. tom.1.*, *deciſ.24. nu.8.*, ubi de tali uſu, & ſtylo *Sacræ Rotæ part.18.*, *& dec.327. num.9. part.19.*

Quamvis igitur inter Bona, de quibus Angelus diſpoſuit favore perſonæ, alioquin prohibitæ, comprehenſa dici poſſent Bona aliqua, quæ de facto ab Andrea fuiſſent poſſeſſa, non idcircò tamen, ut paulò ſuperiùs innuebam, probata dici poſſet contraventio, quoties ille profitens, ac declarans diſponere velle *delli Beni ſuoi*, dicendus eſſet de illis diſpoſuiſſe, tamquam ſuis,
quia de jure ad ipſum pertinere verè poterant 62
vigore particularium creditorum detractionum, & jurium, ſibi competentium contra Andream, quæ, ſicuti comprehendi nequibant ſub prohibitio-

tione ab illo facta, ſic etiam nulla conſiderari
poterat couraventio, nec incurri poterat pœna
caducitatis, ab eodem indicta in caſu, quo Ange-
lus diſpoſitionem ullam faceret favore Joannæ,
& Michaelis Angeli de Burghis, *Rot. coram ſan.
mem. Alexandro VIII. dec. 110. num. 15., & in
rec. dec. 293. num. 8. part. 6.*; hoc namque caſu,
ille diſponendo de talibus Bonis, uti voluiſſe
præſumitur eo jure, quod ſuper eiſdem ipſi com-
petebat, & metiendo voluntatem à poteſtate,
prout fieri regulariter ſolet, *Rot. in d. Macera-
ten. Legatorum, & Fideicommiſſi 18. Junii 1710.
§. 9. coram bon. mem. Anſaldo.*, controverſa Bo-
na eo modo, quo poterat, præfatis Conjugibus
reliquiſſe, ut in proximis terminis *Rot. in rec.
dec. 559. num. 7. part. 5. tom. 1., & dec. 18. num. 1.
& ſeq. part. 15.*

Propius autem ad rem accedendo, quod An-
gelo verè plura competerent jura, ac credita,
quorum vigore ipſi quæſitus dici poſſet juſtus,
& legitimus titulus retinendi dicta Bona, tam-
quam propria, vel tamquam ſibi debita, ambi-
gi minimè poſſe videtur; licèt enim hoc impu-
gnetur à Ven. Societate; nihilominùs id ſubſiſte-
re perſuaſum mihi eſt, quia à D. Defenſore DD.
de Burghis plenè refelluntur omnes contrariæ
63 exceptiones: Quapropter, tametſi dicta jura, &
credita minimè ſuffragarentur pro deneganda
immiſſione, à Ven. Societate petita, quando
turbida, & illiquida prorsùs eſſent, *Rota coram
bon. mem. Emerix. jun. dec. 1124. in fin., in rec.
dec. 213. num. 32. part. 12., & in Maceraten. Le-
gatorum, & Fideicommiſſi ſuper prædio della Ci-
marella, & Domuncula cum apotheca 23. Junii
1719. §. 21. coram bon. mem. Anſaldo*, vicever-
sâ, ſuppoſitâ eorum ſubſiſtentia, procul dubio
64 juſtum poſſeſſori tribuunt retentionis titulum
pro Actrice repellenda; quippe pro obtinenda
immiſſione, eidem non ſufficit docuiſſe de ſua
mera vocatione, niſi etiam demonſtret, Bona,
65 quæ vindicare contendit, obnoxia certò eſſe fi-
deicommiſſo, cujus vigore petit immiſſionem,
*Rota coram bon. mem. Emerix. jun. dec. 49. nu. 1.,
& dec. 132. num. 2., deciſ. 443. num. 9., & coram
Benincaſa dec. 188. num. 1., & in rec. deciſ. 121.
num. 8. part. 15.*, diſtinctè inſuper, & clarè pro-
bando, quæ, qualis, & quanta ſit portio fidei-
commiſſi, ad ipſam pertinens, ex notatis per
*Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 4. quæſt. 10. nu. 16.,
Rota apud eumdem dec. 7. num 14., & in rec. dec.
142. num. 2. part. 16., & dec. 614. n. 6. part. 19.*,
id quod demum fieri nequit, niſi probato, nullas
66 heredi competere detractiones, ex regula, quod,
illis nondum plenè factis, reſtitutioni fideicom-
67 miſſi, & immiſſioni locus eſſe nequit, *Merlin.
de legitim. d. quæſt. 10. num. 5., Argel. de acquir.
poſſeſſ. quæſt. 8. num. 861. cum ſeq. & 894., & de
legitim. contradict. quæſt. 13. num. 53. & ſeqq.,
Rot. coram Millin. dec. 310. num. 4., coram Du-
noz. jun. dec. 910., in rec. dec. 179. §. Et quidem
detractiones part. 13., confirmata dec. 43. poſt Maſ-
ſol. triſmegiſtr. legal., in Anconitana Fideicom-
miſſi 18. Martii 1689. §. final., & in Melevitana
Fideicommiſſi 21. Aprilis 1690. §. Fuit autem co-
ram bon. mem. d'Hervault*, apud quos omnes
firmatur, immiſſionem numquam concedi, do-
nec aliquid ſupereſt detrahendum ab herede, id- 68
que ſufficere, ut idem in ſua poſſeſſione tuendus
ſit, *Rota dec. 76. num. 1. part. 16.*; Cum enim
Fideicommiſſarius ſit actor, per negativam co- 69
arctatam probare debet, quod nihil prorſus de-
bebatur heredi, *Caſtald. conſult. 129. nu. 2., &
apud eum Rota in una Romana Domus §. Abſque
eo quod coram bon. mem. Albergato, in Fanen.
Succeſſionis 18. Junii 1685. §. Similiter in fin.
coram bo. mem. d'Hervault.*; præſertim, quando
agitur de detractionibus quantitativis, quæ, ad 70
differentiam legalium, per quotas diſtribui ne-
queunt; hoc enim caſu potiori jure procedunt
hæ omnes ſuperius traditæ regulæ, *Argel. de
acquir. poſſeſſ. quæſt. 8. num. 862.*

Fruſtrà verò objiceretur, quod Angelus fue-
rit heres Andreæ, ideòque adeò jura, & actio-
nes ſuas confuderit cum juribus, & actionibus 71
hereditariis, ut nulla ampliùs credita, detra-
ctioneſque contra illius hereditatem ab ipſo, ſive
ab eo cauſam habentibus allegari poſſint, per
*Textum in leg. Debitori tuo Cod. de pact., & leg.
ſi Uxor Cod. de bon. auctor. judic. poſſid., Menoch.
conſ. 125. num. 8., Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 3.
quæſt. 44. num. 1., Rota coram Bich. deciſ. 252.
num. 2.*, objectio namque iſta illicò ſubmovetur
exhibitione inventarii, ab Angelo facti, cujus
beneficio excluſâ penitùs quâvis actionum con- 72
fuſione, præſervata fuerunt jura omnia heredi
competentia, quæ propterea ab ejus heredibus
jure opponi poſſunt pro retinendis controverſis
Bonis, atque impedieuda immiſſione, à ſubſtitu-
to efflagitata, *Laderch. conſ. 138. num. 4., Pe-
regrin. de Fideicomm. artic. 33. num. 12., Rota
coram ſan. mem. Alexandro VIII. dec. 270. n. 10.,
coram Card. Cerro dec. 782. num. 7., & inter col-
lectas per Conſtantin. ad Statut. Urb. deciſ. 119.
num. 26., & dec. 152. num. 3.*

Nec obeſſe poteſt replicatio, quod pro retar-
danda immiſſione debita ſubſtituto, docenti de 73
ſua vocatione, non ſufficiat ſola aditio heredita-
tis, cum beneficio inventarii facta ab herede, niſi
etiam doceatur, illud validè, & legitimè con-
fectum fuiſſe, atque integrum eſſe, quodque
præterea reddatur ratio de Bonis hereditariis,
in illo deſcriptis, *Rota coram Dunoz. jun. deciſ.
862. num. 13., coram Arguell. dec. 80. num. 14.,
& num. 18., in rec. dec. 88. num. 21. part. 7.*, quæ
cum requirere dicantur altiorem indaginem, 74
retardanda idcircò interim non ſit immiſſio,
Rodulphin. alleg. 107. num. 45., Rota inter col- 75
*lect. per Palm. tom. 3. dec. 251. num. 7., coram bo.
me. Emerix. jun. dec. 865. num. unic., deciſ. 938.
num. 10., in rec. dec. 98. nu. 16. & ſeq. part. 16.,
dec. 613. n. 1. part. 18., & dec. 220. nu. 9. part. 19.
tom. 1.*; Neutra enim contrariæ replicationis
pars officere poteſt.

Porrò, quod attinet inventarium, quod dici-
tur caput, & fundamentum redditionis ratio- 76
nis, *Rota in Romana Prælatura de Vecchiarellis
28. Januarii 1697. §. penult. coram bon. me. Mu-
to, in Romana Immiſſionis ſuper detractionibus 5.*

Maii

Digitized by Google

Maii 1698. §. Et quidem coram eodem, ut clariùs
eluceſcat ejuſdem legalitas, validitas, & integri-
77 tas; admonuiſſe juvat, obligationem conficiendi
inventarium ab Imperatore *Juſtiniano* injun-
ctam fuiſſe heredi favore præcipuè creditorum,
& Legatariorum, ne videlicèt iſti illius maligni-
tate fruſtrarentur, ideòque conſtitutum fuit,
quod heres adversùs eos excipere nequiret de ju-
ribus, ex propria perſona ſibi competentibus,
antequam, docto de inventario, & redditis ra-
tionibus, doceret de inſufficientia virium here-
78 ditatis, quæ in dubio idonea, & opulenta præ-
ſumitur, *Card. de Luc. de Fideicom. diſc. 246.
num. 6. in fin. in ſupplem. part. 3.*

At alia juris ratio obtinet, quum res eſt de
79 fideicommiſſo univerſali, & controverſia verti-
tur inter heredem, & fideicommiſſarium, tunc
enim, tametſi inventarium omiſſum reperiretur
ab herede, ex Legis cenſura illud conficere obli-
80 gato, non idcircò tamen amitteret emolumen-
tum detractionum ſibi debitarum in facienda re-
ſtitutione fideicommiſſi, utpotè quod conſiſtere
nequit, niſi in eo, quod ſupereſt, factis detra-
ctionibus tàm legalibus, quàm accidentalibus,
ut ſequendo magiſtralem dinſtinctionem *Ca-
ſtrenſis in leg. ità tamen 27. §. Si ex Trebelliano
num. 2. ff. ad Senat. Conſult. Trebell.*, tradunt
Andreol. controv. 141. num. 3. & ſeqq., *Card. de
Luc. de legitim. diſc. 25. num. 55.*, *Rot. coram
Card. Celſ. dec. 1. nu. 5.*, *coram Card. Cerro dec.
332. nu. 5.*, *in rec. dec. 58. nu. 3. & ſeqq. part. 10.*,
*in d. Ferrarien. Fideicommiſſorum de Turchis ad
ornat. clar. me. Card. de Luc. de Fideic. deciſ. 90.
ſub num. 6. verſ. nec attendendum & num. ſeq.*,
dec. 91. num. 19. & ſeq., *dec. 92. num. 2.*, *in Ro-
mana Cenſus, seù Cautelæ Angeli 27. Junii 1696.
§. Quoniam præter quam quod, & §. penult. coram
bon. mem. Pio, in Romana Fideicommiſſi de Avi-
la ſuper reintegratione 15. Januarii 1723. §. Lo-
cum verſ. ſignanter coram bon. mem. Foſcaro.*

At verò, ſi etiam in caſu, in quo deficeret in-
81 ventarium, quando heredi res eſt cum prætenſo
ſubſtituto, jura heredis minimè ſublata, aut im-
munita dicerentur, quantò magis eadem in tuto
collocata dicenda erunt, quando exhibetur in-
ventarium, pro quo, ut ritè, & rectè factum
82 dici debeat, militat juris ratio, pro illius validi-
tate præſumenda ſemper urgens, *Ridolphin. in
prax. part. 1. cap. 9. num. 113.*, *Rot. coram Man-
tic. dec. 256. num. 4.*, *& ad ornat. Card. de Luca
in Mantiſſ. de teſtament. lib. 9. deciſ. 6. num. 4.*;
Quæ ſanè præſumptio longè efficacior reddi-
83 tur, quum petitor, & Actor longo temporis ſi-
lentio illius invaliditatem proponere diſtulit, ut
in pluries *citat. dec. 91. nu. 13.*, *& dec. 92. n. 19.*,
ubi ob lapſum 40. dumtaxat annorum, ſimilis
exceptio nullo numero habenda viſa fuit, *ad or-
nat. clar. me. Card. de Luca tit. de Fideicom.*, *in
Romana redditionis rationis 3. Junii 1709. §. Le-
galiter verò coram bon. me. Caffarello*, *& die 16.
ejuſdem menſis ſequen. anni §. Et quidem legaliter
coram eodem*; profectò quid dicendum erit in
84 caſu noſtro, in quo præſumptio militans pro va-
liditate inventarii coadjuvatur ex lapſu centum,
& novem annorum circiter, quot videlicet ab
anno 1618., quo illud confectum fuit, effluxe-
runt uſque in poſtremum hoc tempus, quo Pars
adverſa illius validitatis quæſtionem refricare
molitur.

Certò autem certiùs DD. de Burghis Reis ſuf-
fragabitur tanti temporis diuturnitas, quo Ven.
Societas Adverſaria neglexit proferre exceptio-
nes, ſi quæ ab ea allegari valuiſſent contra d. in-
ventarii legalitatem, atque validitatem, quia ei-
dem non defuit opportuna, immò neceſſaria oc-
caſio, quâ ad illas proponendas urgebatur; ut enim
in facti enarratione dictum eſt, vix defuncto An-
gelo, anno videlicet 1660., coram bo. me. Urſino
inſtruxit judicium immiſſionis, quod in gradu
reſtitutionis in integrum hodiè proſequi conten-
dit, in quo judicio cum prudens, & accuratus
Judex ſentiret, immò declaraſſet, ſe cenſere,
DD. de Burghis Reis Donatariis Angeli conce-
dendam eſſe retentionem pro creditis, contrà
Andream, ejuſque hereditatem illi competenti-
bus, abſque eo quod ipſis obſtaret, quod An-
gelus extitiſſet heres Andreæ: nemo ſanè non
videt, quod in ejuſcemodi Cauſæ diſceptatione
per triennium agitata, nedum neceſſariò agi de- 85
buit, ſed reverà actum fuit de ejuſcemodi in-
ventario, ſinè quo d. retentio concedi nequiviſ-
ſet, prout de facto conceſſa fuit DD. de Burghis
ex perſona Angeli = *uti heredis beneficiati An-
dreæ* = quemadmodum declaratur, & expreſsè
legitur in dicta ſententia bon. mem. Urſini, in 86
judicatum tranſacta: Angelus enim mox rela-
tis ſententiæ verbis declarari nequiviſſet heres
beneficiatus, niſi d. inventarii legalitas, & validitas
agnita priùs fuiſſet.

Quapropter dicendum eſt, quod dictum in-
ventarium, tam quam validum, & legitimum
tunc repertum, & approbatum, hodiè ampliùs 87
impugnari non valeat: juſtè namque præſumen-
dum eſt, quod, etiamſi tunc aliquid contra illud
oppoſitum fuiſſet, oppoſitiones omnes, tamquam
inſubſiſtentes rejectæ, penitùſque ſublatæ, vel
quod nullo numero habitæ extiterint, cum tunc
etiam temporis jam lapſi fuiſſent 40., & ultrà
anni, quibus, ſi quæ nullitas inventarii conſide- 88
rari potuiſſet, ſublata remanſiſſet, ut, præter
auctoritates allegatas *§. Præcedente*, habetur
per *Text. in leg. ſicut Cod. de præſcript. 30. vel 40.
annor.*, *Rot. in rec. dec. 327. nu. 12. & ſeq. part.
19. tom. 1.*, *& dec. 6. num. 5. inter impreſſ. ad or-
nat. cl. me. Card. de Luc. in Mantiſſ. lib. 9.*, Mul-
tò autem magis pro validitate inventarii præſu-
mendum erit in caſu noſtro, in quo favore Reo-
rum alii ſeptuaginta, & ultra anni excurrerunt.

Verùm enim verò, ne ſolo præſidio temporis
legalitatem inventarii, & jura Reorum tueri
velle videar, non pigebit de oppoſitarum nulli-
tatum inſubſiſtentia aliqua adnotaſſe; &, licèt
id ſuperfluum videri poſſit, quia in allegatione,
vernaculo ſermone exarata, luculenter, ac præ-
validè illæ excuſſæ, penitùs exploduntur; nihilo-
minùs, ne munus mihi injunctum detrectaſſe
dicar, aliqua, ut dixi, adnotabo; Nam, quod
attinet ad formam extrinſecam, ſolemnitates
vi-

videlicet in confectione inventarii adhibendas,
ſi fortè opponatur nullitas, deſumpta ex defectu
citationis nonnullorum creditorum, hæc pluri-
bus reſpouſionibus ſubmovetur.

Prima eſt, plurimos ex illis citatos reverâ
fuiſſe, ut in facto ſupponitur, ideoque iſtorum
89 citatio, juxtà magis æquam opinionem, opera-
tur, quod inventarium ſuffragetur, etiam reſ-
pectu non citatorum, *Gratian. diſcept. forenſ.
797. num.16.*, *Hodiern. contr. forenſ. lib.1. cap.
5. num.23.*, *Præſes de Franchis deciſ. 229. num.
5.*, *Rot. deciſ.21. num.4., & ſeq. inter impreſſ.
ad ornat. clar. mem. Card. de Luca de teſtament.
lib.9.*, Altera eſt, quod ejuſcemodi nullitas
90 opponi nequiret à Ven. Societate, quæ certè fuit
citata, *per Text. in leg.2. Cod. quand. provoc. non
eſt neceſſ.*, *& in leg. error facti Cod. de jur., &
fact. ignor.*, quibus juribus utitur *Bonden. collect.
legal. tom.2. collect.27. nu.99.*; Et demùm ma-
gis urget illa alia reſponſio, quod, quum agi-
tur de ſolemnitatibus, in confectione inventarii
adhibendis; non ex qualibet earum omiſſione
inducta dici poteſt illius nullitas, ſed ejuſdem
validitati illa dumtaxat omiſſio officit, quæ ex
91 facti circumſtantiis juſtam Judici ingerere poteſt
ſuſpicionem, quod malignandi animo facta fue-
rit per fraudem, & dolum, ſinè quibus regulari-
ter inventarium non irritatur, *Rota coram Peu-
tinger. deciſ. 165. num.20.*, *coram Durano deciſ.
383. la 1. num.14.*, *in recent. deciſ.202. num. 7.
part.11.*, *deciſ.48. nu.10. part.15. deciſ.21. num.
2. ad ornat. clar. mem. Cardin. de Luca de te-
ſtament. lib. 9.*; hæ autem juſtitiæ, & æquitati
apprimè conſonæ rationes, eò magis valere vi-
dentur in caſu noſtro, in quo, reſpectu he-
redis deficiente prorſus quavis doli probatione,
controverſia vertitur cum prætenſo ſubſtituto,
quo caſu, ut animadverti *§. Porrò quod attinet
92 cum ſeq.*, etiamſi penitùs deeſſet inventarium,
heres jura ſua, detractioneſque omnes conſequi
deberet, eò quod Imperator *Juſtinianus* in-
ventarium ab herede confici, juſſerit favore præ-
cipuè Creditorum, & Legatariorum.

Quæ rationes valere etiam poſſe viderentur
prò eliminanda altera nullitate, fundatâ in omiſ-
ſione deſcriptionis argentorum, aliarumque re-
rum pretioſarum; nam, præterquam quod ſub-
93 ſtitutus, qui contra inventarii validitatem op-
ponit, in hereditate Defuncti extitiſſe res pre-
tioſas, in illo minimè deſcriptas, concluden-
ter probare tenetur earum exiſtentiam, eaſdem-
que ad manus heredis perveniſſe, *Peregrin. de
Fideicomm. art.35. num.24., & ſeqq.*, *Fuſar. de
ſubſtitut. quæſt. 667. num.15., & ſeqq.*, *Rota
coram Peutinger. deciſ.165. num.21.*, *& in Ro-
mana Pecuniaria, ſeù locorum Montium 4. Maii
1699. §. Nec vis coram bon. mem. dell' Olmo*;
94 cum enim inventarium dicatur ab inveniendo,
idcircò, ut adverſus illud opponi queat omiſſio
deſcriptionis alicujus rei, probandum eſt, illam
ab herede inventam reverâ fuiſſe in hereditate,
*Rota coram clar. mem. Card. Caprara deciſ. 584.
num. 14. & ſeqq.*, quinimmò, quando verſa-
mur in antiquis, heredibus ſuffragatur præſump-
tio, talium rerum pretioſarum exiſtentiam ex- 95
cludens, *Peregrin. dict. artic. 35. num.28. ver-
ſus finem*, inquiens = *Ego ſecundùm diverſorum
caſuum occurrentiam vidi de mobilibus in fidei-
commiſſis antiquis nullam habitam rationem, quaſi
per curſum longiſſimi temporis, prò eorum naturâ,* 96
*conſumptu fuerint, nec præſumptum vidi de pe-
cuniis, margaritis, & auris, &c, credita heredis
relata fuiſſe ad diminutionem Bonorum immobi-
lium pro pretio, ut dixi, in priori quæſtione, &
ſic ſæpiùs Paduæ frequentatum fuit* =, non omit-
tendo demum illud etiam, quod, ſi probabili
ratione præſumi poſſet dicta ſimilium quoque
rerum pretioſarum exiſtentia, prò evitando de- 97
licto, ſive actu illicito, eadem erogata cen-
ſenda eſſent in actum licitum, dimiſſionis nem-
pè Creditorum Defuncti, *Fuſar. de ſubſtitut.
mox citat. quæſt. nu. 14.*, *Rota coram Peutinger.
deciſ.438. num. 11.*, *& in Bononien. Trebelliani-
cæ ſuper creditis 21. Januarii 1720. §. Hoc ar-
gumentum cor. bon. mem. Lancetta*.

In caſu autem, de quo agitur, certè deficit
probatio exiſtentiæ rerum pretioſarum, ob qua-
rum prætermiſſam deſcriptionem illud, tam-
quam non integrum, & minùs legale, redargui
poſſit; quinimmò, quando etiam talis exiſten- 98
tia præſupponenda eſſet, præter mox dicta, ea-
dem non ſufficeret pro irritando inventario, niſi
præterea probaretur, tales res in eodem deſcri-
ptas minimè reperiri dolo malo malignantis he-
redis, Creditores, & alios fraudare molientis,
proptereaque, his ceſſantibus, inventarium non
vitiatur, nec heres privatur illius beneficio,
juxtà magis receptam ſententiam, de qua *Bald.* 99
*in leg. final. §. Cum igitur nu. 8. Cod. de jur. de-
liber.*, *Angel. in leg.1. §. Hæc ſtipulatio ff. ſi cui
plus quàm per legem falcidiam*, *Surd. deciſ. 222.
num.10.*, & hanc opinionem, veluti æquiorem,
ſecuta eſt *Rota coram Peu. deciſ.1447. num.11.*,
coram Coccin. deciſ. 1863. num. 33., *coram Lu-
dovisſ. deciſ. 169. num.3., & ſeq.*, *in rec. deciſ.
350. num.3. part.1.*, *deciſ.131. num. 2. part. 3.*,
deciſ.126. num.6. part.4., *deciſ.181. num.3., &
ſeq. part.6.*, *deciſ.466. num. 16., & ſeqq. part.
9. tom.2.*, *deciſ.201. nu.11. part.11.*, *deciſ.343.
num.39. part.12.*, *deciſ.499. nu.8. part.13.*, *de-
ciſ.48. num. 10. part. 15.*; heredi namque fave-
re dicitur univerſalis illa ratio, quod nempè id,
quod non fit malo animo, pœnam non mere- 100
tur, adeo quidem, ut ſatis eſſet, quod heres,
etiamſi ſciviſſet, potuiſſet probabiliter dubita-
re, an deberent deſcribi nec ne? cum ad excu-
ſationem talis omiſſionis, dubietas ſola ſuffra- 101
getur, ut his verbis loquitur *Rota dict. dec.584.
num. 17., & ſeq. coram clar. mem. Cardin. Ca-
prara*.

Ex non abſimili ratione, quod videlicet,
cum procul abeſt dolus, & mala fides heredis,
inventarii validitati non officiat, quod mobi-
lium deſcriptionem non præceſſerit eorum æſti- 102
matio, nec in illo adnotatus fuerit illorum va-
lor, ut probant *Honded. conſ.53. nu.6., & ſeqq.
lib.1.*, *Phanuc. de inventar. part. 3. num. 31. in
fin.*, *Monticul. eodem tract. cap.6. nu. 3.*, *Manſ.*

con-

conſult.269. num.35., *& ſeqq.*, *Ridolphin. in prax. part.1. cap.9. num.57.*, *Hodierna contr. 5. num.29. lib.1. Saminiat. contr.39. num.56.*, *Rot. in Mantiſſ. ad clar.mem. Cardin. de Luca lib. 16. deciſ.13. num.4.*

Contra quam veriorem, ac æquiorem ſen-
tentiam fruſtrâ opponerentur firmata in *Ro-
mana Pecuniaria*, *ſeù locorum Montium anni
1706. coram bon. mem. Molines*, quia in poſte-
103 riori *deciſione, coram eodem edita die 3. menſis Ju-
nii ſequentis anni*, *Sacra Rota*, ne ſequeretur
ſtrages inventariorum omnium, quæ uſque in
eam diem celebrata fuerant, atque ita univerſa
Urbs involveretur litibus, publicam quietem
turbaturis, proteſtata fuit velle normam dare
caſibus dumtaxat futuris, at non etiam præteri-
tis, in quibus, juxtà ſtylum, & conſuetudinem
illorum temporum, æſtimatio, & expreſſio va-
loris mobilium non reputabatur neceſſaria ad in-
tegritatem inventarii, ut in *dicta deciſione* revo-
catoria, & alibi paſſim dictum deindè fuit, &
præcipuè in *Voto à Rm̃o Lambertino, edito in ce-
lebri Cauſa Borromea*, poſtquam eadem tamdiù
diſceptata fuerat in ſacro *Rotæ* Auditorio, à quo
tum ex aliis, tum ex hoc capite inventarium ir-
ritum declaratum fuerat.

Denique non obſtat confuſa jurium, & cre-
ditorum deſcriptio, facta relativè dumtaxat ad
104 codices tabernæ fundacalis, abſque ullâ ſpecifi-
câ declaratione eorumdem qualitatis & quanti-
tatis, quia, ſi ipſa omiſſio deſcriptionis nomi-
num Debitorum, aliorumque ſimilium jurium
non officeret validitati inventarii, quoties non
conſtitit, nec probatum eſt, inter Bona heredi-
taria reperta fuiſſe documenta, & inſtrumenta
ejuſcemodi jurium, & creditorum, quia hæc
105 non dicuntur corpora, quæ manibus tangi, &
oculis cerni poſſint, ideoque heredis culpæ, aut
dolo imputari nequiret omiſſa illorum deſcrip-
tio, ut poſt *Bartol. in leg. Tutor*, *qui reperto-
rium num.10. in fin. verſ. ſecundò concludo ff. de
adminiſtr. Tutor.*, tradunt *Rocca diſput. jur. ſe-
lect. cap.154. num. 21. & ſeq.*, *Rota coram clar.
mem. Card. Caprara dict. deciſ.554. num.14.*, *&
ſeq.*, & plerique allegati in *§. præcedente*; mul-
tò certè minus talis exceptio proponi poterit
contrâ validitatem inventarii, de quo agitur,
quippè in hereditate Andreæ nulla alia reperiri
potuerunt credita, quàm illa provenientia ex ca-
pitalibus, & juribus rationis fundacalis, quæ ſo-
cialis, & ipſi communis fuerat cum Joanne Ba-
ptiſta fratre; quapropter, cum ſimilia credita,
& jura indicata fuerint relativè ad dictos codi-
ces, ex quibus ad certitudinem redigi, illorum-
que qualitas, & quantitas dignoſci potuiſſet, in-
106 dè ſequitur, quod pro ſuſtinenda validitate in-
ventarii ſatis ſit, creditorum, & jurium activo-
rum deſcriptionem factam fuiſſe relativè ad cer-
tam legalem ſcripturam, in qua eadem conti-
nebantur, ut per *Ripam in leg. ait Prætor §. Si
Judex num.4. ff. de re judicat.*, *& Rot. in antiqu.
de teſtament. deciſ. 5.*, *benè Rota coram Coccino
deciſ.151. num.9.*, *coram Peutinger. deciſ. 485.
num.11.*, *& poſt Albit. de inconſtant. in judic.
deciſ. 8. num. 6.*, *& duobus ſeqq.*, ubi alii con-
cordan., & teſtatur circâ hoc etiam de ſtylo
Curiæ.

Et juſtâ ſanè ratione, quia, ſi ob ſolam ſuſpi-
cionem doloſæ occultationis ejuſcemodi jurium, 107
& creditorum, irritum reddi valet inventarium,
eâ deficiente, fruſtrâ idem impugnabitur, eò
quod aliunde, & per æquipollens ſuppleta re-
periatur talis omiſſio, per relationem nimirum 108
ad ſcripturam, ſive codicem legaliter retentum
ex quo haberi poteſt certitudo rerum omiſſa-
rum, *Cyriac. contr. 411. num. 22.*, *Saminiat.
contr. 48. num. 17.*, *& ſeqq.*, latè tradens, id
locum habere etiam ad effectum tuendi here-
dem contrâ Creditores hereditarios, quorum 109
præcipuè favore, ut alibi dictum eſt, injuncta
fuit heredi obligatio conficiendi inventarium;
Quapropter, quoties à ſubſtituto manifeſtè non
probatur fraus, & dolus heredis, ejuſmodi ſup-
pletivæ probationes admittuntur, etiam quan- 110
do ipſum deficit inventarium, quia cum ex ſi-
milibus omiſſionibus oriatur contra heredem
ſimplex dumtaxat præſumptio, hæc procul du-
bio cedere debet veritati, quando aliundè de re- 111
bus hereditariis, & de ſtatu hereditario ſuffi-
cienter apparere poteſt, Lex enim ocurrere dum-
taxat voluit dolo, & malignitati heredis, ideo-
que hoc caſu, ejuſdem Legis, ac æqui, boni-
que ratio non ſinit, ut idem, abſque ullâ ſuâ cul-
pâ, privari debeat commodo detractionum, ſive 112
legalium, ſive accidentalium, ſibi competen-
tium, *Tranchedin. conſult.58. num.1.*, *& ſeqq.*,
Balducc. ad Ramon. conſ. 50. num. 125., *Rota
Lucana inter collectas ab eodem Balducc. ad Ra-
mon. tom.1. deciſ. 59. num. 38.*, *& ſeqq.*, *Rota
coram Cardin. Cerro deciſ.331. num.11.*, *in rec.
deciſ.164. nu.3. part.14.*, *in dicta Romana Cen-
ſus*, *ſeù Cantelæ Angeli 27. Junii 1696. §. pe-
nultim. coram bon. mem. Pio*, *& in Romana Fi-
deicommiſſi de Caſarinis 11. Decembris 1699. §.
Cum itaque cor. bon.m.m. Molines.*

Quamobrem paſſim Sacra *Rota* admiſit ſimi-
les ſuppletivas probationes, deſumptas ex ſim-
plici etiam Bonorum deſcriptione, exarata in 113
Libro memoriali, vel ex illorum diviſione, aut
ex aliis ſimilibus documentis, & actibus, ut,
præter mox allegatas *deciſiones*, habetur apud
Coccin. deciſ.1863. num.1., *coram Priolo deciſ.
320. num.8.*, *& ſeq.*, *coram bon. mem. Anſalda
deciſ.21. num.18.*, *in rec. deciſ.591. nu. 4. part.
29. tom.2.*, *in Mantiſſ. ad Card. de Luca deciſ.
38. num.47.*, *& ſeq. lib. 9. de teſtament.*, *& in
Ariminen.*, *ſeù Anconitana Fideicommiſſi 26.
Martii 1708. §. Altera demum*, *& ſeqq. coram
Em̃o D. Card. Falconerio*; At verò, ſi ejuſce-
modi ſuppletivæ probationes heredi ſuffragan-
tur in caſu, quo nullum prorsùs confecerit in-
ventarium, quantò magis eidem prodeſſe po-
terunt, quando affert inventarium, & solùm
agitur de ſuſtinenda deſcriptione jurium, & cre-
ditorum, quorum enumeratio, atque ſpecifi-
catio, ſi in illo non legitur, illicò tamen ha-
beri

beri poteſt ex alia legali ſcriptura, ad quam ſit
relatio!

Verùm, ſi hæ rationes, ut animum Judican-
tis movere valeant, non iu genere dumtaxat,
114 &, ut dicitur, in abſtracto conſiderandæ, ſed
juxta facti circumſtantias applicandæ ſunt caſui
concreto; profectò, ſi umquam eædem pro ſu-
ſtinendo inventario valuerunt, valere, certè
debent in caſu noſtro, in quo, ſi rectè perpen-
dantur circumſtantiæ facti, iu quo verſamur,
rei, penè dixerim, evidentiâ demonſtratum
videri poterit, quod tempore obitus Andreæ
nulla reperiri potuerunt credita, & jura, quæ
in præjudicium ſubſtituti ab Angelo occultari
potuerint, & ex quibus colore aliquo adeò con-
ſumptæ dicendæ eſſent detractiones omnes, ei-
dem competentes, ut nullo pacto earum colo-
re impedire valeret immiſſionem exadverſo pe-
titam.

In noſtra namque hypotheſi certò conſtat de
primordiali qualitate, & quantitate patrimo-
115 nii, ad Andream ſpectantis, quod, ut pluries
dictum eſt, conſiſtebat in medietate capitalium
tabernæ fundacalis, quam cum Joanne Baptiſta
fratre indiviſim, & communiter retinebat, quæ
medietas aſcendebat ad ſcuta dumtaxat 10230.,
ut ex confeſſione ejuſdem Andreæ, contra ip-
116 ſum plenè probante, juxtà *Text. in leg. ad ſe
Cod de Tranſact.*, *& cap. per tuas de probationi-
bus*, *Rot. in Mantiſſ. ad clar. mem. Card. de Luc.
lib. 1. deciſ. 5. num. 26.*, *& lib. 4. deciſ. 8. num. 3.*,
& lib. 15. deciſ. 8. num. 10., in dicta autem me-
dietate certè comprehendebantur credita om-
nia, & jura, quæ ad eumdem Andream pertine-
re potuiſſent; hæc autem ab ipſo exacta præſu-
menda ſunt; nam anno 1607. venditâ tabernâ
fundacali, intermedio tempore, quo ipſe ſu-
pervixit, uſque ad annum nempè 1618., ne-
dum certè exegit credita omnia, quæ reperiri
poterant in dicta taberna, ſed illa diſſipavit,
prout diſſipaſſe reperitur univerſam ſuam por-
tionem, quam excedebant debita, ab ipſo con-
tracta in quantitate ſcutorum 11646., quænam
itaque credita reliqua eſſe poterant in heredita-
te ejuſcemodi Teſtatoris, quæ occultari ab he-
rede potuerint, ab eoque de illis ratio redden-
da ſit?

Verſamur enim in caſu, in quo præſumi ne-
quit, Andream, præter medietatem capita-
lium dictæ tabernæ, quæ anno 1591. ſibi com-
munis erat cum Joanne Baptiſta fratre, in-
termedio tempore, uſque nempè ad aunum
1618., quo obiit, alia acquirere potuiſſe cre-
dita, & Bona, quæ pervenerint ad manus he-
redis, de illis idcircò rationem reddere, vel in
ſuas detractiones imputare obligati: Quia, præ-
117 ter quam quod acquiſitio iſta, utpotè conſiſtens
in facto, non præſumenda, ſed probanda eſſet
à ſubſtituto, in hoc Judicio gerente perſonam
actoris, ut per vulgatum *Textum in leg. In bel-
lo §. Facta ff. de poſtlimin. reverſ.*, tradit *Bon-
den. collect. legal. 6. nu. 85.*, *& collect. 39. num.
20. volu. 1.*, *& collect. 9. num. 107.*, *& collect.
26. num. 11. tom. 2.*, iu noſtra hypotheſi mani-
feſte excluditur, inſpectâ qualitate Andreæ, 118
qui, ut dictum eſt, contraxit debita abſorben-
tia ſuum patrimonium, pro quibus exſolven-
dis, &, ut ſe eximeret à carceribus, quibus
mancipatus fuerat, non ſolùm diſtraxit capita-
lia fructifera, ſed prætereà, cum Bona ipſius
propria non ſuppeterent, heres pecuniis ſuis illa
ſolvit, ut probatum fuit coram Judice, qui id-
circò retentionem illi conceſſit.

Conſiderato itaque ſtatu hereditatis, ab An-
drea relictæ, & gravi illâ circumſtantiâ, quod
nempè idem, urgentibus Creditoribus, carcere
mancipatus; ut ex illo emitteretur, Bona ſta-
bilia alienare coactus fuit, quiſnam recto ſenſu
præditus ſuadere ſibi poterit, quod, ſi quæ ei-
dem credita competiiſſent, maluerit illa inexa-
cta relinquere beneficio futuri heredis, quando
alioquin eorumdem exactionem curare omninò 119
debuiſſet, ut ſe liberaret incommodis, & an-
guſtiis, quibus premebatur, quemadmodum pro
creditorum exactione veriſimiliter præſumen-
da, arguunt *Alexand. conſ. 183. num. 19. verſ.*,
& hanc partem lib. 6., *Cyriac. contr. 516. num.
18.*, *Rocc. diſput. jur. ſelectur. cap. 155. num. 5.*,
Præſes de Franch. deciſ. 361. num. 7. circa fin.,
Surd. deciſ. 105. num. 3., *Mart. Medic. deciſ. 85.
ſub num. 5.*, *Rota coram Merlino deciſ. 714. num.
24.*; Sed cur utimur argumentis, ductis ex præ-
ſumptionibus, quando ex facto, per rem judi-
catam confirmato, conſtat de creditorum exa-
ctione facta ab Andrea; in dicta enim ſententia
bon. mem. Urſini, ut infrà dicetur, credito An-
geli adſcribitur quantitas ſcutorum 615., quan- 120
ta erat quarta pars nominum debitorum funda-
calium, ad ipſum pertinens, & à præfato An-
drea exacta: an fortè is, qui aliena exegit credi-
ta, ſua exigere neglexiſſe potuit?

Quapropter non eſt, cur imputetur heredi,
quod in inventario, ſimpliciter ſe referendo ad
codicem rationum, diſtinctè non deſcripſerit
jura, & credita, ſpeciatim illa enumerando, 121
quando, his perpenſis circumſtantiis, illicò pa-
tet, quod veriſimiliter nihil aderat, quod in
inventario eſſet deſcribendum, vel, ſi quid for-
tè adfuiſſet, à ſubſtituto actore non docetur,
id heredi certò innotuiſſe; prætereaque aliquid
ex illius exactione in ejus commodum ceſſiſſe.
Fruſtrâ itaque hoc inani colore inventarium, ab
illo confectum, impugnatur, ejuſque beneficio
privari contenditur; perpenſis namque circum-
ſtantiis facti, in quo verſamur, jure, meritòque
Sacra *Rota* vel nullo numero habendam, vel
ſanandam cenſuit confuſam quoque ſcriptura-
rum deſcriptionem, teſte *Rubeo ſingular. Sacræ
Rotæ verb. Inventarium num. 1. pag. 56.*, *Rota
coram Coccin. deciſ. 151. num. 8.*, *& coram Ar-
guell. deciſ. 80. num. 14.*

Vindicatâ itaque ab oppoſitis nullitatibus va-
liditate, atque legalitate inventarii, in noſtra
hypotheſi, confirmatâ longiſſimi temporis lap-
ſu, facilè expedimur ab altera exceptione, de-
fectus videlicet redditionis rationis, nam vel 122
illa

illa ob lapſum centum, & novem annorum,
jam reddita præſumenda eſt, ut in terminis longe
minoris temporis firmant *Caſtrenſ. conſ. 126. nu.
5. circa fin. verſ. tollitur etiam lib. 2.*, *Cephal.
conſ. 240. num. 8. lib. 8.*, *Munoz. Excobar. de ra-
tiocin. cap. 37. nu. 5. cum quatuor ſeqq.*, *& num.
6. §. Sed licèt*, *& Rota coram Caprara dec. 122.
num. 12.*, *& deciſ. 160. num. 7.*, *& duobus ſeqq.*,
ubi præthereà ſubdit, quod quæſtio omnis ſubla-
123 ta dici poteſt per ſolam tricenariam, quâ actio
pro redditione rationis de jure præſcribitur;
præſertim verò, quando, ſi illa defeciſſet, ſe-
ſe obtulerat opportuna occaſio de tali defectu
opponendi, quum nempè anno 1660. à Ven.
124 Societate motum fuit præſens judicium immiſ-
ſionis, in quo, ut obſervatum eſt *§. Certò
autem*, de hoc agi omninò debebat, nec dicta
Ven. Societas in actu adeò proportionato, hanc
exceptionem proponere omiſiſſet, præſertim ve-
rò, cum Judex petitam immiſſionem illi dene-
garet ob retentionem jure ſuorum creditorum,
& detractionum quantitativarum, Reo debi-
tam; hoc namque caſu nemo non videt, quod
neceſſariò opponi debuiſſet defectus redditionis
rationis, vel illam fieri petendum fuiſſet, ut
ex ea apparere poſſet, an verè aliquid de Bonis
Andreæ favore ſubſtituti ſupereſſet; de his enim
cum, nonniſi per redditionem rationis conſtare
poſſet, dicendum proindè eſt, redditas ſuppo-
nendas eſſe coram Judice, qui alioquin immiſ-
ſionem denegare non valuiſſet.

Eòque certiùs, quia Ven. Societas, cujus Bo-
na adminiſtrantur per diligentes, ſolerteſque
Officiales, tandiù, adeoque oſcitanter contra-
riæ ſententiæ non acquieviſſet, judicium inſtau-
125 ratura poſt lapſum 63. annorum, &, expectato
obitu perſonarum omnium informatarum, mo-
leſtias exhibitura quarto mediato heredi, obſo-
letæ Cauſæ penitùs ignaro, atque deſtituto do-
cumentis, & notitiis illis, quibus ſe tueri poſſet;
quippè lapſu tanti temporis plura periiſſe po-
tuerunt, quemadmodum, conſiderando has,
aliaſque ſimiles circumſtantias, unâ cum dicto
intervallo temporis, ad effectum præſumendi
redditionem rationis, tradunt *Soccin. Sen. conſ.
92. num. 1. lib. 4.*, *Pariſ. conſ. 19. num. 1. lib. 1.*,
Merend. contr. jur. lib. 23. cap. 46. num. 61., *&
ſeqq.*, *Cyriac. contr. 280. num. 9.*, *Palm. alleg.
357. num. 26. tom. 4.*, *Antonell. de temp. legal.
lib. 2. cap. 77. num. 4.*, *& ſeqq.*, *Excobar. de ra-
tiocin. cap. 5. num. 24.*, *& ſeqq. cap. 37. num. 6.*,
Card. de Luca de empt., *& vendit. diſc. 7. num.
7.*, *Rota coram Seraphin. deciſ. 718. num. 6. &
ſeq.*, *& deciſ. 730. per tot.*, *coram Millin. deciſ.
344. num. 3.*, *& num. 5.*, *in rec. deciſ. 128. num.
8.*, *& ſeq. part. 10.*, *deciſ. 197. nu. 30. part. 12.*,
*in Romana Falcidia 8. Februarii 1683. §. Sed
quatenus*, *& ſeq.*, *& 31. Januarii 1684. §. A-
nimadvertebant*, *& ſeqq.*, *& §. Ex his coram
bon. mem. Rondinino*, *in Faventina redditionis
rationis ſuper reſervatis 22. Junii 1705. § Mi-
nùs obſtat*, *& §. Ceterum coram Card. Scotto*,
& aliis plenè relatis, *in Anagnina redditionis
rationis 10. Junii 1712. ex §. Sed penitùs uſque* 126
ad fin. coram bon. mem. Anſaldo; maximè in no-
ſtro caſu, in quo ex cenſura Patrii ſtatuti Ro-
mani, illa ex lapſu ſexdecim dumtaxat anno-
rum præſumenda eſſet, *Mareſcot. variar. reſo-
lut. lib. 2. cap. 67. num. 2. & 3.*, *Fenzon. ad Sta-
tut. Urb. in annot. ad cap. 158. num. 11. & ſeqq.*,
*Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 48. artic. 1.
num. 32.*, *Rota coram Seraphin. deciſ. 692.,
718., & 730.*, *& in rec. dec. 591. nu. 16. part. 18.*

Quæ cum ità ſint, ſi ullo umquam caſu ex 127
ſolis facti circumſtantiis præſumi potuit redditio
rationis, ea certè ſupponenda eſſet in caſu no-
ſtro, in quo non ex meris præſumptionibus, ſed
perſpicuis argumentis demonſtrari, & fidenter
aſſeri poſſe videtur, illam reverâ factam fuiſſe
in judicio immiſſionis, anno 1660. inſtructo, &
per triennium protracto, cum enim finis reddi- 128
tionis rationis alius non ſit, nilque aliud in eo
agatur, quàm, firmato ſtatu hereditatis, &,
demonſtrato, quid in illa repertum fuerit, ſub-
ducatur deindè ratio onerum, & debitorum he-
reditariorum, & detractionum, heredi com-
petentium, ut, his omnibus perſcrutatis, atque
exactè diſcuſſis, perſpici poſſit, an aliquid ſuperſit,
quod commodo heredis cedere debeat, *per Text.
in leg. Cum ſervus ff. de condit.*, *& demonſtr.*, *An-
charan. conſ. 225. nu. 1. ad fin. verſ præthereà pro-
pter incertum*, *Rota cor. Buratt. deciſ. 124. num.
6.*, *& in recent. deciſ. 15. num. 5.*, *& ſeq. part.
14.*, id procul dubio factum dicendum eſt in
hac Cauſa auctoritate Judicis, coram quo pete-
batur immiſſio, eidem enim ex inventario pro-
cul dubio conſtitiſſe dici debet de ſtatu, & viri- 129
bus hereditatis Andreæ, quibus plenè cognitis,
ac rimatis, & coram ipſo per Reum deductis
creditis, & detractionibus ſibi competentibus,
eum poſt longam, diligentemque Cauſæ diſcuſ-
ſionem declaraverit, quod ex Bonis Andreæ ſo-
la quarta pars domorum, ad quæ petebatur im-
miſſio, perveniſſent ad Angelum, quodque ei-
dem deberetur illarum retentio ob tot credita,
diſtinctè enunciata in ſententia, in qua præte-
rea ad creditum Angeli refertur quantitas ſcuto-
rum 615. pro quarta parte nomioum Debito-
rum tabernæ fundacalis, exactâ ab Andrea,
propthereaque, his omnibus creditis maturè per-
penſis, pronunciaverit, quod, non curatâ pro-
hibitione diſponendi &c. ab illo factâ, Ange-
lus, in dicta Sententia declaratus heres benefi-
ciatus, abſque incurſu caducitatis, tamquam de
Bonis ſuis, de dictis domibus diſponere potue-
rit favore Magdalenæ ſororis, & Dominici de
Marchis, hujus viri; En, quod ex his conſtat,
coram Judice factam fuiſſe redditionem ratio-
nis, quæ, ut heres dici poſſit beneficiatus, &
gaudere beneficio inventarii, quemadmodum
mox dicebam, conſiſtit in eo, quod cognoſca-
tur quid, & quantum in hereditate repertum
fuerit, atque ex ea ſeparentur debita heredita-
ria, ut poſt factam ejuſcemodi ſeparationem
comperi poſſit, an aliquid reliquum in heredi-
tate ſit.

Cum-

Digitized by Google

Cumque ſuper hoc facto fundetur d. ſenten-
tia, propterea, tamquam neceſſarium antece-
dens, ſupponens diſpunctionem rationum, ex
ipſo ejuſdem tenore, & ſubſtantia expreſsè reſul-
tantem, utpote quæ, niſi illâ in Judicii proſecu-
130 tione factâ, eadem ſententia ferri, & Angelus
heres beneficiatus declarari nequiviſſet; quiſque
profectò videt, æqui, bonique rationi adverſa-
ri, quod poſt 63. annorum intervallum quartus
heres, cui, ut ſuperiùs dictum eſt, ſuffragaretur
ſola præſumptio rationis jam redditæ, cogi ho-
die deberet ad novam ineundam redditionem
131 rationis, contrà regulam, quâ admonemur, il-
lam ſemel factam, non eſſe ampliùs iterandam,
Caſtrenſ. conſ. 127. col. 2. verſ. tollitur etiam,
quem ſequitur *Cephal. conſ. 240. num. 8.*, *Palma
allegat. 439. num. 6. in fin.*, *Panimoll. deciſ. 163.
num. 12. tom. 3.*, *Rot. in rec. deciſ. 256. num. 1.,
& per tot. part. 19.*

Quamquam verò DD. de Burghis ſuffragetur
non ſola præſumpta, ſed vera, & realis redditio
rationum, facta coram Judice, qui ſinè illa
ſententiam ſuam pronunciare juſtè nequiviſſet;
nihilominùs tamen, ſi contra elementares Juris
regulas, aliquo minùs juſto colore illos ad eam
iterum compelli etiam hodie poſſe contende-
retur, facilè id perfici ab eis poſſet; exhibetur
132 enim inventarium, quod dicitur caput redditio-
nis rationis, illudque tamquam ritè, & rectè fa-
ctum, probat negativam exiſtentiæ aliorum Bo-
norum, *Gabriel comm. concl. lib. 1. tit. de proba-*
133 *tion. concluſ. 7. num. 12.*, *Rot. coram Seraphino
deciſ. 504. num. 6. poſt Urceol. de Tranſact. deciſ.
74. num. 12.*, *coram Duran. deciſ. 212. num. 2.*,
in rec. deciſ. 174. num. 1. part. 17.

Eo autem exhibito, facilè, atque illico red-
ditur ratio de Bonis, in eodem deſcriptis; fru-
ſtraque contrà illud repeteretur præſumpta exi-
ſtentia mobilium, quæ in eo deſcripta non repe-
riuntur, huic enim objectioni præventivè ſatis-
factum fuit in *§. Quæ rationes cum ſeqq.*, ad quos
me refero. Ut etiam non eſt, cur opponatur
creditorum hereditariorum deſcriptio, facta re-
lativè dumtaxat ad codices rationis fundacalis,
quia, præter quam quod, ut mox dictum eſt de
134 mobilibus, & de dd. prætenſis creditis proba-
tum eſt in *§. Denique*, non conſtat de dd. credi-
torum exiſtentia, illaque ad manus heredis per-
veniſſe; urgent pro illa excludenda anguſtiæ,
quibus, ob debita, & diſſipationes factas An-
dreas urgebatur, ut, præter allegatos in *§. Conſi-
derato itaque*, probatur per *Text. in leg. rem le-
gatam ff. de adimend. legat., & fideicomm.*, *leg.
ſi uſusfructus ff. de jur. dot.*, arguit *Afflict. dec.
13. num. 15.*, & tradunt *Zuccar. deciſ. 68. n. 6.*,
& Joſeph Ludovic. deciſ. Lucen. 4. num. 39.

Fruſtra verò quæreretur de ſtabilibus, utpotè
magna ex parte alienatis ab ipſo Andrea, & poſt
ejus obitum ab herede diſtractis pro dimittendis
ejus Creditoribus, ideòque ſatis, ſuperque de eiſ-
135 dem ratio reddita dicenda eſt; maximè verò in
caſu noſtro, in quo longiſſimi temporis lapſus
operatur, quod eadem minutatim, & rigoroſè
exigenda non ſit, prout fieret, ſi ageretur de re
recenti, ut advertit *Rota in Eugubina Tutelæ
10. Maii 1700. ſub §. final. coram bon. mem. Lan-
cetta, & in Faventina redditionis rationis 27. Ju-
nii 1707. §. Accedente potiſſimùm cor. bon. mem.
Caffarello*; ſufficit enim, hoc caſu Judicem
æquâ, prudentique ratione, perpenſo rerum 136
ſtatu, & facti circumſtantiis, veriſimiliter ſua-
dere ſibi poſſe, nihil in hereditate Defuncti ſu-
perfuturum eſſe, detractis debitis, ab illo con-
tractis, & alienationibus, ab eodem factis, ut,
rejecto Subſtituto, petente immiſſionem, he-
redi decernat retentionem, *poſt deciſ. 360. n. 25.
& ſeqq. part. 5.*, *deciſ. 51. num. 15.*, *deciſ. 88. n.
29., & ſeqq. part. 6. rec.*, *& coram Dunoz. jun.
dec. 709. num. 2.*, monet, & obſervari notat *Rot.
deciſ. 6. num. 11., & ſeqq. part. 16. rec.*

Quæ ſanè omnia fortius urgent in caſu noſtro
ex duplici ratione, ſuperioribus locis deducta;
Prima eſt, quod de primordiali quantitate pa-
trimonii Andreæ, non excedente ſcuta 10230.,
plenè conſtat ex confeſſione, ab eo emiſſa; ut
etiam non docetur, tempore, quo diù ille ſu-
pervixit, ullas ab eo factas fuiſſe Bonorum ad-
quiſitiones, quæ d. ejus patrimonium augere
valuerint; contrà verò docetur, alienationes,
diſſipationes, & debita, ab ipſo contracta, ex-
cedere quantitatem ſcutorum 11646.; ideòque
ſuperare d. ejus patrimonium; juſtâ verò ratio- 237
ne ſupponere poſſumus, id agnitum, probatum-
que plenè fuiſſe coram Judice, qui, ut toties
dictum eſt, denegatâ Subſtituto immiſſione, re-
tentionem conceſſit Reis.

Altera eſt, quod, ut notatum fuit in *§. Por-
rò*, præſens quæſtio non vertitur cum Credito-
ribus hereditatis, foventibus cauſam oneroſam,
ſed res eſt cum Subſtituto, veniente ex cauſa me- 138
rè lucrativa, ideoque heres in ſimili caſu dignus
eſt, ut legis benignitatem experiatur, nè contrà
omnem æquitatem, & Juris etiam rationem
amittat poſſeſſionem illorum Bonorum, quæ
valido, & legitimo titulo retinere valet, illâque
dejicitur per argumenta, ducta à merè poſſibi-
li exiſtentia aliorum Bonorum, hæc namque
non valent contrà heredem, ſuarum detractio-
num certum, & indubitatum Creditorem, ſive
quotitativæ hæ ſint, ſive accidentales, *Rota
coram Card. Caprara deciſ. 374. num. 11. verſ.
non obſtat, ac num. 12.*, *& in Romana Pecunia-
ria 20. Martii 1713. §. Abſque eo quod ad pro-
bandas coram clar. mem. Card. Scotto.*

Multò autem magis, quando præſumpta, ac
poſſibilis aliarum rerum exiſtentia allegatur, ac 139
quæritur inter vetuſtatis latebras, nullo docu-
mento, nullâque certâ probatione de eis habitâ,
ſed è contrario maxima urget veriſimilitudo,
illas minimè adfuiſſe, & viceversâ pro retinen-
dis iis, quæ apparent, heredi competunt detra-
ctiones; hoc namque caſu eò certiùs repellendus
videtur Subſtitutus, qui non alio titulo immiſ-
ſionem petit, quàm ex illo, quod heres contra-
veniendo præcepto Teſtatoris, de rebus ipſius
diſpoſuerit favore perſonæ ab eo prohibitæ;
cet-

certò namque conſtare deberet, quod diſpoſitio
140 ſubſtantietur ſuper rebus prohibitis, nam, quo-
ties heredi competebat juſtus, & legitimus titu-
lus validè de eis diſponendi, qualis, ut pluries
dictum eſt, erat ille, Angelo heredi competens
ob detractiones, eidem debitas, fruſtra hoc ca-
ſu opponitur contraventio, quæ excluditur ex ea
141 certiſſima juris noſtri regula, quâ traditur, quod,
quando actus fieri poteſt ex duplici titulo, altero
valido, altero autem invalido, ſemper referen-
dus ſit ad illum, cujus vigore ſuſtineri poteſt,
142 & pro cujus validitate militat Legis preſumptio,
leg. Gallus §. Quidam rectè ff. de liber. & poſth.,
Surd. conſ. 460. num. 6., *Menoch. de præſumpt.*
lib. 3. præſumpt. 29. num. 38., *Rota coram Ludo-*
viſ. dec. 204. num. 17., ibique *Adden. num. 31.*,
coram Coccino dec. 84. num. 4., *& in Mantiſſ. ad*
ornat. Card. de Luca dec. 32. nu. 3. lib. 15.: quum
cuim aliquid agimus, quod à noſtra ſola volun-
143 tate dependet, factum cenſetur eo jure, & titu-
lo, quo meliùs id facere poſſumus, ad *Text. in*
leg. ſi miles 3., *& benè in ejus ſumma ff. de teſta-*
ment. milit., *Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 2.*
num. 15., *Reynoſ. obſervat. 8. num. 12.*, *Thabor.*
axiom. jur. lib. 1. cap. 25. axiom. ultim., *Rota in*
Ferrarien. Succeſſionis 10. Januarii 1727. §. For-
tiſſimum verò circa fin. coram Rmo Aldrovando
Decano.

Nec turbat, quod Angelus, tamquam heres
144 Andreæ, de jure præſumeretur Bona heredita-
ria, hereditario potiùs titulo, quàm alio poſſi-
dere, ut, per *Textum in leg. ſi à te ff. ſi ſervit.*
vindicet, *& leg. 3. verſ. & quod de ſubeunda Cod.*
de natural. liber., tradunt *Alciat. de præſumpt.*
regul. 3. præſumpt. 23., *Menoch. eodem tract. lib.*
6. præſumpt. 68. num. 6.; Dicta namque præ-
145 ſumptio, locum ſibi vindicare non valens contrà
heredem beneficiatum, qui vigore inventarii
ſemper præſervaſſe cenſetur jura, ſibi contra he-
reditatem competentia, juxta alleganda *§. ſeq.*,
potiori jure rejicienda videtur in caſu noſtro,
tum quia Angelus parùm fidens viribus heredi-
146 tariis, in confectione inventarii adjecit ex-
preſſam dd. ſuorum jurium præſervationem, *Ca-*
ſtrenſ. in leg. final. §. Cum igitur Cod. de Jur.
deliber., *Rota coram Carillo dec. 169. num. 16.*,
coram Peutinger. dec. 170. num. 5., *& deciſ. 314.*
num. 3., tum etiam quia, quando agitur de in-
147 ducenda contraventione, atque incurrenda ca-
ducitate, pro ea evitanda quælibet poſſibilis in-
terpretatio capienda eſt, & admittitur quævis
cauſa, tametſi minùs juſta, *Saminiat. contr. 156.*
num. 8. tom. 2., *Rot. in rec. dec. 336. nu. 42. part.*
12., *dec. 327. num. 9. part. 19.*, *coram ſan. mem.*
Alexandro VIII. deciſ. 110. num. 12., *coram Be-*
nincaſa dec. 391. num. 8., *coram bo. me. Anſoldo*
dec. 4. num. 22., ideòque, concurrente alio legi-
148 timo titulo, diſpoſitio ad illum referenda eſt,
& non ad hereditarium, ex quo incurſa dicere-
tur caducitas, ut benè ad limitationem d. præ-
ſumptionis docuerunt *Fulgin. de Emphyt. tit. de*
var. caducit. quæſt. 12. n. 30., *Conciol. allegat. 79.*
ſub num. 32., *Saminiat. contr. 48. num. 7. & ſeq.*,
Rota coram Buratto dec. 18. num. 28., *coram Du-*
naz. jun. deciſ. 958. num. 13.

Nec obeſſe poteſt, quod titulus Creditorum
ſit incompatibilis cum titulo hereditario, vel 149
ſaltem ante redditam rationem turbidus, & il-
liquidus eſſe dicatur pro ſuſtinenda diſpoſitione 150
Angeli, & evitanda caducitate: enim verò in-
compatibilitas iſthæc conſiderari poteſt in herede
ſimplici, at non etiam in beneficiato, qui non 151
prohibetur allegare ſua credita contra heredita-
tem, ut expreſſe diſponitur per *Text. in leg. fi-*
nal. Cod. de jur. deliberand., *Ruin. conſ. 1. n. 16.*,
conſ. 38. num. 21. lib. 1., *Surd. conſ. 143. nu. 40.*,
Rota in rec. dec. 202. n. 5. part. 11., *& in Mantiſſ.*
ad clar. mem. Card. de Luc. tit. de teſtam. lib. 9.
dec. 38. num. 15.

Turbiditas verò illicò excluditur tum ex eo,
quod credita, à Reis allata, clara, & liquida
ſunt, tum etiam, quia ratio de Bonis heredita-
riis, vel ſpatio tanti temporis reddita jam fuiſſe
dici debet, præſertim inſpectis circumſtantiis,
in quibus verſamur, vel incontinenti reddi poſ-
ſet; in hac namque hypotheſi, ſi heres nullo pa-
cto prohiberetur per viam retentionis adversùs
Fideicommiſſarium opponere deductionem ſuo-
rum creditorum, *leg. Papinianus §. Quarta ff. de*
inoffic. teſtam., *Rota cor. Ludoviſ. dec. 266. n. 2.*,
coram Royaſ. dec. 277. num. 5., *in rec. deciſ. 140.*
num. 3. part. 13., *& in Spoletano Immiſſionis ſu-*
per detractionibus 21. Januarii 1724. §. Inſequen-
do coram R.P.D. Curio; multò minus idem im- 152
pedietur, quin hujuſmodi credita allegare va-
leat pro evitanda contraventione, & caducita-
te, ad quem effectum ſufficeret ſola exhibitio
inventarii, & oblatio redditionis rationis, per
quam poſſibilis redderetur creditorum ſubſiſten-
tia, & relevantia, interim namque illâ penden- 153
te, caducitas incurſa dici minimè poſſet, eò
quod ex eventu poſſibile foret, apparere poſſe,
Angelum de controverſis Bonis, tametſi reper-
tis in hereditate Andreæ, ritè, & legitimè,
tamquam de ſuis, diſpoſuiſſe, ob detractiones
nimirùm ſuper eiſdem ipſi competentes, ideò-
que parere non debuiſſe illius prohibitioni, *Imola*
conſ. 38. num. 37., *Mandell. Alba conſ. 97. n. 41.*,
Honded. conſ. 42. num. 45. & ſeq. lib. 2., *Rot. co-*
ram Buratt. dec. 182. num. 25., *in rec. deciſ. 232.*
ſub num. 2. verſ. pro qua excuſanda, *& deciſ. 268.*
num. 3. verſ. quæ tantò magis part. 2., *& dec. 236.*
num. 13. part. 9. tom. 1.

Quæ cum ità ſint, & fundamenta hactenùs
poſita, exuberare poſſe videantur pro tuenda
poſſeſſione DD. de Burghis Reorum, eorum-
que juribus vindicandis à contrariis oppoſitioni-
bus, ideòque nullo alio egeant rationum præ-
ſidio; nihilominùs abs re non erit examinare,
an eiſdem ſuffragari poſſit illud etiam, quod
nempe Angelus ab Andrea inſtitutus fuit heres
liber cum facultate diſponendi, & alienandi Bo-
na ſua in quoſcumque, præterquam in Magda-
lenam neptem ſuam, & in Dominicum de Bur-
ghis, hujus virum: quapropter juſtâ ratione ſu-
ſtineri poſſe videretur, quod hodiè DD. de Bur-

ghis Rei rationem reddere minimè teneantur de
Bonis Andreæ, de quibus Angelus arbitrio ſuo
diſponere poterat, etiam in extraneos, ſed, ſi
quæ ratio ab eiſdem exigi poſſet, hæc reddenda
eſſet de Bonis dumtaxat, quæ ex hereditate, &
diſpoſitione Angeli ad ipſos pervenerunt, ſuper
quibus alioquin jus nullum Ven. Societati com-
petere poſſet; Cum enim illius Bona omnia con-
ſiſtant in quibuſdam domibus, quarum valor
non excedit ſcuta 5000.; prætereàque ſuper his,
iidem DD. de Burghis Donatarii, Angeli, præ-
ter liquidum creditum ſcutorum 2000., prove-
niens ex dote Helenæ Manſueti, ab eodem Ange-
lo donatæ Michaeli Angelo de Burghis, habe-
rent plura alia credita exuperantia valorem dd.
domorum, aliorumque Bonorum donatorum,
prout facilè demonſtrari poſſe, ſupponitur: Ex
his inferebatur, penes Angelum nullam umquam
fuiſſe, aut eſſe potuiſſe portionem Bonorum
hereditariorum Andreæ, de quibus præterea, ut
dictum eſt, extra d. donationem per alios con-
tractus in extraneos etiam diſponere potuiſſet.

Apertè verò hæc confirmari poſſe videntur
ex eo, quod Angelus, & Joannes Antonius fra-
tres ſucceſſerunt in hereditate Joannis Baptiſtæ
Patris, quæ, inſpectâ apocâ, cujus ſæpè memi-
nimus non excedebat ſcuta 10230.; ideòque vi-
154 rilis portio, pertinens ad Angelum erat ſcuto-
rum 5115., de quibus liberè diſponere poterat,
quia in paterno teſtamento Jo. Baptiſtæ nullum
filiis injunctum fuerat onus, aut vinculum fidei-
commiſſi; Quapropter, dum Angelus, ut no-
tatum eſt in §. *Hæc quæ & ſeq.*, expreſsè pro-
feſſus fuit favore Magdalenæ ſororis, & Domi-
155 nici de Burghis diſponere de Bonis ſuis, talis di-
ſpoſitio intelligenda erit de Bonis paternis; con-
ſiderato enim, quod Bona, ſub tali diſpoſitione
comprehenſa, & delata ad DD. de Burghis,
non excedebant valorem ſcutorum 5000., paulò
minorem illo Bonorum paternorum, ex quibus
prætereà detrahenda erat dos ſcutorum 2000.,
donata Michaeli Angelo, indè manifeſtum fit,
quod Bona, de quibus diſponebat Angelus,
erant longè infrà portionem paternam.

Hæc autem ſi reverâ ſubſiſtunt, ex defectu
ſubjecti evanuiſſe penitùs videretur ſubſtitutio
Ven. Societatis S. Bartholomęi, quæ, utpotè
reſtricta ad Bona illa, de quibus ab Angelo,
contraveniendò Andreæ præcepto, diſpoſitum
fuiſſet favore perſonarum prohibitarum, docen-
156 dum idcircò perſpicuè eſſet, quod illius diſpoſi-
tio expreſsè, & ſignanter ſubſtantiaretur in Bo-
nis Andreæ; Quod ſanè in caſu noſtro præſumi
nequit, quia Angelus cum vix, ac ne vix qui-
dem Bona ulla haberet Andreæ, vice autem verſâ
certò haberet Bona paterna, ſeù alia, provenien-
tia, ex dicta dote, dum expreſsè profeſſus fuit
diſponere velle de *Bonis ſuis*, de iſtis reverâ diſ-
157 poſitum ab eo fuiſſe præſumendum eſt, & non
de illis Andreæ, quæ vel nulla penes ipſum
erant, vel, ſi quæ habuiſſet, cum ob ſuas detra-
ctiones ad eum pertinerent, obnoxia non erant
prohibitioni.

Quæ præſumptio longè magis urget, quia re-
verâ ad Angelum pervenerat portio, quæ ex he-
reditate paterna ad eum pertinebat, nulloque 158
pacto docetur, illam, ante factam donationem
favore Joannæ, & Michaelis Angeli, diſſipatam
ab eo fuiſſe; Vice autem verſâ, ut latè ſuperio-
ribus locis demonſtratum eſt, Andreas Bona
omnia ſua dilapidaverat, pluribus factis aliena-
tionibus, & debitis contractis, quæ ab ejus he-
redibus ſoluta fuerunt, & quorum vigore eiſ-
dem conceſſa fuit retentio Bonorum, quæ ex
hereditate Andreæ ad ipſos perveniſſe ſuppone-
bantur; Quodque magis eſt, quando etiam de-
monſtrari poſſet, Bona ulla ex hereditate An-
dreę Angelo obveniſſe, attamen, cum ille ſo-
lummodo prohiberetur diſponere favore Ma-
gdalenæ, & Dominici de Burghis, nullo in aliis
caſibus ordinato fideicommiſſo, indè fit, quod, 159
ſi Angelus pro arbitrio de Bonis Andreæ in
quemcumque extraneum diſponere potuiſſet,
abſque eo quod dd. alienationes impugnari poſ-
ſent à Ven. Societate, quæ, utpotè ſubſtituta in
certo caſu, retractare nequiviſſet alienationes,
in aliis caſibus factas favore aliarum perſona-
rum, quarum favore validè ipſe diſponere pote-
rat, *leg. Titius ff. ad Senat. Conſult. Trebell.*, *&
in Authent. rogatus Cod. eodem. tit.*, *Rota in
Melevitana Fideicommiſſi 23. Junii 1719. §. Ex
quo coram R.P.D. de Gamaches*, *in Peruſina Fi-
deicommiſſi 9. Junii 1721. §. Minùſque coram bo.
me. Herrera*, *& in Anconitana Immiſſionis 5. A-
prilis 1724. §. Id autem libentiùs coram bon. mem.
Cerro*, DD. de Burghis Reis duplex favet Juris 160
præſumptio, quod nempè quælibet interpretatio
capienda ſemper ſit tum pro excludendo delicto,
& pœnâ contraventionis, tum etiam pro ſuſti- 161
nenda validitate diſpoſitionis; quæ ſanè præ-
ſumptio in fideicommiſſarium Actorem rejicit
onus concludentibus probationibus vincendi 162
præſumptionem faventem Reo, ac poſſeſſori,
atque validitati actus, *Card. de Luc. de Fidei-
com. diſc. 246. num. 9.*, *& nu. 13. & ſeqq.*, *in ſup-
plem. part. 3.*, *& in ſumma num. 329.*, *de legit.
diſc. 28. num. 55. & ſeqq.*, *Manſ. conſult. tom. 4.
conſult. 305.*, referens poſt *d. conſultat. deciſio-
nem Rotæ Florentinæ*, *commendatam d. diſc. 121.
nu. 26.*, *Rota in Bononien. Fideicommiſſi de Bur-
zanis 16. Januarii 1697. §. Quoniam pro omnimo-
da & ſeq. coram bo. me. Molines*, *in Ariminen.*,
*ſeù Anconitana Fideicommiſſi 26. Martii 1708. §.
Et Domini coram Eño D. Card. Falconerio*, *in
Firmano Commendæ 3. Julii 1713. §. Subnectere
& ſeqq. coram bo. me. Anſaldo*, *& in Romano Fi-
deicommiſſi de Avila ſuper reintegratione 15. Ja-
nuarii 1723. §. Locum ſibi coram bo. me. Foſcaro*;
Quodque juxtà alteram præſumptionem juſtâ ra-
tione ſuſtineri poſſe videtur, donationem, &
diſpoſitionem ab Angelo factam favore Joannæ,
& Michaelis Angeli de Burghis, comprehende-
re Bona dumtaxat paterna, quæ perveniſſe ad
eum certò, conſtat, non autem Bona Andreæ,
quæ vel nulla ad Angelum pervenerunt, vel, ſi
quæ perveniſſent, in alios diſtrahi potuerunt, abſ-
que

que eo quod ab eo reſervarentur pro ioutili, & prohibita donatione celebranda.

Hæ autem rationes urgere quidem plurimùm
163 poterunt, ſi facti adminiculis, & circumſtantiis adeò coadjuventur, ut tutò aſſeri poſſe videatur, DD. de Burghis ex diſpoſitione Angeli nil aliud habuiſſe, oiſi dictas domos, æſtimatas ſcutis 5000.; nam, cum ille fuerit heres univerſalis Andreæ, præſumitur, ad eumdem, præter Bona paterna, & domos iſtas, pervenire voluiſſe alia etiam Bona dict. Andreæ, quæ non conſtat in alios fuiſſe particulariter diſtracta, ad *Text. in leg. Cum ita §. Species ff. de legat.2.*, *Gloſ. in leg.1. Cod. de ſerv. fugitiv.*, *& Gloſſ. ultim. in Canon. ſi Epiſcopum cauſ. 16. quæſt.6.*, *& ex Bald. in leg. de bis Cod. de furtis* notat *Menoch. de præſumpt. lib.6. præſumpt.64. num.18.*, ideoque docendum eſſet de præſumptis hiſce parti-
164 cularibus alienationibus Bonorum Andreæ, ab Angelo factis, vel de hujus hereditate ratio reddenda.

Quamobrem, cum ob temporis antiquitatem hæc clarè probari fortè nequeant, tutius eſſe crederem inſiſtere aliis motivis, videlicet uoo probatæ exadverſo contraventionis, cujus probatio certè deficit, quoties liquidò non conſtat, nullas Angelo heredi ſuper Bonis Andreæ competiiſſe detractiones, quæ efficiunt, ut ſub-
165 ſtituto non debeatur immiſſio, donec aliquid ſupereſt detrahendum, ut alibi dictum jam eſt, & probant *Bartol. in leg. final. num. 21. Cod. de Edict. Div. Hadr. tollen.*, *Caſtrenſ. ibidem nu. 13.*, *Soccin. in leg. heredes mei §. Cum ita col. 4. ff. ad Trebell.*, *Gabriel. conſ.45. num.24. lib. 2.*, *latè Vrceol. conſult. forenſ. 19. num. 4., & ſeqq.*, *Rota coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ.176. num.20., & ſeq., deciſ.198. num.3. & ſeq.*; Quinimmò, ſi ſola poſſibilitas detractio-
166 num ab herede faciendarum ſufficit pro repellendo Subſtituto, ut pro explorato habet *Card. de Luca de legitim. diſc.25. nu. 68.*, potiori certè jure talis poſſibilitas urgebit pro repellendo
167 Fideicommiſſario, immiſſionem petente vigore contraventionis, & caducitatis ob eam incurſæ, *Rota coram Ceccin. deciſ.561. num.4.*, *cor. Argaell. deciſ.118. nu.11.*, *coram Celſo deciſ.109. num.14.*, *coram Pamphilio deciſ. 8. num.5.*, *ibique Adden. num.9.*, *coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 110. num. 12. & 13.*, *& in recent. deciſ. 677. num. 15., & duobus ſeqq. part. 19. tom. 2.*

Romana Succeſſionis.

Mulier contraveniens conditioni ſibi impoſitæ alias oon contrahendi nuptias, ab hereditate decidit; hæc autem heredi, in re certa, ac particulari inſtituto defertur. Et quid io iſtius concurſu cum heredibus ab ioteſtato venientibus?

VOTUM XIX.

1 *Hereditatem ſibi relictam ſub conditione ſervandæ viduitatis, Mulier, ſecundò nubens, retinere nequit.*

2 *Scelus eſſet, ſi eam retineret contra Defuncti voluntatem.*

3 *Voluntas Defuncti in omni re, tamquam lex, eſt obſervanda.*

4 *Diſpoſitio, quod uxor tranſiens ad ſecundas nuptias, ab hereditate cadat, honeſta, jurique conſona eſt.*

5 *Mulier conditioni ſervandæ viduitatis non parenda, nedum ab hereditate decidit, ſed reſtituere eam tenetur, niſi de contraria Defuncti voluntate concludenter conſtet.*

6 *Hæcque opinio tum exterorum* Tribunalium, *tum* Sacræ Rotæ *auctoritate confirmata eſt.*

7 *Hereditatis portio, in caſu contraventionis caducata, adhuc penes contravenientem debet manere, ſi nullus alius adſit ſubſtitutus.*

8 *Contrarium, quoties heredes adſint, in re certa inſtituti.*

9 *Immò, ſi hi non adeſſent, eadem portio ad heredes ab inteſtato, vel etiam ad Fiſcum, numquam verò ad contravenientem deberet pertinere.*

10 *Heredes in re certa, & particulari inſtituti dicendi illi etiam ſunt, quibus jure inſtitutionis relicta eſt pecuniæ quantitas, vel modica.*

11 *Iidemque, licèt mixti, atque anomali heredes dicantur, totam jure accreſcendi hereditatem capiunt, ſi eam nolit, vel habere nequeat univerſalis heres*, & num. 12.

12 *Teſtatus quis pro parte deceſſiſſe, & pro parte inteſtatus dici nequit, ſive de tota hereditate, ſive de illius portione agatur.*

13 *Heredes in re certa inſtitutos, totam jure accreſcendi hereditatem capere, non impedit clauſula* = per tutto quello, che poteſſero pretendere. =

14 *Adpoſita namque illa cenſetur, ſolùm favore heredis univerſalis.*

15 *Ipſis autem, eo deficiente, competit jus ejuſmodi*, & num.16., & 20.

17 *Prohibitio, ne quidquam aliud filia habere poſſit, adpoſita cenſetur favore Maſculi, univerſalis heredis, non ad illam excludendam à jure accreſcendi, deficiente Maſculo.*

Procedit, inſtituta univerſali herede, etiam extraneo, num.19.

18 *Ceſſante perſona, cujus favore prohibitio facta eſt, ipſa etiam prohibitio ceſſat.*

19 *Verba* = & quod plus petere non poſſit = *inſtitutioni particularis heredis adjecta, intelliguntur, rebus in eodem ſtatu permanentibus.*

21 *Eademque, pro certo effectu à Teſtatore adjecta, operativa cenſentur, ſolùm ubi talis effectus poteſt haberi.*

Digitized by Google

22 *Probibitio plus non petendi adjecta inſtitutioni heredis particularis, intelligenda eſt favore heredis univerſalis, ſi heres erit, ſin minùs favore venientium ab inteſtato.*
Excluſo à jure accreſcendi ipſa particulari herede; quod tamen intellige, ubi univerſalis heres, ex cogitatione Defuncti, in omni ferè caſu eſſe debebat heres, ibid.

23 *Hereditatem ſi heres inſtitutus nolit, vel adire nequeat, qui ab inteſtato veniunt, debent capere ex præſumpta Teſtatoris voluntate.*

FRANCISCUS Angelus Antonellus in ſuo teſtamento condito anno 1679., & per ejuſdem obitum confirmato anno 1694., Philippum fratrem, Catharinam ſororem, & demum nepotes quoque ſuos, qui adeſſent, jure inſtitutionis honoravit nonnullis particularibus Relictis, his verbis = *Per ragione d' inſtituzione, & per tutto quello, che poteſſero pretendere dalla mia eredità, laſcio à Filippo, e Caterina, mio fratello, e ſorella reſpettivamente ſcudi trè per ciaſcheduno, e, ſe vi ſaranno miei nipoti, gli laſcia giuli cinque per ciaſchedu no &c.* = heredem verò univerſalem inſtituit Margheritam Bracci uxorem ſuam, certis eidem adjectis conditionibus = *In tutti li miei Beni &c. laſcio mia univerſale erede Margherita Bracci mia Moglie, con facoltà di diſporre della mia eredità, conforme le parerà, e piacerà, purchè non ſi rimariti con perſona alcuna, e, rimaritandoſi, conſeguiſca la ſua dote, e quarto dotale, & abbia la metà della mia eredità, e dell'altra metà reſti privo, detratto detta dote, e quarto dotale.* =

Poſt obitum viri tranſivit Margherita ad ſecundas nuptias; quamobrem quæritur, ad quem pertineat medietas dictæ hereditatis, quâ illa in hunc eventum privata fuit, num ſcilicet ex eo, quod in dicta medietate nullus coheres, ſivè Subſtitutus datus fuerit, eadem conſolidata dici poſſit cum alia medietate, ab eadem retinenda in caſu etiam, quo contra voluntatem Teſtatoris ſecundò nuberet, vel accreverit heredibus inſtitutis in re particulari, aut devoluta cenſeri poſſit ad alios, qui ab inteſtato ſucceſſuri eſſent?
Requiſitus igitur, ut pro veritate ſententiam meam dicere velim, cenſerem, Margheritam nullo pacto retinere poſſe medietatem illam hereditatis, quâ expreſsè à Marito privata fuit in caſu tranſitus ad ſecundas nuptias; Repugnat enim tum juris, tum Teſtatoris diſpoſitioni, & menti, quod ipſa contra expreſſam illius volun-
1 tatem dictam portionem conſequatur, juxta *Text. expreſſum in Auth. cui relictum Cod. de indict. viduit. tollen.*, ibi = *Contractis nuptiis, res data vendicari poteſt, ac ſi ei relictum non eſſet*, & ibidem *Bald. num. 1.*, ibi = *Scelus eſſet,*
2 *ſi uxor retineret Relictum, contemptâ voluntate Defuncti* = *Caſtrenſ. in leg. legem §. Sed quia ſub num. 2. poſt med. verſ. ſed ſi fuiſſet factum Relictum: ſi non nupſerit Cod. eodem; Cavalcan. de uſuf. uct. mulier. relict. cap. 9. nu. 117. verſ. Tertiò ſit legatum ſub conditione; ſi uxor non nupſerit; Andreol. contr. 29. nu. 5., Spadaz. Theatr. Viduil. diſquiſ. 41. nu. 152., & diſquiſ. 53. num. 1., & ſeqq. num. 11. 35., & ſeqq., & num. 50. fol. 571. & 574., Camarel. de legat. lib. 3. quæſt. 1. nu. 8. fol. 256. col. 2., & lib. 4. num. 7. fol. 502., & lib. 12. de Cantion. Mutian. nu. 12. §. Contractis fol. 740. col. 2., Leoncill. deciſ. Ferrarien. 188. num. 1.*

Neque verò ullo pacto dubitari poteſt, quin,
ſicut in omni alia re, Defuncti voluntas, tam- 3
quam lex, eſt obſervanda, ad *Text. in Auth. de nupt. §. Diſponat., Auth. de hered., & falcid. in fin., leg. Vel negare 6. ff. teſtam. quemadmod aperian., leg. 1. Cod. de ſacroſ. Eccleſ., Rota apud Palm. Nep. deciſ. 271. num. 29., & deciſ. 284. antè num. 1., & cor. R. P. D. Anſald. deciſ. 93. in fin. juxta Roman. impreſſ.*; Ità & in ſubjecta privationis materia Teſtatoris diſpoſitio, utpotè honeſta, & conſona Legibus, ab 4
uxore ſit ad unguem adimplenda, ut ex *Text. in leg. 1., & toto tit. ff. de his quæ pœn. nomin., & leg. unic. Cod. eodem §. finali inſtit. tit. de legat.* tradunt *Pariſ. conſ. 19. num. 85. lib. 2., Cephal. conſ. 356. num. 13. & ſeqq., Eugen. conſ. 56. per tot., Ruin. conſ. 202. num. 1. lib. 2., Peregrin. de Fideicommiſ. art. 5. num 14., Andreol. contr. 291. num. 9., & duobus ſeqq., Card. de Luca de Legat. diſc. 32. num. 2.*

Quinimmò, cum in caſu noſtro non agatur
de ſimplici aliquo Legato facto uxori, ſed ea- 5
dem inſtituta fuerit heres univerſalis ſub conditione ſervandæ viduitatis, juſtum proindè locum ſibi vindicat communis DD. traditio tum exterorum Tribunalium, tum etiam *Sacræ Ro-*
tæ confirmata auctoritate, quâ edocemur, Mu- 6
lierem tranſeundo ad ſecundas nuptias, & conditioni à Teſtatore ſibi injunctæ non parendo, non tantùm decidere à tota hereditate, vel parte ejuſdem, ſed, quoties deficiunt vehementes conjecturæ, præſeferentes contrariam Teſtatoris voluntatem, reſtituere teneri, ad *Text. in dict. Auth. Cui relictum Cod. de indic. viduit. tollen.*, per illa verba = *Ac ſi ei relictum non eſſet* = *Bartholom. Soccin. in leg. Mutiana 7. num. 16. poſt med., & num. 17. ff. de condit. & demonſtrat., Cyriac. contr. 135. num. 4., Adden. ad Ludoviſ. deciſ. 187. num. 13., Peregrin. de Fideicomm. art. 11. num. 127., Anton. de Marinis quotid. reſol. cap. 347. nu. 32., Spadaz. in Theatr. viduil. diſquit. 53. nu. 55., Gratian. diſcept. 863. num. 20. & 21. & 24., & deciſ. March. 3. num. 1., Leoncill. deciſ. Ferrarien. 188. num. 3. verſ. ſed in hereditatibus indiſtinctè, Rota coram Seraphin. deciſ. 1354. nu. 1. & per tot., & in recent. deciſ. 693. nu. 1. part. 1., & deciſ. 241. num. 39., & 40. part. 5.*

Nilque turbat, quod, ne contingat, Teſtatorem inteſtatum decedere in dicta dimidia, in
qua nullum coheredem, aut ſubſtitutum dedit 7
uxori, eadem apud ipſam, in ſolidum ab initio inſtitutam, remanere debeat, quia abſurdum
iſtud ceſſat in caſu noſtro, in quo adſunt here- 8
des

Digitized by Google

des inſtituti in re certa, &c, quatenùs iidem di-
ctam medietatem capere non poſſent, ex ſub-
9 audita mente Teſtatoris, eadem devolveretur
ad heredes ab inteſtato, & ultimo tandem lo-
co ad Fiſcum deferretur, numquam verò apud
uxorem inobedientem poſſet remanere, per
*Text. in Auth. de nupt. §. Si verò uſus fuerit
verſ. ſi verò, ibique Gloſſ. in verb. Aut omninò,
Bald. in dict. Auth. cui relictum Cod. de indict.
viduit. tollen. num.11.*, ibi = *Ego dico, quod aut
quis cadit ab hereditate ratione ſpretæ conditio-
nis, & tunc jure caduci vadit ad ſubſtitutum,
vel ad coheredem, &, his deficientibus, ad ve-
nientes ab inteſtato; Aut ratione ſpretæ roga-
tionis, & tunc defertur perſonis enumeratis in
Auth. Hoc amplius Cod. de fideicomm., Iſtud eſt
certum quod debet privari* =, & ante eum *Bartol.
in leg. Paterfamil. 44. nu. 7. ff. de hered. inſtit.,
& in Leg. uxorem 39. §. Heres num.1. ff. de legat.
3., Jaſon. in leg. finali §. Si poſt. nu.3. ff. ſi cert.
petatur, Honded. conſ. 68. num.35., & ſeq. lib.
2., Alexand. conſ.138. nu.14. lib.1., Ruin. conſ.
48. num.18. verſ. nam in caſu conſ.87. num.3., &
conſ. 202. num.12. lib.2., & conſ.170. nu. 7. lib.
3., Menoch. conſ.525. num. 5. & 8., Clar. in
§. Teſtamentum quæſt.69. in fin., Simon. de Pret.
de interpr. ultim. volunt. fol.480. num.39., Pere-
grin. de Fideicomm. art.11. num.133., Fuſar. de
ſubſtit. quæſt.586. num.1., Card. de Luca de le-
gat. diſc., 2. num.3.*

Cum itaque in caſu noſtro Teſtator Philippo
fratri, & Catharinæ ſorori, aliiſque ſuis nepo-
10 tibus jure inſtitutionis reliquerit quamdam pe-
cuniæ quantitatem, in dubium venire nequit,
quin, inſpecto titulo inſtitutionis, quo Reli-
ctum iſtud, licèt exiguum, eiſdem factum fuit,
in re certa, & particulari inſtituti dicendi ſint,
ad tradita per *Cyriac. contr.71. num.16. & ſeq.,
Mareſcot. var. reſolut. lib.1. cap.26. num.6. verſ.
ſecus ſi Pater, Camerel. de legat. lib.14. quæſt. 5.
nu. 8., & 9. in fine, Cirocch. diſcept. 40. num.
17., D. Advoc. Conſtantin. ad Statut. Urb. tom.
2. annot. 39. artic.2. num.75., Rota coram Lu-
doviſ. deciſ.565. num.9., & coram Priolo deciſ.
134. num.11., & 12. & 20., in recent. deciſ.171.
num.2., & ſeqq. part. 12., deciſ. 100. num.14.,
& 15. part.16., & deciſ. 112. num. 1., & 2.
part. 17.*

Et quamvis heredes mixti, & anomali di-
11 cantur, nihilominùs, ſi heres univerſalis vel
nolit, vel non poſſit habere hereditatem, eam
totam capiunt ex jure accreſcendi, ad *Text. in
leg. coheredi 41. §. Non videri ff. de vulgar. & pu-
pillar., leg.1. §. Si ex fundo, ibique Gloſſ. in verb.
inſtitutus, & leg. quoties 9. §. Si duo ff. de he-
red. inſtitut., Cyriac. contr. 44., & ſeqq. contr.
221. num. 11., & ſeqq. contr. 499. num. 31., &
priùs, ac latiùs contr.305. per tot., Gratian. di-
ſcept. 23. num.1., Bellon. de jur. accreſcen. cap.
7. quæſt. 10. num 2. & ſeq., Fachin. contr. jur.
lib. 4. cap.17., Manſ. conſult. 314., Sperell. de-
ciſ.136. ex num.7. & deciſ.147. per tot.*; Quod-
12 que de tota dicitur hereditate, locum habet
etiam in aliqua portione, ſi alius coheres uni-
verſalis non exiſtat, ob eamdem in utroque
caſu militantem rationem, ne ſcilicet Defun-
ctus pro parte teſtatus, pro parte autem inte-
ſtatus deceſſiſſe videatur, ad *Text. in leg. unic.
§. His ita definitis Cod. de caduc. tollen.*, ibi = *Si
in parte hereditatis* =, *Caſtrenſ. conſ. 221. num.
3. lib.2., Bellon. de jur. accreſc. cap.9. quæſt. 9.
numer. 52., & numer. 53., & cap.7. quæſt. 50.
num. 29., Mantic. de conjectur. lib. 11. titul.
1. num. 31. in fin., Peregrin. de Fideicommiſ.
artic.1. num. 133. in fine*, ibi = *Portio illa abla-
ta.* =

Fruſtraque pro impediendo iſtiuſmodi jure ac-
creſcendi objicitur, quod Philippo, & Catha-
rinæ inſtitutis in re certa Relictum factum fue-
rit cum clauſula illa taxativa = *tutto quello, che* 13
poteſſero pretendere = quia, quando Teſtator
aliquem heredem univerſalem, alium verò in
re certa cum dicta clauſula inſtituit, tunc illa
adpoſita cenſetur non ad effectum prohibendi
jus accreſcendi, ſed in favorem heredis univer- 14
ſalis, ideoque virtus, & efficacia dictæ clauſu-
læ tamdiu operatur, quamdiu viget favor he-
redis inſtituti, juxta celebrem theoricam *Bar-
toli in leg. quoties 9. §. Si duo num. 4. verſ. reſ-
ponde ff. de hered. inſtit.*, ibi = *Reſponde dicta
verba, quod plus petere, vel habere non poſſit,
videntur referri, ſcilicet, rebus ſic ſe habenti-
bus, prout Teſtator diſpoſuit, ſed, ſi heredis inſti-
tutio deficeret, tunc dicta verba non videntur
operari* =, & *num. 5. verſ. quandoque Teſtator*,
& dictam theoricam communiter ſequuntur
DD., & præcipuè *Bald. ibidem, Caſtrenſ. num.
2. in fine, Imol. num.37.*, *ubi ait, limitationem,* 15
*ſeù prohibitionem plus non petendi durare, donec
durat favor inſtituti; ſecùs, ubi ceſſaret* = *Cuman.
num.5.*, ubi ait, hanc materiam eſſe menti te-
nendam, *Zilett. conſ. 110. num. 2., Ladercb.
conſ. 72. num.12., Peregrin. conſ. 44. num.6., &
conſ.155. num.12. lib.5., & de fideicomm. art.11.
num.66. verſ. & Dini, Fachin. contr. jur. lib. 4.
cap. 15. verſ. ſed oritur hic controverſia, & verſ.
ſed fundamentum eſt, Cyriac. contr.43. num. 86.
& 87.*, ubi, *quod conditio viduitatis cenſetur* 16
*addita favore heredis ſcripti, & ceſſet, eo defi-
ciente* =, *Bellon. de jur. accreſc. cap. 10. quæſt.
19. num. 16. verſ. denique*, ibi = *Itaque, ſi Te-
ſtator inſtituat filiam in re certa, & ei prohi-* 17
*beat, ne quidquam ulteriùs habere poſſit: In uni-
verſa autem hereditate inſtituat filium, non cen-
ſebitur, per illa verba, prohibita filia capere
totam hereditatem, ſi Maſculus deficiat, puta,
moriatur, vel aliter non ſuccedat, quia Teſta-
tor cenſetur adjeciſſe illa verba = quod plus pete-
re non poſſit = favore Maſculi heredis inſtituti, &
ut oſtenderet, voluntatem ſuam fuiſſe, ut, exceptis
rebus, filiæ relictis, Maſculus totam heredi-
tatem obtineret, non verò ut excluderet filiam,
particulariter inſtitutam, à jure accreſcendi, ideo-* 18
*que, ceſſante perſonâ, cujus favore facta fuit illa
prohibitio, ceſſare debet, & ipſa prohibitio* =,
& *num. 18.*, ibi = *illa enim verba* =, & *quod* 19
plus

plus petere non poſſit =, ac ſimilia intelliguntur,
rebus in eodem ſtatu manentibus, ideoque proce-
dit non ſolùm, ſi univerſaliter ſit inſtitutus filius
Teſtatoris, ſed etiamſi quilibet extraneus, nam
prohibitio de ulteriùs quidquam non petendo facta
heredibus particularibus, cenſetur facta contem-
platione ipſius heredis univerſalis, ideoque, eo
20 *deficiente, habebunt nihilominùs heredes par-*
ticulares jus accreſcendi =, & totidem ver-
bis ſequitur Roſ. conſult. 34. num. 46., Rota
in recent. deciſ. 465. num. 10., & duobus ſeqq.
part. 18., & deciſ. 599. numer. 17. part. 19.
tom. 2.

Licèt igitur ſimiles clauſulæ, adjectæ pro in-
ducendo certò effectu, volito à Teſtatore, ope-
21 rativæ reputentur, quamdiù effectus, ex eiſdem
volitus, ſequi poteſt, ideòque, utpotè reſpi-
cientes favorem heredis univerſalis ſcripti, eo
ceſſante, non impediant jus accreſcendi favo-
re heredis particularis inſtituti in re certa; ni-
hilominùs, ſi neque etiam favore ipſius effe-
ctum ullum operari poſſent, illum operarentur
favore heredis inteſtati, ob eam rationem,
quod, ſi Teſtator ità aliquem inſtituit here-
dem univerſalem, ut etiam ſecundùm ſuam
22 cogitationem heres eſſe non poſſet, niſi in uno
caſu, tunc prohibitio, adjecta inſtitutioni he-
redis particularis, cenſetur appoſita favore in-
ſtituti, ſi heres erit, quatenùs verò non erit,
eadem prohibitio cenſetur adjecta favore ve-
nientium ab inteſtato, qui ex ſubaudita men-
te Teſtatoris, jure ſaltem aliquo fideicommiſſi
23 hereditatem capere debet, ut proſequitur *Bar-*
tol. in dict. leg. quoties §. Si duo num. 5. verſ.
quandoquidem il 2. & conſ. 156. per tot. lib. 1.,
Crot. in leg. re conjuncti num. 63. verſ. notate
tamen ff. de legat. 3., Bald. conſ. 468. num. 3.
verſ. quia hic cenſus lib. 1., Peregrin. de Fidei-
commiſ. articul. 11. num. 66. §. Et Dini opinio
verſ. intellige tamen, & conſ. 155. num. 13. lib.
5., Bellon. de jur. accreſc. cap. 10. quæſt. 19. nu.
19., & 20., Rota deciſ. 465. num. 13. part. 18.,
deciſ. 199. num. 18. part. 19., præſertim verò
quando teſtamento appoſita fuit clauſula codi-
cillaris, *Bartol. in leg. quoties dicto §. Si duo in*
fine, ff. de hered. inſtitut., Peregrin. dict. conſ.
155. num. 13. lib. 5., Bellon. de jur. accreſc. dict.
quæſt. 19. num. 22., Rota in rec. deciſ. 368, nu. 9.,
& ſeq. part. 18.

Ex quibus veriùs credo, Dominam Margheritam contra diſpoſitionem juris, & apertam voluntatem Teſtatoris nullo pacto retinere poſſe dictam medietatem hereditatis, quam devolutam cenſerem ad Philippum fratrem, & Catharinam ſororem Teſtatoris, ejuſdemque nepotes, ſi qui adſunt, quibus ſuffragatur tum titulus inſtitutionis in re certa, tum etiam titulus legitimi heredis.

Romana Immiſſionis.

Ex *Statuto Urbis 146.*, utpotè agnationem in certis dumtaxat gradibus contemplante, Agnatus ultra eoſdem gradus fœminam proximiorem nequit excludere. Deſcendentia an, & quando ſatis probata dici queat?

VOTUM XX.

1 *Succeſſio eſt de jure communi deferenda fœminæ proximiori in excluſionem Agnati remotioris.*
Secus ex Statuto Urbis 146., ibid.
2 *Statutum, ubi adeſt, juri communi prævalet.*
3 Statutum Urbis 146. *favore agnationis conditum eſt.*
4 *Et fœminas, etiam proximieres, Matrem nempè, ac ſorores excludit propter agnationem.*
5 *Maximè verò remotiores.*
Reſtringitur tamen ad caſus, & perſonas, in eo nominatim expreſſas, num. 21.
Ita, ut Agnati extra gradum ab eo præſcriptum, nec pro Agnatis habeantur, num. 22.
Iſtud itidem Statutum non ſimpliciter propter Agnatos fœminas excludit, ſed aliquas dumtaxat favore certorum Maſculorum, agnationis ratione non quidem expreſſè habitâ, ſed ſolùm ſubintellectâ, num. 24.
6 *Argumentum à rationis majoritate, in ſtatutariis ſucceſſionibus paſſim recipitur apud Doctores*, & num. 27.
Declara, ut num. 25.
7 *Statuti extenſio ex majoritate rationis quam fit, potiùs comprehenſio dicitur.*
8 *Innocentianæ Conſtitutionis vigore reditus fit ad Leges duodecim tabularum.*
9 *Cognatorum ſucceſſio juxta Leges duodecim tabularum erat penitùs incognita, vel ii ſaltem, nonniſi defectis Agnatis, vocabantur.*
10 *Ex Conſtitutione Innocentiana, ſemper in dubio facienda eſt interpretatio favore Maſculorum agnatorum ad excluſionem cognatorum*, & num. 11.
Ad eam tamen Conſtitutionem in caſu non dubio non recurritur, num. 31.
12 Statutum Urbis 145. *locum ſibi vindicat in hereditate Aſcendentis.*
13 Statutum Urbis 146. *locum ſibi vindicans in hereditate Collateralis, ad certos caſus, & perſonas reſtrictum legitur. Ejus verba*, num. 15.
14 *Statutum excludens Matrem à ſucceſſione filii, ad ſucceſſionem filiæ non extenditur.*
16 *Statutum excludens ab hereditate fratris, non excludit ab illa ſororis.*
17 *Statutum filias excludens ob exiſtentiam filio-*
rum,

Digitized by Google

rum, ac nepotum, non habet locum, aliis concurrentibus Agnatis remotioribus.

18 *Statutariæ excluſiones ultra caſus expreſſos extendendæ non ſunt.*

19 *Caſus à Statuto non conſideratus, juxta diſpoſitionem juris communis eſt deſiniendus.*

20 Statutum Urbis 146., *ſublatâ qualibet ſexus, agnationis, cognationiſve differentiâ, hereditatem defert proximiori.*

23 *Agnationis contemplatio reſtringitur ad illos tantùm Agnatorum gradus, qui fuerunt à Teſtatore deſignati.*

25 *Agnationis ratio, à Statuto non expreſſè habita, ſed ſolùm ſubintellecta, ad caſus dumtaxat reſtringitur, literaliter expreſſos.*

26 *Statuti extenſio ex majoritate rationis admittitur, ſolùm cum de càpite excluſivo, ſecus, cum de incluſivo agitur.*

29 *Ab excluſione unius perſonæ magis proximæ, à Statuto excluſæ, ad excluſionem aliarum quarumcumque, minùs proximarum, in eo non comprehenſarum, arguere, eſſet abſurdum.*

30 *Statuta excluſiva, ad literam intelligenda ſunt.*

32 *Eq.* Cæſar Magalottus *genealogicam conſcripſit hiſtoriam nobilium familiarum Romanarum, ac totius etiam Status Eccleſiaſtici.*

33 *In probatione deſcendentiæ hiſtoricis fides adhibetur.*

34 *Cum præſertim alia concurrunt adminicula.*

35 *Et maximè, ſi veraces in omnibus comperti ſint*, & num. 39.

36 *Deſcendentia in familiis nobilibus habetur pro notoria.*

37 *Ad probandam deſcendentiam in antiquis, leviores admittuntur probationes.*

38 *Deſcendentiam publica inſtrumenta probant.*

40 *Ad eam probandam plurimùm defertur Magiſtratus, vel Communitatis atteſtationi.*

42 *Deſcendentia, atque identitas familiæ probatur ex agnitionibus, & tractatibus habitis tamquam inter conſanguineos.*

43 *Probatur itidem Teſtium depoſitionibus.*

44 *Deſcendentia, ac familiæ identitas probatur ex cognominis, & armorum conformitate.*

45 *Deſcendentiæ probatio per gradus diſtinctos, ac ſeparatos facienda eſt.*


46 *Deſcendentiæ probatio quoad omnes gradus non requiritur, quando Agnatus non concurrit cum alio Agnato, ſe proximiorem contendente, ſed cum Cognato.*


Tunc enim ſat eſt, illam ſeſe probaſſe Agnatum de familia vocata, ibid.

47 *Ad ſucceſſionem admittuntur illi de domo, & familia, quamvis in diverſis Civitatibus, & Provinciis commorentur.*

48 *Bona fideicommiſſaria non comprehenduntur ſub inteſtata heredis gravati hereditate.*

49 *Deſcendentiæ, atque identitatis familiæ probatio, in uno gradu deficiens, in totum dicitur corruere.*





DECESSIT anno 1684. abſque filiis, & ab inteſtato bon. mem. Dominicus Buccabella; Quamobrem Rev: Camera Apoſtolica apprehendit poſſeſſionem omnium ejus Bonorum, uti vacantium, perindè, ac ſi d. Dominicus nullos, qui ipſi ab inteſtato eſſe poſſent, heredes, reliquiſſet; Verùm prodjit poſtmodum Hortentia Cecchina, quæ contendens, ſibi uti cognatæ deberi inteſtatam Dominici hereditatem, judicium adversùs Rev: Cameram inſtru-

xit

xit coram Illmo Theſaurario, qui deindè admiſit ad Cauſam etiam bon. me. Carolum Buccabellam, qui tamquam unicus agnatus univerſam hereditatem vindicare ſè poſſe, dictitabat; At verò, cum iſte, utpotè in remotiſſimis Belgii Regionibus agens, proſequi Cauſam minimè potuerit, prolata fuit ſententia favore Hortentiæ, eidemque conceſſa immiſſio in poſſeſſionem omnium Bonorum hereditariorum prædicti Dominici; Cum autem ad Urbem ſeſe contulerit D. Carolus Antonius filius, & heres dicti Caroli, & multa undique comparaverit, quibus deſcendentiam à familia Buccabella, & conſanguinitatem cum Dominico ultimo defuncto probaret, egit coram R.P.D. Cerro tunc A. C. Locumten. adverſus DD. fratres de Euladiis filios, & heredes d. Hortentiæ Perinæ interim defunctæ, ſed fruſtra, rejectus namque fuit, & abſoluti DD. fratres de Euladiis.

In hoc rerum ſtatu dubitans d. Carolus Antonius Buccabella, an ipſi expediat diutius litem proſequi, me requiſivit, ut, examinatis contrariorum Judicatorum fundamentis, pro veritate ſententiam meam dicere velim, an ſcilicet illa adeò ſolida, ac firma ſint, ut ipſe deſtitui videatur juſtâ ſpe experiendi meliorem judicii aleam, feliciorem que ſortem in Cauſæ, de qua agitur, proſecutione? Quamobrem totâ re ſedulo ſtudio perpensâ, animadverto, in allegationibus mihi communicatis ſupponi duplicis eſſe generis Bona controverſa, fideicommiſſaria nempè Alexandri communis ſtipitis, & Bona libera Dominici Buccabellæ, ultimo loco defuncti, quorum ſanè qualitas, ac natura ſingillatim expendenda eſt, nè ſucceſſionem inteſtatam cum teſtamentaria confundamus.

Remque ordiendo à Bonis liberis, quorum reſpectu juſtum locum ſibi vindicat ſucceſſio ab inteſtato; Primo quidem rei obtutu reſpondendum videretur, d. Carolum Antonium Buccabellam, tametſi cauſam habentem à Carolo, qui octavo agnationis gradu conjungebatur Dominico, de cujus ſucceſſione agitur, præferendum tamen eſſe DD. fratribus de Euladiis, jus ſuum metientibus ab Hortentia Matre, quæ ſexto cognationis gradu d. Dominicum attingebat;
1 Etſi enim, juxtà cenſuram juris communis ſucceſſio deferenda potiùs fuiſſet Hortentiæ, uti proximiori; nihilominus, cum in noſtra hypotheſi concurrat ſtatutaria Urbis diſpoſitio, excludens fœminas propter Agnatos maſculos, res ad hujus normam abſolvenda videtur, ita exigente eâ
2 juris noſtri regulâ, quâ traditur, Statutum, ubi adeſt, prævalere juri communi, ex doctrina *Bartoli in leg. 2. §. Videndum ſub nu. 2. verſ. non obſtat ff. ad Senat. Conſul. Tertyllian., Bald. in leg. maximum vitium num. 3. Cod. de liber. præter., Pariſ. conſ. 20. num. 40. & ſeq., & conſ. 23. ſub num. 23. verſ. patet igitur & num. ſeq. lib. 2., Card. de Luc. de ſucceſſ. ab inteſt. diſc. 1. num. 8., & diſc. 3. num. 21., Rot. coram Celſ. deciſ. 248. num. 11., in Tridentina Bonorum, ſeù immiſſionis ſuper ſucceſſione in Bonis Philippi, Jacobi, & Iſabellæ 15. Martii 1706. §. Non controvertebatur coram Illmo Scotta, & in Spoletana Succeſſionis 17. Februarii 1710. §. Sed neque in fin. cor. R.P.D. Anſaldo*.

Neque verò hujus regulæ applicatio evitari poteſt eo ſub obtentu, quod Statutum Urbis reſtrictum legatur ad certos dumtaxat caſus, inter quos comprehenſus minimè videatur ille, de
quo agitur; Etenim, cum iſtiuſmodi Statutum 3
conditum ſit favore agnationis, latè *Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 39. art. 1. num. 2., & Rota in Romana Immiſſionis 16. Martii 1705. §. Nam hujuſmodi coram bon. mem. Caffarello*, & propter agnationem excludantur fœminæ proximiores,
quales ſunt Mater, & ſorores, ut apertè diſpo- 4
nitur in dicto *Statuto cap. 146.*, de quo apud
Conſtantin. d. annot. 39. art. 1., dicendum pro- 5
cul dubio eſt, quod in caſu noſtro nedum urgeat identitas, verum etiam majoritas rationis pro excludenda Hortentia cognata remotiore ſexti gradus, quod ſanè argumentum, à rationis ma-
joritate ductum, paſſim in ſubjecta materia re- 6
cipitur à Doctoribus, & præcipuè à *Baldo in leg. quod verò num. 2. verſ. item major ratio Cod. de legib., Corn. conſ. 168. num. 10. lib. 2., Gabriel. conſ. 14. num. 14. 26. 29. & 33. lib. 1., Decian. reſp. 43. num. 20. lib. 2., Laderch. conſ. 96. nu. 4., latè Altograd. conſ. 86. num. 32. & ſeq. lib. 1., & latiſſimè Conſtantin. ad Stat. Urb. d. annot. 39. art. 1. ex num. 25., Rot. coram Seraph. deciſ. 496. num. 2. & per tot., coram Pamphil. dec. 15. n. 1., in Romana immiſſionis 16. Maii 1705. §. Ex hac enim cum ſeq. coram bon. mem. Caffarello, & in Recineten. Succeſſionis 6. Maii 1712. §. Hiſce firmatis coram R.P.D. Lancetta*; Moventurque
mox citati Doctores eâ vivâ, validâque ratione, 7
quod in hiſce circumſtantiis excluſio fœminarum fieri dicitur non jam per viam extenſionis, ſed per modum comprehenſionis, & ad inſtar generis, quod ſingulas ſpecies ſub ſe complectitur, *Caſtrenſ. in leg. quamvis num. 4. Cod. de Fideic., Alexand. conſ. 75. num. 3. lib. 5., Natta conſ. 442. num. 4., Altograd. conſ. 48. n. 2. lib. 2., Brun. de Statut. fœmin. exclud. artic. 6. num. 73. verſ. alio, Gratian. diſcept. 449. num. 16. & 17., Rot. in rec. dec. 644. num. 4. part. 2., in d. Romana Immiſſionis 16. Maii 1705. §. Nam hujuſmodi verſ. idque eâ ratione coram bon. mem. Caffarello, & in Tridentina Bonorum, ſeù Immiſſionis ſuper ſucceſſione in Bonis Philippi, Jacobi, & Iſabellæ 15. Martii 1706. §. Neque obſtare in fin. coram Illmo Scotto*.

Certiùs verò hæc procedere poſſe videntur, ſi
ſpectemus Conſtitutionem Innocentianam, cu- 8
jus vigore fit reditus ad Leges duodecim tabularum, juxtà quas vel ſucceſſio Cognatorum erat penitùs incognita, vel ii ſaltem ad hereditatem non vocabantur, niſi, poſtquam Agnati omnes
defeciſſent, ut obſervat *Card. de Luc. ſub ini- 9
tium tractat. de Statut. ſucceſſ. ad explicationem d. Conſtitutionis ſub §. 3.*; His denique addendo, quod, cum in eadem conſtitutione, ibidem impreſsâ ſub §. 13. caveatur, quod in quolibet caſu du-

Digitized by Google

10 dubio, & quomodolibet diſputabili, favore Ma-
ſculorum agnatorum, ad excluſionem cogna-
torum facienda ſit interpretatio, & in contro-
verſiam adduci minimè poſſe videatur præſentis
articuli dubietas; hinc ſequitur, reſpondendum
11 omninò eſſe pro D. Carolo Antonio Buccabella
agnato maſculo, excluſis DD. fratribus de Eu-
ladiis, *Conſtantin. ad Stat. Urb. d. annot. 39. art.
1. num.61., Tartagl. de reſervat. Statut. art.33.
num. 33., in Romana Immiſſionis 16. Maii 1705.
§. finali coram bon. mem. Caffarello, in Faventina
Succeſſionis 22. Aprilis 1712. §. Et quidem cor.
R. P. D. Criſpo, & in Recineten. Succeſſionis 6.
Maii ejuſdem anni §. final. cor. R.P.D. Lancetta.*
Verum enim verò, tametſi hæc plurimum
urgere videantur, nihilominus tamen validiora
eſſe arbitror argumenta, quæ Hortentiæ Perinæ
ſuffragantur; Agitur enim de Statuto Urbis
146. (præcedens namque Statutum 145. locum
12 ſibi vindicat in hereditate Aſcendentis, ut le-
genti patet, & advertit *Rota in Romana Dotium
25. Januarii 1709. coram Rño Molines*) agitur,
inquam, de Statuto 146., quod determinare vi-
13 detur tum Bona, & hereditates Defunctorum,
fratris nempè, & Patrui, tum perſonas exclu-
dentes, fratres nempe, & nepotes, tum denique
perſonas excluſas, ſorores videlicet, & Amitas:
perſpicua ſunt ejuſdem Statuti verba = *Defuncto
fratri ſinè filiis ab inteſtato, germani fratres tàm
14 utrinque conjuncti, quàm ex Patre tantùm, illo-
rumque filii maſculi in ſtirpes ſimul ſuccedant, ex-
cluſâ Matre, præter quam à Legitima, & ii, ſive
omnes ſuccedant, ſive ipſorum aliquis, excludant
etiam ſorores, & Amitas, etiam utrinque con-
junctas reſpectivè, dummodò dd. ſorores, & A-
mitæ congruè dotatæ exiſtant, vel eas fratres, &
nepotes ſimiliter congruè dotare parati ſint* = ;
15 Quapropter, ſi Statutum excludens Matrem à
ſucceſſione filii, non extenditur ad ſucceſſionem
filiæ, teſte *Soccinu jun. conſ. 23. lib. 2., Burſat.
conſ.37. num.16., Natt. conſ.514. nu. 19., Fen-
zon. ad Statut. Urb. cap. 152. num. 6. & ſeqq.,
Hodiern. ad Surd. dec.9. nu. 35., Manſ. conſult.
21. num.6., & conſult.81. num.7., Rocca diſput.
jur. ſelect. cap. 37. num. 21.*; Si idem excludens
16 ab hereditate fratris, non excludit ab illa ſororis,
*Rocca loco mox citat. num.19. & 20., bon. mem.
Conſtantin. ad Stat. Urb. annot.40. à num. 51. ad
55., Rota plenè coram Merlino dec.471. num. 2.,
& in Romana Immiſſionis 3. Julii 1711. §. Præ-
ſuppoſuimus coram R. P. D. Anſaldo*; Si exclu-
dens filias ob exiſtentiam filiorum, ac nepo-
17 tum maſculorum, non habet locum, concurren-
tibus dumtaxat aliis Agnatis remotioribus, ut,
aliis relatis, firmavit *Rot.* in terminis Statuti Ur-
bis 145. *in Romana Dotium 25. Januarii 1709.
§. Reſponderunt coram Rño Molines*, & exclu-
dens tàm filias, quàm neptes, non progreditur
ad proneptes, ut de Statuto Urbis 141. ponde-
rat *Fenzon. ad d. cap. 141. num. 25., Rot. poſt
eumdem deciſ.93. §. Non obſtat Urbis Statutum,
Conſtantin. annot. 35. num. 56.*; Si denique in
18 univerſum vix ulla in jure noſtro habetur regula
certior illâ, quâ edocemur, excluſiones ſtatu-
tarias, pro certo caſu ſancitas, extendendas mi-
nimè eſſe ultrà caſus, in verbis Statuti expreſſos,
Bald. in leg.1. Cod. de ſucceſſ. edict., quem ibi ſe-
quitur *Salycet., Paul. de Caſtr., & alii relati à
Dec. conſ.187. num. 9., Hond. conſ. 1. num. 14.
lib.1., Surd. conſ.416. n. 8., Altograd. conſ.64.
nu.20. lib.1., Venturin. apud Torr. de majorat.,
& Primog. Ital. part.2. quæſt.46. num.9. & ſeqq.,
Rot. in rec. dec.110. num.14. & ſeq., & dec.175.
num.20. & 26. part.7., dec. 206. num.6. part.9.,
poſt bon. mem. Conſtantin. ad Stat. Urb. dec. 138.
num.14., & in Fanen. Succeſſionis 1. Julii 1707.
§. Inaniter coram bon. mem. Omanna*; In dubium
venire nequit, quin caſus iſte, in quo agitur de
hereditate Agnati, in remotiſſimo gradu conſti-
tuti, & à Statuto non conſiderati, definiendus 19
ſit juxtà diſpoſitionem juris communis, ut com-
muniter tradunt Doctores *in leg. commodiſſimè ff.
de liber. & poſth.*, quod quidem, ſublatâ quali-
bet ſexus, agnationis, cognationiſve differentiâ, 20
hereditatem defert proximiori, ad *Text. in leg.
maximum vitium 4. Cod. de Liber. præterit., &
latè Rot. in Mantiſ. ad Card. de Luc. de regular.
deciſ. 1. num. 1.*
Fruſtràque pro inducenda Statuti extenſione
obtenditur favor agnationis, Iſte namque reſtrin- 21
gitur ad caſus, & perſonas nominatim expreſſas,
juxtà ea, quæ notarunt *Dec. conſ.346. num. 6.,
conſ.451. ex num. 5. verſ. ſecundò principaliter,
conſ.553. num.4. & ſeqq., Grat. conſ.20. num.1.
& 2. lib.1., Capu. conſ.137. num.13. & 14., Ce-
phal. conſ.616. num.59. 60. 66. 73. & ſeq., Me-
noch. conſ.315. nu. 1. 2. 35. & 36., Decian. conſ.
1. nu.176. verſ. ſed etiam dato, & num.176. cum
ſeqq., Altograd. conſ. 48. num.13. & 14. lib. 2.,
Cyriac. contr.181. n.47. cum trib. ſeqq., & n.62.
& 63., Adden. ad dec.120. n.25. & ſeqq. part.9.
tom.2., Rota in rec. dec.24. nu.1. part.4. tom.2.,
dec.44. num.12., & dec.306. nu. 11. part.5., co-
ram ſan. mem. Alexandro VIII. dec. 217. n.16.,
& Rota Florentina in una Florentina Succeſſionis
de Ricaſolis 29. Aprilis 1712. ſub num. 8. coram
D. Auditore Vieri*; Ita quidem, ut Agnati extrà
gradum à Statuto præſcriptum perindè habeau- 22
tur, ac ſi non eſſent Agnati, *Palm. nep. allegat.
150. num. 15., Torr. de Primogen. Ital. part. 2.
quæſt.45. num.20., Rot. coram ſan. mem. Gregor.
XV. dec.514. num.15., in rec. deciſ.68. num.17.
& ſeq. part.19., Rota Florent. inter recollect. per
Palm. nepot. deciſ.210. num.25., & in d. Floren-
tina Succeſſionis de Ricaſolis num.7.*; Haud abſi-
mili exemplo Teſtatoris, qui, licèt expreſsè
contemplatus fuerit agnationem, non idcircò 23
tamen voluntatem ſuam extendiſſe cenſendus
eſt ad omnes omninò Agnatos, ſed talis con-
templatio reſtringitur ad illos Agnatorum gra-
dus, qui fuerunt à Teſtatore deſignati, ut, arti-
culo magiſtraliter examinato, firmavit *Rota in
Camerinen. Fideicommiſſi 16. Aprilis 1706. §.
Verba enim cum pluribus ſeqq. coram bon. mem.
Omanna*, & in propoſito ratiocinatur eadem *Ro-
ta in Spoletana Succeſſionis 17. Februarii 1710.
§. Intelligendo in fin. coram R. P. D. Anſaldo.*
Certòque certiùs in caſu noſtro, quia Statu-

24 tum, de quo agitur, non excludit ſimpliciter
fœminas propter Agnatos maſculos, ſed exclu-
dit quaſdam dumtaxat fœminas favore certorum
ſolummodò maſculorum, & quidem non ex-
preſsâ, ſed ſubintellectâ ſolùm ratione conſer-
vandæ agnationis, ut admonet *Conſtant. ad Stat.
Urb. annot.39. art. 1. num. 4.*, hoc namque caſu
25 iſtiuſmodi ſubintellecta ratio reſtringenda pro-
cul dubio eſt ad caſus tantùm literaliter expreſ-
ſos, ut benè animadvertunt *Pariſ. conſ.47. n.90.
lib.1.*, *Tob. Non. conſ.10. n. 21.*, *Surd. conſ.95.
num.27.*, *& deciſ.9. num. 12. verſ. nec movet, &
num. ſeqq.*, *Altograd. ſen. conſ. 48. nu.18. & 19.
lib. 2.*

Nilque turbat argumentum à majoritate ra-
tionis elicitum; Iſtud enim facilè ſubmovetur
26 eâ celebri, paſſimque receptâ diſtinctione, quæ
itâ sè habet: Aut agitur de capite excluſivo Sta-
tuti, de fœminis nempe excluſis, & hoc quidem
caſu urget oppoſitum argumentum, ideòque, ſi
favore agnationis excluditur filia, eò faciliùs
excluditur neptis; &, ſi neptis, proniùs etiam
proneptis, etſi minimè nominata; Aut verò res
eſt de capite incluſivo, de Maſculis nempe agna-
tis excludentibus, & hoc caſu ratio agnationis
operari nequit extenſionem ultrà Agnatos, ſpe-
ciatim in Statuto nominatos, tametſi majoritas
rationis concurrat, *Cyriac. contr.476. à num.13.
ad 16.*, *Pigant. ad Stat. Ferrar. rubr.139. n.19.*,
Conſtantin. in præl. ad Stat. Urb. art.1. nu.7.,
& in annotat.39. art.1. num.34. 35. & 67., *Rot.
in rec. dec.257. num.16. & ſeqq. part.16.*, *in Spo-
letana Succeſſionis 17.Februarii 1710. §. Intelli-
gendo coram R.P.D. Anſaldo*, ibi = *Intelligendo
tamen motivum, ſeù rationem agnationis, ut ali-
quid plus operetur, quoties agatur de capite ex-
cluſivo, ſeù de perſonis excluſis, quoniam, ſi pro-
pter certos Agnatos ex gr. excludatur neptis,
multò magis cenſetur excluſa proneptis, ex eadem
nepte proveniens, cum ſimilibus; non autem verò,
quoties agatur de capite incluſivo, ſive perſonarum,
excludere fœminas ſatagentium vigore teſtamenti,
Legis, ſeù Statuti, tunc etenim favor agnationis
non poteſt adeò fimbrias dilatare, ut porrigatur ad
eos Agnatos, qui non ſunt per Statutum præcisè
nominati, ſed exiſtunt quomodolibet in gradu re-
motiori, & non nominati* =, *in Firmana Benefi-
ciorum 19. Januarii 1711. §. Ulteriùs coram R.
P.D. Lancetta*, ibi = *Cum de caſu ad caſum in
hac materia nulla detur extenſio, quoties exclude-
re volens non ſit incluſus in Statuto &c.* =, *in Re-
cineten. Succeſſionis 6.Maii 1712. §.Hiſce firma-
tis*, ubi admittitur argumentum à majoritate
rationis, quia perſona excludens expreſſà legeba-
tur in Statuto, *& §. ſeq.* declaratur, id minimè
procedere, quoties perſona excludens non eſt
nominata, ibi = *Quidquid ſecùs dicendum ſit, quo-
ties excluſio fœminarum prætendatur ab aliis Ma-
ſculis, qui non ſint in gradu conſiderato à Statuto;
Tunc enim nulla poteſt fieri extenſio pro includen-
do eos, de quibus Statutum non loquitur; ſed fœ-
minæ tali caſu benè abſque ullâ dubitatione admit-
tuntur, ſive ſint proximiores, ſive remotiores,
quia non concurrit cum iis ullus Maſculus in eo
gradu, quem conſiderarunt Statuentes, adeò ut
reputetur totaliter extraneus &c.* = *coram eodem,
in Romana Immiſſionis 16.Januarii 1713.§.Qua-
ndoquidem coram eodem*, ibi = *Quandoquidem,
licèt aliquando ex identitate, ac majoritate ratio-
nis conſueverit per Doctores, & per noſtrum Tri-* 27
*bunal admitti extenſio Statuti de caſu ad caſum,
atque de perſona ad perſonam; tamen certum eſt,
in hac materia correctoria juris communis num-
quam extenſionem fuiſſe factam, nec fieri poſſe re-
ſpectu excludere contendentis, qui ſinè difficultate
debet eſſe expreſſè nominatus, & comprehenſus in
capite excludente Statuti, ſicuti paſſim videmus in
terminis Statuti Urbis 145. de ſucceſſ. ab inteſt.,
quod excludit fœminas, extantibus filiis, ſeù nepo-
tibus maſculis, & nihilominùs, præter has perſo-
nas nominatas, nequeunt fœminæ ab aliis excludi,
multòque minùs, ſi etiam uno gradu ſint proximiores,
ita ut, ceſſante iſtâ clarâ, & literali incluſione, fœ-
minis aperta ſit ſucceſſio, prout de jure communi
practicatur &c.* =, confirmata 9. *Junii ejuſdem
anni §. Maximè quia*, ibi = *Statutum enim exclu-
dens ſorores propter fratres maſculos, nequit ex
majoritate rationis operari excluſionem ſororis re-
ſpectu Patris, veluti in d. capitulo Statuti non no-
minati* =, coram *R. P. D. Criſpo*; Auctoritates
verò in contrarium allegatæ, vel procedunt cum 28
allata diſtinctione, vel verſantur in primo mem-
bro d. diſtinctionis, ut, eas ſingillatim percur-
rendo, patebit.

Et jure quidem, meritòque à Doctoribus, &
Sacra Rota res ita temperata fuit, quia alioquin,
ſi ab excluſione perſonæ magis dilectæ arguere
liceret ad aliarum excluſionem, ſufficeret ex-
cluſio unius perſonæ magis proximæ, ut omnes 29
minus proximæ excluſæ dicerentur, quamvis in
Statuto minimè comprehenſæ, quod eſſet ab-
ſurdum, minimè ferendum, *Bald. in leg. ſi quis
num.1. Cod. ad Sen. Conſ. Tertyl.*, *& conſ.395.
lib. 2.*, *Caſtrenſ. in leg. ſi defunctus num. 2. Cod.
de ſuis & legit.*, *Soccin. jun. conſ.30. n.23. lib.1.*,
Natt. conſ.51. num. 8., *Grat. conſ. 19. num. 24.
& ſeqq.*, benè *Gravet. conſ. 581. per tot.*, *Mart.
de ſucceſſ. legal. part.3. quæſt.10. art.2.*, *Torr. de
Primog. Ital. part.2. cap.46. nu. 12. & 14.*, *Rot.
coram Millin. dec.68. num. 6.*, & quidem minus
ferendum in caſu noſtro, in quo Statuentes, ut 30
advertit *Conſtantin. ad Stat. Urb. annot.39. art.
1. num.43.*, mandarunt, Statuta intelligenda
eſſe ad literam, *Rot. in rec. deciſ.46. num.9.*, *&
dec.122. num.8. & ſeq. part.14.*, *dec.165. num.5.
part.19.*, *in Fanen. Succeſſionis 1. Julii 1707. §.
Nec inquirendum coram bo. me. Omanna*.

Hæc igitur cum itâ ſe habeant, fruſtra inſiſti-
tur Conſtitutioni Innocentianæ, præcipienti, ut
in caſu dubio ſequenda ſit interpretatio favens 31
Maſculis: Cum enim perſpicuè, liquidòque
conſtet, quod Statutum noſtrum excludit fœ-
minas ob fratres dumtaxat, ac nepotes, quod-
que præterea earumdem excluſio ob majorita-
tem rationis locum ſibi vindicare nullo pacto
poteſt favore ulteriorum Agnatorum, in Statuto
minimè comprehenſorum, non eſt, cur in no-
ſtro caſu, carente omni dubietate, recurrendum
ſit

ſit ad Conſtitutionem Innocentianam , ut ait
*Rota poſt bon. mem. Conſtautin. ad Stat. Urb. dec.
139. ſub num.12.*

Hæc, quod attinet ad Bona libera bon. mem.
Dominici Buccabellæ ; Quod verò reſpicit Bo-
na fideicommiſſaria relicta ab Alexandro junio-
re fratre Jo: Baptiſtæ, non videtur quidquam
certi affirmari, ac reſponderi poſſe,cum oſten-
ſum non fuerit teſtamentum , à d. Alexandro
conditum ; Verùmtamen , procedendo cum
ſuppoſito, quod d. Alexander reverâ vocaverit
univerſos Agnatos ; univerſamque contentivam
familiam de Buccabellis tàm proximam , quàm
remotam , prout dicitur in quodam folio , mihi
tradito , (de quo tamen valdè dubito, cum ibi-
dem dicatur , quod in teſtamento vocavit Jo:
Baptiſtam fratrem , ejuſque Deſcendeutes , licèt
habuerit relationem ad erectionem Cappellaniç,
in qua d. uuiverſam familiam invitaſſe ſupponi-
tur) cenſerem , d. Carolum Antonium requi-
rentem juſtâ ſpe adſpirare poſſe ad talium Bono-
rum ſucceſſionem ; Tot enim ſunt argumenta ,
ac conjecturæ, quibus ille deſcendentiam à fami-
lia Buccabella Romana adſtruit , atque demon-
ſtrat .

Primò autem loco ſeſe nobis offert auctoritas
32 Equitis *Cæſaris Magalotti* ; hic enim in Libro ,
quem de *nobilium familiarum Romanarum* gene-
re , atque origine conſcripſit , quique in nobiliſ-
ſimo Chiſiæ familiæ Archivio reperitur, accura-
tè , diligenterque exponit Deſcendentes omnes
ab Alexandro ſeniore , affirmatque , Marium
ſeſe in Belgium contuliſſe , ut ſub Duce Alexan-
dro Farneſio ſtipendia mereretur , ibique Uxore
ductâ , filium ex ea ſuſcepiſſe nomine Julium ;
In dubium autem revocari nequit , quia ad pro-
33 bandam deſcendentiam ab aliqua familia fides
habeatur Hiſtoricis, *Bald. in leg. 1. ff. de offic.
Quæſt.* , *Menoch. conſ.* 816. *ex num. 47. ad plures
ſeqq.* , *Soccin. jun. conſ.76. num.64. lib.1.* , *Gall.
conſ. 2. n. 5. Genu. de ſcript. privat. tit. de libr.* ,
Chronic. per tot. lib.5. , *Rot. in Baren. Immiſſio-
nis 3. Junii 1709. §. Ad probandum* , *& §. ſeq.
coram R. P. D. Aldrovando* ; Præſertim verò in
34 caſu noſtro , in quo relati Auctoris fides pluribus
adminiculis coadjuvatur , *Rot. corom Coccin. de-
ciſ.867. num 19. & 22.* , *& coram R. P. D. An-
ſaldo dec.78. num.11. juxtà Roman. impreſſ.*

Quæ porrò adminicula clariora eſſe nequeunt
in noſtra hypotheſi, tum quia idem Auctor con-
35 texerit genealogicam hiſtoriam nedum Roma-
narum familiarum , verùm etiam totius Eccle-
ſiaſticæ Ditionis , & numquam à veritate aber-
raſſe compertus fuit , *Rota in d. Baren. Immiſſio-
nis 3. Junii 1709. §. Maxillam verò coram R.P.
D. Aldrovando* ; Tum quia deſcendentia in fa-
36 miliis nobilibus habetur pro notoria, *Paulut.
diſſert.16. num.6.* , *Rot. coram Card. Cerro deciſ.
83.* , *& dec.803. utrobique nu. 17.* , *coram Priol.
dec.417. num.15.* , *in rec. dec.339. num.29. part.
17.*, *& in d. Baren. Immiſsionis §. Eòque libentiùs
37 in fin.* ; Tum quia verſamur in antiquis, ideòque
non rigida , ſed benigna facienda eſt interpreta-
tio , & leviores admittendæ probationes , *Rota*

coram Buratto dec. 725. num. 3. , *coram Peutin-
ger. dec.309. nu.3.* , *coram Bichio dec.180. nu.2.* ,
coram ſan. me. Alexandro VIII. dec.102. nu.19.,
coram bon. me. Benincaſa dec. 195. num.2. , *coram
bon. mem. Emerix. jun. dec.803. num.6. & 7.* , *in
Forolivien. Loci Conſilii 5. Maii 1704. §. Quartum
coram Rm̃o Molines* , *in Ferrarien. Primogenitu-
ræ 4. Februarii 1709. §. Ex illis coram eodem* , *&
in d. Baren. Immiſsionis d. §. Eòque libentiùs in
princ.* ; Tum demum , quia talis graduum enu-
meratio confirmatur publicis inſtrumentorum 38
tabulis, *Rot. coram Coccino deciſ. 836. num. 1.* ,
coram Dunozet. jun. deciſ. 14. num. 8. , *coram
Priol. dec.417. num. 16.* , *in Amerina Fideicom-
miſsi de Geraldinis ſuper agnatione 23. Januarii
1708. §. Verùm coram R.P.D. Lancetta* , *in Fer-
rarien. Primogenituræ 4. Februarii 1709. §.* De
hac autem deſcendentia coram Rm̃o Molines , *in
Sorana Juriſpatronatus 27. Januarii 1710. §.
Conſtitit coram Illm̃o Scotto* , *& in Faventina
Succeſsionis 22. Aprilis 1712. §. Siquidem coram
R. P. D. Criſpo* .

Id enim, quod idem Scriptor ait , Uxorem
Alexandri ſenioris fuiſſe Brigittam de Maximis,
probatur publico inſtrumento celebrato anno
1515. ; Prout etiam Jordanum extitiſſe filium d.
Alexandri , ut ipſe narrat , perſpici poteſt ex te-
ſtamento Antoniæ de Frangipanibus , quæ Jor-
danum d. Alexandri filium virum ſuum here-
dem inſtituit ; Æquè publico , ſolemnique in-
ſtrumento probatur id , quod idem addit , d.
nempè Jordanum primis ſeſe nuptiis obſtrinxiſ-
ſe cum Livia Jo: Franciſci de Comitibus ; Dio-
noram Avilam fuiſſe uxorem Jo: Baptiſtæ Bucca-
bellæ : Alexandrum jun. Jo: Baptiſtæ fratrem
extitiſſe Priorem S. Mariæ in Via lata , & dein-
dè Canonicum S. Laurentii in Damaſo , & vi-
gore reſignationis ab eo factæ Vincentium fra-
trem effectum fuiſſe Priorem d. Eccleſiæ Sanctæ
Mariæ in Via lata : Alexandrum jun. in *Sacræ
Rotæ* Auditorum Collegium fuiſſe cooptatum ;
Quapropter, ſi uſque adeò diligens, & verax fuit
in tot ſupra relatis rebus , pari ratione reſpectu 39
ceterarum omnium diligens , ac verax fuiſſe
cenſendus eſt , *Paulut. diſſert.36. art.1. num.16.*

Porrò D. Carolum Antonium Buccabellam
deſcendere à prædicto Julio filio Marii, probatur
ſolemni atteſtatione Magiſtratus Mulinenſis ,
qui , prævio diligenti omnium documentorum
examine , ac diſcuſſione , affirmat , dictum Ca-
rolum Antonium per gradus diſtinctos deſcen-
dere à dicto Julio, de quo mentionem facit *Ma-
galottus* . Enim verò ſimiles alicujus Commu- 40
nitatis atteſtationes ad effectum , de quo agitur ,
legitimum probationis gradum conſtituunt ,
Merlin. Pignatel. contr. 84. numer. 22. & ſeqq. ,
*Rota coram ſan. mem. Alexandro VIII. dec.127.
nu.8.* , *in dict. Baren. Immiſſionis 3. Junii 1709.
§. Tum etiam verſ. quibus accedit teſtimonium
Syndicorum coram R. P. D. Aldrovando* , *& in
Forolivien. Loci Conſilii 3. Julii 1711. §. Acce-
dit publicum Judicium cor. Illm̃o Scotto* .

Altera autem conjectura prò adſtruenda dicta
deſcendentia reſultat ex eo , quod familia Buc-

X 2 ca-

41 cabella Romana tractavit, agnovitque fami-
liam Buccabellam Belgicam uti Conſanguineam;
In omnibus namque epiſtolis, quas prò re na-
ta tàm Dominicus ultimo loco defunctus, quàm
Jordanus ejus Pater dederunt ad Patrem D. Ca-
roli Antonii, ſeſe uti Conſanguineos ſubſcripſe-
42 runt; Profectò iſtiuſmodi tractatus, & agni-
tiones optimè probant familiæ identitatem, ut
benè reſpondit *Rota in rec. deciſ. 246. num. 16.*
part. 15., deciſ. 44. num. 6., & ſeqq. part. 19.,
in Avenionen., ſeu Vaſionen. Primogenituræ
25. Junii 1700. §. Quibus accedit coram bon. me.
Jacometto, in Forolivien. Loci Conſilii 5. Maii
1704. §. Quintum coram Rm̃o Molines, in Fer-
rarien. Primogenituræ 10. Maii 1704. §. Concur-
runt coram R. P. D. Lancetta, & 4. Februarii
1709. §. Nil autem coram Rm̃o Molines, & in
Faventina ſucceſſionis 22. Aprilis 1712. §. Ad-
dito ſignanter cor. R.P.D. Criſpo.

Tertia, & quidem non minùs efficax, eli-
citur ex depoſitione plurium Teſtium omni
43 exceptione majorum qui omnes audierunt,
Dominicum, ultimo loco defunctum, ſæpiùs
meminiſſe ſuorum Conſanguineorum, in Bel-
gio degentium; Immò verò ex iis unus ad-
dit, ſeſe ab eo fuiſſe rogatum, ut unâ ſimul in-
gredi vellet iter, quod ipſe ſuſcipere animo
propoſuerat ſuo, ut familiam Buccabellam è
Romano in Belgicum ſolum translatam inviſe-
ret; quibus ſanè Teſtium depoſitionibus ma-
gis, magiſque confirmatur familiæ identitas,
atque deſcendentia, ad tradita per *Pariſ. conſ.*
51. num. 6., & ſeqq. lib. 2., Menoch. conſ. 321.
num. 14. & ſeq., Rota coram Zarat. deciſ. 15. nu.
38., coram Bich. deciſ. 154. num. 12. & ſeqq., in
recent. deciſ. 15. num. 29. & ſeqq. part. 7., deciſ.
315. num. 10., & deciſ. 397. num. 1. part. 15.,
deciſ. 496. num. 5. part. 19., in Amerina Fidei-
commiſſi 26. Junii 1697. §. Minùſque coram bon.
mem. Muto, in Ferrarien. Primogenituræ 8. Fe-
bruarii 1709. §. De hoc autem verſ. Teſtium de-
poſitionum coram Rm̃o Molines, in Baren. Immiſ-
ſionis 3. Junii 1709. §. Tum & fortiùs in fin. cor.
R.P.D. Aldrovando.

His denique, ut cetera, quæ conglomerari
poſſent, miſſa faciamus, additur identitas ar-
morum, & cognominis conformitas, quæ eò
magis ſpectanda eſt, quia nomen *Buccabella*,
quod eſt italicum, idem linguâ Belgicâ alio
44 prorſus vocabulo effératur; quamobrem clariùs
ſemper efficitur, quod familia Buccabella Bel-
gica ſit una, eademque cum familia Buccabel-
la Romana, per ea, quæ unanimiter tradunt *Fa-*
bius de Anna conſ. 86. per tot., & conſ. 20. num.
1., & ſeqq. lib. 1., Ludovic. Bellon. conſ. 30.
num. 59. & ſeqq., Capon. contr. 52. num. 19.,
Card. de Luca de Fideicomm. diſc. 49. num. 12. &
23., Rota coram Dunoz. jun. deciſ. 770. nu. 14.,
in Mantiſſ. ad clar. mem. Card. de Luca de Fidei-
comm. deciſ. 14. num. 10., in Ferrarien. Primo-
genituræ 4. Februarii 1709. §. Ex illis verſ. ac-
cedente coram Reverendiſſimo Molines, in Baren.
Immiſſionis 3. Junii ejuſdem anni §. Tum etiam
& fortiùs verſ. de conformitate cognominis, &
ſtemmatis coram R.P.D. Aldrovando, & in Fa-
ventina ſucceſſionis 22. Aprilis 1712. §. Quin ſub-
ſiſtat cor. R.P.D. Criſpo.

Nec eſt, cur objiciatur, quod Carolus Anto-
nius deſcendentiam ab Alexandro communi ſti- 45
pite non probet per gradus diſtinctos, atque ſe-
paratos; objectio namque iſta non ſubſiſtit in
facto, quia contrarium aperte reſultat ex publi-
co Civitatis Mulinenſis teſtimonio, ut ſuperio-
ribus locis advertimus; Minùs verò in jure,
quia, cum D. Carolus Antonius non concurrat
cum alio Agnato, qui ſe contendat eſſe pro-
ximiorem, ſed cum Cognato, qui ob exiſtentiam
Agnatorum nullum jus aſſerere ſibi poteſt, opus 46
non eſt convincenti probatione deſcendentiæ
quoad omnes gradus, ſed ſatis eſt probaſſe ſe
eſſe Maſculum agnatum de familia vocata ad
fideicommiſſum, ut, eo exiſtente, Cognati, qui
nullam habent à Teſtatore vocationem, repel-
lantur, *Gloſſ. in leg. 1. verb. quoties ff. de pro-*
bat., Mareſcott. variar. reſol. lib. 1. cap. 70. num.
3., Rota coram Comitul. deciſ. 141. num. 18., co-
ram Pen. deciſ. 333. num. 3. & 4., & deciſ. 346.
num. 10., & 11., coram Carill. deciſ. 117. num.
7., coram Bich. deciſ. 154. num. 15., coram Celſ.
deciſ. 31. num. 10., coram Priol. deciſ. 417. num.
17., coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ.
102. nu. 18., coram Card. Cerro deciſ. 803. num.
19., coram bon. mem. Emerix jun. deciſ. 1097.
num. 2. & 12., in rec. deciſ. 472. num. 39. part.
14., in Mantiſſ. ad clar. mem. Card. de Luca de
Fideicomm. deciſ. 13. num. 5. cum trib. ſeqq., &
meliùs deciſ. 14. num. 6. & 7., ubi, quod ad
ſucceſſionem admittuntur illi de domo, & fa- 47
milia, quamvis in diverſis Civitatibus, & Pro-
vinciis commorentur, *in Ferrarien. Primoge-*
nituræ 10. Martii 1704. §. Nec obſtat coram R.
P. D. Lancetta, & in confirmatoria 16. Februa-
rii 1705. §. Atque hinc fugatâ coram R. P. D.
Anſaldo.

Si igitur adeſt reverâ in noſtra hypotheſi te-
ſtamentum, in quo Alexander ad univerſam
familiam Buccabellam reſpexerit, crederem,
ad Dom. Carolum Antonium, uti unicum ſu-
perſtitem de eadem familia, pertinere prædicti
Alexandri Bona fideicommiſſaria, quæ ſub in-
teſtata heredis gravati hereditate minimè com- 48
prehenduntur, *ad Text. in leg. ſequens quæſtio*
ff. de legat. 2., Rota coram Bich. deciſ. 350. num.
1., in recent. deciſ. 168. num. 8. part. 14., in
Mantiſſ. ad clar. mem. Cardin. de Luca de Fidei-
commiſ. deciſ. 69. num. 2., & diſtinguendo Bona
libera à Bonis fideicommiſſariis, prout nos fe-
cimus, in præciſis terminis obſervat eadem *Ro-*
ta in Faventina ſucceſſionis 22. Aprilis 1712. §.
final. cor. R.P.D. Criſpo.

Non omittam tamen admonere Dom. Caro-
lum Antonium requirentem, ut deſcendentiam
Marii ab Alexandro ſeniore melioribus oſtende-
re, ac coadjuvare conetur probationibus; ad id
enim nihil aliud affertur, quàm teſtimonium
Magalotti, qui multa quidem refert de Colum-
nello Jordani, ſed pauca, & quidem non ad-
modum diſtinctè de altero Marii; Quamobrem
non

non mirarer, ſi alii in dubium revocarent de-
49 ſcendentiam prædicti Marii ab Alexandro; ex
quo ſanè ſequeretur, ut, licèt de unico tantùm
gradu ageretur, corruere dicenda eſſet quæcum-
que probatio conſanguinitatis, & identitatis fa-
miliæ, *Mareſcott. variar. reſolut. lib.1. cap. 70.
num.1., Rot. in recent. deciſ. 8., & deciſ. 347.
utrobique num.1. part.12., in Romana Fideicom-
miſſi 18. Junii 1710. ferè per tot. cor. R̃mo Moli-
nes, & in Forolivien. Loci Conſilii 3. Julii 1711.
§. Excluſa cor. Ill̃mo Scotto.*

Montis Alti Legati.

Sub *filiarum* nomine in Legato pro fœminis eligendis ex proximioribus Teſtatoris Conſanguineis relicto, non venire ulteriores remotioris Conſanguinei Deſcendentes, licèt ei proximioritatis prærogativa, ad reddendas ipſius filias nominationis capaces, tributa à Teſtatore fuerit, ex pluribus conſtabilitur; ſive nempè quia idem *filiarum* nomen *taxativè* adhibitum à Teſtatore appareat, proindeque ad ulteriores eaſdem Deſcendentes nequeat extendi; ſive quia extenſionem hanc non patiatur ſubjectę materię ratio, Legati videlicet, ac diſpoſitionis, per modum privilegii factæ, quæ ſtrictiſſimè interpretanda ſunt; nec verborum, quæ hic expenduntur, proprietas; nec demum veriſimilis Teſtatoris voluntas, variis demonſtrata argumentis, & conjecturis.

VOTUM XXI.

1 *Statutum de duabus ſententiis conformibus locum non habet, quoties invalidæ, ac injuſtæ deteguntur.*

2 *Illud enim de validis, ac juſtis intelligitur.*

3 *Proximioritate qui pollet à Teſtatora volita, alteri, ea carenti præferendus eſt.*

Injuſta autem eſſet ſententia prælationem concedens remotiori, proximiore excluſo, ibid.

4 *A voluntate Teſtatoris, atque à diſpoſitionis litera recedere non licet.*

5 *Particularis proviſio, ſeu diſpoſitio favore filiarum* taxativè *facta, iis deficientibus, evaneſcit; nec ſuffragatur neptibus.*

Quando autem, & ex quibus taxativè *facta cenſenda ſit?* num.7., & ſeq.

6 *Diſpoſitio limitata, limitatum producit effectum, ceſſatque, deficientibus perſonis contemplatis.*

7 *Verba* = in quanto, *e* reſpettivamente = *æquivalent dictioni* = ad hoc ut = *ſive* = ad effectum ut =

8 *Quæ ſunt reſtrictivæ, & diſpoſitionem coarctant ad perſonas, quæ ſequuntur.*

10 Filiarum *nomine etiam neptes, aliæque ulteriores Deſcendentes comprehenſæ dici poſſunt.*

11 *Limita in diſpoſitione correctoria juris communis.*

12 *Talis autem dicitur diſpoſitio illa, quæ prærogativam tribuat, juri communi contrariam.*

Ut, ſi remotiores æquiparet proximioribus, ibid., & num.34., & 39.

12 *Diſpoſitio correctoria juris communis ſtrictiſſimè interpretanda eſt.*

Neque extendenda ultra terminos, ac perſonas expreſſas, & quas propria verborum ſignificatio comprehendit, num.14., & 15.

13 *Omnis receſſus à jure communi odioſus eſt.*

16 *Filiarum nomine quod etiam neptes aliquando veniant, id ex interpretatione procedit, non ex vocabuli proprietate.*

17 *Aliter filii, aliter nepotes appellantur.*

18 Filiorum, *ſive* filiarum *appellatione in teſtamentis nepotes, vel neptes non propriè, ſed impropriè dumtaxat comprehenduntur.*

19 *Nomen* filii *eſt connotativum primi gradus.*

21 *Nec ſub eo nomine vocatus poteſt dici, qui ultra primum gradum exiſtat.*

Minùſque extenſio ulla ex rationis identitate, aut ex veriſimili Teſtatoris mente poteſt admitti, num.22.

20 *Filii primum conſtituunt gradum.*

23 Filiorum *nomine non veniunt nepotes, ubi id ſuadeat ratio ſubjectæ materiæ, ſtrictiſſimè, & ſecundùm propriam verborum ſignificationem interpretandæ; qualia ſunt Legata.*

24 *Legatum alimentorum filiis factum, nepotibus non debetur.*

25 *Statutum vocans filios in conditione poſitos, declaratorium ſimpliciter eſt, atque interpretativum juris communis, non autem correctorium.*

Proindeque non odioſum, nec reſtringendum, ibid.

26 Filiorum *nomine non veniunt nepotes, nec etiam in Statuto vocante filios in conditione poſitos.*

27 *Facultas eligendi, & nominandi ad fideicommiſſum, à filiis ad nepotes non extenditur.*

28 *In Legatis ſtricta interpretatio tunc eò magis facienda eſt, quando relicta apparent quodam veluti privilegii jure.*

Eoque caſu conceſſum filiis, ad nepotes trahi nequit, num.30.

29 *Privilegium eſt ſtricti juris, & à filiis non extenditur ad nepotes.*

Præſertim, ubi res eſt de conceſſione contra jus commune, num. 32., & 67.

31 *Privilegium non extenditur ad perſonas, in eo non expreſſas, etiam ex identitate rationis.*

32 *In quacumque diſpoſitione contraria ordini juris, aut naturalis charitatis, appellatione filiorum numquam nepotes veniunt.*

33 *Diſpoſitio, quâ proximior propter remotiorem excludatur, eſt contra ordinem naturalis charitatis.*

34 Fi-

34 Filiorum *nomine nepotes veniunt in diſpoſitione, merè favorabili filiis, ac nepotibus; Secus in ea, quæ alteri ſit odioſa, atque præjudicialis.*

Tutores dati filiis, non intelliguntur dati nepotibus.

35 *Tutoris datio ex parte filiorum favor eſt, onus verò ex parte illius*, ibid.

36 *Nepotum favor ſi concurrat cum præjudicio alterius, hoc magis ſpectari, ac prævalere debet.*

37 *Ex filiorum nominatione extenſio ad nepotes nequit fieri, quum agitur de Tutoris præjudicio, vel gravamine.*

38 *In odioſis, & pœnalibus ſtrictè, & propriè proceditur.*

40 *Teſtatoris voluntas ſi deficiat, nepotes numquam comprehenſi dici valent filiorum appellatione.*

41 *Maximè, ſi reſiſtat.*

Et ex quibus elici poſſit voluntas, nepotum excluſiva, num. 42., & ſeqq.

43 *Particula illa* = le loro figliole = quelle figlie femine loro = *vocationem coarctant ad filias immediatas illorum, qui ſupra nominati ſunt.*

Perindè, ac ſi ſpecificè, ac propriis nominibus fuiſſent appellatæ, ibid.

44 *De filiabus primi gradus ſi in ſuperiori parte Teſtator intellexit, de iis etiam in poſteriori intellexiſſe cenſendus eſt*, & num. 46.

45 *Pars una teſtamenti aliam declarat.*

46 *Vocabulum, in una parte clarè à Teſtatore explicatum, in eodem ſenſu etiam in alia debet accipi.*

47 *De filiabus ad neptes numquam extenſio fit, concurrente rationis diverſitate*, & num. 50.

Ut eſſet majoris erga illas affectionis ratio, num. 49.

48 *Teſtator majori affectione motus cenſetur erga filias jam natas, quàm erga neptes naſcituras.*

50 *Et de illis ſolùm, non de his cogitaſſe veriſimile eſt*, num. 52.

50 *Actuum vicinitas, ſeu connexitas ſuadet, unum in ſequelam, & correſpectivitatem alterius fuiſſe factum.*

51 *Filiarum favore motus cenſetur Teſtator, quia ſciret, illas vitam religioſam velle ducere, ſi id in earum nominatione expreſſit.*

Diſpoſitione autem factá earum favore, juvari nequeunt neptes, in quibus eadem non concurrat ratio, num. 54. & 58.

53 *Actus ad eam ſemper cauſſam, de qua conſtat, & quæ magis congrua eſt, debet referri.*

55 *Teſtator, adhibitis verbis* = ſiano elette, = *non verò* = poſſano eſſere elette = *neceſſitatem quamdam eligendi injunxiſſe cenſetur*, & num. 56.

56 *Teſtator ſi per verba* = ſiano connumerati = *ſuperiùs expreſſa, intellexit, quod omninò connumerandi eſſent, ita per poſteriora verba* = ſiano elette = *voluiſſe cenſetur, quod omninò eligerentur.*

57 *Verba intelligenda ſunt in eo ſenſu, in quo Teſtator in eadem oratione accepiſſe videtur.*

59 *Diſpoſitio pro iis ſolùm facta cenſetur, quibus ejus verba conveniunt, & adaptantur.*

60 *Filiarum ulterior mentio, atque individuatio ſi alias ſuperflua remaneret, intelligenda eſt adjecta ad coarctandam ſolùm ad illas diſpoſitionem.*

61 *Voluntatis Teſtatoris ea faciliùs interpretatio ſequenda eſt, per quam fit reditus ad jus commune.*

62 *Teſtator in caſibus non exceptis ſe juris communis diſpoſitioni conformaſſe præſumitur.*

64 *Proximioritatis qualitas, à Teſtatore conſiderata non perpetuò, & generaliter ſed favore filiarum tantùm, his dumtaxat ſuffragari debet.*

65 *Vocatio in genere, & in abſtracto aliud eſt, aliud vocatio in concreto.*

66 *Pro Legato aſſequendo non ſufficit vocatio in genere, niſi ulteriùs concurrat proximioritatis qualitas, à Teſtatore conſiderata.*

68 *Prælatione à Teſtatore datá proximioribus, hi priùs, quàm remotiores admittendi ſunt.*

69 *Quod ex conjecturis elicitur, dubium ſemper eſt.*

70 *Proximioritatem habens tacitam dumtaxat, & conjecturalem, cum habente veram, ac certam nequit concurrere.*

71 *Vocationem expreſſam vinci à tacita, atque conjecturali, idem eſt, ac umbram ſectari, omiſsá veritate.*

72 *Vocatio expreſſa tacitam vincit.*

73 *Prælatio tribuenda ſemper eſt perſonis expreſſe vocatis, excluſis aliis, ex tacita, atque impropria tantùm vocatione venientibus.*

74 *Proximioribus vocatis, major ætas, nonniſi in paritate gradus conſideranda eſt.*

ULIXES Celius in ſuo ultimo teſtamento reliquit annuum Legatum ſcutorum centum pro ſubſtentatione, & alimentis quatuor ſimpulatricum, &, ut vulgò dicitur, *Pinzocharæ*, quæ eſſent ab heredibus nominandæ, & eligendæ ex proximioribus Conſanguineis Teſtatoris, eorumque Deſcendentibus in perpetuum, ab ipſo deſignatis in quibuſdam foliis, teſtamento annexis, cum prælatione ſemper fœminarum proximiorum, & natu majorum; Ad portionem hujus Legati, quæ nuper vacavit, concurrunt D. Maria Garulli, & D. Eliſabeth Filozzi, utraque ab heredibus nominata; Prima obtinuit deciſionem *Sacræ Rotæ Maceratæ*; altera verò habet Judicatum Vicarii Montis alti, confirmatum ab eadem *Rota Macerata*, præviis duabus *deciſionibus*, Adverſus quæ Judicata Signatura Juſtitiæ noviſſimè reſcripſit cum clauſula = *Conſtito de duabus* = Rogatus ego itaque meam in hac re ſenten-

tentiam dicere, non aliter ad Dubium, eidem Re-
ſcripto conformè, quatenus diſceptari contin-
gat, reſpondendum cenſerem, quàm = *non con-
ſtare de duabus* = ; idque attentâ injuſtitiâ di-
1 ctorum judicatorum, quæ non ſinit, eſſe locum
Statuto de duabus, illorum executionem de-
mandanti, *Gratian. diſceptat. 691. num. 27. &
ſeq., plenè Conſtantin. ad Stat. Urb. annot. 55. nu.
15., Pigant ad Statut. Ferrar. rubr. 66. nu. 29.,
& ſeq., Theſaur. deciſ. 222. num. 8., Rot. deciſ.
813. num. 2. part. 18. rec. tom. 2.*, ubi, quod ſta-
2 tutum de duabus, intelligitur *de validis, & ju-
ſtis*.

Porrò eorumdem judicatorum injuſtitia per-
ſpicua eſt, quia concedunt immiſſionem, &
reſpectivè manutentionem vigore dicti Legati
D. Eliſabeth Filozzi, eique controverſam por-
tionem vacantem adjudicant, excluſâ prorſus
D. Maria Garulli, contra apertiſſimam Teſta-
toris voluntatem, qui voluit, in admiſſione ad
dictum Legatum ſemper præferri fœminas, ſibi
proximiores, deſcendentes ex ſuis proximiori-
bus Conſanguineis, in prænotatis foliis deſi-
gnatis, id namque clariſſimè præſeferunt illa
teſtamenti verba = *eligen., & nominan. ex meis
proximioribus conſanguineis, nominatis in præ-
ſentibus foliis, in hoc meo teſtamento alligandis
&c., illorumque Deſcendentibus in perpetuum, &
in nominatione, & electione dictarum Monialium
per dictum meum heredem, & alios ſubſtitutos,
& vocatos facien., mando, & jubeo, quod meæ
proximiores, & majores ætate natu, quæ Mo-
niales domeſticæ eſſe voluerint, ſemper præferan-
tur.* =

Cum itaque inter fœminas concurrentes, &
deſcendentes ex Conſanguineis, nominatis in
foliis, Domina Maria ſit procul dubio proximior
Teſtatori, quippè quæ ipſi conjungitur in ſexto
gradu, & vice verſâ D. Eliſabeth in octavo, ut
patet ex arbore impreſſa in fronte primæ Deci-
ſionis, & admittitur etiam in aliis Deciſionibus
contrariis dictæ D. Mariæ, jam non eſt, qui non
3 videat, ex mente Teſtatoris hanc, utpotè pol-
lentem qualitate majoris proximitatis, ab ipſo
principaliter requiſitâ, eſſe præferendam, ex-
cluſâ illâ quæ dicta qualitate caret, ad notata
per *Dec. conſ. 321. num. 2., Gratian. diſceptat.
694. num. 26., Sabell. reſol. 22. num. 22., Pere-
grin. de Fideicomm. art. 43. num. 52., Rota Fer-
rarien. deciſ. 22. num. 17. inter collect. per Bal-
ducc. deciſ. & rer. judic. tit. 3. de legat., & fidei-
comm., Rota noſtra coram Zarat. deciſ. 19. num.
6. & ſeqq., ad ornat. clar. mem. Card. de Luca
de Fideicomm. deciſ. 41. num. 4., & in Mantiſſ. de
ſtatut. ſucceſſ. deciſ. 1. num. 50., & in Firmana
Fideicommiſſi ſuper manutentione 16. Martii 1722.
§. Dictus namque coram Illmo Falconerio Almæ
Urbis Gubernatore*, ex quo ſequitur, injuſtam
fuiſſe prælationem, conceſſam D. Eliſabeth,
tamquam contrariam voluntati Teſtatoris, &
4 literæ ejus diſpoſitionis, quæ eſt Lex ſcripta, à
qua recedere non licet, *Palm. ſen. conſ. 5. nu. 12.,
Leoncill. deciſ. Ferrar. 80. num. 4., Rota ad or-
nat. clar. mem. Card. de Luca de Fideicom. deciſ.
58. num. 14.*, quibus conſonant allegati in con-
traria deciſione *§. In themate*, & alii paſſim.

Nihilque officit, Teſtatorem inter proximiores
Conſanguineos, in foliis deſignatos, connume-
raſſe etiam Balleonum Filozzi, à quo deſcen-
dit D. Eliſabeth, eumque, licet gradu remo-
tiorem aliis ſupra deſcriptis, haberi voluiſſe pro
æquè proximiore cum illis, & quidem præciſè
ad effectum, ut ejus filiæ admitti poſſent ad par-
ticipationem dicti Legati ; quoniam iſta fuit par-
ticularis proviſio favore filiarum taxativè facta,
quæ illas non egreditur, &, illis è vivis ſublatis, 5
penitus evanuit, ideoque ſuffragari nequit D.
Eliſabeth, non filiæ, ſed nepti dicti Balleoni,
per *Text. in leg. quæ conditio*, ibi = *Atque con-
ditio ad certas perſonas accomodata fuerit, eam
referre debemus ad eum dumtaxat gradum* =, ubi
*Bartol., Paul. de Caſtr., & Soccin. ff. de con-
dit., & demonſtr., Altograd. conſ. 82. nu. 34.,
Mart. vot. Piſan. 30. num. 5. & ſeqq., Rota co-
ram Bich. deciſ. 297. num. 25. & ſeqq., in recent.
deciſ. 195. num. 6. 12., & ſeq. part. 5., & deciſ.
172. num. 7. part. 14., in Ariminen. Fideicom-
miſſi 10. Februarii 1719. §. Nam linea coram R.
P. D. Rovault de Gamaches, & in dicta Firma-
na Fideicommiſſi ſuper manutentione 16. Martii
1722. §. Omnis enim coram Illma Falconerio Al-
mæ Urbis Gubernatore*, & confert regula, quod
diſpoſitio limitata, limitatum producit effe- 6
ctum, eademque ceſſat, non exiſtentibus per-
ſonis contemplatis, *Capyc. Galeot. contr. 59.
num. 18., & pluribus ſeqq. lib. 2., Rodulphin. al-
leg. 100. nu. 10., Marta de ſucceſſ. legal. part. 2.
quæſt. 4. art. 9. num. 39., Rot. coram Carillo deciſ.
266. num. 10.*

Specialitas autem dictæ proviſionis, ſeu habi-
litationis favore filiarum dumtaxat Balleoni Fi-
lozzi perſpicuè demonſtratur ex verbis, quibus
eadem concepta legitur in foliis, teſtamento
adnexis, ibi = *che ſiano connumerati trà tutti li
ſopranominati altri nel ſecondo grado, e che loro
ancora s' intendino eſſere del ſecondo grado, in
quanto, e reſpettivamente alla partecipazione,
che le loro figliole ſiano elette ad eſſer alimentate* =
verba enim illa = *in quanto, e reſpettivamente* = 7
æquivalent dictioni, Ad hoc, ut ſive = *ad effe-
ctum, ut* =, quæ ſunt procul dubio reſtrictivæ,
& diſpoſitionem limitant, & coarctant ad ſo- 8
lum caſum, & perſonas, quæ ſequuntur, *Bar-
boſ. in tract. de diction. uſufreq. dict. 8. num. 1. &
ſeqq.*, adeout, cum Teſtator infrà ſolùm de fi-
liabus locutus fuerit, ambigi nequeat de reſtri- 9
ctione diſpoſitionis, ſeu proviſionis ad illas.

Fruſtraque obtenditur, quod appellatione fi-
liarum comprehenſæ dici poſſint neptes, & aliæ 10
ulteriores fœminæ deſcendentes ; quia, omiſ-
ſis iis, quæ generaliter prò excluſione neptum,
& aliarum Deſcendentium adferri poſſent, &
conſiderata fuerunt in prima hujus Cauſæ deci-
ſione *§. Excludebatur*, propiùs ad rem noſtram
reſpondemus, hic agi de diſpoſitione tribuente
prærogativam contrariam juri communi, dum 11
pro-

proximiores declarantur, & proximioribus æ-
quiparantur illi, qui ſecundum jus commune
eſſent remotiores, ut admittit etiam contraria
deciſio *§. Talem verò, & ſeqq.*, proindeque hu-
12 juſmodi diſpoſitio, tamquam correctoria juris
communis, & præjudicialis aliis, verè proxi-
mioribus, neceſſariò reſtringenda, atque ſtri-
ctiſſimè interpretanda eſt, ad *Text. in leg. ſi
quando Cod. de inoffic. teſtam.*, *leg. impuberi ff. de
adminiſtr. Tutor.*, *Bald. in leg. venia num. 5. Cod.
de in jus vocand.*, *Alexand. conſ. 128. nu. 3. lib.
1.*, *& conſ. 158. num. 9. lib. 6.*, *Molin. de Pri-
mogen. lib. 3. cap. 4. num. 22. & ſeqq.*, *Surd. de-
ciſ. 274. nu. 8.*; omnis quippè receſſus à jure com-
13 muni odioſus eſt, & diſpoſitio ab illo devians
ſtrictè interpretanda, ex *Crovetc. conſ. 159.
num. 8.*, & pluribus probat *Tiraquell. de re-
tract. in præfat. num. 62.*; ideoque extendenda
14 non eſt ultrà perſonas, & terminos literaliter
expreſſos, *Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 15. num.
13.*, *Rota coram Gregor. deciſ. 390. num. 4.*, *co-
ram Duran. deciſ. 141. num. 9.*, *& in Firmana
Fideicommiſſi ſuper manutentione 16. Martii
1722. §. Rurſus coram Illuſtriſſimo Falconerio*,
ſed intelligi debet reſtrictive ad caſus, & perſo-
15 nas ſpecificatas, & quas propria verborum ſi-
gnificatio comprehendit, *Menoch. conſ. 215.
num. 10.*, *& conſ. 232. num. 2.*, *Cyriac. contr. 8.
nu. 43.*, *& ſeqq. ad 48.*, *Rota coram Dunoz. jun.
deciſ. 557. num. 22.*

Inſpectâ igitur qualitate hujuſmodi diſpoſi-
tionis, contrariæ juris regulis, proindeque
odioſæ, ac ſtrictè, & juxtâ propriam, & ri-
goroſam verborum ſignificationem interpretan-
dæ, indè fit, quod in caſu noſtro nequaquam
comprehenſæ dici poſſint neptes, & aliæ ulte-
riores fœminæ deſcendentes, quia litera diſpo-
ſitionis loquitur de filiabus, quarum nomine
16 licèt aliquando neptes etiam comprehendi poſ-
ſint, id tamen procedit ex interpretatione, ut
inquit *Julianus in leg. juſtâ interpretatione ff. de
verbor. ſignificat.*, non ex proprietate vocabuli,
cum aliter filii, aliter nepotes in jure noſtro ap-
17 pellentur, *leg. quod ſi nepotes 6. ff. de teſtament.
tutel.*, *& in §. final. Inſtitut. qui teſtament. Tu-
tor. dar. poſſ.*; quamobrem, veluti pro regu-
la communiter receptum eſt, appellatione fi-
liorum, ſive filiarum in teſtamentis ex proprie-
18 tate ſermonis non comprehendi nepotes, vel
neptes, ſed ſolùm interpretativè, & impro-
priè, *Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 6. nu. 27.*,
*Simon. de Pret. de interpret. ultim. volunt. lib. 3.
interpret. 3. dub. 4. ſolut. 1. num. 37. fol. mihi
326.*, plenè *Cyriac. contr. 8. num. 38. ad 40.*,
*Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 94. num.
2.*, latè *Barboſ. appellat. 99. num. 84.*, *& plu-
ries firmavit Rota poſt Torr. de pact. futur. ſuc-
ceſſ. deciſ. 173. num. 3.*, *in recent. deciſ. 279.
num. 1.*, *& ſeqq. part. 6.*, *deciſ. 18. part. 17.*,
& deciſ. 297. part. 18., *& in Firmana Primo-
geniture ſuper nominatione 22. Januarii 1717.
§. Quandoquidem coram R. P. D. de Herrera*,
& alibi frequentiſſimè; nomen quippè filii eſt
connotativum primi gradus, *Bald. in leg. Gal-
lus §. Inſtitutus num. 6. verſ. item nomen ff. de* 19
liber., *& poſth.*, *Gaunaver. conſ. 5. poſt deciſ.
Camer. num. 7.*, ſimiliter dans rationem, quod
filii primum gradum conſtituunt, *leg. 1. §. 1.
cum ſeqq. ff. de gradibus*; ideoque ſub illo no- 20
mine nemo poteſt cenſeri vocatus, qui ultra
primum gradum exiſtat, *Caſanat. conſ. 58. num.* 21
24., *& conſ. 59. num. 56.*, *Cancer. variar. part.
1. cap. 5. num. 53.*, *& 58.*, *Seſſ. deciſ. Ara-
gon. 84. num. 110. in fin.*, rejectâ quacumque
extenſione, quæ vel ex identitate rationis, aut
ex veriſimili, & præſumpta mente Teſtatoris 22
fieri contenderetur de perſona ad perſonam, per
*Text. in leg. ſi quis ità §. penult. ff. de teſtament.
tutel.*, *Jaſon. conſ. 220. num. 10. lib. 1.*, *Cyriac.
contr. 8. nu. 38. & ſeqq.*, *& num. 67.*, *Rot. deciſ.
507. num. 3. part. 2. rec.*, *& deciſ. 84. num. 4.*, *&
ſeqq. part. 9.*

Certiùs, ſi id ſuadeat ratio ſubjectæ materiæ,
ſtrictè interpretandæ, qualia ſunt Legata, ut in 23
leg. apud Julianum §. Seje ff. de legat. 1., *leg.
Nummis ff. de legat. 3.*, & ſecundum propriam
verborum ſignificationem, *leg. non aliter ff. de
legat. 3.*, *leg. ſi alii ff. de uſufruct. legat*; hoc
namque caſu appellatione filiorum nepotes non
contineri, & relictum filiis, illis non deberi,
docuit *Rebuff. in leg. Libertorum §. fin. verſ. &
in quibus caſibus ff. de verbor. ſignif.*, *Bardellon.
conſ. 83. num. 14.*, *& ſeqq.*, *Corn. conſ. 172. n. 7.
vol. 2.*, *& conſ. 282. num. 7. eodem lib. 2.*, *&
conſ. 304. num. 16. vol. 3.*, *Aretin. conſ. 145. n. 1.*,
& ſeqq., *Curt. jun. conſ. 57.*, *& conſ. 111. n. 2.*,
Roland. à Valle conſ. 43. num. 25., *& infra vol. 4.
& alii apud Menoch. conſ. 214. num. 88.*, *& 90.*,
& ſeqq., ubi dicit, Legatum alimentorum filiis 24
factum, non deberi nepotibus, *& conſ. 215. num.
96.*, *conſ. 328. num. 4.*, *& conſ. 347. num. 27.*, *&
ſeqq.*, *Cyriac. contr. 8. num. 38.*, *& plurib. ſeqq.*,
Card. Mantic. de conject. lib. 8. tit. 8. num. 2., *&
ſeqq.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 321. num. 100.*, &
in fortioribus terminis Statuti vocantis filios in
conditione poſitos, quod, licèt ſit ſimpliciter 25
declaratorium, & interpretativum, non autem
correctorium Juris communis, & conſequenter
non odioſum, nec reſtringendum, ut tuetur
*Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 36. art. 1. num.
11. 13.*, *& 17.*; nihilominùs in illo nomine
filiorum nepotes non venire, firmavit *Rot. de-* 26
ciſ. 84. num. 7., *& ſeqq. part. 9. recent.*, quam ſe-
quitur *Conſtantin. loco mox citat. num. 31. 60.*,
& ſeqq., ubi contrariis reſpondet, & præſertim
Card. de Luc. impugnanti *d. deciſ. 84. part. 9.*,
inquiens, contrà ipſum aliàs fuiſſe judicatum: Et
meliùs ad rem noſtram, quod facultas eligendi,
& nominandi ad fideicommiſſum à filiis, 27
non extendatur ad nepotes, ex *Textu in leg.
cum Pater 79. §. Hereditatem ff. de legat. 2.*,
tradit *Pinell. in leg. 1. Cod. de Bon. matern. part.
1. num. 69.*, *quem refert, & ſequitur Barboſ. ap-
pellat. 99. num. 83.*

Potiori verò Jure hæ rationes locum ſibi vin-
dicant in caſu noſtro, quia, ſi natura ipſa, & 28
ſub-

ſubjecta materia Legati rigidum expoſcit inter-
pretem, quantò magis rigoroſa iſthæc interpre-
tatio facienda erit, quando admiſſio ad partici-
pationem Legati, de quo agitur, conceſſa repe-
29 ritur, veluti jure cujuſdam privilegii, quod eſt
ſtricti Juris; *Leg. ſi quando Cod. de inoffic. Teſtam.*,
& leg. 2. §. Meritò, & §. Si quis à Principe ff.
ne quid in loc. publ., *cum aliis apud Tiraquell. de*
retract. lignag. §. 1. Gloſſ. 9. num. 184.; & pro-
30 pterea conceſſum filiis, ad nepotes trahi, prohi-
bitum eſt *in leg. Jubemus §. Illud Cod. ad Tre-
bell.*, quam *Baldus* ita ſummat = *Privilegium*
conceſſum filiis, non extenditur ad nepotes, quia
hæc lex probibet =, & confert *Textus in cap. ſanè*
de privileg., ubi, quod privilegium non extendi-
31 tur ad perſonas, in eo non expreſſas, etiam ex
identitate rationis, & in noſtra ſpecie docuit
*Bartol. in leg. liberorum num. 7. ff. de verbor. ſi-
gnif.*, *Bald. conſ. 303. in princ. lib. 10.*, *Tuſch. lit. F.*
concluſ. 376. num. 27., *aliique relati a Gabriel.*
comm. concluſ. tit. de verb. ſignif. lib. 4. concluſ. 1.
num. 62., *Barboſ. appellat. 99. num. 98.*, *Cabed.*
deciſ. Luſitan. 1. arreſt. 53.; multò autem minus,
quando id, quod conceditur filiis, eſt contrà
32 Jus commune, ad nepotes extendi poterit, ut
dixit *Bartol. in d. leg. Liberorum num. 4.*, ibi = *&*
tunc aut indulget aliquid contra Jus commune fi-
liis, & non extenditur ad ulteriores, ut in leg.
Sed & milites §. 1. ff. de excuſat. Tutor. = *& n. 7.*,
Gabriel. concluſ. 1. de verbor. ſignif. lib. 4. n. 56.
Et ſanè, ſi generale eſt, quod, ubicumque
33 agitur de diſpoſitione contraria ordini Juris, aut
naturalis charitatis, appellatione filiorum num-
quam veniant nepotes, quis locus his eſſe pote-
rit in caſu noſtro, in quo proximior excludere-
tur propter remotiorem, id namque eſſe contrà
ordinem naturalis charitatis, inquit in propoſi-
to *Bald. conſ. 362. num. 1. lib. 4.*, ità benè diſtin-
guens = *Aut interpretari, quod nepos includatur,*
congruit naturali charitati Teſtatoris, tunc in-
cluditur nepos &c., *aut extenſio filii ad nepotem*
eſt contrà ordinem naturalis charitatis, & ſic eſ-
ſet dura interpretatio, & iſta non eſt facienda
&c.; *idem in diſpoſitione implicata ad favorem,*
& odium, ſeu gravamen &c., *nunc in propoſito*
excludere, vel arctare filias propter Liberos fra-
tris eſt contrà naturalem erga Liberos charita-
tem, & ideo non interpretabor, quod includantur
nepotes = & *Bald. ſequuntur Tuſch. lit. F. concluſ.*
376. num. 43., *& 45.*, *Cyriac. contr. 8. num. 69.*,
qui priùs *num. 57.* ait, nepotes comprehendi in
34 diſpoſitione merè favorabili filiis, & nepotibus,
ſecus verò in ea, quæ ſit odioſa, & alteri præ-
judicialis, idemque ſentit *Bartol. in leg. Libe-*
rorum num. 5. ff. de verbor. ſignific. per Text. in
leg. quod ſi nepotes ff. de Teſtam. Tutel., *& §. ul-*
tim. inſtit. qui Teſtam. Tutor dar. poſſ., ubi Tu-
35 tores dati filiis, non intelliguntur dati nepotibus
= *quia*, ut inquit ipſe *Bartol.*, *licèt ex parte filiè*
ſit favor, tamen ex parte Tutoris dati eſt onus =
in concurſu autem favoris nepotum, & præjudi-
36 cii, ſeu gravaminis alterius, hoc magis ſpectan-
dum eſſe, & prævalere favori nepotum, tra-
dunt in his terminis *Menoch. conſ. 215. num. 52.*

& ſeqq., *Gabriel concluſ. 1. de verb. ſignif. lib. 4.*
num. 84. = *limita, quando, ſi fieret iſta interpre-*
tatio, ut appellatione filiorum venirent nepotes,
fieret alteri præjudicium, ut voluit Bald. in leg.
ſed & milites ff. de excuſat. Tutor. in leg. 2. Cod.
de Bon. matern., *& Alexand. in leg. etiam col. 1.*
ff. ſolut. matrim. = & infra *num. 46.*, ubi, quan-
do ſequeretur odium alterius, *Menoch. de præ-*
ſumpt. lib. 4. præſumpt. 94. num. 22., ubi de di-
ſpoſitione odioſa, *Mantic. de conject. lib. 8. tit. 8.*
num. 1., *Simon. de Pret. de interpret. ultim. vo-*
lunt. lib. 3. interpr. 3. dubit. 4. ſolut. 1. fol. mihi
326. à tergo n. 42., ibi = *quando ex nominatione*
filiorum fieret extenſio ad nepotes in damnum, & 37
gravamen alterius, puta Tutoris, cui oneroſum
eſt ſuſcipere tutelam &c., *tunc utique nomine fi-*
liorum non continentur nepotes, hâc præſertim 38
ratione, ut cenſeo, quia in odioſis, & pœnalibus,
ſtrictè, & propriè proceditur, *Rodulphin. alleg.*
11. num. 23., *& ſeqq.*, *Conſtantin. ad Statut.*
Urb. annot. 36. art. 1. num. 40., *& duob. ſeqq.*,
ubi in ſpecie, quando agitur de præjudicio pro- 39
ximioris, in quibus terminis loquitur etiam
Rota deciſ. 173. num. 5., *& ſeqq. poſt Torr. de pact.*
futur. ſucceſſ., *in rec. deciſ. 507. num. 4.*, ibi
= *Et regulariter, ubicumque de alterius grava-*
mine agitur, etiamſi favor adſit ipſius nepotis,
quod ille non includatur filiorum appellatione,
probatur ex Textu in leg. quod ſi nepotes in fin. ff.
de Teſtam. tutel. &c = *part. 2.*, *deciſ. 279. nu. 32.*
part. 6. deciſ. 84. num. 10. part. 9., *& in Romana,*
ſeù. Fanen. Fideicommiſſi 20. Junii 1718. §. Ne-
que coram R.P.D. Rovavult de Gamaches, & in
Ferrarien., *ſeu Comachen. Immiſſionis 5. Martii*
1722. §. Verùm coram R.P.D. Calcagnino.
Quamquam verò hactenus dicta ſatis eſſe vi-
deantur pro excluſione neptum; nihilominus
non ut Cauſæ, quæ plana, & facilis eſt, ſed ut
pleniùs muneri noſtro ſatisfaciamus, ipſam quo-
que Teſtatoris voluntatem (quæ ſola vincere
poſſet præſumptionem Juris, neptibus adver- 40
ſantem) eiſdem eſſe contrariam, manifeſtè de-
monſtrabimus; ità namque Cauſam in tuto po-
nendam fore certò ſperamus; cum explorati Ju-
ris ſit, quod, illâ deficiente, locus eſſe nequeat
interpretationi, quâ nepotes appellatione filio-
rum comprehenſi dici valeant, *Soccin. jun.*
conſ. 114. num. 41., *& priùs conſ. 108. num. 21.*
lib. 2., *Menoch. conſ. 328. num. 3.*, *Surd. de ali-*
ment. tit. 9. quæſt. 36. num. 33.; proptereaque,
ſi neptibus nedum non aſſiſtit, verùm etiam po- 41
ſitivè reſiſtit Teſtatoris voluntas, illæ nequa-
quam appellatione filiarum venire poſſunt, *Me-*
noch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 94. num. 3.,
Camerell. de Legat. lib. 2. pag. mihi 125. num. 15.,
ubi id ſtatuit pro regula, *Mantica de conject. lib. 8.*
tit. 8. num. 8., *Rot. deciſ. 507. num. 6. part. 2. rec.*
Hanc autem Teſtatoris voluntatem excluden-
di neptes demonſtrant plures validiſſimæ conje- 42
cturæ, ex contextu diſpoſitionis elicitæ, inter
quas primum locum obtinet illa, deſumpta ex
particulis relativis ſimul, & reſtrictivis, quibus fi-
liæ connotatæ fuerunt in conceſſione proximio- 43
ritatis, earum intuitu facta, ibi = *le loro figliole* =

quelle figlie femine loro= hæ namque vocationem
coarctant ad filias immediatas illorum, qui ſu-
pra nominati fuerant, perindè, ac ſi ſpecificè,
& propriis nominibus appellatæ fuiſſent, *Me-
noch. conſ.1005. num.7., Altograd. conſ.82. nu.
25. lib.2., Barboſ. de dict. uſuſrcq. dict. 103. nu.
3., & 4., Manſ. conſult.346. num.12., & ſeqq.,
Rot. deciſ.378. num.14. part.13., deciſ.199. nu.
18. part.19., cum aliis adductis in Auximana,
ſeu Camerinen. Fideicommiſſorum 1. Julii 1709.
§. Verùm etiam coram Rm̃o Criſpo Archiepiſco-
po Ravennaten., in Romana, ſeù Fanen. Fidei-
commiſſi 20. Junii 1718. §. Quæ porrò cor. R. P.
D. Rovavult de Gamachet, & in Ferrarien., ſeù
Comaclen. Immiſſionis 16. Martii 1722. §. Sive
inſpiciatur coram R.P.D. Calcagnino;* præſer-
tim, quia Teſtator, paulò ſuperiùs loquendo
de iiſdem filiabus, procul dubio intellexerat de
44 illis primi gradus dumtaxat, dum ait = *Giovan
Franceſco Celia &c. hà più figli maſchj, e femi-
ne, nati tra ſe, & Aleſſia &c., delle femine ſi è
maritata già una, e le due altre ſono zitelle, e
vogliono ambedue eſſer Monache di Caſa &c.;
Baglione Filozzi &c. hà più figli maſchi, e femi-
ne, delle quali alcune vogliono eſſer Monache di
Caſa* = quamobrem, quemadmodum de filiabus
ſolummodò immediatis locutus fuit in hac par-
te, ità etiam de his intellexiſſe dicendus eſt in
alia parte, dd. Joan. Franciſco, & Balleoni tri-
buente prærogativam, & proximioritatem, ad
effectum = *che le loro figliole ſiano elette ad eſſere
45 alimentate* = quia una pars teſtamenti aliam de-
clarat, & vocabulum à Teſtatore clarè explica-
46 tum in una parte, in eodem ſenſu accipi debet
in alia, ut in puncto advertunt *Corn. conſ.290.
num.6. lib.4., Alciat. reſp.98. num.6., Menoch.
conſ. 215. num.47., & ſeqq., & num.72. de præ-
ſumpt. lib.4. præſumpt.94. num. 12., Fuſar. de
Subſtit. quæſt.321. num.61., Camerell. de Legat.
lib.2. fol. mihi 125. num.24.*, ibi = *Ubi Teſtator
in aliqua parte teſtamenti mentionem fecit de filiis,
& intellexiſſe ipſum de filiis primi gradus, certum
eſt, ſi in alia parte teſtamenti de filiis fuerit locu-
tus. non videtur de nepotibus ſenſiſſe.* =

Fortiùs vero pro excluſione neptum urget ar-
gumentum deſumptum ex diverſitate rationis
inter ipſas, & filias vigentis, quâ profectò ra-
47 tionis diverſitate concurrente, numquam fit ex-
tenſio de filiabus ad neptes, *Caſſan. conſ. 53.
col 13., Gabriel. concluſ.1. de verbor. ſignific. lib.
6. num.95.*; diverſitas verò rationis reſultat ex
eo, quod filiæ, de quibus loquitur Teſtator,
48 nedum natæ erant, & cognitæ, ideoque eidem
magis dilectæ, *Surd. de Aliment. tit.9. quæſt.36.
num.31., & deciſ.66. num.8.*, adeout erga illas
moveri potuerit ſpeciali affectione, quæ conſide-
rari nequibat erga neptes, naſcituras, & inco-
gnitas, per *Text. in leg. qui filiabus 17. in princ.
ff. de legat.1., & in leg. ſi quis in ſuo §. Legis
Cod. de inoffic. Teſtam., Card. de Luc. de Fidei-
comm. diſc. 38. num. 11.*, & optimè ad rem ar-
guit *Rot. cor. bon. mem. Emerix jun. deciſ.359. n.
10.*, ibi = *Tertia colligitur ex eo, quod filiæ Ga-
brielis de tempore conditi teſtamenti erant jam na-
tæ, & Teſtatori cognitæ, ac dilectæ, prout appa-* 49
*ret ex Legato, ipſo facto, neptes verò, uti non-
dum natæ, incognitæ, undè oritur præſumptio,
quod, quando in teſtamento fit mentio de filiabus, in-
telligatur ſolum de filiabus primi gradus, non de
neptibus* = quibus conſonat *Cyriac. contr.8. n.107.
& 108.*, ità bene concludens = *Ex quibus patet,
diverſam eſſe rationem inter natos, & naſcituros,
adeo quod non procedit argumentatio: ſi vocavit fi-
lium, ergo etiam nepotem naſciturum.* =

Verum præterea Teſtator ſciebat, illas reli-
gioſam vitam domi ducere velle, ut expreſſit in 50
foliis, teſtamento annexis, & hâc ratione præ-
cipuè motus fuit ad concedendam proximiorita-
tem Parentibus illarum filiarum, ut ſuadet pri-
mo loco vicinitas, ſeu connexitas actuum, & ora-
tionis, per quam unus præſumitur factus in ſe-
quelam, & correſpectivitatem alterius, *Gratian.
diſcept. 624. num.10. cum plurib. ſeqq., Guttier.
practic. quæſt. lib.5. quæſt.47. nu. 5., Giurb. dec.
115. nu.20., & 21., Rot. penes Giovagn. reſponſ.
23. num.19., & ſeqq. lib.2., & deciſ.385. nu. 2.
part.15. rec.*, immediatè enim poſt factam men-
tionem dd. filiarum, cum illa expreſſione, quod 51
optabant eſſe ſimpulatrices, juxtà verba relata
ſuperiori *§. Hanc autem*, conceſſa apparet illa-
rum Parentibus proximioritas ad eum præciſum
effectum = *che le loro figliole ſiano elette ad eſſere
alimentate* =; unde perſpicuum fit, Teſtatorem
ità diſpoſuiſſe, intuitu videlicet, & reſpectu di-
ctarum filiarum dumtaxat, quarum voluntas ipſi
nota erat: idque comprobatur etiam naturali ra-
tione, & veriſimilitudine, juxtà quam Teſtator 52
cenſetur ſolummodò cogitaſſe de filiabus, paulò
ante nominatis, cognitis, & dilectis, non de ne-
ptibus naſcituris, & incognitis, ergà quas nul-
lo amoris impulſu ferebatur, *Rot. deciſ.574. nu.
9. part.4., deciſ.279. num.12., & ſeqq. part.6., &
deciſ.199. num.17. part. 19. recent.*; & tandem
clariſſimè evincitur certiſſimâ illâ Juris noſtri
regulâ, quâ traditur, actum ſemper referendum 53
eſſe ad eam cauſam, de qua conſtat, & quæ ma-
gis congrua eſt, *leg. cum ex filio §. Filio, ubi Gloſſ.
ff. de vulgar., & pupillar., Rot. dec.280. num.17.,
& duob. ſeqq., deciſ.287. num.26., & deciſ.291.
num.21. part.9. rec. tom.1., in Bononien. Fabricæ
1. Julii 1716. §. Minimè officiente coram Em̃o Al-
thann., & in Romana Dotis 25. Januarii 1717.
§. Verumtamen coram R.P.D. de Herrera*; quis
autem non dixerit, habilitationem ad proximio-
tatem in caſu noſtro magis congruere illis filia-
bus Teſtatori cognitis, prædilectis, & conditio-
nem Legato adjectam certò adimpleturis, quàm
aliis fœminis naſcituris, & incognitis, quarum
proinde voluntas quoad implementum d. condi-
tionis nota ipſi non erat; quamobrem juſtâ ratione 54
affirmari poſſe videtur, unicam, & finalem cau-
ſam d. habilitationis fuiſſe, quòd ipſe ſciret, illas
filias optaſſe fieri ſimpulatrices, & per conſequens
aliæ fœminæ, in quibus tempore conceſſionis
non militabat iſta ratio, d. habilitatione juvari
non poſſe, per ea, quæ tradunt *Bald. conſ. 302.
num.1. lib.4., Tuſch. lit. F. fol. mihi 954. n. 39.
Simon. de Præt. de interpr. ultim. volunt. fol. mi-*

hi

Digitized by Google

bi 326.num.39., & *45.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 321. num.25.*, & *68.*, *Camerell. de Legat. lib.2. pag. mihi 124. num.7.*, & *fol.125. num.18.*, *Gabriel. de verb. ſignif. concluſ. 1. lib. 6. num. 61.*, *Surd. de Aliment. tit.9. quæſt. 36. num.16.*, *Barboſ. appellat.99.num.113.*, *Capyc. deciſ.21. num.9.*, *Gamm. deciſ. Luſitan.160. num.8.*, *Rot. deciſ.172. num.8. part.14. rec.*

Et confert etiam animadverſio, videlicet Teſtatorem conceſſiſſe proximioritatem nonſim-
55 pliciter, & ad effectum, ut filiæ hujuſmodi proximiorum ad Legati participationem admitti poſſent, ſed præcisè ad hoc, ut actu admitterentur, & eligerentur, quippe dixit = *che le loro figliole ſiano elette* = non verò = *che poſſino eſſere elette* = illud autem verbum = *ſiano* = importat neceſſitatem quamdam eligendi, & exequendi voluntatem Teſtatoris, *Barboſ. de dict. uſufreq. dict. 374. nu. 2.*; adeòut Teſtator videatur præ-
56 cisè cogere voluiſſe heredes ad electionem illarum filiarum; quemadmodum enim paulò ſuperius volens, earum Parentes omnino connumerari inter proximiores, uſus fuit eodem ver-
57 bo = *ſiano connumerati* = ità quoque, ubi inferiùs dixit de filiabus = *che ſiano elette* =, cenſetur eas omnino eligi, voluiſſe, quia verba intelligenda ſunt in eo ſenſu, in quo Teſtator in eadem oratione accepiſſe videtur, *Rot. cor. bon. mem. Anſaldo deciſ.50. num.21.*, *in Bononien. Fideicommiſſi de Marſiliis 17. Februarii 1716. §. Eòque coram eodem*, & *in Romana*, *ſeù Interamnen. Fideicommiſſi 1. Martis ejuſdem anni §. Atque coram R.P.D. Cerro*.

Si autem Teſtator præcisè cogere voluit heredes ad electionem filiarum illorum proximiorum, qui nuper ad talem gradum aſſumpti fuerant, numquam dici poteſt, ipſum ultra dd. filias proſpicere voluiſſe aliis etiam fœminis deſcen-
58 dentibus, quia hujuſmodi coactiva electio, quæ benè congruit illis filiabus, de quibus paulò antè Teſtator mentionem fecerat, enunciando, illas eſſe velle ſimpulatrices, incongrua tamen, & abſona eſt reſpectu aliarum fœminarum, quarum voluntas Teſtatori innoteſcere non poterat, neque enim veriſimile eſt, ipſum, neglecto ordine naturalis proximitatis cogere voluiſſe heredes ad eligendas illas fœminas, quæ ignotum erat, quam vitam eſſent ducturæ; quamobrem concludere oportet, in concedenda proxi-
59 mioritate reſpectum habuiſſe ad ſolas filias illorum, qui habilitati fuerunt, cum ipſis, & non aliis verba diſpoſitionis conveniant, & adaptentur, ad notata per *Corn. conſ.290. nu. 5.*, *Alciat. reſp. 98. nu.6.*, *Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt. 94. num. 11.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 321. nu. 91.*, *Rot. coram Dunoz. jun. deciſ. 557. num. 4.*

Quod rursùs confirmatur aliâ efficaciſſimâ ratione, deſumptâ ex foliis, in quibus d. proximioritas tributa fuit, ibi namque, notatu dignum eſt, quod in longa ſerie tot proximiorum eorum filiorum, & filiarum, quæ diligentiſſimè deſcribuntur, præter nonnullas, quæ jam domi religiosè vivebant, nulla fit mentio aliarum, fœminarum, quæ optarent eſſe ſimpulatrices, ſolumque poſtremo loco, cum deſcribuntur Maſculi, & fœminæ Joan. Franciſci Celii, & Balleonis Filozzi (qui duo ſunt ex remotioribus proximioritate donatis) id ſpecialiter expreſſum legitur, quod nimirum aliquæ illorum filiæ religioſam vitam domi ducere volebant, juxtà verba alibi relata, hæc autem expreſſio non casu, ſed conſultiſſimè facta cenſeri debet, ad hoc ut intelligeretur, Teſtatorem intuitu iſtiuſmodi pii deſiderii motum fuiſſe ad declarandum, eorum Parentes inſtar proximiorum cenſendos eſſe, ut nimirum ipſæ vota ſua, jam Teſtatori patefacta, poſſent implere; Alioquin ſuperflua fuiſſet expreſſio illa filiarum cum ea declaratione, quod optabant eſſe ſimpulatrices, ut etiam facienda
minimè fuiſſet taxativa mentio de filiabus in 60
concedenda proximioritate illarum Parentibus, quia, ſi Teſtator voluiſſet, d. proximioritatem ſuffragari omnibus fœminis deſcendentibus, exuberabat illam abſolutè conceſſiſſe, verbis illis = *che ſiano connumerati tra tutti li ſopranominati altri nel ſecondo grado &c.* = omiſsâ illâ ulteriori individuatione, ſeù potius reſtrictione = *In quanto, e reſpettivamente alla partecipazione, che le loro figliole ſiano elette ad eſſer alimentate* =; Cum enim in teſtamento vocatæ eſſent fœminæ proximiores ex proximioribus Conſanguineis, in foliis nominatis, eo ipſo, quod in foliis Balleonus connumerabatur inter proximiores, jam abſque aliâ explicatione intelligebatur, ad quem effectum id factum fuiſſet; Si igitur Teſtator voluit nihilominùs d. declarationem adjicere, &, cum facillimè poſſet in illa exprimere alias fœminas deſcendentes, id facere omiſit, dicendum eſt, eam declarationem præcisè adjeciſſe ad effectum reſtringendi proviſionem illam, proximioritatis indultæ, beneficio filiarum dumtaxat, juxtà optimum *conſil. Bald. 362. lib. 4. erga fin.*, ibi = *Senſus ergò eſt iſte, non quod dictio includat Liberos remotioris gradus, nam, ſi hoc eſſet, verbum filiarum ſuperflueret, & nihil operaretur, quod eſſe non debet* = *Rot. deciſ.279. num.9.*
10. & ſeq. part.6. rec., potiori verò jure ſequen- 61
da videtur hujuſmodi interpretatio, quia per eam fit reditus ad jus commune, cujus diſpoſitioni Teſtator ſe conformare voluiſſe præſumi-
tur in caſibus literaliter non exceptis, *Simon. de* 62
Pret. de interpret. ultim. volunt. pag. mihi 326. num. 40., *Mantic. de conject. lib.8. tit.8. nu.5.*

Longiùs profectò, quam par erat, & Cauſæ neceſſitas expoſcebat, immorati fuiſſe videri poſſumus in excludenda comprehenſione neptum, & aliarum Deſcendentium ſub d. particulari proviſione factâ in foliis, teſtamento alligatis, quando id ultro admittere videtur ipſamet contraria deciſio, dum illarum vocationem non ex dd. foliis, ſed ex teſtamento deſumit, ut in *§. Vis namque*; Verùm non abs re ità egimus nec fruſtrà laboraſſe putamus in demonſtranda tot rationibus, & argumentis hujuſmodi excluſione, in qua momentum omne hujus Cauſæ conſiſtere ex infra dicendis clariſſimè percipitur; Fallitur enim contraria deciſio, fundans voca-

tionem D. Eliſabeth in teſtamento; in eo quip-
pe vocantur fœminæ proximiores, ibi = *mando, & jubeo, quod meæ proximiores &c. ſemper præ-
ferantur* =, hanc autem qualitatem proximiori-
tatis, a qua pendet vocatio, deſumere oportet à
foliis, in quibus proximiores deſcripti fuerunt,
cumque, ex ſupradictis, proximioritas, ex dd.
foliis deſumpta, non ſuffragetur D. Eliſabeth, inde
63 ſequitur, ipſam, veluti deſtitutam qualitate pro-
ximioritatis, tribuentis capacitatem ſuccedendi
in teſtamento, vocatam dici non poſſe, benè
*Rota deciſ. 1. num. 50., in Mantiſ. ad clar. mem.
Card. de Luc. de Statut. ſucceſſ., & in Arimi-
nen. Fideicommiſſi* 10. *Februarii* 1719. *§. Nam
linea coram R. P. D. Roavult. de Gamaches, & in
Firmana Fideicommiſſi ſuper manutentione* 16.
Martii 1722. *§. Non autem coram Illmo Falco-
nerio*; A ſumptum verò contrariæ deciſionis d.
§. Vis namque procederet, ſi proximioritas, in
foliis donata, eſſet generalis, & perpetua pro
omnibus Deſcendentibus, tunc quippe vale-
64 ret argumentum: in teſtamento vocantur fœmi-
næ deſcendentes à proximioribus deſcriptis in
foliis; Inter proximiores autem, in foliis de-
ſcriptos, numeratur etiam Balleonus, ergò D.
Eliſabeth deſcendens à Balleono eſt vocata; At
aliter res ſe habet, quando, ut in hypotheſi, pro-
ximioritas in foliis donata, non eſt generalis, &
perpetua pro omnibus, ſed in litera ſpecialis
eſt, & temporalis favore filiorum dumtaxat,
tali namque caſu non valet argumentum prædi-
ctum, quia favore d. Eliſabeth non verificatur,
Balleonum eſſe connumeratum inter proximio-
res, ideoque deficit qualitas inductiva vocatio-
nis, quæ eſt proximioritas.

Ex eo autem, quod in teſtamento non fuerit
reſtrictum commodum Legati ad ſolas filias,
65 ſed ad ulteriores quoque Deſcendentes proten-
ſum, ut inquit contraria deciſio, inferri quidem
poteſt vocatio in genere, & in abſtracto omnium
fœminarum deſcendentium à Conſanguineis,
nominatis in foliis, ſed non vocatio in concre-
to, quia illa reſtringitur ad quatuor fœminas
proximiores dumtaxat, ut, bene diſtinguendo
unam ſpeciem vocationis ab alia, explicat *Rota
d. dec. 1. num. 46. & ſeqq., in Mantiſ. ad clar. me.
Card. de Luc. de Statut. ſucceſſ.*, ideòque non
66 ſufficit pro Legato realiter aſſequendo alle-
gare vocationem in genere, & in abſtracto, niſi
ulterius concurrat qualitas proximioritatis, ſub
qua fœminæ vocatæ fuerunt, *Menoch. conſ. 79.
nu. 103., Caſtill. contr. jur. tom. 6. cap. 136. n. 68.
& ſeq. cap.* 180. *num. 16., Mierez. de majorat.
part. 2. quæſt. 6. nu. 68., Pegaſ. de majorat. part. 2.
cap. 10. nu. 1., Larrea deciſ. Granaten. 33. n. 33.*,
quam ſane qualitatem non probat D. Eliſabeth,
quia naturalem non habet, fictam verò per pri-
67 vilegium allegare nequit, dum intuitu filiarum
dumtaxat indulta fuit; Undè ipſa, quamvis ex-
cluſa dici non debeat, attamen, uti carens qua-
litate naturalis proximioritatis, non poteſt de
prælatione contendere cum D. Maria, d. præro-
gativâ pollente, quia prælatio à Teſtatore data
68 proximioribus, ſi aliàs remotiores non excludit,
ſaltem inducit ordinem ſuccedendi, cujus vigo-
re prius admittendæ ſunt proximiores, quam
aliæ remotiores, *Rudulphin. allegat.* 100. *num.* 8.
& ſeq., Rota coram Zarat. dec. 19. num. 8.

Jam vero ex his patet, momentum omne hu-
jus Cauſæ in eo verti, an ſcilicet proximioritas
in foliis donata Balleoni Filotio, & aliis, ſit
perpetua ad effectum admittendi omnes fœmi-
nas ab illis deſcendentes, ſive potius temporalis,
& reſtricta ad filias dumtaxat primi gradus; ſi
enim illa reſpicit favorem omnium Deſcenden-
tium, utique libenter aſſentior, prodeſſe poſſe
etiam D. Eliſabeth, quæ tali caſu rectè in teſta-
mento vocata diceretur; Si verò proſpicit ſolùm
filiabus primi gradus, certum eſt, D. Eliſabeth
in teſtamento vocatam dici non poſſe, vel ejus
vocationem, utpotè generalem, & in abſtracto
ſine requiſito proximioritatis non ſuffragari; In
hoc autem puncto contraria Deciſio in *§. In the-
mate & ſeq.*, agens de d. habilitatione Balleoni,
ſupponit, illam eſſe profuturam omnibus De-
ſcendentibus, ſed id nullo pacto probat; vice
autem verſâ ex hactenùs dictis luculenter con-
ſtat de illius reſtrictione ad filias tum ex natura
diſpoſitionis, tum ex proprietate verborum,
tum ex ſpecialitate rationis, tum demum ex vo-
luntate Teſtatoris; atque inſuper addi poteſt,
quod, cum ex his, atque etiam ex inter ſe pu-
gnantibus deciſionibus, dubia ſaltem reddita
dici debeat proximioritas, à qua pendet prælatio
D. Eliſabeth, quippè quæ non ex litera teſta-
menti, ſed per interpretationem, deſumptam
ex conjecturis dumtaxat, elici poteſt, *Rot. coram* 69
*Bich. deciſ. 62. num. 15. & ſeqq., coram Cerro de-
ciſ. 538. num. 3. & ſeqq., deciſ. 88. nu. 7. & ſeqq.
inter collect. apud Palm., in rec. dec. 279. nu. 32.
part. 6.*, firmantes, *dubium, & incertum ſemper
eſſe id, quod ex conjecturis elicitur, quia contra-
riis conjecturis elidi facilè poteſt*; nullo pacto ipſa
concurrere poterit cum D. Maria, habente pro- 70
ximioritatem certam, & veram, & vincere il-
lius vocationem expreſſam cum tacita conjectu-
rali, dubia, & incerta: Id enim *nihil aliud* 71
*eſſet, quàm, omiſſâ veritate, umbram ſectari, &,
neglectâ proprietate vocabuli, ad conjecturas ſe
vertere*, ut ait *Pegaſ. de majorat. tom. 1. cap. 6.
num. 62. in fin. fol. mihi* 394.; Rectè propterea
obtinuit contraria regula, nimirum, quod ex- 72
preſſa vocatio vincit tacitam, quodque prælatio
tribuenda ſemper eſt perſonis, expreſsè vocatis,
& ſub proprietate verborum comprehenſis, omiſ-
ſis aliis, ad quas, nonniſi tacitè, & impropriè
vocatio extendi poteſt, argumento *Text. in leg.* 73
*omnia, quæ teſtamentis, alias leg. cum ita legatur
33. §. In fideicommiſſis ff. de legat. 2., Alexand.
in leg. 1. ff. de verbor. oblig., Cephal. conſ. 158.
num. 15., Valenz. conſ. 23. num. 143., Menoch.
de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 87. num. 2., & præ-
ſumpt. 109. num. 22., Molin. de Primog. lib. 1.
cap. 4. nu. 32. & ſeq., Pegaſ. de majorat. part. 2.
cap. 10. num. 3. & ſeqq., Saminiat. controv. 201.
num. 4. & ſeq., Manſ. conſult. 40. nu. 10., & alii
in noſtra 1. deciſ. §. Quemadmodum.*

Hæcque ſatis, ſuperque ſunt, ut quæſtio hæc
de-

deſinienda videatur favore D. Mariæ Garulli,
74 non attentâ majori ætate D. Eliſabeth, utpotè ſolum conſiderandâ in paritate gradus, ubi ſcilicet æqualis proximioritas in utraque concurreret, *Torr. de ſucceſſ. in Primog., & majorat. Ital. part. 1. cap. 40. num. 62., & cap. 41. num. 46. & ſeqq.*, & admittitur in utraque deciſione hujus Cauſæ.

Cavallicen. hereditatis.

Sub cenſura *L. hac edictali Cod. de ſecundis nuptiis* prohibentis, ne ſecundo Conjugi plus, quàm uni ex filiis prioris Matrimonii relinquatur, non cadit diſpoſitio favore uxoris, tendens non ad ipſius, ſed filiorum, ex ea ſuſceptorum, commodum: Et, quatenus exceſſiva, non in totum, ſed in parte dumtaxat excedente corruit.

VOTUM XXII.

1 *Diſpoſitio* L. hac edictali Cod. de ſecundis nuptiis, *quando locum habeat vel non?* & nu. 2. & ſeqq.

2 *Conjux binubus prohibetur plus ſecundo Conjugi relinquere, quàm uni ex filiis prioris Matrimonii.*

3 *Si quid autem plus reliquerit, id habetur pro non ſcripto, ac filiis tàm primi, quàm ſecundi Matrimonii æqualiter defertur.*

4 *Sic etiam corruit inſtitutio ſecundæ uxoris, facta cum onere reſtituendi filiis ſecundi Matrimonii.*

5 *Procedit nedum quoad illius inſtitutionem, ſed etiam quoad fideicommiſſum, eorum favore conditum.*

Declara, hæc locum habere, ſi aliquod uxori commodum indè obveniat, num. 23.

Si ſecus, ſuſtinetur diſpoſitio ejuſmodi, n. 24.

6 *In diſpoſitione, ex qua ſecundæ uxori nullum obveniat commodum, locum habere nequit probibitio* L. hac edictali Cod. de ſecundis nuptiis.

7 *Diſpoſitio ad commodum ſecundæ uxoris, & in fraudem* Leg. hac edictali *facta cenſetur, ſi ei, in viduitate permanenti, nedum Bonorum adminiſtratio, ſed etiam diſpoſitio fructuum hereditariorum relicta fuit.*

8 *Et, ſi in caſu prædeceſſus filiorum, etiam proprietas ad illam pertinere potuiſſet.*

9 *Itemque, ſi commiſſa ei fuit filiorum tutela, cum plena liberatione à redditione rationis, & à reliquatus præſtatione.*

Et quando eadem fraus excludatur? num. 16. & ſeqq.

10 *Probibitio* L. hac edictali Cod. de ſecundis nuptiis *non ſicut in teſtamento condito à Matre binuba, locum habet in altero condito à Patre binubo.*

Contrarium, quod æquè in utriſque locum habeat, num. 12. & 13.

11 *Pater binubus non ità facilè ſeducitur amore uxoris, ut iſta amore viri in præjudicium filiorum prioris Matrimonii.*

13 *Probibitionis* L. hac edictali Cod. de ſecundis nuptiis *ratio, & finis eſt, ne Parentes amore novi Conjugis Liberos privent ſuos.*

14 *Quæ ratio non ſolùm in Matre, ſed in Patre etiam procedit.*

15 *Patres enim amore novercarum ſuos exheredare filios, quotidiana docet experientia.*

17 *Pater binubus non prohibetur, ſalvâ Legitimâ filiorum prioris Matrimonii, plus filiis ſecundi Matrimonii relinquere.*

18 *Pater binubus nil nocet filiis prioris Matrimonii, ſi ad favorem filiorum ſecundi diſponens, utatur miniſterio Matris, nullam indè commodum ſentientis.*

Cum etiam extraneo uti poſſit, ibid.

19 *Fideicommiſſum à Muliere binuba ſecundo viro injunctum, & favore filiorum collatum in tempus, quo ſui juris exiſterent, ſuſtinetur.*

20 Textus in L. Mulier quæ in princ. ff. ad ſen. conſ. Trebell. *non fuit correctum* per Leg. hac edictali Cod. de ſecundis nuptiis.

21 *Probibitioni* L. hac edictali Cod. de ſecundis nuptiis *non ſubjacet diſpoſitio tendens ad filiorum, non ad Parentum commodum.*

Hacque communis eſt opinio, & n. 22. & 24.

Procedit, ſive purè, ſive ſub conditione eadem diſpoſitio concepta ſit, num. 27.

25 *Heres potiùs fiduciaria, quàm vera heres cenſenda eſt ſecunda uxor, quæ non ad ſui, ſed filiorum commodum ſit inſtituta.*

26 *Heres eo modo inſtitutus, ut nequeat ſuos facere fructus perceptos, atque integram teneatur hereditatem reſtituere, fiduciarius habendus eſt.*

28 *Heredi fiduciario uſusfructus expreſsè probibitus cenſetur.*

29 *Heredi fiduciario, ſi pendente conditione ſubſtitutus decedat, non ideò hereditas adquiritur, ſed hæc tranſmittitur ad ſubſtituti heredes.*

30 *Diſpoſitio favore ſecundi Conjugis ſpem præferens ſuccedendi, dumtaxat remotiſſimam, in fraudem* L. hac edictali *facta dici nequit.*

31 *Ex Tutoris officio non utilitas, ſed potiùs onus, periculum, incommodum reſultat, atque damnum.*

32 *Uxoris tutricis liberatio à redditione rationis fraudem non arguit, ac ſimulationem in præjudicium filiorum.*

33 *Teſtatores ſolent ad tutelam filiorum ſuſcipiendam invitare uxores ſub cautione rationis non reddendæ.*

34 *Liberatio Tutoris à redditione rationis, de ſcrupuloſa dumtaxat intelligitur.*

Et reliquatus futurus non cenſetur Tutori remiſſus, niſi ceſſante dolo, ibid.

35 *Uxoris tutricis liberatio à rationis redditione nequit dici facta in fraudem filiorum, quoties ei Teſtator omne probibuit commodum, ex hereditate percipiendum.*

36 *Textus in* Leg. hac edictali Cod. de ſecundis nuptiis *inſtitutionem exceſſivam Patris binubi non annullat in totum, ſed in eo, quod excedit.*

Jo-

Digitized by Google

JOANNES Pergounx, cui duæ tantùm filiæ
fœminæ, nempè Margherita, & Franciſca
ex priore Matrimonio erant, ſecuodas con-
traxit nuptias cum D. Alice de Stales, ex
qua ſuſcepit Petrum, Urſulam, Franciſcam,
Margheritam, & Urbanam filias, deindèque
ſuum ultimum condidit teſtamentum, in quo
relictis ſolidis quinque filiabus prioris Matrimo-
nii, ultra dotem cuilibet ipſarum reſpectivè
conſtitutam, totidemque Legatis etiam filiabus
ſecundi, pro omni, & toto eo heredem ſuam
univerſalem inſtituit D. Alicem, cum onere ta-
men *di rendere, e reſtituire* (*ſunt verba teſta-
menti*) *i ſuoi Beni, & eredità alli figlioli, che eſſa
hà avuto dal detto Signor Teſtatore, caſo, che
venga a rimaritarſi; E non rimaritandoſi, ſubito
doppo la morte di eſſa Signora de Stales, Avvan-
taggiando ſopra i dd. ſuoi Beni, & eredità, quel-
lo, a quelli delli dd. figlioli, conforme le parerà,
ſenza che eſſa, o li ſuoi poſſino detrarre la trebel-
lianica, falcidia &c., e, durante il tempo, che
la detta Signora de Stales goderà della d. eredità,
vuole il d. Teſtatore, che laſci nella maſſa della
ſua eredità la ſua dote, la quale d. ſua moglie hà
gravato di mantenere, e alimentare li detti cinque
figlioli, ſeconda la facoltà di d. ſua eredità, fino
che ſi maritino, o che ſi faccino di Chieſa, conſti-
tuendoli delli Beni ereditari di detto Teſtatore
una dote competente, e dopo, che averà maritato,
o monacato le dd. Zitelle, ſarà tenuta di laſciare
il reſiduo della detta ſua eredità al d. Signor Pie-
tro Pergounx loro figliolo.*

Ulterius gravavit D. Alicem ad ſolvendum
onera hereditaria cum fructibus, & uſufructu
ſuæ hereditatis, nec non conficiendum inventa-
rium domeſticum, tribuendo eidem facultatem
vendendi, & alienaodi fructus, & mobilia hè-
reditaria, cum onere tamen ea reinveſtieodi ad
commodum d. ſuæ hereditatis.

Et tandem, benè cogitans, Margheritam, &
Urbanam adhuc ætatem pupillarem non excé-
dere, commiſit earum tutelam D. Alici, cum
liberatione ab omni redditione rationis, & præ-
ſtatione reliquatus, quem ipſi jure Legati reli-
quit.

Deceſſit Teſtator anno 1654.; delatâque he-
reditate ad D. Alicem, nulla ei, quamdiù vi-
xit, hujuſmodi teſtamenti facta fuit controver-
ſia, ſed, cum aliquot poſt annos etiam ipſa ob-
jiſſet, ſcripto ſibi herede Petro Pergounx filió
ſuo, heredes Margheritæ filiæ, ex priori Matri-
monio ſuſceptæ, conqueſti fuerunt, Teſtatorem,
novercalibus illecebris inductum, modo prædictò
diſponendi fraudem feciſſe *Legi hac edictali C.
de ſecundis nuptiis*, ideòque orta fuit quæſtio in-
1 ter illos, & D. Petrum, an in præſenti intraret
cenſura d. *Legis*, ſuper qua quæſtione mihi, pro
veritate conſulto, dubitari poſſe videbatur, lo-
cum habere præfatam edictalem ſanctionem,
2 quoniam in ea expreſsè prohibetur Conjux, trao-
ſiens ad ſecunda vota, illo titulo plus relinquere
ſecundo Conjugi, quàm uni ex filiis prioris
Matrimonii, ità ut, ſi ſecus diſponat, id, quod
plus reliquerit, vel donaverit etiam, quantum-
cumque fuerit minimum, tamquam non ſcri-
ptum, neque relictum, aut donatum, vel da- 3
tum deferatur filiis tum prioris, tum ſecundi
Matrimonii, & inter eos, ex æquo dividantur,
ut, relatis concordantibus, tradunt *Eugen. conſ.
1. à num. 35. & ſeqq. lib. 2., Theſaur. deciſ. 170.
num. 4. & ſeqq., Maſtrill. deciſ. 175. num. 14. &
ſeqq., Rota deciſ. 52. num. 8. & 9. coram Priolo,
& in Avenionen. hereditatis 20. Januarii 1700.
§. Reſidebat & ſeq. coram R. P. D. Anſaldo*, &
in ſpecie, quod, ſi maritus binubus ſibi heredem
inſtituerit ſecundam uxorem, eamque gravave- 4
rit onere reſtituendi filiis ſecundi Matrimonii,
talis diſpoſitio, uti facta contra prohibitionem d.
Legis hac edictali, non ſolùm corruat quoad
inſtitutionem, ſed etiam quoad fideicommiſ- 5
ſum conditum ad favorem filiorum, latè firmat
Bald. conſ. 336. vol. 3., quem ſequitur *Bertrand.
in repetit. ejuſdem Legis verſ. ſi verò plus num. 23.
in fine*, & pleniùs *Surd.*, qui reſpondet omnibus
contrariis fundamentis, *conſ. 250. à nu. 17. uſque
in fin. lib. 2., Cancer. variar. reſol. part. 3. cap. 15.
num. 339. & 345.*, ubi in quadam facti contin-
gentia ita ſe reſpondiſſe, teſtatur.

Neque ab hac juſta, æquiſſimaque edictali
prohibitione diſcedi poſſe, dicebatur ſub præte- 6
xtu, quod D. de Stales heres inſtituta cum one-
re reſtituendi, nullum ſenſerit commodum ex
hujuſmodi inſtitutione, nam, cum ipſa non fue-
rit gravata onere reſtituendi filiis ſtatim, & pu-
rè, ſed ſub conditione, ſcilicet in caſum obitus,
vel tranſitus ad ſecunda vota, nec illi fuerit in-
terim prohibitus uſusfructus, innegabile quidem 7
eſt multiplex commodum, & emolumentum,
quod exindè eidem reſultavit, vel reſultare po-
tuit, tum quia, quamdiù vixiſſet, & in vidui-
tate permanſiſſet, gaudere poterat nedum ad-
miniſtratione omnium Bonorum, ſed etiam di-
ſpoſitione fructuum hereditariorum, quod im-
portare commodum conſiderabile, & ſufficiens
ad reddendam totam diſpoſitionem ſuſpectam
de fraude, adnotant *Surd. d. conſ. 250. num. 29.
lib. 2., Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſ. 8.
part. 4. ſub nu. 82. verſ. ſecus, ſi uno tantùm caſu,
Hodiern. in ſuo particulari tract. ad leg. hac edi-
ctali quæſt. 28. ex num. 19. cum ſeqq., & ſignanter
num. 23. & 36., cum aliis adductis per Rotam in
d. Avenionen. hereditatis §. Fortiùs autem coram
R. P. D. Anſaldo*, tum etiam quia, ſi fortè filii,
8 quibus facienda erat reſtitutio, deceſſiſſent, an-
tequam diem ſuum obiret D. de Stales eorum
Mater, vel ad ſecuoda vota migraret, certè ipſa
remanſiſſet irrevocabiliter domina totius ſub-
ſtantiæ rerum, & proprietatis, ex quo magis ſu-
ſpectam reddi controverſam diſpoſitionem, &
factam cenſeri ad excludendam proviſionem
Leg. hac edictali, animadvertunt *Surd. d. conſ.
250. num. 34., & Hodiern. in d. Leg. hac edictali
dicta quæſt. 28. num. 23. & ſeqq.*, ubi ceteri con-
cordan., tum denique, quia D. de Stales com- 9
miſſa fuit tutela duarum ſuarum filiarum, cum
plena liberatione à redditione rationis, & à præ-
ſtatione reliquatus, undè manifeſtum fit, Te-
ſtatorem unicè reſpexiſſe ad commodum, & uti-
li-

Digitized by Google

litatem ſecundæ uxoris, totamque teſtamenti
diſpoſitionem ordinaſſe illius contemplatione,
& conſequenter fraudem feciſſe L. hac edictali,
ut ex hac præciſa circumſtantia ponderavit Eu-
gen. d. conſ.1. num.29. verſ. item gravavit, Rot.
coram Priolo dec.52. num.15. & ſeqq., & in dicta
Avenionen. hereditatis §. Addito præſertim cor.
R.P.D. Anſaldo.
Fraudemque non tollit ponderatio, quod
10 verſemur in teſtamento condito à Patre binubo,
qui, cum non ità de facili ſeducatur amore
uxoris, prout iſta amore viri, in præjudicium fi-
liorum prioris Matrimonii, prohibitio Legum
non operetur adverſus illum, quemadmodum
11 urget contrà Matrem binubam, ut, benè inter
unum, & alterum diſtinguendo, probat Ho-
diern. in dicto ſuo comment. ad leg. hac Edictal.
quæſt.1. à num.17. uſque ad 22., quoniam in ea-
dem Lege expreſsè prohibetur uterque Conjux
12 in ſecundum Conjugem transferre plus, quàm
reliquerit uni ex filiis prioris Matrimonii, & ſi-
gnanter ſub initium ibi = Pater, Materve = ; eâ
præſertim ratione, ne ſcilicet Parentes amore
13 novi Conjugis injuriam adverſus Liberos ſuos
teſtamentis inducant, ut, explicando Text. in
dicto leg. hac Edictali, obſervant Lancellot.
Gall. conſ.18. num.50., Simon. de Præt. de in-
terpret. ultim. volunt. lib. 7. interpret. 1. dub. 1.
num.79., Theſaur. deciſ.170. ſub num.5. verſ.4.
facit, Rot. deciſ.432. nu. 2. part.1. diverſ., quæ
ſanè ratio cum æquè procedat in Matre, ac in
14 Patre, dum quotidiè experimur, Patres, no-
vercalibus delinimentis irretitos, compelli ju-
dicium ferre contrà proprium ſanguinem, filioſ-
que exheredare, ut ait Text. in leg. non eſt enim
4. de inoffic. teſtam., ſequitur, in utroque pro-
cedere debere eamdem Legis diſpoſitionem, ut,
15 reprobato in ſpecie Hodiern. ſuperiùs allegato,
de veriori, & magis communi teſtantur, Lu-
dovic. Bell. conſ.81. num.18., & conſ.84. ex nu.
4., Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. Gloſſ. 8.
part.4. num.14., & 15., de Marin. reſolut. jur.
lib.1. cap. 274. ex num. 12., cum ſeqq., Capyc.
Latr. conſult.118. ex num.1. ad 10., Ricc. in ad-
dit. ad Franch. deciſ. 583. ſub initium verſ. item
adde, Rovit. deciſ.12. num.10., & ſeqq.
Verum, etſi hæc omnia maximè urgeant,
adhuc tamen verius eſſe cenſerem, teſtamen-
26 tum, de quo agitur, non ſubjacere diſpoſitio-
ni dict. leg hac Edictali, quia, ſi rectè perpen-
dantur omnes prædicti teſtamenti partes, illæ
quidem præſeferunt, Teſtatorem valdè confi-
diſſe de ſecunda uxore, ſibi benè nota, ejuſque
operâ, & miniſterio uti voluiſſe, ut per illam
omnia Bona ſua pervenirent ad filios, ex ea ſu-
ſceptos, nullatenùs verò, ut ipſa aliquid exin-
de commodum, ſeù emolumentum ſentiret,
quod neutiquam repugnare videtur dict. leg. hac
Edictali, quæ tantùm prohibet, ne Pater bi-
17 nubus plus conferat ſecundæ Conjugi, quàm uni
ex filiis prioris Matrimonii, non autem vetat,
quod poſſit plus dare filiis ex ſecundo, quàm
aliis, ex priori Matrimonio procreatis, dum-
modo iſtis, prout in hypotheſi, Legitimam por-
tionem, de jure naturæ debitam, relinquat, ut de
veriori, magiſque recepta Doctorum ſententia
teſtatur Michalor. de fratribus part.3. cap.13.nu.
133., & ſeqq. uſque in fin., Merlin. de legit. lib.
4. tit.2. quæſt. 3. num.2., Hodiern. ad dict. leg.
hac Edictali quæſt. 1. ferè per tot., quam ſecu-
ta fuit Rota coram Gregor. deciſ.173. num. 2.,
& deciſ.443. num.1., & per tot., & deciſ. 432.
num.7. part.1. diverſ., cum aliis adductis in A-
venionen. Hereditatis 20. Januarii 1700. §. Hinc
abſoluto coram R. P. D. Anſaldo, confirmata 2.
Julii ejuſdem anni §. Et ſanè coram R. P. D.
Scotto, & in Lauretana Immiſſionis 12. Februa-
rii pariter ejuſdem anni ſub §. Tales profectò co-
ram R.P.D. Priolo, cumque propterea commo-
dum, ex controverſa diſpoſitione reſultans, fi- 18
liis dumtaxat quæreretur, nihil eis nocere de-
bet, quod Pater fuerit uſus miniſterio Matris,
dum & extraneo uti potuiſſet, ut in ſimili facti
facti ſpecie reſpondit J. C. in leg. Sulpitius 50.
ff. de Donat. inter vir., & uxor., ubi hæc ha-
bentur = Sulpitius Marcello ſalut. &c. Mulier,
quæ ad communem filium volebat, qui in poteſtate
Patris erat, poſt mortem Patris fundum perve-
nire, eum Patri tradidit, ut poſt mortem reſti-
tuatur filio, quæro, an donatio tibi videatur,
ut nihil agatur, an valeat quidem, ſed mulie-
ri poteſtas detur, ſi voluerit, eum repetere.
reſpondit: ſi color, vel titulus (ut ſic dixerim)
donationi quæſitus eſt: nihil valebit traditio,
ideſt, ſi hoc egit Mulier, ut aliquid ex eo re
interim commodi ſentiret Maritus: alioquin,
ſi ſolo ejus miniſterio uſa eſt, & id egit, ut
vel revocare ſibi liceret, vel ut res cum omni emo-
lumento per Patrem poſtea ad filium tranſiret,
cur non id perindè ſit ratum, ac, ſi cum extraneo
tale negotium contraxiſſet? hoc eſt extraneo in
hanc cauſam tradidiſſet = idemque, Legem hinc
ſummoperè commendando, probant Fachin.
contr. jur. lib.3. cap.66. per tot., Cancer. var. re-
ſolut. part.3. cap.15. num.341., Tondut. reſolut.
Civil. part.1. cap.50. num. 47., ubi, quod tali
caſu non habet locum diſpoſitio leg. hac Edi-
ctali quæſt.1. num.67., & 71., & in terminis eſt
alter Text. in leg. Mulier quæ in princ. ff. ad Sen.
Conſ. Trebell., ubi ſuſtineri pariter, reſpondit
Ulpian. fideicommiſſum injunctum ſecundò 19
viro à muliere, ſecundò nubente, in benefi-
cium filiorum collatum in tempus, quo ſui ju-
ris exiſterent, ut ibi adnotant Angel., Paul. de
Caſtr., Raphael. Imol., & Alexander, dicen- 20
tes, Textum iſtum non fuiſſe correctum per di-
ctam legem hac Edictal., quia commodum non
Marito ſed filiis quærebatur, & ſequitur Ber- 21
trand. in repetit. dictæ legis hac Edictali ſub ini-
tium num. 56. verſ. tertiò Baldus, ubi commu- 22
nem hanc opinionem eſſe, dicit Hodiern. ad
eamdem leg. quæſt. 1. num. 68., & quæſt. 28. à
nu.1. & ſeqq., Mart. voto Piſan.67. nu.20., & 21.
Quibus non adverſantur auctoritates in con-
trarium adductæ, firmantes, quod non valeat
inſtitutio facta ad favorem ſecundi Conjugis,
cum

cum onere reſtituendi filiis ſecundi Matrimo-
23 nii, utpotè qui loquuntur in caſu, io quo ex heredis inſtitutione, & onere reſtituendi ſecundus Conjux aliquod recipiat commodum, & utilitatem, ut patet ex eorum lectura.

At res aliter ſe habet in hypotheſi, nam Teſtator, poſt ſcriptam ſibi heredem D. de Staies,
24 eamdem gravavit in caſum obitus, vel tranſitus ad ſecunda vota onere reſtituendi hereditatem Petro Pergounx filio ſuo, abſque eo quod ipſa, vel ejus heredes facere poſſent detractionem ullam, ſive ex cauſa trebellianicæ, aut ſaleidiæ &c.; Prætereaque nedum voluit, quod D. de Stales ex fructibus, interim ex hereditate percipiendis, ſubminiſtraret alimenta neceſſaria dicto Petro unico filio maſculo, ac quatuor filiabus fœminis, ex ea ſuſceptis, uſque ad tempus nuptiarum, nec non ſolveret debita hereditaria, verùm etiam ordinavit, quod conficeret inveotarium domeſticum, tribuendo eidem facultatem vendendi, & alienandi fructus, cum onere tamen illos reinveſtiendi ad commodum ſuæ hereditatis, undè evidens, & apertum fit, hanc ſecundam Conjugem non ad ſui commo-
25 dum, ſed filiorum fuiſſe inſtitutam, itant ipſa dicenda ſit heres fiduciaria, ſeù potiùs nuda miniſtra, & executrix voluntatis Teſtatoris, & conſequenter præfata diſpoſitio non cadat ſub cenſura dictæ *legis hac Edictali*, ut, omiſſis generalibus, in terminis docuit *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.5. Gloſſ.* 8. *part. 4. à num.* 74., *& ſeqq.*, qui, licèt loquatur de Conjuge non habente, niſi filios prioris Matrimonii, attamen non movetur ex hac circumſtantia, ſed ex eo, quod ſecunda uxor, prout in hypotheſi, fuerit heres inſtituta, cum onere reſtituendi filiis integram hereditatem, prætereaque nequiret fru-
26 ctus interim perceptos ſuos facere, ullam quartam detrahere, & aliquod emolumentum ex heredis inſtitutione percipere, proindeque heres fiduciaria, & potiùs ut cuſtos Bonorum, & miniſtra, quàm uti vera heres electa cenſeretur, & ſequitur *Hodiern. ad dict. leg. hac Edictali dict. quæſt.*28. *num.*30.

Quapropter non obſtat, quod non purè, ſed ſub conditione facienda eſſet reſtitutio, ut enim redargui poſſit diſpoſitio, in qua heres inſtituta reperiatur uxor cum onere reſtituendi, ſolùm attenditur, an ipſi ex tali inſtitutione aliquod commodum, ſeù emolumentum acquiratur, undè fraus commiſſa cenſeatur, ceſſan-
27 te autem, prout in præſenti, acquiſitione ceſſat fraus, & conſequenter parvi refert, quod purè, vel ſub conditione fideicommiſſum datum videatur, ſed in utroque caſu diſpoſitio ſuſtinetur, & valet, ad firmata per *Bald. in dicta leg. hac Edictali in lectura nova num.4. verſ. nunc ſtatim ſuccedit*, *& Surd. dicto conſ.*250. *nu.*22., *in contrarium allegat.*, *Fontanell. loco mox citato num.*82., *Hodiern. dict. quæſt.*28. *nu.*27. *&* 28., *& num.*33.

Prout etiam non relevat, quod, pendente conditione, ſecundæ uxori non fuerit expreſsè prohibitus uſusfructus, quia, cum, ex jam dictis, abundè conſtet, Teſtatorem illam conſti-
tuiſſe nudam miniſtram, oihilque eam habere 28
voluiſſe, idem eſt, ac, ſi ipſi expreſsè fuiſſet ademptus uſusfructus, quod ſufficere ad effectum, de quo agitur, tradit *Hodiern. ad dict. leg. hac Edictali quæſt.* 1. *à num.* 90. *& ſeqq.*, ubi ceteri concordan.

Nec ſubſiſtit, quod, ſi filii deceſſiſſent antè eventum conditionis, hereditas remanſiſſet penes ſecundam uxorem ſine onere; nam id pro-
cedit, ubi heres iuſtitutus, ſit verus heres, at ſe- 29
cus eſt, quando, prout in Cauſa, de qua agitur, quis heres fiduciarius, & potiùs ut cuſtos Bonorum, vel oudus miniſter, quàm, uti verus heres conſtitutus eſt, iſto enim caſu, licèt, pendente conditione, ſubſtitutus decedat, nihil caducatur ſed tranſmittitur hereditas ad illius heredes, ut, benè explicando, docet *Peregr. de Fideicommiſ. artic.* 3. *num.* 19., *& in terminis Fontanell. dict. clauſul.*5. *Gloſſ.*8. *part.* 4. *nu.* 83., *& Hodiern. dicta quæſt.* 28. *num.* 27., *&* 28.

Præterea hujuſmodi ſpes ſuccedendi, quate-
nus filii deceſſiſſent antequam obiret eorum 30
Mater, erat incerta, & remotiſſima, ac de facili poterat evaneſcere, prout evanuit, proindeque eam parvi faciendum eſſe in hac materia *leg. hac Edictali*, dixit *Rota in rec. deciſ.* 381. *num.*3. *part.*4. *tom.*1.; Et ſane quis umquam recto ſenſu præditus, affirmabit, Parentem in fraudem Legis, & contra naturalem pietatem, quâ fertur erga Liberos, reſpexiſſe ad eum triſtem eventum, quo quinque filii prædeceſſiſſent Matri, ut hoc caſu hereditas libera ab omni onere apud eam remaneret.

Minus verò officit, quod ſecunda uxor fuerit deputata Tutrix duarum ſuarum filiarum, quia
nulla exiode ei reſultare poterat utilitas, ſed po- 31
tiùs onus, periculum, incommodum, & damnum, ex deductis per *Card. de Luc. de Tutor. diſc.* 21. *num.* 10., *& latè Montan. de Tutel. cap.*26. *per tot.*, *ſignanter num.* 13., *& num.* 17., *& ſeqq.*

Neque ex eo, quod Teſtator illam liberaverit à redditione rationis, & reliquatus, rectè
arguitur fraus, & ſimulatio, ſed ſolùm infer- 32
tur, illum plurimùm confidiſſe de illius probitate, & fide, & hæc non eſt nova, & inſolita cautela, ſed conſueta formula, ſub qua omnes
ferè viri iovitant uxores ad ſuſcipiendum onus 33
nimis grave tutelarum, & adminiſtrationum, ut patet ex *deciſione* edita *in Romana multiplicorum* 17. *Aprilis* 1693. *coram R. P. D. Caprara*, *& in Ceſenaten. redditionis rationis* 6. *Aprilis* 1696. *coram R. P. D. Priolo*, *& alibi paſſim*.

Replicatio autem, quod potuiſſet uxor fructus Bonorum Pupillorum diſſipare, deindeque ſe tueri liberatione, à Marito ſibi legatâ, nul-
lius eſt roboris; præter quam quod enim quæli- 34
bet liberatio intelligitur dumtaxat de ſcrupuloſa, non autem de reali, & legitima, & reli-

qua-

quatus futurus non cenſetur remiſſus Tutori, ſeù Adminiſtratori, niſi ceſſante dolo, ut in ſpecie reſpondit *Rota in dicta Avenionen. hereditatis 20. Junii 1700. §. fin. coram R.P.D. Anſaldo;* Adhuc, quatenus etiam appareret, quod uxor Bona dilapidaſſet, id non ſufficeret ad ef-
35 fectum, de quo agitur, ex quo non proveniret ex voluntate Teſtatoris directa ad fraudandum filios, & ditandam uxorem, dum illis prohibuit, ut ſuprà dictum eſt, quodcumque commodum, ſeù emolumentum, ex ejus hereditate, & adminiſtratione percipiendum, ut nuperrimè reſpondit *Rota in dicta Avenionen. hereditatis 2. Julii 1700. §. Quoniam hujuſmodi coram R. P.D. Scotto.*

Et in omnem eventum, ſi D. de Stales ex dicta inſtitutione, tametſi concepta cum onere, reſtituendi, aliquid conſecuta fuiſſet, non ideò annullaretur teſtamentum, & fideicommiſſum conditum ad favorem filiorum illius, qui hodiè
36 veniunt ex propria eorum perſona, ſed locus eſſet adæquationi faciendæ in eum caſum, quo conſtaret de inæqualitate, cum in hac materia non inſpiciatur quid, & quantum fuerit relictum ſecundæ uxori, ſed quantum ad unumquemque ex filiis prioris Matrimonii minùs perveniat, ut, conſiderando verba *Text. in dicta leg. hac Edictali*, ibi = *quantum ad unumquemque pervenerit &c.* = probat *Ripa* ibi *num. 11.*, & tradunt *Bertrand. in eadem leg. hac Edictali §. Si verò num. 2., Hodiern. ibidem quæſt. 28., & quæſt. 29. per tot., Cancer. var. reſolut. part. 3. cap. 2. ſub num. 181., Fontanell. de pact. nuptial. dict. clauſ. 5. gloſſ. 8. part. 4. num. 17., Rocc. ſelect. jur. cap. 53. num. 19., Rot. deciſ. 712. part. 1. diverſ., coram Bich. deciſ. 460. num. 41., & in rec. deciſ. 381. num. 4. part. 4. tom. 1., & deciſ. 732. num. 25., & ſeqq. part. 18. tom. 2.*

Brittinorien.

Filio, ab inteſtato ſinè Liberis decedenti, Mater, ſi ſola ex Aſcendentibus ſuperſtes ſit, in univerſum ſuccedit, concurrentibus etiam fratribus, aut ſororibus, quoties ex utroque latere non ſint conjuncti; Et quid de Legitima ei debita in Bonis filii, cum teſtamento præmortui, quando ſcilicet tertia tertiæ vel tertia totius eſſe debeat? Uxori heredi uſufructuariæ, ex præcepto reſtituendi ejus filiabus omnia Bona, *che ſi troveranno in eſſere*, non cenſetur à Teſtatore impartita alienandi facultas. Mulieri poſt ſolutum morte viri Matrimonium competit electio Bonorum, ſuper quibus dotale creditum poſſit conſequi. Dotes filiabus Teſtatoris ſolutas, ejus uxor heres uſufructuaria detrahit ab illius hereditate; non ita filius, heres proprietarius. Impenſæ, & meliorationes ab uſufructuario factæ, an, & quando reficiendæ ſint?

VOTUM XXIII.

1 *Filio, ab inteſtato ſinè Liberis decedenti, Mater, aut Pater, aut reliqui Aſcendentes, ſi ſoli ſint, in univerſum ſuccedunt; ſolùm autem pro virili, ſi cum eis fratres, aut ſorores concurrant.*

Intellige tamen de fratribus, aut ſororibus utrinque conjunctis, num. 3., & 16.

2 *Sorores dotatæ an, ſi ex Statuto excluſæ reperiantur, vel renunciationem emiſerint, adhuc in Bonis fratris, ſinè Liberis ab inteſtato defuncti, unà cum Matre concurrere valeant, quæſtio eſſe poteſt.*

3 *Ceſſat hæc tamen, quoties non ex utroque latere Defuncto ſint conjuncta; tunc enim nequeunt concurrere.*

4 *Legitima Matri debita in Bonis filii, quanta eſſe debeat, diſceptari ſolet, cum de inteſtata ſucceſſione agitur in vim Statuti, eam, ob exiſtentiam fratrum maſculorum, præterquam à Legitima, excludentis.*

Caſu autem Statuti excepto, quæſtio illa tunc ſolùm procedit, cum res eſt de ſucceſſione ex teſtamento, num. 7.

5 Statutum Urbis 146. *Matrem ab inteſtata filii ſucceſſione ob exiſtentiam fratrum maſculorum excludit, Legitimâ tamen eidem reſervatâ.*

6 *Mater ab inteſtata filii ſucceſſione ob exiſtentiam fratrum maſculorum à Statuto excluſa, præterquam à Legitima, hoc nomine, nonniſi tertiam tertiæ poteſt prætendere.*

8 *Legitima Matris in Bonis filii, cum teſtamento præmortui, tertia totius debet eſſe.*

Neque in concurſu extranei heredis minui illa poteſt, num. 9.

Minùſque, ad eam minuendam, partem facere poſſunt alii filii, num. 10.

Declara, id procedere, ſi vel præteriti, vel excluſi fuerint, non, ſi ſecus, num. 12.

Hoc enim caſu ejus Legitima cenſenda eſt tertia pars portionis, ipſi ab inteſtato debitæ, non tertia totius, num. 13., & 17.

Atque hæc eſt inconcuſſa Doctorum, & Sacræ Rotæ *opinio*, ibid., & num. 14.

9 *Fratres, aut ſorores præteriti, aut excluſi in teſtamento fratris ad ſucceſſionem adſpirare nequeunt, niſi, quum turpis perſona eſt inſtituta.*

11 *Iidem præteriti, aut excluſi, prò mortuis habentur.*

15 *Legitima nil aliud eſt, quàm certa, ſtatutaque portio partis hereditariæ, ab inteſtato obvenientis.*

18 *Legitima amplior eſſe nequit portione hereditariâ, ab inteſtato debitâ.*

19 *Aliàs Patri imputari poſſet, cur inteſtatus non deceſſiſſet; id quod abſurdum eſt.*

20 *Fideicommiſſi reſtitutione ordinatâ quoad Bona, quæ ſuperfuiſſent, impartita heredi*

di cenſetur facultas Bona diſtrahendi, ſi modò id Bonâ fide, & pro ſuis indigentiis faceret.

Intellige de facultate non liberâ, atque effrænata, num.22.

Nec fideicommiſſum eo caſu ordinatum dici conditionaliter tantùm, quatenùs nempè alienata Bona non fuiſſent, ibid.

Poſſe tamen heredem, ſaltem uſque ad dodrantem diſponere, quadrante ſubſtitutis reſervato, num.23.

Hæc autem quando, & ex quibus de herede uſufructuario dici nequeant? num. 25., & ſeq., *ac præſertim* num. 36.

21 *Alienationes fuiſſe ab herede factas animo intervertendi fideicommiſſi, non præſumitur, & de tali animo ſubſtitutus docere debet.*

24 *Alienandi facultas expreſſa, ò tacita, reſultante ex præcepto reſtituendi quod ſupererit, diſtinguitur; & in quo?* ibid.

26 *Uſufructuarius ſolis fructibus uti, ac frui poteſt.*

27 *Nec proprietatem diſtrahere valet; quam proprietario reſervare tenetur.*

Immò nec illam pignorare, ibid.

28 *Uſufructuariæ uxori, ex præcepto reſtituendi ejus filiabus Bona omnia*, che ſi troveranno in eſſere, *nequit per hæc verba conceſſa dici alienandi facultas.*

29 *Quoties præſertim adpoſita illa appareant ad modum dumtaxat, & quantitatem uſusfructus deſignandam.*

Et ex quibus id valeat deſumi? num. 30., & ſeq.

30 *Verba in eo ſenſu accipienda ſunt in poſteriori teſtamenti parte, quo illa Teſtator in ſuperiori accepit.*

31 *Pars una teſtamenti aliam declarat.*

33 *Verba intelligenda ſunt juxta mentem, voluntatemque proferentis.*

34 *Non mens verbis, ſed verba menti famulari debent.*

35 *Tametſi ab eorum ſignificatione recedendum eſſet.*

36 *Alienandi facultas uſufructuario conceſſa, nequit de proprietate intelligi.*

37 *Uſufructuario conceſſa alienandi facultas, nequit eum proprietarium conſtituere.*

38 *Mulieres non debent indotatæ remanere.*

39 *Mulieris favore hypothecata ſunt omnia viri Bona.*

40 *Mulieri datur electio Bonorum, ſuper quibus dotale creditum conſequatur.*

41 *Creditor habens obligata omnia Debitoris Bona, hypotecariâ actione poteſt quæcumque perſequi.*

42 *Dotare filias Patris officium eſt, non earum fratris.*

43 *Limita, ſi Patris heres ille ſit.*

44 *In filium, abſque aditione expreſſâ, dominium rerum continuatur miniſterio Legis.*

45 *Et, niſi de abſtenſione doceatur, adita ab eo hereditas præſumitur.*

46 *Filio in pupillari ætate conſtituto, Mater præſumitur paternam, ejus nomine, hereditatem adiviſſe.*

47 *In filio ex ſolutione debitorum paternorum ſatis inducta dicitur hereditatis aditio.*

48 *Maximè hæc autem arguitur ex Bonorum poſſeſſione.*

49 *Filius, confecto inventario, dotes ſororibus ſolutas detrahere poteſt ab hereditate Patris.*

50 *Intellige, ſi de propriis Bonis eas ſolverit, ſecus, ſi de fructibus hereditariis.*

Idem de aliis debitis ab eo ſolutis, nu.64.

51 *Heres beneficiatus haud ignorans hereditatis debita, illa ex fructibus tenetur ſolvere.*

52 *Heres beneficiatus eſt verus heres; omniaque jura, & actiones tàm activè, quàm paſſivè in ipſum tranſeunt.*

53 *Heredi beneficiato inventarium ſuffragatur, ſolùm ne ultra vires hereditarias obnoxius remoneat hereditariis debitis.*

54 *Uſufructuarius compelli nequit ad ſolvenda hereditaria onera.*

Contrariam Bartoli *opinionem, pharifaicam appellant Doctores relati* num. 55.

56 *Procedit de uſufructuario tàm particulari, quàm univerſali.*

57 *Uſufructuarius hereditatem non adit, neque in ipſum tranſeunt jura, & actiones tùm activæ, quàm paſſivæ.*

58 *Uſufructuarius loco Legatarii habetur.*

59 *Heres proprietarius habetur, ac ſi heres ab initio fuerit, licèt invitatus poſt uſufructuarii dumtaxat obitum.*

60 *Uſufructuarius ſingularis ſucceſſor eſt; proprietarius verò heres perſonam Defuncti repræſentat.*

Hic autem, non ille, Defuncti æs alienum, tenetur ſolvere, ibid.

61 *Uſufructuarius annua dumtaxat Legata, ac debita ſolvere tenetur.*

Ea enim ex fructibus ſolvenda ſunt, ibid.

62 *Aliorum autem debitorum onus ad eum non pertinet, niſi urgeat voluntas Teſtatoris, ex conjecturis, ac præſumptionibus elicita.*

63 *Dos eodem jure cenſetur, quo alia Defuncti debita.*

65 *Ad uſufructuarii onus pertinet ædium refectio.*

66 *Ita ut poſſit ab uſufructu ſubmoveri, ſi eas reficere nolit.*

67 *Cogendus autem non eſt, ſolùm ſi paratus ſit uſumfructum dimittere.*

Declara hæc non procedere in impenſis neceſſariis, vel etiam utilibus, num.69.

Has enim ſi fecerit, repetit à Proprietario, num.70.

Stante etiam contrario pacto, num. 71.

Quæ tamen de impenſis magnis, non autem de modicis intelligenda ſunt, num. 76.

68 *Uſufructuarius facere debet, quod diligens Paterfamilias in re ſua facit.*

69 Ex-

69 *Expenſæ utiles eamdem ferè cum neceſſariis naturam habent.*

71 *Pactum, quod uſufructuarius ad expenſas utiles, & neceſſarias teneatur, contractus naturæ repugnare dicitur.*

72 *Uſufructuario actio negotiorum geſtorum competit pro neceſſariis, utilibuſque expenſis recuperandis.*

73 *Expenſæ quænam utiles, quænam neceſſaria ſint?*

74 *Expenſarum neceſſitatem, utilitatemque impendens probare tenetur.*

75 *Hæc autem probatio fieri ſolet Operarum depoſitione, ac relatione Peritorum.*

76 *Expenſæ modicæ ad uſufructuarium pertinent.*

77 *Expenſæ quænam magnæ, & quænam modicæ dicendæ ſint, non ſatis convenit inter Doctores.*

78 *Verior eſt Sententia, id prudenti Judicis arbitrio æſtimandum eſſe.*

79 *Uſufructuario, ſi magnas fecerit expenſas, dabitur repetitio ejus, quod modicam excedit impenſam.*

80 *Dotium à Patre ſolutarum alia non eſt habendo ratio in detrahenda filio Legitima, niſi minoris diminutionis patendæ ab hereditate ex earum cauſſa.*

81 *Illæ enim ſi non eſſent ſolutæ, priùs ab aſſe hereditario detrahendæ eſſent, quàm Legitima filio aſſignaretur.*

82 *Legitima filio, non debetur, niſi poſt ſoluta omnia paterna debita.*

BON. mem. Fabius de Salvis anno 1609. poſtremum condidit teſtamentum, in eoque heredes inſtituit Fabium, & Franciſcum Hiacynthum filios ſuos, ordinatâ inter ipſos reciprocâ ſubſtitutione in caſu obitus alterutrius abſque filiis; Utroque autem obeunte abſque filiis, & Deſcendentibus, ſubſtituit Agnatos tranſverſales de ſua domo Salvorum; Verùm, ordinatis anno 1651. codicillis, revocavit ſubſtitutionem factam favore Vincentii Salvi, ex fratre nepotis, omnemque aliam, præter illam filiorum, ac deſcendentium ex ſuis filiis, quos tamen, ſi ſinè ſobole aliquando decedere contigiſſet, mandavit ex ſuis Bonis erigi in Civitate Brittinorienſi Patria ſua Monaſterium Monialium, nuncupat. le Cappuccine.

E vivis erepto Fabio Teſtatore, deceſſit poſtmodùm etiam Franciſcus Hiacynthus alter ex jus filiis, abſque prole; Fabius autem Jun. unicum ſuſcepit filium, nomine Honuphrium, quem heredem univerſalem reliquit, eoque ſinè filiis deficiente, ratum habuit, confirmavitque teſtamentum paternum.

Honuphrius prædictus primis ſeſe nuptiis conjunxit cum Livia Merenda, ex qua ſuſcepit quatuor filias, quarum prima Cœleſti ſponſo ſe devovit, reliquæ carnalibus ſe nuptiis implicuerunt. Defunctâ Liviâ, tranſiit Honuphrius ad ſecunda vota cum Julia Gajani, ex qua ſuſtulit unicam filiam, in ſeculo pariter nuptam; Cum verò fato ceſſerit etiam Julia, huic denique Honuphrius tertiam ſuperinduxit uxorem, D. nempe Virginiam Pelagalli, è qua prodiit Fabius Nicolaus unicus filius maſculus.

Deceſſit Honuphrius anno 1699., ejuſque morte confirmatum fuit teſtamentum, ab ipſo conditum anno 1697., in quo univerſalem heredem ſcripſit dictum Fabium Nicolaum filium, cujus Tutricem, & Curatricem eſſe voluit D. Virginiam Pelagalli Matrem, quam etiam, modò caſtè, & honeſtè viveret, vitamque vidualem ſervaret, uſufructuariam, unâ cum filio eſſe, voluit. Quòd ſi filius prædeceſſiſſet Matri, hanc totius hereditatis uſufructuariam confirmavit, & poſt ipſius mortem filias ſuas heredes proprietarias ſubſtituit *nel ſuo avere, che ſi troverà in eſſere*.

Cum verò paucis ab hinc annis ſublatus è vivis fuerit Fabius Nicolaus, nullo condito teſtamento, nulliſque poſt ſe Liberis relictis, ſed D. Virginiâ Matre ſuperſtite, de pluribus rogatus ſum ſententiam meam dicere prò veritate, & primo loco.

Quanta eſſe debeat Legitima Matris in Bonis filii prædefuncti?

Secundò, an ex eo, quod Teſtator filio ſuo in proprietate ſubſtituerit filias, illis verbis = *nel mio avere, che ſi troverà in eſſere* =, dici poſſit uxori ſuæ uſufructuariæ facultatem conceſſiſſe alienandi Bona prò ſuis indigentiis, ità quidem, ut fideicommiſſum ordinatum cenſeatur ſuper Bonis dumtaxat, quæ remanſerint?

Tertiò, an uxor habeat electionem Bonorum, quæ ipſa retinere velit, tum prò ſuis dotibus, tum prò quantitate Legitimæ ipſi debitæ?

Quartò, an dotes poſt obitum Teſtatoris à Fabio Nicolao filio, & à D. Virginia Matre cum fructibus hereditariis ſolutæ ſororibus, ac reſpectivè filiabus, referendæ ſint ad creditum filii, ac Matris, ita quidem, ut iſta tàm ex jure proprio, quàm ex perſona, & jure filii, cujus eſt heres ab inteſtato, illas detrahere poſſit ab aſſe hereditario Honuphrii Teſtatoris?

Quintò, an debita hereditaria, à Matre, & filio ſoluta cum fructibus hereditariis, cedere debeant utriuſque credito?

Sextò, an impenſæ, & meliorationes neceſſariæ ab herede uſufructuaria factæ prò reparandis domibus, & conſervandis Bonis, refici debeant ab heredibus proprietariis?

Septimò denique, an in æſtimatione aſſis hereditarii ad effectum detrahendi Legitimam, computandæ etiam ſint dotes, ab Honuphrio Patre ſolutæ filiabus?

Injuncto itaque operi manum admovens, remque à primo Dubio repetens, animadverto, fruſtra quæri de quantitate Legitimæ, & Legitimæ nomen fruſtra uſurpari in caſu noſtro, in quo Fabius Nicolaus filius ab inteſtato deceſſit; In hac quippè hypotheſi juſtum locum ſibi vindicat diſpoſitio famigerati *Textus in Auth.*

Cod. ad Senat. Conſult. Tertyl., quo cavetur,
1 filio, ab inteſtato ſine Liberis decedenti, ſuc-
cedere Matrem, aut Patrem, aut reliquos A-
ſcendentes, in univerſum quidem, ſi ſoli ſint;
prò virili, ſi cum eis concurrant fratres, ſoro-
reſve Defuncti, ut, dictum *Textum* referen-
do, tradunt *Rittershus ſuper Novell. Juſtinian.
part.7. cap.10. num.7.*, *Forſter. de ſucceſſ. lib.7.
cap.5. per tot.*, *Craſſ. in §. Succeſſio ab inteſtato
quæſt.23. num.1.*, *Barry de ſucceſſ. lib.18. tit.2.
num.2.*, *Rota coram Dunoz. jun. deciſ.709. num.
3.*, *coram ſan. mem. Alexandro VIII. dec.171.*,
in recent. deciſ. 128. part.14., & *coram R.P.D.
Anſaldo deciſ.84.*, *utrobique num.1.*, Qui ſanè
concurſus procul dubio deficit in caſu noſtro,
quia, omiſſo, an dotatis Defuncti ſororibus,
2 præciſa dici debeat omnis ſpes cujuſcumque ſuc-
ceſſionis in Bonis Parentum, atque fratris, vel
vigore Patrii ſtatuti, vel ope renunciationis,
quam occaſione tum ſpiritualium, tum carna-
lium nuptiarum Pater ſolet à filiabus procura-
3 re; Hoc, inquam, omiſſo, illud certi, ex-
ploratique juris eſt, quod, cum ſorores Fabii
Nicolai ex uno tantùm latere ipſi conjunctæ re-
periantur, concurrere nullo pacto poſſunt cum
D. Virginia Matre, cum ad hunc effectum fra-
tres, ſororeſve debeant eſſe ex utroque Paren-
te conjuncti Defuncto, ut inquit *Text. in dict.
Auth. Defuncto Cod. ad Senat. Conſult. Tertyll.*,
ibi = *Sed ſi cum Parentibus fratres, & ſorores,
utrinque Defuncto conjuncti, ſuperſint; vocan-
tur cum Aſcendentibus gradu proximis, itaut
viriles portiones fiant* = Et *in Auth. de hered. ab
inteſt. venien. §. Si igitur*, ibi = *Si igitur De-
functus Deſcendentes quidem non relinquat here-
des, Pater autem, aut Mater, aut alii Paren-
tes eis ſuperſint, omnibus ex latere cognatis hos
præponi, ſancimus, exceptis ſolis fratribus, ex
utroque Parente conjunctis Defuncto* = & infrà
verſ. ſi verò, ibi = *Si verò cum Aſcendentibus in-
veniantur fratres, aut ſorores ex utriſque Paren-
tibus conjuncti Defuncto, cum proximis gradu
Aſcendentibus vocabuntur* =.

Atque hæc quidem adeò vera ſunt, ut, nul-
4 lo exiſtente teſtamento, de quantitate Legiti-
mæ, Matri debitæ, quæratur uno dumtaxat caſu,
quando nempè Statutum aliquod excluderet Ma-
trem à ſucceſſione filii prædefuncti ob exiſten-
tiam fratrum maſculorum ejuſdem, reſervatâ
5 tamen ipſi Matri Legitimâ; Prout in terminis
Statuti Urbis, id ipſum diſponentis *lib.1. cap.
146.*, diſceptari olim conſuevit, quanta eſſe de-
beat talis Legitima, quam poſtmodum *Sacra
6 Rota* reſpondit eſſe tertiam tertiæ, hoc eſt illius
portionis ab inteſtato obvenientis Matri, niſi
fuiſſet excluſa, ut videre eſt in *Romana Legiti-
mæ 2. Aprilis 1688. §. Firmato, & §. Atque
hinc coram Rmo Molines*, ibi = *Atque hinc er-
ronea viſa eſt Peritia, dum calculavit hanc Ma-
tris Legitimam in ſcutis 449.; nam Statutum lib.
1. cap.146., licèt excludat Matrem à ſucceſſione
filii, ſtantibus fratribus, præterquam à Legiti-
ma, hæc tamen remanet in tertia illius portionis,
quam ab inteſtato caperet de jure communi, niſi eſ-
ſet à Statuto excluſa* =, confirmata *7. Julii 1688.
in princ., & §.1. coram eodem, & in Romana
Immiſſionis 6. Aprilis 1699. §. Certè coram R.
P.D. Anſaldo inter ejus Romæ impreſſ. deciſ.84.
num.9.*, ibi = *Certè in aliis caſibus, in quibus nul-
lum intercedit de medio teſtamentum, ubi verò
Mater à Maſculis excluderetur à ſucceſſione per
ordinationem Statuti, licèt eidem Matri per ip-
ſum Statutum reſervaretur Legitima, nihilomi-
nùs ex hoc capite prætendere non valeret, niſi ter-
tiam tertiæ, hoc eſt illius portionis, quæ ſibi com-
petiiſſet ab inteſtato* =.

Porrò, ſi caſum hunc excipias, quæſtio, jam-
diù magnis contentionibus diſceptata inter ſum- 7
mos juris noſtri Interpretes, & præcipuè *Barto-
lum*, & *Butrigarium*, an nempè Legitima Ma-
tris in Bonis filii præmortui ſit tertia tertiæ; an
tertia totius, procedit eo dumtaxat caſu, quo
filius deceſſerit cum teſtamento, in quo ſi per-
ſonæ, quæ ad inteſtatam Defuncti ſucceſſio-
nem, unâ cum Matre concurrerent, ſint om-
ninò præteritæ, vel aliter excluſæ reperiantur, 8
receptior apud Tribunalia videtur opinio *Butri-
garii, quæſt.6.* affirmantis, Legitimam Matris
eſſe tertiam totius hereditatis, ut, articulo ma-
turè diſcuſſo, reſponſum fuit in *Romana de Me-
nichellis impreſſ. poſt Merlin. de legit. deciſ.37.*,
& dictum etiam fuit in *Aſculana Legitimæ poſt
eumdem Merlin. deciſ.39. num.14.*, ob duplicem
æquè validam rationem, tum ſcilicet, quia ta-
li caſu fratres, & ſorores, attento teſtamento,
obtendere nequeunt aliquam ſpem ſuccedendi 9
in Bonis fratris, vel ſororis teſtantis, niſi unico
caſu, quando videlicet inſtituta eſſet turpis per-
ſona, quâ turpis perſonæ inſtitutione deficien-
te, cum fratri, & ſorori ſublata ſit ſpes omnis
ſuccedendi, omniſque eorum concurſus ad ſuc-
ceſſionem cum Matre, hinc ſequitur, quod,
cum Mater reperiat ſe ſolam aptam ad ſucce-
dendum in univerſa hereditate, illius Legitima
debeat eſſe tertia totius hereditatis, nec minui
poſſit propter ſucceſſionem extranei heredis in- 10
ſtituti, *Bald. in leg. Pater filium num.7. ff. de in-
offic. teſtament.*, & *in Auth. noviſſima num. 10.
Cod. eodem tit.*, *Caſtrenſ. conſ.286. num.2. verſ.
in quinto caſu lib.1.*, *Gabriel. conſ.94. num. 19.
lib.1.*, *Mareſcot. variar. reſolut. cap.10. num.1.,
& 2. lib. 1.*, *Merlin. de legit. lib.1. tit. 4. quæſt.
7. num.11. verſ. Primo eſt*, & *poſt eumdem dict.
deciſ.37. num.2., & 3.* Tum etiam quia fratres,
& ſorores præteriti, vel aliàs quomodocumque 11
excluſi, habentur prò mortuis, ideoque, ſic-
uti admitti nequeunt ad partem, ità etiam nec
partem Matri facere poſſunt prò diminuenda
ejus Legitima, ad *Text. in leg. Pater filium ff. de
inoffic. teſtament.*, *leg. unic. §. In primo, & §.
Prò ſecundo Cod. de caduc. tollen. §. Sed noſtra
inſtitut. de ſucceſſ. libert.*, *Peregrin. de Fidei-
comm. artic.38. num.3., & 13. verſ. ſecundo fra-
ter*, *Merlin. de legit. lib.1. tit.4. quæſt. 7. num.
11. verſ. ſecunda ratio eſt*, *Rot. poſt eumdem de-
ciſ.37. num.4., & 5.*

Ve-

Verumtamen aliter ſeſe res habet, quoties
12 perſonæ, quæ ad ſucceſſionem cum Matre con-
currere poterant, à Teſtatore præteritæ, aut
excluſæ non fuerunt, immò verò non habitu
dumtaxat, ſed etiam actu ad hereditatem con-
currunt; hoc enim caſu *Doctores* paſſim, ac ipſa
etiam *Sacra Rota* amplexa eſt ſententiam *Bar-
toli in leg. Pater filium num. 8. ff. de inoffic. teſta-
ment.*, volentis, Legitimam Matris eſſe ter-
13 tiam ſolummodò illius portionis, quam ab in-
teſtato conſecuta fuiſſet, ut, limitando contra-
riam *Butrigarii* opinionem, firmant unanimi-
ter *Bald. conſ. 350. num. 2., Decian. reſponſ. 2.
num. 128. lib. 5., Gabriel. conſ. 94. num. 2., &
20. lib. 1., Ferret. conſ. 85. nu. 3., & conſ. 115.
nu. 7., cum pluribus ſeqq., Corn. conſ. 197. num.
8. lib. 1., Spad. conſ. 300. num. 1., & 2. lib. 3.,
Peregrin. de Fideicomm. artic. 38. num. 13. verſ.
tertius caſus, Mart. de ſucceſſ. legal. part. 1.
quæſt. 25. artic. 2. nu. 23., Paſchal. de Patr. Po-
teſt. part. 2. cap. 4. num. 41., Anton. Fabr. de er-
ror. pragmatic. tom. 1. decad. 15. error. 4. num. 5.
& ſeqq., Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4. quæſt. 7.
num. 14. & ſeqq., Rota poſt eumdem deciſ. 39.
per tot., coram Peutinger. deciſ. 495. num. 1. &
ſeqq., coram Dunoz. jun. deciſ. 308. num. 1. &
ſeqq., coram Priol. deciſ. 268. num. 2., in recent.
deciſ. 219. num. 2., & ſeqq., & num. 5. part. 6.,
deciſ. 491. num. 3., & ſeqq. part. 13., & in ce-
lebri Romana, ſeù Januen. Legitimæ impreſſ.
poſt Torr. de ſucceſſ. in Majorat. Ital. lib. 3. deciſ.
36. per tot., & præcipuè num. 3.*, quo loci dici-
tur, hanc eſſe inconcuſſam Doctorum ſenten-
14 tiam, & Sacræ *Rotæ* opinionem, & *num. 21.*,
ubi repetitur, Sacram *Rotam* in hanc ſemper
ſententiam conſtanter iviſſe, *& deciſ. 48. num. 11
& ſeqq., & deciſ. 58. num. 2., & ſeqq. & deciſ.
68., & duabus ſeqq. inter impreſſ. ad ornat. clar.
mem. Card. de Luca de teſtament., & in Man-
tiſſ. ad eumdem ſub eodem titul. à deciſ. 26. uſque
ad deciſ. 32., & præcipuè deciſ. 30. num. 3.*, ubi,
quod hoc caſu opinio *Bartoli* eſt communiter
recepta, *& cor. Benincaſa dec. 77. nu. 4.*

Quæ porrò communis Doctorum, & Tribu-
nalium traditio innixa eſt rationi, deſumptæ ex
15 ipſa Legitimæ definitione, quæ nihil aliud eſt,
quàm certa, ſtatutaque portio partis heredita-
riæ ab inteſtato obvenientis, per *Text. in leg.
Papinianus 8. §. Quoniam autem quarta ff. de inof-
fic. teſtament., leg. quoniam in prioribus 3., &
Authent. noviſſima Cod. eodem, Merlin. de legi-
tim. lib. 1. tit. 4. quæſt. 7. num. 1. 2., & ſeqq., &
alii paſſim*, quo fit, quod, ſi Mater ſuccedens
cum fratribus, vel ſororibus, Defuncto utrin-
16 que conjunctis, non totam hereditatem ab inte-
ſtato obtineret, ſed æqualem dumtaxat portio-
nem cum illis, *Authenth. defuncti. Cod. ad Se-
nat. Conſult. Tertyll.*, Ità quoque cum agitur
de conſtituenda Legitima Matris in cauſa teſta-
17 ti, exiſtentibus, & concurrentibus cum effectu
fratribus, vel ſororibus Defuncti, illius Legi-
tima cenſenda erit tertia pars portionis debitæ
ab inteſtato, non tertia totius hereditatis, ut ad
rem hoc argumento utitur, *Bartol. in dict. leg.
Pater filium num. 8. verſ., & quod ſit Legitima
ff. de inoffic. teſtament.*, & omnes, qui illum
ſequuntur, præſertim verò *Anton. Fabr. de er-
ror. pragmatic. tom. 1. decad. 15. error. 4. num. 8.
& ſeqq., Merlin. de legit. dict. lib. 1. tit. 4. quæſt.
7. num. 1. & ſeqq., Theſaur. deciſ. 172. num. 5.*,
aliique mox relati; Alioquin ſequeretur, quod,
ſi tres, vel plures adeſſent fratres, futurum eſ-
ſet, ut plus haberet Mater pro Legitima, quàm
pleniſſimæ ab inteſtato ſucceſſionis jure eſſet 18
habitura; haberet namque tertiam partem to-
tius hereditatis, cujus tamen, nonniſi quar-
tam, vel minorem ab inteſtato conſequi poſ-
ſet; quis autem umquam audivit, ampliorem
deberi Legitimam, quàm hereditariam portio-
nem? ut his verbis loquitur *Fabr. de error. prag-
matic. loco mox citato num. 10.*; Id quod, ſi ità
eſſet, imputari profectò poſſet Patrifamilias, 19
cur inteſtatus non deceſſiſſet, quod quam ab-
ſurdum ſit, nemo non videt, *ad Text. in leg.
Poſthumus 6. ff. de inoffic. teſtam.*, & hoc abſur-
dum tàm Doctores, quàm *Sacra Rota* maximè
conſiderant, & ad illud evitandum, opinio-
nem *Bartoli* ſequuntur, ut, poſt ipſum *Bartol.
in dict. leg. Pater filium num. 8. verſ. Præterea*,
videre eſt apud *Riminald. jun. conſ. 405. num.
9.*, qui dicit, hoc fundamentum eſſe ſolidiſſi-
mum, *Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 4. quæſt. 7.
num. 4. & ſeqq., Mareſcot. variar. reſolut. lib.
1. cap. 10. num. 17. verſ. ſecundum abſurdum
eſſet, Theſaur. deciſ. 172. nu. 5., Rot. poſt Mer-
lin. de legit. deciſ. 39. num. 4. verſ. conſiderabant
etiam*.

Expediti à primo Dubio, progredimur ad ſe-
cundum, quo quæritur, *an ex eo, quod Honu-
phrius Teſtator Fabio Nicolao filio ſuo in proprie-
tate ſubſtituerit filias, illis verbis = nel ſuo avere,
che ſi troverà in eſſere =, dici poſſit, quod uxori
ſuæ uſufructuariæ facultatem conceſſerit alienandi
Bona pro ſuis indigentiis ità quidem, ut fideicom-
miſſum ordinatum cenſeatur ſuper Bonis dumta-
xat, quæ remanſerint?* Profectò primo rei ob-
tutu reſpondendum videretur, vigore talis di- 20
ſpoſitionis impartitam fuiſſe D. Virginiæ facul-
tatem diſtrahendi Bona, modò id bonâ fide, &
pro ſuis indigentiis, non dolosè, & animo in-
tervertendi fideicommiſſi faciat, ex aperta cen-
ſura *Textus in leg. Titius 54. ff. ad Senat. Conſult.
Trebell.*, ibi = *Titius rogatus eſt, quod ex heredi-
tate ſuperfuiſſet, Mævio reſtituere, quod medio
tempore alienatum, vel diminutum eſt, id quan-
doque peti non poterit, ſi non intervertendi fidei-
commiſſi gratiâ tale aliquid factum probetur* =, &
tradunt *Decian. reſponſ. 27. num. 13. lib. 3., Me-
noch. conſ. 356. num. 12., & conſ. 1091. num. 2.,
Capyc. latr. conſult. 60. num. 2., Altograd. jun.
contr. 48. num. 50., Rot. inter collect. per Torr.
de Primogen. Ital. part. 3. dec. 11. nu. 34. & 35.,
coram Merlin. dec. 459. num. 3. & ſeq., & coram
R.P.D. Anſald. dec. 21. num. 12.*; Qui quidem
animus intervertendi fideicommiſſum cum non 21
præſumatur, de eò clarè docere debet ſubſtitu-

tus,

tus, ut advertunt *Peregrin. de Fideicomm. art.
40. num.43. in fin. & num.51., Card. de Luc. eo-
dem tract. diſc.182. num.8., R. P. D. Anſald. in
annot. ad deciſ. 21. num. 31., Rot. coram Burat.
deciſ.182. num.22., coram Merlin. dec.216. n.3.,
& coram Priol. dec.35. num.15.*

Et ſanè, ſi in his terminis non libera, non ef-
frænata facultas diſtrahendi Bona omnia data
22 cenſetur, ità quidem, ut fideicommiſſum ordi-
natum dici debeat conditionaliter tantùm, qua-
tenùs nempe Bona non fuiſſent alienata, certè
in dubium revocari minimè poſſe videtur, quin
ità reſtituere rogatus, ſaltem uſque ad dodran-
23 tem diſponere poſſit, reſervato ſolummodò pro
heredibus ſubſtitutis quadrante, juxtà cenſuram
*Text. in Authen. contra cum rogatus Cod. ad Se-
nat. Conſult. Trebell., Peregrin. de Fideicomm.
artic.40. num. 41., Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 545.
nu.1. & ſeqq., Rot. in Mantiſſ. ad Card. de Luc.
de teſtam. dec.4. num.2.*, cum aliis adductis *in
Balneoregien. Depoſiti, & inveſtimenti 15. Junii
1714. §. Eòque validiùs coram R. P. D. meo Fal-
conerio*, &c., diſtinguendo inter expreſſam alie-
24 nandi facultatem, & tacitam reſultantem ex
præcepto reſtituendi, quod ſupererit, obſervant
*Jaſon. conſ.129. per tot. lib.5., Gabriel. conſ.99.
num 33. lib.2., Surd. conſ.10. num. 20. & ſeqq.,
& conſ.96. num.26., Menoch. conſ. 1006. nu. 34.
& ſeqq. & de præſumpt. lib.4. præſumpt.188. n.8.,
Peregrin. de Fideicom. art. 40. num.46. & ſeqq.,
Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 546. num. 1. & 3., Rot.
in rec. deciſ. 167. num. 38. & 39. part.5., coram
Priolo deciſ.124. num. 18., & noviſſimè in Bono-
nien. evictionis ſuper cautela Angeli 2. Julii
1714. §. Hæc libera coram R. P. D. meo Falco-
nerio.*

Verùm enim verò, tametſi hæc, uti ſolidiſſi-
mis Juris principiis innixa, plurimum urgere vi-
25 deantur, nihilominùs tamen, ſi res accuratiùs
expendatur, hypotheſi noſtræ applicari nullo
pacto poſſe dignoſcentur; nam, ſi D. Virginia
non jam heres proprietaria, ſed uſufructuaria
dumtaxat relicta fuit, quonam colore, aut quâ
juſtâ ratione dicamus, factam eidem fuiſſe pote-
26 ſtatem alienandi Bona contra naturam, eſſen-
tiamque uſusfructus, quæ in eo ſita eſt, ut uſu-
fructuarius ſolis fructibus uti, frui poſſit, ad
*Text. in Leg. uſufructu 7., Leg. item ſi fundi 10.,
leg. ſi pendentes 34. in princ., leg. ſi Dominus 79.,
& priùs Leg. arbores 66. §. Quidquid, & Leg.
uſufructuarium 69. ff. de uſufr., & quemad. quis
utat. fruat., Cujac. oper. prior. tom. 1. fol. mihi
1253. lit. D., & tom.3. lib.15. obſervat. fol.462.
lit.B., Rot. coram bon. me. Emerix. jun. dec.899.
num.7., & in Romana Evictionis Locorum Mon-
tium 11. Decembris 1713. §. Quod perſpicuè ad
med. coram R.P.D. Falconerio*; At non etiam,
ut proprietatem, ſubſtantiamque diſtrahere va-
27 leat, quam ſarctam, tectam ſervare, ac tueri
debet proprietario, ex cenſura *Textus in Leg. 1.
Leg. item ſi fundi 10. §. Seminarios, Leg. ſi cujus
15., Leg. æquiſſimum 17. §. Fructuarius, Leg. ſed
etſi quid 19. in princ., Leg. ſi pendentes 34.*, ibi-
que etiam *Accurſius in verb. abutatur, Leg. Uſu-
fructuarius 51., Leg. ſed cum fructuarius 72. ff.
de uſufruct., & quemadmod. quis utat. fruat.,
Leg. uſufructu 4., leg. uſufructu 9. Cod. de uſu-
fruct. & habitat. princ. tit. inſtit. de uſufruct.,
Anton. Fab. in Cod. lib.3. tit.23. definit. 4. n.2.,
Rota coram bon. me. Emerix. jun. dec.113. n.6.,
egregie in d. Romana evictionis Locorum Montium
11. Decembris 1713. d. §. Quod perſpicuè ad fin.*;
Immò verò nec illam pignorare, prout ex *Textu
in leg. intereſt 6. Cod. de uſufruct.*, benè proſe-
quitur *Rota in d. Romana Evictionis Locorum
Montium d. §. Quod perſpicuè in fin. coram R.P.
D. meo Falconerio.*

Idque clariùs confirmatur animadvertendo,
quod Teſtator uſus fuit illis iiſdem verbis = *miei* 28
Beni, che ſi troveranno in eſſere = in ea teſtamen-
ti parte, in qua heredem uſufructuariam confir-
mavit D. Virginiam poſt filii mortem, ante-
quam ad filiarum ſubſtitutionem deveniſſet,
ibi = *E venendo il caſo, che il ſudetto mio erede,
e figliola moriſſe, o mancaſſe, che Dio benedetto
non lo permetta per ſua infinita miſericordia, ſen-
za ſucceſſione, o figli legitimi, e naturali, e che
ſopraviveſſe la Signora Virginia ſua madre, in-
tendo, e voglio, ch' ella reſti uſufruttuaria, ſua
vita durante, facendo però ſempre vita vedovile,
di tutti li miei Beni, che ſi troveranno in eſſere* =;
At verò, ſicuti in hoc teſtamenti loco vigore
prædictorum verborum nulla profectò data dici
poteſt facultas alienandi heredi uſufructuariæ, 29
cum verba mox relata appoſita unicè fuerint ad
deſignandum modum, quantitatemque uſusfru-
ctus, ita virtute eorumdem verborum nulla di-
ei debet conceſſa facultas alienandi ſortem, ſub-
ſtantiamque Bonorum in inferiori teſtamenti
parte, hanc interpretationem exigente duplici
æquè certiſſimâ Juris noſtri regulâ, quarum 30
primâ traditur, quod accipienda ſunt in eum
ſenſum, in quem aliàs Teſtator accepit, per
*Text. in leg. heres meus 100. §. 1. ff. de legat. 3.,
Leg. ſi eu pluribus 89. ff. de ſolution., Bartol. in
leg. Centurio num. 27. ff. de vulgar. & pupillar.,
Mantic. de conject. lib.3. tit.9. num. 3., & lib. 6.
tit.13. nu.5. verſ. illud, Peregrin. de Fideicomm.
artic.11. num. 7., Torr. de majorat. Ital. part. 1.
cap.39. num.31., & cap.41. §.5. num.57., Manſ.
conſult.103. num.6. verſ. conſuetudo autem lib.9.,
Calderon. reſol.97. num.114., Rota Florent. apud
Palm. nepot. deciſ.263. num.50.*; Alterâ edoce-
mur, quod una pars teſtamenti ab alia declara- 31
tionem, interpretationemque mutuatur, ad *Te-
xtum in Leg. qui filiabus in princ., & in Leg. ſi ſer-
vus plurium ff. de legat.1., Altograd. ſen. conſ.95.
nu.86. lib. 2., Torr. de majorat. Ital. part.1. cap.
39. §.2. num.30., Manſ. conſultat. 10. num. 10.,
Rota in Melevitana Fideicommiſſi 12. Decembris
1710. §. Quemadmodum coram R. P. D. Criſpo,
& in Ceſenaten. Immiſſionis 9. Decembris 1715.
§. Idque clariùs ad med. coram R.P.D. Anſaldo.*

Quod ſi ratio quæratur, cur Honuphrius Te-
ſtator talibus verbis uſus fuerit, ea quidem non
nimis longè petenda eſt; Cum enim minimè 32
igno-

ignoraret, hereditatem ſuam obnoxiam eſſe
pluribus debitis, cogitavit, eamdem, vigentibus
Creditoribus, diminui poſſe, cumque in contin-
gere potuiſſet tum tempore, quo filius adhuc in
humanis agebat, tum etiam illo, quo D. Virgi-
nia ſola uſufructu fruebatur, idcircò eadem ver-
ba adhibita leguntur tàm in ſuperiori teſtamenti
parte, in qua ſtatim poſt filii mortem prædicta
D. Virginia confirmatur heres uſufructuaria,
quam in inferiori, ubi poſt mortem D. Virginiæ
ſubſtituuntur heredes proprietariæ filiæ Teſtato-
ris; Quamobrem, cum evidens, & apertum
reddatur, quâ mente, quove conſilio Teſtator
33 verba, de quibus agitur, adhibuerit, illa procul
dubio intelligenda ſunt juxtà mentem, volun-
tatemque proferentis, ad *Text. in leg. non omnis
19. in princ. ff. ſi cert. petatur, leg. 3. §. Si quis hoc
interdicto 4. ff. de itin. actuq. privat.*, *Leg. ſcire
oportet 13. §. Aliud ff. de excuſat. Tutor.*, *leg.
Neratius 191. ff. de regul. jur.*, Ità quidem, ut
34 non mens verbis, ſed verba menti famulari de-
beant, per *Text. in leg. in teſtamento 27.*, *& leg.
Pater Severinam 101. in princ.*, ibi = *voluntatem
potiùs, quàm verba conſiderari* =, *& §. Conditio-
num verba ff. de condit. & demonſtr.*, *leg. 3. §. Con-
ditio 9. ff. de adimend. legat.*, *Cap. intelligentia
6. de verb. ſignific.*, *Canon. humanæ §. Certè 22.
quæſt. 5.*, *Cujac. in d. leg. 3. §. penult. ff. de adi-
mend. legat.*, *Rota in Romana, ſeù Cavallicen.
Pecuniaria 27. Januarii 1712. §. Et quamvis cor.
35 Emo D. Card. Priolo*; Tametſi ab eorum pro-
pria ſignificatione recedendum eſſet, ad *Text.
in leg. non aliter ff. de legat. 3.*, *Simon. de Prет.
de interpr. ultim. volunt. fol. 134. n. 264. & ſeqq.*,
Rodulphin. allegat. 84. num. 8., *Magon. deciſ. Lu-
cen. 65. n. 11. & ſeqq.*, *Sanfelic. dec. 202. n. 20.*,
*Rot. Florent. apud Palm. nepot. deciſ. 263. nu 91.
& 92.*, *& Rot. Januen. in una Januen. Primo-
genituræ 7. Maii 1711. num. 88. coram D. Audi-
tore Brichio*.

Ex quibus penitùs ſublata remanent ea, quæ
in contrariam partem afferebantur, tum quia lo-
cum ſibi vindicant eo dumtaxat caſu, quo roga-
tus reſtituere *l'avere, che ſi troverà in eſſere*, non
ſit uſufructuarius, ſed heres proprietarius, pro-
ut Doctores exadverſo allegati loquuntur, &
quando talia verba appoſita dignoſcuntur ad tri-
buendam facultatem alienandi, at non etiam,
quando eadem adjecta apparent ad alium pror-
sùs effectum, prout id uſuvenire in caſu noſtro
36 ſupra proximè oſtendimus; Immò verò, tametſi
non dubia, non obſcura, ſed clara, & literalis
eſſet facultas alienandi, non idcircò tamen dici
poſſet facta poteſtas diſtrahendi proprietatem in
præjudicium ſubſtitutorum, ſed talis facultas
intelligenda eſſet ſecundùm ſubjectam mate-
riam, ſicque ſecundùm naturam uſusfructus, ut
benè ait *Cephal. conſ. 436. num. 106.*, *& nu. 120.
in fin.*, &, articulo maturè examinato, dixit *Ro-
ta coram Ubaldo dec. 124. num. 9. & ſeqq.*, *& dec.
262. num. 13.*; Quando enim liquidò conſtat de
37 voluntate Mariti, quod Uxor ſit uſufructuaria,
ex tali facultate præſumi nequit voluiſſe ſe in-
continenti corrigere, eamque conſtituere pro-
prietariam, ut in propoſito conſiderant *Bellon.
conſ. 6. num. 12. in fin.*, *& Rota coram Ubald. d.
dec. 124. num. 11.*

Jam verò deveniendo ad tertium Dubium,
*Utrum nempè D. Virginia habeat electionem Bo-
norum, quæ ipſa retinere velit tam pro ſuis doti-
bus, tam pro quantitate Legitimæ, ipſi debitæ*? Id
in primis eſt animadvertendum, poſtremam ip-
ſius partem inutilem eſſe, ac ſupervacaneam, ex
firmatis in prima quæſtione; nam, ſi ibidem
probavimus, agi in caſu noſtro non poſſe de Le-
gitima, cum D. Virginia jure inteſtatæ ſucceſ-
ſionis capiat univerſam filii prædefuncti heredi-
tatem, fruſtrà quæritur, an eadem habeat ele-
ctionem ſuper Bonis filii; quorſum enim, quor-
ſum electio, ſi omnia filii Bona ad Matrem perti-
nent? Quod verò reſpicit primam Dubii partem,
ab ea facilè nos expediri poſſe videmus; Cum 38
enim jura noſtra provido ſanè conſilio multa
conſtituerint favore mulierum, ut ſalvæ ſint ipſis
ſuæ dotes, quippè Reipublicæ intereſt, ne rema-
neant indotatæ, ut inquit *Textus in leg. Reipubli-
cæ ff. de jur. dot.*, *leg. 1. ff. ſolut. Matrim.*, *l. g. in-
tereſt 3. juncta leg. 2. §. Si ſponſa ff. de privileg.
Credit.*, ſanxerunt etiam, omnia Viri Bona tacitè 39
hypothecata eſſe favore Uxoris, ad *Text. in l. unic.
§. Et ut pleniùs Cod. de rei Uxor. act.*, *clar. mem.
Card. de Luc. de Dot. diſc. 1*[illegible]*1. num. 12.*, *Rot.
coram clar. mem. Card. Cerro dec. 505. num. 16.
& paſſim apud alios*.

Ex quo quidem, veluti ex neceſſario ante-
cedenti ſequitur, mulieri poſt ſolutum Mariti 40
morte Matrimonium competere electionem,
ſuper quibus Bonis actiones ſuas velit exercere,
ad tradita per *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 7.
Gloſſ. 2. part. 8. nu. 3.*, ibi = *licere Uxori ex mul-
tis Prædiis unum eligere, aut petere de meliori-
bus* =, *Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 3. num. 10.*,
*Rot. in Mantiſſ. ad clar. mem. Card. de Luc. de
Donat. dec. 27. num. 15.*, ibi = *ſemper Mulieri da-
tur electio Bonorum, ſuper quibus conſequi poſſit
creditum dotale* =, *& in Romana Canonum 23. A-
prilis 1708. §. Ut enim coram R. P. D. meo An-
ſaldo*, ibi = *Quemadmodum Conſtantia, ſi vixiſſet,
rectè potuiſſet ad ſui libitum potiùs hanc, vel il-
lam partem, componentem totum Prædium, expe-
tere, & obtinere &c.* =; Id quod quaſi ſingula-
ris cujuſdam privilegii jure impartitum mulieri
dici nequit, ſed generaliter receptum eſt favore
cujuslibet Creditoris; cui Bona Debitoris gene-
raliter ſint obligata; hic namque agens actione 41
hypothecariâ, ea perſequi poteſt Bona, quæ ipſi
magis placeant, ex clara diſpoſitione *Text. in
leg. Creditoris arbitrio ff. de diſtraction. pignor.*,
Salgad. in Labyrint. Credit. part. 1. cap. 17. n. 16.,
Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 5. quæſt. 135. nu. 13.,
Noguerol. allegat. 7. num. 48., *Card. de Luca de
Credit. diſc. 126. num. 71.*, *& de Judic. diſc. 40.
num. 48.*, *Palm. nep. allegat. 364. num. 25.*, *Rota
Florentina inter collect. à Palm. nepot. deciſ. 158.
num. 15.*, *Rota coram Coccino dec. 67. n. 9.*, *coram
Card. Cerro dec. 8. num. 35.*, & proſequitur *in d.
Romana Canonum 23. Aprilis 1708. d. §. Ut enim
coram R. P. D. Anſaldo*, *& in Romana Cambii
26. Ju-*

Digitized by Google

26.Junii 1713. §. Nec relevare coram R. P. D.
Lancetta .
Hæc, quod attinet ad tertium Dubium, nunc
verò examinandum ſeſe nobis offert quartum,
quo quæritur; an dotes, poſt obitum Teſtatoris
à Fabio Nicolao filio, & à D. Virginia Matre
cum fructibus hereditariis ſolutæ ſororibus; ac
reſpectivè Privignis referendæ ſint ad creditum
filii, ac Matris, ità quidem, ut iſta tàm ex jure
proprio, quàm ex perſona, & jure filii, cujus eſt
heres ab inteſtato, illas detrahere poſſit ab aſſe
hereditario Honuphrii Teſtatoris? Enim verò
pro recta hujus Dubii reſolutione, ſecernenda,
ac diſtinguenda eſt perſona filii ab illa Matris;
Remque ordiendo à perſona filii, tametſi primâ
fronte dicendum videretur, dotes, ab eodem ſo-
lutas ſororibus, referendas eſſe ad ejus creditum,
42 eò quod paternum officium eſt dotare filias, ex
ſententia *Gloſſa in leg. final. Cod. de Dot. promiſ-
ſion.*, *Doctores in leg. 1. ff. ſolut Matrim.*, *Soccin.
jun. conſ. 79. num. 33. lib. 3.*, *Guttierez. de Ma-
trim. cap. 80. num. 9.*, *Merlin. de legitim. lib. 3.
tit. 1. quæſt. 22. nu. 8.*, *Giurb. ad conſuetud. Meſ-
ſan. cap. 3. Gloſſ. 3. num. 2.*, *Boſſ. de Dot. cap. 4.
§. 5. nu. 25.*, *Palm. nepos allegat. 225. nu. 6.*, *Rot.
in rec. dec. 39. num. 10. part. 18.*, *dec. 78. num. 3.
& 4. part. 19.*; Nihilominùs contrarium exiſti-
mo veriùs, quia officium iſtud, ſive obligatio pa-
43 terna transfunditur in filium, ac reſpectivè fra-
trem, quando eſt heres Patris, juxtà doctrinam
*Bartoli in leg. ſicut §. penult. ff. quib. mod. pign.
ſolv.*, quem ſequuntur *Barboſa in leg. 1. part. 3.
num. 6. ff ſolut. Matrim.*, *Fontanell. de pact. nu-
ptial. clauſ. 5. Gloſſ. 1. part. 1. num. 48.*, *Giurb. ad
Conſuetud. Meſſan. cap. 3. Gloſſ. 3. num. 27.*, *Boſſ.
de Dot. cap. 6. nu. 5. & ſeq.*, *Card. de Luc. de Dot.
diſc. 142. num. 38.*, *Rota coram Durano deciſ. 26.
num. 11.*, *in rec. dec. 25. num. 19. part. 11.*, *& no-
viſſimè in una Brittinorien. Dotis 7. Junii 1715.
§. Minùs verò coram R.P.D. meo Falconerio*, ubi
tamen non fuit condemnatus frater ad ſolutio-
nem dotis, quia doctum non fuit de qualitate
hereditaria ipſius reſpectu Patris.
Quod autem in caſu noſtro Fabius Nicolaus
fuerit heres Honuphrii Patris, in dubium revoca-
44 ri minimè poſſe videtur; nam, cum agatur de
hereditate Patris delata filio, qui ratione ſuitatis
non egebat expreſsâ aditione, ſed miniſterio Le-
gis dominium rerum paternarum in ipſum con-
tinuabatur, ad *Text. in Leg. in ſuis 11. ff. de li-
ber. & Poſth.*, hinc, niſi doceatur de abſtenſio-
45 ne, hereditas adita fuiſſe præſumitur, *leg. 1. §. Qui
ſunt ff. ſi quis omiſs. cauſ. teſtam.*, *leg. quemadmo-
dum 7. ff. de acquir. vel omitten. hered.*, *leg. ul-
tim. §. Sin verò perpetuo Cod. de Curator. Fu-
rioſ.*, *Leg ſi fratris 3. Cod. de jur. deliber.*, *Cu-
jac. ad Leg. 2. verſ. neceſſarii de excuſat. Tutor.*,
& ad d. Leg. in ſuis in princ. ff. de Liber. & poſth.,
Surd. conſ. 458. num. 4., *Gratian. diſcept. 732.
num. 32. & 52.*, *Altolin. reſol. 25. num. 28.*, *&
reſol. 105. num. 49.*, *Ariaſ. de Meſa variar. reſol.
lib. 3. cap. 1. num. 7.*, *Rot. in rec. dec. 610. num. 5.
part. 19.*, *in Eugubina Fideicommiſſi 2. Martii
1710. §. Eòque certiùs coram Rm̃o Molines*, *&
in Ferrarien. alimentorum, & dotium ſuper quan-
titate Detractionum 4. Martii 1712. §. Quidquam
non obſtante in fin. coram Em̃o D. Card. Priolo*;
Certius vero in caſu noſtro, quia, cum tem-
pore obitus Honuphrii Patris Fabius Nicolaus fi- 46
lius eſſet adhuc in pupillari ætate conſtitutus,
præſumendum eſt, Matrem ejus nomine pater-
nam hereditatem adiviſſe, ex firmatis per *Ro-
tam in dec. 329. num. 11. part. 10. rec.*, *& in Vi-
terbien. Salviani 18. Junii 1708. §. At rursùs per-
pendentes coram Rm̃o Molines*.
Prout reverâ eadem Mater, uti Tutrix, &
Curatrix, conſenſum, auctoritatemque filio ac-
comodavit, ut debita paterna ſolveret; qui ſa-
nè actus, etſi ſufficeret pro inducenda aditione 47
reſpectu Fabii Nicolai, *Menoch. de præſumpt. lib.
4. præſumpt. 101. n. 18.*, *Mantic. de conject. lib. 12.
tit. 12. num. 14.*, *Barry. de ſucceſſ. lib. 11. tit. 3.
nu. 3.*, *Buttiglier. eodem tract. theorem. 38. n. 2.*,
*Rota in Reatina Fideicommiſſi de Severis 11. A-
prilis 1707. §. Fuiſſe verò coram bon. me. Oman-
na*, *& in Viterbien. Salviani 18. Junii 1708. §.
Secundò quia cor. Rm̃o Molines*, non deeſt tamen
aliud efficax aditionis argumentum, reſultans 48
ex Bonorum paternorum poſſeſſione, à filio uſ-
que ad obitum retenta, prout, ex *Textu in leg.
fecit ff. de acquir. hered.*, tradunt *Cyriac. contr.
244. num. 4.*, *Poſth. reſol. 28. num. 21.*, *& reſol.
45. num. 25.*, *Thomat. deciſ. 51. num. 30.*, *Rot. in
rec. dec. 73. n. 15. part. 11.*, *dec. 273. n. 5. part. 17.*,
coram Priol. deciſ. 418. num. 8., *coram bon. mem.
Emerix. jun. dec. 682. nu. 4.*, *coram R.P.D. An-
faldo inter ejus Romæ impreſſ. deciſ. 84. num. 16.*,
*in Sutrina Cenſus 25. Junii 1709. §. Qualitas co-
ram Rm̃o Molines*, *in Eugubina Fideicommiſſi 21.
Martii 1710. §. Prædicta cor. eodem*, *& in Fer-
rarien. Alimentorum, & Dotium ſuper quantita-
te Detractionum 4. Martii 1712. §. Quidquam non
obſtante coram Em̃o D. Cardin. Priolo*.
Fruſtraque objiceretur, quod Mater ex præ-
cepto Teſtatoris exactum inventarium tutelare 49
confecit, cujus vigore diverſa omninò, atque
diſtincta cenſenda ſit perſona Patris ab illa filii,
qui proindè ad illius debita minimè teneatur;
Etenim omiſſo, an iſtiuſmodi inventarium ri-
tè, ac rectè factum fuerit nec ne, cum inter ſcri-
pturas mihi communicatas non reperiatur, hoc,
inquam, omiſſo, contrarius diſcurſus eo dum-
taxat, caſu urgere poſſet, quo filius dotes, de 50
quibus agitur, ſolviſſet ex propriis Bonis; At ali-
ter res ſe habet in noſtra hypotheſi, in qua ſup-
ponitur, illas ſolutas fuiſſe cum fructibus here-
ditariis; heres namque beneficiatus, quoties 51
haud ignorat, adeſſe Creditores hereditatis, pro-
ut certè certiùs non ignorabat in caſu noſtro,
dum illis ſatisfacere curavit, ſuos facere nequit
fructus Bonorum hereditariorum, ſed illos cu-
ſtodire, ac conſervare debet commodo Credi-
torum, per ea, quæ obſervant *Peregrin. conſ.
42. num. 27. lib. 1.*, *clar. mem. Card. de Luc. de
hered. diſc. 20. num. 16.*, *Rocc. diſput. jur. ſelect.
cap. 51. num. 64.*, *Surd. dec. 92. num. 5.*, *Rot. in
rec. dec. 259. num. 8. & ſeqq.*, *& dec. 304. num. 3.
part. 5.*, *dec. 131. num. 3. & ſeqq. part. 6.*, *coram
bon.*

Digitized by Google

bon. me. Emerix. jun. dec.655. num.3., in Sutrina
Cenſus 25.Junii 1709. §. final. coram Rmo Moli-
nea, in Romana redditionis rationis ſuper reſer-
vatis 22.Junii 1711.§.Cenſuerunt coram R.P.D.
Falconerio;& in Romana Pecuniaria 3.Julii ejuſ-
dem anni §. Prout nec dici poſſunt coram Emo D.
Card. Priolo; Et rectè quidem, quia heres be-
neficiatus eſt verus heres, omniaque jura, &
52 actiones tàm activè, quàm paſſivè in ipſum tran-
ſeunt, ut ſolidè probat Phonac. de invent. quæſt.
242. §. Veriùs tamen ego opinor, quem ſequitur
Rota in Mantiſſ. ad clar. mem. Card. de Luc. de
teſtam. dec.38. num.13.; Et inventarium præſer-
vat ipſum dumtaxat à damno, nè ſcilicet tenea-
53 tur ſupra vires hereditarias, at non etiam ei pro-
deſt ad effectum, nè cogatur ſervare factum De-
functi, ejuſque debita ſolvere ex rebus heredita-
riis, & intrà earum vires, ut benè inquiunt Spad.
conſ.9. nu.30. & ſeq. lib.1., Surd. dec. 30. n. 13.
& 14., Rota coram ſan. mem. Gregor. XIII. dec.
411. num. 6. & 7., ibique Adden. num. 15., in
rec. dec.224. num.5. part.18., in Mantiſſ. ad clar.
me. Card. de Luc. de teſtam. dec. 15. num. 5.

Quamquam verò hæc ita ſe habere cenſeam
reſpectu Fabii Nicolai filii, haud tamen arbitror
locum ſibi vindicare poſſe reſpectu D. Virginiæ
matris; Hæc namque cum non ſit heres pro-
prietaria, ſed uſufructuaria dumtaxat, ex veriori,
54 ac receptiori Doctorum, Tribunaliumque ſen-
tentia, jam regulæ locum obtinente, compelli
nequit ad ſolvenda onera hereditaria, ideoque
nec etiam dotes, quæ, pariter teſte Rot. coram
ſan. mem. Alexandr.VIII. dec.242. nu. 32., ſunt
debitum hereditarium Patris, prout, reprobatâ
contrariâ doctrinâ Bartoli in leg. final. ff. de uſu-
fruct., concorditer docuerunt Alexand. in leg.
filio §. Si vir. colum. 3. ff. ſolut. Matrim., & in
leg. uſufructu ff. ad leg. falcid., Dec. conſ. 437. nu.
13., Ruin. conſ. 51. num. 14. lib. 2., Menoch. de
præſumpt. lib.4. præſumpt.143. num.8., Surd. de
aliment. tit. 9. quæſt. 16. num. 10., Gratian. di-
ſcept.134. num.20. & 21., & diſcept. 585. n.15.
& 17., Cavalcan. de uſufruct. mulier. relict. nu.
211., appellans phariſaicam Bartoli opinionem,
55 id quod ait etiam Adden. ad deciſ. 636. num. 42.
part.4. tom.3., Caſtill. de uſufruct. lib. 1. cap. 59.
num.19., Theſaur. quæſt. forenſ. lib.2. quæſt. 32.
num.2., Card. de Luc. de ſervit. diſc.58. num.2.,
& diſc.108. num.13., Maſtrill. deciſ. 3. num. 3.,
Thomat. deciſ.106. num. 1., Rot. coram R. P. D.
meo Anſald. inter ejus impreſſ. Romæ dec.93. n.2.
& 3.; Et quidem nullâ tactâ diſtinctione inter
uſufructuarium particularem, & univerſalem;
56 Neuter enim æs alienum Teſtatoris ſolvere co-
gitur, Cravet. conſ.187. num.1., Roland. conſ.8.
ex num.5. lib.1., Ruin. conſ.51. num. 14. lib. 2.,
Covarru. variar. reſol. lib.2. cap.2. num. 4. verſ.
ex quibus, Merlin. de pignor. lib.4. quæſt.151. n.
1. & ſeq., Conciol. de hered. artic. 1. num. 186.,
Bouden. collect.27. num. 77. lib. 1., Thomat. dec.
106. num.1., R. P. D. meus Anſald. in annot. ad
d. ipſius deciſ.93. num.43.

Et jure quidem, meritòque, quia, cum heres
57 uſufructuarius non adeat hereditatem, ut ex
aliis notat Caſtill. de uſufruct. cap.58. num.7. &
ſeq., nec in ipſum tranſeant jura, & actiones
tam activæ, quam paſſivæ, ut, ex Text. in leg.1.
Cod. de hered. inſtit., tradunt Adden. ad dec.633.
num.43. part.4. tom.3., Merlin. de pignor. lib. 4.
tit.5. num.1., Rot. Jannen. apud Cartar. dec.74.
num.2. & ſeq., habetur loco Legatarii, Andreol. 58
contr.22. nu.23., & controv. 121. n. 26., Capyc.
latr. conſult.147. num. 16., Leoncill. deciſ. Fer-
rar.180. n.3., Rot. in rec. dec.165. n.3. part.15.,
dec.75. num.12. part.12., dec.349. n.4. part.18.,
& cor. R. P. D. Anſald. inter ejus Rom. impreſſ.
dec.7. nu.4.; Et proprietarius videtur heres fuiſ-
ſe jam indè ab initio, quamvis invitatus legatur 59
poſt mortem ſolummodò uſufructuarii, Cephal.
conſ.37. num.24., Andreol. d. contr. 121. nu.25.
verſ. & ideo, Capyc. latr. conſult. 112. num. 45.
& 46., Rocca diſput. jur. ſelect. cap.30. num.21.
& ſeqq., Rota coram Dunoz. ſen. deciſ. 90. n.8.,
coram Ubald. dec.262. nu.3. & ſeqq., coram Bich.
dec.349. num.11., in rec. dec. 345. num. 4. & 5.
part.19., & coram R.P.D. meo Anſaldo d.dec.7.
num.5. & 6.; Ideoque non iſte, utpotè ſingula- 60
ris tantum ſucceſſor, ſed ille, qui Defuncti per-
ſonam repræſentat, dotes, aliaque debita here-
ditaria ſolvere tenetur, ut benè diſſerunt Pe-
droch. conſ. 7. num. 126. & ſeq., Ruin. conſ. 51.
num. 14. lib. 2., Riminald. conſ. 172. num. 12.,
Dec. conſ.187. num.1., Pariſ. conſ.32. num.113.
lib.1., Gaill. obſerv. lib 2. cap. 146. num. 5., &
proſequitur Caſtill. de uſufruct. d. cap.58. num. 7.
& ſeqq.

A qua quidem firmiſſima regula recedere in-
tegrum minimè eſt, niſi in duplici caſu, quando 61
nempè agitur de Legatis, & debitis annuis; hęc
enim, uti ex fructibus perſolvenda, ad onus per-
tinent uſufructuarii; qui eoſdem fructus perci-
pit, ad Text. in leg. 3. ff. de uſufruct. legat., leg.
final. §. Sin autem legata Cod. de Bon. quæ liber.,
Seccin. jun. conſ. 115. num. 10. lib. 1., Roland.
conſ.8. num. 18. lib. 2., Pariſ. conſ. 96. num. 24.
lib.3., Merlin. de pignor. lib.5. quæſt.151. nu.5.,
Menoch. de præſumpt lib.4. præſumpt.143. n.18.,
Gratian. diſcept.294. num.1. & ſeqq., Caſtill. de
uſufruct. d. cap.58. num.10., Manſ. conſult. 132.
num. 1. & ſeq., Surd. dec.193. num. 1. & ſeq.,
Rot. coram clar. me. Card. Cerra dec.70. nu.17.,
& coram R. P. D. meo Anſald. dec.7. num. 18.;
Vel quando urget contraria Teſtatoris volun- 62
tas, ex juſtis conjecturis, præſumptionibuſque
deducta, ut monent Conciol. de hered. art.1. nu.
197., Theſaur. quæſt. forenſ. lib.1. quæſt.32. n. 5.
& 6., Montan. contr.34. nu.7. in fin., Rocc. di-
ſput. jur. ſelect. cap.30. nu.31., Franch. dec.483.
num.8. & per tot., Rot. in rec. dec. 12. n.5. & 6.
part.15., & cor. R.P.D. Anſaldo dec.93. n.17.,
& in annot. num. 45.; Qua de re cum in noſtra
hypotheſi res non ſit de debitis annuis, quippè
dotes non in ſingulos annos, ſed unicâ tantùm
vice ſolvuntur, nec ex ulla teſtamenti parte
conjiciatur, Teſtatorem gravare voluiſſe uxo-
rem uſufructuariam hoc onere ſolvendi dotes,
diſcedendum non eſt à regula ſupra proximè
conſtabilita.

Digitized by Google

Ex quibus plenè jam ſatisfactum dici debet
quinto Dubio, quo quærebatur, *an debita here-
ditaria à Matre, & filio ſoluta cum fructibus he-
reditariis, cedere debeant credito utriuſque*? Quis
enim non videt, quod ea, quæ, de dotibus huc
uſque diximus, omninò conveniunt, applican-
turque reliquis debitis hereditariis, ita quidem
ut tam hæc, quàm illæ iiſdem prorsùs regulis
definiantur? Immò verò in ſuperiori quæſtione
63 examinanda promiſcuè actum fuit de dotibus,
ac de ceteris debitis: Cedent igitur debita he-
reditaria à Matre ſoluta, cedent, inquam, cre-
dito ipſius, quia eadem, utpote uſufructuaria,
ad illarum ſolutionem non tenebatur; Verùm
tamen haud cedent credito filii, qui, illa ſol-
vendo, egit, quod debuit, & quod tamquam
64 heres proprietarius facere tenebatur.

Gradum modò facimus ad ſextum Dubium;
Utrum ſcilicet *impenſæ, & meliorationes neceſſa-
ria ab herede uſufructuaria factæ pro reparandis
domibus, & conſervandis Bonis, refici debeant
ab heredibus proprietariis*? Cui quidem Dubio
65 negativè reſpondendum videretur, ob plurima,
eademque clariſſima juris noſtri loca, quibus
cautum reperitur, quod fructuarius, qui omnes
rei fructus percipit, ædes reficere, & Bona ſuis
ſumptibus conſervare debeat, ad *Text. in leg.
uſufruct. 7. in fin.*, ibi = *Quoniam igitur omnis
fructus rei ad fructuarium pertinet, reficere quo-
que eum ædes per Arbitrum cogi* = *Leg. hactenus
8. in fin.*, ibi = *Et non ſolùm neceſſarias refectio-
nes facturum &c.* =, *Leg. uſufructuarius 50. in
fin.*, ibi = *Tueri accepit* = *ff. de uſufruct. & quemad.
quis utat., fruat., Leg. inter fructuarium 20. ff. de
damn. infect.*, ibi = *Refectio ædium ad ipſius uſu-
fructuarii onus pertinet* =, *Leg. eum 7. Cod. de uſu-
fruct.*, ibi = *Eum, ad quem uſusfructus pertinet,
ſarcta tecta ſuis ſumptibus præſtare debere, explo-
rati Juris eſt* =; Ità quidem ut ſubmoveri poſſit
66 ab uſufructu, ſi reficere nolit, per *Text. in leg.
cum fructuarius 70. ff. de uſufruct., leg. hoc am-
pliùs 9. §. final. ff. de damn. infect.*, ibi = *Idem
Celſus ait, eum quoque fructuarium, qui non re-
ficit, à Domino uti, frui probibendum* =; Eoque
67 dumtaxat caſu reficere non ſit cogendus, quan-
do paratus eſt dimittere uſumfructum, per *Text.
in d. leg. cum fructuarius 70. ff. de uſufruct.*; Et
rectè quidem, quia uſufructuarius facere debet,
68 quod diligens Paterfamilias in re ſua facit, juxtà
*Textum in leg. item ſi 10. verſ. Sabinus ait, &
Leg. ſed eum 71. ff. de uſufruct.*, verbis illis =
*Debet enim omne, quod diligens Paterfamilias in
ſua domo facit, & ipſe facere* =.

Verumtamen hæc tanti non ſunt, ut recedere
nos cogant à certiſſima, atque omnium ore trita
Juris noſtri regula, quâ edocemur, quod, ſi
fructuarius fecerit expenſas neceſſarias, vel etiam
utiles, quæ maximam cum neceſſariis cognatio-
69 nem, immò eamdem ferè naturam habere vi-
dentur, ad *Text. in leg. ſed an ultrò §. Is autem ff.
de negot. geſt.*, *de Angel. de impenſ. art. 4. n. 1.*,
70 eas repetit à proprietario, ut communiter fir-
mant *Gloſſ. & Doctores in leg. in fundo ff. de rei
vindicat., & in Leg. domum Cod. eodem, Caſtrenſ.
conſ. 270. num. 4. lib. 2.*, *Simon. de Prat. de in-
terpr. ultim. volunt. lib. 3. dubit. 5. ſolut. 5. n. 5.*,
Peregrin. de Fideicom. art. 50. nu. 45., & n. 76.,
Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 28. num. 25.,
Mangil. de imput. quæſt. 136. num. 31., *De Angel.
de expenſ., & meliorat. art. 6. num. 4., & artic. 7.
num. 11.*, *Rot. coram Seraphin. dec. 898. num. 3.*,
coram Dunoz. jun. deciſ. 665. num. 2. & 3., *cor.
Bich. dec. 564. n. 12.*, *coram Royas dec. 116. n. 5.*,
in rec. dec. 116. ex n. 35. ad 43. part. 6., *dec. 223.
nu. 15. part. 7.*, *dec. 145. n. 9. & 10.*, *& dec. 237.
n. 4. & ſeqq. part. 16.*, *dec. 364. n. 4.*, *& dec. 537.
num. 9. & ſeqq. part. 18.*, *& ad ornat. clar. mem.
Card. de Luc. de teſtament. dec. 65. ex num. 14. ad
ſeqq.*; Id quod uſque adeò verum eſt, ut Docto-
res, ac Tribunalia affirmare non dubitaverint,
ſimilium expenſarum repetitioni haud quaquam
officere poſſe pactum contrarium inter Partes 72
couſtabilitum, eò quod contractus naturæ repu-
gnet, *de Angel. de expenſ., & meliorat. art. 10.
num. 3.*, *Rot. coram Coccin. dec. 579. num. 14. &
15.*; Quamobrem prodita eſt etiam actio nego- 72
tiorum geſtorum, quâ uſufructuario conſulitur
pro talibus expenſis, melioramentiſque recupe-
randis, per *Text. in leg. omninò 12., ibique Gloſſ.
in verb. alioquin ff. de impenſ. in reb. dotal. fact.*,
*eadem Gloſſ. in leg. eum 7. in verb. repoſcet Cod.
de uſufruct.*, *de Angel. in d. tract. de expenſ. art.
3. num. 43., & art. 4. num. 2.*

Porrò quænam ſit impenſa neceſſaria, quæ- 73
nam utilis, certum eſt in jure noſtro; neceſſa-
ria enim dicitur illa, quâ non factâ, res aut pe-
ritura, aut deterior futura eſſet, utilis verò,
quæ non temporariam meliorantis, ſed perpe-
tuam rei, & proprietarii utilitatem reſpicit, ut
de utroque expenſarum genere eſt *Text. in leg.
Impenſa 79. ff. de verb. ſignific.*, *leg. quod dicitur
5. cum leg. ſeq.*, *& leg. Impenſæ 13. ff. de impenſ.
in rebus dotal. fact.*, *Alexand. in leg. Divortio §.
Impendia num. 3. ff. ſolut. Matrimon.*, *Simon. de
Prat. de interpret. ultim. volunt. lib. 3. dubit. 5.
ſolut. 5. num. 5.*, *Peregrin. de Fideicomm. artic.
50. num. 7. & 8.*, *Cyriac. contr. 83. nu. 8.*, *Mer-
lin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 28. nu. 15. & 19.*,
*Salgad. in labyrint. credit. part. 1. cap. 11. num.
611.*, *de Angel. de expenſ. art. 3. num. 34., &
art. 22. num. 58.*, *Rota coram Coccino deciſ. 2087.
num. 3. & 4.*, *in rec. deciſ. 650. num. 5. part. 2.*,
deciſ. 333. nu. 8., & 9. part. 12., *deciſ. 564. nu.
1.*, *& deciſ. 611. num. 2. §. Et prædicta part. 18.*,
*& ad ornat. Card. de Luca de teſtament. deciſ. 65.
num. 15. & 18.*; Attamen, cum ſæpè ſæpius in
facto diſceptari contingat de qualitate expenſa-
rum, receptum idcircò eſt, onus probandi ip- 74
ſarum neceſſitatem, utilitatemque pertinere ad
impendentem, *Succin. jun. conſ. 62. num. 3. lib.
3.*, *de Angel. dict. art. 3. num. 35.*, *Maſtrill. de-
ciſ. 98. num. 9.*, *Thomat. deciſ. 59. num. 26.*, *Rot.
coram ſan. mem. Gregorio XV. deciſ. 202. num. 2.
& 3.*, *& in Imolen., ſeù Faventina Fideicommiſ-
ſi 20. Junii 1712. §. Et ſanè in fin. coram R. P.
D. Criſpo*, qui ad hanc faciendam probationem
uti ſolet operarum depoſitione, & relatione Pe- 75
ritorum, ex quibus appareat ſtatus tum anti-
quus,

quus, tum modernus rei melioratæ, *Rot. in rec. deciſ.627.num.7. part.1., deciſ.356. num. 3. part.2., deciſ.695. num.1. part. 3., poſt Zacch. de Salar. deciſ. 4. num. 8., & 9., coram Bich. deciſ. 199. numer. 27., & deciſ. 564. numer.15., apud Paulut. diſſert. 34. num. 9., & latè in dicta Imolen., ſeu Faventina Fideicommiſſi 20. Junii 1712.*

Ea autem, quæ huc uſque de neceſſariarum,
76 utiliumque expenſarum repetitione diximus, ità
demum procedere intelligenda ſunt, ſi agatur
de expenſis magnæ quantitatis; nam, ſi res ſit
de modica impenſa, hæc procul dubio pertinet
ad uſufructuarium, in quibus terminis accipienda ſunt, & loquuntur juris noſtri loca, ſub initium in contrarium allegata, & præcipuè *Text. in dict. leg. hactenus* 8., ubi Juriſconſultus agens
ex profeſſo de obligatione, quâ fructuarius obſtringitur ad reficiendum, hanc regulam ſtatuit
= *modica igitur refectio ad eum pertinet* = prout
etiam illa declarantur à *Gloſſa in dict. leg. hactenus in verb. pertinet lit. L., & in leg. ſi uſusfructus 16. lit. B. in fin. ff. de uſufruct., in leg. damni §. Ei cujus uſusfructus in verb. quia reficiendi lit. B., & in not. marginal. lit. I., & in leg. Inter fructuarium 20. in verb. Pertinet litera T. ff. de damn. infect., Mareſcot. variar. reſol. cap. 113. num.38., Surd. de aliment. tit.6. quæſt. 4. num. 3. & 22., Garz. de expenſ. cap.1. num.12., Caſtill. de uſufruct. lib.1., cap.56. num.2. & 3., de Angel. de impenſ. artic.9. num.4., Rot. dec.116. num.41. part.6. rec.*, Quænam autem dicenda
ſit expenſa modica, quænam magna, non ſatis
77 convenit inter Doctores, proindeque verior videtur ſententia *Gloſſ. in dict. leg. hactenus 8. lit. L. ff. de uſufruct.*, affirmantis, id prudenti Judicis arbitrio æſtimandum eſſe, quam ſenten-
78 tiam laudant, & ſequuntur *Menoch. de arbitrar. Judic. lib.2. centur.3. caſ.215. nu. final., Garz. de expenſ. cap.11. num.10., Caſtill. de uſufruct. lib.1. cap.56. num. 6., de Angel. de expenſ. art. 3. num. 42.*; Qua de re à theſi ad hypotheſim
deſcendendo, ſi D. Virginia pro ædium refectione, ac conſervatione Bonorum modicas tantùm expenſas, quantumvis utiles, quantumvis
neceſſarias fecit, id onus ipſius fuit, nec ulla
ei competit repetitio; Si verò magnas fecit expenſas, dabitur repetitio ejus, quod modicam
79 excedit impenſam, ut juſtiſſimè ſtatuit *Imperator Gordianus in leg. Eum 7. Cod. de uſufruct.*,
verbis illis = *Eum, ad quem uſusfructus pertinet, ſarcta tecta ſuis ſumptibus præſtare debere, explorati juris eſt* =, Proindè, ſi quid ultrâ, quàm
impendi debeat, erogatum potes docere, ſolemniter repoſces =, *& ſequitur Gloſſ. in dicta leg. hactenus 8. lit. L. ff. de uſufruct.*

Supereſt denique ſeptimum, idemque poſtremum Dubium, quo quæritur, *an in æſtimatione aſſis hereditarii, ad effectum detrahendi Legitimam, Fabio Nicolao filio debitam, computandæ ſint etiam dotes, ab Honuphrio Patre ſolutæ filiabus?* Cui ſanè Dubio paucis ſatisfacere poſ-
80 ſe credimus, animadvertendo, quod ad effe-
ctum, de quo agitur, nulla ratio haberi poteſt
dotium, jam à Patre ſolutarum, niſi quod paterna hereditas eò minorem patietur diminutionem ob iſtud æs alienum jam præcedenter à Patre dimiſſum; Nam, ſi dotes prædictæ ſolutæ
non fuiſſent, computandæ, ac ſubducendæ priùs
eſſent ab aſſe hereditario, quàm aſſignaretur fi- 81
lio Legitima, quæ ad iſtum effectum non dicitur quota hereditatis, ſed Bonorum, ideoque,
nonniſi poſt ſoluta omnia debita paterna, debe-
tur, ut concorditer advertunt *Amat. reſol. 39.* 82
num.164. & ſeqq., Merlin. de legit. lib.2. tit.1. quæſt.15., Mart. de ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 25. art.9. num.1., Arias de Meſa variar. reſol. lib.3. cap.49. num.26. in fin., Card. de Luca de Legitim. diſc.19. nu.10., Urceol. conſult. 18. num. 23., Rot. in rec. deciſ.230. num.10. part.10., deciſ.415. num.12., & 13., deciſ.198. nu. 5. part. 15., deciſ.338. nu.1. part.18., poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.134. num.4., & coram R.P. Dom. Anſaldo inter ejus Romæ impreſſ. deciſ. 49. num. 20. & 24., & in annot. ad deciſ. 84. num. 55.

Florentina Diviſionis.

Gravamen in Legitima impoſitum, ut ſuſtineatur, certa, atque individua illius ſcientia non requiritur, ſed ſufficit ejuſdem acceptatio tacita, ex aditione reſultans, quoties cautela *Soccini* fuerit ſervata, maximè ex diſpoſitione *Statuti Florentini*, nudum attendentis factum poſſeſſionis. Aditio ex quibus inducatur actibus? Et quid de proteſtatione eos gerendi, non adeundi animo, an nempè, & quando heredi ſuffragetur? Ex prædicto *Statuto*, heres, qui 15. poſt dies ab obitu Defuncti in poſſeſſione continuaverit, nequit allegare, ſe alio poſſediſſe titulo, ſtante etiam hereditatis repudiatione, niſi, hac præmiſſâ, hereditaria Bona ſibi non aliter, quàm auctore Prætore delata fuerint. Scientia gravaminis quando in herede concurrere cenſenda ſit? Ex ſcientia partis ad ſcientiam totius quando, etiam in præjudicialibus, valeat inferri?

VOTUM XXIV.

1 *Hereditatem cum onere in Legitima, ut dicatur acceptaſſe filius, inſtitutus cum* Soccini *cautela, ſcientia ipſius oneris requiritur*, & num.4., & num.120.

2 *Quæ ſcientia debet eſſe certa, & poſitiva, non autem præſumpta.*
Maximè, ubi de actu præjudiciali agitur, ac proprii juris abdicativo, num.5.

3 *Simplex Legitimæ prohibitio ab alia, quæ injungitur, ſervatâ* Soccini *cautelâ, in eo differt, quod prima non valet ſinè ſpecificâ acceptatione gravaminis, in ſecunda ſufficiat generica adprobatio teſtamenti*, & num.149. 150., & 151.

6 Fillo magis expedit Legitimam inproprietate, quàm totum aſſe in uſufructu habere, & num.183.

7 Servitus ſervitutis dari non poteſt.
Fideicommiſſarius uſufructuario æquiparatur.

9 Super uſufructu debita filio, uſus, & commoditas Patri competit.

10 Paternæ hereditatis opulentiſſimæ, ejuſdemque nec debitis, nec Legatis oneratæ, aditio præſumitur.

11 Filius ſolá immixtione Bonis Patris, heres fit.

12 Et faciliùs miſcere ſe videtur filius, quàm pro herede gerere extraneus; ratio nu. 13., & 14.

13 Filio ſuitus eſt pro aditione, & in eo continuari dicitur, non adquiri hereditas.

14 Heres non dicitur, extraneus, niſi per aditionem.

16 Filius ex neceſſitate quadam paternam acceptare diſpoſitionem tenetur.
Jure enim tantùm Prætorio jus abſtinendi habet, & facilè illud amittit, num.17.

17 Jus abſtinendi, quod habet filius, eſt contra jus commune.

18 Filius, ut jure abſtinendi fruatur, paternæ hereditati omninò immiſcere ſe non debet.

19 Hereditatem repudiandi jus difficiliùs ab Extraneo amittitur.
Utque hereditati obligetur, efficaciores requiruntur probationes, ibid.

20 Filii eſt ſe immiſcere, non autem adire.
Et paternam tranſmittit hereditatem, licèt non adierit, ibid.

21 Filius ſuus, & heres eſt, aditione etiam non factá.
Atque ante apertas tabulas, num.23.

22 Etiam pro effectu hereditatem tranſmittendi.

24 Hereditatis aditio, tum ex verbalibus declarationibus, tum ex actibus poſſeſſivis, adquiſitivis, aut declarativis inducitur, & nu. 32., & 75.

25 Heredem ſi quis ſeſe pluries nuncupaverit, aut declaraverit, hereditatem adiviſſe cenſendus eſt, & num.27.

26 Hereditatis aditio in nuda adeuntis voluntate conſiſtere dicitur; & heres fieri quis poteſt ſolá deſtinatione animi.

27 Declaratio, ſe eſſe heredem, pluries prolata ab habente poteſtatem adeundi, facta cenſetur animo ſe immiſcendi, ac pro herede ſe gerendi, & num.77.

28 Heredis nomen = taxativè = non = demonſtrativè = ubbibitum demonſtrant dictiones = uti = & = tamquam = nec non clauſulæ = dictis modis, & nominibus =.

29 Si præſertim per modum cauſſæ, adjectæ legantur actibus proportionatis, qui citra jus, & nomen heredis fieri non poſſent.

30 Hereditatem adeundi animus faciliùs in filio præſumitur.

31 Voluntas hominis meliùs, quàm verbis, rebus ipſis, ſeù factis demonſtratur.

33 Singula, quæ non proſunt, juncta juvant, etiam pro deſumenda hereditatis aditione, & num. 76.

34 Hereditatis aditio ſatis deſumitur ex facto ejuſdem inductivo, juncto cum verbis, exprimentibus animum pro herede ſe gerendi.

35 Hereditatis aditionem inducit exactio creditorum hereditariorum; capitalium hereditatis tranſlatio, ceſſio, aliaque ejuſmodi, & num.62.

36 Procedit, etiam quando præceſſerit proteſtatio non adeundi.

37 Ac, etiamſi heres declaraverit, abſtinere, ſeù repudiare velle hereditatem.
Declara, ut num.39.

38 Proteſtatio ſe nolle eſſe heredem eliditur contrario ſubſecuto facto, quod citra nomen heredis fieri non potuit.

39 Limita, ſi actum ipſum comitata eſt.

40 Heres, licèt creditor Defuncti, nequit, niſi per implicitam hereditatis aditionem exigere credita, ac diſponere de rebus hereditariis.

41 Hereditatis præcedens repudiatio ab herede revocata cenſetur, ſi credita poſtmodum exegerit, ac de rebus hereditariis diſpoſuerit.

42 Hereditatis repudiationem, licèt reſpicientem tempus futurum, ſi ſubſequantur actus cum alio communicati, aditionem iſti inducunt nedum reſpectu ejus, cum quo geruntur, ſed aliorum omnium, & num. 92.

43 Hereditarium jus eſt quoad omnes individuum, & num. 81.

44 Statutum Florentinum diſponit, hereditatem aditam cenſendam eſſe, niſi ſucceſſor intra 15.dies ab obitu Defuncti judicialiter declaraverit, ſe alio titulo, quàm hereditario poſſidere.

46 Ex ejuſdem Statuti mente, hereditatem ex quocumque actu poſſeſſivo, ad quoſcumque juris effectus, aditam cenſeri, docuerunt Auctores relati dicto num.45., & 121.
Qui ipſum Statutum, itá ſemper interpretatum, atque obſervatum fuiſſe, teſtantur nu. 45. 47., & 48.
Hujuſmodi Statuto ſubjecti ſunt Procuratores etiam, & Coloni non ſuo, ſed alterius nomine poſſidentes, num.49.

47 Hereditatis adeundæ ſcrupoloſa ſolemnitas ſublata hodiè eſt, & non tàm expreſſè, quàm tacitè hereditas poteſt adiri.

50 Hereditas an ſolis actibus poſſeſſivis adita cenſenda ſit? quæſtio eſt inter Doctores.

51 Affirmativa tamen verior eſt ſententia.

52 Non curato, an heres declaraverit, ſe uti heredem poſſediſſe.

53 Nudum enim attenditur factum poſſeſſionis.
Ex hac autem non tacita ſolùm aditionis præſumptio elicitur, ibid.

54 Sed

54 *Sed vera inducitur aditio.*

55 *Verus heres ex vera hereditatis aditione qui eſt, nequit allegare, ſe alio poſſediſſe titulo.*

Utpotè ſublato poſſeſſione ipſá num. 56.

Poteſt verò alium titulum allegare is, qui heres eſt tantùm præſumptus num. 57.

56 *Ex poſſeſſione Bonorum Defuncti jura heredis cum ipſius Defuncti juribus confunduntur.*

58 *Ex* Statuto Florentino *heredi poſt* 15. *dies ab obitu Defuncti non ſuffragatur allegare, quod alio titulo poſſederit.*

59 *Etiamſi juſto, & valida.*

60 *Et licèt Decreto Judicis in poſſeſſione continuaverit.*

Amplius, ut, niſi præceſſerit expreſſa repudiatio, cum ſubſecutá aſſignatione Bonorum, illi factá auctore Prætore, eidem nec etiam proſint quæcumque hereditatis abſtenſiones, ſive repudiationes, ibid., & num. 66., & 123.

61 *Atque ita ſemper in praxi obſervatum fuiſſe, advertunt Doctores relati per* Rot. Florent. deciſ. 51. num. 117., & ſeq.

63 *Statutum Florentinum differentiam omnem tollit inter ſuos, & Extraneos.*

64 *Ex ejuſdem Statuti cenſurá, pendente termino ad acceptandam, vel repudiandam hereditatem, hæc jacens habenda eſt.*

65 *Hereditatis jacentis adminiſtratio Curatori à Judice decernenda eſt.*

67 *Heredi, antequam deliberet acceptare, vel repudiare hereditatem, facultas non eſt, niſi auctore Prætore, diſponendi de hereditariis Bonis*, & num. 70.

Præcipuè autem alienare nequit, aut actiones exercere num. 69.

68 *Filio, antequam deliberet acceptare, vel repudiare hereditatem, alimenta, nonniſi auctore Prætore, decernenda ſunt.*

71 *Hereditatis aditio certa eſt, concurrentibus actibus, qui citra jus, & nomen heredis fieri nequiverint.*

72 *Heredis citra jus, & nomen, curari poteſt, ut colantur agri, neve Debitorum pereant nomina, ac ſimilia.*

73 *Hereditatis aditio non inducitur ex actibus de ſe inefficacibus, aut æquivocis, ad aliam cauſſam, quàm aditionis referibilibus.*

Item non inducitur, ſi alio animo, quàm adeundi, tales actus geſti appareant, ibid.

Limita, ſi adſit Statutum, aditionem ex nudo poſſeſſionis facto inducens, num. 78.

74 *Hereditatis aditio quod non ſit inducta, faciliùs judicandum eſt, quando contra filium, tamquam heredem, agitur non à creditoribus, ſed à coheredibus.*

Eoque caſu benignior etiam Statuti capienda interpretatio eſt ibid., *& quando ſecus?* num. 80.

79 *Fideicommiſſariis certum, & immutabile jus ex Teſtatoris judicio quæſitum dicitur.*

80 Statutum Florentinum *omnes comprehendit caſus, in quibus alicujus intereſt, hereditatem à filio fuiſſe aditam.*

82 *Et filium heredem efficit tàm quoad Creditores, quàm quoad omnes ceteros, quorum id intereſt.*

83 *Ex hereditatis aditione quaſi contractus reſultare dicitur non ſolùm inter heredem, & Creditores, ſed inter illam, & Legatarios, atque etiam Fideicommiſſarios*, & num. 174.

84 *Diſpoſitionis amplitudo æſtimanda eſt ab effectu, à Diſponente volito.*

85 *Statuentes, verbum nullum ſuperfluè, aut inconſultò adpoſuiſſe cenſendi ſunt.*

86 *Filius præcedentem hereditatis abſtenſionem revocare poteſt.*

Non ita aditionem ſemel factam, num. 87., & num. 111., *ratio dicto* num. 86.

87 *Hereditatis abſtenſione jura ſuitatis non amittuntur; aditione non item.*

88 *Hereditatem qui ſemel adivit, per quemcumque actum deſinere nequit eſſe heres, ſive ſuus, ſive extraneus ille ſit.*

89 *Filius, quando etiam ſimpliciter paternæ hereditati ſe immiſcuerit, nequit deinde, aliquid retinendo pro Legitima, hereditatem repudiare.*

90 *Hereditatis aditionem præcedentibus poſſeſſivis actibus inductam tollere nequeunt prorogationes à Principe obtentæ ad deliberandum de illius acceptatione, vel repudiatione.*

91 *Præſertim ex Statuto attendente ſolum factum poſſeſſionis.*

93 *Et maximè, ſi iidem actus poſt obtentas etiam prorogationes continuati fuerint.*

94 *Heres, quominùs hereditatem intra tempus prorogatum adeat, non prohibetur.*

95 *Temporis prorogati natura eſt, ut idem cum primo tempore reputetur.*

96 *Temporis prorogatio facta intelligitur cum iiſdem omninò qualitatibus, quæ tempori prorogato inerant.*

97 *Actus geſtus in termino prorogato, perindè habetur, ac ſi in primo termino factus fuiſſet.*

98 *Hereditatis aditionem inducentes actus, idem operantur tàm, ſi intra terminum à jure, vel ab homine conſtitutum, quàm ſi gerantur intra terminum à Principe prorogatum.*

99 *Princeps per prorogationem heredi conceſſam ad deliberandum de aditione hereditatis, facultatem quandocumque adeundi præripuiſſe nequit cenſeri.*

100 *Minùs verò ei conceſſiſſe, ut qualitatem hereditariam ſemel aſſumptam poſſet deponere*, & num. 186.

101 *Princeps non eſt cenſendus civilis, ac municipalis Legis regulas delere voluiſſe.*

102 *Principis Reſcriptum nemini captioſum debet eſſe.*

103 *Principis Reſcripto poſſe ſe quempiam heredem dicere, ac negare, fruſtrando eos, quibus*

bus ex aditione quæſitum jus fuiſſet, perabſurdum reputandum.

104 De hereditate adeunda quem deliberare volentem, ſcripturas etiam originales retinere velle, abſurdum nimis eſt.

105 Hereditatis aditionem præſeferentes actus, geſti cum proteſtatione eos ſe non animo adeundi facere, an aditionem ejuſmodi, nihilominùs inducant, vel non? inter Doctores diſceptatur, & num. 106.

107 Contrariæ opiniones conciliantur, ut affirmativa tunc valeat procedere, quum tamquam heres eos quis actus faceret, nec alia ſubeſſe poſſet cauſſa; ſi ſecus, negativa.

108 Prima opinio maximè procedit, ſi tales actus commodè ad præſervationem aliorum jurium, quàm abſtinendi ab hereditate, referri valeant.

109 Proteſtationes præſervativæ operantur ſolùm quoad non expreſſa, non autem quoad expreſſa, ſive ea, quæ per neceſſariam veluti conſequentiam veniunt.

110 Hereditatis aditionem præcedentibus actibus inductam impedire, aut revocare nequeunt ſubſecutæ contrariæ proteſtationes.

112 Si verò hæ præceſſerint, ſublata earum vis cenſenda eſt ſubſequentibus actibus, aditionem præſeferentibus.

113 Filius licèt hereditatem recuſaverit, poteſt, rebus paternis in eodem ſtatu permanentibus, illam adire, & nu. 116., & ſeq.; ratio dicto num. 113.

114 Heredis proteſtatio, ſe non habere adeundi animum, minùs efficax eſt expreſſâ hereditatis repudiatione.

Cum ejuſmodi proteſtationes plerumque ab herede fiant, antequam deliberet, ibid.

115 Expreſſa verò abdicatio deliberatum ſecumferat repudiandi animum.

116 Hereditatis expreſsè facta repudiatio, revocari poteſt, ſive expreſsè, ſive tacitè.

117 Eòque magis proteſtationes, ſeu declarationes de non animo adeundi.

118 Procedit ex diſpoſitione etiam Statuti Florentini.

119 Quod intellige, ſi modò proteſtationes illæ munitæ non ſint auctoritate Judicis.

122 Statutum Florentinum ex ſola Bonorum poſſeſſione verum heredem efficit.

124 Hereditatis à ſe aditæ, an onera ſciverit heres, an ignoraverit, nihil curandum eſt, & num. 178.

125 Ab heredis voluntate pendet adire, vel non adire, non verò effectus, ab aditione reſultantes, & num. 135.

126 Heredes ultra vires hereditarias, poſt hereditatem aditam, teneri, licèt onera ignoraverint, vetera diſponebant jura.

127 Statutum Florentinum diſponens, ad hereditatis onera heredem, poſt illam aditam, teneri, cenſendum eſt, ad jus antiquum redire voluiſſe, & num. 136.

128 Heres, ad validè adeundam hereditatem, ſcire debet, an ſit ex teſtamento, vel ab inteſtato heres, non verò, ut ad hereditaria onera teneatur, debet illa ſcire, & num. 133.

129 Hereditatis aditionis requiſita enumerantes juris interpretes, inter illa non recenſent ſcientiam onerum.

130 Eam proindè jure noſtro non requiri, dicendum eſt.

131 Heres ſcire debuit, ex aditione reſultare confuſionem jurium, ſeſeque oneribus hereditatis ſubijci ultra ejuſdem vires.

132 Aditio obligat æri alieno: & qui ſemel adivit rectè, poſtea non poteſt repudiare.

133 Heres, ut validè hereditatem adeat, requiritur ſolùm ſcientia ejus, quod intrinſecum, non quod extrinſecum eſt aditioni.

134 Heres, niſi in termino ad deliberandum ſibi competenti, onera noverit hereditaria, imputet ſibi, & num. 186.

137 Teſtator heredi prohibere poteſt, ne inventarium conficiat.

138 Deliberandi facultas in herede ſupponit ignorantiam onerum.

139 Statutum Florentinum, heredi poſt certum poſſeſſionis tempus adimens inventarii beneficium, cenſendum, de re heredis diſpoſuiſſe, atque ex ſolo aditionis facto eum gravare ultra vires hereditarias voluiſſe, & numer. 143.

140 Teſtator æquè, ac Statutum facultatem habet diſponendi de heredis rebus.

141 Juri Digeſtorum ignotum prorſus erat inventarii beneficium.

142 Statuti, vel Teſtatoris diſpoſitio heredi inventarium prohibens, tamquam rediens ad jus antiquum, favorabilis cenſenda eſt.

144 Hereditate aditâ, detrectari ab herede nequit reſtitutio fideicommiſſorum ſub prætextu detractionis Legitimæ.

Concurrente maximè Statuto, conſenſum, & acceptationem heredis inducente ex aditione, num. 148. & 152., & 176.

145 Heres ob aditionem obligatur hereditariis oneribus.

146 Aditio eſt quidam heredis conſenſus pro exequendis, quæ Teſtator demandavit, & num. 175.

147 Heredis conſenſus cum conſenſu Teſtatoris quodammodo uniri per aditionem dicitur.

151 Teſtator dum, ſervatâ Soccini cautelâ, gravamen ſuper Legitimâ adpoſuit, hanc aliis emolumentis in filium collatis compenſaſſe cenſetur, & num. 179.

152 Gravamen, ſervatâ Soccini cautelâ, nullum filio præjudicium adferre dicitur.

153 Filius, ut ſibi in Legitima, relictâ cum Soccini cautela, præjudicaſſe per aditionem cenſeatur, non requiritur expreſſa acceptatio, ne ſcientia onerum.

154 Sed generica eorum cognitio, atque acceptatio ſufficit.

Etiam per ſimplicem hereditatis aditionem, ac ſinè

ſinè expreſſa renunciatione Legitimæ, num. 158., & num. 184.

Explicantur Deciſiones Sacræ Rotæ, impreſſæ *apud* Rodulphin. poſt allegat. 115., *in quibus expreſſa etiam paterni teſtamenti acceptatio concurrebat*, num. 159. & 187.

Aliæ itidem declarantur auctoritates, quæ in contrarium poſſent adferri, num. 188.

155 *Procedit maximè principalis concluſio, quoties cautela* Soccini *non per æquipollens tantùm, ſed formaliter ſervata fuerit.*

Quod tamen formaliter ſervata ſit, pro effectu antedicto opus non eſt, num. 157.

156 *Ex quibus autem generica hujuſmodi onerum cognitio, atque acceptatio reſultare valeat?* ibid.

160 *Gravamen ſuper filii Legitimâ, à Patre impoſitum, ut ſuſtineatur, opus eſt, cum voluntate Patris, claram concurrere voluntatem filii.*

161 *Quæ in præjudicialibus non præſumitur*, & num. 166.

162 *Generalem autem ſcientiam gravaminis junctam cum aditione hereditatis ſufficere, id procedit, quando de clara adeundi voluntate, ac certò de aditione conſtat.*

163 *Declara, hæc locum ſibi vindicare in ſimplici prohibitione Legitimæ facta, non adhibitâ* Soccini *cautelâ*, & num. ſeqq.

Secus, quando ſervata ſit, num. 167.

164 *Gravamen ſuper Legitimâ Lex reijcit.*

Nec vires illud deſumit à voluntate Teſtatoris, ibid.

165 *Sed ſolùm convalidari poteſt filii conſenſu.*

166 *Qui expreſſus, vel expreſſo æquipollens debet eſſe; Intellige, ut* num. 167.

168 *Gravamen, ſervatâ* Soccini *cautelâ, impoſitum ſuper Legitimâ, vires ſumere dicitur à poteſtate Patris diſponentis.*

169 *Legitima nil aliud eſt, quàm quoddam peculiare patrimonium, filio jure debitum ex ſubſtantia Patris.*

170 *Filius in peculio caſtrenſi, aliaque re qualibet, ex propria perſona ad ipſum pertinente, gravari poteſt.*

171 *Gravamen autem convalidatur implicitâ dumtaxat acceptatione, ex aditione reſultante.*

172 *Filio, ſervatâ* Soccini *cautelâ, integrum non eſt paternam ſuſcipere hereditatem, atque onera non agnoſcere.*

173 *Filius ſcire debuit, ex aditione paternæ hereditatis ad onera ſeſe obſtringi*, & num. 177.

174 *Gravamen, ſervatâ* Soccini *cautelâ, ſuper Legitimâ impoſitum, ut ſuſtineatur, conſenſus filii non requiritur tamquam forma, ſed pro illius dumtaxat executione.*

Pro qua ſufficit legalis conſenſus filii, ex aditione reſultans, ibid., & num. 184.

Et generica ſcientia gravaminis, num. 176., & 185.

175 *Fideicommiſſum ſuper ſuis Bonis ordinatum filius per aditionem cenſetur adprobaſſe.*

Atque univerſum acceptaſſe Patris teſtamentum, cum oneribus, ſive ea ſciverit, ſive ignoraverit, num. 178.

180 *De actu ubi agitur, incipiente à lucro ad ejus validitatem ſufficit ſcientia gravaminis præſumpta à Lege*, & nu. 210.

181 *Gravamen ſuper Legitimâ quoties favore agnationis eſt impoſitum, conſonum naturæ dicitur, atque Parentum votis.*

182 *Utileque potiùs, quàm præjudiciale cenſendum eſt.*

185 *Commodum, & lucrum acceptans, fingitur, quod ſciens jus ſuum, obligare ſeſe vellit oneribus, emolumenta adnexis.*

186 *Heres, petito termino ad deliberandum, ſi adierit, vel pro herede ſeſe geſſerit, omnibus tenetur hereditariis oneribus.*

189 *In conflictu communis opinionis parvi facienda eſt contraria nonnullorum ſententia.*

190 *Scientia oneris in herede ut præſumatur, plurimùm valet veriſimilitudo.*

191 *Scientiam oneris habuiſſe heres præſumitur quoties ignorantia eſſet inveriſimilis, ac in Judiciis non admittenda.*

192 *Scientia oneris in herede ſatis per Teſtes probata dici poteſt.*

193 *Scientia oneris ſuper Legitima impoſiti, ex quibus reſultare dici poſſit?*

Eadem adfuiſſe cenſetur, ſi de opulentiſſimo agebatur patrimonio, ibid.

Item, ſi filius copiam teſtamenti extrahi curavit, num. 195.

Maximè, ſi nedum illam penes ſe retinuit, ſed duas alias exarare fecit, num. 197.

Et, ſi publicam edidit Procuræ mandatum, ſe enunciando heredem Patris, num. 198.

Si Legata ſolvit, num. 199.

Si literis ad Correſponſales datis, ſeſe unicum (ut re ipsâ erat) heredem evulgavit, num. 201., & 204.

Si ſciebat, quid alteri fratri Pater reliquerat, num. 203.

Sique demum prorogationem termini petiit à Principe ad deliberandum de hereditatis aditione, num. 205.

195 *Heres, cum de opulentiſſimo agitur patrimonio, non præſumitur, minimè inquiſiviſſe de diſpoſitis in teſtamento.*

196 *Præſertim, ſi pro illius aperitione Procuratorem conſtituit, ſtatim defuncto Teſtatore.*

200 *Heredis, Legata ſolventis, proteſtatio, ſe id non animo adeundi facere, ad alios effectus debet referri, quàm ad ignorantiam diſpoſitorum in teſtamento.*

201 *Secundogenitus, ſeclusâ ſpeciali diſpoſitione Patris, nec alimenta, nec quid aliud de manu Primogeniti recipere tenetur, ſed ſe, tamquam coheredem, poteſt gerere.*

203 *Teſtatoris voluntatem qui in re, vel minima, exequitur, demonſtrat, illius diſpoſitionem ſedulò perlegiſſe.*

206 *He-*

206 *Heres, qui ſciebat præfixionem termini, à Teſtatore ſibi factam pro deliberandi ac hereditatis aditione, ſciviſſe etiam cenſendus eſt onera, & conditiones ab illa impoſitas.*

207 *In præjudicialibus ſcientia vera requiritur, nec ſufficit præſumpta*; vid. num. 209., & ſeq.

208 *Ex ſcientia partis ad ſcientiam totius nequit inferri.*

211 *Contrarium verius, etiam in præjudicialibus.*

Præſertim, quando ſcientia totius fundatur in realitate facti, num. 210.

209 *Scientia probari poteſt etiam præſumptionibus, & conjecturis.*

210 *Eademque ita probata, non dicitur ſcientia præſumpta, ſed vera ſcientia, efficax ad quoſcumque etiam præjudiciales effectus.*

Præſertim, quando non ex genericis tantùm præſumptionibus, ſed ex facti etiam circumſtantiis deſumitur, ibid.

212 *Scientiam individuam partium teſtamenti habuiſſe cenſendus eſt, qui nedum dixit, ſed ſe pro herede univerſali geſſit in vim ipſius teſtamenti, enunciando diem, annum, ac Notarium de eo rogatum.*

213 *Ignorantia conjecturis probari poteſt.*

214 *Limita, ſi tamquam fundamentum intentionis adducatur.*

Tunc enim concludenter probanda eſt, nec ſufficit ignorantia, quæ, veriſimilis non ſit, ac juſta, ſed craſſa, atque affectata, ibid.

Procedit id in actu etiam præjudiciali, & maximè in favorabili, num. 217.

215 *Ignorantia craſſa, atque affectata prò ſcientia habetur.*

216 *Ignorantia conſiſtens in negativa, quoties contrariis conjecturis inducitur poſitiva ſcientia, probabilis non eſt, nec veriſimilis.*

218 *Scientia diſpoſitarum in teſtamento, ex pluribus reſultans actibus, vim adimit ipſimet juramento heredis, ignorantiam allegantis.*

219 *Princeps in præjudicium juris tertio quæſiti gratiam, ſciens, non conceſſiſſet.*

MARCHIO, & Senator Franciſcus Feronius, dum viveret Præfectus Ærario Regiæ Celſitudinis Magni Ducis Ætruriæ, ſupremum condidit teſtamentum, in quo, opulentâ primogeniturâ conſtitutâ Marchioni Fabio filio ſuo primogenito ſuper marchionatu, ac Bonis omnibus *di Bellaviſta*, & titulo Inſtitutionis certis Bonis relictis D. Silvio filio ſuo Secundogenito, reliqua omnia Bona ſubjecit perpetuo fideicommiſſo ad omnes ſuos Deſcendentes progreſſuro. Quoniam verò prudens Teſtator familiæ ſuæ dignitatem nedum ampliſſimo, quod relinquebat patrimonio conſervare, ſed majorum opum præſidio magis, magiſque amplificare cupiebat, adhibitâ famigeratâ cauteiâ tributâ *Soccino*, prohibuit Marchioni Fabio filio ſuo Primogenito tum legales omnes, Legitimæ nempè, & trebellianicæ, tùm etiam quantitativas maternarum dotium, aut quaſvis alias detractiones, injungendo prætereà, ut ſingulis annis inveſtiretur certa fructuum quantitas, ceſſura in augmentum univerſalis fideicommiſſi, ad quod vocabantur filii etiam ſecundogeniti, à dicto Marchione Fabio, dum adhuc ipſe viveret, ſuſcepti. Et denique utrique fratri præſtituit terminum duorum menſium ad acceptandum paternam diſpoſitionem.

Prudens hæc diſpoſitio Senatoris Franciſci, confirmata fuit ejuſdem morte, quæ evenit die 16. menſis Januarii anni 1694. ab Incarnatione, eâque ſecutâ, Marchio Fabius ſtatim paternæ hereditati ſe immiſcere, & prò herede ſe gerere cæpit; at ſentiens, elabi terminum à Patre ſibi præfixum ad ſolemniter acceptandam paternam diſpoſitionem, unâ cum fratre Silvio ſupplicavit Regiæ Celſitudini, ut illum prorogaret, votique compotes facti Reſcripto edito die 8. Martii ejuſdem anni, quo dictus terminus prorogatus fuit ad aliud bimeſtre, eoque durante, Marchio Fabius, vel quia adhuc anceps eſſet, an ſibi expediret potiùs obſequi Patris judicio, quàm, abſtinendo ab ejuſdem hereditate, detractiones ſuas liberè conſequi, vel quia nondum excogitare potuiſſet ſpecioſam aliquam rationem, quâ eluderet paternam diſpoſitionem, iterum, iterumque novas terminorum prorogationes expetiit, donec demum die 7. menſis Septembris anni 1699., dum adhuc pendebat poſtrema prorogatio, ſupplices preces porrexit, in quibus exponens Regiæ Celſitudini, ſe paternam hereditatem nondum adiviſſe, ſibique integrum eſſe uti jure ſuo, acceptando nempè onera omnia ſibi injuncta, vel abſtinendo à paterna hereditate, univerſas detractiones ſibi competentes liberè conſequi; Illam oravit, exoravitque, ut ſibi elargiretur facultatem faciendi quaſcumque detractiones, cum retentione tum primogenituræ, tum univerſalis fideicommiſſi, & abolito onere inveſtimenti, à Teſtatore injuncti, illius loco ſubrogandi Bona valoris ſcutorum 40. mil.; Annuit precibus Supremus Princeps Reſcripto edito die 7. dicti menſis Septembris, & in ejus executionem die 16. ejuſdem menſis D. Marchio Fabius ſubrogavit, vel ſe obligavit prò facienda ſubrogatione dict. ſc. 40. mil. ab ipſo oblata.

Vix duobus menſibus elapſis, die nempè 2. menſis Novembris anni 1699., Marchio Fabius ſuum condidit teſtamentum, in quo prælegatis Marchioni Franciſco jun. filio ſuo primogenito univerſis mobilibus, & tertiâ ſuorum omnium Bonorum, & jurium parte, in reliquis duabus partibus eumdem æqualiter heredem inſtituit cum DD. Abbate Ubaldo, Joſepho Maria, & Alexandro filiis ſuis ſecundogenitis, quibus impoſuit onus acceptandi hujuſmodi diſpoſitionem ſeveriſſimâ illâ lege, quâ ſancivit, ut in caſu con-

contraventionis, vel moleſtiarum inferendarum Primogenito, Contraveniens illieò omni jure, & commodo teſtamenti ſui decideret.

Anno 1702. præmaturè è vivis ſublato Marchione Fabio, filii omnes pacificè minorem ætatem tranſegerunt ſub tutelâ, ac regimine prænobilis æquè, ac prudentis Matronæ Marchioniſſæ Conſtantiæ Mariæ della Stufa eorum Matris, ſed anno 1705. Dominus Marchio Franciſcus jun. minoritatem jam prætergreſſus, ad normam paterni teſtamenti, præter marchionatum *di Bellaviſta*, ex primogeniali diſpoſitione Franciſci ſen. Avi ſui ſibi debitum, conſequi velle declaravit prælegatum tum mobilium, tum tertiæ partis Bonorum communis Patris, tum denique aliam quartam partem jure univerſalis inſtitutionis ſibi debitam, ut mox dictum eſt; Sed DD. Abbas Ubaldus, Joſephus Maria, & Alexander, ejuſque Defenſores, rectè noſcentes avitam diſpoſitionem Marchionis Franciſci ſen., callenteſque efficaciam prohibitionis quarumcumque detractionum Marchioni Fabio factæ adhibitâ cautelâ *Soccini*, excipiebant, paternam diſpoſitionem ſuſtineri quidem poſſe ſuper Bonis, ſi quæ fortè aderant, à Marchione Fabio poſt mortem Avi quæſitis, atque cumulatis, ſed irritam prorſus remanere ſuper Bonis provenientibus ex ſubſtantia Marchionis Franciſci illius Patris, & reſpectivè eorum Avi, eò quod ipſi obſtaret illarum prohibitio, per aditionem paternæ hereditatis à filio acceptata, eumdemque juvari minimè potuiſſe Supremi Principis Reſcripto, utpotè ſubreptitiè extorto ſub falsâ narrativâ, quod ipſe hereditatem nondum adiviſſet, ſed, veluti re adhuc integrâ, integrum quoque ſibi eſſet illam adeundo ſubijci oneribus à Patre ſibi injunctis, vel ab ea abſtinendo, Legitimam, & trebellianicam, ceteraque jura ſibi debita liberè perſequi: Si enim Supremus Princeps noviſſet, Marchionem Fabium reverâ hereditatem adiviſſe, ideòque per quaſi contractum reſultantem ex aditione eumdem obſtringi paterno Judicio, quo jus quæſitum jam fuerat filiis ſecundogenitis vocatis ad univerſale fideicommiſſum, minimè conceſſurus videbatur gratiam, adeò grave præjudicium ipſis irrogaturam, eâ enim ad nihilum ferè redigebatur dictum fideicommiſſum, quod maxima ex parte conſtabat ex dictis detractionibus, & inſuper eidem fideicommiſſo ſubtrahebatur maximum incrementum illi acceſſurum inveſtimento fructuum, ſingulis annis faciendo, quod abolitum fuerat ſubrogatione quantitatis, vix attingentis illam, quæ ſpatio quatuor annorum fuiſſet inveſtita.

Re delatâ ad Supremum Principem, ille eâ religione, ac pietate, quæ decet communem Subditorum Parentem, delere cupiens ſemina litium, ac controverſiarum, quæ, dum fraternam dirimunt charitatem, maximam quoque rei familiari perniciem comparant, juxtà patrias leges Cauſam hanc delegavit tribus ſapientiſſimis Compromiſſariis, qui poſt rem maturè diſcuſſam, rationes quaſdam per modum dubitandi propoſuerunt, ut ex folio exarato à D. meo Raphaele Bonamico Compromiſſario, ac Relatore, in quo, dum ſummam probitatem, virtutemque commendabam, eximiumque ingenium hic Romæ admirabar, quonam magis præcelleret, ignorans, omnia maxima illi eſſe conſpexi.

In eo autem, doctiſſimi Compromiſſarii ſupponentes, & quodammodo prò comperto habendum eſſe, cenſentes factum aditionis hereditatis, ſive acceptationis paterni teſtamenti à bonæ memoriæ Marchione Fabio peractæ, momenta omnia rationum dubitandi ex eo deſumpſerunt, quod certò non conſtaret, eumdem ſciviſſe qualitates, conditiones, & onera in illo contenta, prohibitionem ſcilicet Legitimæ, trebellianicæ, & ceterarum detractionum, tum etiam reliqua gravamina à Patre ipſi injuncta, ex quo inferebant, eumdem, licèt inſtitutum cum cautela *Soccini*, dici non poſſe ità adiviſſe, ſive liberè acceptaſſe hereditatem, ut deciḍiſſe cenſendus eſſet jure conſequendi detractiones, tum quotitativas, tum quantitativas ſibi debitas.

Quandoquidem (bonâ fide refero ſummam Dubiorum) *cum Dominus Marchio Fabius fuerit inſtitutus cum cautela Soccini, ſequitur, quod neceſſariò in eo videatur ſcientia teſtamenti paterni, & omnium in eo contentorum, ut elegiſſe dicatur totam hereditatem cum onere non detrahendi, in puncto* Marta de ſucceſſ. legal. part. 4. qu. 3. art. 2. nu. 24., & 25. 1

Adeò quidem, ut ſcientia debeat eſſe certa, & poſitiva, non autem præſumpta, ex ea ratione, quia, cum diverſitas inter prohibitionem Legitimæ ſimpliciter, & eam, quæ injungitur cum cautela prædicta, in hoc conſiſtat, ut prima nequaquam valeat ſinè ſpecificâ acceptatione gravaminis, in ſecunda autem ſufficiat ad ejus validitatem approbatio generica teſtamenti, ad tradita per Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 9. nu. 5. verſ. Quod ſi Teſtator, & queſt. 10. nu. 17., *ſi hanc velimus deſumere ex aditione, neceſſe eſt, quod filius certò ſciat, ſe non poſſe tangere hereditatem, niſi cum onere non detrahendi, ideoque, datâ certâ ſcientiâ, & ſimpliciter adeundo, ſatis declarare dicitur ſuam voluntatem, quod velit reſtituere hereditatem abſque detractionibus, ut advertit* Giovagnon. conſ. 1. num. 10. verſ. Nam hoc caſu lib. 2. 2

3

4

Eòque magis, ubi, prout hic, verſamur in actu præjudiciali, & proprii juris abdicativo, ex notatis per Venturin. conſ. 50. num. 19., & ſeqq., Palm. deciſ. Lucen. 8. num. 55., cum aliis apud Auſald. deciſ. 72. num. 6. 5

Præjudicium verò conſiſtere videtur in eo, quia, ſi magis expedit, & utilius eſt filio habere quotam Legitimæ in proprietate, quàm totum Aſſe in ſolo uſufructu, De Luc. de legit. diſc. 18. nu. 23., *quantò magis in hypotheſi, in qua adeſt etiam gravamen ſuper fructibus, dum filius acceptans hereditatem, nonniſi certam partem redituum* 6

conſequi poterat, reliquos verò fructus inveſtire tenebatur pro fideicommiſſo, & inſuper detrahenda venit ab Aſſe portio ſatis conſpicua, titulo inſtitutionis relicta alteri filio, D. Marchioni Silvio, longè minuens emolumentum heredis univerſalis.

Non omiſſo pariter, quod, electâ Legitimâ à
7 *filio, devolutâque fideicommiſſariâ hereditate ejus filiis, licèt Patri uſusfructus non deberetur, ex regula, quod ſervitus ſervitutis dari non poteſt, cum Fideicommiſſarius æquiparetur uſufructuario, per ea,* quæ tradit Manſ. conſult. 472. num.
8 10. verſ. Undè cum ſaltem, *attamen in tali uſufructu uſus, & commoditas competebat*, de Luc. de ſervit. diſc. 63. per tot.

Non relevante, quod pluribus præſumptioni-
9 *bus, & conjecturis ſi ſcientia probetur, ea dicatur certa, & explicita, non autem præſumpta*, Conciol. allegat. 3. num. 28., *cum enim eſſe debeant præſumptiones juris, hujus generis non videntur quotquot in propoſita cumulantur.*

Singillatim deindè perſtringit conjecturas ſcientiæ elicitas ex ſolutione taxæ facta Operæ Sanctæ Mariæ del Fiore, ex impenſis funeris, mentione teſtamenti habita in quodam mandato Procuræ confecto triduo poſt obitum Patris, ex alio mandato ab eodem Marchione Fabio dato Carmagnino ad aperiendum teſtamentum paternum, ejuſdem copia extracta à publico Archivio, & Legatis denique pluribus ab eodem Marchione Fabio perſolutis, inquiens, illas, vel per ſe ſpectatas, tamquam leves, vel ob facti circumſtantias, eaſdem concomitantes, minùs efficaces redditas, nullo pacto evincere certam, & præciſam ſcientiam requiſitam ad validam, firmamque reddendam dictam prohibitionem, onerumque acceptationem.

Hæc ſunt motiva, ſive rationes dubitandi DD. Compromiſſariorum, quibus una cum luculentis lucubrationibus, ſummo verè ingenio perfectis, miràque induſtriâ elaboratis ab eximiis utriuſque Partis Defenſoribus, jamdudum mihi communicatis à DD. Fratribus Abbate Ubaldo, Joſepho Maria, & Alexandro de Feronis, requiſitus fui, ut pro veritate judicium meum qualecumque in hac Cauſa dicere vellem; Maturo igitur ſtudio perpenſis dictis motivis, ac libratis rationum momentis, quæ tàm pro illis coadjuvandis, quàm pro eiſdem elidendis utrinque afferebantur, licèt meliorem eſſe arbitrarer cauſam dictorum DD. Fratrum, nihilominùs diù cunctatus ſum ſcriptis Sententiam meam edere, cenſens, quidquam novum, aut ſingulare me in hac Cauſa afferre minimè poſſe. Verùm, cum me renitentem, longiùſque rem protrahentem vicerint DD. Fratres de Feronis, aſſiduè inſtantes, eiſdem morem gerere coactus tandem fui, Quamobrem ſententiam quidem meam dicturus ero, at non eo conſilio, ut omnia ab eorum Defenſoribus deducta, iterùm retexam, & verſâ vice ſingula perſequar argumenta in contrarium oppoſita; Primum enim quid profuturum? & jure reprehenderer, quod actum agerem; Alterum verò ratio Cauſæ minimè exigit, ſed operæ pretium feciſſe arbitrabor, ſi, delibatis præcipuis rationum momentis Cauſæ hujus, brevibus perſtrinxero præcipua argumenta, concinnè expoſita in Dubiis DD. Compromiſſariorum, uberiùs verò, & operoſiùs exornata à Domino meo Advocato Accorambono.

Ei igitur, quod mihi propoſui, operi manum admovens, totam Cauſam, ſingulaſque ejus partes profundè enucleatas reperio in doctiſſimorum Virorum Reſponſis; Primo nempè D. Advocati Mormorai, altero R.P.D. mei Amadori, poſtremo denique D. Advocati Joſephi Averani. In iis autem probato facto aditionis, non obſcurè agnitæ, & ſuppoſitæ in motivis DD. Compromiſſariorum, ſolidiſſimis argumentis demonſtratur, quod, ſi recedere minimè velimus à verioribus juris noſtri regulis, filius, cui, adhibitâ cautelâ *Soccini*, prohibita fuit Legitima, ceteræque detractiones, adeundo ex paterno teſtamento, Patris, hereditatem, illas ampliùs detrahere non poteſt, eaſdemque ut conſequi omninò prohibeatur, vel veriùs eſt, non requiri ſpecificam, & certam probationem ſcientiæ hujuſcemodi individualis prohibitionis, vel, ſi ea requiri contendatur, in concreto caſus noſtri minimè deſideraretur, eò quod, perpenſis facti circumſtantiis in eo concurrentibus, illa probata videri poſſit argumentis luce clarioribus, eamdem manifeſtè convincentibus.

Porrò aditio, ſeù factum immixtionis bon. mem. Marchionis Fabii hereditati paternæ à Domino meo Advocato Averanio demonſtratur facti, quaſi dixerim, evidentiâ deſumptâ ex univerſo earum probationum genere, quæ in hac tractatione à Doctoribus conſiderari conſueverunt, ideoque nil mirum, quod DD. Compromiſſarii juris peritiſſimi eam, uti certam præſuppoſuerint; ſciebant enim, agi de opulentiſſima, ampliſſimaque hereditate, ex 10
cujus aditione nullum certe periculum heredi imminere poterat, cum nec ære alieno onerata, nec Legatis in Extraneos profuſis imminuta reperiretur, proindeque præſumebatur, illum omiſſurum minimè fore lucrum ſibi delatum, *Bartol. in leg. Pro herede in princip. num. 3., & in leg. Gerit ff. de acquir. hered., Natta conſ. 74. num. 10., & ſeq., & conſ. 448. num. 20., clar. mem. Card. de Luca de hered. diſc. 13. num. 6.*, ubi quod ſola ſcientia, vel leviſſimi actus ſufficiunt, *Maſcard. de probat. concluſ. 40. num. 14., Gratian. diſcept. for. cap. 78. num. 18., Magon. deciſ. Floren. 148. num. 9., Rot. deciſ. 74. num. 6. part. 8. recent., & part. 18. deciſ. 95. num. 11., & deciſ. 533. num. 23. part. 19.*

Fortiùs verò urgebat dicta præſumptio, quia agebatur de filio, qui ſolâ immixtione Bonis pa- 11
ternis, Patris fiebat heres, ad *Text. in §. Extraneis autem*, ibique *Oinot. num. 2. inſtitut. de hered. qualit., & different., Gratian. diſcept. for. 732., Rota coram Comitul. deciſ. 128. num. 8.,*

in

in recent. deciſ.73. num.15. part.11., cum aliis
in Spoletana Bonorum 9. Decembris 1695. §.fin.
coram bon. mem. Muto, & in Romana Aſſocia-
tionis, ſeù Domus 24.Februarii 1696. §.Abſque
eo quod coram Eodem; Faciliùs verò videtur
miſcere ſe filius, quàm pro herede gerere extra-
12 neus. Ad hæc ſi ratio quæratur, illa ea eſt,
quod filius, tamquam ipſo jure exiſtens Patris
heres, non indiget aditione, quippè filio ſuitas
eſt pro aditione, & in illo dicitur continuari,
13 non acquiri hereditas, & confirmari, non au-
tem conſtabiliri poſſeſſio, ut egregiè explicat
Catan. deciſ.51. nu. 154., & 155., Rot. in Sa-
binen. Fideicommiſſi prima Julii 1693. §. Ter-
tius coram R.P.D. Priolo, adeout, Legis mi-
niſterio, continuato in eo rerum dominio, ſatis
ſit, quod per Immixtionem hereditate, velu-
14 ti jam quæſitâ, utatur, Oinot. in §. Extranei
num.3. inſtitut. de hered. qualit., & different.,
Rota in Peruſina Dotis 20. Junii 1701. §. Quæ
omnia coram Eminentiſſ. Caprara; Ad diffe-
rentiam heredis extranei, qui cum non fuerit
15 antea dominus, adire, ideſt pro herede ſe ge-
rere debet, ut benè diſtinxit Cujac. in lib. 10.
reſponſ. Papinian. ad leg. Eum Bonis 86. ff. de
acquir. hered. tom.1. Oper. poſthum. fol. mihi
457. lit. E., Rota Florentina apud Cataneum di-
cta deciſ.51. num.149., & ſeqq., & num.160.,
& ſeqq., & num. 177., & ſeqq., conſiderans
in filio, cauſativam quamdam neceſſitatem ac-
16 ceptandi paternam hereditatem, veluti ex ſuo
fonte, proficiſcentem ex reliquiis antiqui juris
ſuitatis, nam, cum filius jure tantùm Prætorio
habeat jus abſtinendi, quod eſt contra jus com-
mune, facilè illud amittit, Rot. in Sabinen. Fi-
deicommiſſi prima Julii 1693. §.Verum, & §.
17 Neque, inquiens, Prætorem, ſuâ æquitate,
filiis conceſſiſſe facultatem abſtinendi, ita qui-
dem, ut omninò debeant paternæ hereditati ſe
non immiſcere, ſi ejuſdem æquitatis beneficio
frui velint, coram R.P.D. Priolo, & in confir-
18 matoria 23. Februarii 1699. §. Probata coram
Eminentiſſimo Caprara, quod antea, ex Bartol.
dixerat Angel. de Perigl. de ſuitat. quæſt.8.num.
24. verſ. Prima inter tract. Magn. tom.8. part.2.
fol. mihi 140.; Contrà verò Extraneus habens à
jure communi liberam facultatem repudiandi
Defuncti hereditatem, difficiliùs jus iſtud amit-
19 tit, ideoque, ut hereditati obligetur, effica-
ciores requiruntur probationes, ut præclarè ait,
verbis illis = Ad ſummum res eò redit, ut non
quemadmodum iiſdem modis, quibus extraneus ſe
pro herede gerere videtur, etiam ſuus videatur
miſcere ſe, quod proponitur initio hujus legis,
non ità etiam quomodò omnis ſuus miſcere ſe intel-
ligitur, & extraneus pro herede geret =, & tra-
diderunt Bartol. in dicta leg. Eum Bonis, & in
leg. prima ff. de repud. hered., Alexand. in leg.
Qui Romæ §. Duo Fratres ſub num. 53. ff. de
verb. obligat., ubi etiam Soccin. num.103., idem
Soccin. in leg Conditionibus num. 3., & 4. ff. de
condit., & demonſtr., Zoeſ. in Comment. ad ff.
tit. de acquir. hered. num. 62., Mantic. de con-
jectur. lib.12. tit.10. num.6.; Proindeque filius,
cujus eſt ſe immiſcere, non autem adire, ut
loquitur dict. Angel. de Perigl. de ſuitat. quæſt. 20
7. num.19., paternam hereditatem tranſmittit,
licèt illam non adiverit; Bona namque Patris
ratione ſuitatis ipſo jure deferuntur, Mart. de
ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt.24. de tranſmiſſ. num.
2., & ſeqq., Noal. de tranſmiſſ. caſ.8. num.21.,
Gratian. diſcept. for. cap.743. num.53., Rot. de-
ciſ.301. num.18., & 19. part.9. tom. 1. recent.;
Immò verò, quia filius ſuus, & heres eſt, etiam
non factâ aditione, Gloſſ. in leg. Si Fratris tui 21
3. verb. ſucceſſione, Cod. de jure deliberan.,
poteſt ad Exteros rem paternam tranſmittere,
etiam antè apertas tabulas, quin eidem obſit
Conſtitut. Theodoſii in leg. unic. Cod. de iis, qui 22
antè apert. tabul.; Nam filius neceſſariâ ſucceſ-
ſione, quæ à ſuitate proficiſcitur, rectè Patris
hereditatem aſſequitur, etiam teſtamanto non
aperto, Rot. in Sabinen. Fideicommiſſi 23. Fe-
bruarii 1699. §. Probatu coram Eminentiſſimo 23
Caprara.

At verò ſi faciliùs videtur miſcere ſe, qui ip-
ſo jure heres exiſtit, quàm pro herede gerere ſe,
qui ipſo jure heres non exiſtit, ſi ad ſummum
res eò redit, ut iiſdem modis, quibus Extra-
neus ſe pro herede gerit, etiam ſuus videatur
miſcere ſe; profectò, quânam juſtâ ratione in
dubium revocari poterit, bon.mem. Marchio-
nem Fabium nedum ſe immiſcuiſſe, ſed verè
paternam hereditatem adiviſſe, quando illam
agnoſcere immò capere, & obtinere velle de-
claravit iis omnibus modis, quibus aditionem
induci, edocemur. Cenſent enim Doctores,
illam induci tùm verbis, declarationibus nem-
pè verbalibus, tùm etiam facto, ſive id conſi-
ſtat in actu poſſeſſivo, ſive acquiſitivo, ſive
etiam translativo juris hereditarii, juxtâ conſi- 24
lium Baldi 224. lib. 2., quem paſſim ſequuntur
Doctores, & Rota, ut Caball. conſil. deciſ.156.
num.25., & apud Coccin. dec.1506. num.9., &
in recent. deciſ.49. num.39. part.12., adeò qui-
dem, ut quilibet ex his ſufficiat pro adeunda he-
reditate, proque eo, qui ſe geſſit ut heres, obli-
gando oneribus hereditariis, ut, præter mox re-
latas auctoritates, tradit Manſ. conſult. 51. num.
7., & Rot. in dict. Sabinen. Fideicomm.23. Febr.
1699. §. Quoniam, & ſeqq.

Ille autem non ſemel, ſed pluries, plurieſ-
que non ſimplicibus enunciativis, ſed verbis
ſignificantibus, atque ſupponentibus volunta-
tem adeundi, ſe heredem nuncupando, atque
declarando, dicendus procul dubio eſt heredi- 25
tatem paternam adire voluiſſe, ac reverâ adi-
viſſe, Rota in recent. deciſ.360. num.30., & de-
ciſ.474. num.1., deciſ. 478. num 3. part.5., coram
Bich. deciſ. 574. num. 6.; Nam, ſi hereditatis 26
aditio in nuda adeuntis voluntate conſiſtere di-
citur, &, ut inquit Imperator, ſolâ animi de-
ſtinatione quis heres fieri poteſt, leg. ſi Avia 6.
Cod. de jur. deliber. §. final. inſtitut. de hered.
qualit., & different., Gaill. lib. 2. obſervation.
128. num. 9., & obſervat. 129. num. 5., Tha-
bor.

bor. axiom. jur. lib.8. cap.6. axiom. 22., *Rot. de-
ciſ.*19. *num.*40. *part.* 12., *in Romana Aſſocia-
tionis, ſeù Domus* 24. *Januarii* 1695. *§. Quod
autem coram Eminentiſſimo Domino Cardinali
Caprara*, in noſtra hypotheſi non deſiderantur
27 plurimæ declarationes, quibus Marchio Fabius
ſe confeſſus, & profeſſus fuit Patris heredem,
cumque illæ profectæ fuerunt ab eo, cui delata
erat hereditas, plenamque poteſtatem habebat
illam adeundi, factæ ceoſentur animo ſe immi-
ſcendi, proque herede ſe gerendi, *Bartol. in
leg. gerit ſub num.*14. *ff. de acquir. bered.*, *Ma-
rant. in leg. Is poteſt num.*50. *eodem tit.*, *Jaſon. in
leg. ex bis verbis ſub nu.* 8. *Cod. de teſtament. mi-
lit.*, *Ruin. conſil.*113. *num.*7. *lib.*3., *Bero. con-
ſil.*57. *num.*55. *lib.* 3., *Gravett. conſil.* 148. *num.*
10., *Mantic. de conject. lib.*12. *titul.*11. *nu.* 4.,
& 10. verſ. ſi verò inquit Bartolus, *Menoch. de
præſumpt. lib.*1. *præſumpt.* 100. *num.* 24., *Maſ-
card. de probat. concluſ.* 41. *num.* 11., *Alderiſ.
de heredit. action. part.*1. *cap.*11. *num.*32., *An-
dreol. controverſ.*388. *num.* 2., *Mart. de ſucceſſ.
legal. part.*4. *quæſt.*14. *artic.*2. *num.* 44., *Mon-
tan. contr.* 37. *num.*2., *Cyriac. contr.* 127. *num.*
7., *Staiban. jun. reſolut.* 26. *num.* 16. *& ſeqq.*,
*Urceol. de tranſact. quæſt.*72. *numer.* 13. *&* 14.,
*Actolin. reſolut.*104. *num.* 95., *& reſolut.* 105.
num. 53., *Rota coram Gregor. deciſ.* 460. *num.*
1., *coram Innocentio X. deciſ.*574. *num.*4., *Bu-
ratt. deciſ.* 279. *per totam*, *in rec. deciſ.*49. *num.*
40., *& ſeqq. part.*12., *& deciſ.*42. *num.* 4. *part.*
17., *deciſ.*441. *num.*13. *part.*18.

Certòque certius eædem hunc animum evin-
cunt, quia non ſolùm factæ noſcuntur ab eo,
qui poteſtatem habebat hereditatem adeundi,
28 ſed prætereà majorem quamdam energiam, &
efficaciam aſſumunt ab illis dictionibus *uti*, &
tamquam, & ab illis clauſulis, *dictis modis*, *&
nominibus*, quæ efficiunt, quod nomen heredis
non demonſtrativè, ſed *taxativè*, ſeù *diſpoſitivè*
adhibitum cenſeatur, *Rota coram Royas dec.*101.
*num.*3., *& in dicta Sabinen. Fideicommiſſi* 23.
Februarii 1699. *§. Verùm etiam coram Eminen-
tiſſimo Caprara*, per modum cauſæ namque
adjectę leguntur actibus maximè proportionatis,
immò ejus naturæ, ut citrà jus, & nomen he-
29 redis vix fieri poſſent, ut benè in propoſito con-
ſiderant *Bartol. in leg. geris num.*5. *ff. de acquir.
bered.*, *Mart. de ſucceſſ. legal. dict. part.*4. *quæſt.*
14. *artic.*2. *num.*44., *Mantica de conject. lib.*12.
tit. 11. *num.*10. *verſ. ſi verò inquit*, *Maſcard. de
probat. concluſ.*41. *num.*12., *Cyriac. contr.* 244.
*num.*9., *& controverſ.* 501. *num.* 5., *Salgad. in
Labyr. credit. part.*1. *cap.*9. *num.*10., *& part.* 2.
*cap.*15. *num.*10.

Conſultò omitto ex ordine referre actus, in
quibus Marchio Fabius ſe heredem nuncupaſſe,
ac declaraſſe reperitur, illos namque diligen-
ter recenſent Dominus meus Advocatus Mor-
morai in *§. Rem denique manifeſtam cum ſeq.*,
& luculentiùs Dominus meus Advocatus Ave-
ranius in ſuo Reſponſo *pag. mibi* 18. *§. Ex bis
conſtat cum pluribus ſeqq.*, in quibus maturè enu-
cleando ſingulas declarationes Marchionis Fa-
bii, perſpicuè demonſtrat, ex eiſdem reſulta-
re animum adeundi hereditatem, faciliùs præ-
ſumendum in filio, quem, ut diximus, ſuffi- 30
cit quoquo modo paternæ hereditati ſeſe immi-
ſcuiſſe, *Rota in Romana Aſſociationis, ſeù Do-
mus* 24. *Februarii* 1696. *§. Ibique*, *& §. Eò quod
coram bon. mem. Muto*, *& in Carpentoractén.*,
ſeù Vaſionen. Primogenituræ 19. *Novemb* 1703.
*§. Stabilita verſ. immiſcuiſſet coram R. P. D.
Anſaldo*.

Quoniam verò voluntas hominis meliùs,
quam verbis, rebus ipſis, ſeù factis demonſtra- 31
tur, facta ſiquidem effectum ipſum oſtendunt,
ideòque plenius illam declarant, *Caſtill. contr.
jur. lib.*1. *cap.* 2. *num.* 117. *& ſeqq.*, licèt bon.
mem. Marchio Fabius ſatis, ſuperque verbali-
bus declarationibus ſe heredem effeciſſet, aſ-
ſumpſiſſetque qualitatem hereditariam, quâ in-
dui pendebat ab ejus nuda voluntate, ſolis verbis
ſufficienter explicanda, nihilominùs in noſtro
caſu concurrit magna congeries actuum, quibus
filius à primo inſtanti obitus Patris non ſolum ſe
immiſcuit paternæ hereditati, ſed ſe palàm tùm
domi, tùm extrâ, tum in Italia, tùm in aliis 32
Regionibus, per quas latè diſperſum erat am-
pliſſimum patrimonium bon. mem. Marchionis
Franciſci Seu., pro herede ſe geſſit, haud enim
ſe continuit in actibus merè poſſeſſivis, quibus
paternæ domus, aut ſimilium Bonorum poſſeſ-
ſionem retinuerit, ſed prætereâ actibus acqui-
ſitivis ſuam fecit Patris ſubſtantiam, & per
actus tranſlativos dominii, prout è re ſuâ eſſe
putavit, capitalia hereditaria in alios tranſtu-
lit, ut ſingula doctiſſimè examinando, probat
*Dominus meus Averanius uſque ad pag.*18., de-
cem enumerans actus, ex quibus ſingillatim ac-
ceptis, ſi Doctores cenſent induci poſſe paternæ
hereditatis aditionem, quantò potiori jure ſi-
mul juncti illam evincent? Cum tum in aliis
ſimilibus quæſtionibus, tum præcipuè in ſubje-
cta materia juſtum locum ſibi vindicet illa
omnium ore trita regula: ſingula, quæ non
proſunt, ſimul juncta juvant, *Rota in Reatina* 33
Fideicommiſſi de Severis 11. *Aprilis* 1707. *§.
Haud relevante cor. R̃mo Omanna Epiſcopo Gien-
nen.*, & paſſim alibi.

Qui ſanè actus fortiùs urgent in caſu noſtro,
tùm quia iidem, utpotè ſuper re hereditariâ
geſti à D. Marchione, *tamquam ab berede*, *ta-
xativè* videlicèt, ſivè per modum cauſæ expreſ-
ſo titulo hereditario, præbere videntur ſuper-
lativam illam probationem aditionis heredita- 34
tis, quæ deſumi dicitur ex facto, naturâ ſuâ
ejuſdem inductivo, conjuncto cum verbis, cla-
rè exprimentibus animum ſe pro herede geren-
di, *Bald. conſil.* 499. *circà finem*, *Menoch. de
præſumpt. lib.*4. *præſumpt.*101. *num.* 98., *Poſth.
reſolut.*28. *num.*22. *& ſeqq.*, *Cyriac. controverſ.*
127. *num.*7. *&* 8., *Tondut. quæſt. civil. cap.* 57.
*num.*15., *Magon. deciſ. Florent.* 148. *num.* 10.,
*Rot. deciſ.*22. *num.* 43. *part.* 6., *coram Innocen-
tio X. deciſ.*574. *num.* 2. 3. *&* 8., *coram Coccin.
deciſ.*

*deciſ.1506. num. 7. & ſeq., Rot. in recent. deciſ.
013. num.36. part.18., in Faven. Donationis 1.
Julii 1701. §. Urgent coram Eminentiſſimo de la
Tremoille, in Reatina Fideicommiſſi de Clavel-
lonibus 22. Junii 1703. §. Quod autem coram
bon. mem. Muto, in Romana, ſeù Sabinen. Bo-
norum 7. Martii 1704. §. Qualitas autem coram
eodem, in nullius, ſeù Terræ Pontiani Cenſus
2. Decembris 1705. §. Nec qualitas verſ. de di-
ſtract. coram R. P. D. Kaunitz, in Reatina Fi-
deicommiſſi de Severis 11. Aprilis 1707. §. Fuiſſe
verò, & 13. Februarii 1708. §. Simplex autem
coram Reverendiſſimo Omanna Episcopo Gien-
nen.*

Tum etiam, quia aditionem non elicimus
ex actibus pendentibus à ſola poteſtate facien-
tis, & conſumatis, ſive permanentibus in ſola
perſona heredis, non contrahentis cum aliis,
quales eſſent actus merè poſſeſſorii, ſed eam-
dem deſumimus ex actibus communicatis cum
35 aliis, cum quibus bon. mem. Marchio Fabius
contraxit, exigendo credita hereditaria, diſpo-
nendo de capitalibus hereditatis, illa ad ſe
transferendo, aliiſque cedendo, pluraque alia
faciendo, quæ citrà jus, & nomen heredis fie-
ri non poterant, quorum omnium ſeries, tam-
quam diligenter enarrata à D. meo Advocato
Averanio, non eſt hic ſupervaçaneâ repetitio-
ne iterùm retexenda, ideòque in dubium non
venit, ex illis induci aditionem hereditatis, ut,
ſimiles actus recenſendo, tradit *Rota in rec. dec.
55. num.17., & deciſ. 366. numer.15. part. 18.,
in Sabinen. Fideicommiſſi 23. Februarii 1699. §.
Secundò coram Eminentiſſimo Caprara, in Peru-
ſina Dotis 20. Junii 1701. per tot. coram Emi-
nentiſſimo Caprara, & in ſæpedicta Reatina
Fideicommiſſi de Severis 11. Aprilis 1707. §.
Fuiſſe, & in confirmatoria 13. Februarii 1708.
§. Simplex autem coram Reverendiſſimo O-
manna.*

Immò verò iſtiuſmodi actus tanti in propoſi-
36 to valere dicuntur, ut ex eiſdem aditio indu-
cta cenſeatur, etiamſi præceſſiſſet proteſtatio
non adeundi, *Rot. Florent. apud Catan. dict. de-
ciſ.51. num.91., Caball. conſil. deciſ. 156. num.
27.*, quodque magis eſt, etiamſi heres declaraſ-
37 ſet abſtinere, ſeu repudiare velle hereditatem.
Prima namque, proteſtatio nempe impedire
quidem poſſet aditionem reſultantem ex ſolo fa-
cto proteſtantis, at non etiam illam elicitam
ex actu cum alio communicato, eò quod per
ſimilem actum receſſum cenſeatur à priori pro-
38 teſtatione tamquam penitùs eliſa contrario fa-
cto, quod citrâ jus, & nomen heredis fieri mi-
nimè poterat, juxtà diſtinctionem *Bald. conſil.
499. num.2., & conſ.800. nu.4. lib.3.*, deſump-
tam à Textu *in leg. pro herede §. Papinianus ff.
de acquir. hered., Succin. jun. conſil.107. num. 4.
cum duobus ſeqq. lib.2., Maſcard. de probat. con-
cluſ.47. num.11. & 12., Fachin. contr. jur. lib.
6. cap.55. §. Reſpondet*, inquiens in ſequentibus,
contrarium procedere poſſe eo ſolo caſu, quo
39 proteſtatio comitatur ipſum actum, *Rot. deciſ.
48. num. 8., & ſeqq. part. 9., in Peruſina Dotis
20. Junii 1701. §. Quoad actus verò coram Emo
Caprara.*

Prout etiam præcedens abſtenſio, ſive repu-
diatio hereditatis revocata cenſeretur, uti in-
compatibilis cum dictis actibus, tamquam ne-
ceſſarium antecedens, ſupponentibus aditionem 40
hereditatis, cum heres, tametſi Creditor here-
ditatis, aliove titulo munitus, nequeat per viam
actus translativi dominii res Defuncti ad ſe
transferre, credita hereditaria exigere, & de
rebus hereditariis quoquo modo diſponere, niſi
per implicitam aditionem, ut ad hunc præciſum 41
effectum inducendi receſſum à præcedenti repu-
diatione, tradunt *Bartol., & Doctores in leg. pro
herede §. Papinianus ff. de acquir. hered., Ruin.
conſil.157. num.3. lib. 3., Redenaſch. conſil.78. n.
34. lib. 1., Mart. de ſucceſſ. legal. part. 4. quæſt.
14. art.2. n.34., Cyriac. contr. forenſ.244. n.51.,
Fachin. contr. jur. lib.6. cap.55. in fin., Maſcard.
de probat. concluſ.44. num. 9. & ſeqq., Hodiern.
contr. forenſ. cap.50. num. 14., Balduc. ad conſ.
Ramon tom.4. vot. dec.102. nu.37. & ſeqq., Rota
coram Merlin. deciſ. 44. num. 7., & coram Bich.
dec.66. num.10. & ſeqq.*; quamobrem *Duran. de
acquiren., vel repudian. heredit. cautel.5. num.3.
in fin.* rectè admonet repudiantem, nè poſt re-
pudiationem, tametſi reſpicientem tempus fu-
turum, faciat actus, qui cum alio communicen-
tur; iidem verò tanti valent, ut non ſolùm in- 42
ducant aditionem reſpectu illius, cum quo ge-
runtur, ſed reſpectu omnium aliorum, *Ruin.
conſil.157. num. 2. & 3. lib. 3., Maſcard. de pro-
bat. concluſ.47. num.12. in fin., Joſeph. Ludovic.
concl.16. verſ. fallit quartò, de Franch. dec.694.
num.3. & per tot.*, ibique *Adden.*, & præſuppo-
nunt Doctores omnes ſuperius allegati; Jus
namque hereditarium individuum eſt quoad 43
omnes, & in hoc differt à Jure poſſeſſionis, *leg.
1. & 2. ff. de acquir. hered., Ramon. conſ. 47. nu.
33., Rub. de confuſ. jur. cap.21. num.19. & 36.,
Bellon. de poteſt. eorum, quæ fiunt incont. lib. 1.
cap.35. num.3. verſ. alterum eſt.*

Si autem hujuſmodi actus cum tertio com-
municati, ejus ſunt efficaciæ, ut, inſpectâ juris
communis cenſurâ, aditionem omninò indu-
cant, etiamſi præceſſiſſet proteſtatio non adeun-
di, immò expreſſa abſtenſio, vel repudiatio he-
reditatis; quantò potiori jure hunc effectum
operabuntur, ſi intueamur diſpoſitionem Patrii
Statuti *lib. 2. rubr. 29.*, pro illa inducenda non
requirentis actus, qui citrà jus, & nomen here-
dis fieri minimè poſſint, ſed ſancientis, eam adi- 44
tam præſumendam eſſe ex actibus pendentibus à
ſolo facto heredis, & ceteroquin ſuâptè naturâ
compatibilibus cum animo non adeundi heredi-
tatem, diſponit enim, quod illa adita cenſeatur
ex ſolis actibus merè poſſeſſivis, immò etiam ex
ſimplici detentatione alicujus rei hereditariæ,
ſolâque habitatione domus paternæ, adeòut, ſi
filii, vel alii quicumque ſcripti, vel legitimi ſuc-
ceſſores per quindecim dies poſt mortem De-
functi ejus domum, & alia quæcumque Bona
poſſi-

Digitized by Google

poſſideant, omiſsâ expreſsâ declaratione judicia-
liter factâ ſuper poſſeſſione ex alio titulo, quàm
hereditario, à Judice approbato, inducta cen-
ſeatur aditio, abſque aliquo inventarii beneficio;
perſpicua ſunt verba dictæ rubricæ = *Major ma-
ſculus annorum decem, & octo, cui hereditas de
jure, Bonorum poſſeſſio, vel ſucceſſio aliqua vel
ex teſtamento, vel ab inteſtato delata fuerit, quo-
modolibet poſſederit, vel tenuerit poſt quindecim
dies à morte Defuncti hereditatem prædictam, ſeù
Bona ipſius hereditatis quæcumque, vel poſſeſſiones
immobiles ipſius Defuncti, vel poſſeſſiones per De-
functum tempore ſuæ mortis, vel Bona immobilia
quæcumque, quæ talis Defunctus poſſidebat tempo-
re ſuæ mortis, licèt Bona ipſius hereditatis exue-
rit, deſeruerit, ſeù hereditatem ipſam agnoviſſe
intelligatur, & tamquam ex vera agnitione, ut
verus ſucceſſor, ſit obnoxius omnibus hereditariis
oneribus, & ad Legata, & fideicommiſſa, & cre-
dita effectualiter, & realiter, & perſonaliter con-
veniri poſſit, nec prætextu dotis maternæ, vel
avitæ, aut repudiationis, ſeù abſtinentiæ dictæ ſuc-
ceſſionis, aut aliquo alio jure talia Bona, ac ſe de-
fendere poſſit, nec etiam quantum ad debita heredi-
taria, ſub prætextu inventarii, aliquo in contra-
rium non obſtante* =, quod Statutum, cum aliis ſi-
milibus relatis à *Rota in Ariminen. Hereditatis
ſuper aditione die 18. menſis Junii anni præteriti
§. Accedit præterea coram R. P. D. meo de Poli-*
45 *gnac*, ita ſemper à Doctoribus interpretatum,
& in praxi obſervatum fuiſſe, teſtantur *Caſtrenſ.
in leg. 1. num. 3. Cod. de repud. heredit., & in leg.
ſi quis ſervum 71. §. ultim. num. 8. ff. de acquir.,
vel omitten. hered., Soccin. ſen. conſ. 113. num. 4.
& 5. lib. 4., Corn. conſil. 91. num. 6. & 8. & ſeqq.
lib. 1., Ruin. conſ. 60. nu. 15. lib. 5., Gaball. conſ.
156. num. 27. & ſeqq., Cardin. de Luc de hered.
diſc. 16. num. 2. & 3., Magon. deciſ. Florent. 10.
num. 20. & 21., Rota in rec. dec. 82. num. 1. & 2.
part. 9.*, latiſſimè *Rota Florent. d. dec. 51. n. 13.*,
46 & paſſim alibi *inter collect. apud Cataneum*, una-
nimi ſententiâ docentes, ex illius mente ad om-
nes juris effectus hereditatem aditam cenſeri
quocumque actu merè poſſeſſivo rerum heredi-
tariarum Defuncti.

Poſtquam enim, ſublatâ ſcrupuloſâ ſolemni-
47 tate, & formâ illam adeundi, de qua eruditè
*Hugo Donell. de jur. civil. lib. 7. cap. 8. §. Atque
ut hæc diverſa*, jure recentiori conſtitutum fuit,
ut non tàm expreſsâ voluntate, quàm tacitè, pro
herede ſe agendo, hereditas adiri poſſet, ut no-
tavit *Rot. in Peruſina Dotis 20. Junii 1701. §.
Item in redditione rationis coram Emo Caprara*,
rectè Statutum Florentinum ſancire potuit,
quod, ut eadem adita diceretur, attendendum
48 eſſet ſolum factum, quo heres actibus merè poſ-
ſeſſivis Defuncti hereditati, ac Bonis ſe immi-
ſceret, declarando heredem, atque oneribus
hereditariis alligando illum, qui, tranſactis quin-
decim diebus à die obitus Defuncti, rem aliquam
hereditariam, immò etiam quamcumque rem
repertam in Defuncti hereditate retineret, licèt
non jure dominii, ſed meræ detentationis ad

eum pertinerent, *Gaball. d. conſ. 156. num. 36.*,
Soccin. ſen. conſ. 113. num. 5., inquiens, ejuſdem 49
Statuti diſpoſitioni ſubjectos proindè eſſe Procu-
ratores etiam, & Colonos, non ſuo, ſed alte-
rius nomine poſſidentes.

Sublatis enim quæſtionibus, quibus Doctores
certant, an ex ſimilibus actibus hereditas adita
dici debeat, ut apud *Maſcard. de probat. concl.* 50
45. num. 1. & ſeqq., ubi referens utriuſque opi-
nionis aſſertores, ſequi voluit ſententiam verio-
rem, magiſque conſonam juris menti, ac præ-
ceptis, heredem cenſentem illum, qui Bona 51
immobilia, ſive mobilia Defuncti retinuit, benè
Rot. Florentina d. dec. 51. n. 63., referens concor-
dantia juris loca, & docuerunt *Bartol. in leg. ge-
rit nu. 36. verſ. quæro quid ſi maritus ff. de acquir.
vel omitten. hered., Mantic. de conject. ultim. vo-
lunt. lib. 12. tit. 12. nu. 8., Poſth. reſol. 28. n. 19.,
Sabell. reſol. 99. nu. 6., Manſ. conſult. 624. n. 17.,
Gaill. pratic. obſerv. 128. n. 12. lib. 2., Bottiglier.
de ſucceſſ. lib. 11. tit. 3. part. 2. nu. 10., Rota La-
cen. deciſ. 62. num. 15., Rota in Peruſina Dotis
20. Junii 1701. §. Si autem coram Emo Caprara,
& in nullius, ſeù Terræ Pontiani Cenſus 2. De-
cembris 1705. §. Nec qualitas verſ. de uſu mobi-
lium coram R. P. D. Kaunitz.*, &, non curato,
an heres profeſſus fuerit, ſe rem hereditariam
poſſediſſe uti heredem, ut apud *Maſcard. dict.* 52
concluſ. 45. nu. 2. requiri, tradunt contrariæ ſen-
tentiæ Auctores, voluit attendi nudum factum
poſſeſſionis, non quidem eliciendo ex illo taci-
tam, & præſumptam dumtaxat aditionem, pro-
ficiſcentem nempè ex ea ratione, quod præſu-
menda potiùs ſit aditio, quàm illicita detenta- 53
tio, prout præſumeretur, ſublatâ præſumptione
aditionis, ut ratiocinantur *Bartol. in leg. gerit
num. 20. ff. de acquir. heredit., Roman. conſ. 247.
num. 4., Mantic. de conject. lib. 12. tit. 12., & tit.
13., utrobique num. 10., Menoch. de præſumpt.
lib. 4., præſumpt. 101. num. 27., & n. 37., Sabell.
var. reſol. cap. 99. nu. 8., Thomat. dec. 51. nu. 30.,
Rot. dec. 180. nu. 3. part. 2. diverſ., coram Ludo-
viſ. dec. 460. n. 11. & 12., coram Millin. dec. 44.
num. 6., in rec. dec. 417. n. 9. part. 6., & dec. 717.
nu. 10. part. 18.*, ſed diſponendo, quod ex dictis
actibus merè poſſeſſivis induceretur vera aditio, 54
ibi = *Hereditatem ipſam agnoviſſe intelligatur,
& tamquam ex vera agnitione, ut verus ſucceſſor
ſit obnoxius omnibus hereditariis oneribus, & ad
Legata, & fideicommiſſa, & credita effectualiter,
& realiter, & perſonaliter conveniri poſſit* =.

Quoniam verò is, qui non præſumptivè, ſed
ex vera agnitione verus eſt heres, allegare ne- 55
quit alium titulum, quo res hereditarias ſe poſ-
ſediſſe dicere queat, ille enim ex confuſione ju-
rium heredis cum juribus Defuncti, ſublatus re- 56
manet, *leg. Stychum 96. §. Aditio ff. de ſolut.,
& liberat., Rot. coram Peutinger. dec. 479. n. 7.
& ſeqq., coram Cerro dec. 77. nu. 3., in recentior.
dec. 280. num. 10. part. 18., in Carpentoracten.,
ſeù Vaſionen. Primogenituræ 10. Novemb. 1702.
§. Stabilita coram R.P.D. Anſaldo*, vice autem
verſâ ſimiles titulos allegare poſſe eum, qui ex
ſo-

Digitized by Google

ſola rerum hereditariarum poſſeſſione tacitè he-
57 res factus fuiſſe præſumitur, traditur in *§. Item extraneus inſtit. de hered. qualit., & differ., Gratian. diſceptation. 706. num. 34. cum ſeqq., Magon. deciſ. Lucen. 62. num. 12. & ſeqq., Cavaler. dec. 452. num. 1., Buratt. dec. 523. num. 1., & coram Emerix. jun. deciſ. 157. num. 2.*; Statutum proindè Florentinum heredi, quindecim diebus poſt obitum Defuncti poſſidenti, aut retinenti res hereditarias, ſubſtuliſſe dicitur quamcumque
58 defenſionem vigore quorumcumque titulorum illi competentem, ibi = *Nec prætextu dotis maternæ, vel avitæ, aut repudiationis, ſeù abſtinentiæ dictæ ſucceſſionis, aut aliquo alio jure talia Bona, ac ſe defendere poſſit, nec etiam quantum ad debita hereditaria ſub prætextu inventarii, aliquo in contrarium non obſtante* =, ut perpenſis ſimilibus verbis dicti Statuti, tradunt *Caſtrenſ. in leg. 1. num. 3. Cod. de repudian. heredit.*, & ibi eum ſequitur *Alexand. ad fin., Ruin. conſil. 60. num. 15., Gaball. conſ. 157. nu. 27. & ſeqq., Rot. Florent. d. deciſ. 51. num. 73. & 128., ex Soccino ſen. d. conſ. 113. n. 4. lib. 4.*, inquiens, nec etiam
59 ex titulo valido, & juſto poſſidentem res hereditarias ab aditione excuſari; Immò verò adeò dictum Statutum parvi faciendos eſſe, cenſuit titulos omnes ex propria perſona heredi competentes, & præcedentes abſtenſiones, ſive repudiationes hereditatis, aliaſque cujuſcumque generis proteſtationes ab eo factas, ut eidem non ſuffragetur poſſeſſio, & retentio Bonorum poſt
60 dd. quindecim dies ex alio titulo, quàm hereditario, tametſi auctoritate Curiæ, & Decreto Judicis continuata fuerit, niſi præceſſerit expreſſa repudiatio, aut abſtenſio cum ſubſecuta aſſignatione Bonorum, auctore Prætore, illi facta, ut proſequitur *dicta deciſio 51. nu. 117. & ſeqq.*, ubi ſeptem egregii Juris conſulti examinantes dictum Statutum, animadvertunt, illud ità ſem-
61 per interpretatum fuiſſe ab antiquioribus, atque ità ſemper à ſupremo illo Tribunali in praxi obſervatum fuiſſe, referendo concordantia Doctorum loca, atque judicata.

Hæc igitur cum ita ſe habeant, & ex cenſura Patrii Statuti defenſio omnis adimatur heredi poſſidenti res hereditarias poſt quindecim dies ab obitu Defuncti, irritas declarando abſtenſiones, repudiationes, proteſtationes, nulloque numero habendo quoſcumque alios titulos, quos ex propria perſona obtendere poſſet, quodnam diffugium ſupereſſe poterat bonę memorię Mar-
62 chioni Fabio, qui non ſolum paternam domum habitavit, res hereditarias poſſedit, univerſum patrimonium defuncti Patris adminiſtravit, fructus opulentiſſimi patrimonii percepit, eoſdemque in ſplendidos uſus, magnificoſque ſumptus erogavit, pecuniis hereditariis propria debita ſolvit, & denique capitalia hereditaria aliis ceſſit, alioſque plurimos geſſit actus, qui, nonniſi ad titulum hereditarium referri poterant? Nullus quippè alius eidem ſuppetere poterat titulus, cujus vigore de ampliſſimo, opulentiſſimoque patrimonio, tanquam perfectè dominus diſponere poſſet; ſi enim ille paternam hereditatem nondum adiverat, ſi maturiori conſilio de illa adeunda deliberare optabat, ſi longioris temporis prorogationes ad cogitandum captabat, Pa- 63
tris hereditas, ex ejuſdem Statuti cenſura, differentiam omnem tollentis inter ſuos, & extraneos heredes, pro jacente habenda fuiſſet, juxtà *conſil. Decii 344.*, ubi ait, ità ſemper hoc Statu- 64
tum intellectum fuiſſe, eumque referunt, & ſequuntur *Menoch. de arbitr. caſ. 150. n. 6. & ſeqq., Montan. de tutel. cap. 28. n. 57., Sabell. reſol. 47. n. 5. & 6.*, ſi autem paterna hereditas jacens erat, manus ab ea abſtinere debebat filius, qui illam arbitrio ſuo adminiſtrare nequibat, non ſolùm ſe pro herede, ſed pro vero domino gerens; 65
adminiſtratio enim iſthæc non filio abſtinenti, ſive deliberanti, ſed Curatori à Judice decernenda fuiſſet, *Caſtrenſ. in leg. cum hereditas in fin. Cod. depoſiti, Gomez. var. reſol. lib. 1. cap. 9. nu. 17. in fin., Rot. dec. 33. poſt Albit. de inconſt. in judic., & deciſ. 21. in Mantiſſ. ad clar. mem. Card. de Luca de teſtam.*

Quâ ratione ſubmovetur inanis ille, ac emendicatus prætextus, quo dicebatur, filium deliberantem, alendum eſſe ex paterna hereditate, eamdemque interim ſinè Adminiſtratore minimè relinquendam, ideòque perceptionem fructuum, alioſque actus ab herede geſtos referendos eſſe ſubminiſtrationi alimentorum ipſi debitæ, & neceſſariæ ejuſdem hereditatis adminiſtrationi à filio geſtæ, nè quid adeò opulenta hereditas detrimenti caperet; Nam, ſi Patrium Statutum diſponit, quod filius quindecim diebus poſt Patris obitum paternam domum habitando, Bonorumque poſſeſſionem retinendo, hereditatem adiviſſe, ac hereditariis oneribus ſe obſtrin- 66
xiſſe cenſeatur, ſi rejicit quamcumque contrariam proteſtationem, atque declarationem, ſi requirit expreſſam abſtenſionem cum Decreto Judicis, Curiæque auctoritate, quæ illi decernat Bonorum poſſeſſionem, ſi denique, his deficientibus, quamcumque præripit filio defenſionem, emendicatam à quovis alio titulo, adeo quidem, ut nec ſufficiat Curiæ auctoritas, vel Judicis Decretum, niſi præcedat repudiatio illius, qui vult alio, quàm titulo hereditario, poſſidere, *Rota Florentina d. dec. 51. num. 116. & ſeqq.*, ubi concordantes, quo jure bon. mem. Marchio Fabius alimentorum causâ, univerſos locupletiſſimæ hereditatis fructus auctoritate ſuâ capere, ſuoſque in uſus convertere, deque aliis Bonis diſponere potuit? Adeò enim effrænata
poteſtas non minùs municipalis, quàm juris 67
communis cenſurâ adimitur heredi in *leg. ait Prætor 7. ff. de jur. deliber.*, ubi ſancitur, nonniſi Prætoris auctoritate, & æqui, bonique ratione, alimenta filio decernenda, deque Bonis
hereditariis diſponendum eſſe, ait enim Prætor; 68
Bona intereà diminui, niſi, causâ cognitâ, boni viri arbitratu, vetabo &c.; quid ſit autem, diminui vetabo, videamus, his enim verbis Prætor non tantùm alienationem impedit, verùm etiam actiones exercere non patitur, eſt enim abſurdum, ei, cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere, & ità Labeo ſcribit; In Cauſa autem

co-

cognitione hoc vertatur, an juſta cauſa ſit, ut di-
69 *minuere Prætor permittat. Ergò, & funeris curâ diminui permittet, item eorum, quæ ſinè piaculo non poſſunt præteriri, veſcendi gratiâ æquè diminui permittet. Sed, & ubi urget, ex aliis quoque cauſis permittere eum oportet: ut ædificia farciantur, nè agri inculti ſint, ſi qua pecunia ſub pœnâ debetur, ut reſtituatur: nè pignora diſtrahantur; Ex aliis quoque juſtis cauſis Prætor aditus diminutionem permittit*. Rem denique totam concludit Juriſconſultus ſententiâ illâ = *neque enim verbis ſinè permiſſu ejus debet diminutio fieri* =.

Profectò, ſi hæc, quæ, causâ cognitâ, bonique viri arbitratu Prætor fieri poſſe permiſit à filio tempore ad deliberandum ei dato, conferantur cum iis, quæ geſſit bon. mem. Marchio Fabius, quiſque facilè perſpiciet, pauca eumdem juſtâ causâ egiſſe, & vice verſâ vix aliquid omiſiſſe ex iis, quæ Prætor fieri vetuit, quodque gravius eſt, nun permiſſu, aut auctoritate Prætoris, ſed arbitratu ſuo illa perfeciſſe, ſinè enim piaculo præteriri poterant erogationes omnium ferè redituum in magnificos ſumptus, ſplendidoſque uſus; Rursùs, ſi Prætor non tantùm alienationem impedit, verùm etiam actiones exerceri, non patitur, quo jure ipſa hereditaria nomina
70 exegit, & capitalia hereditaria tranſtulit in tertios, ut ſuo nomine eiſdem negotiaretur, & lucra ſibi compararet? Et denique ſi deliberare cupiebat, an ſibi hereditatem retinere expediret, ſe pro herede, imò pro Domino gerere non debebat, plenâ poteſtate de rebus hereditariis diſponendo; tot enim, tantique actus à Marchio-
71 ne Fabio geſti, tales ſunt, ut, etiamſi præceſſiſſet expreſſa abſtenſio ab hereditate paterna, nihilominùs hac revocatâ, eumdem hereditarium titulum aſſumpſiſſe, cenſendum eſſet, juſta enim ratio poſtulat, quod actus illi, qui ſeparati à titulo hereditario, nulli, & injuſti dicendi eſſent, utpotè deſtituti juſto titulo, & auctoritate Prætoris, ità interpretandi ſint, ut referantur ad titulum hereditarium, nè, eo ſublato, dicamus, bo. mem. Marchionem Fabium propriâ auctoritate invaſiſſe Bona Patris defuncti, quæ, citrà jus, & nomen heredis, occupari ab eo minimè poterant, *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib.12. tit.13.*, *Manſ. conſult.624. num. 8. & ſeqq.*, inquiens, hoc caſu inevitabilem eſſe aditionem hereditatis, benè *Rota in Peruſina Dotis 20. Junii 1701. §. Quandoquidem prætermiſſo cum ſeq. coram Emo Caprara*, *Rot. Florent. ſæpiùs citata deciſ. 51. num.127.*

Curam igitur paternæ hereditatis Marchio Fabius omittere poterat, ſi deliberare tantummodò optabat, an ſibi eam cum oneribus à Patre impoſitis retinere expediret necnè? Si enim ipſe non ſolùm rebus, quæ ſervando ſervari non poterant, manus admovit, ſed univerſum patri-
72 monium adminiſtravit, ſi non tantùm ſarcta tecta, nè Agri inculti eſſent, aut nè Debitorum nomina perirent, aliaque his ſimilia curavit, quæ citra jus, & nomen heredis fieri poſſe, cenſent Doctores, *Oinotim. in §. final. num.4. verſ. ſi verò eſt actus communis inſtit. de hered. qualit.*, *& differ.*, *Maſcard. de probat. concluſ.45. nu.29. & ſeqq.*, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.706. n. 34. cum. ſeqq.*, *Magon. deciſ. Lucan.62. num. 12. & ſeqq.*, *Cavaler. dec.452. n.1.*, *& in rec. dec.327. num.7. part.18. tom.1.*, dicendum eſt, quod, cetera alia gerendo poſt transactos quindecim dies à Statuto datos filio, paternam hereditatem retinuerit deliberato animo illam adeundi.

Reliquum modò eſſet, ut pauca quædam diceremus ad ea, quæ à doctiſſimis Compromiſſariis, & ſolertiſſimis Defenſoribus D. Marchionis Franciſci jun. deducta fuere pro excludendo, in bon. mem. Marchione Fabio, dicto deliberato animo adeundi paternam hereditatem; Illi enim ſingillatim agendo de actibus, pro aditione indu- 73
cenda, perpenſis, ajebant, illorum alios per ſe ſpectatos inefficaces communiter reputari, alios, utpotè æquivocos, ad aliam cauſam, quàm aditionis hereditatis referri poſſe, reliquos denique elidi facti circumſtantiis, eoſdem concomitantibus, ex quibus perſpici dicebatur, alio animo, quàm ſe immiſcendi paternæ hereditati geſtos fuiſſe; Subdebantque, illos benigniorem hanc interpretationem faciliùs admittere in noſtro caſu, tum quia res non agitur cum paternis Cre-
ditoribus, ſed res eſt inter Defunctum, & here- 74
dem, ſive hunc, alioſque illius Coheredes, contendentes, eumdem ſubjici oneribus hereditariis vigore patrii Statuti, cujus rigida diſpoſitio mollienda videbatur favore filii, qui pluribus actibus hereditaria onera, ac gravamina ſibi injuncta ſubire nolle, declaraverat, tum etiam quia, ille, ut maturiori conſilio incolumitati ſuæ conſulere poſſet, plures à Supremo Principe obtinuerat prorogationes terminorum ad deliberandum, an ſibi expediret paterno obſequi judicio, vel è re ſuâ magis eſſet, illius hereditate repudiatâ, conſequi detractiones, aliaque perſequi jura, ex propriâ perſonâ ſibi competentia, ideòque præjudicium nullum ſubjiſſe ex actibus, dictis prorogationibus pendentibus, celebratis, &, quod magis eſt, tot præſervativis proteſtationibus coadjuvatis.

Verùmtamen omittimus in ſingula hæc ſubtiliùs inquirere, deque eis diligentiùs diſſerere, cum facile cuique ſit omnibus contrariis diſcurſus partibus occurrere, nam, quod attinet ad primam, actus nempè pro inducendâ aditione allatos, ſi quoad eos inſpiciamus mentem DD. Compromiſſariorum, iidem dubitarunt quidem, an ex illis elici poſſet individua ſcientia onerum in teſtamento heredi injunctorum, illam neceſſariam videri poſſe, dicentes, ut heres adiens hereditatem, Legitimam amiſiſſe, ceteriſque hereditatis oneribus ſe alligaſſe cenſeatur, etiamſi à Teſtatore ſervata legatur cautela *Soccini*; at vice verſâ pro comperto habuiſſe videntur ex illis reſultare aditionem hereditatis, ideòque non dubitarunt de facto aditionis, ſed de effectibus ex dicta hereditatis aditione reſultantibus.

Si verò examinemus ratiocinia DD. Scribentium pro D. Marchione, licèt illi, ſubtiliùs examinando actus, non dubiam hereditatis aditionem

Digitized by Google

nem præſeferentes, ſtrenuiſſimorum Defenſo-
rum muneri egregiè fatisfecerint, attamen cre-
dimus, apud Sapientiſſimos Judices magis vali-
turas juris communis regulas, & municipalis
Legis ſanctionem; illis enim edocemur, aditio-
nem hereditatis in dubium numquam revocari
poſſe, quoties illa reſultat ex facto, actibus nem-
pè non merè poſſeſſivis, ſed acquiſitivis, atque
75 etiam translativis in alios juris hereditarii, cum
tertiis communicatis, fortiùs quidem urgenti-
76 bus, quando iidem nedum coadjuvantur com-
muni illâ regulâ: ſingula, quæ non proſunt, ſi-
mul juncta juvant, ſed efficaciores redduntur
expreſſis declarationibus, quibus per modum
cauſæ adjecto titulo heredis, hereditario no-
77 mine, ac jure celebrati leguntur, ut latius de-
monſtratum fuit in ſuperioribus locis.

Municipalis verò Legis ſanctio fortiùs urget,
quia hæc diſponit, quod ob nudum factum poſ-
ſeſſionis, & detentationis rerum immobilium,
ſive mobilium, continuatæ poſt quindecim dies
à morte Defuncti, heres *hereditatem ipſam agno-
viſſe intelligatur, &, tamquam ex vera agnitione,
ut verus Succeſſor, ſit obnoxius omnibus heredita-
riis oneribus*, Legis itaque municipalis ſanctio
inſpiciens nudum factum, locum præripit juris
ſubtilitatibus, quæ ſilere prorsùs debent, quando
Lex ipſa Patria clamat, nullo numero habendos
eſſe quoſcumque titulos, ex propria perſona he-
redi competentes, & prorsùs rejicit proteſtatio-
nes, abſtenſiones, & repudiationes, tamquam
contrarias facto continuationis poſſeſſionis, quam
Statutum, nonniſi hereditario jure poſt dictos
quindecim dies ab herede retineri poſſe, diſpo-
nit; ità quidem, ut, tranſacto dicto tempore,
nec etiam ſuffragetur poſſeſſio continuata au-
ctoritate Curiæ, & decreto Judicis approbantis
aliquem peculiarem titulum, ex propria perſona
heredi competentem, niſi præceſſerit expreſſa
repudiatio cum ſubſecuta Bonorum aſſignatione
eidem facta auctore Prætore, juxtà ea, quæ no-
tavimus in *§. Quoniam verò*, Profectò in his termi-
78 nis non procedunt contraria omnia ratiocinia, &
hujuſmodi Statuti hypotheſi applicari nequeunt
auctoritates, quæ ob peculiares facti circumſtan-
tias quandoque cenſuerunt, ex aliquo à nobis enu-
meratorum actuum, non induci aditionem he-
reditatis, quia in illarum hypotheſi non concur-
rebat ſimile Statutum, diſponens, quod, poſt-
habitis quibuſcumque titulis heredi competenti-
bus, & peculiaribus declarationibus ab herede
factis, aditio inducta cenſeretur ſolâ Bonorum
poſſeſſione, certo temporis ſpatio continuatâ.

Prout etiam non ſubſiſtit altera contrarii di-
ſcurſus pars, quod videlicet heredi res non ſit
cum Creditoribus hereditariis, ſed cum aliis ve-
nientibus ex ejuſdem Teſtatoris judicio, ideò-
que heredis favore benigniùs interpretanda ſit
Statuti diſpoſitio; Quia quæſtio hæc agitur cum
79 Fideicommiſſariis, quibus ex judicio Defuncti
certum, & immutabile jus quæſitum eſt, *Man-
tic. de conject. ultim. volunt. lib. 7. tit. 1. num. 35.*,
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 557. nu. 45. & ſeqq.,
Conciol. allegat. 51. nu. 20., & allegat. 52. n. 34.,
& de hered. artic. 1. num. 34., *Rota in Avenionen.
Fideicommiſſi 19. Januarii 1699. §. Abſque eo
quod coram bon. mem. Muto*, & dictum Statu-
tum Florentinum, utpotè generaliter loquens,
comprehendit omnes caſus, in quibus alicujus
intereſt, hereditatem, ad normam municipalis
Legis, à filio aditam fuiſſe, ut, perpensâ genera- 80
litate, & proprietate verborum ejuſdem Statuti,
benè de eo notavit *Dec. d. conſ. 344.*, & rectè 81
quidem, nam, ut animadvertimus in *§. Prout
etiam in fin.*, ſi jus hereditarium individuum,
& unum, idemque eſt quoad omnes; Statutum
poſt quindecim dies, filium heredem efficiet,
tàm quoad Creditores, quàm quoad ceteros om-
nes, quorum intereſt, hereditatem ab illo aditam 82
fuiſſe, *Magon. dec. Florent. 10. num. 20. & ſeq.*,
& num. 31., ubi ait, ex eo, quod Statutum pro-
videre voluerit Creditoribus, non benè inferri,
quod aditionem minimè inducat etiam quoad
alios effectus. At cur his utimur argumentis,
quaſi res dubia ſit, & obſcura, quando evidens,
& aperta eſt toties relata diſpoſitio Statuti pro-
videntis incolumitati omnium, è quorum re eſt
hereditatem fuiſſe aditam, nullâ factâ diſtinctio-
ne venientium ex titulo lucrativo, ab illis, qui
ex titulo oneroſo hereditatem, & heredem ur-
gere poterant, juxtà ea ſemper præ oculis, &
ore habenda verba = *hereditatem ipſam agnoviſſe
intelligatur, & tamquam ex vera agnitione, ut
verus Succeſſor, ſit obnoxius omnibus hereditariis
oneribus, & ad Legata, & fideicommiſſa, & Cre-
dita effectualiter, & realiter, & perſonaliter
conveniri poſſit* =, his enim verbis Statutum con-
ſuluiſſe dici nequit Creditoribus dumtaxat, ſed
providendo etiam Legatariis, & Fideicommiſ-
ſariis, heredem generaliter obligare voluiſſe
cenſetur pro executione omnium à Teſtatore di-
ſpoſitorum, virtute illius quaſi contractus, qui 83
ex aditione, non ſolum inter heredem, & Cre-
ditores, ſed inter illum, & Legatarios, etiam
atque Fideicommiſſarios reſultare dicitur, ad
*Text. in §. Heres inſtit. quæ ex quaſi contract.
naſcuntur*, *Rota in recentior. dec. 118. num. 24.
part. 12.*, *decis. 87. nu. 12. inter recollect. ad clar.
mem. Cardin. de Luca de Fideicom.*, *& in Ave-
nionen. fideicommiſſi 19. Januarii 1699. §. Abſ-
que eo quod in fin. coram bon. mem. Muto*; Qua-
mobrem, ſi amplitudo diſpoſitionis æſtimanda
eſt ab effectu à Diſponente volito, ut admonet 84
*Imola in leg. cogi §. Sed ſimiles num. 18. verſ. ad-
verte ff. ad trebell.*, *Roſa conſult. 33. num. 4.*, di-
cendum erit, quod, ſi effectus à Statuto volitus
non minùs ordinatus fuit ad ſolutionem debito-
rum hereditariorum, quàm ad implementum
Legatorum, & fideicommiſſorum, Statuentes
voluerint executionem omnium in teſtamento
diſpoſitorum favore omnium, quorum intereſt,
illa adimpleri, quæ ſi procederent etiam in caſu,
quo non verba Statuti, ſed ſolus effectus ab eo
volitus eſſet generalis, quanto potiori jure locum
ſibi vindicabunt in caſu noſtro, in quo Statuen-
tes non contenti heredem generaliter obnoxium
feciſſe omnibus hereditariis oneribus, compre-
hendentibus Legata, & fideicommiſſa, apertis

præctereà verbis illa etiam expreſſerunt, profectò,
ſi juxtà contrariam interpretationem diſpoſitio
dicti Statuti reſtringenda eſſet ad ſolos Credito-
res, nedum ſuperflua, ſed eluſoria prorsùs fuiſ-
ſet tanta generalitas, & expreſſio Legatorum,
atque fideicommiſſorum facta à Statuentibus,
85 qui juxtà notas regulas verbum nullum ſuper-
fluè, aut inconſultò appoſuiſſe cenſendi ſunt.

Nec denique Legis municipalis operationem,
aditioniſque effectus impedire potuerunt proro-
gationes termini ad deliberandum, à Supremo
Principe toties conceſſi Marchioni Fabio, nam,
cum obitus Marchionis Franciſci ſenioris ſecutus
fuiſſet die 16. menſis Januarii ab Incarnatione
1694., & prima prorogatio impartita legatur die
18. menſis Martii ejuſdem anni 1694. ab Incar-
86 natione, ideòque duobus ferè menſibus poſt obi-
tum Patris, hoc decurrente tempore, non ſo-
lùm elapſus fuit terminus, quo, jure municipali,
inducitur aditio hereditatis, ſed à Marchione
Fabio geſti fuerunt actus omnes, ex quibus illam
neceſſariò elici, nos edocent Doctores; Quamo-
brem, licèt filius præcedentem abſtenſionem re-
vocare queat, ut diſponitur *in leg. final.*, ibique
optimè *Salycet. Cod. de repud., vel abſtinen. he-
red.*, *Redenaſch. conſil. 78. ſub num. 33. lib. 1.*,
Bim. conſil. 222. n. 47., *Rota coram Bich. dec. 66.*
87 *num. 7.*, attamen non etiam revocare poterit
aditionem ſemel factam, ob eam rationem, quod
per abſtenſionem non admittuntur jura ſuita-
tis, aliter verò res ſe habet in immixtione, in
qua non militat dicta ratio, *Zoes in comment. ff.
de acquir., vel omitten. hered. num. 70.*, ideòque
aditio hereditatis, quæ miniſterio legis inducta
88 fuit ex præcedentibus actibus, tolli nequivit ſu-
perveniente prorogatione termini ad adeundum,
reſiſtente illâ immotâ noſtri juris regulâ, quâ
ſtatuitur, eum, qui ſemel adivit hereditatem,
per quemcumque actum heredem eſſe deſinere,
non poſſe ſive is ſuus, ſive extraneus ſit heres,
leg. & ſi 3. §. filius, ibi = *Nam, ut Julianus ſcri-
bit, hujuſmodi exheredatio vitioſa eſt, quoniam
poſt aditam hereditatem voluit, eum ſubmotum,
quod eſt impoſſibile, ubi Bald. num. 7. ff. de liber.,
& poſt., & §. Extraneis autem*, ibi = *Sed ſive is,
cui abſtinendi poteſtas eſt, immiſcuerit ſe Bonis
hereditatis, ſive extraneus, cui de adeunda here-
ditate deliberare licet, adierit: poſtea relinquen-
dæ hereditatis facultatem non habet, niſi minor
ſit 26. annis* =, *inſtit. de hered. qualit., & different.*,
Bald. in l. 4. in princip. C. de repud. hered., *Cujac.
ad African. tract. 1. verſ. non ſit integra repudia-
tio column. 12. 91. oper. prior. tom. 1.*, *Bouden.
collect. legal. 47. num. 56. lib. 1.*, *Palm. alleg. 266.
num. 9.*, *Rot. Florent. inter recollect. apud Palm.
dec. 248. num. 28.*, & meliùs in caſu filii, ſimpli-
citer ſe immiſcentis paternæ hereditati, & de-
89 indè titulo Legitimæ aliquid ex ea retinere con-
tendentis, quod excludatur ob qualitatem here-
ditariam, illi jam impreſſam, *Rota in Reatina Fi-
deicommiſſi de Severis 11. Aprilis 1707. §. Neque
obſtat in fine coram R̃mo Omatna Epiſcopo Gien-
nen.*; quamobrem, ſi dictæ prorogationes tolle-
re nequiviſſent aditionem ex præcedentibus acti-
bus miniſterio legis inductam, per ea, quæ tradit 90
*Rota in Peruſina dotis 20. Junii 1701. §. Quan-
doquidem loquendo coram Ẽmo Card. Caprara*,
potiori jure eam minimè impediverunt in no-
ſtro caſu, in quo municipale Statutum, nullo
pacto attentis declarationibus heredis, inſpicit nu- 91
dum factum poſſeſſionis, ac detentationis rerum
hereditariarum, inducendo ex eiſdem aditio-
nem, juxtà auctoritates allegatas in *§. Si autem*.

Immò verò dictas prorogationes, nec etiam
præſervare potuerunt bon. me. Marchionem Fa-
bium à qualitate hereditaria, ex ſubſecutis acti-
bus reſultante, quia, ſi, ut ex *Durano de acquir.
vel repud. heredit. cautel. 5. n. 3. in fin.* animadver-
timus *in §. Prout*, repudiatio hereditatis, etiamſi 92
reſpiciat tempus futurum, repudiantem non li-
berat à qualitate hereditaria inducta ex actibus
poſteà geſtis, præſertim, quando illi non pen-
dent à ſola repudiantis voluntate, ſed cum ter-
tio communicantur, ideòque admonetur, ut
omninò ab iis abſtineat; hinc ſequitur, quod
dictæ prorogationes ſuffragari nequiverint bon.
mem. Marchioni Fabio, qui poſt illas faciendo
actus, qui citrà jus, & nomen heredis fieri non
poterant, & palàm ſe gerendo pro domino, ple- 93
rùmque expreſſo titulo hereditario, tamquam
causâ actuum, quos gerebat, receſſiſſe cenſetur
à præcedenti propoſito vel non adeundi, vel
maturiùs deliberandi de aditione hereditatis,
leg. 1. Cod. de repudian. vel abſtinen. hereditat.,
*Bartol. in leg. non ſolùm 8. num. 17. verſ. & tunc
quæro ff. de nov. oper. nunc.*, *Maſcard. concl. 1243.
nu. 3. cum ſeqq.*, *Ceval. comm. opin. part. 3. quæſt.
825. num. 6.*, *Rot. in rec. dec. 48. num. 6. part. 9.*

Et Jure quidem optimo, nam Supremus Prin-
ceps concedendo dd. prorogationes, nihil aliud
egit, quàm producere tempus à Jure, vel ab ho-
mine ad adeundam hereditatem præſtitutum,
quemadmodum autem, durante hoc termino, 94
heres non prohibebatur quandocumque heredi-
tatem adire, ità etiam longior illius prorogatio
eumdem non impediebat, quominùs intrà tem-
pus prorogatum illam pro libito adire poſſet, *leg.
ultim. §. Sin autem verſ. ut ſciant omnes, Cod.
de jur. deliberan.*, verbis illis =, *ut ſciant omnes,
quod omninò poſt petitam deliberationem ſi adie-
rint, vel pro herede geſſerint omnibus in ſolidùm
hereditariis oneribus teneantur* =, & explicat ibi
Gloſſ. lit. A., inquiens = *id eſt poſtea, quàm
tempus datum eſt ad deliberandum, non autem fini-* 95
tum =, cum hæc ſit natura temporis prorogati, ut
idem cum primo tempore reputetur, proroga-
tionem factam intelligendo cum iiſdem omninò
qualitatibus, quæ fuerant tempori prorogato, 96
Gabriel. de dilat. concluſ. 2. per tot., *Maſcard. de
probat. concluſ. 240.*, *Thabor. axiom. jur. lib. 14.
cap. 127. axiom. 1.*, qua de re, cum actus geſtus
in termino prorogato perindè habeatur, ac ſi fa-
ctus fuiſſet in primo termino, ad tradita per *Rot.* 97
dec. 491. num. 8. part. 18. dicendum eſt, quod
ex actibus illis, ex quibus inducta fuiſſet aditio
in primo termino à Lege, vel ab homine conſti-
tuto, inducta etiam cenſeri debeat, ſi geſti fue-
rint intrà terminum à Principe prorogatum, *leg.* 98
ſed

Digitized by Google

ſed etſi manente 5. de precar., *Leg. cum dies de
arbitr.*, *Gabr. conſ. 144. num. 39. lib. 2.*, *Gra-
tian. cap. 791. num. 9.*, *Salgad. labyr. Cred. part.
2. cap. 17. num. 27.*, *Noguerol. alleg. 21. num. 14.
& ſeqq.*, *Gabriel. de dilat. concl. 2. nu. 21.*, *Rocc.
ſelect. cap. 119. num. 56. & 57.*, *Card. de Luc. de
Feud. diſc. 4. num. 24.*, *Rot. deciſ. 505. num. 1. in
fin. part. 3.*, *& dec. 357. num. 2. part. 12.*, *& cor.
Priol. dec. 83. num. 25.*

Non enim colore ullo, ullâve juſtâ ratione
affirmari poteſt, Supremum Principem, proro-
99 gationem concedentem favore heredis, longio-
ra tempora exoptantis, ut meliùs de aditione
hereditatis deliberare poſſet, eidem præripuiſſe
facultatem quandocumque eamdem adeundi;
Longè verò magis ab ejus mente aberrat, ei-
dem conceſſiſſe facultatem, liberumque arbi-
trium gerendi ſe pro herede; & faciendi actus
omnes, qui deliberatam præſeferunt voluntatem
adeundi hereditatem, ſibique imprimant qua-
litatem hereditariam, ità tamen, ut eidem inte-
grum ſemper eſſet qualitatem hereditariam, ſe-
100 mel aſſumptam, quandocumque deponere, ut
enim benè in propoſito ponderat *Rot. Florentina
apud Cataneum deciſ. 51. num. 14. verſ. nam alia
Epiſtola cum ſeqq.*, præſumendum non eſt de ju-
ſtiſſimo Principe omnes tum civilis, tum muni-
cipalis Legis regulas delere prorsùs voluiſſe, ità
101 enim, poſtquam heres, gerendo ſe pro herede,
qualitatem hereditariam aſſumpſerat, ſubmotus
fuiſſet, quod eſſe impoſſibile, ait *Ulpianus in leg.
3. ff. de liber. & poſth. alibi relatus*; certiùs, ſi
ſpectemus diſpoſitionem Legis municipalis,
apertè ſancientis, ut is, qui quomodolibet poſſè-
derit, vel tenuerit quamcumque rem heredita-
riam poſt quindecim dies à morte Defuncti, he-
reditatem adiviſſe cenſeatur, omnibuſque here-
ditariis oneribus obſtrictus remaneat. Si igitur
Marchio Fabius beneficio prorogationum, ſibi à
Supremo Principe conceſſarum, maturiùs deli-
berare cupiebat de adeunda paterna hereditate,
manus ab ea abſtinere debebat, illam minimè
101 invadendo, & prò herede, ac verò domino ſe
gerendo, alioquin dicendum eſſet, beneficio
principalis Reſcripti, quod nemini captioſum
eſſe debet, *leg. Paulus notat. 8. ff. de prætor. ſti-
pulat.*, *leg. ſi emancipatio 17. ff. de legat. præſtand.*,
ipſum, prout è re ſua meliùs eſſe putaſſet, po-
tuiſſe ſe heredem dicere, & ſe heredem Patris
negare poſtquam ſpatio quatuor, & ultrà anno-
rum nihil omiſerat ex iis, quæ, nonniſi à vero
herede peragi poterant, fruſtrando eos, quibus
103 ex aditione jus quæſitum fuiſſet, id enim perab-
ſurdum eſſe, cenſuit *Rot. Rom. in ſæpè dicta deciſ.
Peruſina Dotis §. Quandoquidem*, *& Rota Flo-
rentina dicta dec. 51. nu. 19. & 20.*, quæ loquens
de ſimplici retentione ſcripturarum facta ab he-
104 rede, obtendente licentiam Sereniſſimi Magni
Ducis, ait = *Immò nihil abſurdiùs, & nihil im-
piùs dici poſſet contrà eum, quàm, quod ipſe præ-
tenderet, dum volebat deliberare de hereditate
adeunda, vellet penès ſe originalia omnium ſcri-
pturarum dictæ hereditatis &c.* =

Ob non abſimiles rationes nullo pariter loco
habendæ ſunt præſervativæ, ſive proteſtationes
quædam à bon. mem. Marchione Fabio adpoſitæ
nonnullis actibus, quos ipſe rectè noſcens, non-
niſi hereditario jure fieri poſſe, certò ſciebat ex
eiſdem hereditariam qualitatem, & hereditatis
aditionem neceſſariò induci, nam, omiſsâ
quæſtione diſceptatâ à Majoribus noſtris, *Socci-
no nempè jun.*, *qui in conſ. 107. lib. 2.* cenſuit,
quod, ſi heres cederet, vel ſolutum daret Cre- 105
ditoribus jura hereditaria, aliumve gereret ſimi-
lem actum, proteſtans, ſe non animo hereditatem
adeundi hæc facere, nihilominùs iſtiuſmodi pro-
teſtatio perimeretur ipſo contrario facto, ſecum-
ferente aditionem hereditatis, contra verò *Al-* 106
ciatus conſ. 344. contrarium docuit, ob eam ra-
tionem, quod actus, qui alioquin ad heredem
pertineant, & aditionem hereditatis ſignificant,
non tamen eam inducunt, quoties alio animo,
quàm adeundæ hereditatis fieri potuerunt, & ità
verè factos fuiſſe, colligitur ex proteſtatione;
Noſtro enim caſui applicari poſſe videretur con- 107
ciliatio utriuſque ſententiæ tradita à *Fachineo
controv. jur. lib. 6. cap. 55. verſ. ego puto*, ajente,
quod *ſi heres, qui proteſtatur, ità faceret, tam-
quam heres, & nulla alia cauſa ſubeſſe poſſet, tunc
voluntas ex ipſo facto appareret adeundi heredita-
tem, & proindè contrariam, quæ ex proteſtatio-
ne oritur, præſumptionem tolleret*, &, declaran-
do *Alciat.*, ſubdit = *& in his terminis nec loquitur,
nec intelligendus eſt Alciatus* =, nam nullo pacto
ſuſtineri poſſe videtur, Marchionem Fabium
tot actus, quibus ipſe ſeſe immiſcuit hereditati
paternæ aliâ causâ, & titulo, quàm hereditario
geſſiſſe, ideòque contrariæ proteſtationes peni-
tus eliderentur facto eiſdem contrario.

Præſertim in caſu noſtro, in quo pleræque ex
dictis declarationibus, atque præſervationibus
æquivocæ ſunt, & expreſsè non excludunt ani-
mum adeundi hereditatem, ſed commodè re- 108
ferri poſſunt ad preſervationem aliorum jurium,
quàm illius abſtinendi ab hereditate Patris,
adeòut Dominus meus Averanius, illis ſigilla-
tim examinatis *fol. 23.*, benè animadvertat, uni-
cam dumtaxat afferri poſſe præſervativam prote-
ſtationem inſertam actui tranſactionis, initæ cum
D. Equite Falagiano, proindèque optimè con-
cludat, eaſdem præſervare quidem potuiſſe alia
jura, quàm illud non adeundi, quod directè tol-
lebatur actibus, qui, nonniſi hereditario nomi-
ne fieri poterant, & plerumque gerebantur, ta-
xativè expreſſo, tamquam illorum causâ, dicto
titulo: Ità quidem exigente naturâ ſimilium
proteſtationum, atque præſervativarum, quæ
operantur ſolùm quoad non expreſſa, non autem
quoad expreſſa, ſive illa præjudicia, quæ veluti 109
per neceſſariam conſequentiam proficiſcuntur ab
expreſſis, *Barboſ. de clauſ. 157. num. 6.*, *Pirrh.
Corrad. in prax. lib. 1. cap. 12. num. 55.*, *Adden.
ad Gregor. dec. 332. num. 7.*, *Rota coram Sera-
phin. dec. 1445. num. 4.*, *in rec. dec. 7. num. 15.*,
dec. 103. num. 6., *dec. 358. num. 38. part. 18.*

His, inquam, omiſſis quæſtionibus, contro-
verſia omnis in noſtra hypotheſi ſilere videtur,
nàm, ut benè animadvertit *Rota in Peruſina*

Dotis 20. Iunii 1701. §. Quoad actus verò coram
Eminentiſſimo D. Cardinali Caprara, vel agitur
de proteſtationibus minime contemporaneis,
110 ſed ſubſecutis actus ſecumferentes aditionem
hereditatis, & factos adjecto eiſdem per mo-
dum cauſæ titulo hereditario; & hæ nullo pa-
cto impedire, aut veriùs revocare potuerunt
aditionem hereditatis, ex dictis actibus miniſte-
rio legis præcedentèr inductam, *Pilaja ad*
Franch. de proteſt. conſiderat. 71. num. 2., Poſth.
reſol. 28. n. 32., Bonden. collect. legal. 47. n. 32.
lib. 1., Thomat. deciſ. 51. num. 33., & ſeqq., Rota
coram Ludoviſ. dec. 7. num. 8., & 9., & ſeqq.
par. 4. tom. 1., in Senogalien. Cenſus, ſeù Exe-
cutionis 16. Iunii 1699. §. Et quamvis Ciutbius
coram bo. me. Paulutio, in dicta Peruſina Dotis
§. Quandoquidèm loquendo, & in Reatina Fidei-
commiſſi de Severis 11. Aprilis 1707. §. Neque
obſtat in fin. coram Rmo del Olmo Epiſcopo Con-
chen.; Poſt enim aditam hereditatem heredem
111 ab ea ſubmoveri, impoſſibile eſt, ut ex *Vulpiano*,
aliiſque Iuris noſtri locis probavimus *in §. Nec*
denique.

Aut agitur de proteſtationibus, quæ actus ab
herede geſtos præceſſerint; & earum vis ſubla-
ta fuit ſubſequentibus actibus contrariis, videtur
112 enim filius, qui ità proteſtatus eſt, pœnitentiâ
ductus receſſiſſe ab omiſſâ proteſtatione, juxtà
Textum expreſs. in l. Pro herede §. Papinianus,
ff. de acquir. hered.; Etſi enim filius priùs eam
recuſaverit, tamen licentiam habet, rebus pa-
ternis in eodem ſtatu permanentibus, nihilomi-
113 nùs adire, *l. ultim. Cod. de repud., vel abſtinen.*
hered., Facchin. contr. Iur. lib. 6. cap. 55. §. Quod
verò, Poſth. reſol. 28. num. 44., Barry de ſucceſs.
lib. 11. tit. 3. num. 3. in fin., Rota dec. 48. num. 6.,
& ſeqq. par. 9., in Urbinat. Salviani 2. Iun. 1687.
§. Nec eadem aditio coram Emo Caprara, & in
dicta Peruſina Dotis §. Quoad actus verò, & in
terminis Statuti Florentini apud *Cataneum dicta*
dec. 51. num. 91., & ſeqq.; Et juſtâ quidem ra-
tione, nam ſimiles proteſtationes minùs effica-
ces ſunt expreſsâ abſtentione ab hereditate Patris
factâ à filio, illæ enim plerumque fiunt tempo-
114 re, quo nondùm filius deliberavit paternæ ſe
immiſcere hereditati, ſed, dùm excutit Bona
Defuncti, & explorat vires hereditarias, fortè
coactus gerere aliquem actum, vel expedire ne-
gotium aliquod ad hereditatem pertinens, ſi-
miles adponit proteſtationes, ut cautiùs deindè
de adeundâ hereditate deliberare queat. Con-
115 trà verò abſtenſio ſecumfert deliberatum ani-
mum, atque expreſſam declarationem ſe ſe ab-
dicandi paternâ hereditate, titulumque heredi-
tarium recuſandi. At verò, ſi expreſſa iſthæc
abdicatio à paternâ hereditate, adeò firma non
eſt, ut pro libito à filio revocari nequeat, ſivè
revocatio iſthæc ſequatur ſuſcipiendo per actum
expreſſum paternam hereditatem, ſivè tacitè,
illi ſe immiſcendo per actus, qui citrà jus, &
116 nomen heredis fieri minimè poſſint, *Gulielm. de*
Benedict. in cap. Raynutius de Teſtam. part. 2.
n. 131., Alexand. in l. prima n. 1. in fin. Cod. de
Iur. deliber., idem conſ. 126. num. 3., & 4. lib. 7.,
Redenoſ. b. conſ. 78. n. 19. lib. 1., Rota cor. Card.
Cerro dec. 97. num. 7., & 8., in rec. dec. 38. n. 6.,
& 7. par. 9., coram Cavaler. dec. 346. num. 2., &
dec. 504. n. 11. cor. Bich., dec. 94. n. 32., in Sa-
binen. Fidecommiſſi 1. Iulii 1693. §. Neque obſtat,
& §. Reſponſio coram R.P.D. Priolo, & in dicta
Peruſina Dotis 20. Iunii 1701. §. Verùm etiam
coram Emo Card. Caprara, & in terminis Statu-
ti Florentini *dicta dec. 51. num. 91., & ſeqq. apud*
Cataneum, quantò potiori Iure filius recedere 117
poterit à ſimilibus proteſtationibus, minimè in-
ducentibus expreſſam abſtenſionem ab heredi-
tate paternâ, ſed potiùs indicantibus ancipitem,
& fluctuantem adhùc animum in adeunda here-
ditate, vel non? Præſertim, ſi ſpectemus cen-
ſuram Patrii Statuti, ſancientis, aditionem in-
ductam cenſendam eſſe ex quocumque actu,
etiam merè poſſeſſivo, & pendente à ſolâ vo-
luntate facientis, poſthabitis penitùs quibuſcum- 118
que contrariis proteſtationibus, immò etiam
ipsâ abſtenſione à paternâ hereditate, ibi = *Nec*
prætextu dotis maternæ, vel avitæ, aut repudia-
tionis, ſivè abſtinentiæ dictæ ſucceſſionis &c. ſe
defendere poſſit =, modò dd. actus abſtentionis,
ſivè proteſtationum Iudicis auctoritate muniti 119
non ſint, *Caball. conſ. 156. num. 28. lib. 1., Rota*
Florentina penès Cataneum d. dec. 51. n. 91.

Jure igitur, meritòque ſapientiſſimi Com-
promiſſarii, non dubitantes de aditione paternæ
hereditatis factâ à bo. mem. Marchione Fa-
bio, examinandum eſſe cenſuerunt, an effe-
ctum amiſſionis Legitimæ, ex eâ reſultantem,
impedire potuerit ignorantia, in eo figurata,
prohibitionis illam detrahendi, eidem factæ,
adhibitâ famigeratâ cautelâ *Soccini*, quâ Pater
filio dabat optionem acceptandi paternam here-
ditatem cum oneribus fideicommiſſorum, ei-
dem injunctis, vel, illis repudiatis, conſequen-
di Legitimam, de Jure ſibi debitam, aliaſque
detractiones ex propriâ perſona competentes,
allegando *Mart. de ſucceſs. legal. par. 4. quæſt. 3.*
art. 2. num. 24., & 25., qui requiri, ait, ſcien-
tiam teſtamenti paterni, & omnium in eo con-
tentorum, ut filius elegiſſe dicatur totam here-
ditatem cum onere non detrahendi Legitimam,
ibi = *Declaratur iſte caſus, ut non procedat, quan-* 120
do Pater inſtituit filium in tota ſua hereditate,
& prohibet illi detractionem Legitimæ cum con-
ditione, quod, ſi Legitimam detrahere vult, tunc
in dicta ſola Legitima illum inſtituit, hoc enim ca-
ſu ſi filius adit hereditatem ſimpliciter, & ità te-
ſtamentum approbat, non poteſt ulteriùs detrahere
Legitimam liberè, ſed ſibi imputare debet, qui
cùm potuiſſet habere Legitimam liberè, maluit
eligere totam hæreditatem cum onere fideicommiſ-
ſi &c., ſed iſta declaratio eſt intelligenda, datâ
ſcientiâ dicti teſtamenti, & contentorum in eo,
ut ſuperiùs dixi; Superiùs autem, numero vi-
delicet 20. tradiderat, quod, ut acceptatum
dici poſſet onus adjectum Legitimæ, require-
batur *ſcientia explicita, & individua omnium*
contentorum in teſtamento, idem docuerunt
R.P.D. Anſald. in annot. ad ſuas deciſiones an-
not. 77. num. 22., inquiens, operationem, &
effi-

Digitized by Google

efficaciam cautelæ *Soccini* oriri *ex gemina, eaque ſatis perſtringente ratione, nimirùm, & quod illa poteſtas, quæ Patri deeſſet in onerando filium ſuper Legitimâ, ex aſſenſu, & voluntate ejuſdem filii, cui liberum erat Legitimam habere præcipuam, ceteraque Bona reſpuere, quodque, dùm Pater utique valebat, relictâ filio Legitimâ, ad ſui libitum de reliquo Aſſe diſponere; Relinquendo idcircò uberiorem Bonorum quantitatem, poſuiſſe dicatur in electione filii alterutrum accipere, ac conſequentèr, dùm filius benè conſcius iſtius alternativæ, unam partem acceptavit, nequit alteram incompatibilem ampliùs prætendere, aut retinere*, & tradiderunt alii relati a Domino meo Advocato Accorambono in ſua luculenta allegatione.

Sola ſtatutaria diſpoſitio ab iſtiuſmodi objecto vindicare poſſe videretur aditionem factam à bo. mem. Marchione Fabio, nàm, ſi Cauſa
121 hæc juxtà illius cenſuram decidenda eſt (Hoc namque, etſi plures Juris noſtri loci non requirerent, poſtulare ſatis videretur ſummà illud commendatione dignum exemplum ſeptem ſapientiſſimorum Judicum, qui apud *Caton. dicta decis.51. num.3.*, ſolà ſibi Statuti literâ propoſitâ, ſententiam in ſimili cauſa dixerunt) Statutum Florentinum, ut notat *Magon. dec. Florent. 10. num.45.*, & pluries, plurieſque diximus, pro inducenda aditione conſiderat nudum factum poſſeſsionis, vel detentationis Bonorum, ſive cujuſcumque rei hereditariæ ab herede factæ poſt quindecim dies à morte Defuncti, & quibus tranſactis, nullo d. Statuti loco requiſitâ ſcientiâ jurium, & onerum hereditariorum, illum ità poſsidentem non præſumptivè, aut fictè facit heredem, ſed ſtatuit, ut *hereditatem ipſam agnoviſſe intelligatur, & tamquàm ex vera
122 agnitione* eum efficit verum heredem, ut hæc verba perpendendo, benè docuit *Magon. d. dec. Florent. 10. num.32., & ſeq.*; & quidem quoad omnes Juris effectus magis præjudiciales, ut videlicèt tamquàm *verus ſucceſſor ſit obnoxius omnibus hereditariis oneribus, & ad Legata, & fideicommiſſa, & credito effectualitèr, & realitèr conveniri poſſit*, & ulterius progrediendo, eidem jàm effecto verò heredi, & gravato oneribus hereditariis præripit quemcumque colorem deſumptum ex præcedentibus repudiationibus,
123 & abſtenſionibus, quorum prætextu hereditarium titulum diſſimulare poſſet, atque etiam adimit quodcumque aliud Juris auxilium, quod eidem tituli ex propria perſona competentes, vel Inventarium ipſum præbere poſſet; Cavetur enim, quod heres *nec prætextu dotis maternæ, vel avitæ, aut repudiationis, ſeu abſtinentiæ dictæ ſucceſſionis, aut aliquo alio Jure talia Bona, ac ſe defendere poſſit, nec etiam, quantum ad debita hereditaria, ſub prætextu Inventarii, aliquo in contrarium non obſtante*, juxtà ſæpiùs relata, & ſemper magis, magiſque inculcanda d. Statuti verba.

Cùm itaque Statutum ob ſolum factum poſſeſſionis Bonorum per Defunctum tempore ſuæ mortis poſſeſſorum inducat veram, & efficacem aditionem hereditatis, parum curandum eſt,
an heres ſciverit nec ne onera hereditaria, & Ju- 124
ra, tituloſque ex propria perſona ſibi competentes, nam ab illius voluntate pendere quidem poteſt adire, vel non adire hereditatem, ſed effectus ex aditione proficiſcentes non ſubſunt
amplius ejus arbitrio, utpotè inducti poteſtate 125
Patriæ Legis, quæ præſupponit, illum ſolo facto poſſeſſionis deliberato animo ſeſe immiſcuiſſe, & rectà vià hereditatem adire voluiſſe, hereditariis omnibus oneribus ſeſe ſponte ſupponendo, ad verba *Textus in leg. final. ſub initio Cod. de Jur. delib.*, ibi = *Cum omnibus Creditoribus ſuppoſitus ſit, utpotè hereditate ei ex ſua voluntate infixa* = Quemadmodum enim antequàm Imperator *Iuſtinianus* deliberandi tempus pro hereditate ſibi delata indulgeret heredi, eumdemque ab improviſis debitis, & incerto exitu, per diverſas ſpecies illi impoſito, incolumem ſervaret alià Conſtitutione, quæ, ut notat *Gloſſ. in d. leg. final. in princip. in verb. aliam*, non reperitur, & denique, antequàm beneficium Inventarii inveniret pro iis, qui dubii de hereditate, cautèque agere volentes, ultra vires hereditarias teneri nolebant, quemadmodùm, in-
quàm, antè hæc remedia heredibus impartita, 126
poſt hereditatem ex ſua voluntate illis infixam, vetera Jura diſponebant, ut inviti, & ignorantes ultrà vires hereditarias tenerentur, ut egregiè *Iaſon. in d. leg. final. lit. A., & B. Cod. de Iur. delib.*, & ibidem etiam *Alexan. in §. Etſi præfatam, Corn., & Salicet. in §. Si verò*, & alii apud *Roland. à Valle de confect. Inventar. tract. 1. quæſt. 3. inter tract. magn. tom. 8. par. 2. fol. mihi 167.*, & quoad filium pro Legitima agentem obſervat *Rot. decis. 206. num. 5. par. 1. rec.*, & obſervat *Rota in dicta Sabinen. Fideicommiſſi primâ Iulii 1693. §. Verùm quia cor. R.P.D. Priol.*, Ità etiam iſtiuſmodi Statutum diſponens, quod, poſtquàm facto poſſeſſionis hereditas ex ſua voluntate heredi infixa eſt, idem, ut verus ſucceſſor eſſe cenſeatur, ſitque obnoxius omnibus he-
reditariis oneribus, ſublato eidem quocumque 127
Juris remedio, abſtenſionis nempè, & repudiationis, & titulorum omnium ex propria perſona ipſi competentium, imò etiam beneficio Inventarii, cenſetur redire voluiſſe ad d. antiqui Juris diſpoſitionem, juxtà quam liberum quidèm illi erat adire, vel non adire, ſed poſt aditam hereditatem, nec prætextu ignorantiæ, nec quovis alio colore hereditaria onera detrectare poterat.

Jura namque noſtra expoſcebant quidem, ut
heres ſcire deberet, ex qua cauſa eſſet heres, ex 128
teſtamento nempè, vel ab inteſtato, *leg. ſi is ad quem 22., & leg. Pater 93. ff. de acquir., vel omitten. hered., leg. illud ff. ſi pars hered. petat., Cujac. ad African. tract. 1. lit. B. & ſeqq., & per tot. tom. 1. oper. prior. fol. mihi 1290., Petr. Fab. ad leg. 76. ff. de regul. Iur., Perſonal. de adipiſc. poſſeſſ. num. 550., Rub. de confuſ. Iur. defunct., & hered. cap. 1. num. 178.*, at non etiam requirebant, ut certò ſciret onera hereditaria; Nullus enim ſivè veteris, ſivè recentioris Juris locus

cus

eus aſſerri poterit, quo ad validitatem aditionis
requiratur ſcientia particularium diſpoſitionum
factarum à Teſtatore, & onerum ab eodem he-
129 redi injunctorum, immò verò Juris Interpretes,
diligentèr enumerando requiſita aditionis here-
ditatis, cum inter illa minimè recenſeant dictam
ſcientiam, ut ex *Gloſſ. in leg. is poteſt 18. ff. de
acquir. hered.*, ubi etiam *Bartol.*, *& Maranta
num.14.*, & paritèr *Gloſſ. in leg. illud 5. verb.
cetera ff. ſi pars hereditatis petat.*, *Pract. Papien.
in form. libell. pro action. hered. ab inteſtat. de lat.
fol. mihi 590. col.2.*, *Alderiſ. de hered. act. par.1.
cap.10. num.4.*, *Merlinus de pignor.*, *& hypo-
thec. lib.2. tit.1. quæſt.16. num.41.*; Jure noſtro
affirmare poſſumus, dictam ſcientiam non re-
130 quiri, eò quod non enumeretur inter requiſita,
ad illius validitatem à Doctoribus recenſita,
juxtà argumentandi genus, quo utuntur *Specul.
in tit. de Procur. in 6. verſ. idem opponitur*, *Ripa
in cap. cum M. Ferrarienſis num.136. de Conſtit.*,
Alex. conſ.133. num.3., *& 10. lib.1.*, *Rota
deciſ.27. num.2. de Procurat. in noviſ.*, & rectè
quidèm, quia heres, adeundo, certò ſciebat,
vel ſciviſſe debebat, quod, aditâ hereditate,
aditio, immò Lex ipſa inducebat confuſionem
131 actionum, & Iurium heredi competentium,
illumque hereditariis oneribus obſtringebat di-
ſponendo, ut ultra vires hereditatis heres de
proprio hereditaria onera ſubire teneretur, ut
præter alios adductos tradit *Cujac. ad African.
ubi ſuprà fol. mihi 1271. lit. A.*, ibi = *At quæro,
quis ſit effectus hujus Sententiæ, ut hæreditatem
non adeat rectè, niſi qui certus eſt? Aditio obli-
132 gat æri alieno, & qui ſemel adivit rectè, poſteà
non poteſt repudiare, & lic. C.* = ubi idem tradit
de immixtione *Merlin. de pignor.*, *& hypothec.
lib.2. tit.1. quæſt.16. num.41.*, inquiens, ad vali-
dè adeundam hereditatem dumtaxat requiri
ſcientiam ejus, quod eſt formale, & intrinſe-
cum Iuris adeundi, num ſcilicèt Teſtator obie-
133 rit, an ſibi ſit delata hereditas, an ex teſtamento,
vel ab inteſtato, hiſque requiſitis ſic perfici actum
aditionis, ut Iure, meritòque non aliud requi-
ratur, nec opus proindè ſit ſcientia onerum, opu-
lentiæ, & qualitatum hereditatis, quæ vocat
extrinſeca requiſita in adeundo, & quæ vel he-
res novi ſe præſumitur, vel, niſi noverit in ter-
134 mino ad deliberandum, à Lege, & ab homine
conceſſo, imputare id ſibi debet quacumque
ſpe fruſtratus, & allegat *Bald.*, *Gratian. Coſt.*,
& alios.

Heres igitur cùm antè deliberandi tempus, &
beneficium Inventarii præjudicia in Bonis pro-
priis evitare poſſet non adeundo, adeò ut ab
135 ejus libera voluntate penderet ſolummodò adi-
re, vel non adire, ut ratiòcinatur *clar. mem. Card.
de Luca de hered. diſc.18. ſub num.3. verſ. ex
etiam convincenti ratione*, hinc ſequitur, quod,
ſi Statutum Florentinum poſt hereditatem ex
facto poſſeſſionis continuatæ poſt quindecim
dies à morte Defuncti, eidem abſolutè ademit
quæcumque Iuris auxilia, præripiendo eidem
beneficium etiam Inventarii, dicendum omni-
nò ſit eum teneri omninò, voluiſſe ultra vires
hereditarias, & Statuentes uſos fuiſſe poteſtate
à Lege ipſis tributâ diſponendi de re heredis, illius
Iura confundendo cum Iuribus Defuncti, eum-
que obligando ultra vires hereditarias, prout di- 136
ſponebant Iura vetera, ad quæ rediiſſe dicitur,
ut loquens de hoc, aliiſque ſimilibus Statutis,
benè ratiocinatur *Rota in una Ariminen. Here-
ditatis ſuper Aditione 18. Iunii 1708. in §. Ac-
cedit prætereà cor. R.P.D. de Polignac.*

Et quidem, ſi in dubium venire nequit, quin 137
Teſtator prohibere poſſit heredi, ne inventa-
rium conficiat: ſi ille hoc caſu uti nequit ſimili
Legis beneficio ad effectum ſaltem deliberandi,
quæ deliberandi facultas ſupponit ignorantiam 138
onerum, cùm, nonniſi poſt benè cognitas vires
hereditarias deliberationi locus eſſe queat; Si
denique heres hoc caſu præjudicia quæcumque
aliâ ratione evitare nequit, quàm non adeun-
do; potiori jure id operabitur Statutum, quod,
ſi juſſerit, ut heres ſeſe immiſcens hereditati,
vel res hereditarias poſt certum tempus reti-
nens, *hereditatem ipſam agnoviſſe intelligatur,
&, tamquam ex vera agnitione, ut verus ſuc-
ceſſor, ſit obnoxius omnibus hereditariis oneri-
bus, & ad Legata, & Fideicommiſſa &c.*, ſub-
lato eidem beneficio inventarii; dicendum procul 139
dubio erit, illud de re heredis diſpoſuiſſe,
& ex ſolo facto aditionis, in rebus propriis, &
ultra vires hereditarias eumdem gravare voluiſ-
ſe, ut benè in propoſito ratiocinatur *Rota in mox
citata Ariminen. hereditatis ſuper Aditione*, in
qua promiſcuè argumentatur à poteſtate Statuti
ad illam Teſtatoris, & viceversâ, rationem ità
decidendi deſumens tum à poteſtate utrique à 140
Lege tributa diſponendi de rebus heredis, eum-
demque obligandi oneribus hereditariis ultrà
vires hereditarias, tum etiam à diſpoſitione ve-
teris juris Digeſtorum, cum ignotum prorsùs eſ-
ſet beneficium inventarii, heres poſt aditam
hereditatem jura ſua prorsùs confundebat cum 141
illis Defuncti, quam confuſionem aliâ ratione
evitare nequibat, quàm non adeundo, ac de-
nique concludit, ſimilia Statuta, & Teſtato-
rum diſpoſitiones, quæ, prohibito inventario,
heredem gravant in rebus propriis, utpotè con-
formes antiquo juri Digeſtorum, ideòque re-
deuntes ad jus primævum, & antiquum, cen-
ſendas eſſe favorabiles, ut apud *Cravet. conſil.* 142
174. num.7., *Andreol. contr.427. nu.28.*, alioſ-
que, quos allegat *eadem Deciſio in §. Accedit
præterea*, *& Rota in Faventina Succeſſionis 2.
Julii 1708. §. Vigente*, *& §. Altera coram R.
P.D. Aldrovando*.

Quæ cum ita ſint, & perſpicuè demonſtra-
tum fuerit, juxtà antiqui juris cenſuram, quan-
do nempè nec deliberandi tempus, nec benefi-
cium inventarii heredibus à Juſtiniano tributum
fuerat, eoſdem invitos, & ignorantes ſolo fa-
cto aditionis alligatos fuiſſe oneribus heredita-
riis, abſque ullâ eorum ſcientiâ, & Statutum
Florentinum, adempto heredibus dicto benefi-
cio, redeundo ad jus antiquum, ſolo facto poſ- 143
ſeſſionis hereditatem aditam cenſendam eſſe,
diſpoſuerit, ſtatuendo, quod heres *tamquam*

ex

Digitized by Google

ex vera agnitione , *ut verus ſucceſſor* , *ſit abno-*
xius omnibus hereditariis oneribus , *& ad Lega-*
ta , *& fideicommiſſa* , in dubium venire ne-
quibit, quia bon. mem. Marchio Fabius, be-
reditatem adeundo, ſe ſubjecerit omnibus one-
ribus hereditariis, abſque eo quod prætextu de-
tractionis Legitimæ ſibi competentis detrectare
144 poſſet reſtitutionem fideicommiſſorum, à Te-
ſtatore ſibi demandatam, *Mantica de conject. ult.*
volunt. lib.7. tit.11. num.9. , *Gratian. diſceptat.*
36. num.17. , *Surd. de aliment. tit. 2. quæſt. 15.*
num.184. , *Conciol. de hered. artic.1. num. 34.* ,
Balducc. deciſ. , *& rer. judic. tit.3. deciſ.17. nu.*
4. , *Rota poſt Bouden. collect. legal. tom. 1. deciſ.*
96. num.2. , *& in rec. deciſ.1. num.6.*, *deciſ.382.*
num.10. , *& 11. part.14.*

Et juſtâ quidem ratione, nam, ſi heres ob
145 aditionem obligatur oneribus bereditariis, quia
quaſi contraxiſſe dicitur cum Teſtatore, & Le-
gatariis, atque Fideicommiſſariis pro executione
omnium teſtamentariarum diſpoſitionum , ſi
aditio eſt quidam veluti conſenſus heredis pro
146 faciendis iis, quæ Teſtator mandavit , *Pba-*
nucc. de inventar. quæſt.244. in princip. , ſi ideò
onerum acceptatio, ex aditione facta, cenſetur,
quia conſenſus heredis conſenſui Teſtatoris per
illam quodammodò unitur , *Rota in Firmana*
147 *Firmana Fideicommiſſi 4. Maii 1705. §.Ceterùm*
coram R.P.D. Anſaldo ; hic quaſi contractus, &
conſenſus de juris communis cenſura ex aditio-
ne inductus, quantò efficaciùs illum obligabit,
quando concurrit Statutum , hunc quaſi contra-
ctum , & conſenſum neceſſariò inducens, atque
præcipiens , ut poſt aditam bereditatem Lega-
ta , & fideicommiſſa præſtare teneatur, omni
penitùs ſubmotâ exceptione repudiationis, &
abſtenſionis ab bereditate, titulorum ex propria
perſona heredi competentium, ac inventarii im-
pedientis confuſionem jurium , ac præſervantis
148 actiones beredi competentes ; bis enim per adi-
tionem commixtis, ac penitùs confuſis, heres
colore nullo evitare poterit reſtitutionem fidei-
commiſſorum , & executionem eorum, quæ à
Teſtatore diſpoſita fuerunt , ad *Text. in §. He-*
res inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi contract. naſ-
cunt. , *Gratian. diſcept. forenſ.657. num. 45. &*
ſeqq. , *Conciol. loco mox citato* , *& alleg.51. nu.*
20., *allegat.52. num. 34.* , *Rot. in rec. deciſ.118.*
num.24. part.12. , *in Romana , ſeù Verulana Fi-*
deicommiſſi 10. Maii 1690. §. Nec vis , *& effi-*
cacia coram Eminentiſſimo D.Card. Caprara , *in-*
ter recollect. ad clar. mem. Card. de Luca de Fi-
deicommiſ. deciſ.87. num.12., *in Avenionen. Fi-*
deicomm. 19. Januarii 1696. §. Abſque eo quod
in fin. coram bon. mem. Muto , *in Fanen. Immiſ-*
ſionis 14. Maii 1696. §. Quod autem coram Re-
verendiſſimo Molines , *& in Carpentoracten. ſeù*
Vaſionen. Primogenituræ 19. Novembris 1703.
§. Stabilita coram R.P.D. Anſaldo.

Nec favor Legitimæ, qui in jure præcipuus
ſemper fuit, efficere poteſt , quod in caſu no-
ſtro locum ſibi vindicare nequeat tum juris
communis, tum municipalis Legis diſpoſitio ,
efficiens , ut heres poſt aditam hereditatem ,
veluti ex quaſi contractu Legata, & fideicom-
miſſa integrè præſtare obligatus, illorum reſti-
tutionem detrectare queat prætextu Legitimæ,
quæ filio à Patre prohiberi nequit ; ſecernendus
namque eſt caſus ſimplicis probibitionis Legiti-
mæ, à Teſtatore factæ filio, à prohibitione
ejuſdem demandata cum cautela *Soccini*, pri- 149
mo namque caſu prohibitio non ſuſtinetur , &
Lex ipſa, quæ per ſimplicem aditionem here-
dem obſtrinxit oneribus hereditariis, illumque
ex quaſi contractu obligavit ad implementum,
& executionem omnium teſtamentariarum diſ-
poſitionum , Lex , inquam , ipſa à Legitima re-
jecit omne onus, illudque pro non ſcripto ba-
bendum eſſe, ſancivit , juxtà *Text. apertum in*
leg. quoniam in prioribus Cod. de inoffic. teſtam. ,
& tradiderunt *Cepbal. conſ.291. nu. 17.* , *Pere-*
grin. de Fideicom. art.36. num.61. , *Gratian. di-*
ſcept.637. num.23., *Rota poſt Merlin. de legitim.*
deciſ.17. num.6. , *& deciſ.34. num.1.*, *in rec. dec.*
11. num.4. part.19.

At aliter res ſe habet in alio caſu , quo Legi-
tima à Teſtatore prohibita reperiatur, ſervatâ
cautelâ *Soccini*, cum enim probibitio hac formâ
concepta , ſuſtineatur , & , uti conſona juris 150
menti , communiter à Doctoribus approbetur ,
ob optionem collatam in liberam filii volunta-
tem vel habendi Legitimam ad normam juris
immunem ab omni onere, vel conſequendi uni-
verſam hereditatem, aut alia emolumenta ex
judicio Teſtatoris ſibi collata , cum onere non
detrahendi Legitimam , ut tradiderunt *Peregr.*
de Fideicomm. art.36. num.62. , *Merlin. de legit.*
lib.3. tit.2. quæſt.10. num. 15. , *Andreol. contr.*
250. num.94. , *Palm. allegat.183. num.5.* , *Ma-*
gon. deciſ. Lucen. 85. ſub num. 14. , *Rota coram*
Dunoz. jun. deciſ. 99. num. 7. , *coram ſan. mem.*
Innocentio X. deciſ.289. nu.19. , *apud Rodulphin.*
poſt allegat. 115. num. 56. , *& duobus ſeqq.* , *&*
num.93. , *in recent. deciſ.342. num. 10.* , *& 11.*
part.5. , *deciſ.74. num.7.* , *& 8. part.8.* , *deciſ.*
218. num.4. part.10. , *deciſ.49. num.13.* , *& 17.*
part. 18. , & paſſim apud alios ; juſtâ proindè
ratione eo caſu , quo Pater gravamen , Legiti-
mæ appoſitum , compenſaſſe videtur aliis emo-
lumentis in filium collatis, hic per ſimplicem 151
aditionem , in Legitima ſibi præjudicat , juxtà
veriorem , & frequentiori Doctorum calculo
approbatam, atque omnium Supremorum Tri-
bunalium auctoritate confirmatam ſententiam ,
ex concordantibus auctoritatibus allegatis ab R.
P. D. meo Amadorio, & D. Advocato Mor-
morai , quibus addi poſſunt *Peregrin. de Fidei-*
commiſ. artic.36. num.52. , *Mantic. de conjectur.*
ultim. volunt. lib 7. tit.8. nu. 11. , *Merlin. de le-*
git. lib.3. tit.2. quæſt. 7. num. 24. & ſeq. , *Gra-*
tian. diſcept.983. numer.3. , *Adden. ad Gregor.*
deciſ.489. num.27. , *Scopp. ad contr. Merlin. Pi-*
gnatell. centur.2. cap.48. num.10. , *Rota coram*
Card. Cerro deciſ.84. nu.9. , *& deciſ.789. nu. 7.*
cum ſeqq. , *in recent. deciſ.49. num.17. part.18.* ,
in Carpentoracten. Legati , *& Legitimæ 24. Ja-*
nuarii

nuarii 1695. §. Minùs coram Eminentiſſimo Ca-
prara, in Romana Legitimæ, & trebellianicæ
2. Aprilis 1696. §. Et junè verſ. non ſervatâ co-
ram bon. mem. Pio, in Firmana Fideicommiſſi 4.
Maii 1705. §. Dum igitur coram R.P.D. Anſal-
do, in Reatina Fideicommiſſi de Severis 13. A-
prilis 1707. §. Neque Immiſſionem coram Reve-
rendiſſimo Omanna Epiſcopo Gieunen., confirma-
ta 13. Februarii 1708. §. Illas namque coram
eodem.

At verò, ſi ſola aditio, atque ſuſceptio pa-
ternæ hereditatis efficit, ut filius acceptaſſe
cenſeatur Legitimam, juxtà cautelam *Soccini* ſi-
bi relictam cum oneribus, & vinculis eidem
152 impoſitis, fruſtrà quæritur, an hoc caſu in illo
requiratur expreſſa ſcientia onerum, & optio
eidem à Patre data, nam, cum gravamen, illi
hac formâ impoſitum, ſit à jure permiſſum,
& filio præjudicium nullum afferre dicatur, ni-
hil proponitur, cur impediri debeant legales
effectus ex aditione reſultantes, quæ proindè,
nullâ requiſitâ expreſsâ acceptatione, & ſcien-
tiâ dictorum onerum, operabitur, ut filius per
ſolam, ac ſimplicem aditionem ſibi præjudi-
153 caſſe cenſeatur in Legitima, hac formâ ſibi reli-
ctâ, ut diſertis verbis tradiderunt *Duran. de ar-*
te teſtand. ſub tit. de ſubſtit. cautel. 31. num. 6.,
Andreol. contr. 250. num. 66., Altimar. ad Ro-
vit. conſ. 95. num. 8. lib. 1., Cenſal. ad Peregrin.
de Fideicomm. art. 36. verſ. 2., Cirocch. diſcept.
4. num. 67., Rota Lucen. inter collect. à Palm.
Nep. deciſ. 212. num. 15., Urceol. deciſ. Florent.
41. num. 30. & ſeq., Manſ. conſult. 578. num. 21.
Card de Luca de legitim. diſc. 17. num. 2., Ad-
den. ad Gregor. deciſ. 189. ſub nu. 27., bon. mem.
R. P. D. Cerretanus in ſuo Voto impreſſ. penes
Rodulphin. alleg. 115. nu. 26., Rota penes eum-
dem Rodulphin. dicta alleg. 115. nu. 56. & ſeq.,
coram Card. Cerro deciſ. 689. nu. 7. & 8., in re-
cent. deciſ. 74. nu. 9., & 10. part. 8., deciſ. 218.
num. 4., & 5. part. 10., coram Priolo deciſ. 204.
num. 3. & 4., & in Avenionen. Fideicommiſſi ſu-
per Manutentione 10. Junii 1697. §. Hujuſmodi
coram Reverendiſſimo dell' Olmo Epiſcopo Con-
chen., inter collect. ad ornat. clar. mem. Card. de
Luca de teſtament. deciſ. 42. num. 6., quorum
verba refert R.P.D. meus Amadorius in ſua do-
ctiſſima allegatione, rectè ſubdens, quod, ſi
non requiritur hoc caſu expreſſa, ſed, juxtà mox
154 allegatas auctoritates, ſufficit tacita, atque
implicita acceptatio reſultans ex aditione, ſeù
immixtione paternæ hereditati, nec etiam re-
quiretur expreſſa, atque individua ſcientia dicti
oneris, ſed ſatis erit generica illius cognitio,
Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 10. num. 17. in
fin., Rota in Avenionen. Fideicommiſſi 25. Junii
1700. coram R. P. D. Anſaldo §. Verùm quo-
ties, quem refert, & ſequitur *D. Advocat. Tar-*
taglin in ſuo tract. de reſervat. Statutar. artic. 45.
num. 76., qui diſtinguens caſum, in quo forma-
liter ſervata fuerit cautela *Soccini*, ab alio, quo
eadem per æquipollens dumtaxat à Teſtatore
155 adhibita reperiatur, ait = *vel eſt ſervata formali-*
ter cautela Soccini, & ſufficit acceptatio genera-
lis, etiam ex actu immixtionis, de Luc. de detract.
diſc. 17. num. 2. 3. & 4., Palm. deciſ. 84. num. 29.
& 30., Roſa conſult. 4. num. 30. & ſeq., Rodul-
phin. alleg. 115. num. 58. 27. 93., quando concur-
rat ſcientia alternativæ inſtitutionis, Rodulphin.
alleg. 113. num. 52., alleg. 114. num. 32. & 33., 156
de cujus ſcientiæ probatione Rota in dicta Ave-
nionen. Fideicommiſſi coram Anſaldo §. Sed Do-
mini, ubi de actu cum relatione ad teſtamentum,
de individuatione Notarii de eo rogati, de extra-
ctione Copiæ teſtamenti, quod ſufficiat, & ibi
admittitur, ſcientiam genericàm ſufficere, vel
Soccini cautela non eſt ſervata &c. =

Nullo itaque pacto requiritur ſcientia præciſa
prohibitionis Legitimæ, factæ ſervatâ formali-
ter cautelâ *Soccini*, ſed ſatis eſt hoc caſu illius
generica notio, ut ex profeſſo docuit *Rota in di-* 157
cta Avenionen., quod etiam expreſsè profeſſa
fuerat in aliis deciſionibus, in quibus ſemper
conſideravit implicitam dumtaxat, & tacitam
acceptationem reſultantem ex aditione, atque
immixtione paternæ hereditati, ut ex *dec. 204.*
nu. 3., & 4. cor. Priol., & dec. 689. nu. 7. & ſeqq.
coram Card. Cerro, & in recent. deciſ. 74. num.
9., & 10., Rota in Illerden. hereditatis de Go-
mar 4. Junii 1703. §. Et alterum coram R.P.D.
meo Anſaldo; Immò verò in quadam *Bononien.*
Tranſactionis coram bon. mem. Bourlemont., cu-
jus *deciſiones* impreſſæ leguntur penes *Rodul-*
bin. poſt alleg. 115., cum idem unâ cum *Acto-*
lin., qui in eadem Cauſa ſcripſit, inculcaret,
quod, ut prohibitio Legitimæ facta cum cauto-
la *Soccini* filium afficere poſſet, requireretur 158
præciſa ſcientia talis prohibitionis, nihilominus
Sacra Rota inhærens firmiſſimæ, ac commu-
niſſimæ opinioni à Doctoribus, & Tribunalibus
receptæ, veluti prò immota regula ſtatuit, quod,
adhibitâ hac cautelâ, ſufficiat tacita emologa-
tio per ſimplicem aditionem hereditatis, nec
neceſſaria ſit expreſſa, & ſpecialis renunciatio
ejuſdem Legitimæ, ut in prima *deciſione* im-
preſſa poſt *dict. allegat. 115. num. 58., & in ſe-*
cunda numer. 93., & licèt in caſu dictæ *deciſionis*
concurreret etiam expreſſa acceptatio paterni 159
teſtamenti, à filiis expleta, attamen *Sacra Ro-*
ta, non diſcedendo ab illa firmiſſima regula,
quod ſufficeret tacita approbatio, elicita ex ſim-
plici aditione, veluti à fortiori argumentatur,
quod, ſi hæc ſufficiebat pro ſuſtinenda dicta
prohibitione, multò magis filium urgebat, ob-
ſtringebatque expreſſa paterni teſtamenti accep-
tatio, nimis autem imprudenter tantum Tribu-
nal ſemel, atque iterum diſſimulaſſet objectum
hoc deſumptum ex defectu individuæ ſcientiæ,
à ſolertiſſimis, juriſque peritiſſimis Advocatis
inculcatum, ſi reverâ pro convalidanda prohibi-
tione Legitimæ facta cum *Socciniana* cautela, il-
la neceſſaria fuiſſet; jure igitur, meritòque ſilen-
tio eam præteriit, noſcens, veluti pro lege apud
Tribunal invaluiſſe communiorem opinionem
docentem, ad ſuſtinendam prohibitionem Legi-
timæ, eâ forma factam, requiri dumtaxat taci-
tam,

Digitized by Google

tam , ſeù implicitam acceptationem ex actu
aditionis, vel immixtionis paternæ hereditati
reſultantem ; Si autem ex mente *Sacræ Rotæ*
hæc tacita, & implicita acceptatio exuberat,
quando res verſatur in terminis juris commu-
nis, quantò efficaciùs urgebit in caſu, in quo
concurrat Statutum, quod, ſublato quocumque
legis, & juris beneficio, filiis, aliiſque heredi-
bus impartito, eò vota omnia intendiſſe, ſtu-
diumque omne, ac curam direxiſſe apparet, ut
celeriori viâ, ac ſtrictiori modo heredem obli-
garet ad fideliter adimplenda omnia diſpoſita à
Teſtatore, & Legata, ac fideicommiſſa, ab eo
ordinata, reſtituenda.

At Defenſores D.Marchionis Franciſci Junio-
ris urgent dicendo, gravamen à Patre impoſi-
tum ſuper filii Legitimâ idcircò ſuſtineri, quia
poteſtas in Teſtatore deficiens fulcitur, vireſque
deſumit à voluntate, & aſſenſu filii eligentis
160 unam alternativæ partem, cum altera incom-
patibilem ; ideoque oportet, cum voluntate
Teſtatoris concurrere claram voluntatem filii
approbantis paternam diſpoſitionem, quæ vo-
luntas in præjudicialibus non præſumitur, ut
161 ratiocinantur Doctores in contrarium allega-
ti, ſubdendo, quod, quotquot pro DD. fra-
tribus de Feronis allegantur ad effectum pro-
bandi, ſufficere genericam ſcientiam dicti one-
ris, cum implicita, ſive tacita illius accepta-
162 tione, reſultante ex aditione paternæ heredita-
tis, procedere poſſe in caſu, quo certò conſtet
de voluntate filii adeundi paternam heredita-
tem, certaque ſit illius aditio, quæ certitudo
deſiderari dicebatur in noſtro caſu, cum bon.
mem. Marchio Fabius paucos poſt dies à morte
Patris ſupplicem libellum porrexiſſet Regiæ
Celſitudini, ut longiorem terminum impetra-
ret ad effectum deliberandi, an ſibi expediret
nec ne adire paternam hereditatem.

Verumtamen diſcurſus iſte non ſubſiſtit, quia
non verſamur in ſimplici prohibitione Legiti-
163 mæ, aut gravamine eidem appoſito, non adhi-
bitâ cautelâ *Soccini*, quo caſu illud, utpotè mi-
niſterio Legis rejectum, & prò non ſcripto ha-
bitum, vires deſumere nequiret à voluntate
Teſtatoris, cui à Lege adempta eſt poteſtas om-
nis privandi, diminuendi, aut adijciendi onus,
164 & vincula ulla Legitimæ filii, in ſola Legitima
honorati, ſed recte hoc caſu convalidari dice-
retur ſolâ voluntate filii, qui, quemadmodum
abſtinere omninò poſſet à paterna hereditate, &
repudiare Legitimam, liberè ſibi ab illo reli-
165 ctam, ità etiam ratum habere poterit quidquid
Pater ſuper ea diſpoſuit, illam minuendo, aut
oneribus ſubijciendo, cumque hoc caſu reverâ
agatur de præjudicio filii, non ſolùm requiritur
præciſa ſcientia, ſed, rejecto tacito, atque im-
plicito conſenſu, reſultante ex aditione, con-
currere oportet expreſſum conſenſum, vel illi
æquipollentem, cum reſiſtat præſumptio Le-
166 gis, conſenſum removens in præjudicialibus,
ut, præter auctoritates allegatas in *§. Nullo ita-
que*, tradunt *clar. mem.Card. de Luca de legit.
diſc.17.*, *& diſc.18. num.7.*, *Cyriac. contr.148.
num.8.*, *Gomez. var. reſolut. cap.11. num.25.de
ſucceſſ. contr. teſtam.*, *Rota coram Pamphil. dec.
203. num.6.*, *& deciſ.289. num.19.*, *coram Lu-
doviſ. deciſ. 489. num.21.*, *ibique Adden.*, *&
coram Priol. deciſ.328. num. 19.*, *coram Emerix
jun. deciſ. 48. num. 3. poſt modern.* *Aſculan. ad
Statut. Urb. deciſ.165. num.14.*, *deciſ.265. num.
11.*, *& ſeqq. part.11.*, *& cor. Carillo deciſ.223.
num.1.*, *& 3.*

Quæ reſiſtentia Legis improbans, & pro non
ſcripto habens gravamen omne, ſimpliciter filii
Legitimæ appoſitum, & ſubmovens quemcum-
que præſumptum conſenſum, ceſſat, quando,
ſervatâ cautelâ *Soccinianá*, Teſtator illi optio- 167
nem reliquit libere conſequendi Legitimam,
vel, acceptatis oneribus eidem appoſitis, alia
ſuſcipiendi emolumenta, ex Judicio Patris in
ipſum collata, hoc enim caſu, quo Pater filium
heredem univerſalem inſtituerit, vel certa Le-
gata illi reliquerit eâ lege, ut paternum agno-
ſceret fideicommiſſum, illiuſque reſtitutionem
promitteret, iſtiuſmodi Patris diſpoſitio, utpo-
tè à Lege non improbata, ſed potiùs illius men- 168
ti conſona, juxta ea, quæ deduximus in *§. At
aliter*, non à filii voluntate, ſed ex alio fonte,
& principio vires ſumere dicitur, videlicet à po-
teſtate diſponendi de re propria illius, à Lege tri-
buta Patri compenſanti gravamen, Legitimæ filii
appoſitum, ad mentem *Text. in leg. Imperator
ff. de legat. 2.*, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.296. num.
61. verſic. ratio prima*, *Cancer. variar. reſol. cap.
3. num.37.*, *Peregrin. de Fideicommiſ. artic.36.
num.96.*, *Rot. in Avenionen. Fideicommiſſi 25.
Junii 1700. §. Sed Domini coram R. P. D. An-
ſaldo* ; nulla enim in hac hypotheſi juſta afferri
poſſe videtur ratio, cur filius gravari nequeat 169
in Legitima, quæ nihil aliud eſt, quàm quod-
dam peculiare patrimonium, ex cenſura Legis
illi debitum ex Patris ſubſtantia, *Rota in Roma-
na Succeſſionis*, *& Legitimæ 9. Junii 1690. §.
Non obſtat cor. Reverendiſſimo Hervault*, quem-
admodum gravari poſſet in peculio caſtrenſi, &
in reliquo ſuo patrimonio, aut aliâ quacumque
re, ex propria perſona ad ipſum pertinente, *Cu-* 170
*jac. in lib. 30. ff. tit. de legat.1. ad leg.41. lit. E.
tom.4. part.1. oper.poſthum. fol.mihi 1040.*, *Bur-
ſat. conſ.385. nu.9. lib.4.*, *Marcian. conſ.39. ſub
nu.4. verſ. quia ſicut lib.2.*, *Andreol. contr.250.
num. 64.*, *Rota cor. Emerix jun. deciſ.795. num.
11.*, *& in Peruſina manutentionis 20. Januarii
1704. cor. R.P.D. Scotto.*

Sicuti autem, ſi res eſſet de gravamine filio
appoſito in aliis rebus ſuis, illud procul dubio
convalidaretur implicitâ dumtaxat, tacitâque
acceptatione, reſultante ex aditione, & im-
mixtione hereditati paternæ, ita etiam ob eam- 171
dem rationem ratum habuiſſe dicetur onus,
Legitimæ appoſitum, ſervatâ cautelâ *Soccini*,
ſi paternam adiverit hereditatem, illique ſeſe
immiſcuerit, juxta auctoritates allegatas in *§. At
aliter*, *& ſeq.* ; Nam, ſi Lex hoc caſu non re-
ſiſtit prohibitioni Legitimæ, ſi ipſo jure ab ea
non reſecat onera, & gravamina, à Patre illi
appoſita, integrum filio non eſt paternam ſu-

ſcipere, vel adire hereditatem, & onera non
172 agnoſcere; Sibi enim imputare debet, cur in-
conſultò adiverit paternam hereditatem, &
non inveſtigaverit onera ſibi impoſita, cum
certò ſciret, vel ſcire deberet, actum aditionis
involvere obligationem heredis, ſeque ex ea
omnibus validis diſpoſitionibus Teſtatoris ob-
173 ſtrictum remanere, *Bellon. jun.conſ.65. nu. 56.*,
Merlin. de legit. lib.3. quæſt.7. num.7., *& quæſt.
10. num.16.*, *Andreol. contr.250. nu.69.*, *Rocc.
diſput. jur. ſelect. cap. 52. num. 51.*, *Donad. de
renunc. tom.2. cap. 40. num. 125.*, *Rota in dicta
Avenionen. Fideicommiſſi 20. Januarii 1700. §.
final. coram bon. mem. Muto*, *& antea in Roma-
na, ſeù Verulana Fideicommiſſi coram Eminen-
tiſſimo Caprara 10. Maii 1690. §. Nec vis verſic.
nec attenditur*, *& in alia 21. Junii 1697. §. Ad
allegatum*, *& in alia 21. Februarii 1698. §. Nec
valet*, *& ſeqq.*

Quoties igitur res eſt de prohibitione, vel
gravamine adjecto Legitimæ ſervatâ cautelâ
Soccini, verum ſimpliciter non eſt, illud ro-
bur aſſumere à conſenſu, & voluntate filii, hic
enim requiritur quidem, ut paterna diſpoſitio
effectum ſortiatur, plenamque habeat executio-
nem, at eadem ex alio fonte validitatem deſu-
mit, ex poteſtate nempè, Patri à Lege tributa
diſponendi de re filii, ideoque, ſi conſenſus iſte
174 non requiritur, tamquam forma, ſive neceſſa-
ria cauſa validam reddens Patris diſpoſitionem,
ſed neceſſarius eſt prò illius dumtaxat executio-
ne; ut hæc effectum ſortiatur, ſufficiet legalis
ille conſenſus, qui reſultat ex aditione, indu-
cente heredis conſenſum, & quaſi contractum
175 inter Defunctum, & heredem, & hunc, &
Fideicommiſſarios, atque Legatarios, ut pro-
bavimus in *§. Quæ cum ita ſint & ſeq.*, cujus le-
galis conſenſus, & quaſi contractus virtute, ap-
probaſſe cenſebitur teſtamentum, & volunta-
tem Patris, ac per conſequens fideicommiſſum
etiam ordinatum ſuper Bonis ſuis, alioque ju-
re, quàm ex Judicio paterno ſibi debitis, *Bal-
176 ducc. in collect. deciſ.*, *& rer. judicat. titul. 3.
deciſ.17. num. 4.*, *& deciſ. 20. num. 3.*, *Palm.
Nep. deciſ. Lucen. 84. num.29. tom.1.*, *Rota co-
ram Carill. deciſ.223. num. 2.*, *& coram Coccin.
deciſ. 1507. num.48.*, *in Reatina Fideicommiſſi
24. Novembris 1694. §. Penult. coram Eminen-
tiſſimo Caprara*, *in Illerden. hereditatis de Go-
mar §. Hæc quoad primam partem coram R. P.
D. Anſaldo*, *& in Romana, ſeu Leodien. Fi-
deicommiſſi de Archis 24. Martii 1702. §. Ve-
rùm coram bon. mem. Muto*; Numquam omit-
tendo, quod, ſi legalis iſte conſenſus inductus
ex dicto quaſi contractu ſufficit, etiamſi quæſtio
agatur de inducenda acceptatione gravaminis
in Legitima ad meros terminos juris communis,
fortiùs urgebit in noſtro caſu, in quo concurrit
Patrium Statutum, longè efficaciùs hunc quaſi
contractum ex aditione inducens pro adimple-
mento omnium onerum, & eorum omnium,
quæ à Teſtatore diſpoſita fuerunt.

Quemadmodum verò legalis iſte, & impli-
citus conſenſus filii hoc caſu ſufficit, abſque eo
quod requiratur expreſſus conſenſus, atque ex-
plicita approbatio gravaminis, ſive prohibitionis
Legitimæ, ita etiam, cùm illa prohibita, aut gra-
vata eſt, ſervatâ cautelâ *Soccini*, ſufficiet ge-
nerica ſcientia, reſultans ex circumſtantiis, de
quibus apud *Rotam in Avenionen. Fideicommiſ-
ſi 25. Junii 1700. §. Sed Domini coram R. P.
D. meo Anſaldo*, *Tartaglia de reſervat. Sta-
tut. artic.45. numer. 76. in fin.*, *& in ſupra ad-
ductis deciſionibus in Romana, ſeù Verulana
Fideicommiſſi per tot.*, *& in dict. Illerden. here-
ditatis de Gomar coram R. P. D. Anſaldo*, vel
ſatis erit legalis illa, & præſumpta ſcientia, ex
qua filius ſeſe immiſcens paternæ hereditati ſci-
viſſe præſumitur, aut ſcire debuit onera here- 177
ditaria, faciendo quippè actum aditionis, ſive
immixtionis, cenſetur ſeſe obligare voluiſſe le-
gibus de illo actu loquentibus, ità quidem exi-
gente ratione, deſumptâ ex aditione, cujus
virtute ſi filius per quaſi contractum, & gene-
ralem quamdam approbationem acceptaſſe dici-
tur univerſum Patris teſtamentum, ita etiam
acceptaſſe cenſebitur onera omnia in eo con- 178
tenta, ſive cognita, ſive ignorata ab ipſo fue-
rint, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.568. num.33.*,
& ſeqq., *Rota poſt Merlin. de Pignor. deciſ.100.
num.10.*, *& ſequent.*, *& in Cortonen., ſeù Pe-
ruſina Fideicommiſſi ſuper Immiſſione 17. No-
vembris 1702. §. Neque ſimiliter coram R.P.D.
Anſaldo.*

Nulloque colore obtendi poteſt in noſtro caſu
ratio præjudicii, tum quia præjudicium omne 179
ſuâptè naturâ excluditur cautelâ à *Soccino* tradi-
tâ, cujus virtute filius recipit compenſationem
gravaminis, à Patre ſibi impoſiti in Legitima,
ideòque, cum agatur de actu incipiente à lucro,
vel à probabili ſpe lucri, ad illius validitatem 180
exuberat ſcientia ficta, à Lege præſumpta, juxta
*Gloſſ. in leg. ſi duo in verb. ſcire potuit verſ. vel
dic. ff. de acquir. hered.*, ubi *Bald. num.2.*, *An-
dreol. controverſ. 250. num.93. & 95.*, *Conciol.
allegat.42. num.35.*, *Mangil. de imputat. quæſt.
118. num.8.*, *Merlin. de legit. lib.3. titul. 2. ſub
num.17.*, *Rota in citatis Deciſionibus Avenionen.
Fideicommiſſi coram bon. mem. Muto*, *& in illa-
rum confirmatoria 19. Januarii 1703. §. Verùm
coram R. P. D. Scotto*, *& in prædicta Illerden.
hereditatis de Gomar coram R. P. D. Anſaldo §.
Contra hæc*, tum etiam, quia, præter ampliſ-
ſima emolumenta, quæ filius conſequebatur ex
judicio paterno, gravamen ſuper ipſius Legiti-
mâ, eidem impoſitum, minimè præſeferre
videbatur ſpeciem illam præjudicii, quam im-
probant jura noſtra, cum prohibitiones, & vin-
cula fideicommiſſi à Teſtatore illi adpoſita mi-
nimè fuerint favore Extranei, ſed favore agna- 181
tionis, proque eiſdem Bonis conſervandis in fi-
liis, & Deſcendentibus Marchionis Fabii, quo
caſu ſimile onus, utpotè conſonans naturæ, &
Parentum votis, *leg. ſcripto 7. §. Ultimo ff. ſi tab.
teſtament. null. ex tab.*, *leg. cum ratio 7. ff. de bon.
damnat.*, utile potiùs, quàm præjudiciale cen-
ſeri

ſeri debet, nec filium decet curare, ut prudens,
& æquo, & bono conformis, ac ratione, exem-
182 plis, & Legibus commendata iſthæc diſpoſitio
in irritum cedat, *Rota in Romana, ſeù Verula-
na Fideicommiſſi inter collectas ad ornatum clar.
mem. Cardin. de Luca de Fideicommiſ. deciſ. 87.
num.14., & deciſ.89. num. 15., in Avenionen.
Fideicommiſſi 19. Januarii 1699. §. Cùm ſimilis
coram bon. mem. Muto, confirmata 20. Januarii
1700. §. Eòque magis coram Eodem, in Romana
Fideicommiſſi de Quadris 6. Martii 1701. §. Co-
ram R. P. D. Anſaldo, & in Fanen. Donationis
7. Martii 1701. §. Parumque urget coram Emi-
nentiſſimo Card. de la Tremoille* apud *Balducc. in
in collect. deciſ. ac rer. judic. tit.3. deciſ. 9. num.
12.*, & benè his, aliiſque allegatis, obſervavit
*R. P. D. meus Amadorius §. Tùm etiam quia cum
pluribus ſequent.*, in quibus occurrit alii duplici
objecto, illi nempè deſumpto ex *diſcurſu 18.
nu.23. clar. mem. Card. de Luca de legit.*, quod
nempè filio magis expediat habere quotam Le-
gitimæ in proprietate, quàm totum aſſem in
183 ſolo uſufructu, & alteri elicito ex *diſc. 63. de
ſervit.* ex quo deducebatur, quod, ſi Marchio
Fabius, relictâ univerſali inſtitutione, Legitimam
prælegiſſet, licèt conſequi nequiviſſet uſum-
fructum ſuper ceteris Bonis Patris, in quibus
ſubſtituebantur ejus filii, attamen ex eorumdem
perſona percipere potuiſſet commoditatem fru-
ctuum; Utrique enim huic objecto plenè, do-
ctèque ſatisfit in dicta allegatione, ad quam me
refero.

Juxtà igitur veriores regulas, communi Do-
ctorum, & Tribunalium conſenſu receptas, ſi,
quoties non agitur de ſimplici prohibitione, &
gravamine, Legitimæ impoſito, quod ipſius
Legis miniſterio reijciatur, & pro non ſcripto
habeatur, ſed, ſervatâ cautelâ *Soccini*, illa
prohibita, aut gravata reperitur, talis prohibi-
tio, & gravamen permiſſum eſt, ſi illud accep-
184 tatum cenſetur à filio per ſimplicem aditionem,
atque immixtionem paternæ hereditati, adeòut
rem hanc omni difficultate apud Tribunalia va-
eare, aſſerat *Rota in dicta Illerden. hereditatis
de Gomar §. Et alterum coram R. P. D. Anſal-
do*; Si ad iſtius tacitæ, ſive implicitæ acceptatio-
nis validitatem non requiritur præcedens ſcien-
185 tia præciſa, atque individua dicti oneris, ſed
ſufficit vel generica, vel præſumpta, & lega-
lis illius ſcientia, nam, qui commodum, & lu-
crum acceptat, fingitur, ſciens jus ſuum, ſe
velle obligare omnibus oneribus emolumento
annexis, *Ruin. conſil. 79. num.10. & 11. lib.2.*,
adeòut nec admitti debeat probatio ignorantiæ,
Gloſſ. in leg. ſi duo ff. de acquir. hered., *Hodiern.
dicta controverſ.15. lib.1. num. 41.*; Si denique
hæc omnia potiori jure admittenda videntur,
concurrente Statuto, heredem ſubijciente om-
nibus oneribus hereditariis ob ſolum nudum fa-
ctum immixtionis paternæ hereditati, ſublato
eidem quocumque juris auxilio, fruſtrà exad-
verſo objicitur, cetiſſimas haſce juris regulas
locum ſibi vindicare minimè poſſe in noſtra hy-
pothesi, in qua certò non conſtare dicitur de
facto aditionis, nam iſta argumentis luce cla-
rioribus demonſtrata videtur, rejectis à Defen-
ſoribus Dominorum Fratrum de Feronis ſubti-
litatibus, quibus ſinguli actus aditionem indu-
centes extraneis prorſus argumentis, atque in-
terpretationibus ad alios effectus referebantur,
vim faciendo nedum naturæ ſimilium actuum,
ſed illudendo ſtatutariæ diſpoſitioni, abſque eo
quod illorum efficacia elidi poſſit petitione pro-
rogationis termini ad adeundum factâ, atque
poſt lapſum ferè duorum menſium à bonæ me-
moriæ Marchione Fabio obtentam, quia, ut
obſervavimus *§. Nec denique cum tribus ſeqq.*, il-
le abſtinere ſe omninò debebat ab actibus ſuâptè
naturâ ſecumferentibus hereditatis aditionem,
nam, ſi maturius deliberare cupiebat, an ſibi
expediret nec ne paternam hereditatem adire, 186
ſe pro herede gerere non debebat, certo enim
omnes ſcire debent, *quod omninò poſt petitam
deliberationem ſi adierint, vel pro herede geſſe-
rint, omnibus inſolidum hereditariis oneribus te-
neantur*, juxtà verba *Text. in leg. final. Cod. de
jur. deliber. relata in §. Et jure*.

Jam verò ſupereſſet, ut reſponderemus con-
trariis auctoritatibus, at labor hic fruſtrà im-
penſus videri poſſet, nam, ſi inſpiciamus lo-
cum *Martæ de ſucceſſ. legal.*, allegatum in mo-
tivis DD. Compromiſſariorum, hic nullo nu-
mero habendus videtur, cum nec ratione, nec
auctoritate dictum ſuum confirmet; ſi verò 187
conſideremus reliquas auctoritates, relatas à
Domino meo Advocato Accorambono, facilè
nos expedimus à *Rodulphino*, & *Altolino*, reſ-
pondendo, *Sacram Rotam* in Cauſa, in qua illi
ſcripſerunt, diſertiſſimis verbis firmaſſe, ſuffice-
re implicitam, tacitamque acceptationem one-
ris impoſiti in Legitima reſultantem ex aditio-
ne paternæ hereditatis, nullo pacto requiſitâ
præciſâ, atque individuâ ſcientiâ dicti oneris,
quam contrarii Defenſores neceſſariam eſſe aje-
bant; *R.P.D. meus Anſaldus* licèt *in dicta annot.
ad deciſ. 77.* requiri dicat conſenſum, & ſcien-
tiam filii, attamen non excludit genericum il-
lum, & legalem conſenſum, ſcientiamque, 188
quam ſufficere, expreſsè profeſſus fuit *in Ave-
nionen. Fideicommiſſi 25. Junii 1700. §. Sed Do-
mini, & in Firmana Fideicommiſſi 4. Maii 1705.,
& in Illerden. hereditatis de Gomar*, in quibus
ad hunc effectum ſufficere, docuit acceptationem
æquipollentem, & ſcientiam reſultantem ex
actibus factis cum relatione ad teſtamentum, in-
dividuatione Notarii de eo rogati, & extractio-
ne copiæ ejuſdem teſtamenti. Non abſimilibus
reſponſionibus refellere poſſemus paucos alios
Auctores dictam ſcientiam requirentes, ſed, il-
lis omiſſis, ſatis erit eiſdem opponere commu-
nem ſenſum tum ceterorum juris Interpretum,
tum Tribunalium, qui in hac quæſtione, quo-
ties formaliter ſervata fuit cautela *Soccini*, una-
nimi Sententiâ docuerunt, ſufficere implici-
tam acceptationem reſultantem ex aditione, ſi-
ve immixtione paternæ hereditati, &, cenſen-
tes,

tes, ad ejuſdem acceptationis validitatem ſuffi-
cere genericam, ſive legalem ſcientiam oneris,
numquàm requiſiverunt individuam, & præci-
ſam ſcientiam. Quamobrem in conflictu com-
munis opinionis parvi facienda eſt peculiaris
189 Sententia nonnullorum contrarium ſentientium,
quemadmodum fruſtrâ in propoſito allegaren-
tur ii Doctores, qui *Soccini* cautelam reproba-
runt, vel illi alii, qui, eâ formaliter ſervatâ,
requiſiverunt expreſſam oneris acceptationem,
rejectâ illa implicitè reſultante ex aditione, at-
que immixtione paternæ hereditati.

Quamquam verò his omnibus planè demon-
ſtratum videri poſſit, in adeunte, ſive ſe im-
miſcente hereditati, non requiri præciſam, &
individuam ſcientiam gravaminis appoſiti Le-
gitimæ, quando ſervata fuit cautela *Soccinia-
na*, nihilominùs doctiſſimi Defenſores DD.
Fratrum de Feronis, ut pleniùs Cauſæ ſatisfa-
cerent, ſuperlativis argumentis demonſtrarunt,
in bon. mem. Marchione Fabio minimè defeciſ-
ſe præciſam hanc ſcientiam; Nam, ſi pro ea
190 præſumenda plurimùm valet veriſimilitudo, *Sa-
miniat. controverſ. 149. num. 25., Rota coram
Card Cerro deciſ.34. num.41., & in Romana,
ſeù Verulana Fideicommiſſi 21. Junii 1697. §.
ultim. coram Eminentiſſimo Caprara*; Si ea ſem-
per præſumitur, quoties ignorantia eſſet ità in-
veriſimilis, & ſupina, ut in Judiciis admitti
191 minimè poſſet, *Peregrin. de Fideicommiſ. artic.
52. num.104. verſ. Quartus, Fuſar. de ſubſtitut.
quæſt. 595. numer. 25., Grat. deciſ. Marcb. 4.
num.38., & num.41., Hodiern. contr.15. num.
56., & 57., Giovagnon. reſponſ. 43. num. 36.
lib.2., & reſponſ.100. numer.64.*, ibique *Rota
deciſ. lib.1., Rot. in Illerden. hereditatis de Go-
mar 4. Junii 1703. §. Augeturque improbabili-
tas coram R. P. D. meo Anſaldo*; Si denique
ſcientia oneris probata concludenter dici poteſt
192 depoſitionibus Teſtium, *Rota in Sabinen. Bo-
norum 28. Junii 1706. §. Præterquomquod co-
ram R.P.D. Kaunitz*, in dubium venire nequit,
quin in bon. mem. Marchione Fabio concluden-
ter probata dici debeat ſpecifica, & certa ſcien-
193 tia omnium contentorum in teſtamento pater-
no, quæ in noſtra hypotheſi ſufficienter reſul-
tare poſſe videretur ex eo, quod ageretur de
Teſtatore, qui, unâ cum opulentiſſimo patri-
monio, duos dumtaxat filios reliquerat, & bon.
mem. Marchio Fabius, uti Primogenitus, &
familiæ propagationi deſtinatus cum tempore
obitus Patris ſui, filios illi natos jam ſuſcepiſſet,
ideòque ſperare poſſet ex judicio paterno pin-
guiora conſequi emolumenta, inveriſimile pror-
ſus eſt, adeò indiligentem, & incurioſum, ſive
veriùs ſtupidum fuiſſe, ut paternam diſpoſitio-
nem noſcere, deque in ea diſpoſitis inquirere
194 minimè curaverit, ut benè obſervat R. P. D.
meus Amadorius, & præter Doctores ab illo
adductos, hanc filii qualitatem conſiderans, ait
*Rota in Bononien. reſtitutionis in integrum 22.
Martii 1700. §. Ignorantia, & ſeqq. coram Rm̃o
dell'Olmo.*

Tanta ſiquidem ſtupiditas, in nemine præ-
ſumenda, impingi nequit bo. me. Marchioni
Fabio, qui, mortuo Patre, ſtatim conſtituit
Procuratorem pro apertione, ac publicatione 195
paterni teſtamenti, illoque aperto, ac publica-
to, extrahi curavit authenticum illius exemplum
ſivè copiam; Et quidem, ſi notitia teſtamenti
ſcientiam oneris demonſtrat etiam in extraneo,
*Rota in dicta Sabinen. Bonorum dicto §. Præter
quamquod coràm R.P.D. Kaunitz*, quiſnàm re-
cto ſenſu præditus, nè mente quidem cogitare
poterit, filium, adeò diligentem in procuranda
publicatione paterni teſtamenti, & habenda il-
lius copia, deinceps neglexiſſe illud perlegere,
& certior fieri de ſuo ſtatu, deque iis, quæ pro
perpetua ſuorum filiorum, & domus conſerva- 196
tione à Patre diſpoſita fuerant? Hac autem de-
monſtratione, ſivè etiam veriſimilitudine cla-
riſſimè evincitur ſcientia oneris, ut, præter ad-
ductos à Domino meo Averanio in ſua egregia
allegatione, obſervat *Rota in Avenionen. Fidei-
commiſſi 25. Junii 1700. §. Robuſtiùs coram
R.P.D. meo Anſaldo*: Omitti verò poterat, quod
non conſtet, copiam paterni teſtamenti fuiſſe
extractam de mandato filii, nàm, ut benè no-
tatur in dictis allegationibus, mandatum præ-
ſumptum evincit tùm qualitas perſonæ extrahen-
tis, tùm impenſa à filio facta pro illius extra-
ctione.

Sed fortiùs urget, quod Marchio Fabius non
ſolùm dictum authenticum exemplum penès ſe
retinuit, ſed duas alias ſimplices copias de eo 197
exarare fecit; Hi autem actus plenè concludunt
ſcientiam paterni teſtamenti, omniumque in eo
contentorum, ut paſſim apud Doctores, & Ro-
tam, ſimplicem hanc retentionem pro inducen-
da ſcientia conſiderantes. At verò, ſi tanti va-
let ſola retentio teſtamenti facta à filio, & he-
rede, quantò efficaciùs ſcientiam concludet pu-
blicum Inſtrumentum mandati Procuræ triduò
poſt obitum Patris dati à bo. me. Marchione Fa- 198
bio, ſe enunciante heredem univerſalem Patris
vigore *della ſua diſpoſizione* in ſcriptis cum com-
memoratione diei, anni, ac Notarii, de dicta
diſpoſitione rogati, ut benè in propoſito hos
actus perpendendo concludunt concordantes au-
ctoritates, & Sacræ Rotæ Deciſiones relatæ in di-
ctis allegationibus, & prætèr illas *Rota in Bono-
nien. reſtitutionis in integrum 22. Martii 1700.
§. Ignorantia, & pluribus ſeqq. coram Rm̃o del
Olmo, in Ariminen. Fideicommiſſi 20. Janua-
rii 1700. §. Et ſanè, & ſeqq. coram R.P.D. An-
ſaldo, in Sabinen. Bonorum 28. Junii 1706.
§. Præterquamquod coram R. P. D. Kaunitz,
& in Romana Ceſſionis 3. Decemb.1706. §. Tùm
quia coram Rm̃o Molines*, ubi referuntur aliæ De-
ciſiones, quæ vel ex his actibus, vel ex aliis non
ità validè ſuâpte naturâ ſcientiam oneris evin-
centibus, illam nihilominùs ſatis ſuperque
demonſtrari, & conſtabiliri docent, ac affir-
mant.

Accedit his ſolutio Legatorum, facta à filio,
quæ regularitèr non fit, niſi cognitis, perſpecti-
que

que verbis teſtamenti, ut egregiè probat Do-
199 minus meus Advocatus Mormorai §. *Hiſce*, &
ſeqq., tantum verò abeſt, quod vis argumenti,
eliciti ex dictis ſolutionibus, elidi poſſit prote-
ſtationibus, quibus illæ qualificatæ dicuntur, ut
potiùs eiſdem illud efficacius reddatur, nam ſi fi-
lius paternam diſpoſitionem ignòraſſet, adijcere
200 non curaſſet ſimiles proteſtationes, quæ proindè
referibiles ſunt ad alios effectus, quam ad exclu-
ſionem ſcientiæ, proùt luculentèr oſtendit Domi-
nus meus Averanius, & alii ampliſſimi Defenſores.

Preterea bo. me. Marchio Fabius in literis datis
ad Correſponſales omnes, ſe univerſalem Patris
enuncians heredem, illos admonuit, pecunias,
201 à Patre ſuo in negotiationem collocatas, ad
ipſum privativè pertinere = *Eſſendo trapaſſate in
me, non ad altri dovete renderne conto*, & alibi
= *Per l' effetto ſudetto, che trapaſſa in me, non
devono oſſervare altro, che li miei ordini*, quâ
autem ratione Marchio Fabius habens alium fra-
trem foventem æqualem cauſam, & Jus ſucce-
dendi ſe nuncupare potuiſſet unicum, & uni-
verſalem heredem Patris, ſi minimè noviſſet
illius teſtamentum, in quo univerſalis heres
ſcribebatur: Et rurſus quo colore affirmari po-
terit, eamdem D. Marchioni Silvio filio ſecun-
dogenito ſolviſſe ſcuta duo millia = *Per ſtare à
calcolo di quello riſolverà la diſpoſizione paterna* =,
ſi non ſciviſſet, quod Pater reliquiſſet alteri fi-
lio ſecundogenito minus honorato, qui, ſeclusâ
202 ſpeciali diſpoſitione Patris, nec alimenta, nec
quidquam aliud de manu Primogeniti recipere
coactus fuiſſet, ſed, tamquam coheres, & Condo-
minus, fructus paternæ hereditatis ſuſcipere, & ſe
pro herede gerere potuiſſet; Si igitur Primogeni-
tus ſciebat, quid Pater reliquiſſet filio Secundoge-
nito, dicendum eſt, potiori Jure ſciviſſe, quid ipſi
reliquiſſet; Nam qui Teſtatoris voluntatem, vel
203 in minima re exequitur, clarè demonſtrat, ſe prius
noviſſe, quid ſua intereſſe poterat, ac ſedulò per-
legiſſe teſtamentum, quo voluntas illa cuſtodi-
tur, & concluditur, *Cyriac. contr. 519. num. 34.,
& 35., Saminiat. contr. 43. num. 7., & 8., Fa-
chin. contr. lib. 6. cap. 48. in fin., Palm. Nep.
alleg. 278. num. 8., Rot. deciſ. 342. num. 5. par. 2.,
& deciſ. 68. num. 22. par. 10. recent.*

Omittimus, quod agebatur de opulentiſſimo
204 patrimonio, & diſpoſitio de eo facta, nedum
Florentiæ, ſed operâ bon. me. Marchionis Fabii
delata, ac pervulgata ad Regiones omnes, per
quas diſperſum erat ampliſſimum hoc patrimo-
nium, admonendo Correſponſales, ipſum eſſe
unicum, & univerſalem heredem, tolerabilis
autem minimè videtur ignorantia de eo, quod
omnes ſciunt, id, inquam, omittimus, ſed uno
hoc rem abſolvimus, videlicet tàm dictum Mar-
chionem Fabium Primogenitum, quàm Mar-
chionem Silvium Secundogenitum certum Pi-
205 ſas miſiſſe Procuratorem, ut Regiæ Celſitudini
preces porrigeret pro prorogatione termini duo-
rum menſium à Patre ipſi præfixi ad acceptan-
dam paternam diſpoſitionem; Iſtiuſmodi autem
actus nedum probant genericam ſcientiam te-
ſtamenti, ſed omnium in eo contentorum, ſi
enim ſciebant hanc termini præfixionem, & ma-
turius de paterna diſpoſitione acceptanda delibe- 206
rare cupiebant, nemo non videt, quod ſciverant
etiam quæ onera, quæve conditiones ipſis à Pa-
tre appoſitæ fuiſſent, ut egregiè hæc omnia enu-
cleando, præciſam hanc, perfectam, & omnioò
indubitatam ſcientiam adſtruxerunt Dominus
Advocatus Mormorai, Dominus Advocatus A-
veranius, & R. P. D. Amadorius, Et ſanè, ſi
comparemus caſum, de quo agitur, cum aliis, in
quibus ſcientiam heredis inveſtigarunt, & aſſe-
ruerunt Doctores, & Tribunalia, hæc in noſtro
caſu evidens, & aperta videri poterit, quando
ex circumſtantiis numero paucioribus, & longe
minùs gravibus illam elicitam reperimus, ut
perſpici poteſt percurrendo auctoritates, à præfa-
tis DD. Defenſoribus DD. Fratrum de Feronis
allegatas.

Qui denique ſolidiſſimis fundamentis, &
optimis reſponſionibus occurrunt familiari illi, 207
& in ſimilibus tractationibus ſtatim obviæ obje-
ctioni, quod nempè in præjudicialibus requira-
tur ſcientia vera, & non ſufficiat præſumpta,
quodque ex ſcientia partis non inferatur ad
ſcientiam totius, nam, quod attinet ad primam 208
objectionis partem, illa ſubmovetur eâ æquè fa-
miliari, ac obviâ reſponſione, quod videlicèt
ſcientia probari poſſit præſumptionibus, & con-
jecturis, eademque, ità probata, non dicitur
ſcientia præſumpta, ſed vera ſcientia efficax ad 209
quoſcumque effectus, etiam præjudiciales, præ-
ſertim, quando eadem deſumitur non ex generi-
cis dumtaxat conjecturis, aut præſumptionibus,
ſed conſurgit ex facti circumſtantiis præſeferen-
tibus ſcientiam teſtamenti, & diſpoſitionum in 210
eo contentarum, fortius urgentibus in caſu no-
ſtro, in quo reverà ceſſat omnis ratio præjudicii,
eò quod agatur de actu incipiente à lucro, atque
ordinato ad perpetuam conſervationem Bono-
rum in agnatione, & poſteris bon. mem. Mar-
chionis Fabii, ut luculenter rem exornando pro-
bant præſati DD. Defenſores.

Prout etiam æquè facili reſponſione ſubmo-
vetur altera pars objectionis, quod videlicet ex
ſcientia partis non inferatur ad ſcientiam totius, 211
quia contrarium veriùs eſſe videtur, etiamſi ver-
ſemur in materia prçjudiciali, ut doctiſſimè pro-
barunt Scribentes pro DD. Fratribus de Feronis,
idque certius procedit, quando ſcientia iſthæc
fundatur in realitate facti, videlicet in confeſſio-
ne filii nedum dicentis, ſed gerentis ſe pro he-
rede univerſali vigore paterni teſtamenti, enun-
ciando diem, annum, ac Notarium de eo roga- 212
tum, pluraque alia faciendo, neceſſariò ſecum-
ferentia individuam ſcientiam partium teſta-
menti, hoc enim caſu, niſi filius ſpontè cçcutire
voluerit, colore nullo obtendere poteſt ſe, benè
conſcium paterni teſtamenti, & plurium diſpo-
ſitionum in eo contentarum, illas tantum igno-
raſſe conditiones, quas ſibi minimè utiles eſſe
verebatur, ut enim inquit Juriſconſultus = *Non
eſt ferendus qui generaliter de his, quæ teſtamen-
to ei relicta ſunt, tranſegerit, ſi poſtea cauſetur
de eo ſolo cogitaſſe, quod primâ parte teſtamenti*,
ac

ac non etiam, quod poſteriore legatum ſit = ff. de tranſact., *Succin. jun. conſ.* 148. *num.* 58. *lib.* 1., *Bardellon. conſ.* 1. *num.* 43., *Cravet conſ.* 74. *n.* 2., *Burſat. conſ.* 64. *num.* 36., *Surd. conſ.* 4. *num.* 47. *conſ.* 22. *num.* 18., *conſil.* 150. *num.* 133., *& dec.* 4. *nu.* 9., *Coſt. de fact. ſcient., & ignorant. inſpect.* 66. *num.* 1. *&* 2., *Gratian. diſcept.* 469. *nu.* 78., *& diſcept.* 594. *num.* 21., *Rota deciſ.* 283. *num.* 1. *& ſeqq. part.* 19., & anteà *dec.* 68. *num.* 22. *&* 23. *part.* 10. *rec.*

Nilque turbat, quod, ſi DD. Fratribus de Feronis ex conjecturis, & præſumptionibus de-
213 ſumere licet veram ſcientiam teſtamenti, pari jure liecat D. Marchioni Franciſco juniori ſimilibus conjecturis probare ignorantiam, quia Marchio Fabius veniens contra diſpoſitionem
214 paterni teſtamenti, & D. Marchio Franciſcus jun. agens ex illius perſona, tamquam fundamentum ſuæ intentionis, allegat ignorantiam, quæ hoc caſu nedum eſt concludenter probanda, ſed debet eſſe veriſimilis, & juſta, rejectâ
215 ignorantiâ craſsâ, atque affectatâ, quæ pro ſcientia habetur, hæc autem ignorantia conſiſtens in negativa, quoties contrariis conjecturis inducitur poſitiva ſcientia, probabilis non eſt, nec veriſimilis, benè *Rota coram Cavaler. dec.* 151. *per*
216 *tot.*, afferens ad rem noſtram nonnullas ex circumſtantiis, in caſu, de quo agitur, concurrentes, & latiùs apud D. meum Averanium; qui dat alias concordantes auctoritates, quæ ſi procedunt in caſu etiam pœnali, & directè præjudiciali, ut benè conſiderat *Rot. d. dec.* 151., quanto potiori jure locum ſibi vindicabunt in caſu noſtro, in quo verſamur in actu minimè præjudi-
217 ciali, ſed potius favorabili, juxtà ea, quæ alibi notavimus; Et ſanè concurſus iſte plurium actuum ſcientiam inducentium, nedum tollit ignorantiæ præſumptionem, ſeù leviſſimam illius probationem, ſed tanti eſt, ut vires adimat
218 ipſimet heredis jurisjurando, quod plurimi ceteroquin haberi ſolet à *Rota in Bononien. reſtitutionis in integrum* 22. *Martii* 1700. *§. Ignorantia coram R̃ño dell'Olmo*.

Conſtabilitâ autem aditione hereditatis, facta à bon. mem. Marchione Fabio, & vindicatâ à contrariis exceptionibus acceptatione oneris in Legitima, reſultante ex dicta aditione, non eſt, cur immoremur gratiæ, à Supremo Principe conceſſæ Marchioni Fabio, quia, cum ille expoſuerit, rem eſſe adhuc integram, & ſe nondum adiiſſe paternam hereditatem, juſtiſſimus, ac religioſiſſimus Princeps neſcivit aditam heredi-
219 tatem, &, ex quaſi contractu jus quæſitum fuiſſe vocatis ad fideicommiſſum, ordinatum à Franciſco ſeniore, quod ſi illi innotuiſſet, recuſaſſet procul dubio concedere gratiam, funditùs evertentem dictam diſpoſitionem in præjudicium vocatorum, *Rot. deciſ.* 41. *num.* 5. *&* 6. *part.* 18. *& paſſim apud alios*.

******

Amalphitana.

Legato liberationis Adminiſtratori facto, idem nedum à Reliquatu adminiſtrationis, ſed ab alio etiam inſtrumentario debito liberatus quando per ſingulares etiam Teſtes, & ex quibus teſtamenti verbis, argumentis, & conjecturis oſtendi valeat?

VOTUM XXV.

1 *In Legato liberationis non tàm verba, quàm voluntas Teſtatoris ſpectanda eſt.*

2 *In Legato liberationis remiſſum debitam cenſeri poteſt ex Teſtatoris voluntate, licet id verba non præſeferant.*

3 *Legatum liberationis id continet, quod Teſtatorem voluiſſe Judex æſtimabit.*

4 *Intellige, ſecundùm probationem voluntatis Teſtatoris, à Legatario faciendam.*

5 *Sub Legato liberationis quod Teſtator comprehendiſſe ſenſerit, Legatarius evidenter probare tenetur.*

Non excluſis tamen præſumptivis, & conjecturalibus probationibus, num. 9.

6 *Legatarius fretus claris teſtamenti verbis, nullâ eget probatione, quâ doceat, ſibi Legatum eſſe debitum.*

Eidemque ſuffi it Actoris exceptionem dubiam reddidiſſe, num. 8.

7 *Compenſationem opponens, Actoris partes debet aſſumere, ipſique incumbit probationis onus.*

10 *Diſceptatio nulla eſſe poteſt in re evidente*, & num. 33.

11 *Probatio* evidens *ex conjecturis etiam, & præſumptionibus poteſt elici.*

12 Evidens *autem probatio quoties de Jure requiritur, ſufficit, quod ex legalibus oriatur conjecturis, & præſumptionibus.*

13 *Teſtis ille, idemque, qui fuerit teſtamenti conſcriptor, optimè declarare poteſt Defuncti voluntatem, ab ipſo ſibi panditam.*

14 *Ejuſque declarationi, præſertim, ſi cum ea deceſſerit, ſtandum eſt.*

Similis Teſtis probat, licèt ſit unicus, nu. 29.

15 *Legatum liberationis aliud non eſt, quàm donatio teſtamento relicta.*

16 *Cauſſæ finali à Teſtatore expreſſæ, atque à Teſtibus declaratæ diſpoſitio conformanda eſt, juxtaque illam interpretanda.*

17 *In teſtamentis conſcribendi, ex deſidia, vel imperitia ortæ ambiguitates reſecandæ ſunt.*

18 *Neque ab eis occaſio ſubvertendæ, aut minuendæ Teſtatoris voluntatis eſt deſumenda.*

19 *Fideicommiſſi verba, ſi cum omiſſis, & quæ ſcribi debuerant, congruunt, rectè datum, & minùs ſcriptum intelligitur*, & num. 32.

20 *Legatario nocere nequit quævis verborum omiſſio orta ex imperitia extenſoris teſtamenti*, & num. 31.

21 *Teſtatoris voluntas rectè à Teſtibus, plenè de ea informatis declarari poteſt*, & n. 24. & 64.

22 *Præſertim, ſi integræ ſint fidei, ac probitatis, nec*

Digitized by Google

nec non ſacerdotali decorati charactere.

25 Teſtis unicus plenam probationem non conſtituit.

25 Teſtis deponens de voluntate Teſtatoris, antequam in ſcriptis redigeretur, non probat, eam ad actum diſpoſitionis fuiſſe perductam.

26 Quod in teſtamenta legitur diſpoſitum, id attenditur, non quod Teſtator, antequam illud conderet, in mente habuerit.

27 Teſtis unicus, & ſingularis is dici nequit, cujus depoſitioni conſonat alterius depoſitio.

28 Teſtes dua in eorum depoſitione conformes, nequeunt dici unici, vel ſingulares unicitate, vel ſingularitate obſtativá, ſed adminiculativá, quæ fidem his non adimit.

30 Teſtis deponens de conſcriptione teſtamenti, à ſe feſtinanter poſt auditam Teſtatoris voluntatem facta, hanc in diſpoſitionem fuiſſe reductam probat.

31 In teſtamentis conſcribendis peritiſſimi quoque quandoque falluntur, eaque etiam omittunt, quæ ſcribenda erant.

34 Interpretationi Teſtis, qui teſtamentum ſcripſerit, ut debeat deferri, ſat eſt, quod teſtamenti verbis non repuguet.

35 Teſtatoris voluntas triduò ante confectum teſtamentum pandita, mutari potuit.

36 Ex dicto unius Teſtis nequit interverti voluntas Teſtatoris, explicata in teſtamenta.

Meliùs verò declarari, atque explicari poteſt, num. 43.

37 Teſtis quis interpres verborum teſtamenti eſſe nequit, dum non hæc, ſed alia declarandi facultatem à Teſtatore habuerit.

38 Teſtis perſpectum habentis voluntatem Defuncti, ſibi ab ipſo patefactam, plurimùm valet depoſitio.

39 Voluntatis ſuæ, triduò ante confectum teſtamentum à Teſtatore patefactæ, mutatio veriſimilis non eſt.

40 Contrarium poſſet procedere, ſi cum tali voluntate incompatibilis eſſet ſubſecuta diſpoſitio.

41 Non, ſi cum ea conciliari poſſit, & num. 76.

42 Voluntatis ſuæ à Teſtatore triduò ante confectum teſtamentum patefactæ, mutatio veriſimilis non eſt, ſi illam per eadem verba extenſori teſtamenti confirmavit.

44 Septenarius teſtium numerus requiritur, quum de nova inducenda, ſecus, quum de declaranda Teſtatoris diſpoſitione agitur.

Hoc enim caſu unicus Teſtis ſufficit, ibid.

45 Legatum liberationis Adminiſtratori factum quomodò ex ejus verbis deprehendi poſſit extenſum etiam ad debita, extra adminiſtrationem contracta? & num. ſeqq.

46 Pro Teſtatoris voluntate aſſequenda ſenſus verborum à toto diſpoſitionis contextu deſumendus eſt.

47 Teſtatoris voluntas extrinſecis etiam circumſtantiis declarari, atque explicari valet.

48 Teſtatoris voluntas, ut executioni demandetur, verba etiam impropriare licet.

49 Præſertim in teſtamento conſcripto à perſona ignara legalis verborum ſenſus.

50 Legati liberationis verba = ma s'intenda ſaldato pienamente il tutto ſino al preſente giorno =, continuativè ad ſermonem de adminiſtratione habitum prolata, hanc, nec alia etiam negotia reſpicere videntur.

51 Ad ea tamen extenſionem non reſpuunt, & num. 53. & 57. & ſeqq.

Concurrente præſertim Teſtatoris voluntate, & ex quibus poſſit elici? num. 64. & ſeq.

53 Teſtatoris voluntas, non verborum cortex eſt inſpiciendus.

54 Generalem liberationem præſefert dictio = pienamente =, & num. 62.

Idem dictio = il tutto =, num. 55., & d. n. 62.

55 Dictio = il tutto = totum comprehendit, nihilque excludit, & num. 62.

56 Solidotionis verba hæc = il tutto ſino al preſente giorno = omne intereſſe, omneque præcedens tempus complectuntur.

58 Legato liberationis facto Adminiſtratori, hic non ſolùm à reliquatu adminiſtrationis, ſed ab omni eo, quod alio etiam nomine deberet, liberatus cenſendus eſt, & num. 59. & 60.

61 Amplis præſertim, & generalibus verbis à Teſtatore adhibitis, & num. 62.

Procedit principalis concluſio, ut remiſſæ etiam cenſendæ ſint pecuniæ, à Defuncto, vel herede creditæ Adminiſtratori, vel ab iſto aliis, quibus mutuavit de pecunia Domini, d. num. 59. & 60., & num. 63.

65 Legatum ſuo Debitori Teſtatorem relinquere voluiſſe, eique totum noluiſſe debitum remittere, veriſimile non eſt.

Alioquin debitum pro rata ipſi legata potiùs remiſiſſet, ibid.

66 Legatum ſi Teſtator cum Legatarii debito majoris ſummæ compenſari, voluiſſet, dilationem heredi ad illud ſolvendum non conceſſiſſet.

67 Eâ enim non indigebat heres, ſed Legatarius indiguiſſet.

68 Legatum ſubſequens eodem modo, ac præcedens, factum, cenſendum eſt, ut illud, liberè relictum.

69 Legatum, ex clauſula = omni meliori modo =, cenſendum eſt modo utiliori Legatario fuiſſe relictum.

70 Dilatio duorum annorum ad ſolvendum Legatum, referri nequit, niſi ad actualem, & realem pecuniæ numerationem, elapſo dicto tempore faciendam.

71 Teſtator, ſi non appareat de Legatarii debito cogitaſſe, illud remiſiſſe cenſendus eſt.

72 Præſertim ex verbis, quibus ejus quieti providere, ac in eum liberalitatem exercere voluiſſe, conſtet.

73 Maximè verò, intercedente neceſſitudine, & conjunctione ſanguinis.

Et, ſi de opulenta hereditate agatur, nu. 75.

74 Legatarii charitas, & neceſſitudo facit intelligi Legatum, etiam contra modum conſuetum.

BON.

Digitized by Google

BON. mem. Franciſcus Marſullus in ultimo ſuo teſtamento legavit D. Jacobo Pellero ſcuta duo millia, unâ cum ſolidatione, & plenaria liberatione à redditione rationis pro rebus, & negotiis, quæ inter hunc, domumque Marſullam tractata fuerunt.

Cum autem idem eo tempore reperiretur debitor inſtrumentarius præfati D. Teſtatoris, ejuſque domus ex cauſa plurium cenſuum, longè excedentium quantitatem legatam; D. Æmilius Centurioni heres univerſalis præfati D. Franciſci agnoſcit quidem, deberi D. Pellero dictum Legatum, ſed excipit, ſe non teneri illud ſolvere in numerata pecunia, ſed pro quantitate debitori legata compenſandum eſſe cum ſuis creditis, retento jure exigendi ab illo id, quod, factâ d. compenſatione, ſupererit.

At contra Legatarius ſuſtinet, locum eſſe nullo pacto poſſe ejuſmodi compenſationi, eò quod vigore liberationis, & ſolidationis, ipſi à Teſtatore pariter legatæ, quodcumque aliud debitum remiſſum, & extinctum cenſendum eſt: ait enim, illam ob ſuam generalitatem, & amplitudinem comprehendere debita omnia ex quacumque cauſa provenientia, & quæ tempore conditi teſtamenti contra ipſum quoquo modo vigebant.

Veruntamen heres fretus literâ teſtamenti, contendit, d. generalitatem, utpotè ſolummodò intelligendam reſpectu negotiorum reſpicientium adminiſtrationem rerum domus Marſullæ, porrigi non poſſe ad alia debita Legatarii, ſeparata prorsùs, atque ab illa independentia, utpotè originem habentia ex alia diverſa omninò cauſa.

Litera autem teſtamenti, in qua ipſe contra Legatarium intentionem fundat, ita ſe habet = *Item laſcia in detto, & in ogni altro miglior modo al Signor Giacomo Pelleri di Amalfi ſcudi due mila moneta da darſeli dall'infraſcritto ſuo erede nello ſpazio di due anni* =; his immediatè ſubjungitur Legatum liberationis, & ſolidationis, ità conceptum = *E perchè dal predetto Signor Giacomo ſono ſtati maneggiati più, e diverſi intereſſi di ſua caſa, vuole, e dichiara, che neſſuno poſſa rivedere tali conti, ma s'intenda ſaldato pienamente il tutto ſino al preſente giorno* =.

Momentum itaque omne hujus Cauſæ in eo vertitur, an ſcilicet ejuſmodi verborum tenore coadjuvato ſaltem ex conjecturata mente, & voluntate Teſtatoris, juſto aliquo indicio, & argumento probatâ, præter liberationem à redditione rationis, reverâ contineatur generalis ſolidatio, atque univerſalis remiſſio debitorum omnium, cujus vigore ſublatâ penitùs exceptione oppoſitæ compenſationis, controverſum Legatum liberè à D. herede præſtandum ſit? Idcircò, ut recto judicio quæſtio hæc decidi poſſit, non ſolùm perpendenda erunt ſimplicia, & nuda verba, quibus Teſtator uſus fuit, ſed ſpectanda magis erit illius voluntas, curando illam aſſequi non ſolùm ex omnibus iis, quæ ſcripta reperiuntur in teſtamento, ſed etiam ex aliis extrinſecis circumſtantiis, ex iis nempe, quibus Teſtator ante, vel tempore conditi teſtamenti meliùs explicaſſe, & clariùs voluntatem ſuam declaraſſe, juſtâ ratione conjici, aſſerique poteſt.

Ità enim admonemur *toto titulo Digeſtorum*
de liberationis Legato, ubi *Ulpianus Juriſconſul-* 1
tus in leg. 1. ait, in hujuſmodi Legatis non tan-
tum verba, quantum Teſtatoris voluntatem ſpe-
ctandam eſſe, nam, etſi verba ſuadeant, debitum 2
non eſſe remiſſum, attamen =, *ſi alia teſtantis*
voluntas fuit, & ad hoc pervenietur =; Legatum
quippe liberationis id continet, quod Teſtato- 3
rem voluiſſe, Judex æſtimabit, *leg. Aurelius 29.*
§. Filios heredes d. tit. de liberation. legat., ibi =
reſpondi, liberationem quidem, ſecundum ea, quæ
proponerentur, legatam eſſe: ſed, quatenùs præſtan-
da ſit, ex qualitate diſceptationis Judicem æſti-
maturum =.

At ſentio, illicò objici poſſe *Gloſſam ad d.*
Textum, quæ in figuratione caſus loquitur his
verbis, videlicet, quod = *Judex debet æſtima-* 4
re, quæ præſtanda ſit Cajo Sejo liberato ab here-
dibus, ex qualitate diſceptationis, & probatio-
nis, ideſt ſecundùm ea, quæ Legatarius probave-
rit evidenter Teſtatorem ſenſiſſe = idemque repe-
tit *ſub lit. A. verb. diſceptationis*; Quamobrem,
ſi ex ſententia *Gloſſæ* Legatarius evidenter pro-
bare tenetur, quid Teſtator comprehendiſſe
ſenſerit ſub Legato liberationis, Æmilius Cen-
turioni heres inde argumentatur, sè juſtâ ra- 5
tione repellere poſſe Legatarium, negantem d.
compenſationem; quippe iſte *evidentèr* proba-
re nequit generalem cujuſcumque antecedentis
debiti remiſſionem, juxtà probandi onus, quod
ipſi incumbere, à D. Defenſore D. heredis plu-
ries inſinuatur.

Verùm, omiſſo, quod actio Legatarii eſt
omninò clara, utpotè fundata in litera teſta-
menti, ideoque ipſe nullâ eget probatione, quâ 6
Legatum ſibi debitum eſſe demonſtret; E' con-
trario autem oppoſitio compenſationis conſiſtit
in exceptione propoſita à D. herede, qui in illa 7
probanda aſſumere tenetur partes Actoris, ideo-
que onus probationis in ipſum transfertur, ità
quidem, ut Legatario intentionem ſuam fun-
danti in litera teſtamenti, manifeſtà quidem,
& apertà, ſatis ſit, juxtà notas regulas, dubiam
reddidiſſe contrariam exceptionem, prout certè 8
dubia reddita videri poteſt ex iis, quæ hinc in-
dè latè deducuntur.

His, inquam, omiſſis, non omittam tamen,
antequam aggrediar examen probationum, &
rationum, quæ prò inducenda, vel excludenda
compenſatione afferuntur: non omittam, in-
quam, admonere, animadvertendum in pri-
mis eſſe, quod, licèt *Gloſſa* loco ſuperiùs re- 9
lato utatur verbo *evidenter*; nihilominus tali
verbo innuere noluit, quod requirantur proba-
tiones, quæ rem manifeſtam reddant, & velu-
ti per ipſius evidentiam, illam demonſtrarent;
in his enim circumſtantiis fruſtrà, & temerè prò
re non dubia adiretur Iudex, rem æſtimaturus
ex qualitate diſceptationis, quippè diſceptatio
nul-

10 nulla eſſe poteſt de evidente; ideoque *dicta Gloſſa* certè non excludit præſumptivas, & conjecturales probationes, juxta quas *ex qualitate diſceptationis Judicem æſtimaturum* fore Cauſam, ait *Juriſconſultus*.

Explorati namque Iuris eſt, quod ex conjecturis etiam, & præſumptionibus elici poteſt
11 probatio adeò certa, & concludens, quæ ſufficiens ſit, ut Iudex deliberet, ſententiamque ſuam proferat, per *Text. in leg. Licèt Imperator ff. de legat. 1., & cap. 2. de cognotion. ſpiritual. in 6., & cum pluribus Peregrin. de fidecomm. artic. 25. num. 12.*, id quod facilè probari poſſet pluribus Legum noſtrarum locis, in quibus licèt Juriſconſultus utatur ſimilibus verbis, atta-
12 men cuique notum eſt, non idcircò requiri evidentes probationes, deſumptas videlicet ex aperta litera teſtamenti, ſed ſufficere illas, quæ ex legalibus conjecturis, & præſumptionibus oriuntur, juxtà certiſſimas regulas, & paſſim Doctorum omnium conſenſu receptas, & ſupremorum Tribunalium auctoritate confirmatas. His itaque præſuppoſitis, crederem, elidi d. contrariam exceptionem ab herede propoſitam utpotè repugnantem voluntati, ac menti Teſtatoris, quam ex pluribus aſſequi poſſe videmur.

Rem autem ordiendo ab iis, quæ magis clara ſunt, hæc ſanè, licèt extrinſeca ſint, & extrà literam teſtamenti, eadem tamen, utpotè illi non repugnantia, ſed ſummoperè coadjuvantia ſententiam literæ, & clariùs declarantia voluntatem Teſtatoris, plurimùm valere arbitror prò juſtà controverſiæ hujus deciſione.

Primo itaque loco ſeſe offert jurata atteſtatio bon. mem. Patris Joannis de Millis, qui, ob intimam familiaritatem, quâ bo. me. Franciſco Marſullo jungebatur, nedum planè conſcius fieri poterat ejus conſiliorum, & mentis, ſed vi morbi, inducias minimè dante, accerſitus ab eo fuit, ut ſupremam voluntatem ſuam, ipſi communicatam, in ſcripta redigeret, prout feſtinanter ille, demandatum ſibi munus exequens, teſtamentum exaravit. Hic autem teſtamenti extenſor luculentis, diſertiſque verbis deponit, id præcipuè reſpectu Iacobi Pelleri Legatarii Teſtatorem ſibi commendaſſe, atque injunxiſſe, nimirùm = *provedete alla ſua quiete con proibire, che non ſi rivedino i conti in modo alcuno delle coſe paſſate per le ſue mani, quanto, che non ſi foſſe mai ingerito ne' fatti noſtri. ſaldate pienamente ogni intereſſe, che ſia ſtato trà di noi fino ad oggi, & abbia liberi li duemila ſcudi per mia memoria, da darſeli frà due anni dal mio Erede.* =

Idem verò rem proſequens ſubdit, quod hoc ipſum, juxtà mentem Teſtatoris ipſe exprimere voluit, atque declarare intellexit, verbis illis = *ſaldato pienamente il tutto* = ſic ajendo = *colle quali parole così generali = ſaldato pienamente il tutto = io inteſi ſaldare ogni, e qualunque intereſſe paſſato trà la caſa Marſulli, e d. Sig. Giacomo Pelleri, è che doveſſe aver liberi li duemila ſcudi per ſua memoria, come era l'intenzione di Monſignore.* =

Cùm autem ambigi nequeat, quod, juxtà explicationem, & interpretationem verbis teſtamenti datam ab illius extenſore, & declarationem voluntatis Teſtatoris ab eodem editam, ſolidatio, & liberatio Legatarii reſtringi nequeat ad ſola negotia dependentia ab adminiſtratione, ſed generalitèr comprehendat quodcumque aliud intereſſe, quod juſſit plenariè ſolidari, = *ſaldate pienamente ogni intereſſe* = ob finalem illam cauſam, ut provideretur tùm quieti Legatarii = *provedete alla ſua quiete* = & ut idem plenum liberalitatis in eum exercitæ fructum caperet = *& abbia liberi li ſcudi duemila per mia memoria da darſeli frà due anni dal mio Erede* =, indè ſequitur, quod, ſi quæ eſ- 13
ſet ambiguitas in verbis teſtamenti, eâ penitùs ſublatâ, ceſſaret quævis voluntatis quæſtio, planè explicatæ à præfato Teſte, cui tùm ob eximias ejus prerogativas, & ſummam fidem, de ejus integritate habitam à Teſtatore, planè
deferendum eſſet; maximè, quia idem cum hac 14
jurata depoſitione deceſſit, atque etiam quia ſummo obſequio devinctus erat bo. me. Iſidoro Centurioni primo heredi, ut plenius infra dicetur.

Teſtis hujus depoſitioni conſonat atteſtatio R. D. Julii Robertini Amalphitani, atque intimi familiaris ejuſdem Teſtatoris, qui ſic præclarè loquitur = *Atteſto, e dichiaro, che nel giorno di giovedì ultimo di Aprile dell anno 1716. il Signor Franceſco Marſullo diſſe, che voleva far teſtamento, & ebbe la bontà di confidarmi tutta la ſua diſpoſizione, e circa al Legato laſciato al detto Signor Giacomo Pelleri, mi diſſe, che voleva, che li ſi condonaſſero tutti gl intereſſi tanto iſtrumentarj, quanto chirografarj, che detto Sig. Giacomo aveva auti, & aveva colla ſua caſa fino à quel giorno, e che dopo due anni li ſi daſſero liberi duemila ſcudi per regalo dal ſuo Erede* =.

Declarans idcircò, = *che le parole del d. Legato*, ivi = *ma s' intenda ſaldate pienamente il tutto fino al preſente giorno* = *comprendono, e portano non ſolo il ſaldo degl' intereſſi maneggiati dal d. Sig. Giacomo Pelleri, ma d' ogni, e qualunque altro reſpettivo debito, credito, ed intereſſe paſſato, e che paſſava tra la caſa Jacobetti, e d. Sig. Giacomo, fino al giorno di eſſo teſtamento, e ciò perchè così fù mente eſpreſſami dal Sig. Franceſco Marſullo* =.

At verò, ſi, ut uterque Teſtis profitetur,
Teſtator Legato hoc, quod aliud non eſt, quàm 15
donatio teſtamento relicta, *Leg. Legatum 36. ff. de legat. 2., & inſtitut. de legat. in princip.*, plenam munificentiam, liberalitatemque exercere voluit erga Legatarium, ſi extenſori teſtamenti enixè injunxit = *provedete alla ſua quiete* = cauſæ huic finali, diſertis adeò verbis expreſſæ, & à præ-
fatis Teſtibus declaratæ, conformanda erit diſpo- 16
ſitio, ex illaque interpretandum, quid ſub eadem comprehenſum fuerit, ad *Text. in leg. Heredes palàm §. Sed etſi notam cum ibi notatis ff. de teſtament., Palm. deciſ. Lucenſ. 4. num. 13., & ſeq., Rota in rec. deciſ. 410. num. 13., & ſeqq.*

part.19., *& dec.812. num.12. coram Merlino*, *&*
meliùs deciſ.338. num. final. coram Cerro.
Quapropter, ſi, ut reſcripſit Inperator *Ju-*
ſtinianus in leg. Ambiguitates 24. *Cod. de teſta-*
ment. = *Ambiguitates*, *quæ vel imperitiâ*, *vel*
17 *deſidiâ teſtamenta conſcribentium oriuntur*, *re-*
ſecandas eſſe, *cenſemus &c.*, ſubdendo, quod =
nulli licentiam concedimus per eam occaſionem
18 *Teſtatoris voluntatem ſubvertere*, *vel minuere* =,
& rursùs, ſi, ut longè antea reſponderat *Papi-*
nianus in leg. unum ex familia 67. §.Penultim.ff.
de legat.2. = *ſi omiſſa fideicommiſſi verba ſunt*, *&*
19 *cetera*, *quæ leguntur*, *cum his*, *quæ ſcribi de-*
buerant, *congruant*, *rectè datum*, *& minùs ſcri-*
ptum intelligatur =, conſequens his eſt, quod
quævis omiſſio, in conſcriptione Legati orta ex
20 imperitia extenſoris teſtamenti, qui, utpote
vir religioſus, ignarus prorſus erat legalium ſub-
tilitatum, nocere nequeat Legatario, cujus fa-
vore probatur expreſſa, & certa voluntas Teſta-
toris, quam explorati Juris eſt, rectè declarari
21 poſſe à Teſtibus, plenè de ea informatis; præſer-
tim verò, quando ab illis non ſolùm procul abeſt
22 ſuſpicio quævis proprii commodi, aut intereſſe,
ſed petereà eiſdem plenam fidem conciliat ſpe-
ctata eorum probitas, & integritas, nedùm ex
charactere Sacerdotali, quo uterque condecora-
tur, ſed ex aliis etiam qualitatibus, ut ad rem
traditur per *Rotam deciſ.301.n.8.*, *& ſeqq.*, *& de-*
ciſ.365. part.17. rec., & latiùs *in una Faventina*
erectionis Collegiatæ 9. Maii 1712. §. Huc uſque
coram Emo D.Card. Falconeria, quæ eſt inter
ejus noviſſimè impreſſas *tom.3. tit.41. de teſta-*
ment., *& Codicill. deciſ.5. num.20.*, *& plurib ſeqq.*
Quamvis autem ſatis, ſuperque probata dici
poſſe videatur voluntas Teſtatoris Teſtibus adeo
idoneis, & rectè dixerim, omni exceptione majo-
23 ribus, quis enim illam meliùs noviſſe potuit,
eo, qui ejuſdem mandato, veluti perſona magis
gravis, magiſque ſibi fida, teſtamentum con-
24 ſcripſit, & illo alio, qui univerſam rem fami-
liarem, & negotia ejuſdem diù tractaverat, at-
que adminiſtraverat; nihilominùs tamen pro
dd. Teſtium auctoritate, & fide labefactanda
plura exadverſo objiciuntur, quæ tamen facili,
ni fallor, negotio elidi poſſe crederem.
Non obeſſe itaque videtur id, quod opponi-
tur adverſus atteſtationem P. Ioannis, quod ni-
mirum ipſe, tamquam unicus, non conſti-
25 tuat plenam probationem; & rurſus, quod,
etiamſi verum eſſet totum id, quod ipſe dixit,
probaret ſolùm, quid Teſtator in mente habue-
rit antequam conderet teſtamentum, non au-
tem quid reverâ in illo diſpoſuerit, quod ſi in
26 eo non legitur, curandum non ſit de voluntate,
minimè redacta in diſpoſitione; At utraque hu-
jus objectionis pars ſubmovetur.
Nam quod attinet primam, præterquam
27 quod P. Antonius abſolutè dici nequit Teſtis
unicus, & ſingularis, quando ejus depoſitioni
omninò conſonat illa Sacerdotis Iulii Robertini,
qui duo Teſtes dici nequeunt unici, vel ſingula-
28 res, unicitate, aut ſingularitate obſtativà, ſed ad-
miniculativâ, quæ idcircò ſimilibus Teſtibus fi-
dem non minuit, *Maſcard.de probation.concl.379.*
num.10., latè *Farinacc. de Teſtib. quæſt.64.*
num.112., *& Panimolla deciſ.93. num.30.*, Ad-
dimus his, quod, tametſi ejuſmodi Teſtis eſſet
unicus, attamen ejus depoſitioni deferendum
omninò eſſet, quia, præter alias eximias illius
prerogativas, omnium præſtantiſſima eſt illa, 29
quod idem, veluti perſona omnium maxime
gravis, ſibique fidiſſima, à Teſtatore electa fue-
rit, cui ipſe, ut dictum eſt, voluntatem ſuam
communicaret, eamque ſcriptis mandaret; qua-
propter, cum agatur de interpretandis verbis te-
ſtamenti, & explicanda Teſtatoris voluntate, ſi-
milis Teſtis, quamvis unicus, eſt optimus hujuſ-
modi diſpoſitionis, & voluntatis interpres, ut
præcisè loquendo de Religioſo, qui teſtamentum
conſcripſit, tradit *cl. me. Card. de Luc. de hered.*
diſc.5., *& Rota in d. Faventina Erectionis Col-*
legiatæ coram Emo Card. Falconerio d. deciſ.5.
num.22., *& ſeq.*
A' verò autem prorsùs aberrat altera contra-
ria exceptionis pars, quod nempè ex præfati P.
Ioannis atteſtatione non probetur voluntas Te-
ſtatoris ad actum diſpoſitionis perducta, ipſe
enim dicit, ſibi à Teſtatore expoſitam fuiſſe 30
ſuam deliberatam voluntatem, generaliter vi-
delicet, & pleniſſimè liberandi Legatarium à
quocumque debito, cumque morbus non daret
inducias, feſtinanter d. conſtantem ſuam ab illo
ſibi communicatam voluntatem conſcribendo,
plenariam liberationem Legatarii ab omnibus
debitis undecumque provenientibus explicare 31
intellexiſſe, verbis illis, nempè = *colle quali pa-*
role così generali = *ſaldato pienamente il tutto* = *io*
inteſi ſaldare ogni, *e qualunque intereſſe paſſato*
tra la caſa Iacobetti, *e d.Sig. Conte*, *e che doveſ-*
ſe aver liberi li duemila ſcudi per ſua memoria,
come era l'intenzione di Monſignore =; Si igitur
vel ob imperitiam ſcriptoris teſtamenti, in cujus
extenſione peritiſſimi quoque quandoque fal-
luntur, & omittunt etiam ea, quæ ſcribi debue-
rant, vel ob anguſtias temporis, in quas, ur-
gente vi morbi, Teſtator, & teſtamenti exten-
ſor conijciebantur, non licuit amplioribus, &
magis aptis verbis, majorique cum animadver- 32
ſione explicare voluntatem Teſtatoris, certè hic
eſt ille caſus, in quo à *Papiniano* dicitur = *rectè*
datum, *& minùs ſcriptum intelligatur* = juxtà
notata *§.At verò*.
Paruique itaque refert, quod in folio d.diſpo-
ſitionis non legantur verba plenariæ liberationis
à quocumque intereſſe, & debito etiam inſtru-
mentario, minùſque, quod Legatario liberè,
& in numerata pecunia ab herede ſolvi deberet
Legatum ſcutorum duorum millium; Nam, ſi
ſcriptura teſtamenti apertis, & conceptis verbis 33
præſeferret generalem remiſſionem, & condo-
nationem debitorum etiam cenſualium, atque
inſtrumentariorum: ut etiam ſi in illo heredi
expreſsè mandatum reperiretur, quod Legatum
ſolveret in pecunia numerata, &, ut dicitur,
in danari contanti, *e ſonanti*, controverſia nul-
la, nullaque exceptio opponi poſſet contra Le-
gatarium, quæſtio quippe eſſet de re non dubia;
qua-

Digitized by Google

quapropter, quoties ille, cui Teſtator tanto-
perè confidebat, & qui ejus mandato teſtamen-
ti ſchedulam conſcripſit, aſſerit hanc fuiſſe
illius voluntatem, & ſe hoc ipſum exprimere
34 intellexiſſe, ac voluiſſe, profitetur ſuprà rela-
tis verbis, quæ in d. ſchedula exarata leguntur,
ſatis eſt, quod eadem non repugnent huic in-
terpretationi (quemadmodum reverâ non re-
pugnare, ſuo loco demonſtrabimus) ut ità in-
telligi debeant, quemadmodùm ipſe declara-
vit, tametſi ejuſmodi Teſtatoris voluntas cla-
rioribus, & amplioribus verbis exprimi po-
tuiſſet.

Alia atteſtatio Rev. Sacerdotis Iulii Roberti-
ni pluribus impugnatur; Primò nimirùm,
35 quod ipſe, tamquam Teſtis, deponat ſolùm de
voluntate, à Teſtatore ſibi pandita triduò ante-
quam teſtamentum conficeretur, quæ ideo mu-
tari potuit: & quod ex dicto unius Teſtis non
36 eſt detorquenda Teſtatoris voluntas in ſenſum
diverſum ab eo, qui ſcriptus legitur in teſta-
mento; quodque demum idem audiri nequeat
tamquam interpres verborum teſtamenti, hæc
37 enim facultas, verè quoad alia illi à Teſtatore
impartita, non etiam data legitur quoad teſta-
menti interpretationem.

Aſſentior ſanè, d. Teſtem ſpectandum non
eſſe tamquam juſtum teſtamenti interpretem,
quatenus ſcilicet contenderetur, ipſum à Teſta-
tore impartitum fuiſſe facultate declarandi,
quemadmodum alia, ità etiam res dubias ex te-
ſtamento emergentes, quia verba illa = *nelle coſe
poi, che vi occorreſſe dichiarazione, vuole, che ſi dia
pienamente credito al medemo Sig. D. Giulio* =;
quamobrem juſtâ ratione ſuſtineri poſſe videtur,
Teſtatorem voluiſſe quidem illius declarationi
plenè deferri in concernentibus negotia domus,
de quibus ipſe dicitur plenè inſtructus, at non
etiam voluiſſe, declarari ab eo poſſe = *ambigui-
tates, quæ vel imperitiâ, vel deſidiâ teſtamenta
conſcribentium oriuntur*; Verumtamen in linea
38 Teſtis plurimùm apud mè valet illius depoſitio,
cum ambigi nequeat, perſpectam ipſum habuiſſe
voluntatem Teſtatoris, planè ſibi, & non du-
biis verbis patefactam, ut ipſe aſſerit, ibi = *ed
ebbe la bontà di confidarmi tutta la ſua diſpoſizio-
ne, e circa al Legato &c. mi diſſe, che voleva,
che li ſi condonaſſero tutti gl'intereſſi tanto inſtru-
mentarj, quanto chirografarj &c., e che dopo due
anni gli ſi daſſero liberi duemila ſcudi &c.*, pro-
ptereaque, quod verba illa = *s'intenda pienamente
ſaldato il tutto &c.* = ex voluntate Teſtatoris
neceſſariò præſeferant pleniſſimam Legatarii li-
berationem, non quidem vigore interpretatio-
nis à præfato Teſte datæ dictis verbis, ſed ex
mente expreſſa Teſtatoris = *a ciò perchè così fù
mente eſpreſſami del Sig. Franceſco Marſullo.* =

Nec turbat, quod deponat de voluntate pre-
cedente, per triduum, actum diſpoſitionis, quia
in hoc per brevi temporis ſpatio veriſimile non
39 eſt, ullam ſuperveniſſe extrinſecam cauſam, quæ
præbuerit occaſionem mutandi voluntatem: &
quod magis eſt, ut hoc tridui ſpatio factus dici
poſſet locus mutationi voluntatis, oporteret,
quod ſubſequens diſpoſitio eſſet contraria, &
incompatibilis cum voluntate, de qua Teſtis de- 40
ponit, tunc enim utique attendenda non eſſet
illius depoſitio ob præſumptam mutationem,
antequam actus diſpoſitionis perficeretur; at,
cum poſterior diſpoſitio conſona ſit, & optimè 41
conciliari poſſit cum præcedente voluntate, de
qua dictus Sacerdos teſtatur, ideoque nulla alle-
gari poſſit illius mutatio, non eſt, cur illius de-
poſitio recipi non debeat prò declaratione ſub-
ſecutæ diſpoſitionis. Sed fruſtrâ in re non du-
bia argumentis utimur non neceſſariis; quo enim
pacto in noſtra hypotheſi figurari poteſt mutatio 42
ulla voluntatis, quando id, quod triduò antè
Teſtator verbaliter dixerat præfato Teſti, confir-
mavit extenſori teſtamenti, inculcatis verbis
præcipiendo = *provedete alla ſua quiete* = & rur-
ſus = *abbia liberi li duemila ſcudi da darſeli trà
due anni dal mio Erede* =.

Denique fruſtrâ etiam adversùs hunc Teſtem
objicitur, quod dicto unius Teſtis perverti ne-
queat voluntas Teſtatoris, eamdem trahendo in
ſenſum diverſum ab eo, quod ſcriptum reperi-
tur in teſtamento. Nam recurrunt hìc notata in
§. Nam quod attinet; prætereaque, ut mox di-
ctum eſt, objectio hæc juſtum locum ſibi vindi-
care poteſt eo dumtaxat caſu, quo voluntas ſcri-
pta, certa eſt, & teſtamenti verba, alioquin clara,
& nullam interpretationem admittentia, incom-
patibilia penitùs ſunt cum dicto Teſtis; At aliter
res ſè habet, quando, ut in caſu noſtro volun-
tas Teſtatoris non pervertitur dicto præfati Te-
ſtis; ſed eadem declaratur, meliuſque explica- 43
tur, & quidem explicatione conformi illi tradi-
tæ ab extenſore teſtamenti, propterea que hu-
jus verba, tamquam minimè incompatibilia
cum dicta clariori declaratione, & meliori
explicatione, tantum abeſt, quod per il-
lam verba teſtamenti detorqueantur in ſen-
ſum abſonum, ut potiùs per eamdem coad-
juvetur tum voluntas Teſtatoris, tum intelli-
gentia verborum, quibus ſcribens teſtamentum
uſus fuit. Quamobrem fruſtrâ, hoc caſu, ex-
adverſo objicitur, requiri ſeptenarium nume-
rum Teſtium; quippè id locum haberet, ſi age- 44
retur de probanda nova diſpoſitione Teſtatoris:
ſecus verò eſt, quando agitur de declaranda
diſpoſitione jam facta, quo caſu unicum Te-
ſtem ſufficere, probatur ex auctoritatibus alle-
gatis dicto *§. At verò* ſuperiùs citato, & *§. Nam
quod attinet*.

Quæ cum ità ſint, prò recta, & finali con-
troverſiæ hujus deciſione, id unum inquiren-
dum modò ſupereſt, an videlicet verba teſta-
menti recipere valeant eam interpretationem,
quam illis dant præfati Teſtes: vel potiùs adeò
clara ſint, ut ſolidationem, & liberationem
Legatario relictam apertè reſtringendo ad ſola
negotia adminiſtrationis, quamcumque aliam
ampliorem extenſionem prorsus reijciant; Pri-
mo enim caſu rejectâ compenſatione, Legata-
rius liberè conſequetur legatum, Secundo autem
caſu Cauſa cadet.

Non abnuo, quod ſenſus verborum, qui pri-

45 mo oculorum conjectui ſeſe offert, videri va-
leat reſtrictus ad ſola negotia dependentia ab
adminiſtratione, ſi ſeorſim ab omnibus aliis te-
ſtamenti partibus, & abſque quocumque alio
extrinſecæ probationis adminiculo nudè acci-
piantur, atque intelligantur verba illa = *E per-
chè dal predetto Signor Giacomo Pelleri ſono ſta-
ti maneggiati più, e diverſi intereſſi di ſua caſa,
dichiara, che neſſuno poſſa rivedere tali conti, ma
s' intenda ſaldato pienamente il tutto ſino al pre-
ſente giorno* =.

Verum enim verò, cum aliud ſit, quod iſte
videri poſſit ſenſus magis obvius dd. verborum,
ſi per ſe ipſa dumtaxat inſpiciantur, aliud verò
ſit, quod eadem aliter ex adjunctis intelligi ne-
queant, locus idcircò fieri videtur illi non dubiæ
46 juris noſtri regulæ, quâ admonemur, quod,
quum agitur de aſſequenda voluntate Teſtato-
ris, ſenſus verborum deſumendus ſit à toto con-
textu diſpoſitionis, & quod aliundè etiam, ex-
trinſecis nempè circumſtantiis declarari, & ex-
47 plicari valeat, ut, præter alibi allegata, tradunt
*clar. mem. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 93.
ſub num.4., Rota in rec. dec.181. nu.4. part.17.,
& dec.188. num.6. part.19., poſt Bonden. Miſcell.
Jurid. dec.15. ſub num.2., & deciſ.21. num.13.,
& in Senogallien. Immiſſionis 27. Martii 1719. §.
Præcipuus namque coram Emo D. Card. Falcone-
rio*; adeò quidem, ut, ſi ex his appareat mens
48 & voluntas Teſtatoris, permiſſum etiam ſit illa
impropriare, ut d. voluntas executioni deman-
detur, ut poſt *Mantic.*, & *Rot. coram Dunoz.
jun.* tradit *Rota* in pluries citata *dec.5. num.24.,
coram Emo Falconerio*; Idque potiori ſanè jure
locum ſibi vindicat, quando, ut ſuperioribus
locis animadverſum eſt, agitur de teſtamento
49 conſcripto à viro imperito, & juris ſcientiæ, le-
galiſque ſenſus verborum prorsùs ignaro, qui in
illa anguſtia temporis, quo feſtinanter teſta-
mentum exarare coactus fuit, nequivit majori
cum animadverſione explicare voluntatem, à
Teſtatore ſibi communicatam.

Quapropter crederem, mox relata verba =
50 *ma s'intenda pienamente ſaldato il tutto ſino al
preſente giorno* = juxtà apparentem ſenſum refer-
ri quidem ad negotium adminiſtrationis, de
quo, eodem verborum contextu Teſtator locu-
tus fuit; verùmtamen non reſpuere magis la-
51 tam, & ampliorem interpretationem, quâ ſoli-
datio, & liberatio Legatarii extendatur ad ne-
gotia, etiam extrà negotiorum geſtionem; In
tantum enim illa dicuntur ad hanc eſſe reſtricta,
in quantum, inſpecto materiali illorum contextu,
adjecta apparent cohęrenter, & continuativè ad
ſermonem habitum de eadem adminiſtratione:
at, ut patet ex pluribus, quæ afferri poſſent, ju-
52 ris noſtri exemplis, & ex iis, per quæ à noſtris,
præſertim verò à *Card. de Luca* innumeris locis
admonemur, ſi inſpiciendus non eſt materialis
cortex, & figura verborum, ſed ſemper, veluti
regula, ſpectanda voluntas Teſtatoris, parvi re-
fert, quod ille immediatè anteà locutus fuerit
de adminiſtratione; ſi nihilominùs deindè ve-
niens ad liberationem, illam extendere intelle-

xit ad alia quoque negotia; hujuſmodi enim 53
voluntati non ſolùm non reſiſtunt, quinimò po-
tiùs maximè congruere videntur verba = *s'inten-
da ſaldato pienamente il tutto* =.

Illa enim, ſi non conjunctim cum præcedente
ſermone habito de adminiſtratione, ſed per ſe
ipſa accipiantur, generalia procul dubio ſunt, &
certè comprehendere videntur plenam ſolida-
tionem, & liberationem à quocumque debito
undecumque, & ex quocumque negotio prove- 54
niente: generalem namque iſtam liberationem
præſefert tum dictio illa = *pienamente* = per *Text.
in cap. benè quidem in princ. diſtinct.96.*, & notant
*Jaſon. in leg. hujuſmodi §. Ædes num.5. ff. de le-
gat. 1., Barboſ. tract. var. inter diction. uſufreq.
dict.261. num. 1. & 2.*, ubi alii; tum illud ver-
bum = *il tutto* = ſuâptè naturâ totum comprehen-
dens, & nihil excludens, ut cum *Monach. deciſ.* 55
*Lucen. 53. num. 36., Barboſ. inter dd. tract. di-
ction.418. num. final.*; tum demum illa alia ver-
ba = *il tutto ſino al preſente giorno* =, quæ com-
plectendo omne præcedens tempus, comprehen-
debant pariter quæcumque præcedentia nego- 56
tia, quæ prædicto tempore inter ipſos interceſſe-
rant, ad tradita per *Conſtantin. ad Statut. Urb.
annotat.49. num.51.*

Eadem verò verba, ſi accipiantur cohęrenter
ad ſermonem habitum de dicta adminiſtratione,
demonſtrant quidem, de ea factam eſſe genera-
lem ſolidationem, ita quidem, ut quoad hæc
Adminiſtrator plenè liberatus cenſendus ſit,
quod admittitur etiam à D. Defenſore D. Æmi-
lii Centurioni heredis: Verùmtamen ex tali co-
hęrentia verborum non excluditur, quin alia
quoque debita, & negotia præter adminiſtratio-
nem ſub d. generali ſolidatione, atque liberatio- 57
ne comprehendi potuerint, modò tamen con-
currant aptitudo verborum, & voluntas Diſpo-
nentis, argumento *Textus in leg. cum ità 19. ff.
de liberation. legat.*; verba Textus ſunt hæc = *Cum
ità teſtemur (heres meus damnas eſto liberare il-
lum, quod is negotia mea geſſit: etſi quid eum mi-* 58
*hi dare facere oportet, ab eo non exigere) damna-
tur heres; nec hereditas ab eo quoque pecunias
exiget. In ſimili autem Legato vis eſt, ut de eo
quoque legando Paterfamilias ſenſerit, quod ſer-
vis ejus peculii nomine debetur* =.

Caſum hunc ita explicat *Gloſſa* in ejus figura-
tione = *dixit Titius in teſtamento: heres meus
damnas, ſive damnatus eſto liberare eum, qui ne-* 59
*gotia mea geſſit, puta Sejum: &, ſi quid eum mihi
dare, & facere oportet, ab eo non exigere heres
meus damnatus eſto. Certè damnatus eſt heres à
Teſtatore, & propter d. damnationem non poterit
exigere à d. Sejo pecunias etiam ab eo Sejo creditas:
nedum debitum ex adminiſtratione. Sed etſi ſervis
ejuſdem Teſtatoris peculii, ſive peculiari nomine
debebitur aliquid per d. negotiorum geſtorem, vi-
detur idem Teſtator, qui taliter legavit, ut di-
ctum eſt, de eo quoque legando ſenſiſſe* =, Eadem-
que *Gloſſa verb.* heres pariter dicit, verbis illis,
quibus heres damnatur liberare negotiorum 60
geſtorem, remiſſas cenſendas pecunias *credi-
tas ab herede, vel Defuncto ipſi geſtori, vel à ge-
ſtore*

Digitized by Google

ſtore aliis, quibus mutuavit de pecunia Domini.
Profectò ex tali *Textu*, ejuſque caſus expoſi-
tione tradita *à Gloſſa*, certè decidi poſſe videtur
noſter; Licèt enim prohibitio quidpiam exi-
gendi à negotiorum geſtore cohæreat Legato li-
berationis illi factæ quoad negotia geſta, nihilo-
minùs tamen *Modeſtinus Juriſconſultus* reſpon-
dit, talem negotiorum geſtorem liberatum cen-
ſendum eſſe non ſolùm à reliquatu, & debito
proveniente ex adminiſtratione, verùm etiam
ab eo exigi minimè poſſe nedum pecunias à De-
functo, ſed ab herede quoque illi creditas; & de-
mum nec etiam ex aliis, videlicet, ſi quid ex
= *ſervis ejuſdem Teſtatoris peculii, ſive peculiari
nomine debebitur, aliquid per d. negotiorum ge-
ſtorem* =.
Quin immò deciſio *d. Textus* potiori jure lo-
61 cum ſibi vindicare videtur in noſtra hypotheſi;
nam *Juriſconſultus* ibi loquitur de liberatione
ſimpliciter legata, at illa, quæ Legatario, &
negotiorum geſtori in præſens facta legitur, ne-
dum concepta eſt ampliore ſermone =, *e perchè
dal predetto Signor Conte ſono ſtati maneggiati
più, e diverſi intereſſi di ſua caſa, vuole, e di-
chiara, che neſſuno poſſa rivedere tali conti* = ſed
prætereà Teſtator uſus latioribus verbis, ſubdit=
ma s'intenda ſaldato pienamente il tutto ſino al
62 *preſente giorno* =; ut enim paulò antè dictum eſt,
verba illa = *pienamente* = plenariam præſeferens
liberationem =, *il tutto* = nihil excludens, & = *ſino
al preſente giorno* = tempus omne complectens,
procul dubio comprehendere poſſe videntur de-
bita etiam ex alia cauſa, quàm ex adminiſtratio-
ne provenientia, quando *Juriſconſultus* in caſu
d. legis cenſuit, per indefinitam tantummodò li-
berationem, nedum pecunias à Defuncto, ſed,
63 gravato herede in re propria, illas etiam ab iſto,
negotiorum geſtori creditas repeti, quinimmò
eas *à geſtore aliis, quibus mutuavit de pecunia
Domini*, exigi poſſe, prohibitum fuiſſe. Et de-
mum, præter ampliora verba, faciliùs admit-
64 tentia extenſionem ad negotia etiam extrà ad-
miniſtrationem, concurrit liquida probatio vo-
luntatis Teſtatoris, deſumpta ex Teſtibus, ſu-
perioribus locis relatis, quorum dicta non ſolùm
minimè repugnant diſpoſitis in ſchedula teſta-
mentaria, ſed illis maximè congruere, probatur
ex legitimis conjecturis.
Primò enim veriſimile non eſt, quod titulo
65 Legati Teſtator liberaliter relinquere voluerit
ſcuta duo millia illi negotiorum geſtori, quem
rectè noverat eſſe ſuum liquidum debitorem
quantitatis multò majoris: niſi etiam illi totum
debitum remittere voluiſſet, alioquin ſatis erat,
quod, nullo relicto loco ambiguitatibus, ma-
giſque propriè loquendo, illum pro rata ſcuto-
rum duorum millium à tali debito liberaret.
Prætereà magnâ notâ digna videtur dilatio
ſolutionis Legati conceſſa heredi = *ſcudi due mila
moneta da darglisi dall'infraſcritto ſuo Erede nello*
66 *ſpazio di due anni* =; ſi enim Teſtator non intel-
lexiſſet, aut præſuppoſuiſſet, ſe condonaſſe Le-
gatario majus ejuſdem debitum liquidum, & ab
ipſo non ignoratum, cur heredi conceſſiſſet di-
lationem duorum annorum ad illud ſolvendum?
inepta enim illa fuiſſet, ſi Legatum in numerata
pecunia ſolvi, noluiſſet; quippè heres, eâ non
indigebat, quando ſolutio non in pecunia, ſed fa- 67
cienda erat per viam compenſationis; hoc quip-
pè caſu prudenter agendo, dilatio concedenda
non erat heredi, qui pecuniam nullam Legata-
rio liquido debitori majoris ſummæ tradere te-
nebatur: ſed ejuſmodi dilatio utiliter conceſſa
fuiſſet Legatario debitori majoris ſummæ.
Dum igitur Teſtator tali modo legavit, &,
nullâ factâ mentione majoris debiti ipſi omninò
noti, quo Legatarius obſtringebatur; nihilomi-
nùs voluit, pecuniarium Legatum verè ab herede
præſtari, quinimmò factâ mentione Legati ſcu-
torum centum, immediatè anteà relicti Rev.
Julio Robertini, ſolvendi certè in pecunia nu-
merata, ſubjunxit = *Item laſcia in detto, & in ogni* 68
*altro miglior modo al Signor Giacomo Pelleri
ſcudi due mila &c.* =, quonam pacto in dubium
revocari poterit, quin Legatum factum eo mo-
do, quo præcedens, quodque inſuper ab herede
dari voluit = *in detto, & in ogni altro miglior
modo* =, quin, inquam, tale Legatum, rejectâ
omni compenſatione, liberè, pleno jure, &
modo utiliori Legatario relictum cenſeri de- 69
beat? juxtà cuique notam vim clauſulæ = *omni
meliori modo* =, de qua latè apud *Barboſ. tract.
var. clauſ. 95.*, & apud alios.
Multòque magis, quando pro minori incom-
modo heredis eidem conceſſit dilationem duo-
rum annorum, quæ dilatio, ut ſenſui patet, cum 70
referri nequeat, niſi ad actualem, & realem
pecuniæ numerationem, elapſo dicto tempore,
faciendam; nemo non videt, quantùm ab illius
voluntate aberret, quod cogitaverit de com-
penſatione? Nihil enim magis ejuſdem menti
obvium fuiſſet, quàm compenſatio, ſi d. debi-
tum remittere noluiſſet, de qua cum nullo indi-
tio cogitaſſe appareat, dicendum eſt, non con-
ſideraſſe ampliùs Legatarium tamquam debito- 71
rem, ſed omne debitum remiſiſſe Legatario il-
li, cujus quieti providere voluit; ut loquitur P. 72
Joannes de Millis = *provedete alla ſua quiete* =,
& ergà quem ut plenam liberalitatem exerce-
ret, eidem præcepit = *ſaldate pienamente ogn' in-
tereſſe, che ſia ſtato tra di noi ſino ad oggi, & ab-
bia liberi li due mila ſcudi per mia memoria da
darglisi tra due anni* =, & ut inquit alter Teſtis =
*che dopo due anni li ſi diano liberi due mila ſcudi
per regalo dal mio Erede* = munus enim nullum,
nec pecuniam ullam elapſo biennio conſequi po-
tuiſſet Legatarius, qui, ſtatim factâ compenſa-
tione, adhuc ingentis quantitatis debitor reman-
ſiſſet.
Accedit demum his neceſſitudo, & conjun-
ctio ſanguinis, ac ſumma, & mutua benevolen- 73
tia, quæ inter Teſtatorem, & Legatarium in-
tercedebat, de qua non ſolùm teſtatur P. Joan-
nes, ſed perſpicuè apparet ex ipſo teſtamento,
in quo D. Jacobum Pellerum Legatarium, ho-
noravit titulo heredis in eum caſum, quo bon.
mem.

Digitized by Google

mem. Iſidorus Centurioni bereditatem reſtitue-
re noluiſſet D.Æmilio nepoti ſuo. Quamobrem
faciliùs favore Legatarii capienda videtur quç-
vis benignior interpretatio, quia ut inquit *Gloſ-*
ſa in alibi citata *Lege Aurelius 29. §. Titius te-*
ſtamento verb. præſumptio ff. de liberation. legat.=
74 *Legatarii charitas, & neceſſitudo facit etiam*
intelligi Legatum contra modum conſuetum =, ex
juribus ibi allegatis; maximè verò, quia, conſi-
deratâ opulentiâ hereditatis, & dilatione à Te-
75 ſtatore conceſſa, præſtatio d. Legati ceſſura erat
in minimum heredis incommodum.

Hæc igitur cum ita ſe habeant, fruſtra exad-
verſo obtenditur, quod Teſtator audiens, in te-
ſtamenti litera non contineri d. generalem, &
ampliſſimam liberationem, quam ipſe volue-
rat, atque ſcribi mandaverat P. Joanni; nihilo-
minùs non curando, aliquid ſuperaddi, ſche-
dulam ſubſcripſerit. Id enim, ut pluriès dictum
eſt, urgere poſſet, ſi verba teſtamenti recipere
non valerent interpretationem comprehenſivam
76 liberationis à quibuſcumque debitis, præter etiam
illa ex cauſa adminiſtrationis contracta; verum,
ut ſatis probatum arbitror, cum verba accipi
poſſint in hoc etiam ampliori ſenſu, prout illa
explicavit, & Teſtatorem intellexiſſe, declara-
vit extenſor teſtamenti, non eſt, cur ita intel-
ligi non debeant, ſicuti ab utroque, Teſtatore
nempè, & extenſore teſtamenti intellecta fue-
runt; proptereàque fruſtrà ex ſupra relata cir-
cumſtantiâ elici contenditur contraria Teſtatoris
voluntas.

Romana Legati Mobilium.

Sub Legato *omnium mobilium* num veniant ſola mobilia, & ſupellex perpetuo Teſtatoris domus uſui parata, ſive potiùs comprehendantur etiam res omnes quacumque ex cauſâ, tametſi temporariâ in eâdem Teſtatoris domo repertæ? In inventario ſolemni an, & quando poſſit heres deſcribere Bona mobilia, Legati jure uxori relicta, reluctante eâdem uxore Legatariâ? Legatum quando vel non cenſeatur uxori relictum ſub conditione reſolutiva, ita quidem ut Legataria cautionem Mutianam exhibere non teneatur?

VOTUM XXVI.

1 *Legatum* mobilium *verbis generalibus conceptum comprehendit omnia mobilia, & ſupellectilem, in domo Teſtatoris repertam*, & num. 3.

Præſertim, ſi Teſtator certas res excepit; tunc enim cetera omnia legaſſe cenſetur, num. 2.

4 *Legatum* omnium mobilium *comprehendit res omnes, tempore obitus Teſtatoris in domo repertas, ſive ſint perpetuo domus uſui deſtinatæ, ſive temporariâ tantùm cauſâ ibi ſint manſuræ.*

Quod ampliatur, ſi Legatum ſit factum perſonæ conjunctæ, num. 5.

6 *Sub Legato* omnium mobilium *an veniant ſola mobilia, & ſupellex perpetuo Teſtatoris domus uſui parata, ſive potiùs res etiam caſualiter in eâ repertæ, & ex cauſâ tantùm temporariâ in eâdem manſuræ, verborum ſuperficies, formulæ legum, & Auctoritatum litera ſpectanda non ſunt, ſed mens Teſtatoris, ex juriſprudentiæ regulis ſumenda, unicè attendenda eſt.*

7 *Juriſprudentia diſciplina ſinè offenſione dicitur.*

8 *Legatum* Bonorum omnium, *ſive* rerum omnium *comprehendit res tàm proprias Teſtatoris, quàm res venales, & accidentaliter in domo ipſius repertas*, & numer. 23.

9 *Legatum verò* omnium mobilium, *ſive* ſupellectilium, *nonniſi res, quæ propriæ ſunt Teſtatoris, complectitur*, & num. 32.

10 *Legatum* mobilium, che ſi troveranno nella Caſa, dove morirà, *reſtringitur ad ſola mobilia, ad perpetuam uſum domus deſtinata; Ratio affertur* num. 11.

12 *Loquendi uſus in quacumque diſpoſitione ſpectandus eſt.*

13 Mobilium domus *nomine ſecundùm communem Italiæ uſum, nonniſi ſupellex, & utenſilia domus intelliguntur.*

Et hic uſus Romæ etiam invaluit nu. 14.

15 *Sub Legato* mobilium domus *non continentur res quæcumque pignori acceptæ, in eâ repertæ*, & num. ſeqq.

16 *Legatum omnium creditorum ampliſſimis etiam conceptum verbis, non comprehendit prædia, pignori à Teſtatore accepta.*

Niſi dominium pignore fuerit translatum num. 17.

18 *Item ſub Legato* mobilium domus *non comprehenduntur res venales, quæ à Teſtatore mercimonii cauſâ in domo retinebantur*, & num. ſeqq.

Limita ut num. 21. 22., & 23.

19 *Legatum ornamentorum muliebrium à Matre filiæ factum, non comprehendit ornamenta, quæ Teſtatrix venalia habuerat.*

20 *Venalia enim non cenſentur eſſe in domo Teſtatoris.*

24 *Ex oleo venali Legatarius* omnium mobilium *poteſt certam detrahere portionem, quæ ſatis ſit pro uſu domus, & familiæ.*

Id tamen procedit, quando oleum recollectum eſſet ex prediis Teſtatoris, qui reliquias ſuperextantes uſui domus vendere conſueviſſet, num. 25.

Hinc ſecus eſt, quando res eſt de oleo empto à Teſtatore, ut illo uteretur in lanificie, cum tunc numeretur inter inſtrumenta tabernæ lanariæ, num. 26.

Limita, ſi eo etiam utebatur pro uſu domus, & familiæ, num. 27.

Quod ſublimita, ſi Teſtator menſtruum aliud Lega-

Digitized by Google

Legatum reliquit pro pane, vino, & companatico, nu.28.

29 *Sub verbo* = Companatico = *præter panem, & vinum comprehenduntur res omnes, quæ cibo condendo inſerviunt.*

30 *Teſtator quod idem Legatum bis diſtinctim uni reliquerit, repugnat juris regulis.*

31 *Legati* mobilium *nomine non comprehenditur vinum, in domo Teſtatoris repertum cuſtodiæ cauſâ.*

Item ſub ſimili Legato non veniunt res, quæ non erant in dominio Teſtatoris, num.33., & 38.

34 *Res aliena, vel heredis legari poteſt.*

Semper tamen præſumitur non legata nu.35.

Niſi contrarium ſuadeant conjecturæ nu.36.

Præſertim, quando non agitur de re aliena, nominatim *à Teſtatore legata* nu. 37.

39 *Dictio* tàm, & quàm *æquiparationem, & ſimilitudinem qualitatis præſeferunt.*

40 *Sub Legato* mobilium domus *an veniunt res alienæ, in domo repertæ, DD. conſiderant perpetuam permanentiam, non autem temporarium rei uſum, ad alium pertinentis.*

Comprehenduntur tamen res alienæ ſub ſimili Legato, ſi conſtet de evidenti Teſtatoris voluntate, num.41.

Item, ſi Teſtator verbis ità ampliſſimis uſus eſt, ut, ſalvâ ratione recti ſermonis, nequeant verificari, niſi comprehendendo etiam res alienas num.42.

Denique, ſi Legatum redderetur inutile ſejungendo res alienas à propriis Teſtatoris, num.43.

44 *Legatario prætendenti, ſub Legato* mobilium domus *comprehendi res alienas, pignorâ, & alia promercii cauſâ in domo inventa, incumbit onus docere de manifeſta Teſtatoris voluntate.*

45 *Verbum univerſale* = Tutti = *adjectum Legato reſtricto ad mobilia certi loci, illud extendere nequit ad res alienas, venales, & accidentaliter in dicto loco repertas.*

Procedit, tametſi Legatum relictum ſit uxori, quæ non venit appellatione conjunctæ perſonæ, num.47.

Limita principalem concluſionem, ſi Legatum conceptum ſit verbis = quoquomodo, quomodocumque, & cujuſcumque qualitatis = num. 46.

48 *Inventarium omnium mobilium domus heredi impediri nequit ab eorumdem mobilium Legatario, ſi nullum indè ſibi obveniat præjudicium,* & num.57.

Præſertim, ſi Teſtator illud præcepit, & heres conficere velit, num.56.

49 *Inventarium Bonorum omnium, & mobilium juſtè conficit heres ex Teſtatoris præcepto.*

50 *Inventarium, in quo mobilia non deſcribuntur, accuratè confectum dici nequit.*

51 *Inventarium juſtè conficit heres, ut ejus beneficio juvari poſſit.*

52 *In inventario deſcribenda ſunt jura omnia hereditaria activa, & paſſiva etiam eventualia.*

53 *Mobilia deſcribenda ſunt in Inventario, ut ajunt, cum pondere, numero, & menſura.*

54 *Heres gravatus ut juvetur adverſus Fideicommiſſarios, ſatis eſt, ut deſcribat mobilia in actu, quo Legatario traduntur, licèt ea in ſolemni inventario non deſcripſerit.*

55 *Heres gravatus, licèt rationem reddere debeat fideicommiſſario, non tenetur inventarium conficere, niſi eo inſtante.*

Limita, ut in num. ſeq.

58 *Cautio Mutiana quando, vel non præſtanda ſit ab uxore Legataria, quæſtio eſt dubia, & nimis ardua.*

59 *Conditio viduitatis ſuſpenſiva, appoſita Legatis, uxori relictis, iſtorum acquiſitionem ſuſpendit.*

60 *Cautio Mutiana vim habet adimplementi conditionis negativæ.*

61 *Conditio ſervandi viduitatem affirmativè concepta, reſolvitur in conditionem negativam.*

62 *Cautio Mutiana præſtanda non eſt in Legatis modalibus, & reſolutivis,* & num. 90.

63 *Verba* = Vitam duxerit viduilem = *perpetuam non reſpiciunt viduitatem.*

64 *Conditio ſuſpenſiva Legato adjecta operatur, ut Legatarius eam non adimplens, teneatur reſtituere fructus omnes à die obitus Teſtatoris, tamquam ſinè titulo perceptos,* & num. 86.

65 *Legatum, non ſervatâ conditione reſolutivâ, ceſſat.*

66 *Interpretatio voluntatis dicitur ſemper ambigua, & difficilis.*

67 *Cautio Mutiana an ſit præſtanda à Legatario, id à voluntate Teſtatoris pendet,* & num. 72.

68 *Inſtitutio fieri non poteſt ſub conditione reſolutiva.*

Benè verò ſub conditione ſuſpenſiva, num. 69.

70 *Legata relinqui poſſunt tum ſub conditione ſuſpenſiva, quàm reſolutiva.*

71 *Legatum ſub conditione ſuſpenſiva relictum aſſequi non poteſt Legatarius, cautione Mutianâ non præſtitâ.*

73 *Legatum in dubio præſumitur relictum potiùs ſub conditione reſolutiva, quàm ſuſpenſiva.*

Præſertim, quando relictum fuit uxori, quam Teſtatorem magnopere dilexiſſe, conſtat, num.74.

75 *Legati interpretatio largior, ac benignior eſt capienda favore uxoris benemeritæ.*

76 *Legatum conceptum verbis* = Si non nuſpſerit = ſi vitam viduilem ſervaverit = *ſub conditione ſuſpenſiva dicitur relictum.*

77 *Conditio viduitatis Legato adjecta, verbis illis gerundiis* = Piacendo, rimanendo, e ſervando vita vedovile = *reſolutiva, non autem ſuſpenſiva dicitur,* & num.78.

79 Con-

Digitized by Google

79 *Conditionem facit voluntas, non ſermo, ſicuti mens eſt, quæ modum facit, non oratio, non lingua.*

80 *Vox* = conditio = *ſuſpenſivè, ac reſolutivè accipi poteſt.*

81 *Legatum ſub modo reſolutivo relictum cenſeri poteſt ex conjectarata Teſtatoris mente, licèt adhibuerit verbum* = conditio =.

Maximè concurrentibus in eadem oratione verbis illis = ſuâ vita durante =, *continentibus dinumerationem temporum* num. 82.

83 *Legati ademptio à Teſtatore facta in caſu viduitatis non ſervatæ, ſupponit uſque ab initio Legati acquiſitionem.*

Sicque Legatum duraturum voluiſſe cenſetur, donec uxor ſervaret viduitatem, numer. 84.

85 *Legatum ſub conditione reſolutiva relictum cenſetur, quando Teſtator aliud Legatum ſubrogavit loco illius, uxori tranſeunti ad ſecundas nuptias adempti.*

87 *Cautio Mutiana loco adimplementi conditionis ſuſpenſivæ habetur.*

88 *Legatum ſub conditione ſuſpenſiva uxori à Teſtatore relictum cenſetur, quando in caſu non ſervatæ viduitatis alia reliquit emolumenta.*

89 *Quod eò magis procedit, quando idem Teſtator in caſu tranſitus ad ſecundas nuptias, ſola mobilia ab uxore reſtituenda eſſe, cogitavit.*

91 *Cautio Mutiana de utendo, & fruendo &c. à quolibet Legatario præſtanda eſt.*

Quæ, ſatis eſt, ut præſtetur in actu capiendæ poſſeſſionis Legati, num.92.

BO. me. Joannes Paulus Ulcius in ultimo teſtamento, cum quo deceſſit, conſulere cupiens viduitati D. Ceciliæ Benagliæ uxoris ſuæ dilectiſſimæ, ac congruæ ſubſtentationi communium filiarum, donec nuberent, vel Religioſam vitam aſſumerent, plura ordinavit. Et primo quidem in §. 16. dicti teſtamenti diſpoſuit, quod, præter veſtiaria, cibaria, *pigioni di Caſa, & ogn' altra coſa, che ſarà neceſſaria per il loro condecente mantenimento* = ab hereditate eiſdem ſolvi deberent ſcut. 150. prò emendis nonnullis mobilibus, ibi = *Come ancora a pagare per una ſol volta ſcut. 150. per comprarne tanti mobili neceſſarj da apporre in detta caſa, dando ſopra di ciò le facoltà neceſſarie, & opportune à gl' infraſcritti ſuoi eſſecutori teſtamentarj, e riportandoſi alla loro prudenza, ſecondo la quale è certo, che non ſi faranno ſpeſe maggiori del biſogno.* =

Deinde verò in §.20. ejuſdem teſtamenti omnia mobilia, his verbis, dictæ ſuæ uxori legavit = *laſcia parimente alla medeſima tutti li mobili, cioè tanto quelli, che ſi troveranno nella caſa, dove morirà eſſo Signor Teſtatore, quanto gl' altri da comprarſi, come ſopra, come ancora tutti gli argenti, e gioje, eccettuati però riſpetto agl' argenti quelli, de quali ſarà diſpoſto particolarmente, e riſpetto alle gioje, il vezzo di perle ſolito portarſi di preſente da eſſa Signora Cecilia, e l' alamaro, volendo, che delle robe ſudette ſia effettiva, & aſſoluta padrona, ſervando vita vedovile, & in quanto al ſudetto vezzo, & alamaro vuole, che, ſervata anco la condizione ſudetta, abbia il ſolo uſo ſua vita durante, e dopo la ſua morte, ritornino alla di lui eredità ad effetto di venderli, e di rinveſtirne il prezzo, come ſi dirà di ſotto.* =

Quoniam verò præcogitavit, evenire poſſe, quod uxor ſua ad ſecundas nuptias tranſiret, huic caſui proſpiciendo, ità ordinavit in §. 21. ſui teſtamenti = *In caſo poi, che la ſudetta Signora Cecilia paſſaſſe, che Dio non voglia, à miglior vita, ò ad altro Matrimonio, prima, che le dette figliuole, ò tutte, ò alcuna di eſſe non fuſſero già collocate, ordina, e vuole, che queſte ſi faccino educare in qualche Monaſtero di loro ſodisfazione, ſin tanto, che fermeranno il loro ſtato, e riſpetto alla Signora Cecilia, nel ſecondo di detti caſi, intende, che li ſi abbia a reſtituire la ſua dote di ſcut. 2000., e pagarliſi il quarto dotale a tenore dello Statuto, con altri ſcut. 500., che vuole, li ſi paghino della ſua eredità per una ſol volta, e ſalvo il Legato della quarta parte della vigna, come ſopra, ordina, e vuole, che reſti totalmente priva, tanto del Legato de mobili, argenti, e gioje, per il qual effetto debba de ſudetti argenti, e gioje ſolamente farſi nota nell' atto della conſegna, quanto anche della commodità della carrozza, & altro, come ſopra, laſciatoli per il di lei mantenimento* = Heres quidem paratus eſt obſequi voluntati Teſtatoris, & ſincerâ fide præſtare mobilium Legatum, ab Auctore ſuo relictum dilectiſſimæ uxori, ſed ab hac nonnullæ excitantur difficultates, reſpicientes tum ſubſtantiam, tum etiam modum executioni illum demandandi.

Primò enim quærendum eſſe, ait, *An ſub dicto Legato veniant res omnes mobiles quomodocumque, & quacumque ex cauſa, tametſi temporariè inventa in domo Teſtatoris; An verò ſub eodem comprehendatur ſola ſupellex, Teſtatoris uſui deſtinata, & quæ in ejus domo manſura perpetuò erat?*

Secundò, cum Teſtator in caſu, quo eadem ad ſecundas nuptias convolaret, ordinaverit, & voluerit = *che reſti totalmente priva tanto del Legato de mobili, argenti, e gioje, per il qual effetto debba de ſudetti argenti, e gioje ſolamente farſi nota nell' atto della conſegna, quanto anche &c.* = contendit, dicta mobilia deſcribenda minimè eſſe in inventario hereditario, ſed ſufficere ſimplicem illorum notulam faciendam in actu traditionis, quâ contentus fuit Teſtator, ideoque primò ex hereditate ſeparanda eſſe dicta mobilia, deindè verò inventarium ſolemne celebrandum.

Denique ſe exemptam eſſe, dicit ab onere præſtandi cautionem mutianam, quæ ante Legati traditionem ab herede petitur.

Ma-

Manum igitur ſingillatim admovendo pro-
poſitorum Dubiorum examini; Quod attinet ad
primum, io dubium venire minime poſſe vide-
1 tur, quin, inſpectis generalibus verbis Legati,
cuncta mobilia, tàm nempè emenda dictâ quan-
titate ſcut. 150., quàm ſupellex exiſtens in do-
mo, ubi Teſtaror mortuus fuit, ſub illo com-
prehendatur, ſi enim excepit certas tantummo-
dò res, de quibus ſpecialiter diſpoſuit, cetera
2 omnia legaſſe videtur, quæ ſunt in ſupellectili,
quibus in ea domo Pater familias fuit inſtru-
ctior, ut enim ait *Cicero pro Balbo, ſi exceptio
facit, ne liceat, ibi, neceſſe eſt licere, ubi non
eſt exceptum*, & benè ex hoc *Ciceronis* loco in
propoſito docuit *Cajac. in lib. 4. reſp. Papin. ad
l. 26. §. Cum inter ff. de Pact. dot. tom. 1. oper.
poſthum. fol. mihi 171. ſub lit. B.*

Verumtamen, licèt certum ſit, ſub ſimilis
3 diſpoſitionis amplitudine generaliter venire mo-
bilia omnia exiſtentia in domo Teſtatoris, re-
ctè tamen dubitari ſolet, num ſub ea veniat ſo-
la ſupellex parata, & mobilia ad illius uſum
deſtinata; an verò nomine omnium mobilium,
quæ tempore obitus Teſtatoris in illius domo
reperientur, veniant etiam cetera omnia, quo-
cumque modo tempore mortis in ejuſdem do-
mo inventa, tametſi non deſtinata ad perpe-
tuum uſum domus, ſed caſualiter, utpotè ne-
gotiationis, pignoris, commodatis, cuſtodiæ,
aliâve his ſimili temporariâ causâ ibi perman-
ſura.

Et quidem prò affirmativa urgere videtur ra-
tio deducta ex vi verborum univerſalium, nem-
pè *omnium mobilium*, quibus Legatum concep-
4 tum fuit, quo caſu ſub eo comprehendi res om-
nes, tametſi venales, aut quomodocumque in
domo Teſtatoris repertas, tradunt Doctores
relati apud *Merlin. Pignatt. contr. for. cent. 2.
cap. 65. num. 3.*, quod argumentum fortiùs ur-
get, quando agitur de Relicto facto conjunctæ
5 perſonæ, ex ratione ducta à *Text. in leg. quæſi-
tum verſus fin. verſ. ſed & ipſe Papinianus ff. de
fund. inſtruct.*, & denique conferre videntur
plura juris noſtri loca, facilè ex adverſo afferen-
da, quibus conſtitutum reperitur, venales etiam
res, & minimè paratas pro domo inſtruenda,
nec ad perpetuum Teſtatoris uſum deſtinatas,
ſub tali Legato contineri.

At diligenter examinato Legati tenore, to-
tiuſque diſpoſitionis contextu, rectèque perpen-
sâ Teſtatoris mente, verius videtur eſſe, illud
reſtringi ad ſola mobilia, ſolamque ſupellecti-
lem pro inſtruenda Teſtatoris domo paratam,
minimè verò ſub eodem comprehendi res ca-
ſualiter tempore illius obitus in ea repertas, &
ex temporaria tantùm cauſa in eadem manſu-
ras, ut enim rectè admonet *Cardin. de Luca in
conflict. legum, & ration. obſerv. 192.*, In ſimili
6 quæſtione, quâ paſſim in Foro, & Tribunali-
bus diſceptatur, quænam veniant ſub tali om-
nium mobilium Legato, vitandum eſt Pragma-
ticorum vitium procedentium cum verborum
ſuperficie, & formulis, ac Legum, & aucto-
ritatum litera, ex quo vitio, veluti ex ſuo fon-
te proficiſcuntur aſperitates illæ, & incommo-
da, quibus turbato diſpoſitionis ordine, præter
Teſtantium mentem, uni plus datur, quàm diſ-
ponens dare voluerit, alteri verò minus; Poſt-
habitis itaque ſubtilitatibus, & Majorum no-
ſtrorum traditiones ad uſum forenſem exigen-
do, res reducenda eſt ad planiores, certioreſ-
que regulas juriſprudentiæ, quæ eſt diſciplina
rotunda, integra, & ſinè offenſione, ut inquit
Bud. in leg. 1. ff. de juſt., & jur., juxta quas ſi 7
interpretari velimus verba, quibus uſus fuit Te-
ſtator, & mentem, quâ idem hujuſmodi Le-
gatum reliquit, planum videtur, illud reſtrin-
gendum eſſe ad ſolam ſupellectilem perpetuo
domus ſuæ uſui ab ipſo deſtinatam.

Profectò, ſi inſpiciamus figuram verborum,
quibus Legatum conceptum fuit, facilè ex ea
hujuſmodi reſtrictio elicietur, Teſtator enim
ait = *laſcia parimente alla medeſima tutti li mobi-
li, cioè tanto quelli, che ſi troveranno nella ca-
ſa, dove morirà eſſo Signor Teſtatore, quanto
gl' altri ordinati, come ſopra* = Duplex autem ad
rem noſtram ex illis reſultat reſtrictio excluſiva
rerum, quæ in ejus domo perpetuò non eſſent
manſuræ, ſed negotiationis, cuſtodiæ, vel aliâ
ſimili temporariâ causâ in ea retinerentur; Et
quidem primò ſpeciali notâ dignum videtur,
Legatum conceptum non legi ſub genere gene-
raliſſimo *Bonorum omnium*, ſive *rerum omnium*,
quæ exiſterent in domo Teſtatoris, ſed relictum
reperiri genus ſubalternum, nempè *mobilium*,
quemadmodum autem Legatum primo loco 8
conceptum, reſtringendum minimè eſſet ad res
dumtaxat, quas Teſtator tamquam ſuas in domo
haberet, ſed complecteretur res etiam venales,
aut accidentaliter in domo repertas, ita viceverſ-
sâ ſecundum Legatum factum de genere ſubal- 9
terno ſupellectilium, nonniſi res, quæ erant
propriæ Teſtatoris, complectetur, ut benè inter
utrumque Legatum diſtinxit *Gabriel. conſ. 98.
num. 11.*, quam diſtinctionem, uti ſecuriorem,
ſequendam eſſe, dixit *Merlin. Pignat. contr.
for. cent. 2. cap. 65. num. 11.*, eamdemque non
obſcurè innuit *Cujac. in leg. generali §. Uxori
ff. de uſu, & uſufruct. legat. lib. 33. ff. tom.
4. part. 1. oper. poſthum. fol. mihi 1453. lit. C.*

Secundò Teſtator Legatum reſtrinxit ad mo-
bilia certi loci, domus nempè, in qua ipſe de-
ceſſiſſet = *che ſi troveranno nella caſa, dove mo-
rirà* =; In dubium autem non venit, quin cer- 10
ti loci adjectio Legatum mobilium reſtringat,
tametſi conceptum verbis univerſalibus, quæ
tali loci adjectione adeò limitari dicuntur, ut
non comprehendant, niſi ea, quæ in illo lo-
co exiſtant, ibi autem exiſtere non dicuntur, 11
quæ non ſunt ad perpetuum illius uſum parata,
*Altograd. conſ. 70. nu. 20., & ſeqq. lib. 1., Mer-
lin. Pignatt. dict. cap. 65. num. 15., & 16.*

Fortiùs verò utraque hæc reſtrictio deſum-
pta tum ex eo, quod non agatur de Lega-
to generis generaliſſimi, ſed ſubalterni, tum
etiam, quod idem factum fuerit cum certi loci
deſi-

deſignatione, urget, ſi attendatur communis
12 uſus loquendi, ut in omni diſpoſitione attendendum eſſe, monent *Cujacius in lib. 8. reſponſ. Papiniani ad leg. 3. ff. de inſtruct., & inſtrum. legat. tom. 1. oper. poſth. fol. mihi 368. ſub litera E*, *Ludovic. Bell. conſ. 15.*, *Tondut. reſol. civil. lib. 1. cap. 93. num. 18.*, *Rot. in recent. deciſ. 507. num. 3. part. 2.*, quo in ſubjecta materia
13 ſpectato, certum eſt, nomine mobilium domus, nonniſi ſupellectilem, & utenſilia domus intelligi, ut de iſtiuſmodi communi uſu in tota Italia nedum apud idiotas, ſed indifferenter apud omnes vigente teſtantur Doctores relati apud *Camerell. de legat. lib. 3. tit. de mobil. legat. quæſt. 6. fol. mihi 354.*, ſubdens, talem uſum, utpotè notorium probatione non indigere, il-
14 lumque Romæ etiam obtinuiſſe, teſtatur *Spad. conſ. 293. num. 5. lib. 3.*

At verò, ſi inſpectâ figurâ verborum, quibus Teſtator uxori ſuæ reliquit mobilia omnia domus, tale Legatum ob reſtrictivas coadjuvatas communi uſu loquendi, nonniſi de ſupellectili deſtinata perpetuo illius uſui, & perpetuò in domo manſura, intellexiſſe potuit, procul dubio ſub hujuſmodi Legato minimè comprehendentur mobilia illa, quæ pignore accepta à Teſtatore tempore obitus in ejus domo inventa fuere, vel alia, quæ negotiationis causâ, & tamquam venalia apud eum reperiebantur, nec etiam denique illa alia, quæ ad ejus nepotes pertinebant, &, nonniſi cuſtodiæ causâ penes ipſum conſervabantur.

Quod attinet ad res pignori illi datas, clara
15 eſt diſpoſitio *Text. in leg. ſuos autem ſervos 73. ff. de legat. 3.*, in qua, quum quæreretur; an ſervi pignori, hypothecæve dati, comprehenderentur in Legato ſervorum, *Ulpianus* diſtinguens ſervos à Teſtatore pignori datos, ab illis, eodem pignore acceptos, reſpondit = *eos verò, quos quis pignori, hypothecæve dedit, ſinè dubio inter ſuos legaſſe videbitur debitor, creditor nequaquam* = & conſonat alter *Text. in leg. qui habebat 101. eodem tit.*, in quo, cum dubitatum fuiſſet; an in Legato prædiorum facto Patriæ Teſtatoris ampliſſimis illis verbis = *Suaviſſimæ Patriæ meæ volo in partem ſuam dari, & ipſi ſeparatim adjudico prædia omnia quæcumque in Syria poſſideo cum omnibus in eis exiſtentibus* = etiam prædia, quæ pignori ille habuit, Patriæ ſuæ
16 reliquiſſe, videretur, *Scevola*, poſthabitis illis verbis = *omnia, & quæcumque*, = quæ amplitudine, & generalitate ſuâ mirum in modum ampliant Legatum ad res, quæ ceteroquin ſuâptè naturâ ſub eo non comprehenderentur, reſpondit; *Secundùm ea, quæ proponerentur non videri relicta: ſi modò in proprium patrimonium, quod ferè ceſſante debitore fit, non ſint redacta* = & magis præciſè hunc caſum definiendo, docuit *Papinian. in leg. legata 9. ff. de ſupell. legat.*, verbis illis = *ſupellectili ſuâ omni legatâ, acceptum argentum pignori non continebitur, quia ſupellectilem ſuam legavit* = ubi etiam *Cujac. in lib. 7. reſp. Papin. tom. 1. oper. poſth. fol. mihi 309. lit. A in fine*, ibi = *excipitur tantùm in §. Ultimo ſupellex argentea, quam Teſtator pignori accepit, vel cujuſcumque alterius materiæ non argentea modò, ſed cujuſcumque alterius materiæ ſupellex pignori accepta, quoniam hæc Legato non continetur* = Idemque expendens, ac meliori ſenſui reſtituens poſteriora illa Juris Conſulti verba = *utique ſi non in uſu creditoris id argentum voluntate debitoris fuit, ſed propoſitum propter contractus fidem, ac reſtituendæ rei vinculum* = benè ad rem noſtram declarat, res pignori datas, ſub Legato ſupellectilis non
venire, niſi pignore transferatur dominium, 17
inquiens = *Pignus non transfert dominium, niſi ſcilicet pignus fuerit in uſu, & mancipio creditoris voluntate debitoris, ideſt, niſi ſit pignus, quod veteres fiduciam vocabant, nam fiduciæ dominium transferebatur in creditorem, qua de cauſa, & eum debitor legavit ſervos ſuos, Paul. lib. 3. ſent. tit. de legat. ſcribit, non contineri ſervos, quos debitor fiduciæ dedit, qui ſui eſſe deſierunt; Ergo legatâ ſupellectile, etiam debetur Legatario ſupellex, quæ fiduciaria eſt Teſtatori. Quod eſt proprium genus pignoris, quo mutatur dominium, ſed ut ait: ſed ſi propoſitum ubi eſt, legendum oppoſitum, ſed ſi oppoſitum pignus tantùm propter contractus fidem, & reſtituendæ rei vinculum, ſi oppoſita ſit pignori ſupellex non fiduciæ genere, ſed propter contractus fidem, & reſtituendæ rei vinculum, tunc Legatum non continetur, quia non eſt in dominio creditoris. Et interim ſerva finem contrahendi pignoris propter, inquit, contractus principalis fidem, & reſtituendæ rei vinculum* = hæc præclarè ad rem noſtram in hunc *Papiniani* locum, præclariſſimus juris, legumque interpres; Cum itaque tempore obitus Teſtatoris plura in ejus domo inventa fuerint pignora, tabulæ nempè pictæ, lineæ margaritarum, aliæque his ſimiles res, hæc capi nequeunt à Legataria mobilium, cum non eſſent in dominio Teſtatoris, ſed relinquendæ ſunt penes heredem, ut ſervare poſſit fidem contrahendi pignoris propter contractus principalis fidem, & reſtituendæ rei vinculum.

Prout etiam non abſimili ratione res venales, & quæ mercimonii causâ parata, atque
inventa fuere in domo Teſtatoris, non cedunt 18
Legato mobilium domus, quia Defunctus illa in domo habuit promercii causâ, & non ut ibi eſſent, ſed ut illicò transferrentur in Emptorem, apertiſſima ſunt juris noſtri loca in dicta *leg. ſuos autem ſervos 73. ff. de legat.*, & *fideicomm.*, quo loco *Ulpianus* agens de Legato ſervorum, ait = *eum, qui venaliciariam vitam exercebat, puto, ſuorum numero non facilè contineri velle ejuſmodi mancipia, niſi evidens voluntas fuit etiam de his ſentientis, nam quos ideò comparavit, ut illico diſtraheret, mercis magis loco, quàm ſuorum habuiſſe credendus eſt* = Et prius ità reſponderat *Alphen. in leg. cum quæreretur 60. §. Lana eodem tit.*, & *leg. generali 32. §. Uxori ff. de uſu, & uſufruct. legat.*, *leg. pediculis 32. §. Item cum quæreretur ff. de aur., & argent. legat.*, Ubi cum
quæ-

quæreretur, an in Legato ornamentorum mu-
19 liebrium, à Matre facto filiæ ſuæ, comprehende-
rentur ornamenta, quæ Teſtatrix venalia ha-
buerat; *cum Teſtatrix negociatrix fuerit, Pau-
lus reſpondit, ſi Teſtatrix habuit proprium ar-
gentum, ad uſum ſuum paratum, non videri id
legatum, quod negociandi causâ venale proponi
ſoleret, niſi de eo quoque ſenſiſſe is, qui petat,
probet* = & denique, miſſis aliis, elegans eſt ſen-
tentia *Antonini Imperatoris in leg. 1. Cod. de
verb., & rer. ſignif. ſancientis = Prædiis in-
ſtructis legatis, quamvis ex fructibus vinum,
& oleum in eodem fundo habuit, tamen, ſi id
venale fuit, item ea, quæ ad tempus propter
incurſionem latronum tutelæ causâ in prædium
tranſlata ſunt, Legato non cedere, juris Aucto-
ribus placuit* =, *Cujac. ad dictam leg. Generali
32. tit. de uſu, & uſufruct. legat. tom. 4. part.
1. oper. poſth. fol. mihi 1453., Gabriel. conſ. 98.
per tot. lib. 1., Spad. conſ. 293. per tot. lib. 3.,
Altograd. conſ. 70. num. 21., & ſeqq. lib. 1.,
Ruin. conſ. 156. num. 10. lib. 3., Mantic. de con-
ject. lib. 9. tit. 6. num. 9., & 13., Covar. var. re-
ſolut. lib. 2. cap. 5. num. 3., Simon. de Prætis de
Interpret. ultim. volunt. lib. 4. dub. 8. numer. 15.
fol. 394., Rodoan. de reb. Eccleſ. non alien. rub.
13. num. 19. tract. magn. tom. 15. part. 1. fol. mi-
hi 415., Jo: dilectus de art. teſtand. titul. 6. cau-
tel. 9. num. 1. eodem tract. magn. tom. 8. part. 1.
fol. mihi 199., Caſtill. de uſufr. cap. 38. num. 27.
tom. 1., Cardin. de Luca de legat. diſc. 6. nu. 4.,
& diſc. 9. num. 3., Camerell. de legat. lib. 3. de
Mobil. legat. quæſt. 10., & quæſt. 12. fol. mihi
355., & 356., optimè Merlin. Pignatt. contr.
for. cent. 2. cap. 65.*, ubi luculenter quæſtionem
hanc examinat, *Rota coram Puteo deciſ. 20. num.
2. lib. 3., & in recent. deciſ. 282. numer. 1., &
ſeq.*, ubi *num. 4.* dicitur, venalia non cenſeri
20 eſſe in domo Teſtatoris *part. 13. recent.*, qui
omnes uno ore ex ſupra citatis juris Auctorum
ſententiis, veluti immotam regulam ſtatuunt,
quod ſub Legato mobilium certo loco exiſten-
tium numquam comprehendantur Bona vena-
lia, & quæ promercii causâ ibi Teſtator ha-
21 buit, niſi perſpicuè doceatur, aliam fuiſſe il-
lius mentem, iſtiuſmodi onus transfundendo
in Legatarium, quippè heres pro non compre-
henſione intentionem ſuam ſatis fundaſſe dici-
tur in regula juris, quæ ipſi favet, ab eaque
recedendum minimè eſſe, dicunt, niſi quando
22 Legatum conceptum legitur ſub genere genera-
liſſimo *rerum*, & *Bonorum omnium*, aut verbis, &
clauſulis, amplitudine ſuâ promercalia etiam con-
23 tinentibus, aut quando denique illud inutile,
& fruſtratorium redderetur, niſi venales etiam
res complecteretur. Retentis igitur his certiſſi-
mis regulis, evidens, & apertum redditur, ſub
Legato mobilium, de quo agitur, minimè
contineri vaſa olei, deſtinata lanificio, quod
exercebatur à Teſtatore, ſed illa pertinere ad
heredem, ad quem cum univerſa hereditate il-
lud delatum fuit.

Nec obſtat, quod ſaltem ex dicto oleo de-
menda ſit quantitas illa, quæ uſui domus, &
familiæ ſufficere poſſit, juxta ea, quæ tradunt 24
*Camerell. dict. quæſt. 10. ſub num. 3. verſ. ego
ſemper in fin., Spad. dict. conſ. 293. num. 6. lib. 3.*,
aliique plures, qui facilè in contrarium allegari
poterunt: Huic enim objecto duplex occurrit
reſponſio. Prima eſt, quod id procedere poſ-
ſet, ſi ageretur de fructibus collectis ex prædiis
Teſtatoris, & in doliis, atque horreis recondi-
tis, quorum tantummodò reliquias, ſuperextan-
tes uſui domus, Teſtator venales habere conſue- 25
viſſet, hoc enim caſu colore aliquo dici fortè
poſſet, illos nomine mobilium domus contineri,
nam & hi quoque fructus domum inſtruere, &
illius inſtrumenta eſſe viderentur, & in hoc
ſenſu loquuntur *jura*, & *auctoritates*, quæ in
contrarium allegari poſſunt; At aliter res ſe ha-
bet in caſu noſtro, in quo agitur de oleo pro- 26
mercali empto à Teſtatore, ut eo uteretur in
lanificio, quod exercebat, ideoque illud ad-
numerandum erat inter inſtrumenta tabernæ la-
nariæ, non autem inter illa domus, niſi exad-
verſo probetur, quod aliqua ſaltem ex parte ad
uſum etiam domus deſtinatum eſſet, ut innuit 27
Spad. loc. citat., quod tamen, etſi probare-
tur, non urgeret ob alteram ſpecialem ratio-
nem concurrentem in noſtra hypotheſi, nam 28
Teſtator, præter mobilia, habitationem, cete-
raque pro commoda ſubſtentatione neceſſaria,
pinguia etiam cibaria uxori, & filiabus legavit,
in hanc cauſam relinquendo ſcut. 30. menſtrua
pro *pane*, *vino*, & *companatico*, cum autem
companatico, latinè obſonium, dicatur quid- 29
quid in cibo præter panem, & vinum additur,
Gloſſ. margin. in leg. Legatis 65. ff. de legat. 3.,
& ex *Vocabulario Chruſcha* verb. *companatico =
ſi dice, di tutte le coſe, che ſi mangiano col pane* =
Teſtator in hujuſmodi Legato comprehendiſſe
cenſetur oleum etiam ad uſum familiæ neceſſa-
rium, ideoque veriſimile non eſt, in eamdem
cauſam relinquere voluiſſe partem olei, quod
tamquam inſtrumentum tabernæ lanariæ ha-
bebat, bis enim in eamdem cauſam legaſ-
ſe, ideoque Legatum ſemel, atque iterum 30
diſtinctim reliquiſſe cenſeretur, quod adver-
ſatur omnibus regulis, quibus in ſubjecta ma-
teria utimur.

Ex his rationibus plana quoque redditur reſo-
lutio, quod nomine Legati mobilium, quæ re-
perirentur in domo Teſtatoris, nullo pacto venire
queat vinum proprium heredum, quod cuſtodiæ 31
causâ à Teſtatore in ſua cellavinaria conſerva-
batur, nam ſi, ut ſuperiùs probavimus, in Lega-
to, minimè concepto ſub genere generaliſſimo
rerum, & *Bonorum*, ſed facto ſub genere ſubal-
terno mobilium, reſtricto inſuper deſignatione,
atque indigitatione certi loci, communi uſu lo-
quendi non comprehenduntur pignora, res ve- 32
nales, aliaque his ſimilia, quæ, utpotè acciden-
taliter, & ex temporaria cauſa in domo exiſten-
tia, ibi permanere minimè dicuntur, quantò
minùs ſub ſimili Legato contineri dici poterunt 33
res alienæ, & quæ nullo pacto erant de dominio

Teſtatoris, licèt enim regulare ſit, quod non
ſolum rem ſuam, vel heredis, ſed alienam etiam
34 Teſtator legare poſſit, *leg. ſi res obligata 57. ff. de
legat. 1. §. Non ſolùm inſtit. eodem tit.*, *Camerell.
de Legat. lib. 3. quæſt. 1. & ſeq. fol. mihi* 179., at-
tamen æquè certum eſt, eum numquam præſu-
35 mi rem alienam legare voluiſſe, argumento
Text. in leg. ſervi §. Cum fundus, ubi ſcribentes
ff. de legat. 1., *& leg. ſi domus §. Etiam eod. tit.*,
Gomez. var. reſol. tom. 1. cap. 12. num. 15., *Craſſ.
de ſucceſſ. in §. Legatum quæſt. 14. n. 9.*, *& ſeq.*,
Card. de Luc. de legat. diſc. 15. num. 7. & 8., niſi
36 ex conjecturis de ejus veriſimili mente conſtet,
Rot. coram Millin. dec. 19. in fin., præſertim, quan-
37 do, ut in noſtra hypotheſi, non agitur de re alie-
na, nominatim à Teſtatore legata, ſed res eſt de
generico Legato mobilium, quæ ille domi habe-
bat, ſub quo non comprehendi res alienas, vel
38 ſui heredis, inter mobilia Teſtatoris in ejus do-
mo repertas, tradiderunt *Menoch. de præſumpt.
lib. 4. præſumpt. 117. num. 10.*, *Camerell. de le-
gat. lib. 3. quæſt. 3. num. 14. fol. mihi* 181.

Certòque certius in noſtra hypotheſi ob du-
plicem validiſſimam rationem reſultantem,
tum ex ipſo teſtamenti loco, in quo bon. mem.
Jo. Paulus mobilium Legatum reliquit, tum
etiam ex toto contextu teſtamentariæ diſpoſitio-
nis, ex quorum utroque perſpicuè dignoſcitur,
nonniſi de ſupellectili neceſſaria ad uſum uxo-
ris, & familiæ in d. Legato mobilium intelle-
xiſſe; Ipſe enim his verbis, aliàs relatis, uxori
ſuæ legavit *tutti li mobili*, *cioè tanto quelli*, *che
ſi troveranno nella caſa*, *dove morirà eſſo ſignor
Teſtatore*, *quanto gl'altri da comprarſi, come ſopra;*
at verò, ſi, cum juſſit, quod erogarentur ſcuta
150. pro emendis aliis mobilibus, id fecit, ut
ampliaretur domus ſupellex, & ſupplerentur ea,
quæ fortè deerant commodo, ſive neceſſario
uſui familiæ, dicendum eſt, quod, relinquendo
tutti li mobili &c., *che ſi troveranno nella caſa*,
ſenſerit de mobilibus, quæ pariter pro uſu do-
39 mus ab ipſo retinebantur, dictio enim illa *tàm*,
& quàm, *cioè tanto quelli*, *che ſi troveranno*,
quanto gli altri ordinati, ſignificant quamdam
æquiparationem, & ſimilitudinem qualitatis,
Barboſ. tract. var. de diction. uſu freq. dict. 400.
ſub num. 1.; Ideòque intelligere nequivit de
mobilibus, caſu domi inventis, & quæ numquam
à Teſtatore pro ſuis habita, ſuoque perpetuo uſu
retenta fuere.

Et ſi fortè replicetur, eumdem pro domus ſuæ
ornatu retinuiſſe quaſdam tabulas pictas ſuorum
heredum, ideòque eaſdem ad ſuum uſum deſti-
natas cenſendas eſſe, facilè objectum ſubmove-
bitur animadvertendo, quod Doctores quæren-
40 tes, an ſub Legato mobilium domus veniant res
alienæ, in ea repertæ, ſemper conſiderant perpe-
tuam permanentiam; & deſtinationem, non
autem temporarium uſum rei ad alium perti-
nentis, quæ ſemper accidentaliter, & ad nutum
Domini revocabiliter in ea manſiſſe dicitur, ideo-
que iſtiuſmodi precarius uſus nullo numero ha-
bendus eſt ad effectum ampliandi Legatum ad
res alienas.

Altera, & quidem validior ratio elicitur ex
eo, quod, ſi, ut ſupra probavimus, quando agitur
de Legato reſtricto ad genus ſubalternum mobi-
lium dumtaxat, adjectione inſuper loci, & com-
muni uſu loquendi limitato ad ſupellectilem
tantummodò deſtinatam uſui domus, ſub illo
contineri nequeunt res promercales pignori datæ
Teſtatori, & alienæ, *niſi evidens voluntas fuit* 41
etiam de his ſentientis, nempè Teſtatoris, ut re-
ſpondit *Ulpian. in d. leg. ſuos autem ſervos ff. de
legat. 3.*, niſi concurrant ampliſſima verba, quæ
ſalvâ ratione recti ſermonis aliter verificari non
poſſint, quàm, præter mobilia propria Teſtato- 42
ris, iſtiuſmodi etiam res ſub ſimili Legato com-
prehendendo, & niſi denique Legatum inutile
prorsùs redderetur, ſi à rebus propriis Teſtatoris 43
ſeparandæ eſſent res alienæ, aut accidentaliter
in ejus domo inventæ, quâ ratione in noſtra
hypotheſi Legatum, de quo agitur, extenden-
dum erit ad res, de quibus eſt controverſia,
quando ex toto contextu diſpoſitionis patet, Te-
ſtatorem nihil aliud in votis habuiſſe, quàm
uxori ſuæ parare omnia ea, quæ neceſſaria erant
ad commodam, & honeſtam vitæ ſubſtentatio-
nem, eidem, præter alimenta, & habitationem,
relinquendo etiam mobilia neceſſaria pro inſtru-
enda domo, quæ procul dubio ſatis inſtructa
cenſenda erit pro muliere, viduilem vitam du-
cturâ, quando Teſtator ultra mobilia, cum qui-
bus ipſe vivens domum pro tota ſua familia in-
ſtruxit, reliquit alia comparanda pretio, ab ipſo
deſignato, hoc enim caſu cum Legati ſubſtantia
rectè adimpleri poſſit, illudque non fruſtrato-
rium, ſed utilliſſimum futurum ſit Legatariæ,
quæ nullo pacto docet de contraria voluntate 44
Teſtatoris, nulla urget ratio, ut contra omnes
juris regulas extendatur ad res alienas, pignora,
aliaque promercii causâ in illius domo inventa.

Nec obſtant ea, quæ in contrarium ponderari
poſſunt, quod nempe agatur de Legato conce-
pto verbo univerſali *tutti li mobili*, quia dictum
ſignum univerſale *tutti* adjectum Legato reſtri-
cto ad mobilia, in certo loco exiſtentia, illud ex-
tendere nequit ad res venales alienas, & caſu in 45
dicto loco repertas, *Altograd. d. conſ. 70. nu. 22.
& ſeqq.*, ubi ait, requiri verba, & clauſulas ma-
gis amplas, nempe = *quoquomodo*, *quomodocum-* 46
que, *cujuſcumque qualitatis* =, aliaque his ſimi-
lia, *Merlin. Pignatt. d. cap. 65. num. 11. & ſeq.*
ſubdens *num. 28.*, id procedere, etiamſi agatur de
Legato, facto uxori, quam non venire, ait, 48
appellatione conjunctæ perſonæ, idemque benè
præ aliis examinat, atque conciliat illa juris lo-
ca, quæ pro contraria ſententia, & favore uxo-
ris afferri poſſunt.

Expeditì à primo Dubio, proficiſcimur ad ſe-
cundum, in quo quæritur, an D. Cæcilia juſtâ ra-
tione ſe opponere poſſit deſcriptioni mobilium,
ab herede faciendæ in ſolemni inventario; Et
quidem cum me lateat, cur eadem iſtiuſmodi de-
ſcriptionem impedire ſatagat, libenter ſcirem,
an eâ, ulla ex parte minuendum ſit Legatum, ipſi
factum, & an iſto actu conſumenda, aut eidem
ſubripienda ſint mobilia, quæ conſequi debet ex
ju-

Digitized by Google

judicio Teſtatoris; Si enim aliquod ſimile præ-
48 judicium, vel periculum ex d. deſcriptione ipſi
impenderet, rectè illi ſe opponeret.

Contra verò ſi alia heredem non cogeret ra-
tio, quàm illa pleniſſimè obſequendi voluntati
49 Defuncti, rectè mobilia omnia in inventario
deſcribere curaret, quippe eum ſummoperè ur-
get expreſſum præceptum Teſtatoris jubentis §.
49. ſui teſtamenti, *che de' ſuoi beni ereditari,*
de' quali ſubito ſeguita la ſua morte, ordina, e
vuole, che ſi faccia un'eſatto inventario, eccettua-
tene ſolamente le robe eſiſtenti ne' ſudetti due
negozi, come ſopra, quod quidem exactum, di-
ligenterque confectum inventarium fieri manda-
vit, ob rationem illam præcedenter expreſſam,
ut nempè *la preſente diſpoſizione ſortiſca in tut-*
to, e per tutto il ſuo effetto, e che li ſuoi Beni ri-
manghino ſempre nella ſua agnazione a bene di tut-
te, e ſingole perſone chiamate, e compreſe nella
preſente primogenitura; Qua de re Teſtator
eadem oratione, quâ prohibuit detractiones om-
nes, & alienationes, præcepit, ut accuratum
conficeretur inventarium, quale profectò dici
nequiret illud in quo nulla deſcripta reperiren-
tur mobilia, attentâ præſertim poſtremâ *Sacræ*
50 *Rotæ* opinione in una *Romana Pecuniaria*,
11. *Maii 1706. coram R̃mo Molines Decano*,
juxtà quam vix ulla adhiberi poterit diligentia,
quæ ſufficiat legali conficiendo inventario.

At prætereà juſtè heres dd. mobilia deſcribe-
51 re vult in inventario, non ſolùm, ut ſemper il-
lius beneficio juvari poſſit, ſed ut etiam de eis
d. rationem reddere queat vocatis ad primoge-
nituram, nam, licèt Teſtator mobilia omnia,
quæ reperirentur in domo, in qua ipſe morieba-
tur, reliquerit uxori, attamen cum contingere
poſſit, quod hujuſcemodi Legatum, utpotè Le-
gatariæ relictum ſub conditione reſolutiva non
tranſeundi ad ſecundas nuptias, eà deficiente re-
ſolvatur, atque revertatur ad hereditatem, jus
52 iſtud licèt eventuale deſcribendum eſt in inven-
tario hereditario, in quo jura omnia activa,
& paſſiva hereditaria adnotanda ſunt, *Rot. Ja-*
nuen. dec.27. num.1. apud Balducc. in collect. de-
ciſ., & rer. judicat. tit. 4., juxtà quam ſi expri-
menda eſt qualitas iſtorum jurium recta, ratio
poſtulat, ut non ſolùm in inventario ſingillatim
deſcribantur per numerum mobilia omnia, quæ
aliquando reverti poſſunt ad hereditatem, ſed
oportet, ut adnotentur cum ſufficientibus demon-
ſtrationibus, quibus eorum qualitas deprebendi
53 poſſit, ea ſcilicet deſcribendo, ut ajunt, cum
pondere, numero, & menſura, ad latiſſimè de-
ducta per *Rotam in d. Romana Pecuniaria, ſeù*
locorum montium §.36. cum plurib. ſeqq.

Nilque turbat reſponſio, quod heres ſi dili-
gentem hanc, & accuratam mobilium deſcri-
ptionem peragere vult, ut inventarii beneficio
ſe tueri poſſit adverſus Creditores, futilis ſit
prætextus iſte, eum nullo pacto in hac opulen-
tiſſima hereditate emergere poſſit æs alienum,
quo nedum Defuncti, ſed heredis etiam patri-
monium abſumatur; Si verò eamdem conficere
optat; ut eo juvetur adverſus vocatis ad primo-
genituram, &, præterquam quod eidem ſuffra-
garetur ſolemnis dd. mobilium deſcriptio, juxtà 54
præceptum Teſtatoris facienda in actu, quo illa
D. Cæciliæ tradentur, *Rot. Januen. deciſ.28.*
num.30. d.tit.4. apud Balducc., dicitur, quod, li-
cet heres gravatus teneatur fideicommiſſario
reddere rationem de omnibus Bonis, & rebus in-
ventis in hereditate, non teneatur tamen inven-
tarium conficere, niſi idem heres fideicommiſ- 55
ſarius pro illius confectione inſtet, ut proſequitur
Rot. in dict. Romana Pecuniaria ſeù locorum
Montium §.22.

Replicatur enim, quod hæc procedere poſſent,
ſi non urgeret præceptum Teſtatoris jubentis,
ſolemne, & accuratum confici inventarium, &
heres nollet illud conficere, at, cum Teſtator id
præceperit, & heres uti velit beneficio Legis,
nulla juſta ratio afferri poſſe videtur, ob quam 56
D. Cęcilia prohibere poſſit hujuſmodi deſcriptio-
nem, quâ ille obſequitur Legi, adimplet volun-
tatem Defuncti, & magis tutum, cautumque
ſe reddit, cumque modò non verſemur in caſu,
quo res amplius non ſit integra, quia nempè aga-
tur de tuendo herede, qui inventarium omiſerit,
ſed re integrà, &, ut dicitur, in fieri, ac heres ad
mentem legis, & Teſtatoris, qui pro vocatorum
indemnitate confectionem inventarii præcepit,
illud conficere velit, prohibendus non eſt, quin 57
illum peragat eo magis ſolemni, & diligenti
modo, quo perfici idem poteſt.

Reliquum modò eſt, ut agamus de poſtremo
Dubio, cautione ſcilicet Mutianà, quæ ante Le-
gati traditionem, atque aſſecutionem a Legataria
præſtanda videtur; In hac quæſtione, quam du-
biam dixit *Bald. conſ.267. num.4. lib.5.*, multæ 58
inter heredem, & Legatariam excitari poſſent
controverſiæ, quippè verſamur in interpretatio-
ne voluntatis Teſtatoris, num ſcilicet conditio
viduitatis ab eo appoſita Legatis relictis uxori
ſuæ, vim habeat conditionis ſuſpenſivæ, vel po-
tius reſolvatur in modum, ſive veriùs in condi-
tionem reſolutivam? Primo enim caſu conditio,
ut potè adjecta origini Legati, illius acquiſitio- 59
nem ſuſpenderet, donec conditio adimpleatur,
ideoque requireretur Cautio Mutiana, per quam
ſatis fieri dicitur hujuſmodi conditioni negativæ 60
non tranſeundi ad ſecundas nuptias, in quam
reſolvi dicitur conditio ſervandi vitam vidui- 61
lem, affirmativis verbis concepta, per ea, quæ
tradit *Rot. deciſ.241. num.35., & ſeq. part.5.*; At
verò cum in ſecundo caſu conditio viduitatis
non origini, ſeu acquiſitioni Legati, ſed illius
durationi appoſita dicatur, tunc non requiritur
Cautio Mutiana, ſed ſolvi debet Legatum, do- 62
nec durat non nubendi voluntas, ut benè diſtin-
guit *Sperell. deciſ.159. num.23.*, inquiens, ver-
ba = *vitam duxerit viduilem* =, aliaque his ſimi- 63
lia non inducere perpetuam viduitatem.

Hujus autem quæſtionis effectus eò præcipuè
pertinet, ut primo caſu Legataria contraveniendo
voluntati Defuncti, & conditionem non adim-
plendo, fiat retrotractio, & Legatum uſque ab
initio pro non ſcripto habeatur, eam illo indi-
gnam retro declarando, quo fit, ut Legatum
una

unà cum fructibus perceptis non quidem à die
contraventionis, ſed à die obitus Teſtatoris re-
64 ſtituere teneatur, cenſeturque retrò non fuiſſe
Legataria, ſemperque malæ fidei poſſeditrix ex-
titiſſe, *Sperell. deciſ.159. num.25., clar. me. Card.
de Luc. de ſervit. diſc.51. num.13.*, & latè *Mer-
lin. Pignatt. contr. for. cent.2. cap.40.*; aliter
verò res ſe habet in ſecundo caſu, in quo per
contraventionem ceſſat dumtaxat Legatum, &
65 conditio illius durationi, non autem acquiſitio-
ni ex voluntate Teſtatoris adpoſita dicitur.

Cujus porrò voluntatis interpretatio, licèt
ſemper difficilis, & ambigua eſſe ſoleat ob plu-
66 rimas difficultates, quæ in ea inveſtiganda,
aſſequendaque incidunt, ut in propoſito obſer-
vat *Merlin. Pignatt. contr. for. cent.2. cap.40.
num.1., clar.mem. Card. de Luc. de ſervit. diſc.51.
num.10.*, inquiens, in ſubjecta materia, tota pen-
67 dente à Teſtatoris voluntate, certam, & deter-
minatam regulam ob ingeniorum varietatem
conſtitui non poſſe; attamen, quia heres, & Le-
gataria rem æqui, bonique ratione dirimere,
ac tranſigere volunt, & ille Patrui, Authoriſ-
que ſui uxorem litibus minimè involuere curat,
ſed undequaque fidum obſequium illius volun-
tati exhibendo, ità ſincerà ac plenà fide Relicta
omnia præſtare vult Legatariæ, ut tamen ſarcta,
tectaque ſerventur jura primogenituræ, prout
impenſo ſtudio optavit Teſtator; Idcirco hoc
conſilio, mentiſque propoſito firmiter retento,
ſi de cautione Mutiana agatur ad effectum de-
terminandi, an D. Cæcilia convolans ad ſecun-
das nuptias teneatur reſtituere omnia ex judicio
Teſtatoris percepta, omniaque ea, quæ illi
prò ſua commoda, ac ſplendida ſubſtentatione
à viro relicta fuerunt, & in hac quæſtione relictis
ſubtilitatibus, juxtà planiores juris noſtri regulas
rem examinando, verius eſſe crederem, eam-
dem nullo pacto teneri ad d. cautionem preſtan-
dam, utque id faciliùs perſpici poſſit.

Statuendum primò erit, non eſſe paris, ejuſ-
demque conditionis Relictum illud, quod in
propoſita ſpecie jure inſtitutionis fit, cum eo,
quod relinquitur ex cauſa Legati; Siquidem he-
redis inſtitutio, quæ continet in ſe hereditatis
68 acquiſitionem, capax non eſt conditionis reſolu-
tivæ, quia debet eſſe pura, & perpetua, nec
poteſt eſſe annua, quo fit, ut ſuſpenſivam tan-
69 tùm conditionem admittat; At cum res eſt de
Legatis, quæ ſuàpte naturà pura, & annua æquè
eſſe poſſunt, rectè eiſdem applicatur earum con-
ditionum diſtinctio, & non minùs ſub ſuſpenſi-
70 và, quàm ſub reſolutivà etiam conditione re-
linqui poſſunt, ut benè explicat *Merlin. Pignatt.
contr. for. cent.2. cap.40. num.18., & 19., Spe-
rell. d. deciſ.159. num.23., & ſeq., Card. de
Luc. de ſervit. d. diſc.51. num.13.*, hac itaque
retentà regulà, certum eſt, quod quæſtio
noſtra non verſatur in primo caſu, cum
D. Cæcilia nullo pacto inſtitutionis titulo hono-
rata fuerit, ſed agitur de ſimplicibus, & meris
Legatis, quibus licèt conditio adjici poſſit, tàm
per modum ſuſpenſivum, qui ante præſtitam
71 cautionem Mutianam impediat illius origi-
nem, atque aſſecutionem, quàm etiam per
modum reſolutivum, qui, deficiente quando-
cumque conditione, adimat Legatum jam quæ-
ſitum; nihilominus, cum res iſta tota pendere
dicatur à conjecturata mente Teſtatoris, ejuſque
voluntate, etiam tacita, *Sperell. d. deciſ.159.* 72
num.38.; aliique ſuperiùs relati, ad conjectu-
ras recurrendum erit.

In noſtra autem hypotheſi ad illas devenien-
do, conditionem viduitatis reſolutivè, non au-
tem ſuſpenſivè adjectam fuiſſe Legatis, de qui-
bus quæſtio eſt, primò ſuadere videtur regula,
quâ in dubio quamlibet diſpoſitionem potius ſub
modo adimplendo, vel, quod idem eſt ſub con-
ditione reſolutiva, quàm ſub conditione ſuſpen-
ſiva factam eſſe, præſumi debet, *Merlin.Pignatt.* 73
d. cap.40. num.22., & ſeq.

Secundò urget impenſius amor, quo Teſta-
tor uxorem ſuam proſequi profeſſus fuit, illum
enim non ſolùm declaravit, eis verbis §.16., in
quo poſtquam diſpoſuerat ea omnia, quæ animæ
ſuæ favorem reſpiciebant, ait = *Paſſando ora il
medeſimo Sig. Teſtatore alla diſpoſizione de' ſuoi
Beni temporali, rivolge il ſuo primo penſiere alla
Sig. Cecilia Benaglia ſua dilettiſſima Conſorte, è
piacendo alla medeſima di rimanere in ſtato vedo-
vile &c.* =, ſed lungè clariùs eumdem elicimus,
tum ex ingenti numero Legatorum, mobilium
nempè, ceterorumque omnium, quæ ad ſplendi-
dum vitæ cultum neceſſaria erant, tum & ex
cauſa, ob quam adeò munificum erga illam ſe
exhibere dixit in §.18. = *è rimanendo ſola la ſu-
detta Sig. Cecilia ſua Moglie, in ſtato però vedo-
vile, perchè deſidera di dare alla medeſima qual-
che contraſegno della ſua diſtinta riconoſcenza,
per l' affetto in ogni tempo dimoſtratole, e per il
compatimento, è carità uſate nelle ſue connatura-
li, che accidentali imperfezioni; Perciò diſpo-
ne, & ordina, che in tal caſo la ſua eredità deb-
ba darle il mantenimento della Carrozza, ed ogn'
altra coſa neceſſaria ſecondo il ſuo grado &c.* =
Quibus ex verbis maximà notà dignis, cum
reſultet argumentum omnium ſupereminens, 74
tùm eximiæ dilectionis, tùm etiam grati animi,
erga amantiſſimam uxorem, quæ ſibi tùm in
ægritudine, quà diù languerat, tùm in orbitate,
quà à pluribus annis affligebatur, unicum ſola-
tium extiterat, juſta ratio poſtulat, ut favore
benemeritæ uxoris largior, benignorque Lega-
ti interpretatio fieri debeat, *Merlin. Pignattell.* 75
d. controv.40. num.24.

Conſonat his figura verborum, quâ idem Le-
gatum conceptum legitur, Teſtator enim uſus
minimè fuit verbis illis negativis, *ſi non nupſe-
rit*, vel affirmativis, *ſi vitam viduilem ſerva-
verit*; quæ regulariter adhibentur, cum Reli- 76
ctum fit ſub conditione ſuſpenſivà, ſed in §.
16. ſui teſtamenti ait = *E piacendo alla medeſima
di rimanere in ſtato vedovile* = rurſus in §.18. =
*Collocate poi, che ſaranno tutte le ſudette figlio-
le, e rimanendo ſola la ſudetta Signora Cecilia
ſua Moglie in ſtato però vedovile*, = & denique in
§.20. agens de Legato mobilium dixit = *ſervan-
do vita vedovile.* = Cum itaque Teſtator ubique
Le-

Digitized by Google

Legatis uxoris ſuæ relictis, viduitatis conditio-
nem adjecerit, verbo illo gerundio = *Piacendo*,
77 *rimanendo*, e *ſervando vita vedovile*, magis
illius menti conforme videtur dicere, quod di-
ctum gerundium diſtributivam potiùs, ſeù re-
ſolutivam, quàm ſuſpenſivam conditionem im-
portet, cum regula faveat uxori, ut, quoties hu-
juſmodi gerundia in dictionem diſtributivam
donec reſolvi poſſunt, conditionem non infe-
78 rant, ſed Legatum purè à principio debitum,
contractis ſecundis nuptiis, reſolvatur, ut do-
cuit *Bald. conſ.*267. *nu.*4. *in fin.*, ibi = *In quo ma-
gis videtur inclinare voluntas ipſius Teſtatoris* =
*lib.*5., cum aliis, quos latè referunt *Merlin. Pi-
gnatt. dict. cap.* 40. *nu.*32., *& ſub num.* 43. *verſ.
ejus deciſionis*, *Rodulph. allegat.* 146. *num.* 9.,
qui *num. ſeqq.* declarat Auctoritates, quæ in
contrarium poſſent allegari, quod pariter præ-
ſtiterat *Merlin. Pignatt. num.*19.

Nullumque negotium faceſſit, quod Teſta-
tor *in dicto §.* 20. ſui teſtamenti agens de Le-
gato uſus cujuſdam lineæ margaritarum, & alia-
rum gemmarum, dixerit = *vuole, che, ſervata
anche la condizione ſudetta, abbia il ſolo uſo ſua
vita durante*, = quibus verbis innuiſſe videtur,
quod viduitatem tamquam conditionem Lega-
tis adjiciebat; conditionem namque voluntas
79 facit, non ſermo, ut etiam mens eſt, quæ mo-
dum facit, non oratio, non lingua, *Cajac. ob-
ſerv. lib.*14. *cap.*25. *tom.* 1. *oper. prior. litera D.*,
& E, *& in lib.* 17. *quæſt. Papin. ad leg. Titio
centum §. Titio genero tom.* 1. *oper. poſth. fol. mi-
hi* 473. *literâ E*, & vox illa *conditio* ex jam di-
80 ctis, ſuſpenſivè, ac reſolutivè accipi poteſt, ideo-
que ſi ex conjecturis appareat, Teſtatorem vidui-
tatem per viam modi reſolutivi Legato appo-
81 ſuiſſe, modum injunxiſſe cenſebitur, etſi in eo
imponendo adhibuerit verbum illud *Conditio*,
*Merlin. Pignatt. dict. cap.*40. *num.*23.; Certiùs,
concurrentibus in eadem oratione verbis illis
82 participii temporis = *ſua vita durante* =, tempo-
rum dinumerationem continentibus, ut proſe-
quitur *idem Merlin. num.*25.

Et denique, miſſis aliis plurimis argumentis,
quæ ad aſſumptum confirmandum congeri faci-
lè poſſent, plurimùm urgere videtur, quod Te-
ſtator in caſu contraventionis, tranſitus nempè
ad ſecundas nuptias, proceſſit per viam priva-
tionis, ſive ademptionis Legati, ibi = *ordina, e
vuole, che reſti totalmente priva del Legato de
mobili, & argenti, e gioje &c., quanto anche
della commodità di carrozza, & altro, come ſopra,
laſciatoli per il di lei mantenimento* = cum autem
privatio ſupponat habitum, & ademptio Lega-
ti facta in caſu non ſervatæ viduitatis, veluti ne-
83 ceſſarium antecedens, ſupponat, illud fuiſſe pu-
rè ab initio quæſitum, dicendum idcircò eſt, Te-
ſtatorem uxoris voluntati remiſiſſe viduitatem,
& ſecundas nuptias ei permiſiſſe, ſed tamen ex
ipſarum die ademiſſe Legatum, duraturum do-
84 nec duraret voluntas uxoris permanendi in vi-
duitate, *Merlinus Pignatt. dict. cap.*20. *nu.*26.,
*Card. de Luca de ſervit. diſc.*51. *num.*15.

Sed longè magis valet illud, quod Teſtator
uxori ſuę in caſu ſecundarum nuptiarum non ſo-
lum præſervavit Legatum quoque partis cujuſ-
dam vineæ ſuæ, verum, quod magis eſt, illam
honoravit alio non exiguo Relicto, diſponens = *e
riſpetto alla detta Signora Cecilia nel ſecondo de
detti caſi intende, e vuole, che li ſi abbia à reſti-
tuire la ſua dote di ſcudi* 2000., *e pagarſeli il
quarto dotale a tenore dello Statuto con altri ſcu-
di* 500., *che vuole li ſi paghino dalla ſua eredità
per una ſol volta* = Ex hujuſmodi autem Legato
ſubrogato loco illius, uxori tranſeunti ad ſecun-
das nuptias adempti, validiſſimum procul du-
bio reſultat argumentum, quod Teſtator non 85
ſub conditione ſuſpenſivâ, ſed reſolutivâ lega-
re voluerit, ut obſervat *Merlin. Pignatt. dict.
cap.* 40. *nu.*27. *&* 28., quod quidem argumen-
tum rei, quaſi dicam, evidentiâ confirmat,
hanc fuiſſe illius voluntatem, ſi animadverta-
tur, quod, ſi conditio viduitatis appoſita fuiſſet
per viam conditionis ſuſpenſivæ reſiſtentis ac-
quiſitioni, & origini ipſius Legati, in caſu
contraventionis, Legatum uſque ab initio prò
non ſcripto haberetur, illoque uxor indigna
declararetur, fieretque locus retrotractioni,
cujus virtute Legataria teneretur ad reſtitutio-
nem perceptorum, non quidem à die ſecunda-
rum nuptiarum, ſed à die obitus Teſtatoris, per- 86
indè ac ſi numquam fuiſſet Legataria, ut alibi
diximus, & docent *Auctores* omnes, qui de hac
quæſtione agunt, tradentes, quod, quando agi-
tur de Legatis relictis ſub hujuſmodi conditio-
nibus ſuſpenſivis reſiſtentibus eorum acquiſitio-
ni, à Juriſconſulto inventa fuit cautio mutiana,
quæ favore Legatarii, ut nempè Legatum ce-
leriter conſequi poſſit, habeatur loco imple- 87
menti, & conſulatur indemnitati heredis, per-
ceptorum reſtitutionem conſequi debentis; At
verò ſi mens Teſtatoris fuiſſet ſub iſtiuſmodi
conditione ſuſpenſivâ, atque obligatione reſti-
tuendi percepta, tot Legata uxori ſuæ relinque-
re, quâ juſtâ ratione dici umquam poſſet, quod
eidem in caſu contraventionis non ſolùm præter
ſervaverit Legatum vineæ, ſed prætereâ reli-
querit ſcut. 500.; præſertim, quando ſciebat, uxo-
ris dotem non excedentem quantitatem ſcut.
2000., breviſſimi temporis ſpatio abſumendam
fore Legato rerum omnium prò illius ſubſtenta-
tione relictarum, cujus favore gravavit = *la ſua
eredità debba darli il mantenimento della carroz-
za, & ogn' altra coſa neceſſaria, ſecondo il ſuo
grado* =; ſi itaque in caſu non ſervatæ viduitatis
voluit, uxorem ſuam, præter dotem, alia emolu-
lumenta conſequi, dicendum procul dubio eſt, 88
eidem tot Legata minimè reliquiſſe ſub condi-
tione ſuſpenſivâ, pro ſui adimplemento requi-
rente cautionem mutianam, per ea, quæ in pro-
poſito obſervat *clar. mem. Cardin. de Luca dict.
diſc.* 51. *num.*15. *verſ. & magis ſtringebat*, pro-
ut reverâ hæc animadverſio magis ſtringere vi-
detur in noſtra hypotheſi, in qua Teſtator in
caſu tranſitus ad ſecundas nuptias, nihil aliud 89
quàm mobilia ab uxore ſua reſtituenda eſſe, co-
gita-

Digitized by Google

gitavit, ut perſpicuè innuunt verba illa = *come ſopra, ordinu, e vuole, che reſti totalmente priva tanto del Legato de mobili, argenti, e gioje; per il qual effetto debba de ſudetti argenti, e gioje ſolamente farſi nota nell'atto della conſegna, quanto anco dellu commodità di currozza, & altro, come ſopra, laſciatoli per il di lei mantenimento* = Ex his enim verbis patet, quod Teſtator, quod attinet ad mobilia; quia iu caſu oon ſervatæ viduitatis in mente habebat uxorem ſuam obligare ad illorum reſtitutionem, heredi ſuo faciendam, idcirco illam obligavit ad eorumdem ootulam conficiendam; vice autem verſâ, quod attinet ad reliqua, dicendum eſt, quod, quia poſt bonâ fide couſumpta ea, quæ ab uxore in ſtatu viduitatis percepta fuiſſent, illam noluit ad eorum reſtitutionem adſtriugere, omiſerit uxori (injungere ouus faciendi illorum deſcriptionem.

Licèt autem ex rationibus hactenus deductis cenſeam, conditionem viduitatis nou ſuſpenſivè, ſed reſolutivè adjectam fuiſſe Legatis fa-
90 ctis D. Cæciliæ, ideoque eamdem minimè teneri ad præſtandam cautionem mutianam, idque procedere etiam credam reſpectu Legati mobilium, pro quo militare videntur rationes omnes ſuperiùs relatæ, attamen, quia Teſtator io caſu contraventionis illa reſtitui, expreſsè mandavit, & in eiſdem conſiderari nequit, prout in aliis, ratio conſumptionis bonâ ſide factæ; in dubium minimè venit, quin reſpectu illorum à D. Cæcilia præſtanda ſit generalis illa cautio, quæ datur à quolibet Legatario de utendo, &
91 fruendo &c., & quæ capit reſtitutionem Bonorum in caſu etiam ceſſationis Legati reſultantis ex contraventione, ſatiſque erit, quod hæc præſtetur in actu adipiſcendi poſſeſſiouem Le-
92 gati, abſque neceſſitate eam præveniendi, *Card. de Luca de ſervit. dict. diſc.51. num. 8., & 9.*

Tyburtina ſucceſſionis, ſeu Recadentiarum.

In Caſtris *Sancti Gregorii*, & *Caſapis* antiquiſſima, eaque immemorabilis viget conſuetudo, per Statutum confirmata, ut in Bonis vaſſallorum ſinè legitimis heredibus decedentium Barones ſuccedaut; qui nam autem ſiut legitimi iſti heredes, quodve ſervetur diſcrimen inter illos, qui ab inteſtato, atque alios, qui decedunt teſtamento condito; Ad hanc autem probandam conſuetudinem perſpicuis hic allatis univerſalis Baronum dominii monumentis, plurimiſque actibus, hæc omnia, nonniſi ad conſuetudinarium illorum jus referri poſſe demonſtratur: Sic etiam ejuſmodi conſuetudini ſubjectos etiam Clericos cenſeodos eſſe, ex pluribus conſtabilitur.

VOTUM XXVII.

1 *Antiquiſſima viget conſuetudo in Caſtris* SS. Gregorii, & Caſapis, *ut Barones ſuccedant iu Bonis vaſſallorum, ſinè legitimis heredibus decedentium.*

Qui autem prò excludendo Barone legitimi heredes dicantur, ibid.

Et quæ inter cauſſam inteſtati, atque ulteram teſtati, ſervetur differentia? ibid.

2 Recadentiarum *conſuetudines ubique Locorum, in quibus Pontificiæ, ac Cæſareæ Leges, juraque, & conſuetudines feudales ſervantur, ſunt permiſſæ, vimque Legis municipalis obtinent, ſi modò legitimè ſint introductæ, atque præſcriptæ*, & num.5.8. 11. 14., & 17.

3 *Succeſſiones pactis, Legibus, ac Regionum moribus variari poſſunt.*

Quodque modum, & formam reſpicit, de jure poſitivo dicuntur, ibid., & num.5.

4 *Conſuetudo in ſucceſſionibus quoties expreſsè probibita non reperitur, valet quantum Lex ipſa ſcripta.*

6 Recadentiarum *jura quoad Dominos Territoriorum ſunt in omnibus ferè Chriſtiani Orbis Regionibus uſu recepta*, & oum. 13.

7 Recadentiarum *jus ex conſuetudine competens Baroni, referendum eſt ad univerſalis dominii jus, ab origine eidem quæſitum, & conceſſionem ab ipſo factam Subditis, cum recadentiarum onere*, & num. 16. 23., & 121.

8 *Judæi ob Loci conſuetudinem, etiam Chriſtianos habent ſub ſuo dominio.*

9 Recadentiarum *jus ex conſuetudine in Clericis prohibitum, ſpecialiter de Laicis conceſſum intelligitur.*

10 *Conſuetudo eſt optima Legum, & dubiorum, interpres.*

11 Recadentiarum *jus quoties ex conſuetudine ſibi competat, poteſt Baro ſuis Subditis dicere, id, quod* Levitic. 25. = Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea eſt, vos advenæ, & coloni mei eſtis = & numer. 12.

13 Recadentiarum *conſuetudines* Sacra Rota, *aliaque* Romanæ Curiæ Tribunalia *ſervandas declararunt*, & num.15.

14 Recadentiarum *conſuetudo ex quibus concludenter probata dici poſſit?* & num. 29., & ſeq.

15 Sacra Rota *ceterorum Tribunalium magiſtra dicitur.*

18 Recadentiarum *conſuetudo non per errorem, & abuſum, ſed communi totius Populi conſenſu, & moribus obſervata, retinenda omnino eſt, licèt juri communi deroget.*

19 *Conſuetudo, quâ filius parte hereditatis paternæ, ad uxorem delatâ, privatur, valida cenſenda eſt.*

20 *Eſtque itidem ſervanda conſuetudo, juxta quam*

Digitized by Google

quiam conjux ſuperſtes, excluſis proximioribus, ſuccedit conjugi, prædefuncto nullis relictis Liberis.

21 Recadentiarum jus quoad Baronem ex quibus valeat excludi?

22 Pro univerſali, & fundiario Baronis dominio aliquâ urgente ratione, corruit generica præſumptio libertatis Bonorum.

23 Dominium ejuſmodi ſat eſt, quod reſultet ab actibus, qui, nonniſi ad illud valeant referri.

24 Recadentiarum conſuetudo, reſultans ex actibus, præambulum titulum univerſalis, ac fundiarii dominii præſeferentibus, legitima dicitur, atque omnino ſervanda eſt.

25 Recadentiarum conſuetudo, ſive titulus univerſale dominium Baroni tribuens, probatur communibus probationibus.

Et in his etiam Cauſis locum habet regula: ſingula, quæ non proſunt, juncta juvant = ibid.

26 Baro non tenetur antiquiſſimum ejus univerſale dominium probare per exhibitionem inveſtiturarum, Subditis factarum, & nu. 27.

Sed illud ſolâ conſuetudine probatum dici poteſt, num. 39.

Præſertim in feudis antiquiſſimis, num. 90.

27 In feudis antiquiſſimis conſuetudo, ſeu titulus Domino directo tribuens univerſale dominium, levioribus adminiculis conſtabiliri dicitur.

28 Præſertim, quum ſunt mediatè ſubjecta directo dominio S. Sedis.

29 Recadentiarum conſuetudo quoad Barones SS. Gregorii, & Caſapis ſatis probata dicitur ex quo Bona vaſſallorum, ab inteſtato, & ſinè legitimis heredibus decedentium, ſemper ab illis occupata fuerint.

Atque ex dictorum Bonorum poſſeſſione, jure proprio ab ipſis captâ, num. 30.

Item ex quo in præjudicium Baronis diſponere vaſſalli non conſueverint, niſi impetratâ priùs ab illo facultate, num. 31., & 99.

Et ex quo irriti declarati fuerint actus, ſinè tali facultate geſti, num. 32.

Sic etiam ex quo in actibus Baroni præjudicialibus mos fuerit, ut priùs proclamata, & denunciationes fierent, num. 33.

30 Vaſſalli SS. Gregorii, & Caſapis in eorum teſtamentis adponere ſemper conſueverunt clauſulam = ſervatâ medietate Bonorum Curiæ = vel aliam = ſalvis juribus Curiæ = & num. 43.

34 Proclamatum, & denunciationum, præmitti ſolitarum in contractibus vaſſallorum SS. Gregorii, & Caſapis, omiſſio, ſi quæ contigerit, eſt tribuenda mutationi Baronum, & miniſtrorum.

Hinc autem reſultare dici nequit talis uſus abrogatio, niſi etiam conſtet, miniſtros, à vaſſallis prohibitos, prohibitioni adquieviſſe, ibid., & num. 137.

35 Conſuetudines plures ob indiligentiam, atque imperitiam, ſeu etiam calliditatem contrahentium perſæpè non ſervantur.

36 Conſuetudini, ex multiplici actuum frequentia conſtabilitæ, nequit per contrarium aliquem actum derogari.

37 Juris recadentiarum excluſivum argumentum nequit elici ex omiſſione alicujus ſolemnitatis, quoties ex antiquis, ac etiam recentibus actibus idem jus à Baronibus retentum fuiſſe, conſtat.

38 Recadentiarum jure Barones jugiter gaviſos fuiſſe, manifeſtum fit ex venditionibus pluries factis, cum omnibus juribus, nec non Bonorum devolutionibus, & recadentiis.

39 Recadentiarum jus conſuetudine quæſitum dici poteſt.

40 Conſuetudo ex ſola frequentia actuum probata dicitur.

41 Pro conſuetudine inducenda ſufficit certus actuum numerus, arbitrio Judicis æſtimandus.

Modò judicari queat, ut plurimùm ita fuiſſe obſervatum, ibid.

Procedit, licèt diverſus aliquis concurrat actus, ibid., & num. 135.

42 Recadentiarum jus ut conſuetudine quæſitum dicatur, non requiritur immemorabilis, ſed centenaria, vel etiam quadragenaria ſufficit.

43 Juris recadentiarum conſuetudinem in Caſtris SS. Gregorii, & Caſapis ſatis indicat illud commune Oppidanorum effatum = morire à corte =, & num. 68.

Et ex quibus aliis eadem conſuetudo deſumi poſſit? nu. 44., & ſeq.

44 Clauſula = ſervatâ medietate Curiæ = teſtamentis Oppidanorum SS. Gregorii, & Caſappis adijci ſolita, nonniſi ad recadentiarum conſuetudinem referri valet.

45 Conſuetudo jampridem fuiſſe inducta cenſenda eſt ex inſtrumentis cum ejus mentione celebratis, & num. 66.

46 Ex Statuto ipſo Caſtrorum SS. Gregorii, & Caſapis optima elicitur probatio antiquæ recadentiarum conſuetudinis favore Baronis, & quomodo? num. ſeq.

47 Statuta Locorum nil aliud ſunt, quàm conſuetudines diu obſervatæ, & poſtea in ſcriptum redactæ.

48 De recadentiarum jure favore Baronis ſatis conſtare dicendum eſt, ubi Statuto præſcriptæ reperiantur, & num. 52.

50 Recadentiarum jus Statuto agnitum, jam antea viguiſſe cenſendum eſt, & num. 57.

51 Ex tranſactione celebrata cohærentur antiquæ alicui conſuetudini, non adquiri, ſed confirmari jus, ejuſque exercitium dicitur.

53 Recadentiarum conſuetudo niſi jam anteà inoleviſſet, Statutum de eis Incolæ non condidiſſent, & ratio ibid., & num. ſeq.

54 Univerſitates tàm civili, quàm Canonico jure prohibentur Leges ferre, contrarias juri communi, ac publico Bono civium.

55 Recadentiarum jus fuiſſe à Baronibus uſurpatum,

patum, opponi nequit poſt lapſum temporis immemorabilis.

56 Præſertim, ſi Incolæ ſcire debuerint, ſe privari non poſſe liberá facultate ſuper eorum Bonis.

57 Et maximè, ſi eis facilis patebat recurſus ad ſupremum Principem.

58 Teſtes, optimam eorum dicti rationem reddentes, plurimùm valent ad directum dominium probandum.

59 Sic etiam ad recadentiarum jus aſſerendum, favore Baronis.

Hiſque in Cauſis duo ſufficiunt Teſtes, ibid.

60 Teſtes vaſſalli non probant favore eorum Domini.

61 Limita, ſi contra proprium intereſſe, & commodum deponant.

62 Teſtes, qui non ſint ætatis, ad probandam immemorabilem requiſitæ, validiſſimum adhuc præbent illius argumentum, quoties optimam eorum dicti rationem reddont.

63 Et ad eam probandam, ſi præſertim aliis æquè validis fulcitur argumentis, maximè illorum depoſitio admitti d:bet.

64 Teſtimonium Priorum communitatis plurimùm valet ad probandam immemorabilem conſuetudinem.

Illudque non privatarum perſonarum, ſed ſolemne quodammodo ipſius Communitatis teſtimonium reputatur, num. ſeq.

65 Priores Communitatis totam univerſitatem repræſentant.

66 Conſuetudo immemorabilis optimè probatur per enunciativas, in publicis actibus emiſſas, & num. 67.

67 Enunciativæ antiquiſſimæ in publicis actibus, immemorabilem probant, etiam contra ſucceſſores enunciantium.

68 Recadentiarum jus in omnibus enunciatum publicis actibus, ac documentis, communique loquendi uſu, veluti notorium, circumlatum, ex publica voce, & fama reſultare debet dici.

69 Conſuetudo ex publica voce, & fama reſultans, optimè probata cenſenda eſt.

70 Si præſertim ex perſonis, de quarum præjudicio agebatur, vox, & fama promanaverit.

71 Pro recadentiarum jure probando auctoritate rerum judicatarum non indiget Baro, fretus immemorabili conſuetudine.

72 Sententiæ latæ cum legitimo contradictore, jus, & ſtatum faciunt quoad alios quoſcumque.

73 Sententia quoad unum lata, ſtatum quoad aliud firmare nequit.

74 Sententia indifferenter utramque territorium reſpiciens, quoad utrumque lata cenſenda eſt.

75 Appellatio, quæ proſecuta non fuerit, & cujus moderatio fuerit obtenta, cum ſucceſſiva expenſarum refectione, objicii, amplius nequit.

76 Ad ſtatuendam conſuetudinem, juri communi contrariam, decennale, aut tricenarium tempus de jure civili, quadragenarium verò de Jure Canonico requiritur.

77 Centenaria conſuetudo immemorabili æquiparatur.

78 Centenaria, atque immemorabilis æquè valent, quum de jure agitur ejus naturæ, ut tàm reſpectu ipſius, quàm illud exercentis nulla incapacitas concurrat, & num. 85.

79 Immemorabilis derogat Legibus; Principum privilegia eludit, hominum pacta perimit, dominia immutat; jura omnia, & actiones extinguit contra univerſitates etiam, Minores, & Eccleſiam.

80 Immemorabilis rerum omnium humanarum domina reputatur.

81 Immemorabilis non indiget tituli adminiculo; Et nec etiam centenaria, nu. 120.

82 Immemorabilis quemcumque titulum de mundo poſſeſſori perhibet.

83 Recadentiarum conſuetudines, tamquam contrariæ juris diſpoſitioni, quantum fieri poteſt, explodendæ, eliminandæque ſunt, vel rigidè ſaltem interpretandæ.

84 Firmiter tamen obſervandæ, ſi certæ, legitimæque concurrant probationes.

85 Recadentiarum conſuetudo ſi ſit immemorabilis, nulla incapacitas quoad illarum jus, & quoad Baronem illud exercentem conſiderari poteſt.

86 Recadentiarum jus, vetuſtiſſimâ confirmatum conſuetudine; eſt, velut priſcus mos patrius, conſervandum.

87 Procedit, licèt eadem conſuetudo non ſit in publicas Curiæ tabulas illata.

88 Valet autem in vim pacti.

89 Recadentiarum conſuetudo non eſt ſingularis, nec irrationabilis, aut iniqua.

91 Immemorabilis omnes illos operatur effectus, qui ex Legis, vel Principis poteſtate produci poſſunt.

92 Centenaria tantum valet, quantum immemorabilis, ubi agitur de jure, ſeu titulo à Legibus permiſſo.

93 Recadentiarum juris enunciationi factæ in devolutionibus ſecutis favore Baronum, quænam objici valeant, & ex quibus hæc valeant refelli? num. 94., & ſeq.

94 Præſumptio urget veritatis omnium eorum, quæ in inſtrumento continentur, rejectâ prorſus quacumque erroris exceptione, niſi de illo per evidentes probationes doceatur.

95 Maximèque urget eadem præſumptio, ſi aliis coadjuvata probationibus.

96 Error univerſi Populi, idemque frequens ſpatio duorum ſeculorum in re omnibus maximè præjudiciali, veriſimilis nullo modo eſt.

97 Jus ſuccedendi in Bonis vaſſallorum, ab inteſtato decedentium, eſt de jure majorum regalium, quod competere nequit, niſi vel expreſsè in regalium conceſſione, vel legitimâ præſcriptione adquiſitum fuerit.

98 Ba-

98 *Barones Caſtrorum* SS. Gregorii, *&* Caſapis *conſueverunt ſuccedere in vaſſallorum Bonis, non ſolùm tamquam vacantibus, vel ad ipſos Barones delatis ex confiſcationis pœna, ſed etiam quando ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato iidem vaſſalli deceſſerunt.*

100 *Baronum violentiæ, & concuſſiones in perniciem Subditorum, nullo de eis fumo allato, credibiles non ſunt cenſendæ.*

101 *Præſertim in feudis ſubjectis S. Romanæ Eccleſiæ, & ratio* ibid.

102 *Baronum præpotentia conſiderari valet quoad perſonas eis ſubditas, atque incolas, non quoad forenſes.*

103 *In Barone, qui non ſit ordinis magnatitii, præpotentiæ ſuſpicio excluditur.*

104 *Baronum violentiæ, & concuſſiones in univerſum Populum exercitæ nequeunt præſumi.*

105 *Univerſitates conſtituunt corpus politicum, repræſentans totum Populum.*

106 *Univerſitates non ita facilè expoſitæ cenſendæ ſunt Baronum violentiis, & concuſſionibus.*

Maximè, quando alium hi recognoſcunt ſupremum Dominum, num.107.

107 *Summus Pontifex utrumque juriſdictionis gladium in ſua Ditione habet.*

108 Cardinalis Caroli Pii Santacrucis *præclaræ animi dotes, virtuteſque eximiæ referuntur.*

109 *Baronum violentiæ, & concuſſiones præſumi nequeunt, ubi agitur de ſummis viris, dignitate, ac virtute ſpectatiſſimis.*

110 Recidentiarum *juri inducto ex conſuetudine, vel Statuto ſubeſſe nequeunt Clericorum Bona.*

Limita, ut num.111., & 112., *ac itidem declara, ut* num.116., & ſeq.

111 *Conſuetudo, ac Statutum, ſpecialiter à Sede Apoſtolica confirmatum præſumitur immemorabili, vel duorum ſeculorum decurſu.*

112 *Ex præſumpta autem hujuſmodi confirmatione iis ſubſunt etiam Clerici.*

113 Recadentiarum *jus in Caſtris* SS. Gregorii, *&* Caſapis *ſemper indiſtinctè quoad Clericos, & forenſes obſervatum reperitur.*

114 *Idem jus Barones dictorum Caſtrorum ſibi aſſeruerunt non in vim Statuti ſuper eo conditi, ſed vigore conſuetudinis antiquiſſimæ.*

Ad hanc propterea, non ad illud referendum eſt, ibid.

115 *Conſuetudo in conflictu prævalet tum Statutis, tum Legi ſcriptæ.*

116 *Conſuetudo non mero Laicorum uſu, ſed univerſo conſenſu Populi conſtituta, obligat etiam Clericos.*

117 *Clerici quoque ſunt pars Populi, ac de Populo.*

118 *Conſuetudines mixtæ, quæ nempè mixtim à Laicis, & Clericis fuerunt introductæ, hos etiam afficiunt.*

Jure enim Canonico damnatæ non reperiuntur, ibid.

119 *Conſuetudines feudales tacito ſemper conſenſu univerſi Populi, Laicorum nempè, & Clericorum introductæ cenſentur.*

122 Recadentiarum *ſtante conſuetudine, Bona non aliter etiam Clericis, quàm ſub illarum onere conceſſa reputantur.*

123 Reeadentiarum *onus reale cenſetur, ipſiſque Bonis infixum.*

124 *Onera realia, utpotè Bonis infixa, cum Bonis ipſis ad quemcumque ſucceſſorem tranſeunt.*

125 *Eaque non tolluntur, etiamſi à Laico tranſeant in Clericum.*

126 *Feuda, ex eo, quod de Laico ad Clericos, vel ad ipſam tranſeant Eccleſiam, naturam ſuam non mutant, ſed feudalibus remanent ſubjecta Legibus.*

127 *Feudum ſi ad Clericum tranſivit, præſtare hic tenetur nedum realia onera, ſed etiam perſonalia, quæ honeſtè à Clericis exhiberi poſſunt.*

128 Innocentius, *Pater, & organum Juris appellatus.*

134 *In Oppidis rari ſunt forenſes, pauciores verò Clerici, Bona ibidem poſſidentes.*

136 *Ex aliqua contrario actu perimi nequeunt jura fundata in legitima, atque immemorabili conſuetudine.*

137 *Conſuetudo ex aliquo contrario actu abrogata dici nequit, niſi de contradictione, ac ſubſecuta adquieſcientia doceatur.*

138 Recadentiarum *onus; licèt plurimi actus geſti appareant cum enunciatione, quod Bona eſſent libera, & nonnulla ex eiſdem Bonis reſponſionæ annuæ favore Locorum piorum gravata reperiantur, ablatum cenſeri non poſſe, oſtenditur*, num. ſeqq.

139 *Bona poſſeſſa per vaſſallos* SS. Gregorii, & Caſapis *quodammodò libera di.i poſſunt*, vid. ibid.

140 *Bona, quæ poſſident vaſsalli* SS. G egorii, & Caſapis, *tamquam purè, & merè allodialia non habentur.*

141 *Communitates ſunt manus mortuæ.*

142 *Bona per vaſsallos* SS. Gregorii, & Caſapis *alienata in Communitates, libera ex accidenti dici poſſunt, quatenùs nempè moritura illæ non ſunt.*

143 *Ad Barones* SS. Gregorii, & Caſapis *quomodò vaſsallorum Bona, cum onere annuæ reſponſionis favore Locorum piorum potuerint quandoque pervenire?*

EX vetuſtiſſima conſuetudine temporis non modò immemorabilis auctoritate confirmata, verùm etiam communi vaſſallorum placito, & conſenſu in Legem ſcriptam municipalem redacta, Baronibus Oppidorum *S. Gregorii, & Caſapis* jus illud ſemper fuit, 1
ut, quoties Bonorum poſſeſſor decedat ſinè legitimis heredibus, quales pro excludendo Barone

ne

ne dicuntur *Pater*, *Mater*, *Filii*, *Fratres*, *ſeù Fratrum filii in commune viventes*, tunc eadem Bona jure devolutionis ad ipſos, Curiamve Baronalem liberè revertantur, eo tamen ſervato diſcrimine inter illos, qui inteſtati moriuntur, ceteroſque, qui teſtamento condito heredes ſcriptos relinquunt, ut primo caſu Defuncti hereditas tota ad Baronem devolvatur, ſecunda verò hypotheſi inter Baronem ipſum, heredeſque ſcriptos æqualiter dividatur; Qui ſuccedendi modus, vulgò *jus Recadentiarum* appellatus, ab Oppidanis nuncupatur *morire a corte*, Abbate Joſepho de Cruce annis retro elapſis ab inteſtato defuncto nullis relictis legitimis heredibus in gradibus ſuperiùs deſignatis, clar. mem. Princeps Don Franciſcus Pius de Sabaudia tunc temporis Oppidorum *S. Gregorii*, *& Caſapis* utilis Dominus, & Baro in poſſeſſionem venit Bonorum omnium, quæ in territorio *S. Gregorii* defunctus reliquerat, cumque eorumdem Bonorum poſſeſſionem pariter occupaſſent Domini Marchio de Maximis, aliique ad inteſtatam Abbatis de Cruce ſucceſſionem venire contendentes, acerrima inter Partes exarſit *de juſtu poſſeſſione* controverſia, quæ tamen ſecundum Baronem deciſa fuit *primùm* ab R.P.D. Anſideo tum temporis in ſubſelliis A. C. magna cum gloria jus dicente, ac deinceps à *Sac. Rota* Tribunali *coram bon. mem. Anſaldo*, ut patet ex *deciſione* deſuper edita *die 22. Junii* 1714.

Abſoluto poſſeſſionis judicio, cui à Marchione de Maximis, litiſque conſortibus fuit nominatim renunciatum, res in Judicio *petitorio* agitari cœpit, propoſitoque *Sac. Rotæ* Dubio *An ſit danda immiſſio?* Supremum illud Tribunal Marchioni de Maximis, ceteriſque litis conſortibus petitam immiſſionem denegavit, &, præviis duabus egregiis *Deciſionibus* die 11. *menſis Maii* 1716., *& die* 10. *menſis Febr.* 1719. *à bon. mem. Anſaldo editis*, Principi Pio Caſtrorum Baroni cauſam adjudicavit, ſententiâque latâ, ſtatuit, ſucceſſionem controverſorum Bonorum *jure Recadentiarum* ad eum pertinere.

Cum verò Marchio de Maximis, ceterique litis conſortes tanti Tribunalis ſententiæ non acquieverint, ab eaque provocaverint, Cauſa *R.P. D. Lancettæ* commiſſa fuit; ſed hoc interim vitâ functo, illique ſubrogato *R. P. D. Criſpolto*, Excellentiſſima Principiſſa Domna Joanna Spinola de la Zerda Mater, & Tutrix Excellentiſſimi Principis Don Gisberti Pii de Sabaudia mihi humaniſſimè demandavit, ut in Cauſam *Sac. Rotæ* iterum proponendam, diligentiſſimè inquirerem, ac pro veritate ſententiam meam ferrem, an ne ſcilicet firma, ſolidaque adeò eſſent Principi filio faventium *Deciſionum* fundamenta, ut in ſpe, per præcedentem *Sac. Rotæ* ſententiam concepta, ipſi eſſet juſtâ ratione conſiſtendum; Quamobrem totâ re ſedulò perſpectâ, reſpondeo, ac firmiſſimè arbitror, Excellentiſſimæ Principiſſæ, ejuſque filio omni jure ſperandum eſſe, *Sacram Rotam* à præcedenti ſententia neutiquam receſſuram.

Eâ potiſſimùm ratione ad ita ſentiendum moveor, quod, ſi in omnibus iis Regionibus, in 2
quibus Pontificiæ, ac Cæſareæ Leges vigent, ac jura, & conſuetudines feudales ſervantur, ſimiles conſuetudines, quibus in gratiam Baronum iſtiuſmodi ſuccedendi jus conſtitutum invenitur, modò legitimè introductæ reperiantur, nedum permiſſæ, ſed, veluti lex ſervandæ omninò ſunt; Non eſt profectò, cur hujuſmodi conſuetudo ſervanda quoque non ſit in præſenti caſu, in quo maximis probationibus apparet conſtabilita, nulloque negotio contrariis vindicatur exceptionibus, quibus ob peculiares quaſdam circumſtantias à Marchione de Maximis, ceteriſque litis conſortibus oppugnatur.

Quod ejuſcemodi conſuetudines legitimè introductæ, nedum permiſſæ, ſed inſtar municipalis Legis ſervandæ ſint, probatur prævalidâ illâ ratione, deſumptâ ex natura ipſa, & eſſentia ſucceſſionum, quæ, licet naturalem quamdam originem habeant: nihilominùs ex diver- 3
ſis cauſis, humanam voluntatem, tum generaliter, tum particulariter moventibus, variari ſolent, pactis nempè, Legibus, & Regionum moribus, ut apud *Hug. Grot. de Jur. Bell., & Pac. lib. 2. cap. 7. §. 11.*; adeò quidem, ut, quod attinet modum, & formam, de jure poſitivo dicantur, ut docuit *Bald. in Leg. Meminimus Cod. de legitim. hered., Covarr. in cap. cum eſſet nu. 8. & ſeqq. de teſtam., Craſſ. de ſucceſſ. quæſt. 54. n. 2. & ſeqq., Antunez. de reg. donation. part. 3. cap. 16. nu. 12. & ſeq., Rot. in recent. dec. 317. n. 29. part. 18., ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de teſtament. dec. 2. num. 2., & de Benefic. deciſ. 16. nu. 17., & in Romana Primogenituræ, & Fideicommiſſorum de Corſinis 10. Decembris 1710. §. Creſcit 17. ad med. coram R̃mo Aldrovando*; Propterea que indè fit, quod conſuetudo, utpotè
plurimùm in eis valens, quoties non reperitur 4
expreſsè prohibita, derogare queat Juri communi, tantumque valeat ad tollendam veterem Legem, quantum valet Lex ipſa ſcripta, quo argumento ad rem noſtram utitur *Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius in verb. & Uxorem nomine Adelaſiam in 5. deciſ. num. 386. & ſeq. fol. mihi 144. juxtà impreſſ. Lugdunen.*, ibi = *Præſertim in iſta Regno in quo ſunt Feuda, & Emphyteuſes ad inſtar patrimoniorum redacta, ut ſæpè dictum fuit, niſi conſuetudo eſſet in contrarium, ſcilicet, quod teſtari non poſſent, quin valeret, & diſponere poſſet, quod Ruſticis morientibus abſque Liberis, poſſit Dominus Caſtri, vel Loci to-*
tum, vel certam Bonorum partem occupare, quo 5
caſu non excluderentur Liberi morientis, ſed duntaxat reliqui Parentes, cum enim ſucceſſiones ſint de jure poſitivo, ut dicit Bald. in Leg. Meminimus Cod. de legit. hered., conſuetudo in eis multùm poteſt, ubi non reperitur expreſsè prohibita, derogare juri communi, ità quod tantum poteſt, ſicut Lex ſcripta, ad tollendam veterem Legem =, *Inſtit. de jur. natural. §. Ex non ſcripto, & latiùs num. ſeqq.*, in quibus benè probat, d. conſuetudinem omninò ſervandam eſſe.

Pl:-

Plana autem, ac obvia eſt ratio tantam vim
tribuens ſimili conſuetudini: nam, ſi verum eſt,
quod nemo dubitat, Chriſtiani Orbis Regioni-
6 bus, in quibus Lege, ac jure vivitur, non inco-
gnita, ſed frequentia in iis eſſe univerſalia Ter-
ritoriorum aliquorum dominia, juſto titulo quę-
ſita eorum Dominis, & poſſeſſoribus, qui dein-
de illa, ſive pro alliciendis, ſibique comparan-
dis Subditis, ac Vaſſallis, ſive pro commodiore,
atque uberiore eorum cultura, inter particulares
perſonas diſpertiti fuerunt, certis in eorumdem
conceſſione præſcriptis pactis, impoſitiſque con-
ditionibus, quarum vigore Bona ſic conceſſa,
illo, quod dicitur *Recadentiarum*, aut alio
quopiam ſimili jure, ad univerſalem Dominum
redire aliquando deberent: ità etiam ambigi
nullo pacto poterit, quod, ſi favore Baronis,
aut Domini alicujus Caſtri, ſeù Territorii, le-
gitimè probata reperiatur conſuetudo, cujus vi-
gore ſibi aſſerat iſtiuſmodi *Recadentiarum*,
aliudve tale jus, illud referri debet ad eum vali-
diſſimum titulum univerſalis dominii, quod ni-
7 mirùm Subditis, & hominibus poſſidentibus Bo-
na, huic oneri, & reali vinculo obnoxia, eadem
illis in primæva, & originaria conceſſione tra-
dita fuerint, hac ſervitute, conditione, & lege
ab univerſali Domino eis impoſitâ, cujus vigo-
re, nonniſi titulo livelli, coloniæ, aliove ſimili
reſolubili jure, precarium dumtaxat illorum
dominium conſequerentur, juxtà illud *Levitici
cap. 25.*, ibi *Terram quoque meam non vendetis,
quia mea eſt: Vos advenæ, & coloni mei eſtis
&c.* =, quo Sacræ paginæ loco ad rem noſtram
utitur *Hoſtienſ. in ſumm. lib. 4. in rubric. de A-
gricol. in fine*, quem alii allegant *ſub rubric. de
natis ex libera ventre fol. mihi 306. à terg. nu.4.*,
8 ibi = *Quid autem de conſuetudine, quæ eſt in Ca-
ſtris, & Locis aliquibus, quod, ſi Ruſticus dece-
dat ſinè filio, vel alio Deſcendente, Dominus totum
occupat jure peculii? Dico ipſam ſervandam, ſi
præſcripta ſit, quia, & Judæi propter loci conſue-
tudinem habent ſub ſuo dominio Chriſtianos, ut
notatur infrà de Judæis ſub rubr. de ſervis Ju-
9 dæorum, & Saracenorum, cum hoc prohibeatur
in Clericis, ſpecialiter de Laicis videtur conceſ-
ſum, argumenta digeſtorum de ſucceſſ. ab inteſtat.
cap. 2., poteſt enim Dominus allegare, quod ab
initio hoc pacto fuerint ſic caſtati, ad quod pro-
bandum inducet conſuetudinem, quæ eſt optima
10 legum, & dubiorum interpres, ſic ſupra de con-
ſuetud. cap. cum dilectus ff. de uſur. cum in rem
verſ., & vide ſuper hoc quod notavi ſupra de cenſ.
§. Si quis cenſus. Et ad hoc in Levitic.25. cap.
ubi dicit = Terra quoque non vendetur in perpe-
11 tuum, quia mea eſt, & vos advenæ, & Coloni
mei eſtis =, & vide ſuper hoc quod notavi ſupra de
Cenſib. §. Si quis Cenſus.*

Et *Hoſtienſis* ſententiam latè ſecutus *Gulielm.
de Benedict. loco ſuperiùs citat. nu.391. & ſeqq.,
num. 394.*, rem & ipſe abſolvit mox relatis Le-
vitici verbis, ibi = *Talibus profectò hominibus di-
cere poteſt Baro id, quod Deus Iſraelitis dixit Le-
12 vitic.25. Terram quoque non vendetis, quia mea
eſt, vos advenæ, & Coloni mei eſtis &c.* =, & ex
eodem *Hoſtienſ.*, Levitici pariter verba referen-
do, id docuit *Joannes de Friburgo in Summ.
ſucceſſ. titul. de ſucceſſ. ab inteſtat. quæſt.121. fol.
71. column.1. in fine*, ſic locutus = *Quid ſi ſit de
conſuetudine terræ, quod, mortuo homine ſinè filio,
Dominus Terræ totum accipiat, reſpondeo ſecun-
dùm Hoſtienſ. lib.4. rubric. 10. de natis ex libero
ventre verſ. ult.: in locis quibuſdam conſuetudo eſt,
quod ſi Ruſticus decedit ſinè filio, vel alio Deſcen-
dente, Dominus totum occupat jure peculii, & di-
co, talem conſuetudinem ſervandam, ſi præſcripta
ſit; poteſt enim Dominus allegare, quod ab initio
hoc pacto fuerint ſic caſtati, ad quod probandum
inducet conſuetudinem, quæ eſt optima legum, &
dubiorum interpres, ſic extrà de conſuetudin. cap.
cum dilectus, ad hoc in Levitic. cap. 25., Terra
quoque non vendetur in perpetuum, & vos advenæ,
& Coloni mei eſtis* = quibus concinunt *Guidopap.
deciſ. 361., Franc. Magret. ad conſuetud. An-
degavenſ. part.7. de ſucceſſ. fol. 129. à terg. §. Et
ſcias.*

Et optimè denique firmatum fuit in omnibus
Deciſionibus editis à bon.me. *Anſaldo*, & primò
quidem in illa *diei 22. Iunii anni 1714. ſuper
manutentione §. Adſtipulante præſertim*, & in
aliis, quæ poſt renunciationem exadverſo factam
Judicio poſſeſſorio, emanarunt in petitorio, &
ſuper meritis, ut perſpici poteſt tùm ex prima
dictæ diei 11. Maii 1716. §. Et in hunc ſenſum;
tùm ex alia, quæ prodiit *die 10. Februarii 1719.
§. Comprobata itaque*, quibus locis locupletiſſi-
mo Doctorum teſtimonio, & ſupremorum
Tribunalium definitionibus probatur, haſce con- 13
ſuetudines, nedum toto Orbe, & in univerſa
Italia, ſed in ipſa etiam Ditione Eccleſiaſtica,
tamquam Juri minimè repugnantes receptas eſ-
ſe, Sacri Auditorii oracula referendo, quibus
addi poteſt *deciſio 1142. coram Seraphino*, &
alia jam pridem edita in una *Cavallicen. Dominii
ſuper bono Iure 23. Iunii 1713. coram Reveren-
diſſimo Domino meo Lancetta Decano*. Immò
verò paulò poſt editam primam *Deciſionem* ſu-
per meritis, Sacrum Tribunal id agnovit, at-
que confirmavit in alia *Sabinen. Manutentionis à
bo.me. Foſcaro edita die 18. menſis Iun. anni 1717.*,
in qua cum Exñus Baro Oppidi Ginelſtræ Ius
iſtud Recadentiarum ſibi aſſereret vigore conſue-
tudinis, quam ſibi ſuffragari contendebat, allegan-
do *Deciſiones* tàm ſuper manutentione, quàm ſu-
per bono Iure favore clar. mem. Patris Excel-
lentiſſimi Domini Principis D. Gisberti editas,
Sacra Rota, alioquin approbans ſimiles conſue-
tudines, eaſdemque, quotiès ritè, rectèque
probatæ reperiuntur, ſervandas eſſe cenſens, Pe-
titorem rejecit, quia de hac conſuetudine legi-
timè præſcripta non docebat, prout in noſtra 14
hypotheſi factum fuerat, ut perſpici poteſt ex
§. finali dictæ Deciſionis, ubi *Sacra Rota* loqui-
tur his verbis = *Indeque fit, ut inapplicabiles huic
ſpeciei viſa fuerint dictæ Deciſiones emanatæ in
Cauſa Tyburtina coram Reverendiſſimo Decano,
quia in illo caſu conſtabat de anteriori poſſeſſione
ritè, ac rectè à Barone copta, & ulteriùs con-
cludentiſſimè probatum fuerat, ab immemorabili*
tem-

Digitized by Google

*tempore in Terra Sancti Gregorii, ac Caſtro Ca-
ſapis viguiſſe conſuetudinem, nuncupatam Reca-
dentiarum favore Baronis indefinitè ſuper omibus
Bonis quarumcumque perſonarum, quæ perfectiſſi-
ma probatio reſultabat tùm ex Teſtium depoſitio-
nibus, tùm ex innumeris liquidiſſimis actibus,
tùm ex antiquiſſimo Statuto dictam conſuetudi-
nem ſupponente: Tùm demùm ex Sententiis in
auctoritatem Rei Iudicatæ tranſactis, adeout Iu-
re, meritòque bonum Ius favore Baronis fuerit
canonizatum, quod ſecus eſt in præſenti, in quo,
ut dictum eſt, actus à Barone adducti, vel non
reſpiciunt Caſtrum iſtud, vel ſunt diffòrmes, ideo-
que non attendendi* = En igitur, quod *Sacra Ro-
ta* non ſolùm profeſſa eſt, tamquam validas
eſſe ſimiles conſuctudines, ſed eam in noſtro
caſu concludenter probatam cenſuit.

Quamquam verò validitas ejuſcemodi con-
ſuetudinis firmiſſimè couſtabilita videri poſſet,
ſolà auctoritate *Sacræ Rotæ*, quæ ceterorum
Tribunalium magiſtra dicitur: Attamen eadem
meâ ſententiâ firmior etiam redditur animad-
15 vertendo, Sacri Auditorii Iudicio, conforme
eſſe illud quoque aliorum Romanæ Curiæ
Tribunalium; præſertim verò opinionem hanc
in Supremo Tribunali Cameræ invaluiſſe, ut ex
*Voto Camerali impreſſo od ornat. clar. me. Card.
de Luc. de Feud. deciſ.5.*; Cum igitur non ex his
modò, verùm etiam ex aliis in objectionum
reſolutione inferiùs ſuperaddendis luculenter
pateat, Recadentiarum Jus, quod Excellentiſſi-
mus D. Gisbertus ſibi aſſerit in ſuis Caſtris, ut-
potè nedum cunctarum Regionum, Italiæquè
uſibus receptum, ſed Doctorum omnium con-
ſenſu, omniumque Supremorum Romanæ Cu-
riæ Tribunalium ſententià adprobatum, non
eſſe ſingulare, nec mirabile, idemque Juſtitiæ,
aut æquitatis legibus non adverſari, quippè,
veluti ex ſua cauſa, proficiſci dicitur ex præ-
16 ſumpta illa univerſalitate dominii, quod ab
origine competiiſſe cenſetur primis Caſtrorum
Dominis, qui coloniæ, aut livelli Bona ſua In-
colis diſtribuentes, cum hoc reali *Recadentia-
rum* onere illa eiſdem conceſſiſſe dicuntur:
reliquum nunc eſt, ut in ſubjecta facti ſpecie
planè conſtet, *conſuetudinarium Recadentiarum
Jus*, in dictis Caſtris legitimè introductum, fir-
miter ſemper retentum, obſervatumque fuiſſe:
hoc enim probato, poſthabità ſuccedendi for-
17 mà, à Iure communi præſcriptà, ſervanda
omninò erit localis, ac particularis conſuetudo,
in illis vigens, ut, prçter allegatos *§. Plana autem
cum ſeqq.*, probant *Nicol. Boer. ad conſuetud. Bi-
turicenſes fol.60. columm.2. circa medium verſic.
Unde in Feudis, Ioan. Socorat. in Conſuetudin.
Cathalon. pag.221. colum.1. n.3.*; Tantum enim
illi robur ineſſe cenſetur, quoties non per erro-
rem, & abuſum, ſed communi totius Populi
conſenſu, & moribus diuturno tempore obſer-
18 vatis inducta reperitur, ut retinenda omninò ſit,
tametſi deroget Juri communi, ut egregiè do-
cuit *Henric. Boich. in Cap. Cum tanto num.5. de
conſuetud.*; Quemadmodum validam cenſeri,
videmus conſuetudinem illam, quà filius pri-
vatur parte hereditatis paternæ ad uxorem de-
latà, ut, articulo magiſtraliter diſcuſſo, firmavit 19
Rota deciſ.1. aliàs 18. de conſuetud. in nov., *&
deciſ.7. aliàs dec.479. eodem tit. in antiq.*, proùt
etiam *Sacra Rota* religiosè cuſtodiendam eſſe
cenſuit conſuetudinem, juxtà quam conjux
ſuperſtes, excluſis proximioribus, ſuccedit con-
jugi, prædefuncto nullis relictis Liberis, ut *co- 20
ram Priolo deciſ.360. num.7.*, *& deciſ.38. §. Et
optimè apud Torr. de pact. futur. ſucceſſ.*, *Rota
in Leodien. Manutentionis 15. Aprilis 1713. ſub
initium, & in §. penul., & §. final. coram Emo
Card. Falconerio*.

Ut autem liquidò appareat, quanta ſit vis pro-
bationum, quæ pro iſtiuſmodi conſuetudinario
jure adſtruendo in præſenti Cauſa ſe offerunt,
ad memoriam revocare oportet regulas, quas in
ſubjecta materia ſequendas eſſè, admonent Do-
ctores, qui animadvertentes, pro illo exclu-
dendo contra Baronem allegari conſueviſſe præ-
ſumptionem libertatis Bonorum; idcircò do- 21
cent, quòd, ſi illius favore urgeat aliqua con-
traria ratio pro præſumendo, aut ſupponendo
univerſali, & ut dicunt *fundiario* ejuſdem Ba-
ronis dominio Bonorum omnium, intrà feudi,
aut alicujus territorii fines exiſtentium, tunc
ſublatà penitùs genericà iſtà præſumptione liber-
tatis, univerſa Bona ejus directo dominio (ex
quo, ut dictum eſt, iſtiuſmodi *Recadentiarum*, 22
aut aliud ſimile *Ius* oritur) obnoxia eſſe cenſen-
da ſint, *Afflict. in cap.1. verſ.83. de controv.
Inveſtit.*, *Alexand. conſ.24. circa fin. verſ. &
ideo lib.3.*, *Covarru. variar. reſolut. lib.7. cap.6.
in princip.*, *Velaſc. de Iur. emphyteutic. quæſt.8.
num.6., & num.20. cum ſeqq.*, *Card. de Luc. de
Feud. diſc.2. num.11., diſc.47. num.13.*, *Rota in
Recent. deciſ.164. num.32., & ſeqq. par.6.*

Cenſent verò, pro ejuſcemodi dominio uni-
verſali probando, neceſſe non eſſe afferre dire-
ctas probationes, exhibendo videlicet Inveſtitu-
ras, aut alia ſimilia documenta, quibus doceа-
tur, quod, deficientibus certis gradibus, &
præſcriptis generationibus, aliiſque peculiaribus
evenientibus caſibus, virtute *fundiarii*, & *uni-
verſalis* dominii, Bona ad illum redire debent;
ſed ſatis eſſe id probare à poſteriori, ab effe- 23
ctibus nimirum, & actibus proportionatis, qui,
tamquam à ſua cauſa, nonniſi ab hoc directo
dominio *fundiario*, competente Baroni ſuper
omibus ſuis territorii prædiis, proficiſci potue-
rint: hujuſmodi enim actibus ſi inducta, ac con-
ſtabilita dici queat legitima conſuetudo, eadem 24
ſervanda omninò erit, utpotè fulcita, firmiter-
que innixa præambulo titulo dicti univerſalis
dominii, & præſumptæ Inveſtituræ, cujus vi-
gore, ut latè probatum eſt *d. §. Plana autem
cum ſeqq.*, Vaſſalli ſpeciali pacto, ac lege conſti-
tutà in originaria Bonorum conceſſione, colo-
niæ, locationis, alioque ſimili precario jure
aliquando ceſſaturo, illa à Barone accepiſſe
cenſentur.

Quapropter rectè traditum eſt, conſuetudi-
nem hanc, atque præſumptum titulum, tri-
buentem Baroni *univerſale* iſtud dominum, pro-
bari

25 bari poſſe, eo communi probationum genere, quas jura noſtra in ceteris Cauſis recipiunt; inſuper admonendo, in hiſce etiam controverſiis juſtum locum ſibi vindicare regulam illam: *Singula, quæ non proſunt, juncta juvant*, ut apud *Roman. conſ.121. in fine, Cravett. conſ.73. n.19., Sebrader. de Feud. tom.1. par.1. ſect.13. n.141. fol. mihi 714., Antonin. Maceraten. var. reſol. lib.2. reſolut.55. n.15., & ſeqq., clar. mem. Card. de Luc. de Feud. diſc.47. n.14., Manſ. conſ.168. num.6., Rota coram Cavaler. deciſ.93. num.10., & deciſ.201. n.1., in Hortana Sylvarum 10. Martii 1698. §. Quæ adminicula coram bon. mem. Muto, in dicto Vot. Camerali impreſſ. in Mantiſſ. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. de Feud. in ordine deciſ.5. num.60., & in Cavallicen. dominii ſuper bono jure 23. Iunii 1713. §. Tot ſanè coram Reverendiſſimo Lancetta Decano*; Alioquin enim, ſi rigidiori cenſurà agendo, Baro poſt decurſum plurium ſeculorum per Iuveſtiturarum exhibitionem edere cogeretur originarias concellio-
26 nes Bonorum factas Subditis, vel alio difficillimo probationum genere dominium ſuum univerſale aſſerere, eo penitus decidere cogeretur, quippè ſe tueri non poſſet adverſus particulares Bonorum poſſeſſores, intentionem ſuam fundantes in præſumptione originariæ libertatis Bonorum; temporis enim antiquitate prohiberetur primævum Bonorum ſtatum demonſtrare, ut benè ad rem notat *Card. de Luc. de Feud. diſc.2. num.17. verſ. ac etiam, & in Miſcell. Eccleſ. diſc.7. num.14. verſic. attamen., Rot. in Recent. deciſ.164. num.38. part.6.*

Hæc autem juſta, ac æqua agendi ratio, potiori jure retinenda videtur in caſu noſtro, tum quia agitur de feudis antiquiſſimis, quorum re-
27 ſpectu levioribus adminiculis conſtabiliri dicitur titulus, ſivè conſuetudo tribuens Domino directo iſtiuſmodi univerſale dominium, ut docuit *Bald. in Leg. Iudicia num.3. Cod. de rei vindicat., Rot. coram Cavaler. deciſ.93. num.3., in Recent. deciſ.400. n.1. part.3., deciſ.81. num.13. part.9.*, cum aliis *in dicta Hortana Sylvarum 10. Martii 1701. §. Cum ergo coram bon. mem. Muto*: Tùm etiam quia res eſt de feudis mediatè ſubjectis ſu-
28 premo, ac directo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ dominio, ob facilem namque ad eam recurſum, procul abeſt ſuſpicio concuſſionis, oppreſſionis, & violentiæ, quà Baro, jure ſuo ſpoliatis Subditis, precario dumtaxat titulo utile Bonorum dominium, & quidem temporarium, ac reſolubile eiſdem reliquerit, ut ad rem noſtram notant *clar. mem. Card. de Luc. de Feud. diſc.65. num.16., de Iuriſdict. diſc.53. num.7., de regal. diſc.145. pariter num.7., & diſc.146. num.19., Rot. coram Coccin. deciſ.354. num.5., & in Piſauren. Molendinorum, ſeù Vallatorum ſuper bono Iure 23. Martii 1711. §. Neque diei coram bon. mem. Kaunitz*, & conſonat prima *Deciſio* ſuper meritis *§. Firmato igitur*, & in ſecunda *§. Et reverà*.

Hiſce igitur inhærendo regulis, ſi ex eo, quod agatur de materia Legibus noſtris, & jure feudali minimè improbata, ſed potiùs gentium omnium moribus recepta, Doctores, & Tribunalia rigoroſum directæ probationis genus minimè efflagitarunt, ſed recipienda eſſe, docuerunt argumenta, & præſumptiones deſumptas ab effectibus, & conjecturis, modò ſimul juncta, juſtæ probationis menſuram impleant, præcipuè, quando, ut mox dictum eſt, agitur de feudo antiquo Romanæ Eccleſiæ, neceſſariò fateri oportet, præſentem Cauſam planam eſſe, quippè non ſimplicibus adminiculis, aut conjecturis, non meris præſumptionibus, & argumentis, ſed ſuperlativarum probationum ſpecie probatur conſuetùdo tribuens Excellentiſſimo Principi Don Gisberto Pio titulum, & Jus *recadentiarum*, proficiſcens ex *univerſali*, & *fundiario* dominio Bonorum omnium, intrà Caſtrorum *Sancti Gregorii*, & *Caſapis* fines exiſtentium.

Nàm quoad longiſſimè poteſt mens noſtra reſpicere ſpatium præteriti temporis, & ſtatus eorumdem Caſtrorum memoriam recordari, ultimam indè uſque rem repetentibus, tot ſe ſe offerunt ſolemnia, & univoca facta, tot convincentes ſeſe exhibent demonſtrationes, tot denique univerſalis hujus dominii monumenta, è vetuſtatis latebris eruta, in lucem emergunt, ut, nonniſi vim faciendo veritati, illud in dubium revocari poſſe videatur; Agitur enim de 29
antiquiſſimis feudis, quorum Domini, licèt pro temporum, rerumque viciſſitudine, pluries mutati fuerint, pluriesque eadem Caſtra de una in aliam tranſiverint familiam; nihilominùs, immòto ſemper manente *Recadentiarum jure*, Barones eo uſi fuerunt, tàm in cauſa inteſtati, quàm in cauſa teſtati; quoties enim aliquis poſſidens Bona in dd. Caſtris inteſtatus deceſſit, nullo relicto herede impedire valente Bonorum reditum ad Baronem, idem ex conſuetudinario recadentiæ jure univerſa illius Bona occupavit, ut in *Summario primæ Propoſitionis* coram dicto R. P. D. Anſaldo *ſub num.7.*, & in alio ſecundæ propoſitionis *ſub num.1. litt. A., & B.*

Prout etiam, quoties ſimilium Bonorum poſſeſſor, carens tali herede, condidit teſtamentum, idem de ſuis Bonis non diſpoſuit ſimpliciter, ſed, quod maximâ notâ dignum eſt, optimè callens patriam conſuetudinem, quâ Bona ſua *recadentiæ* juri obnoxia eſſe noverat, ſecundum illam teſtari velle profitens, de eiſ- 30
dem diſpoſuit, adjectâ clauſulâ = *ſervatâ medietate Bonorum Curiæ* = vel ſimili aliâ = *ſalvis juribus Curiæ* = ut ex eodem *Summ. primæ Propoſitionis num.8.*, & Baro jure ſuo utens, de Bonis ad eum conſuetudinario iſto titulo reverſis poſſeſſionem cæpit, liberè de illis diſponendo, ut probatur ex particulis quinquaginta octo inſtrumentorum incipientium ab anno 1567. (quippè antiquiora aſſerri nequiverunt ex Archivio *Sancti Gregorii*, quia in iſto, nonniſi ex dicto tempore prothocolla reperiuntur) quibus addita ſunt alia duo inſtrumenta anni 1538. quę in Archivio Curiæ Epiſcopalis Tyburis reperta fuere, & conſuetudinem hanc illis uſque temporibus tamquam antiquam præſupponunt.

Ac-

Digitized by Google

Accedit his, quod, cum aliquis carens here-
dibus, juxtà præſcriptam conſuetudinem exclu-
dere valentibus Baronem, de Bonis ſuis diſpo-
nere voluit, vel per contractum inter vivos,
vel per ultimam voluntatem, antequam id per-
31 ficeret, opportunam licentiam impetravit à Ba-
rone, qui illam modò liberè, modò ſub condi-
tione conceſſit, ut diſtinctè referendo actus vi-
gore ſimilis facultatis tàm per contractus, quàm
per ultimas voluntates à Vaſſallis celebratos,
benè ad rem noſtram expendit prima *Deciſio*
ſuper meritis *diei* 11. *Maii* 1716. *§. Nec de hu-
juſmodi*, & ſecunda *diei* 10. *Februarii* 1719. *§.
In facto enim*, & prius delibaverat *Deciſio* ſu-
per manutentione *§. Hanc veriſimilem cum
ſeq.*

Immò verò ut obviam iretur fraudibus, quæ
in perniciem Baronum committi poterant à Bo-
norum poſſeſſoribus carentibus herede impe-
32 diente recadentiam, præveniendo videlicet
tempus mortis, & per contractum de Bonis ſuis
diſponendo: quando illi Bona ſua donare, vel
per quemcumque alium contractum diſtrahere
voluerunt, à Barone licentiam impetrare cu-
rarunt, qui illam eâ lege conceſſit, ut totum
pretium, vel ejus, medietas inveſtiretur, ne
fraus fieret Curiæ Baronali; Et, quod magis eſt,
ſi aliquando contigit, ſimiles actus expletos
fuiſſe ſinè Baronis licentiâ, & in ejuſdem præ-
judicium, ſtatim ac ad Curiæ Baronalis Mini-
ſtros id delatum fuit, illi vel penitùs nulli ac
irriti declarati, vel ad normam dictæ conſue-
tudinis redacti fuerunt, præſervando ſcilicet
Baroni *jus Recadentiarum*.

Satis certè eſſet in propoſito, dictorum Ca-
ſtrorum Barones prò tempore, tales actus, tam-
quam invalidos, irritaſſe, quoties ex eiſdem,
Curiæ Baronalis juri præjudicium irrogabatur;
verum ponderanda etiam ſe offert vetuſtiſſima
33 praxis, cujus vigore, antequam iſtiuſmodi con-
tractus celebrarentur, à Mandatario Loci fiebant
publicæ denunciationes, ſeu Proclamata, qui-
bus peractis, perficiebantur contractus cum li-
centia Curiæ Baronalis, liberè ſemper illos per-
mittentis, quoties aderant heredes jure con-
ſuetudinario vocati; vice autem verſâ, his de-
ficientibus, facultas alienandi, non aliter con-
cedebatur, quàm adjectâ obligatione inveſtien-
di medietatem pretii, vel aliâ ſimili appoſitâ
conditione, quâ Baronis indemnitati conſule-
batur, de hac verò praxi, & ſtylo nedum con-
ſtat ex illius notorietate, ſed ex pluribus inſtru-
mentis, in his quippè legitur expreſſa mentio
de ſimilibus denunciationibus factis per Manda-
tarios, & de licentia à Barone conceſſa; qui-
bus ſanè actibus, numero pluribus, atque uni-
formibus, ſufficienter probatus dici debet ſty-
lus, & praxis, ad *Text. in cap. Conquerente* 16.
de Offic. Ordinar., *Florez. de Mena var. reſolut.* 3.
quæſt. 24. *num.* 9., *&* 22., *Rot. in recent. deciſ.*
130. *num.* 12. *part.* 8., *deciſ.* 304. *num.* 1. *part.* 11.,
deciſ. 483. *num.* 9., *&* 10. *part.* 14., *deciſ.* 340.
num. 9. *part.* 15., *coram Buratto deciſ.* 578. *num.*
12., *ibique Adden.*, *coram Zarat. deciſ.* 10. *nu.*
18., *& coram bon. mem. Emerix Jun. deciſion.*
395. *num.* 4., *& in Caputaquen. Juriſdictionis
ſuper bono jure* 4. *Maii* 1708. *§. Nihil relevante*,
& ſeqq. cor. bon. mem. Caffarello.

Neque verò idem ſtylus interverſus, aut ſub-
latus dici poteſt ex eo, quod in aliquibus con-
tractibus, modernis temporibus celebratis, hæc 34
ſolemnitas à Curiæ Baronalis Miniſtris adhibita
minimè reperiatur; Omiſſio namque iſta, ut-
potè tribuenda mutationi Baronum, & Mini-
ſtrorum, ſufficiens non eſt prò abrogando ſtylo,
atque praxi, diuturno uſu jam conſtabilita, ad
hunc enim effectum requireretur, quod Mini-
ſtri Baronis adhibere volentes hanc cautelam,
prohibiti fuiſſent à Vaſſallis, quodque illi ſimi-
li prohibitioni acquieviſſent, & quidem tempo-
re ſufficienti prò intervertenda conſuetudine,
jam legitimè introductâ, ad *Text. in leg. de his
ff. de tranſaction.*, *Caſtren. conſ.* 464. *num.* 3., *Me-
noch. conſ.* 337. *num.* 37. *lib.* 4., *Joan. Bernard.
Diez ad Regul. jur. regul.* 142. *fol.* 95., *Petr.
Duen. regul. pariter* 142. *fol.* 125., *Rot. deciſ.*
328. *num.* 6. *part.* 4., *& deciſ.* 226. *num.* 25., *&*
26. *part.* 15. *recent.*, *& coram bon. mem. Emerix
jun. deciſ.* 799. *num.* 6., *& deciſ.* 1296. *num.* 21.,
*& firmatur in §. Finali noſtræ ſecundæ deciſionis
ſuper meritis*; Alioquin enim, ſi ſufficerent ejuſ-
cemodi ſimplices omiſſiones, nemo non videt,
quod nullus ſtylus, nullaque praxis incolumis
umquam manere poſſet, quia nedum ob indi-
ligentiam, atque imperitiam, ſed ob calidita- 35
tem Contrahentium (prout in caſu noſtro con-
tigiſſe potuit) illæ, tametſi longiſſimi tempo-
ris vetuſtate confirmatæ, perſæpè non ſervan-
tur, ideoque rectè conſtitutum reperitur, con-
ſuetudinibus, multiplici, immò uniformi a-
ctuum frequentiâ jam plenè conſtabilitis, dero-
gari minimè poſſe per aliquem contrarium
actum, per ea, quæ, omiſſis generalibus, in 36
ſpecie tradunt *Gulielm. de Benedict. in dict. cap.
Raynutius de teſtament. verſ. Et uxorem nomine
Adelaſiam poſt num.* 38., *Bernard. Argentreus
ad conſuetud. Brittan. tit. de fiefs. artic.* 323. *col.*
1305. *§. Quod non recepta circa med. verſ. Nam,
& traditum cum pluribus ſeqq.*

Verum præterea magis urget illa alia reſ-
ponſio, videlicet quod, cum ex praxi, & cau-
tela, quam ex tot inſtrumentis, totque actibus
tùm antiquis, tùm recentibus ſervari conſue-
viſſe, novimus, apertè deprehendatur, atque
confirmetur *jus Recadentiarum* Baroni compe- 37
tens, ad quod dumtaxat illi referri poſſunt; in-
dè ſequitur, quod ſi, in nonnullis recentiori-
bus inſtrumentis eadem cautela neglecta quan-
doque reperitur, non idcircò ex tali omiſſione
ullum elici poterit argumentum excluſivum di-
cti juris, quando alioquin conſtat, illud con-
ſtanter à Baronibus retentum fuiſſe poſteriori-
bus etiam temporibus, ut patet ex modernis
inventariis Bonorum recadentialium relatis in
Summario dictæ primæ Propoſitionis num. 2., in
quibus referuntur Bona, hoc jure ad Barones de-
voluta ab anno 1657. uſque ad annum 1670.;
Et præterea iidem jure ſuo utentes, uſque in
ho-

hodiernam diem Vaſſallis impartiri ſemper con-
ſueverunt licentias diſponendi de dictis Bonis;
ſive per ultimam voluntatem, ſive per contra-
ctus de illis diſponere vellent.
Cum igitur ex his pateat, Barones, qui præ-
dicta Caſtra poſſederunt, hoc *Recadentiarum*
jure gaviſos jugiter fuiſſe, jure, meritòque, li-
cèt pluries, pluriſque per venditiones, alioſ-
que contractus eorumdem Caſtrorum Domini
mutati fuerint, nihilominùs incolume ſemper
ejuſcemodi jus illis præſervatum fuit in inſtru-
mentis venditionum, expreſsè declarando,
quod unâ cum ceteris juribus feudalibus, illud
38 quoque jus in Emptorem transferebatur, ut pro-
batur, tùm ex inſtrumento venditionis Caſtri
Sancti Gregorii anno 1599. à Tarquinio de San-
cta Cruce facta Duci Lothario de Comitibus,
quod inſtrumentum per extenſum refertur *à*
Saluſtio Tyberio in ſuo Formulario Inſtrumento-
rum lib.2. fol.233. colùm. prima, tùm etiam ex
aliis venditionibus tàm dicti Caſtri *Sancti Gre-*
gorii, quàm alterius *Caſapis*, quæ anno 1637.
factæ fuerunt favore claræ memoræ Principis
Don Thaddæi Barberini = *cum omnibus juribus*,
nec non Bonorum devolutionibus, & Recaden-
tiis =, & anno 1655. favore claræ memoriæ
Cardinalis Caroli Pii, ut ex inſtrumento relato
in Summario primæ Propoſitionis num.1., juſto
igitur jure Barones indiligentes minimè fuerunt
in *Recadentiarum* jure perſequendo, ſed illud,
tamquam juſto pretio emptum, tenaciſſimè
ſemper retinuerunt.
Quamquam verò, ut ſupra probatum eſt *§.*
39 *Cenſent verò*, prò conſtabiliendo dicto *Recaden-*
tiarum jure, minimè requirantur directæ illius
probationes, per inveſtiturarum exhibitionem, vel
aliud ſimile medium comparandæ, ſed idem
quæſitum dici poſſit ex conſuetudine, quæ ex
ſola frequentia actuum probata dicitur, ad no-
tata per *Bartol. in leg. De quibus num.23., &*
40 *ſeq. ff. de legat.1., Guidopap. conſ.131. num.4.,*
Ludovic. Bell. conſ. 4. num. 5., & duobus ſeqq.,
Cacheran. deciſ. Pedemont. 49. num. 45., Gaill.
obſervat.31. num.7., Menach. de arbitr. caſ. 81.
num.2., Maſcard. de Probat. concluſ. 424. num.
2., & 14. lib. 1., Rota in Dertbuſen. Juriſdi-
ctionis ſuper gravibus 4. Martii 1697. §. Quæ ſa-
nè, coram bonæ memoria Pia, in Mantuana Bo-
norum 7. Maii 1708. §. Quod autem, coram Re-
verendiſſimo Aldrovando, in Sarſinaten. Devo-
lutionis 27. Februarii 1711. § Idem procedit, co-
ram eodem, ita quidem, ut prò ea legitimè in-
ducenda, ſufficiat certus actuum numerus ar-
bitrio Judicis æſtimandus, *Ruin. conſ. 143. num.*
24. lib.5., Cephal. conſ.157. num.17., Rota co-
41 *ram Pen. deciſ. 527. num. 13., in recent. deciſ.*
235. num.34. part.16., modò ex illis dijudicari
queat, ut plurimùm fuiſſe ità obſervatum, li-
cèt aliquando aliquo diverſo modo actum repe-
riatur, idem *Bartol. in dicta leg. De quibus nu.*
16. ff. de legibus, Honded. conſ.53. num.23. lib.
1., Ludovic. Bell. dicto conſ.4. num. 11., Dec.
conſ. 11. num.12. verſ. reſpondetur, & conſ. 215.
num.2. verſ. hoc idem, Vivian. de Jurepatronat.
part.1. lib.4. cap.1. num. 71. §. Secundò quia fol.
mihi 96., Theſaur. deciſ.99. num. 7., Rot. poſt
Albit. de inconſtant. in Judic. deciſ.40. nu. 36.,
in Imolen. Bonorum ſuper Decimis 14. Novem-
bris 1698. §. Reſultante coram bonæ memoriæ
Molines.
Profectò in noſtro caſu conſuetudo, de qua
agitur, ſuperlativè probata dicenda eſſet, &
quidem per immemorabilem, licèt, ut infe-
rius dicetur, ſatis etiam eſſet ſola centenaria, 42
immò etiam quadragenaria, quia pro ea ad-
ſtruenda, ut benè advertitur in prima *deci-*
ſione §. Nec hujuſmodi, & in ſecunda *§. In fa-*
cto enim, afferuntur ſpatio duorum ferè ſeculo-
rum actus nedum numero plurimi, ſed ob eo-
rum frequentiam adeò aſſidui, univoci, & ur-
gentes, ut exindè emanaverit illud, omnium
Comitatenſium ore tritum effatum = MORIRE 43
A CORTE =, quo ſanè loquendi modo conno-
tata dici debet conſuetudo iſta juris *Recadentia-*
rum, confirmata etiam clauſulâ = *ſervatâ me-*
dietate Bonorum Curiæ = adjici ſolitâ teſtamen-
tis, hæc enim, utpotè contraria diſpoſitioni Juris
Communis, nonniſi ad peculiarem hanc con-
ſuetudinem referri poſſunt, ut in ſimili ad rem
noſtram ponderat *Rota in Cavallicen. Dominii* 44
ſuper bono jure 23. Junii 1713. §. Subſequeban-
tur cum ſeq. cor. R̃mo Lancetta.
Verùm enim verò, licet ſatis ſuperque eſſet,
actus, quibus conſuetudinem hanc adſtruimus,
exordium ducere ab anno 1538., nihilominùs
tamen, non ex hoc dumtaxat, ſed ex longè
remotiori tempore illius initium petendum eſt;
tùm quia in inſtrumentis, & documentis ſupra
relatis *§. Nam quoad longè cum ſeqq.*, ex quibus
deſumimus teſtimonium, & exercitium iſtiuſ-
modi *Recadentiarum* juris, clara mentio fit, at-
que expreſſa relatio habetur ad conſuetudinem,
quæ in eiſdem Caſtris, tamquam ex antiquo
tempore vigens, enunciatur, propterea que ne- 45
ceſſariò dicendum eſt, jam ex tunc præceſſiſſe
actus, ex quibus illa legitimè inducta, effor-
mataque dici poſſet, ut ſimili argumento ducto
ex mentione antiquæ conſuetudinis facta in ali-
quo inſtrumento, pro ea præſumenda utitur
Rota apud Albit. de inconſtant. in Judic. deciſ.
22. num.7., & 12.
Tum etiam quia, à conſuetudine iſta, veluti
à ſua cauſa prodierunt deindè Statuta dictorum
Caſtrorum, quibus jus *Recadentiarum* antiquis
Populi moribus agnitum, receptumque, Legis 46
quoque municipalis teſtimonio aſſertum reperi-
tur: Nam, cum Statuta Locorum nihil aliud
ſint, quàm conſuetudines diù obſervatæ, & po-
ſteà in ſcriptum redactæ, *Rota in Romana, ſeù*
Nullius Immiſſionis 9. Martii 1711. §. Amari- 47
tudo coram bonæ memoriæ Anſaldo; & rectè ani-
madverſum fuit in prima *deciſione* ſuper meritis
§. Quæ quidem conſuetudo, & in ſecunda *§. Pro-*
ut neque, ac *§. Et reverà*, juſtâ ratione dicto-
rum Caſtrorum homines antiquæ conſuetudini
obſequentes, Statuto agnoverunt; publico ve-

luti univerſi Populi teſtimonio, atque confeſ-
ſione aſſeruerunt directum illud dominium uni-
verſale, cujus vigore Bona à ſuis Majoribus
poſſeſſa, deficientibus certi gradus heredibus,
48 *jure Recadentiæ* ad Baronem devolvebantur, ut
benè prò tali dominio, ac jure favore Baronis
conſtabiliendo ex ſimilibus Statutis, argumen-
tantur *Ludovic. Bell. conſ.* 111. *num.* 6. *verſ. Ex*
Statutis, *& num.*21., *Afflict. deciſ.*165. *num.*
1., *Poſth. de Mannt. obſervat.*28. *num.*1., *Rot.*
*apud eumdem deciſ.*115. *num.*3., *& in dicto Vo-*
to Camerali impreſſ. in Mantiſſ. deciſ. ad ornat.
*Cardin. de Luca titul. de Feud. deciſ.*5. *num.*20.,
*& ſeq. tom.*3., *in dict. Cavallicen. Dominii ſuper*
bono jure 23. *Junii* 1713. *§. Tum ex antiquis cor.*
Lancetta Decano.

Quod porrò Statutum, eò ſolidiùs in noſtra
hypotheſi, Jus Baronis confirmat, quia illud
refert ad antiquam conſuetudinem, & antiquiſ-
ſimum idem appellat; nam Liber, cui inſcrip-
tus eſt titulus in genere = DELLE CONSUE-
49 TUDINI =, plures complectitur Rubricas, in-
ter quas legitur illa = *del fare li teſtamenti* =,
præſcribens formam in ſucceſſionibus teſtatis
ſervandam, deindeque ſubijcitur altera Rubri-
ca = *del ſuccedere ab inteſtato* =, ſtatuens ſimili-
ter iſtiuſmodi ſucceſſionis modum, illis adje-
ctis verbis = *ſiccome è ſtato ſolito, e conſueto*, ut
in *Summario primæ Propoſitionis num.*9.; In du-
bium itaque venire nequit, quin, ut benè ob-
ſervatum fuit io *deciſione* ſuper manutentione *§.*
Penult., & in prima ſuper meritis *§. Quæ qui-*
dem conſuetudo, *& ſeq.*, & in ſecunda *§. Et re-*
verà cum ſeq., ex his evidens, & apertum redda-
50 tur, jamdudum aotè Statutum viguiſſe illud
jus non ſcriptum, juxtà quod eveniente caſu *re-*
cadentiæ, Bona ad Dominos directos devolve-
bantur, idemque deindè à Statuentibus ad ma-
jorem ejuſdem ootorietatem, ac firmitatem in
ſcriptis redactum fuiſſe, non quidem tamquam
novum jus, eorum voluntate recenter efforma-
tum, ſed tamquam jam vigens, & dictâ lege
municipali confirmatum in ſequelam præceden-
tis conſuetudinis fundatæ in dominio univerſali
Territorii exiſtente penes Dominum directum,
cum hoc onere particulari Bona concedentem
primis Poſſeſſoribus, *Rota in Hortuna Sylva-*
rum 10. *Martii* 1698. *§. Inter adminicula coram*
Muto.

Quo argumento in caſu non abſimili, tran-
ſactionis videlicet celebratæ cohærenter anti-
51 quæ conſuetudini, benè ad rem noſtram, ità
concludit *Rota in Cavallicen. Dominii ſuper Bo-*
no jure 23. *Junii* 1713. *§. Nec ullo modo coram*
Lancetta Decano, ibi = *Nec ullo modo dictum jus*
per Duces ſibi quæſitum fuiſſe ex ſupradicta tran-
ſactione dicendum eſt, quia, ſive attendatur man-
datum Procuræ datum à Communitate ad tranſi-
gendum, ſive indoles, natura, & ipſamet litera
tranſactionis, exceptio hæc, aliàs promota, pe-
nitùs ſubmovetur; Et quidem in mandato Procu-
ræ expreſſa legitur facultas obligandi Univerſita-
tem, omneſque illius Succeſſores ſub his verbis =
ad dandum ventenum de pane, vino, & aliis re-
bus, de quibus ventenum præſtare conſueverunt =
quamobrem ex adeò ſolemni Communitatis confeſ-
ſione præſeferente tempus præteritum, in aperto
ponitur primævus titulus, cui innitebatur con-
ventum jus exigendi ventenum, ſolùmque vali-
diùs in tranſactione conſtabiliendum erat illius
exercitium =, rectè itaque Statutum, de quo agi-
tur, ad talem conſuetudinem probandam affer-
tur in *Deciſione* edita in Judicio manutentionis *§.*
Eamdem conſuetudinem, ibi = *Eamdem conſuetu-*
dinem mirificè etiam coadjuvabant tàm Statutum
ejuſdem loci Sancti Gregorii præſcribens hujuſ- 52
modi Recadentias in memoratis caſibus favore Ba-
ronis &c. = *& in §. Penultim.*, ubi ad hunc ef-
fectum conſiderat ſuperiùs relata verba Statuti =
Siccome è ſtato ſolito, e conſueto &c., id quod
etiam expenditur in aliis *Deciſionibus*, quæ de-
indè prodierunt ſuper meritis, in prima videli-
cet *§. Quæ conſuetudo*, & in ſecunda *§. Et re-*
verà.

Etſi autem teſtimonium conſuetudinarii ju-
ris deſumptum ex nuda litera Statuti graviſſi-
mum ſit, illud tamen longè gravius redditur,
ſi animadvertatur, neminem recto ſenſu præ-
ditum, nè mente quidem cogitare umquam
poſſe, quod, niſi jam in dictis Caſtris inoleviſ-
ſet talis conſuetudo, longiſſimi temporis vetu-
ſtate, uniformium actuum multiplicitate, aliiſ-
que firmiſſimis innixa, atque conſtabilita fun- 53
damentis; illorum Incolæ tale Statutum um-
quam edidiſſent. Enim vero quis dixerit, illos
adeò fatuos fuiſſe, ut, nullâ neceſſitate cogen-
te, ſe libero ſuorum Bonorum dominio ſpolia-
re voluerint, condendo Statutum, quo ſibi
ipſis præripiebant libertatem diſponendi de Bo-
nis ſuis, à natura, & Lege eiſdem impartitam
ad tradita per *Rot. coram Buratto deciſ.*7. *per tot.*,
& in recent. deciſ. 597. *num.* 11. *part.* 5. *tom.*3.,
& in collect. deciſ. & rer. judicat. apud Balducc.
*tit. de legat. deciſ.*12. *num.* 5. *&* 9., quod etiam
obſervatum fuit in prima *Deciſione* ſuper meri-
tis *§. Quæ quidem conſuetudo cum ſeq.*, *& in ſe-*
cunda §. Atque demum; Immò verò nec etiam
volentes, id potuiſſent, quia Univerſitates,
tum civilis juris, tum Pontificiarum Conſtitu-
tionum cenſurâ, condere prohibentur iſtiuſmo- 54
di municipales Leges, non ſolùm adverſantes
juri communi, ſed publico ipſorum Civium bo-
no contrarias, *Natta conſ.*179. *num.*3., *& conſ.*
185. *num.*8., *Surd. dicto conſ.*2. *num.*33., *Car-*
din. de Luca de regal. diſcurſ. 77. *num.* 4., *diſc.*
84. *num.*3., *diſc.*144. *num.*4., *& de Servituti-*
*bus diſc.*41. *num.*3., *Rota coram Burat. deciſ.* 6.
*num.*1. *&* 7.

Neque verò locus eſſe poteſt juſtæ ulli ſuſpi-
cioni, nimirum, illos Baronum imperio, at-
que auctoritate coactos, talem legem ſuis Bonis
impoſuiſſe: nam iſtiuſmodi violentiæ ſuſpicio
quævis ſubmovetur validiſſimo illo immemo- 55
rabilis temporis titulo confirmato ex obſervan-
tia, pacificè, &, conſentientibus dictorum Ca-
ſtrorum incolis, uſque in hæc tempora conti-
nuata,

Digitized by Google

nuata, his enim natam omnem uſurpationis,
aut cujuſvis alterius vitii, ſi quod ab initio in-
eſſe potuit, tolli, penituſque deleri, jura no-
ſtra ſanxerunt, argumento *Textus in leg. hoc
jure §. Ductus aquæ ff. de aqua quotidian.*, *&
æſtiv. in cap. ſuper quibuſdam §. Præterea*, *&
ibi Gloſ. verſ. non extat memoria de verbor. ſigni-
fic.*, *& notant Bald. in leg. Celſus notab. 2. & 4.
ff. de uſucap.*, *Capiblanc. de Baronib. pragmat.
11. num.146.*, *& Pavimoll. annot.5. ad deciſ.10.
num.1.* Eòque magis hæc urgent in caſu noſtro,
quia univerſus eorumdem Caſtrorum Populus
rectè noviſſe debuit, ſe ſuorum Bonorum libe-
ro dominio, & facultate de eis diſponendi à
56 Baronibus privari minimè poſſe, *Everard. conſ.
58. ex num.10. ad 30.*, *Salgad. de retent. Bul-
lar. part.1. cap.7. ex num.10. ad 17.*, *Covaruv.
variar. reſolut. lib.3. cap.6. num. 6. & 8.*, *Mo-
lin. de Primogen. Hiſpan. lib.1. cap.8. num.31.*,
Hodiern. in leg. Hac edictali quæſt.15. num.19.,
*Donat. Anton. de Marinis variar. reſolut. lib. 1.
cap.68. num. 4.*, & innumeris adductis *Rota in
Romana Primogenituræ*, *& fideicommiſſorum de
Corſinis 10. Decembris 1710. §. Creſcit 27. co-
ram R.P.D. Aldrovando*; quodque, ſi id fortè
à Baronibus audaciter attentatum fuiſſet, ob-
57 vius ex tàm propinquis Oppidis patuiſſet recur-
ſus ad Summum Pontificem, qui illorum teme-
ritatem coercendo, eoſdem in ordinem rede-
giſſet, minimèque permiſiſſet, quod colore
ullo uſurparent *Recadentiarum* jus, niſi illo le-
gitime gaviſi fuiſſent vigore conſuetudinis, quæ
antequam conderetur Statutum, jam dudum in-
valuerat, ut, præter deducta *§. Hæc autem juſta*,
conferunt tradita per *Rot. in recent. deciſ.66.
num.112. part. 6.*, *coram Bich. deciſ. 441. num.
12.*, *coram Emerix jun. deciſ. 799. num. 8.*, *&
in nullius ſeu Forolivien. Caſtri Vallis Oppii 12.
Junii 1711. §. Panderando coram Lancetta De-
cano*, *& in Piſauren. Molendinorum, ſeu Val-
latorum ſuper Bono jure 23. Martii 1751. §. Ali-
ter 25. in princip. cor. Kaunitz*.

Quæ cum ità ſint, & pro aſſerendo, favore
Baronis, *Recadentiarum* jure, immemoriali ob-
ſervantiâ, & ſupereminenti Statuentium teſti-
monio conſtabilito, nullo res egere videatur
Teſtium adminiculo, attamen hoc etiam pro-
bationis genus optimæ Cauſæ non deeſt. Anno
enim 1700. in ſimili Judicio à clar. mem. Patre
Excellentiſſimi Principis Don Giſberti moto in
Tribunali AC. contrà Laurentium Borgiam de
58 Caſtro *Caſapit*, inducti, formiterque exami-
nati fuerunt tres Teſtes, apertiſſimis verbis de-
ponentes, tàm in dicto Caſtro *Caſapit*, quàm
in illo *Sancti Gregorii*, viguiſſe ſemper, firmi-
terque obſervatum fuiſſe jus iſtud *Recadentia-
rum*, cui Bonorum poſſeſſores ſe obnoxios eſſe,
agnoverunt; Optimam verò dicti ſui rationem
reddunt; quippè deponunt, paſſim vigore dicti
Juris vidiſſe devolutiones Bonorum ad Curiam
Baronalem, nemine reclamante, ſecutas; iidem-
demque nedum enumerant particulares caſus,
qui ipſis viventibus evenerunt, ſed conſtanter
etiam aſſerunt, à Majoribus ſuis ità ſemper facti-
tatum audiviſſe, ut in *Summario primæ Pro-
poſitionis num.10.*

Ejuſcemodi autem Teſtes plurimùm ſanè va-
lent, tùm generaliter ad probandum dominium
directum, *Maſcard. de probat. concluſ.753. nu.
4. & ſeqq.*, *Cardin. de Luca de ſervit. diſc. 43.
num.7.*, *Rota coram Cavaler. deciſ. 93. num.8.*,
*in Viterbien. uſus Paſcuorum 15. Martii 1700.
§. Etenim in fin. coram Muto*, *& in Farſen. ju-
ris paſcendi ſuper manutentione 27. Martii 1702.
§. Undè coram Molines*, tum etiam ad aſſeren-
dum favore Baronis ſpeciale iſtud jus, *Natta* 59
conſ.160.nu.17., *Ludovic. Bell. conſ.111.n.7.* *Hoto-
man conſ.4.n.17. verſ. venio ad tertium*, inquiens,
in hiſce cauſis ſufficere duos Teſtes, *Rota in
dict. Cavallicen. Dominii ſuper Bono jure 23.
Junii 1713. §. Atque hinc omiſſis cor. Lancetta
Decano*.

Neque verò vis hujus probationis elidi ullo
pacto poteſt exceptionibus illis, quod nempe
dicti Teſtes ſint vaſſalli Baronis, ejuſque ætatis,
ut idonei minimè videantur ad probandam im-
memorabilem; Quippè omiſſo, quod exceptio- 60
nes iſtæ, aliquo fortè juſto colore, opponi poſ-
ſent, ſi, carentes firmiſſimo hactenùs deducta-
rum probationum præſidio, ſolâ Teſtium de-
poſitione, eorumque nudâ fide, *jus Recaden-
tiarum*, de quo agitur, & immemorabilem ejus
uſum aſſereremus; Quod attinet primam ex-
ceptionem, reſpondemus, propenſioni Vaſſal-
lorum erga Dominum aliqua ex parte eorum fi-
dem minuenti, (modò tamen ageretur contra
tertium) longè prævalere potentiorem illam ra-
tionem, quod ipſi deponant contra proprium
intereſſe, & commodum ſucceſſionis tàm acti-
væ, quàm paſſivæ in ſuis Bonis, per ea, quæ 61
tradunt *Felin. in cap. illud num. 6. de præſcrip-
tion.*, *Gratian. diſcept.597. num. 13.*, *Rota co-
ram Buratt. deciſ.111. num.7.*, *coram Muatic. de-
ciſ.350. nu.3.*, *in recent. deciſ.147. num.10. part.
11.*, *deciſ.393. num.13.*, *& deciſ.576. numer.14.
part. 18.*, *& in Hortana Sylvarum 10. Martii
1698. §. Conforme coram Muto*, *& conſonat no-
ſtra prima deciſio §. Talemque probationem*, Quod
vero attinet ſecundam exceptionem, dicimus,
quod, licèt præfati Teſtes non ſint ætatis ad
probandam immemorabilem requiſitæ per fami- 62
geratam *Gloſſ. in cap.1. de præſcript. in 6.*, am-
bigi tamen nequit, quin vehementiſſimum im-
memorabilis argumentum ex eorum dictis con-
ſurgat, *Rota penes Poſth. de manut. deciſ.32. ſub
num.3.*, *& deciſ.33. nu.2.*, *& ſeqq.*, *in recent.
deciſ.360. numer.13. in fin. part.2.*, *& ad ornat.
Cardin. de Luca lib. 3. tit. de jurisdict. deciſ. 27.
num.19.*, *& 20.*; Quapropter ritè, rectèque eo-
rum depoſitiones expendendæ à nobis proponun-
tur, tamquam ſuperabundantia teſtimonia ju-
ris, duorum ſeculorum obſervantiâ, totque 63
aliis validiſſimis argumentis conſtabiliti, per ea,
quæ tradunt *Bartol. in leg. 2. num. 15. verſ. nam
Teſtis ff. de appellation. recipiend.*, *Rot. in recent.
deciſ. 219. num.14. part.12.*, *coram Bich. deciſ.*

12. *numer.*11., *& coram Emerix jun. deciſ.*264. *num.*15.

Eòque magis dicta præfatorum Teſtium urgent in caſu noſtro, quia illos vera locutos fuiſſe, confirmatur alio etiam ſolemni teſtimonio
64 Priorum Communitatis *Sancti Gregorii*, eamdem inveteratam, immò immemorabilem conſuetudinem perſpicuis verbis aſſerentium, quanta autem vis tribuenda ſit illorum depoſitionibus perſpici poteſt ex eo, quod eædem editæ reperiuntur contra commodum & intereſſe contitentium, qui præterea fuiit publicæ perſonæ, Patriæ ſuæ mores, conſuetudines, & jus, quo in ea vivitur, optimè callentes, *Felin. in cap. Inſuper in fin. de Teſtibus*, *Maſcard. de probat. concluſ.*1357. *num.* 6., *Farinacc. de Teſtibus quæſt.*55. *num.* 192., *& quæſt.*60. *num.*494. quinimmò eorum teſtimonium, utpotè proficiſcens
65 à perſonis repræſentantibus totam Univerſitatem, non privatarum perſonarum, ſed ſolemne quodammodò ipſius Univerſitatis teſtimonium reputari poſſe videtur, & quidem reſpiciens vetuſtiſſimum, & immemorabile tempus præteritum, quo *Recadentiarum* iſtud jus inductum fuit, *Rota in dict. Cavallicen. Dominii ſuper Bono jure §. Nec ullo modò coram Lancetta Decano*, & benè obſervatur in *Deciſione* edita ſuper articulo manutentionis *§. Hancque veriſimilem*, & in prima edita ſuper meritis *§. Accedente præſertim*.

At cur his immoramur argumentis pro vindicandis à contrariis exceptionibus tum privatarum, tum publicarum perſonarum teſtimoniis, quando eorum veritas plenè confirmata apparet publicâ voce & famâ, pleniſſimè reſultante ex innumeris legalibus documentis, atque etiam ex communi exiſtimatione Populi, & Incolarum Caſtrorum *Sancti Gregorii*, & *Caſapiæ Summario primæ Propoſitionis num.*1.2.7., *&* 8. allatæ fuerunt innumeræ enunciativæ emiſſæ in ſolemnibus, & proportionatis actibus, in qui-
66 bus quoties incidit mentio qualitatis, & ſtatus Bonorum exiſtentium intrà fines, & territoria dictorum Caſtrorum, eadem ex antiqua conſuetudine ſemper agnita, atque enunciata fuere iſtiuſmodi *Recadentiarum ſervitute* devincta: ſimiles autem enunciativas plurimum valere, optimè animadvertunt *Felin. in cap. cum conſum n.*4. *verſ. tamen inſtrumento de probationibus*, *Cravett. conſ.*29. *in principio*, *Antonin. Maceraten. variar. reſol. lib.*2. *reſolut.* 55. *num.*7., *Rot. in rec. deciſ.* 54. *in fine part.*1., *deciſ.*223. *num.* 4. *part.*2., *deciſ.*82. *numer.*12., *& deciſ.*164. *num.* 6. *part.*6., *deciſ.* 68. *num.* 23. *part.* 9., *coram Merlin. deciſ.* 209. *num.*5., *coram Royas deciſ.* 159. *num.* 11., *in Hortana Sylvarum* 10. *Martii* 1698. *§. Secundum adminiculum verſ. ex enunciativis coram*
67 *Muto*, eædemque, utpotè antiquiſſimæ, cum probent etiam immemorabilem, *Rot. coram Verall. deciſ.*347. *num.* 2., *& ſeqq. part.* 3., *in recent. deciſ.*91. *num.*2. *part.*1., *deciſ.* 257. *nu.* 5. *part.* 6., afficere idcircò dicuntur Succeſſores quoque enunciantium, *Ruin. conſil.*128. *nu.* 16. *lib.*1., *conſ.*40. *num.*4. *lib.*4., *Cravett. conſil.* 29. *num.*1., *Rota in recent. deciſ.*290. *num.*2. *& ſeq. part.*1., *deciſ.*262. *num.*1., *&* 4. *part.*5., *deciſ.* 128. *num.*5., *&* 28. *part.*6., *deciſ.* 322. *numer.* 32. *part.* 18., *deciſ.*340. *num.* 25. *part.* 19., *coram Celſo deciſ.* 124. *num.* 11., *coram Emerix jun. deciſ.*892. *numer.*7., *in Romana Emphyteuſis* 11. *Martii* 1699. *§. Controverſos in fin. coram Muto.*

Nil itaque mirum, ſi *Recadentiarum* jus enunciatum in omnibus publicis documentis,
atque ſolemnibus actibus ſive per viam con- 68
tractus, ſive per viam ultimæ voluntatis, à cunctis dictorum Caſtrorum Incolis celebratis, eorumdem etiam ſermone, & loquendi uſu, veluti omnibus notorium circumfertur, ideoque idem aſſertum, atque confirmatum dici debet publicâ voce, & famâ, quæ, ſi cetera deeſſent, planè probata cenſeri poſſet,
communi illo loquendi Comitatenſium more = 69
DI MORIRE A CORTE = At verò ſi publica vox, & fama magnifacienda ſemper eſt, *Dec. conſ.*428. *num.*3., *ubi de communi*, *Soccin. conſ.*86. *num.*2. *lib.*1., *Surd. conſ.* 94. *num.*49., *& conſ.*151. *num.* 3., *& num.* 32., *Spad. conſil.* 124. *num.*3. *lib.*2., *Caſſador. deciſ.*2. *num.*2., *& ſeq.*, *Rota coram Burat. deciſ.*947. *num.* 4., *coram Merlin. deciſ.*655. *num.* 5., *coram Emerix jun. deciſ.*1171. *num.*3., *& in pluries citata Cavallicen. Dominii ſuper Bono jure §. Atque hinc omiſſis coram Lancetta Decano*, Eadem eò magis valebit ad rem noſtram, quia promanat à perſonis, quarum alioquin ſummoperè intere-
ſſat, Baronem prorſus carere tali jure, vergen- 70
te in ipſorum maximum præjudicium, ut, præter alibi allegatos, notant *Soccin. ſen. conſ.*12. *num.*10. *lib.*3., *Pariſ. conſ.* 11. *num.* 12. *lib.* 2., *Decian. reſponſ.* 88. *numer.* 22. *lib.* 2., *Menoch. conſil.* 337. *in fin.*, *Rocca diſputat. jur. ſelect. cap.* 79. *num.*12., *Rota coram Coccin. deciſ.*436. *num.*9.

Graviſſima profectò hæc ſunt, & plenè eiſdem meo judicio favore Baronis conſtabilitum videri poteſt *Jus Recadentiarum*, de quo agitur; Verùm adhuc ſupereſt unum gravius, auctoritas
nempè rerum judicatarum, quæ, etſi minimè 71
requirantur, ut Baro immemorabilis conſuetunis præſidio fretus, tale jus tutò vendicare ſibi poſſit, *Guidopap. conſ.*131. *nu.*4., *Ludovic. Bell. conſ.*36. *num.*10., *Honded. conſ.*53. *nu.*27. *lib.*1., attamen duplex offertur ſententia, altera Tribunalis A. C., altera Curiæ Epiſcopalis Tyburtinæ, & utraque obtinuit auctoritatem rei judicatæ; Hæ autem ſententiæ, utpotè latæ cum legiti-
mo Contradictore, faciunt jus & ſtatum quoad 72
alios, quoſcumque, iſtiuſmodi jus impugnantes, ad *Text. in L. Ingenuum ff. de Stat. homin.*, & benè ad rem noſtram *ait deciſio, à bon. mem. Anſaldo* edita ſuper manutentione *§. Hujuſmodi autem*, & in aliis, quæ ab eodem emanarunt ſuper petitorio, in prima nempè *§. Ac denique*, & in ſecunda in *§. Et nè dubitationi*.

Nec eſt, cur illarum vis, & auctoritas evitari con-

Digitized by Google

contendatur inani illo colore, quod in earum
hypotheſi quæſtio eſſet de Bonis ſitis in territo-
73 rio Caſtri *Caſapis*, in hodierno autem judicio res
ſit de Bonis exiſteotibus intra fines Caſtri *S. Gre-
gorii*, ideòque concurrente hac rei diverſitate,
ſententiæ latæ in dd. judiciis ſtatum firmaſſe dici
nequeant in illo, quod hodiè vertitur; Pro ob-
jectione hac funditus couvellendâ, ſatis eſſent
deducta in hujus Cauſæ *Deciſionibus*, illâ nempè
ſuper manutentione §. *Nec vim*, & ſecundâ ſu-
per meritis §. *Miniſque*, ajentibus, utrumque
Caſtrum, ſub ejuſdem Baronis dominio exiſte-
re, iiſdemque legibus, & *Recadentiarum jure* re-
gi, & deniquè actus omnes, quibus immemo-
rabilis ejuſcemodi juris uſus probatur, indiffe-
renter reſpicere Bona intrà utriuſque territorii
fines exiſtentia; Verum præterea, ſi eâ, quâ par
74 eſt, maturitate expendatur ſæpius memoratum
Statutum Oppidi *S. Gregorii*, uſus, & modus
ibi loquendi *di morire a corte*, innumera deni-
què documenta, publica vox, & fama, Te-
ſtiumque deſpoſitiones, in quibus omnibus ex-
preſsè agitur de Bonis ſitis intrà territorium Ca-
ſtri *S. Gregorii*, vanum eſt contendere, quod
dictæ ſententiæ latæ fuerint ſuper Bonis territorii
Caſtri *Caſapis*, quando illæ fundatæ, atque edi-
tæ reperiuntur ex probationibus, utriuſque Ca-
ſtri Bona *Recadentiarum* juri obnoxia eſſe con-
firmantibus.

Haud verò eredimus, ullam ſibi promereri
poſſe animadverſionem, appellationem inter-
poſitam adverſus ſententiam latam in Curia Epi-
ſcopali Tyburtina, quia, ut benè obſervat ſe-
cunda *Deciſio* ſuper meritis §. *Haud attentâ*, cum
ſuccumbens illam proſecutus non fuerit, &
75 coram A. C. Judice appellationis obtenta, & ex-
pedita fuerit moderatio inhibitionis, quodque
magis eſt, illius vigore ſententia obtinuerit com-
pletam executionem, cum refectione etiam ex-
penſarum, colore idcircò nullo ad præſens op-
poni poteſt dicta appellatio, ex notis cuique ju-
ribus, & benè *in ſecunda Deciſione ſuper meritis
§. Haud attentâ*.

Quibus ità ſe habentibus, ambigi ſanè non
poteſt, quin ex huc uſque deductis jura Excel-
lentiſſimi Principis Don Giſberti ſolidiſſimè
76 fiunt, utpotèquæ virtute univerſalis dominii, illi
competiiſſe, & exercita ſemper fuiſſe compe-
riuntur non ſolo quidem decennali, aut tricena-
rio tempore, licèt iſtud de jure civili ſufficeret,
nec longiori 40. annorum decurſu, ex rigidiori
Sacrorum Canonum regula requiſito pro ſta-
tuenda conſuetudine contraria juri, ut probant
*Abb. Anton. de Butr., aliique in cap. final. de
conſuetudin.*, idem *Abb. in cap. cum ſint num. 6.
in fin. verſ. ideò conſuetudo de decim.*, *Alex. conſ.
66. lib. 2.*, *Spad. conſ. 140. num. 10. lib. 3.*, *Gri-
lenzon. conſ. 17. num. 8. & ſeqq.* apud *Duennem
ad regul. jur.*, *Jo. Bernard. Diaz regul. 100. &
ſeq. fol. 84.*, *& ipſe Duennas regul. 160. fol. 124.*,
*Jo. de Socorat. in conſuetud. Cathol. fol. 186. col.
2. à num. 14.*, *Honor. Vannaſel. in Summ. De-
cretal. lib. 1. tit. 4. nu. 1. circa fin.*, *Card. de Luc.
de Juriſd. diſc. 114. num. 3.*, *Rot. in Hiſpelen.
Juris votandi 4. Februarii 1694. §. Quoniam cor.
Caprara*, *in Romana Juris ſepeliendi 10. Maii
1692. §. Non refragante coram Mannel. Archie-
piſcopo Burgen.*, *& in Tarraconen. Præcedentiæ
10. Januarii 1698. §. Placuit coram dell'Olmo
Epiſcopo Conchen.*; Sed in noſtro caſu, quaſi
poſſeſſio uſus, & exercitii ejuſcemodi juris *Re-
cadentiarum*, inconcuſſam ſtabilitatem conſecu-
ta fuit, vi, & auctoritate nedum centenariæ, 77
ſed immemorabilis conſuetudinis, quas æquipa-
rari, & æqualis roboris, atque virtutis eſſe, te-
ſtantur *Garzias, de Benefic. part. 5. cap. 9. n. 107.*,
Adden. ad Gregor. dec. 222. nu. 11. verſ. & licèt,
Card. de Luc. de Jurepatr. deciſ. 57. num. 26.,
Rot. coram Emerix jun. deciſ. 1271. num. 1., *in
Mantiſſ. ad Card. de Luc. de Dot. deciſ. 2. num. 2.
& ſeqq.*, *in Mantuana Bonorum 12. Aprilis 1709.
§. Actus demum coram Kaunitz*, *in Sarſinaten.
Devolutionis 27. Februarii 1711. §. Quam etiam
coram Rmo Aldrovando*.

Quæ æquiparatio, licèt, quoties, ut apud
mox citatos Doctores, alioſque infrà allegan-
dos, tàm reſpectu Juris per poſſeſſorem exerciti, 78
quàm reſpectu perſonæ, idem jus exercentis,
concurrit capacitas illud obtinendi, adeò locum
ſibi vindicet, ut alterutra dd. conſuetudinum
æquè valeat: attamen in noſtra hypotheſi Ex-
cellentiſſimus Princeps Don Giſbertus pro ſe
tuendo in quaſi poſſeſſione ſui juris apertè fir-
matur præſidio immemorabilis, cui, nemo dubi-
tat, tantam vim, auctoritatemque ineſſe, ut Le-
gibus omnibus deroget, Principum privilegia
eludat, hominum pacta perimat, ultima judicia
ſubvertat, dominia publica, ac privata immu- 79
tet, jura omnia, & actiones adeò extinguat,
contra Univerſitates etiam, Minores, & Pupil-
los, ut adverſus ipſammet Eccleſiam Romanam
vires ſuas exerat, & denique paucis omnia com-
plectendo, rerum omnium humanarum domina
reputetur, quemadmodum illam eleganter ap- 80
pellat *Caſſiodor. lib. 4. variar. cap. 37.*, & tradunt
Abb., *ceterique Scribentes in cap. ſuper quibuſ-
dam de verbor. obligat.*, *Fagnan. in cap. cum con-
tingat num. 1. & plurib. ſeqq. de for. competen.
in ſecundum lib. Decretal. tom. 3. fol. 86.*, *Bald.
in leg. 1. Cod. de annal. exception.*, *idem in cap. 1.
col. 1. tit. quæ ſint regalia*, *Soccin. jun. conſ. 76.
num. 86. & ſeq. lib. 1.*, *Theſaur. quæſt. forenſ. lib.
2. quæſt. 27. num. 5. & ſeqq.*, latè *Lagunez de fru-
ctib. part. 1. cap. 15. §. 4. ex num. 70.*, *Rot. coram
Card. Cerro deciſ. 155. num. 9.*, *coram bon. mem.
Emerix. jun. deciſ. 1139. num. 6.*, *in Mantiſſ. ad
clar. mem. Card. de Luc. de dot. d. deciſ. 2. num. 2.
& ſeqq.*, *in Romana Cenſus 8. Junii 1714. §. Con-
currente coram Scotto, confirmata 17. Junii 1715.
§. Non relevante*, *& §. Quo poſito coram eodem*,
& traditur in hujus Cauſæ *Deciſionibus*, in illa
videlicet ſuper manutentione §. *Aſtipulante præ-
ſertim*, & in prima ſuper meritis §. *Nec de hu-
juſmodi conſuetudine*, atque in altera §. *Si igitur* 81
conſuetudo, in eiſdemque firmatur, talem con-
ſuetudinem nullo egere tituli adminiculo, tam-
quam ſuppleti diuturnitate, & auctoritate tem-
poris, quemcumque, ut noſtri dicunt, melio-
rem

rem titulum de mundo perhibemem, pro tuen-
82 do poſſeſſore in quaſi poſſeſſione ſui Juris; Id
autem optimâ ratione confirmat *Hug. Grot. de
Jur. Bell., & pac. lib.2. cap.4. n. 9.*, inquiens =
*Enim verò nec improbabiliter dici poteſt, non eſſe
rem hanc in ſola præſumptione poſitam, ſed jure
gentium voluntario inductam hanc legem, ut poſ-
ſeſſio memoriam excedens, non interrupta, nec
provocatione ad Arbitrum interpellata, omninò
dominium transferret; Credibile eſt enim, in id
conſenſiſſe gentes, cum ad pacem communem id
vel maximè intereſſet.*

Urgente igitur firmiſſimo iſto immemorabilis
præſidio, minimé immorari neceſſe eſſet con-
trariis exceptionibus ſubmovendis: Quippè eæ-
dem ſolâ illius auctoritate validiſſime refellun-
tur; Ceterum ut eiſdem uberiùs etiam ſatisfa-
ciamus, eas ſingillatim diligenti trutinâ exami-
nare non pigebit; Exceptionem tamen illam
83 libentiſſimè omittere deberemus, quod, ejuſ-
modi conſuetudines tamquam contrariæ Juris
diſpoſitioni, & tum naturalem libertatem Bo-
nis, tum perſonis liberam poteſtatem diſponen-
di de rebus ſuis adimentes, quantùm fieri poteſt,
explodendæ, eliminandæque ſint, vel ſaltem ri-
gidiſſimâ interpretatione reſtringendæ: Quan-
doquidem ubi non dubiis, ſed legitimis, ac cer-
tis probationibus talis conſuetudo conſtabilita re-
84 peritur, firmiter obſervauda eſt: Quippè eadem
teſtimonium dare dicitur juris Baroui compe-
tentis ratione dominii univerſalis, quod, ut di-
ctum eſt *§. Præcedenti*, cum ejus naturæ ſit, ut
85 tàm reſpectu ipſius, quàm etiam reſpectu perſo-
næ illud exercentis, nulla conſiderari poſſit in-
capacitas idem obtinendi; Propterea, ſi appro-
batum, atque confirmatum reperiatur vetuſtiſſi-
mo univerſi Populi conſenſu, veluti priſcus mos
86 patrius conſervandum omninò eſt, per ea, quæ
tradunt *Renat. Hoppin. de legib. municipal. And.
part.1. fol.8. §. Enim verò*, ubi quod id proce-
dat, tametſi conſuetudo non ſit in publicas Cu-
87 riæ tabulas illata, idemque benè firmat *fol. 12.
§. Judicio demum verſ. particularem etiam con-
ſuetudinem, Petr. Rut. in Conſuetud. Pictonien.
pag. 1. à terg. pag. 2., Joan. de Socorat. in con-
ſuetud. Cathalon. pag.522. à num.5. pag.547. col.
1. num.20., & pag.582. col.2. num.53.*, ubi quod
88 talis conſuetudo valet in vim pacti.

Et huc redeunt illa, quæ latè jam deducta
fuerunt *§. Quod ejuſcemodi cum ſeqq., & §. Quam-
quam verò cum ſeqq.*, videlicet quod conſuetudo
hæc in præſenti caſu, apertiſſimis alioquin de-
monſtrata probationibus, valida certè eſt, cum
nec exemplo ſingularis ſit, quippè illam nedum
89 in aliis Chriſtiani Orbis Regionibus, ſed in plu-
rimis Eccleſiaſticæ Ditionis locis vigere probant
hujus Cauſæ *Deciſiones*, & nos innuimus ſupe-
rioribus *§§.* mox allegatis: Ut etiam irrationa-
bilis, aut iniqua reputari minimè valet: fulci-
tur enim, eo validiſſimo titulo univerſalis do-
minii, ad quod Baro illam referre poteſt; idem-
que propterea illius virtute, non quia ità fieri
conſuevit, ſed quia ità facere potuit, ac debuit
de Bonis precario titulo à Subditis, aliiſque poſ-
ſeſſis, in ſuis caſibus diſponere, vel Bona ipſa
cum directo, & univerſali dominio conſolidare
valebit; Quod quidem dominium, ut plenè
firmatum eſt *§. Ut autem liquidò cum ſeqq.*, di-
rectè probandum non eſt, per Inveſtiturarum
exhibitionem, ſed pro eo aſſerendo ſufficiunt
probationes, & adminicula, quibus ſimul jun-
ctis, plenè illud firmatum dici queat, præſer-
tim, quando, ut in noſtra hypotheſi, agitur de 90
feudis antiquiſſimis: hoc enim caſu talis titulus
nedum ſuppletus, aut probatus dicitur ſolius im-
memorabilis auctoritate, quæ habet vim tituli
omnium validiſſimi, omneſque illos operatur
effectus, qui ex Legis, vel Principis poteſtate 91
produci poſſunt, ut per *Text. in cap. 1. de præ-
ſcript. in 6., ibique Gloſſ., Larrea alleg.119. nu.
14. & ſeqq.*, & præter alios allegatos in *§. Qui-
bus ita cum ſeqq.*, reſpondit *Rota in rec. deciſ.11.
part.2., dec.493. nu.3. & ſeqq. part. 19.*, & cen-
ties alibi, & cum aliis probant hujus Cauſæ *De-
ciſiones* allegatæ *§. Quæ æquiparatio in fin.*; Ve-
rùm etiam, ut ex eiſdem habetur, ad rem no-
ſtram quantum immemorabilis, tantum valeret
centenaria, eò quod titulus iſte dominii univer- 92
ſalis à jure non prohibitus, ſed permiſſus repe-
riatur, juxtà latè deducta *§. Quod ejuſcemodi cum
ſeqq.*

Noverunt ſemper ſuperioribus temporibus
Domini Marchio de Maximis, litiſque conſor-
tes, proſcribi, ac nullo pacto explodi poſſe con-
ſuetudines haſce, gentium omnium moribus, &
Doctorum, ac Tribunalium placitis, ſententiiſ-
que receptas, illaſque proindè indirectè ſaltem
oppugnare ſtuduerunt, vim adimendo probatio-
nibus, quibus talis conſuetudo in præſenti caſu
conſtabilita deprehenditur; Primo itaque loco
ſeſe offert commentum illud, quod nempè de-
volutiones in tot ſuperiùs recenſitis, actibus con-
tentæ, vel per errorem, & impetitiam Notarii
enuncientur ſecutæ ex jure *Recadentiarum*, vel 93
quod eædem referendæ potiùs ſint ad caſus con-
fiſcationis, aut ſucceſſionis in Bonis vacantibus,
ex deficientia heredum uſque ad decimum gra-
dum; His denique addendo, id effici etiam
potuiſſe præpotentiâ Baronum, operâ ſuorum
Miniſtrorum, iſtiuſmodi juris agnitiones, atque
enunciativas ad ſuam intentionem fundandam
extorquentium; Verù iſtiuſmodi exceptionum
congeries, mole ſuâ ruere videtur, cuique enim
recto ſenſu prædito, palmaris illarum inveriſi-
militudo evidens, & aperta redditur.

Nam, ſi res ſit de erroribus, qui imperitiâ,
vel malitiâ Notariorum irrepſiſſe dicuntur in
inſtrumenta ſuper ſimilibus devolutionibus cele-
brata, exceptio iſthæc facilè ſubmovetur eo
dumtaxat certiſſimo juris axiomate, quo tradi- 94
tur, præſumptionem omnem urgere pro verita-
te eorum, quæ in inſtrumento continentur, re-
jectâ prorsùs quacumque erroris exceptione, niſi
de illo per evidentes probationes doceatur, *Rot.
coram Gregor. dec.157., & in rec. dec.54. n. 24.
part.12., dec.128. num.22. part.16., in Mantiſs.
ad Card. de Luc. de Jurepatr. deciſ. 52. num.3.,
in Hortana Sylvarum 25. Februarii 1701. §. Præ-
di-*

Digitized by Google

dictis coràm Mato, *& in Cavallicen. Dominii ſu-*
per bono jure 23. Junii 1713. §. penult. cor. Lan-
cetta Decano; Quæ ſanè præſumptio magis va-
lebit in præſenti caſu, quia illa, tot, tantiſque
ſuperiùs relatis primordialibus patentis veritatis
95 titulis fulcita reperitur, atque etiam quia coa-
djuvatur multiplicitate, ac frequentiâ innume-
rorum actuum, iſtiuſmodi *Recadentiarum* juris
agnitionem à dictorum Caſtrorum Incolis fa-
ctam continentium: quid autem ab omni recta,
ac veriſimili juris ratione magis aberrat, quàm
96 quod nedum omnes Notarii, ſed tot perſonæ,
immò univerſus dictorum Caſtrorum Populus,
ſpatio duorum ſeculorum, adeò gravi, & fre-
quenti errore lapſus fuerit, & quidem in re tan-
ta, adeòque omnibus præjudiciali, non alicujus
dumtaxat particularis perſonæ intereſſe tangen-
te, ſed lædente jus ſucceſſionis ad univerſos per-
tinentis, ad tradita per *Rot. deciſ. 647. num. 3.*
part. 4. diverſ., *in rec. dec. 613. num. 18. & ſeqq.*
part. 5., *dec. 291. num. 11. part. 9.*, *coram Bichio*
dec. 660. num. 17., *in Mantiſſ. ad Cardin. de Luc.*
de Fideicom. dec. 45. num. 17., *& dec. 74. nu. 16.*
ac ſeq., *& in nullius Abbatiæ S. Hilarii de Galea-*
ta 18. Apr. 1712. §. Præter hæc coram Anſaldo.

Facillimè pariter tollitur illa alia contraria ex-
ceptio, quâ dicitur, devolutiones in adeò ingen-
ti numero à nobis allatas referri poſſe ad ſucceſ-
ſionem Baronis, tamquam in Bonis vacantibus,
vel ad confiſcationes ob delictum: Si res ſit de
prima objectionis parte, ea refellitur prævalidâ
illâ reſponſione, videlicet jus iſtud ſuccedendi
in Bonis vacantibus, nullo pacto locum ſibi vin-
97 dicare valens in hereditate eorum, qui cum te-
ſtamento deceſſerunt; in noſtra hypotheſi, nec
etiam admitti poſſe reſpectu inteſtatæ ſucceſſio-
nis, eò quod ſit de jure majorum regalium, ut
in *cap. 1.*, *quæ ſint regalia*, quod competere ne-
quit Vaſſallo, niſi illud, vel expreſsè in rega-
lium conceſſione, vel legitimâ præſcriptione
acquiſiviſſe doceat, ut latè apud *Cardin. de Luc.*
de Feud. diſc. 72. num. 3. & ſeqq., quibus innu-
meri addi poſſent; At præterea dicimus, utram-
que ipſius objectionis partem eliminari per evi-
dentiam facti; Nam, ſi agatur de ſucceſſione
98 in Bonis decedentium cum teſtamento, omiſſis
aliis, ſatis erit ſe referre ad inſtrumentum rela-
tum in *Summar. primæ Propoſitionis nu. 7. lit. E.*;
Si verò res ſit de Bonis eorum, qui ſinè teſta-
mento deceſſerunt, pleno jure Baro in illis ſuc-
ceſſiſſe legitur, ut, ſilentio prætermiſſis ceteris
omnibus, perſpicuum ſit ex alio inſtrumento ce-
lebrato *die 7. Januarii anni 1610.*, de quo in
eodem Summar. primæ Propoſitionis nu. 7. lit. V.,
ibi= *Rev. D. Archangelus de Lupis Archipresby-*
ter dictæ Terræ S. Gregorii, *Agens Illuſtriſſimi*,
& Excellentiſſimi Principis dictæ Terræ &c. ven-
didit Marco Antonio filio quondam Aſcentii Ce-
cuzzæ de dicta Terra duas ſtantias ſpectantes ad
Curiam d. D. Principis devolutas ob mortem quon-
dam Franciſci Cecuzzæ mortui ab inteſtato abſque
filiis, *in quibus Bonis ſucceſſit dicta Curia*, *juxtà*
formam Statutorum, *& conſuetudinis d. Terræ*=.

En igitur, quod Baro in utraque ſucceſſionis
ſpecie, Bona non occupavit miniſterio Legis,
videlicet tamquam vacantia ob defectum legiti-
mi heredis intra decimum gradum: ut etiam ad
eumdem delata minimè fuerunt ex confiſcatio-
nis pœna, à jure communi Delinquenti inflicta,
ſed illa vindicavit vigore univerſalis dominii
ipſi competentis, aſſerti per Statuta, & jus con-
ſuetudinarium vigens in dictis Caſtris: ad quod
pariter jus referuntur tot alii actus, quos innui-
mus *§. Nam quoad longiſſimè cum ſeqq.*, & præ- 99
ſertim illi, quibus Barones, Bonorum poſſeſſo-
ribus de ſuis Bonis diſponere volentibus, tàm
per ultimam voluntatem, quàm per actus inter
vivos, impartiti fuerunt licentiam de illis diſpo-
nendi, ſibi tamen præſervato *Recadentiarum*
jure, cui illa erant obnoxia, diſpoſitiones præ-
tereà aliter factas irritas faciendo.

Quis verò propitias aures præbere poterit in-
urioſæ illi exceptioni, qua dicitur, confeſſio-
nes, & agnitiones iſtiuſmodi Juris tribuendas eſ-
ſe violentiæ, atque concuſſionibus Baronum,
eas à ſuis Subditis extorquentium: Quid enim
durius, quàm quod adeò gravis nota inuratur
nomini Baronum, qui dd. Caſtra poſſederunt, 100
abſque eo, quod detur ullus impictarum concuſ-
ſionum fumus, ulluſque afferatur actus, quo
violentèr ex reluctantium Subditorum ore ſi-
miles confeſsiones expreſſæ fuerint: probandum
id ſanè eſſet, non audacter ſupponendum, quia,
ut benè obſervat noſtra prima *Deciſio* ſuper me-
ritis *§. Firmato igitur*, ac ſecunda *§. Et reverà*
diverſimodè, & animadverſum eſt *§. Hæc autem*
juſta, *& §. Et ſi autem*, agitur de feudo ſubjecto
dominio S. Sedis, & quidem non longinquo, ſed
ſuburbano, ideoque pro coercenda Baronis præ-
potentia cuique obvius, paratuſque erat recur- 101
ſus ad ſupremum, & directum Dominum, tùm
feudi, tùm Vaſſalli. Prætereà præpotentiâ, & Ba-
ronum concuſsionibus opprimi forte potuiſſet
particularis aliqua perſona, quæ illi Subdita, &
Incola eſſet dictorum Caſtrorum: at aliter res ſe
habet reſpectu forenſium, iuriſdictioni Baronum
non ſubiectorum, & tamen reſpectu etiam iſto-
rum in ſucceſsione tàm inteſtata, quàm teſtata, 102
ſervatum videmus jus recadentiarum, *ut in Sum.*
primæ Propoſitionis n. 7. lit. RR. VV. AAA. BBB.
DDD., *& III.*, Rurſùs illud etiam, notâ dignum
videtur, quod Caſtrum *Caſapis*, in quo recaden-
tiarum jus viget, non ſemper unitum fuit Ca-
ſtro *S. Gregorii*, ſed ſeparatim poſſeſſum à Ba-
rone, non quidem magnatitii ordinis, ſed d. 103
dumtaxat Caſtrum poſſidente, cujus idcircò re-
ſpectu conſiderari nequibat præpotentia, quâ
facilè, & impunè ſuos Subditos opprimere po-
tuiſſet: Ut etiam non omittendum, quod vio-
lentiæ à Barone exerceri potuiſſent in aliquo par-
ticulari actu, & contra aliquam privatam perſo-
nam; at non etiam præſumi poteſt, illam cum 104
impunitate exercitam pariter fuiſſe in univer-
ſum dictorum Caſtrorum Populum; Univerſi-
tates namque conſtituentes corpus politicum, re-
præſentans totum Populum, non ità facilè ex 105
poſitæ præſumendæ ſunt concuſsionibus illis,
quæ per abuſum Juriſdictionis quandoque exer-
cen-

106 centur contra particulares perſonas; Idque eò
certiùs locum ſibi vindicat, quando res eſt cum
107 Baronibus recognoſcentibus alium ſupremum
Dominum, qui ab eorum oppreſsionibus ipſo-
rum Subditos vendicare poteſt, ut de Romano
Pootifice, utrumque Juriſdictionis gladium ha-
bente in ſua Ditione, tradunt *Card. de Luc. de
feud. diſc.65. num.16., de regal. diſc.145. nu.7.,
& diſc.146. n.19., & de Iuriſdict. diſc.53. n.7.,
Rot. coram Coccino deciſ.354. num.5., & in Pi-
ſauren. Moleudinorum, ſeù Vallatorum ſuper bo-
no jure 23. Martii 1711. §. Neque dici coram
Kaunitz.*

Et deoique quiſnam in animum ſuum indu-
cere poterit, præclariſſimos illos Sanctæ Roma-
næ Eccleſiæ Cardinales Proſperum Sanctacru-
cium, & Carolum Pium adeò deteſtandâ vio-
lentiâ auferre voluiſſe miſeris Subditis heredi-
tates, legitimâ ſucceſſione ad eoſdem delatas,
vel adimere liberam facultatem diſponendi de
108 Bonis ſuis? Et nibilominùs,ut vidimus *ex Sum.
primæ Propoſitionis num.23., & 7.*, eximius il-
le Vir Cardinalis Carolus Pius, qui noſtro ævo
ſingulari animi moderatione, ſummâ munifi-
centiâ io omnes, & præcipuè ergà ſuos Subditos,
abſtioentiâ deoique, & juſtitiâ, omnium ma-
ximè floruit, Jus iſtud recadeotiarum, in em-
ptione dictorum Caſtrorum nominatim ipſi ceſ-
ſum, atque venditum, conſtanter ſemper reti-
nuit. Profectò ſumma digoitas, præclara con-
ditio, ſpectata virtus, atque integritas ſummo-
rum Virorum, qui magis virtutibus, quàm di-
109 gnitate ipsâ claruerunt, omnem pravam ſuſpi-
cionem removent ab iſtioſmodi actibus, qui cer-
tè non per abuſum, & violentam uſurpationem,
ſed jure ſuo ab illis exerciti præſumendi ſunt,
ex animadverſis per *Altograd. conſ.50. num.220.
lib.1., Farinacc. quæſt.153. num.147., Card. de
Luc. de teſtament. diſc.67. num.5.*

Poſito igitur, inuumeros illos actus, quibus
probatur Jus recadentiarum, de quo agitur, mi-
nimè erroueos eſſe, minimèque referri poſſe ad
aliom titulum, quàm ad dominium univerſale,
ſeù fundiarium Bonorum, Baroni competens,
immemorabilis conſuetudinis auctoritate aſſer-
tum, & Statuentium quoque confeſſione, atque
110 agnitione confirmatum: fruſtrà in preteritis Cau-
ſe hujus diſceptationibus a Marchione, de Maxi-
mis litiſque conſortibus afferebatur ſpecioſa illa
exceptio, quod agatur de hereditate bo.me. Ab-
batis Crucii, qui cum Clericus eſſet, & forenſis,
ob iſtam idcircò duplicem qualitatem, juxtà oo-
tas regulas, ejus hereditas dicto recadentiarum
oneri obnoxia cenſeri nequeat; Illicò enim de-
plorata hæc exceptio diluitur allegando ſpecia-
111 lem Sedis Apoſtolicæ confirmationem tùm d.
conſuetudinis, tùm Statuti, ex immemorabili,
vel ſatem duorum ferè ſeculorum decurſu præ-
ſumptam: quâ quidem concurrente, tum Cleri-
corum, tùm etiam Forenſium bereditates pari
112 jore ſubijcerentur reali recadentiarum oneri, ac
vinculo. Prout reverà vetuſtiſſimi temporis cur-
riculo indifferentèr id obſevatum reperitur re-
ſpectu Clericorum, & Forenſium ſucceſſionis
delatæ Baronibus, quoties deficiebant perſonæ,
ex conſuetudinario jure illum excludere valen- 112
tes, ut rectè hæc omnia expenduntur in noſtris
Deciſionibus ſuper meritis, in prima videlicet
§. Miniſque officiebat, & in ſecunda *§. Quo verò
ad ſecundum objectum.*

Verùm, etſi id ſatis eſſet pro ſartis, tectiſque
ſervandis juribus Excelleutiſſimi Principis D.
Giſberti, attamen utraque contrariæ objectionis
pars aliis prævalidis refellitur rationibus; nam,
ſi res ſit de Statuto, ut præventivè dictum eſt
§. Verùm enim verò cum ſeqq., dictorum Caſtro-
rum Barones Recadentiarum jus ſibi minimè
aſſeruerunt, tamquam quæſitum vigore dicti 114
Statuti, ſed illud vendicarunt, tamquam eiſ-
dem jam à vetuſtiſſimo tempore competens ex
antiquiſſima conſuetudine vigente antè ipſum
Statutum, à qua Statuentes normam recipiendo,
io Legem ſcriptam municipalem redegerunt jus
illud ſcriptum, quod introductum jam reperie-
batur, & univerſi Populi moribus jamdudum
obſervabatur, ut egregiè, ac luculentèr firma-
tum jam fuit iu omoibus præſentis Cauſæ *Deci-
ſionibus*; io illa videlicet ſuper manutentione
§. penultim., ac in prima ſuper meritis *§. Quæ
quidem conſuetudo, & ſeq.*, & *§. Attamèn*, ac
in ſecuoda *§. Et reverà cum ſeq.* Jus igitur iſtud,
veluti ad ſuam cauſam, & primordiale princi- 115
pium, refereudum non eſt ad Legem municipa-
lem, ſed ad conſuetudinem, quæ auctoritate
ſuâ in conflictu prævalet tùm Statutis, ex tradi-
tis per *Angel. conſ.53. n.1. in fiue, dec. conſ.694.
n.8.*, tùm etiam ipſi Legi ſcriptæ, *Bald. conſ.252.
& conſ.318. utrobique in fin. lib.2., Geminian.
conſ.139. num.3. verſ. conſuetudo, Rot. coram
Coccin. deciſ.376. num.6.*

Si autem de vi, hujuſque conſuetudiois poten-
tia quæratur, regulare quidem eſt, Laicorum coo-
ſuetudines Clericos ligare non poſſe, ob eam
rationem, quod, cum Laici, non habeant po-
teſtatem majorem illâ Principis, ſi hic ex defe-
ctu juriſdictionis imperium nullum habet in
Clericos, eorumque Bona, ità etiam Laici, nec
jure ſcripto, Statutis videlicèt ſuis, nec jure 116
non ſcripto, ſuis nimirum conſuetudinibus, &
moribus, Clericos obligare poterunt; Nàm, licèt
id verum ſit quotiès agitur de conſuetudinibus
mero Laicorum uſu, & moribus iotroductis; alia
tamen juris regula poſita reperitur, ubi agitur
de conſuetudine aliqua, univerſi Populi conſenſu
conſtituta; Nàm cum Clerici quoque ſint pars
Populi, & Civitatis, ipſique propterea etiam
ſint de Populo, ejuſcemodi conſuetudo, quà 117
iidem mixtim cum Laicis ſemper uſi fuerunt,
eos etiam afficiet tamquam promiſcua, & tàm
per Laicorum, quàm Clericorum quoque mo-
res introducta, & longum, tacitumque eo-
rum conſenſum recepta; nullo quippe Sacro-
rum Canonum loco mixtæ hæ conſuetudines
reprobatæ, ac damnatæ reperiuntur, ut gene- 118
ralitèr, ac communiter tradunt Canoniſtæ, nem-
pè *Abb. in Cap. Cum veniſſent in 2. notabil., &
ibi etiam Bald. num.6. de eo, qui mittitur iu poſ-
ſeſſ., idem Abb. in capit. Cum Cauſa in 3. notab.*
de

Digitized by Google

de re judicat., *Felin. in cap. Eccleſia S. Mariæ*
10. *num.*81. *verſ. non obſtante de Conſtitut.*, *&*
*ibi etiam Dec. num.*53., *idem Felin. in cap. ad*
*noſtram col.*2. *de probation.*, *Ruin. conſ.*156. *n.*5.
*lib.*4., *Tiraquell. in tract. de Retract. lignag.* §. *Pri-*
*mo Gloſſ.*13. *n.*2., *Covarun. practicar. quæſt. cap.*
31. *n.*5., id probans Juris Canonici locis, *Carol.*
*de Graſſ. in tract. de effect. Clericat. effect.*2. *n.*201.,
ubi allegat *Gloſſ. in cap. Ceterum de Donation.*,
& hanc mixtam conſuetudinem diſtinguit ab il-
la per Laicos ſolummodo introducta, *Genuenſ.*
*in prax. quæſt.*669., *P. Anton. Soll. Societ. Ieſu*
*in tract. de ſcientia legum part.*3. *cap.*2. §. 1. *n.*572.,
*Rot. coram Baratt. deciſ.*3. *nu.*8. *ibique Adden.*
litt. D., & in noſtra ſpecie tradit *Gulielm. de*
Benedict. in Cap. Raynutius verb., *& uxorem no-*
mine Adelaſiem fol. mihi 60. *à terg. col.*2. *in fin.*,
ibi = *Quo caſu valet talis conſuetudo generalis*,
quia mixtim Clerici, *& Laici ſimul uſi ſemper*
fuerunt, *ità quod Eccleſiam etiam ligat*, *& ad-*
ſtringit. = *Caſſan. ad Conſuetud. Burgund. rubr.*8.
de ſucceſſion. de Baſtard. §. 4. *verſ. numquid* bonam
ibi adducens rationem, *Alfar. de Offic. Advoc.*
*Fiſcal. Gloſſ.*20. §. 9. *fol. mihi* 149., ubi, poſt
relatam utramque opinionem, *Gulielmi* ſen-
tentiam ſequitur his verbis = *In contrarium ta-*
men Fiſcum Secularem tali Clerico ſuccedere vi-
detur ſentire Gulielm. de Benedict. = & has ratio-
nes, & auctoritates expendendo, optimè firma-
vit prima *Deciſio* ſuper meritis §. *Attamen*, ubi
ex *Petra de poteſt. Princip. cap.*28. *num.*15. ait,
119 *quod id potiori jure procedit*, *quoties agitur de*
conſuetudinibus feudalibus, *quæ ſemper tacito*
conſenſu univerſi Populi, *tàm nempè Clericorum*,
quàm Laicorum introductæ cenſentur.

Eò autem fortius hæc urgent in caſu noſtro,
quia, ut pluries, plurieſque dictum eſt, Jus re-
cadentiarum, de quo agitur, Baroni tribuen-
dum non eſt, tamquàm quæſitum nudà, ac me-
rà quadam conſuetudine, nullo juſto fulcità ti-
120 tulo, quo tamen non eget immemorabilis, nec
etiam centenaria, ut in prima *Deciſione* ſuper
meritis §. *Nec de hujuſmodi conſuetudine in fine*,
ſed idem communitum reperitur eo firmiſſimo
præſidio, quod Baroni paratum demonſtravimus
ſuperioribus Locis; nam, ut ſuprà probatum eſt
§. *Quod ejuſcemodi cum ſeqq.*, Doctores omnes
ejuſcemodi jura, veluti ex ſua cauſa, Baronibus
quæſita cenſent, ratione univerſalis dominii illi
competentis ſuper univerſi territorii ſui Bonis,
& Prædiis; eumque, ut pariter dictum eſt §. *Ut*
autem liquidò cum ſeqq., tale dominium ſatis ſit
demonſtrare a poſteriori, atque ab effectibus,
actibus videlicet proportionatis, quibus inducta
dici poſſit legitima conſuetudo, cujus primor-
dium, & initium juſtà ratione referri valeat, &
debeat ad illum præcedentem, & quidem con-
ſentaneum titulum univerſalis dominii; fruſtrà
Clerici, aut Forenſes Bona ſua eximere conten-
dent ab iſto recadentiarum onere, ob prevali-
dam illam rationem, quia ſi tale onus, & vincu-
lum, veluti à ſua cauſa, proficiſcitur à dominio
121 univerſali, quod virtute antiquiſſimæ conſuetu-
dinis, legitimè probatæ, in origine extitiſſe
cenſetur penès Caſtri, ſeù alicujus certi territorii
Dominum; inde ſequitur, quod, quemadmo-
dum iſte Bona primis acquirentibus concedere
non tenebatur, ſed penès ſe retinere potuiſſet,
ſic viceversà, dum erga illos liberalitatem exer-
cere voluit, hac lege, & cum hoc reali onere Bo-
na ſua illis conceſſiſſe cenſetur, ut ex *Hoſtienſ.*, 122
Gulielmo de Benedictis, aliiſque probatum eſt
d. §. *Ejuſcemodi cum ſeqq.*; quos referunt, & ſe-
quuntur omnes hujus Cauſæ *Deciſiones*, illa
nempè ſuper manutentione §. *Aſtipulante præ-*
ſertim, & prima ſuper meritis §. *Et in hunc ſen-*
ſum, cui conſonat ſecunda in §. *Comprobata*
itaque.

In eiſdemque optimè ad rem animadvertitur,
hoc caſu agi de oneribus realibus, infixis Bonis 123
ipſis conceſſis; quæ propterea cum eiſdem one-
ribus deferuntur ad quemcumque Succeſſorem,
utpotè, nonniſi cum ſua cauſa, illa poſſidere 124
valentem, *Franc. Hottoman. conſ.*3. *num.*17.,
*Guidopap. conſ.*234. *nu.*3. §. *Ad quintum*, *Surd.*
*conſ.*138. *num.*8., *Bertrand. conſ.*7. *in princ.*, *&*
*conſ.*9. *num.*13., *Mulpheſſ. ad conſuetud. Neapol.*
*part.*2. *tit. de Bonis*, *Schrader. de feud. tomo* 1.
*part.*5. *cap.*4. *num.*16., *Capyc. Latr. conſ.*83. *ex*
*num.*34., *Gratian. diſc.*611. *nu.*2., *Card. de Luc.*
*de feud. diſc.*35. *num.*7., *Rota in Hortana Syl-*
varum 10. *Martii* 1698. §. *Non diſſimile*, *&* 9. *Ju-*
nii ejuſdem anni §. *Quem etiam cor. bo. me. Muto*,
in ſæpius citata Cavallicen. Dominii ſuper bono
jure 23. *Junii* 1713. §. *Aſſumendo itaque*, *ubi*
concordan. coram Lancetta Decano, *& in noſtra*
ſecunda Deciſione ſuper meritis §. *Quid dicendum*;
etiamſi à Laico tranſeant ad Clericum, ob talem
namque perſonarum mutationem realia onera
minimè tolli, docuit *Innocent. in cap. Non mi-* 125
nùs de Immunit., *Hoſtienſ. in Summ. eodem tit.*
§. *Quibus muneribus ſub num.*3. *verſ. ad ordina-*
ria, *Bartol. in leg. placet Cod. de Sacroſ. Eccleſ.*,
*Gaill. obſer. lib.*1. *obſerv.*52. *num.*12., *Balmaſed.*
*de Collect. quæſt.*19. *num.*15., *Ægid. eodem tract.*
§. *Exactio muneris num.*32., *& ſeqq.*, *Card. de*
*Luc. de regal. diſc.*50. *num.*2., *Marott. de Bona-*
*tenent cap.*5. *num.*1., *& ſeqq.*, *Carol. de Graſſ.*
*de effect. Cleric. effect.*3. *num.*165., *Bellett. diſ-*
*quiſit. Clerical. part.*1. *tit. de exempt. Cleric.*, *&*
eorum Bonis §. 3. *num.*2., *& ſeq.*, *& de Cleric.*
debitor. §. 8. *num.*8., *Antonell. de jurib.*, *& one-*
*rib. Cleric. lib.*1. *part.*1. *cap.*2. *num.*18., *&* 23.,
*Surd. deciſ.*20. *per tot.*, & præſertim *num. final.*
*Rot. coram Merlin. deciſ.*902. *num.*55., *& n.*60.,
& duob. ſeqq., *cor. Anſald. deciſ.*78. *num.*65., *&*
in ſecunda noſtra Deciſione ſuper meritis §. *Quid*
dicendum.

Idque confirmatur obvio illo, & noſtro affini,
immò, ut dicitur, identifico exemplo, feudorum
nimirùm, quæ quemadmodum ex eo, quod de
Laico tranſeant ad perſonam eccleſiaſticam, im- 126
mò ad Eccleſiam ipſam, ſuam naturam non mu-
tant, ſed ſubjecta ſemper remanent Legibus feu-
dalibus, *Jaſon. in leg. Placet Cod. de Sacroſ. Ec-*
*cleſ. in prima lectur. num.*19., *& in ſecunda n.*21.,
*Cravet. conſ.*217. *n.*5., *Clar. in* §. *Feudum quæſt.*3.
verſic. numquid, *& ibi in addit. n.*11., *& quæſt.*78.

ſub nu.3., & nu.4., & ſequentibus, Tuſch.practic.
concluſ. verb. Feudum tranſit ad Clericos concluſ.
166. numer.3., Cancer. variar. reſolution. part.1.
cap.12. num.83., & ſeq., Schrader. de feud.part.
prima quæſt.2. per tot., Roſenthal. eodem tract.
part.1. concluſ.9. n.2., & in addit. litt.B., & C.,
Urſill. ad Afflict. deciſ.320. in fin., de Marin. ad
Reverter. deciſ.232. poſt med., Antonell. de Ju-
rib., & onerib. Cleric. lib.1. part.1. cap.2. n.10.,
& ſeq., Sic etiam Clericus, ad quem feudum
127 tranſivit, non ſolùm præſtare tenetur onera rea-
lia, illi infixa, ſed perſonalia etiam, quæ honeſtè
à Clericis, atque Monaſteriis quoque, per ſe, vel
per alium exhiberi poſsint, ut originalitèr diſtin-
xit Innocent. in cap. in præſentia nu.3. de probat.,
128 quem in noſtro propoſito Patrem Iuris, & orga-
num veritatis appellat Fagnan. in cap. quæ in Ec-
cleſiarum nu.61., & ſeqq. de Conſtitut. tom.1. in
primario part.1. Decretal. folio 366., & ſeq., Ho-
ſtienſ. in Summ. tit. de Immunit. §. A quibus mu-
neribus num.4. verſic. ſecus puto, & infrà, Barboſ.
in Ius Eccleſ. univerſ. lib.3. cap.31. num.10., &
ſequen., Tamburin. de Iur. Abbat. tom.3. diſpu-
tation.21. quæſt.4. nu.25., quinimmo illud etiam
ſpeciale in feudis conſtitutum reperitur, quod
videlicet feudales quæſtiones cognoſci debeant
229 coram Iudice feudorum, licèt Laico, etiam
quando feudatarius eſt Clericus, vel Eccleſia,
cap. Ceterum 5., ubi Gonzal. num.2., & cap. no-
vit 13. verſic. non enim de Iudic., & cap. Ex tran-
ſmiſſa 6. cum cap. Verum ſeq. de for. compet.,
Clar. in §. Feudum quæſt.90. num.4., de Marin.
obſervation.345. num.3., & ſequentibus, & ad
Reverter. deciſ.232. poſt med., del Bene de Im-
munit. tom.1. cap.7. dubitation.3. n.1., Ut etiam
130 ex eadem ratione, Clericus ſuccedens in emphy-
teuſi, Bonis livellariis, aut aliis ſimilibus, ali-
cui oneri reali ſubjectis, ab eiſdem libera illa
non recipit, Iaſon. in leg. Placet in prima lectur.
num.17. Cod. de Sacroſ. Eccleſ., Corn. conſ.244.
col.2. circa med. lib.4., Cravet. conſ.217. num.3.,
Remig. Gonn. de Immunit. quæſt.61. num.49., &
ſeq., Velaſc. de Iur. emphyteut. quæſt.17. nu.7.,
Fulgin. eodem tract. tit. de contract. emphyteutic.
quæſt.31. num.7., & de melioram., & expenſ.
quæſt.10. num.14., & ſeq., Gratian. diſceptation.
141. num.4., & ſeq., Cenc. de Cenſib. quæſt.78.
nu.3. in fin., Afflict. deciſ.95. n.3., & ſeqq.,
Theſaur. deciſ.234. n.8., Giurb. dec.55. ſub n.7.

Silentio prætermittimus ea, quæ pro adi-
menda vi dictę immemorabili conſuetudini di-
cebantur in præterita Cauſæ propoſitione; quod
nimirum initium Juris recadentiarum referen-
131 dum ſit ad Statutum, non ad conſuetudinem,
tùm ex eo, quod in Iſtrumento dationis in ſo-
lutum anno 1439., à Reverenda Camera factæ
Raynaldo Urſino, nulla fiat mentio de Juribus
recadentiarum; tùm etiam ex eo, quod actus
omnes per nos adducti, potiùs ſe referant ad Sta-
tutum, quàm ad conſuetudinem; Hæc enim ſu-
blata jam penitus fuerunt in §. finali primæ no-
ſtræ Deciſionis ſuper meritis, & in altera §. Sen-
132 tientes Defenſores cum duobus ſequentibus, pro-
ptereaque ad ea nos remiſsivè habemus.

Ut etiam non eſt, eur ſingillatim expenda-
mus cunctos actus devolutionum, quarum vigo-
re Barones indifferentèr, tùm Clericorum, tum
etiam forenſium hereditates vendicarunt, quo-
ties, nullis extantibus heredibus, qui illos juxtà
dictorum Caſtrorum conſuetudinem excludere 133
poſſent tàm ab inteſtato, quàm cum teſtamen-
to, Bonorum poſſeſſorem decedere contigit;
Hos enim omnes diligenter, accuratèque jam
expenderunt omnes hujus Cauſæ Deciſiones, illa
ſcilicet edita ſuper manutentione §. Penultim.,
prima ſuper meritis §. Quodque revera, & ſecunda
§. Quod autèm, in eiſdemque idcircò juremeri-
tòque ſtatuitur, recadentiarum juri indifferen-
tèr obnoxia eſſe tum Clericorum, tùm Foren-
ſium Bona, quorum reſpectu, ut notatur in ſe-
cunda Deciſione ſuper meritis §. Animadverten-
do, minime oportuit, immò nec potuit exhiberi
ea multiplicitas actuum, quæ allata fuit reſpectu
Laicorum, & Incolarum, cùm non verſemur
in magnis Civitatibus, ſed agatur de Oppi-
dis, in quibus rari ſunt foreuſes, Bona ibidem 134
poſſidentes, fortè verò pauciores Clerici, ideò-
que per raro contingere potuit, Baronem ſuper
eorum ſucceſſionibus, & hereditatibus, reca-
dentias exercere valuiſſe.

Quamquam verò plenè his omnibus aſſertum
dici poſſit Jus recadentiarum in Caſtris S. Grego-
rii, & Caſapit, Baroni competens, attamen
pleniùs idem confirmatum videri poterit, ſi pau-
ca quædam innuamus pro refellendis nonnullis
contrariis actibus, qui a Marchione de Maximis
afferri conſueverunt pro adſtruenda libertate
Bonorum exiſtentium in dictorum Caſtrorum
Territoriis, illiſque à dicto reali onere, & vin-
culo eximendis, Satis profectò ad id eſſet me-
moriâ repetere ea, quæ diximus §. Satis certè,
nàm, tametſi per pauci illi actus colore aliquo
præſeferre poſſent libertatem Bonorum, de qui- 135
bus, in illis nullâ factâ mentione Juris recaden-
tiarum, tamquam de Bonis liberis, diſpoſitum
eſt; nihilominùs tamen intervertere non poſſent
Jura Excellentiſſimi Principis D. Giſberti Pii;
Cum enim hæc fundata reperiantur in vetuſtiſ-
ſima, immò immemorabili conſuetudine, juſto
ſanè, & valido minimè deſtituta titulo, & mul-
tiplici, atque uniformi actuum frequentiâ indu-
cta, atque confirmata, eadem profectò jura pe-
rimi minimè valuerunt aliquo contrario actu, 136
qui vel per indulgentiam, vel aliquem alium
caſum contigiſſe potuit, ut puta quia ex aliquo
ſpeciali titulo, ex ipſius etiam Baronis, ut ſæpè
factitatum eſt, munificentiâ profectò aliquibus
Bonis impartita fuerit libertas; per ea, quæ
tradit Bartol. in leg. prima §. Per hanc, juncta leg.
ſeq. ff. de rei vendicat., Jaſon. inter conſilia Alber-
ti Bruni conſ.8. num.52., Curt. Junior. conſ.184.
num.8., Antonin. Maceraten. variar. reſolution.
lib.2. cap.55. num.3., Tondut. reſolution. civil.
lib.1. quæſt.42. n.6., & ſeq., Franch. deciſ.437.;
Ut enim ſimilibus actibus tribui poſſet vis abro-
gandi conſuetudinarium jus Baroni competens,
oporteret, quod, ſeſe illo opponente ejuſcemodi
actibus, ejus conatus in irritum ceſſiſſent, acquie-
ſcen-

137 ſeendo Subditorum contradictioni, ac tanto qui-
dem tempore, quod ſatis eſſet pro nova contra-
ria conſuetudine legitimè inducenda, ex notatis
dicto §. *Satis certè* ſuperiùs allegato, Verum
prætereà dicimus, dd. contrarios actus nullo pa-
cto officere poſſe.

Illi enim omnes triplicis ſunt ſpeciei: eo-
rum quippe aliqui ab Incolis, ſive aliis celebrati
apparent cum Communitatibus, adjectâ enun-
138 ciativâ, Bona ad ipſos ſpectantia, libera eſſe à
quacumque devolutione, & caducitate; Alii
verò facti reperiuntur à particularibus perſonis,
& in eiſdem Bona ſimiliter enunciantur de do-
minio Contrahentium, & immunia a quocum-
que onere. Poſtremi denique plura indigitant
Bona, quæ in territorio *Sancti Gregorii* repe-
riuntur gravata annuâ reſponſione favore Eccle-
ſiarum, & locorum Piorum, ex eiſdemque non-
nulla cum tali onere extant penes ipſum Baro-
nem.

At ex nulla dd. actuum ſpecie tolli poſſe *re-
cadentiarum* onus, in ſua veluti origine, Bonis, de
quibus agitur, infixum, perſpicuè patebit, ſi
animadvertatur, quod Baro Jus ſuum exercere
nequit, niſi quando purificatur conditio obitus
poſſeſſoris Bonorum, nullis relictis heredibus,
qui illum vigore Juris conſuetudinarii exclude-
re poſſint: vice enim verſâ tempore, quo Bona
exiſtunt penes dictos poſſeſſores, atque incer-
tum eſt, purificatam umquam iri dictam condi-
tionem, eadem liberè retinentur, & adeò ſunt
in commercio, ut eorum domini illa vendere,
donare, hypothecis ſubijcere, in dotem tradere
minimè prohibeantur, ita quidem, ut, modò
id factum non fuerit in fraudem Baronis, qui-
bus obviam itum fuiſſe, probavimus §. *Prout
etiam cum ſeqq.*, quoties jure recadentiarum
Bona ad eum devolvuntur, ipſe inſtar heredis
teneatur ad debita, aliaque onera, dd. Bonis
legitimè, ac validè à poſſeſſoribus impoſita. Qua-
139 propter rectè ſimilia Bona libera aliquo modo
denominari poterunt: talem nimirum liberta-
tem ita intelligendo, ut per eam dicta Bona
contradiſtinguantur quidem ab illo alio Bono-
rum genere, quæ adeò ſervilia ſint, ut Vaſſallis
cenſeatur prorsùs ademptum omne illorum com-
mercium, facultaſque de eiſdem diſponendi:
at non etiam talis libertas ita accipienda eſt, ut,
excluſo prorſus quocumque Domini directi, ac
Baronis jure, illa poſſidens, tamquam merè, &
purè allodialia eadem habere cenſendus ſit,
140 neminem Dominum, nullique oneri ſe obno-
xium agnoſcendo, ut in ſimili tradit *Tondut. re-
ſol. civil. 41. num. 22. lib. 1., & in Voto Came-
rali edito in Carpentoracten. Dominij impreſs. in
Mantiſs. ad Card. de Luc. tit. de feud. deciſ. 5.
n. 7., Rot. in rec. deciſ. 797. n. 6., & ſeqq. part. 18.*

En igitur, quo reſpectu, ſinè ullâ læſione
Jurium Domini Baronis Bona territorii ſuorum
Caſtrorum in ſupra recenſitis actibus libera de-
nominari potuerint: Si enim res ſit de Bonis per
141 contractus, vel quaſi delatis ad Communitates,
quæ ſunt manus mortuæ, & perpetuæ, ideoque
de eiſdem verificari nequit, quod decedere va-
leant ſinè herede, manifeſtum inde fit, quod
talia Bona, non ex originaria eorum natura,
ſed ex accidenti, nimirum inſpectâ qualitate le-
gitimi poſſeſſoris, numquam morituri, à reca-
dentiarum jure libera effecta, liberè etiam a 142
Communitatibus poſſideri dici potuerunt. Ut
etiam occaſione contractuum, qui de eiſdem ce-
lebrabantur, vel alterius ſimilis cauſæ, libera
pariter denominari potuerunt, quia onus, &
vinculum recadentiarum poſſeſſoribus non adi-
mebat eorumdem commercium. Et denique;
quod attinet ad Bona reſponſiva favore Eccleſia-
rum, & locorum Piorum, quorum nonnulla
cum tali onere poſſidentur à Barone, obvia, fa-
ciliſque eſt reſponſio, deſumpta ex eo, quod
Bonorum poſſeſſores, tametſi legitimis deſtitu-
ti heredibus, cum habeant facultatem, ſi cum
teſtamento deceſſerint, diſponendi medietate
ſuorum Bonorum, illaque relinquendi etiam
locis Piis, & Eccleſiis; inde fit, quod eadem 143
Bona ita ipſis relicta, in emphyteuſim, vel, ut
ibi dicitur, *à riſpoſta*, concedi deinde potuerint:
quamobrem eveniente caſu, quod ii, quibus tali
pacto ab Eccleſia, aut locis Piis iſtiuſmodi Bona
conceſſa fuerunt, deceſſerint ſinè heredibus,
Baro ſcilicet in illis ſucceſſerit, ſucceſſit tamen
cum ſua cauſa, cum eodem nimirum onere re-
ſponſionis, cui obnoxia fieri potuerunt tempore,
quo ab Eccleſia poſſidebantur, ut benè perpen-
dendo ſingulas dictorum Bonorum ſpecies conſi-
derat prima *Deciſio* ſuper meritis in §. *Parum re-
fragantibus cum duob. ſeqq.*, & animadvertitur
etiam in ſecunda §. *E' conſpectu*.

Multò autem minus obeſſe poſſunt quædam
Sententia in Curia Epiſcopali Tyburtina uſque
ab anno 1675. lata favore clar. mem. Cardinalis
Caroli Pii, atque nonnullorum Teſtium de Ca-
ſtro *Sancti Gregorii* revelationes, metu excom-
municationis, & pendente hac lite emendica-
tæ, quorum Teſtium conatus eò præcipuè ten-
dunt, ut Bona, & patrimonia relicta à Clericis,
& Eccleſiaſticis Perſonis, à d. recadentiarum
Jure omninò exempta reddant; quia tùm hæc,
tum alia omnia, quæ in anteactis Cauſæ diſce-
ptationibus opponi conſueverunt, ſeriò exami-
nata, ac validè rejecta fuerunt in Cauſæ *Deci-
ſionibus*

*Quamvis Sacr. Rotæ Tribunal., propoſitâ dein-
ceps Causâ die 18. Jun. 1725. cor. bo. me. Criſpolto,
cenſuerit, Sententiam Rotalem eſse infirmandam,
attamen, Causâ iterum propoſitâ, die 9. Decem-
bris 1726. cor. eodem a deciſiis receſſit, & ſecun-
dùm validiſſimas rationes, in hoc Voto expoſitas,
præcedentem Sententiam confirmavit.*

Romana Trebellianicæ.

Trebellianicæ probibitio tacita neque ex con-
templatione agnationis, neque ex conſti-
tuto perpetuæ primogenituræ ordine, ne-
que demum ex relatione habita ad aliam
diſpoſitionem cum tali prohibitione factam,
etiam inter tranſverſales, ſatis inducta
oſtenditur; Et quando ex ejuſmodi prohibiti
ne

Digitized by Google

ne in poſteriori teſtamenti parte, nequeat ad ſuperiorem inferri nec per viam relationis, aut repetitionis, immo nec etiam per viam declarationis

VOTUM XXVIII.

1 *Trebellianicæ detractio etiam tacitè probiberi poteſt.*

2 *Trebellianicæ probibitionem arguit agnatio a Teſtatore contemplata.*

3 *Sic etiam perpetuæ primogenituræ ordo ab eo conſtitutus.*

4 *Trebellianicæ probibitio ſatis inducta dicitur ex quo Teſtator relationem babuerit ad aliam diſpoſitionem, cum tali probibitione conditam.*

Et maximè, ſi omnia, in eadem diſpoſitione contenta, prò repetitis baberi voluit, n.6., & 39.

5 *Relatio in dubio indefinitè babita cenſetur.*

Ejuſque vigore cenſetur relatum cum omnibus ſuis qualitatibus ineſſe referenti, ibid.

Ac ſi unica ſcriptura, unicaque confecta eſſet diſpoſitio, ibid.

7 *Trebellianicæ probibitio ut inducatur, leviores ſufficiunt conjecturæ, quando non contra filios, ſed contra extraneos beredes agitur.*

Sicque etiam, quum agitur contra Tranſverſales; iſti enim extranei dicuntur, ibid.

8 *Quo caſu pro trebellianicæ probibitione, ſemper in dubio pronunciandum eſt*, & num.99., *Declara*, ut num.51.

9 *Heres extraneus, nullà factà trebellianicæ detractione, pleniùs adimplere dicitur Defuncti voluntatem.*

10 *Cuicumque beredi, bereditatem reſtituere gravato, trebellianica debetur.*

11 *Heredibus reſtituere gravatis olim bereditates adire recuſantibus, quaſi in præmium aditionis, conceſſa fuit trebellianicæ detractio.*

12 *Trebellianicæ detractionem, niſi expreſſè Teſtator probibuerit, eam, ſe jurè conformando, permiſiſſe cenſetur.*

Ac præſumitur ipſam veluti æs alienum, detrabi voluiſſe, num.13.

13 *Trebellianica æri alieno æquiparatur.*

14 *Heres trebellianicam detrabere cupiens, intentionem ſuam fundare dicitur in regula, eam permittente.*

15 *In fideicommiſſarium ajentem, trebellianicam fuiſſe a Teſtatore probibitam, onus id probandi transfertur.*

16 *Trebellianicæ expreſſa probibitio ſatis elicitur ex verbis, illius probibitionem importantibus.*

Excluditur autem, ſi nullimodè expreſſa inter bereditaria onera legatur, num.17.

17 *Onera, a Teſtatore minimè adpoſita, non ſunt ſubintelligenda in præjudicium beredis.*

Præſertim, quando Teſtator ad certa taxativè onera ſeſe retulit, novumque induceretur onus contra mentem Juris, ibid.

18 *Trebellianicæ probibitio nequit extenſivè interpretatione induci.*

19 *Trebellianicæ tacita probibitio etiam ex conjecturis deſumi poteſt, quæ tamen ejuſmodi eſſe debent, ut illam neceſſariò præſeferant, nec ad aliud ſint referibiles.*

20 *Trebellianicæ detrabendæ facultas nequit cenſeri beredi adempta per ſubauditos intellectus, & æquivocas conjecturas.*

21 *Trebellianicæ tacita probibitio ut inducatur, ſufficit, moralem, ex conjecturis, adeſſe certitudinem.*

Hæc tamen deeſſe cenſenda eſt, quoties conjecturæ ad aliud referri valeant, n.22.

Aut quoties ex opinionum, ſive conjecturarum contrarietate res dubia reddatur, n.23.

Deciſiones *autem* S.R., *moralem ejuſmodi certitudinem ſufficere firmantes, juxta prædicta intelligendas eſſe, declaratur* ad.nn.22., & 23.

22 *In conjecturali materia Iudex nullam aliam aſſequi poteſt certitudinem, quàm moralem.*

24 *Trebellianica jure antiquo probiberi non poterat.*

Immo nec etiam per pactum in vita Teſtatoris remitti, ac minui, ibid.

25 *Novo autem jure illam expreſſim probiberi poſſe, permiſſum eſt.*

26 *Quod ſubinde fuit extenſum ad probibitionem, æquipollentibus factam verbis, aut ex conjecturis elicitam.*

27 *Trebellianicæ detractioni locus ſemper eſt, niſi ejus probibitionem neceſſariò verba inferant.*

28 *Trebellianicam alii contra, alii juxta voluntatem Teſtatoris detrabi bodie dicunt.*

29 *Teſtatoris in poteſtate eſt trebellianicam probibere, vel non.*

30 *Teſtator trebellianicam probibuiſſe non eſt cenſendus, quoties expreſſa, aut neceſſariò probibitionem importantia verba deficiant.*

32 *Trebellianicæ probibitio tacita tunc ſolùm inducitur, quando Teſtator integram demandaverit ſuorum Bonorum reſtitutionem, abſque diminutione ullà,*

Procedit, etiamſi agatur cum tranſverſalibus, num.52.

33 *Trebellianicæ probibitio non ſatis ex contemplatione agnationis, ac voto perpetuæ Bonorum conſervationis poteſt elici, deficientibus verbis integralitatis, atque totalitatis, quamcumque diminutionem excludentibus.*

34 *A trebellianicæ detractione, nec fideicommiſſa agnatitia ſunt immunia.*

Idem de majoratibus, & primogenituris univerſalibus, n.36.

35 *Agnationis contemplatio præſumptionem probibitionis trebellianicæ levem dumtaxat præſtat.*

37 *Primogenitura eſt de genere fideicommiſſorum, eique convenit definitio fideicommiſſi.*

38 *Primogenitura in boc ſolùm a fideicommiſſo differt, quod in illa, uno ſolo admiſſo, ceteri excludantur.*

40 *Relatio fieri poteſt vel indefinitè quoad omnia contenta in relato, vel limitatè, quoad perſonas nempe, res, vel alium modum in relato contentum.*

42 *De*

41 *De referentis voluntate ubi conſtat, omnis ceſſat quæſtio.*

42 *Diſpoſitio ad eam dumtaxat relati partem, quam reſpicit, eſt referenda.*

43 *Relatio quibus ex verbis non ad omnes relati partes habita dicenda ſit?*

44 *Relatio cum ſpeciali proviſione, & determinatione ad unum ex contentis in relato, ad cetera nequit extendi.*

45 *Certiùs, ſi adſint clauſulæ limitativæ; & quæ?* n.2.ſeq.

46 *Verba* = & hoc, = *relationem coarctant ad rem dumtaxat, & partem, expreſsè deſignatam.*

Idem verba = s' intenda ſolamente, = n.47., *necnon clauſula* = e non altrimenti =, n.48.

47 *Verba* = s' intenda ſolamente = *vim habent privandi, ac ita includendi expreſſa, ut reliqua omnia excludant.*

48 *Clauſula* = e non altrimenti = *naturam præciſam habere dicitur.*

Nullam itidem aliam, a verbis ſeparatam, interpretationem admittit, ibid.

Et quoad non expreſſa conſenſum removet ab actu, ibid.

50 *Quoad trebellianicæ detrahendæ jus, etiam filii reputantur pro extraneis.*

51 *Trebellianicæ probibitio ex conjecturis, quæ ad aliud referri valeant, induci nequit, etiam quando agitur cum tranſverſalibus.*

54 *Trebellianicæ etiam prohibitionem ſecumferre dicitur expreſſa alienationis prohibitio.*

Quando præſertim realis hæc eſt, & ad aliquam vocatorum perſonam non reſtringitur, ibid.

55 *Trebellianicæ prohibitionis illatio ex poſteriori ad ſuperiorem teſtamenti partem nequit fieri.*

Et quando nec per viam relationis, ſive repetitionis, immo, nec etiam per viam declarationis? nu. ſeqq.

56 *Relatio, & repetitio eiſdem regulis, eodemque cenſentur jure.*

57 *Omnis relatio, aut repetitio tacita promanat, vel ex conjunctione, atque connexitate diſpoſitionum, vel ex ratione verbi, totam orationem regentis, vel ex rationis identitate.*

58 *Quæ ſi deficiant, omnis ceſſat relatio, aut repetitio*, & n.62.

59 *Nec ulla admittitur extenſio.*

Et repetitio non expreſſa, habetur pro conſultò omiſſa, ibid.

60 *Pro repetitione, vel relatione ſi regula una affirmativa cum altera negativa pro illius excluſione concurrat, hæc prævalere debet.*

61 *Sic etiam in concurſu conjecturarum, quarum aliæ illam ſuaderent, & aliæ excludant.*

Conjecturæ autem ipſam excludentes quænam ſint? num. ſeqq.

62 *Diſpoſitiones duæ diverſæ, relationem, aut repetitionem nequeunt inducere.*

63 *Sed unaquæque ſuis debet eſſe contenta qualitatibus.*

Procedit, licèt conjunctæ ſint dictione = & = ibid.

64 *Dictio* = & = *plerumque dicitur novæ orationis inceptiva.*

65 *Eademque ſuâptè naturâ ponitur inter diverſa.*

66 *Repetitio, aut relatio difficiliùs inducitur in diſpoſitionibus, novas, & diverſas perſonas, diverſaque tempora reſpicientibus.*

67 *Multò autem minùs à ſubſequentibus ad præcedentia valet fieri.*

68 *Præcedentia, expreſſam habentia determinationem, à ſubſequentibus determinari, abſurdum eſt.*

69 *Repetitio, & relatio omnis ſemper fieri debet quoad compatibilia.*

70 *Atque ita interpretanda eſt, ut ex ea contrarietas non ſequatur.*

71 *Trebellianicæ prohibitio ex illa teſtamenti parte, ſeu vocatione Subſtitutorum, quibus facta prætenditur, reſultare debet.*

72 *Trebellianicæ prohibitio numquam extenditur de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam*, & num.73.

74 *Procedit, etiamſi perſona prohibita, eſſet magis propinqua, & dilecta Teſtatori.*

75 *Immò ex trebellianicæ prohibitione facta in uno caſu, vel uni perſonæ, conjectura elici dicitur, quod in ceteris caſibus, ceteriſque perſonis permiſſa fuerit.*

76 *Maximè autem ejuſdem prohibitionis extenſio de perſona ad perſonam excluditur, quando Teſtator diverſo diſponendi modo uſus eſt inter unam, & aliud perſonarum genus.*

77 *Trebellianicæ prohibitionis extenſio, ab una ad aliam diſpoſitionem, ut per viam declarationis poſſit fieri, concludentia omninò requiruntur argumenta.*

78 *Diſpoſitioni, certam habenti determinationem, nequit per viam declarationis nova ſuperaddi diſpoſitio.*

79 *Trebellianicæ prohibitionem, ex veriori ſententia, non inducit alienationis prohibitio.*

80 *Alienationis prohibitio intelligenda ſemper eſt de voluntariis, non autem de legalibus, quoties deficiunt clauſulæ totalitatem reſtitutionis importantes.*

81 *Alienationis prohibitio uni ſubſtitutioni adjecta, ad perſonas, in aliis ſubſtitutionibus comprehenſas, extendi nequit.*

Maximè, ſi concepta verbis non complectentibus caſus, tempora, & perſonas omnes, ibid.

82 *Alienationis prohibitio tacitam dumtaxat conjecturam præbet denegationis trebellianicæ.*

Et facta in una ſubſtitutione, nequit hunc effectum operari in alia, ibid.

CLAR. mem. Marchio Nerius Polvinus in ſupremis tabulis, cum quibus deceſſit, heredem inſtituit D. Marchionem Franciſcum Mariam Fratrem ſuum, eumdem gravando favore filiorum maſculorum, ex legitimo Matrimonio naſciturorum onere perpetui fideicommiſſi, ſive primogenituræ, ordina-

Digitized by Google

natæ ad normam alterius primogenituræ olim
conditæ à March. Bartholomæo Polvino quon-
dam Bernardi; ſin autem contigiſſet, illum
emori ſinè filiis maſculis legitimis, & natu-
ralibus, ſubſtituit ſimili ordine primogenitu-
ræ D. Marchionem Philippum Polvinum, ejuſ-
que filios primogenitos, jubendo, quod hoc ca-
ſu hereditas ſua accreſceret = *alla primogenitura
inſtituita* = ab eodem March. Bartholomæo,
eam generaliter ſubijciendo vinculis omnibus, in
dicta antiquiori primogenitura præſcriptis.

At quoniam in hac poſteriori diſpoſitione ex-
preſsè prohibita non legitur trebellianicæ detra-
ctio, quemadmodum apertis verbis prohibita
reperitur in priori, quæritur, an colore ullo
ejuſdem prohibitio Domino Marchioni Franci-
ſco Mariæ indicta cenſeri poſſit? Cumque in du-
bium non veniat, hanc prohibitionem non ſo-
1 lùm expreſsè, ſed etiam tacitè fieri poſſe, ad
Gloſſ. in leg. decem 6. ff. de fideicommiſ. libert.,
*Rota in Romana Falcidiæ 25. Junii 1685. §. Ve-
rùm præfata coram Reverendiſſimo d'Hervault
Archiepiſcopo Turonen.*, *& in Spoletana here-
ditatis 1. Julii 1695. §. Neque etiam coram E-
minentiſſimo de la Tremoille*, & paſsim apud om-
nes, licèt illa in noſtra hypotheſi expreſsis ver-
bis à Marchione Nerio adjecta minimè fuerit,
nihilominùs quæri poteſt, an eadem ex conje-
cturis induci queat? Pro cujus quæſtionis reſo-
lutione facilius aſſequenda operæ pretium eſt di-
ligenti ſtudio, ac curâ examinare ſingula te-
ſtamenti loca, quæ pro illa inducenda, vel ex-
cludenda conferre poſſunt, hæc autem duo eſ-
ſe videntur; Et primò ſeſe offert locus ille, in
quo continetur inſtitutio D. Marchionis Fran-
ciſci Mariæ primi heredis, cum ſubſtitutione
ejus filiorum maſculorum, ex legitimo Matri-
monio procreatorum, atque, ut dictum eſt, ad
ſucceſsionem vocatorum cum relatione ad for-
mam primogenituræ à March. Bartholomæo or-
dinatæ; Alter eſt ille, in quo, non ſuſceptis,
vel deficientibus Liberis maſculis D. Marchio-
nis Franciſci Mariæ, ſubſtituuntur alii remo-
tiores tranſverſales de familia contentiva Teſta-
toris, Dominus nempè Marchio Philippus, ejuſ-
que filii primogeniti, at ex neutro loco induci
poteſt tacita iſthæc trebellianicæ prohibitio.

Rem namque ordiendo à primo, hic ità ſe
habet = *In tutta la mia intiera eredità dichiaro,
& inſtituiſco mio erede univerſale, e colla mia
bocca nomino, e di proprio pugno ſcrivo il Signor
Marcheſe Franceſco Maria mio fratello, al qua-
le per ragione d' inſtituzione, & in ogn' altro mi-
glior modo laſcio tutta la mia eredità colli peſi, e
vincoli contenuti nel preſente mio teſtamento, e
dopo di eſſo alli ſuoi figli maſchi legitimi, e natu-
rali, e che naſceranno di legitimo Matrimonio di
Primogenito in Primogenito, e con ordine di pri-
mogenitura in infinito, ſervando la forma, nor-
ma, e regola, che ſi contiene nel fideicommiſſo,
e primogenitura inſtituita dal Signor Marcheſe
Bartolomeo Polvini quondam Bernardi, volendo,
che nel preſente mio teſtamento s' intenda repetito
di parola in parola tutto il contenuto del tenore,
e forma di detto fideicommiſſo, e primogenitura,
e queſto s' intenda ſolamente circa la regola, e modo
del fideicommiſſo inſtituito dal ſopradetto Signor
Bartolomeo, e non altrimente* = hactenus Teſtator.

Primâ fronte plura ex hac diſpoſitione deſu-
mi poſſe videntur argumenta pro trebellianicæ
prohibitione ex voluntate Teſtatoris præſumen- 2
da, illam enim ſuadet contemplatio agnatio-
nis, ad hunc effectum conſiderata à *Rota coram
bon. mem. Emerix deciſ. 940. num. 28.*, *& deciſ.
60. num. 10. inter impreſſ. ad ornat. clar. mem.
Card. de Luc. de teſtam. tom. 9.*

Plurimum etiam urget, quod Teſtator non
ordinavit ſimplex fideicommiſſum, inter fra-
tris Deſcendentes locum habiturum, ſed ordi-
navit primogenituram, de Primogenito in Pri-
mogenitum deferendam, quo caſu trebelliani- 3
cam prohibitam cenſeri, docuit *Molin. de Pri-
mogenit. Hiſpan. lib. 1. cap. 17. num. 25. & ſeq.*,
quem ſequuntur alii.

Denique quæſtionem omnem ſubmoviſſe di-
ci poſſet expreſſa relatio habita ad primogeni-
turam conditam à March. Bartholomæo, qui
trebellianicam expreſsè prohibuit; ſi autem tan-
ta eſt vis iſtiuſmodi relationis, ut in dubio in-
definitè facta intelligatur, *Caſanat. conſ. 56. ſub
num. 21. verſ. nos autem illius effectus numquam* 4
dividendo, *Rot. deciſ. 555. ſub num. 7. part. 2.
recent.*, ità quidem, ut ejus vigore relatum cen-
ſeatur ineſſe referenti cum omnibus ſuis quali-
tatibus, & omnia diſpoſita in relato trahendo
ad referens, perindè ac ſi de verbo ad verbum in
illo expreſſa fuiſſent, & quadam veluti conjun- 5
ctione utriuſque diſpoſitionis, & ſcripturæ,
unica confecta fuiſſet ſcriptura, atque diſpoſi-
tio, *Caſanat. conſ. 47. nu. 68.*, *& conſ. 50. num.
42.*, *Gobb. conſult. 121. numer. 45.*, *Cenſul. ad
Peregrin. de fideicommiſ. artic. 33. ad num. 60.,
& ſeq.*, *Urceol. deciſ. Florent. 11. num. 31.*, *Ro-
ta coram bon. mem. Emerix deciſ. 187. num. 16.*,
& latiſſimè *in Romana*, *ſeù Reatina teſtamenti
23. Januarii 1697.*, *& 2. Decembris ejuſdem
anni coram Eminentiſſimo Cardin. de la Tremoil-
le*, quantò magis pro inducenda trebellianicæ
prohibitione, illa urgebit in noſtra hypotheſi,
in qua Teſtator expreſsè profeſſus fuit primoge-
nituram condere ad normam illius ordinatæ à 6
March. Bartholomæo, quam de verbo ad ver-
bum in ſuo teſtamento repetitam voluit, ibi =
*ſervando la forma, norma, e regola, & altro,
che ſi contiene nel fideicommiſſo, e primogenitura
inſtituita dal Signor Marcheſe Bartolomeo Pol-
vini quondam Bernardi, volendo, che nel preſente
mio teſtamento s' intenda repetito di parola in pa-
rola tutto il contenuto del tenore, e forma di detto
fideicommiſſo, e primogenitura* =; Quamobrem,
cum March. Bartholomæus, expreſsè prohiben-
do trebellianicam, primogenituram, ab ipſo or-
dinatam, hac legali detractione minimè dimi-
nutam, cum plena Bonorum omnium integri-
tate deferri, voluerit ad vocatos, dicendum
eſt, quod, rejectâ quacumque detractione, ſi-
milem integritatem Marchio quoque Nerius
optaverit in primogenitura ab ipſo condita =
ſer-

*ſervando la forma, norma, e regola, & altro,
che ſi contiene nel fideicommiſſo, e primogenitura
inſtituita dal Signor Marcheſe Bartolomeo.*
Quæ porrò argumenta efficaciora cenſenda
erunt in caſu noſtro, quia non agitur de indu-
cenda prohibitione trebellianicæ adverſus filios,
ſed in præjudicium heredis extranei, quales di-
7 cuntur Tranſverſales omnes, pro quibus repel-
lendis ab hujus legalis detractionis aſſecutione
leviores ſufficere conjecturas, docuerunt *Bar-
tol. in leg. Centurio 15. num.27. ff. de vulgar., &
pupillar., Cirocch. diſcept.10. num. 9., & 10.,
Conciol. allegat.44. num. 34., Barry de ſucceſſ.
lib.15. tit.8. verſ. ſic licet, Rota coram bon.mem.
Emerix deciſ.940. num.2.*, & frequenter alibi;
ideoque hoc caſu, veluti pro regula invaluit, in
conflictu opinionum, atque in dubio pronun-
8 ciandum eſſe pro trebellianicæ prohibitione,
*Ruin. conſ. 159. num.2., & 3. lib. 3., Cirocch.
diſcept.3. nu.21., Altograd. jun. contr.71. num.
49., Cardin. de Luca de Fideicommiſ. diſc.27. nu.
15., Rota coram Cardin. Celſ. deciſ. 179. num.
19., deciſ.58. ſub num.48., & deciſ.59. ſub nu.
34. inter impreſſ. ad ornat. clar. mem. Cardin. de
Luca tit. de teſtament., & in Spoletana heredi-
tatis 1. Julii 1695. §. Quartò demum in fin. co-
ram Eminentiſſimo Cardinali de la Tremoille*,
quaſi heres, pleniùs Teſtatoris voluntatem adim-
plendo, obſequium magis fidum præſtare cen-
9 ſeatur, ſi nullâ factâ trebellianicæ detractione,
totam reſtituat hereditatem, ut proſequitur *Ro-
ta dict. deciſ.58. nu.45., Cyriac. contr.11. num.
28. cum ſeqq., in Romana Falcidiæ 16. Junii
1688. §. Ceterùm coram bonæ memoriæ Bevin-
caſa.*

Verumtamen hæc omnia argumenta talia,
tantaque non ſunt, ut dictam prohibitionem
neceſſario ſecumferant, ſi rem ad veriores Juris
regulas redigamus, & juxtà eaſdem ſuperius re-
lata teſtamenti verba interpretemur. In dubium
enim venire nequit, quin cuicumque heredi,
10 hereditatem reſtituere gravato favore Fidei-
commiſſarii, trebellianica debeatur, juxtà *Text.
expreſſ. in §. Sed quia heredes inſtitut. de fidei-
commiſ. heredit.*, Cum enim heredes, reſtituere
gravati, hereditatem non adirent, ideoque ul-
timæ voluntates non adimplerentur, *Alexand.
11 conſ.142. numer.16. lib.2., Bellon. jun. conſ.84.
num.27., Rota in recent. deciſ. 136. nu. 2. part.
12.*, illarum favore, & pro eiſdem adimplendis,
heredibus conceſſa fuit facultas quotam hanc
delibandi ex aſſe hereditario, veluti in præ-
mium aditionis, & periculi, quod, adeundo,
ſubibant, *Rota ad ornat. Cardin. de Luca de te-
ſtament. tom.9. deciſ.30. nu.13., deciſ. 57. num.
4., deciſ.58. num.5., & ſeqq., & deciſ. 70. nu.
26.*; Quamobrem heres adeò auctoritate Legis
trebellianicam detrahere dicitur, ut Teſtator,
12 ſi contrarium non præceperit, illi ſe conforma-
re voluiſſe cenſeatur, talem detractionem per-
mittendo, ducto argumento ex *authent. ſed cum
Teſtator Cod. ad leg. falcid., Caſſan. conſ. 67.
num. 73. in fin., & ſeqq., Altograd. conſ. 69.
num. 9. lib. 2., Rota coram Cavaler. deciſ. 537.
num.4., coram Cardin. Cerro deciſ. 601. num.1.,
& deciſ.939. num.4., Rota in Romana Falcidiæ
19. Junii 1679. §. Præceptum coram bon. mem.
Roudinino, confirmata 15. Junii 1685. §. Tran-
ſeuntes coram Reverendiſſimo d' Hervault*; velu-
ti enim ære alieno, cui hæc quarta comparatur,
hereditatem ſuam gravatam reliquiſſe præſumi-
tur, *Bald. in leg. quamquam Cod. ad leg. Falcid.,* 13
*Natt. conſ. 528. num. 34., Altograd. conſ. 69.
num.44., & ſeqq. lib.2., Rota deciſ. 142. num.
9. part.16.*

At verò, ſi trebellianica heredi gravato ex
juris cenſura debetur, ſi Teſtator adeò Juris
menti ſe conformare voluiſſe præſumitur, ut,
niſi contrarium diſpoſuerit, illam, veluti æs
alienum, ex ſua hereditate detrahi poſſe volue-
rit, heres illam detrahere cupiens, intentionem
ſuam fundare dicitur in regula eamdem permit- 14
tente, quoties verbis expreſſis, aut illis æqui-
pollentibus prohibita non reperitur, latiſſimè
*Altograd. conſ.69. num.1., & ſeqq. lib. 2., Ro-
ta in Romana Canonum de Salviatis 9. Decembris
1707. §. 20. in fin. coram Reverendiſſimo Molines
Decano*, quæ porrò regula tanti valet, ut in Fi-
deicommiſſarium dicentem, Teſtatorem eam
prohibuiſſe, ſeu prohibere voluiſſe, transferat 15
onus probandi talem prohibitionem, ut poſt
Petr. de Fideicom. quæſt.15. num.189. verſus fin.
docuit *Scacc. de judic. lib.2. cap.9. nu.1148. verſ.
& propterea.*

Tantum verò abeſt, quod in caſu noſtro ad-
ferri poſſit concludens iſthæc probatio, ut po-
tiùs contrarium evincatur, nam, ſi agatur de
expreſſa trebellianicæ prohibitione, non ſolùm 16
deficiunt verba, illam præſeferentia, ut ſatis
eſſet, ad tradita per *Altograd. dicto conſ.69. nu.
7. verſ. ſed hic verba lib. 2.*, Verum præterea
Teſtatorem illam nullatenùs prohibere voluiſſe,
conijci poſſe videtur ex eo, quod profeſſus fue-
rit relinquere D. Marchioni Franciſco Mariæ
fratri ſuo = *tutta la mia eredità colli peſi, e vin-
coli contenuti nel preſente mio teſtamento* =, inter
quæ onera, & vincula contenta in ejus teſta-
mento dum non legitur prohibitio trebelliani-
cæ, jure noſtro affirmare poſſe videmur, quod
eamdem in illo minimè adijcere voluerit, ità
præcipiente duplici certiſſimâ juris regulâ, al-
terâ generali, quâ docemur, onera à Teſtato- 17
re minimè appoſita, non eſſe ſubintelligenda
in præjudicium heredis, præſertim, quando
taxativè ad certa onera ſe retulit, & novum
onus induceretur contrà mentem juris, quod,
ut diximus, expreſsè permittit detractionem
trebellianicæ, alterâ verò ſpeciali reſultante ex
ſubjecta materia, quæ quamcumque reijcit ex-
tenſivam interpretationem, *Ripa in leg. Centu-* 18
*rio num. 132. ff. de vulgar., & pupillar., Man-
dell. conſ.70. num.8., Altograd. conſ.69. numer.
123. lib.2., aliique infrà allegandi.*

Deficiente expreſſâ trebellianicæ prohibitio-
ne, ſi quæratur de tacita, non negamus, eam
ex conjecturis deſumi poſſe, ſed dicimus, il-
las tales eſſe oportere, ut neceſſariò præſefe-
rant hujuſmodi prohibitionem, nam, ſi ad 19
alios

Digitized by Google

alios effectus referri, & de aliquo alio, quàm
de trebellianicæ prohibitione verificari queant,
illa tacitè ex eiſdem minimè elicietur, *Al-
tograd. dicto conſil. 69. numer. 6., & ſeqq.,
& numer. 25. cum ſeqq., Marta de ſucceſſ. le-
gal. part. 4. quæſt. 28. artic. 3. numer. 19., &
artic. 4. num. 29., Gratian. diſcept. forenſ. 888.
num. 2., Adden. ad Gregor. deciſ. 421. num. 16.,
Adden. ad Buratt. deciſ. 480. num. 23., Adden.
ad Pamphil. deciſ. 117. nu. 20., Rota coram Pen.
deciſ. 1043. num. 4., & ſeq., coram Cavaler. de-
ciſ. 441. num. 4., coram Coccin. deciſ. 1631. num.
3., & deciſ. 1634. num. 5., in recent. deciſ. 67.
num. 1. part. 1., deciſ. 423. num. 7. part. 13., & ad
ornat. Cardin. de Luca de teſtament. tom. 9., de-
ciſ. 51. num. 31., deciſ. 52. num. 3., deciſ. 53. nu.
4., deciſ. 61. num. 14.*, & rectè quidem, nam,
cum agatur de tollenda facultate deducendi
20 quartam, ex juris communis cenſura conſtitu-
tam heredi gravato, juſta ratio non ſinit, ut
eadem per ſubauditos intellectus, & æquivocas
conjecturas adempta cenſeatur, *Rota in Roma-
na Fideicommiſſi 16. Junii 1704. §. Quoniam il-
latio coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Ca-
prara.*

Nilque turbat, quod minimè oporteat, illas
adeò efficaces, & urgentes eſſe, ut prohibitio-
21 nem trebellianicæ includant neceſſitate quadam
excludente omne poſſibile contrarium, ſed ſa-
tis eſſe, quod moraliter, & juxtà veriorem,
magiſque rationi conſonam intelligentiam cap-
tivent animum Judicis ad credendum, quod
Teſtator voluerit trebellianicam prohibere, ju-
xtà firmata in famigerata *Romana Trebellianica
deciſ. 58. num. 19., & 28., & deciſ. 59. num. 4.,
& in Romana, ſeù Januen. Trebellianica deciſ.
61. numer. 1.*, quæ omnes impreſſæ reperiun-
tur *ad ornat. clar. mem. Cardin. de Luca de teſta-
ment.*

Nam hæ omnes *Deciſiones* non deviant à re-
gula firmata unanimi conſenſu Doctorum, &
auctoritatum, ſuperiori loco relatarum, quæ
dum dicunt, quod pro inducenda tacita trebellia-
nicæ prohibitione requirantur verba, aut conje-
cturæ, neceſſariò illam concludentes, procul
dubio non loquuntur, nec intelligi poſſunt de
22 phyſica certitudine, aut evidentia, cum in ſub-
jecta materia conjecturali Judex nullam aliam
aſſequi poſſit certitudinem, quàm illam mora-
lem, fundatam in quadam majori veriſimilitu-
dine, magiſque probabili ratione, quæ porrò
moralis certitudo deeſſe dicitur, quoties conje-
cturæ tales ſunt, ut alios legales effectus opera-
23 ri, & ad alia referri poſſunt, aut quoties ob
contradictionem, contrarietatem, & conflictum
opinionum, ſive conjecturarum, res dubia red-
ditur; Cum enim, ut relatâ tum antiqui, tum
medii juris hiſtoriâ, docet *Peregrin. de Fideic.
art. 3. num. 24.*, tàm de jure *Digeſtorum*, quàm
Codicis trebellianica prohiberi minimè poſſet,
24 immò, nec etiam per pactum in vita Teſtatoris
remitti, aut minui, quippe cum detraheretur
contra illius voluntatem, qui eam tollere nequi-
bat, nec etiam ex parte diminuere poterat; Et,

nonniſi noviſſimo jure authenticorum *Juſtinia-
nus* Imperator per *novellam in §. Si verò expreſ-
ſim in authen. de hered., & falcid.*, ex qua de- 25
ſumpta eſt *Authentica ſed cum Teſtator Cod. ad
leg. falcid.*, illam expreſſim prohiberi poſſe,
permiſerit, deindèque extenſivâ interpretatio-
ne hæc novi juris cenſura porrecta quoque fuerit
ad prohibitionem factam verbis æquipollenti- 26
bus, vel elicitam ex conjecturis, hinc eſt, quod,
cum quæritur, an ſatisfactum ſit conſtitutioni
Juſtiniani, quæ, utpotè correctoria juris com-
munis, requirit individualem, & expreſſam
prohibitionem, difficultatis cardo, totumque
quæſtionis momentum in eo vertit, quænam vi-
delicet verba, & quænam conjecturæ tales ſint,
ut ex eiſdem elici poſſit tacita prohibitio, æqui-
pollens formali, atque expreſſæ: Quamobrem,
ut rectè admonet *Peregrin. d. artic. 3. num.* 88., 27
parciſſimè in re hac agendum eſt, adeòut, niſi
verba ſpecialiter, vel de neceſſitate inferant pro-
hibitionem, locus ſemper ſit illius detractioni,
eò quod ceſſet moralis illa neceſſitas, quæ Judi-
cem cogat ad aliter judicandum; nam ſive illa
detrahi dicatur contra voluntatem Teſtatoris, 28
*Peregrin. de Fideic. d. art. 3. num. 85., Rota Fer-
rarien. dec. 377. num. 11. inter deciſ. collect. apud
Palm. tom. 4., Rota ad ornat. clar. mem. Card. de
Luc. de teſtam. tom. 9. dec. 30. num. 10., deciſ. 53.
num. 15., dec. 56. num. 11.*, ſive eadem non con-
tra, ſed juxtà ejus voluntatem hodiè detrahi di-
catur, ut voluere alii apud eumdem *Peregrin.*
loco citato, attamen, cum id pendeat à volun-
tate Defuncti, cui libera conceſſa eſt facultas il- 29
lam prohibendi, ejuſque arbitrio remiſſum ſit,
an velit nec ne uti tali facultate, ſemper dicen-
dum erit, eum illâ uti noluiſſe, quotieſcumque
vel expreſsè non prohibuit, vel uſus minimè
fuit verbis, neceſſariò talem prohibitionem ſe- 30
cumferentibus, *Altograd. d. conſ. 69. num. 53.
lib. 2.*, qualia certè non ſunt verba, aut conje-
cturæ, quæ ad aliud referri poſſunt, *Mart. de* 31
*ſucceſſ. legal. part. 4. quæſt. 28. art. 3. num. 20., &
artic. 4. num. 29., Altograd d. conſ. 69. num. 7.,
Rota coram Pen. dec. 1043.*, aliique relati ſupe-
rioribus locis, ex quorum concordi traditione
pro regula ſtatui poſſe videtur, tunc ſolùm ex
verbis, aut ex conjecturis induci poſſe tacitam
prohibitionem trebellianicæ, quando ex eiſdem
reſultat aperta voluntas Teſtatoris demandantis 32
integram, atque totalem ſuorum Bonorum re-
ſtitutionem, ſinè ullâ diminutione faciendam,
ut, præter latiſsimè cumulatos ab *Altograd. d.
conſ. 69. locis citatis*, alioſque hactenus allegatos,
tradit *Rota in Romana Fideicommiſſi 16. Junii
1704. §. Quoniam illatio coram Emo D. Cardina-
li Caprara, & in Romana Pecuniaria, ſeù Im-
miſſionis 11. Aprilis 1707. §. Sed ex hoc teſtamen-
to coram R.P.D. Priolo.*

Cujus profectò generis non ſunt ſuperiùs rela-
tæ conjecturæ, nam, quod attinet ad contem-
plationem agnationis, & voto conſervandi Bo-
na in Agnatis, ex eo elici minimè poſſe ſufficien-
tem conjecturam prohibitionis trebellianicæ, 33
quoties deſunt verba integralitatis, atque totali-
tatis

Digitized by Google

tatis excludentia quamcumque diminutionem
hereditatis, tametſi à Lege permiſſam, docuerunt
Altograd. d. conſ.69. num. 134. lib.2., *Rota cor.
Penia d. dec.1043.*, *coram bon. mem. Emerix. jun.
dec.1146. num.2. & ſeq.*, *& dec.1233. num.8. &
9.*; Et rectè quidem, nam, ſi contemplatio
agnationis neceſſariò ſecumferret prohibitionem
34 trebellianicæ, hæc numquam detrahi poſſet ex
fideicommiſsis agnatitiis, quæ tamen nec jura
noſtra, nec Doctores ab hac legali detractione,
immunia eſſe, noluerunt, ideòque *Rota coram
bon. mem. Emerix. d. dec. 940. num.28.*, nonniſi
levem quamdam præſumptionem prohibitionis
trebellianicæ deſumit ex contemplatione agna-
35 tionis, quæ in illius hypotheſi valere potuit,
quia coadjuvabat, & coadjuvabatur aliis vali-
diſsimis conjecturis, univocè demonſtrantibus,
mentem Teſtatoris fuiſſe, ut omnia Bona ſua
integraliter, & abſque ullâ prorsùs diminutione
pervenirent ad ſubſtitutos.

Prout etiam concludens conjectura ad hunc
effectum elici nequit ex ordinatione univerſalis
primogenituræ, à Teſtatore facta ſuper omnibus
ſuis Bonis, quia, cum agitur de majoratibus, &
36 primogenituris univerſalibus, verius eſt, illas
obnoxias eſſe cenſuræ Legis, permittentis here-
di detractionem trebellianicæ, *Honded. conſ. 45.
& 46.*, quem ſequens *Peregrin. de Fideic. d.
art. 3. num.106.*, hanc opinionem veriorem, &
magis receptam dicit, *Andreol. contr. 434. la 1.
num.33.*, *Gratian. diſcept. 245. num.54.*, *ibique
de Luc. num. 14.*, *& diſcept.* 888. *num. 14.*; Et
37 ſanè, ſi primogenitura eſt de genere fideicom-
miſſorum, eique convenit definitio fideicom-
miſsi, *Cyriac. controv.23. num. 12. & 13.*, *Torr.
de Primog.*, *& Majorat. Ital. part.1. cap.4. §.2.
num. 31.*; ex eo, quod Teſtator Bona ſua ſubje-
cerit primogenituræ univerſali, neceſſariò non
ſequitur, quod prohibere voluerit trebelliani-
cam debitam heredi reſtituenti fideicommiſſum,
cum ſucceſsio ab illo volita ordine primogeni-
turæ referibilis eſt ad alium effectum magis con-
38 naturalem, ipſique proprium, & per quem di-
ſtinguitur à ceteris fideicommiſsis, quod nempè
in illa, uno ſolo admiſſo, ceteri excludantur,
Menoch. conſ.915. num.17.

Necdemùm urget relatio à Teſtatore facta ad
antiquiorem primogenituram ordinatam à Mar-
ch. Bartholomæo, in qua trebellianica expreſsè
prohibita fuerat, nam, licèt hæc ſola relatio per
39 ſe ſpectata ſufficeret, ut iſtiuſmodi prohibitio
repetita cenſenda eſſet in referente, præſertim,
quando bon. me. Marchio Nerius profeſſus fuit
velle, *che nel preſente mio teſtamento s'intenda
repetito di parola in parola tutto il contenuto del
tenore, e forma di detto fideicommiſſo, e primoge-
nitura*, nihilominùs, cum relatio pluribus mo-
40 dis fieri poſsit ad teſtamentum, & diſpoſitio-
nem alterius, videlicet, vel generaliter, & in-
definite ad omnia contenta in relato, prout in
dubio præſumendum eſſe, probant auctoritates
in objecto allegatæ, vel limitatè, quoad nempè
perſonas, res, vel alium modum in relato con-
tentum, ut tradit *Simon. de Præt. de interpret.
ultim. volunt. lib. 2. interpret. 4. dubit.2. ſolut.2.
num.230. fol. mihi 171. à tergo*, quæſtiones om-
nes, in ſubjecta materia locum ſibi vindicantes,
cum res dubia eſt, & non conſtat de voluntate
Referentis, prorsùs ceſſant, quando illa vel ex 41
verbis, vel ex conjecturis perſpici poteſt, *Caſa-
nat. conſ.47. num.115.*, *& conſ.56. nu.15. & 35.*,
*Simon. de Præt. loco mox citat. num. 231. in fin.
fol. mihi 172.*, *clar. mem. Card. de Luc. de Fideic.
diſc.119. num.6.*, ideòque, ſi per hanc relatio-
nem Teſtator reſpexerit ad res tantummodò,
vel perſonas, vel modum in relato contentum,
relatio accipi minimè poterit ſimpliciter, & in- 42
definitè quoad omnia, ità quidem, ut, veluti
quâdam conjunctione, ex referente, & relato
unica inducta cenſeatur diſpoſitio, ad tradita per
Rot. coram Merlin. dec.432. num.13. & ſeqq., *cor.
Coccin.*, *dec.1748. num.7. & ſeq.*, *& deciſ.1807.
num. 9.*, ſed diſpoſitio nova limitatè referenda
erit ad illam tantummodò relati partem, quam
reſpicit.

Hujuſmodi autem eſt relatio à bo. me. Mar-
chione Nerio facta ad teſtamentum March. Bar-
tholomæi, quem cum ſciret opulentam ordinaſ-
ſe primogenituram, ipſeque etiam hereditatem
ſuam ſimili ordine deferri, cuperet de Primo-
genito in Primogenitum, *ſervando la forma, nor-
ma, e regola, & altro, che ſi contiene nel fidei-
commiſſo, e primogenitura inſtituita dal Signor
March. Bartolomeo*, nihilominùs animadver-
tens, per relationem, amplioribus verbis con-
ceptam, relatum transferri in referens cum om-
nibus ſuis qualitatibus, generalem relationem
ſtatim reſtrinxit, atque limitavit, illis, maximâ
notâ dignis verbis, *e queſto s'intenda ſolamente
circa la regola, e modo del fideicommiſſo inſtituito* 43
*dal ſopradetto Signor Bartolomeo, e non altrimen-
ti &c.* =, quamobrem, cum his adeò perſpicuis
verbis expreſsè declaraverit, quod relatio om-
nis verſabatur *circa la regola, e modo del fideicom-
miſſo*, regularem videlicet ordinem, & modum
ſuccedendi per viam primogenituræ, prout diſ-
poſitum fuerat in primogenitura Marchionis
Bartholomæi, relatio iſthæc, cum ſpeciali pro-
viſione, & determinatione ad unum ex conten- 44
tis in relato, extendi nequit ad cetera omnia,
generaliter in illo contenta, *Rot. dec.16. nu. 11.
& ſeqq.*, *& meliùs dec.81. num.8. part.17.*

Certiùs in caſu noſtro, in quo Teſtator ſpe-
cialem, immò individuam hanc relationem li- 45
mitavit, atque reſtrinxit ad regulam, & mo-
dum ſuccedendi, tot verbis, & clauſulis, neceſ-
ſariò excludentibus quamcumque extenſionem
ad reliqua contenta in relato, vis enim limitati-
va relationis ineſt verbis illis = *& hoc* =, quæ, 46
utpotè demonſtrativa ad oculum, *Barboſ. tract.
var. dict.133.*, excludunt relationem ad omnia
ſuperiùs diſpoſita, diſpoſitionem referendo dum-
taxat ad rem, & partem expreſsè deſignatam,
*Rota Januen. dec.16. num.51. & ſeqq. inter col-
lect. poſt Torr. de Majorat.*, *& Primogen. Ital.*,
prout etiam efficaciùs eumdem effectum ope-
ran-

47 rantur illa alia verba = *s'intenda ſolamente* =, hęc
namque dictio taxativa, atque limitativa vim
habet privandi, *Rot. coram Coccin. dec.* 2020. *nu.*
4. *& 5.*, atque ità includendi expreſſa, ut reli-
qua omnia excludat, *Rota in Faventina Manu-
tentionis* 12. *Maii* 1682. *§. Magiſque in hoc caſu
coram bon. mem. Paulutio*, & denique accedit
poſtrema illá clauſula = *e non altrimenti* =, quæ
habere dicitur naturam præciſam, & nullam
48 aliam, à verbis ſeparatam admittit interpreta-
tionem, *Roland. conſ.*61. *n.* 17. *lib.*2., & quoad
non expreſſa, ſive non diſpoſita conſenſum re-
movet ab actu, *Rota dec.*361. *num.* 1. *part.*4. *di-
verſ.*, *coram Coccin. dec.*1980. *num.*36.

Cum itaque his omnibus demonſtretur, con-
jecturas deſumptas ex contemplatione agnatio-
nis, ex ordinatione primogenituræ, & ex rela-
tione habita ad teſtamentum, in quo trebellia-
nica prohibebatur, inefficaces prorsùs eſſe pro il-
lius prohibitione inducenda in ea teſtamenti
49 parte, de qua agitur, parvi refert, quod hodier-
na quæſtio non vertat cum filiis Teſtatoris, ſed
cum extraneis, atque Tranſverſalibus, adversùs
quos trebellianicæ prohibitio faciliùs inducitur,
juxtà auctoritates in contrarium allegatas, nam,
omiſſo, filios etiam, quod attinet ad jus detra-
50 hendi trebellianicam, reputari pro extraneis,
Altograd. d. conſ. 69. *num.* 22. *lib.* 2., dicimus,
quod, quando etiam res eſt cum Tranſverſali-
bus, *Doctores, & S. Rota* requirunt conjecturas,
morali quadam certitudine ſuadentes, ſive ve-
riùs neceſſariò trahentes animum Judicis ad ju-
dicandum, Teſtatorem trebellianicam reverâ
51 prohibuiſſe, adeò quidem, ut in alium ſenſum
magis verum accipi, aliumque effectum magis
connaturalem operari minimè poſſint; ideòque
Sac. Rota in famigerata *Romana Trebellianica*,
de qua in dec. 56. *& plurib. ſeqq.*, *ad ornat. clar.
mem. Card. de Luca tit. de teſtam. tom.* 9., agens
de fideicommiſſo, ad quod vocabantur Tranſ-
verſales, & extranei, cenſuit prohibitam trebel-
lianicam, quia verba, & conjecturæ in eiſdem
52 *Deciſionibus* expreſsè præbebant hanc moralem
certitudinem reſultantem ex reſtitutione Bono-
rum cum omnimoda integritate, & abſque ullâ
prorsùs diminutione à Teſtatore volita, in qua
porrò integritate, & totalitate reſtitutionis ſe
fundant dictæ *Deciſiones*; quiſque autem pro ſua
religione, ac prudentia ſecum reputet, an con-
jecturæ illæ, quarum meminimus, tales ſint,
ut neceſſariò trahere debeant animum Judicis ad
ſtatuendam tacitam trebellianicæ prohibitio-
nem, quando eædem paſſim à Doctoribus repro-
bantur, & operari poſſunt alios effectus magis
connaturales, & legales illo totalitatis reſtitu-
tionis Bonorum.

Satis his demonſtratum videri poteſt, in illa
diſpoſitionis parte, in qua Teſtator ordine pri-
mogenituræ vocavit D. Marchionem Franciſcum
Mariam fratrem ſuum, ejuſque filios, & De-
ſcendentes orituros ex legitimo Matrimonio,
nec expreſſam, nec etiam tacitam trebellianicæ
prohibitionem contineri, reliquum modò eſt,
ut inquiramus, an eadem elici poſſit ex illa alia
teſtamenti parte, in qua in caſu, quo D. Mar-
chio Franciſcus Maria primus *heres* decederet ſi-
nè filiis, ſubſtituuntur Collaterales remotiores,
Dominus nempè Marchio Philippus, illiuſque
filii primogeniti in infinitum, verbis illis = *e mo-
rendo il Signor Marcheſe Franceſco Maria ſenza
figli maſchi legitimi, e naturali ſoſtituiſce il Si-
gnor Marcheſe Filippo Polvini, e ſui figli di Pri-
mogenito in Primogenito, e con ordine di primoge-
nitura, in infinito, la quale s'accreſca alla primo-
genitura inſtituita dal Signor March. Bartolomeo
Polvini quondam Bernardi, e con le medeme ſoſti-
tuzioni, e condizioni, proibizioni, dichiarazioni,
caducità, e vincoli contenuti in quella, & a tale
effetto ordina, e comanda, che di tutte le gioje, ar-
genti, e mobili, beſtiami, & ogn' altro effetto ſe
ne faccia inventario per mano di publico Notaro,
acciò detti effetti non ſi poſſino alienare in alcun
tempo, & acciochè ſi diſtingua ciò, che proviene
dalla mia Eredità* =.

Porrò in dubium revocari minimè poſſe vide-
tur, quin hoc teſtamenti loco contineatur tre-
bellianicæ prohibitio reſultans nedum ex am-
pliori relatione facta ad teſtamentum March. 53
Bartholomæi, & prohibitiones omnes in eo con-
tentas, ibi = *e colle medeme ſoſtituzioni, e condi-
zioni, proibizioni, dichiarazioni, caducità, e
vincoli contenuti in quella* =, inter quas prohibi-
tiones expreſsè legebatur illa trebellianicæ; ve-
rùm etiam promanans ex prohibitione expreſſa
alienationis, quæ juxtà plurimorum ſententiam 54
ſecumferre dicitur prohibitionem etiam trebel-
lianicæ, præſertim, quando d. alienationis pro-
hibitio realis eſt, & non reſtringitur ad certam
aliquam vocatorum perſonam, nihilominùs,
qualiſcumque ſit diſpoſitio iſta, eademque dici
poſſit ſecumferre prohibitionem trebellianicæ,
attamen, ſi inſpiciamus regulas, quibus tum ge-
neraliter in ſimilibus quæſtionibus, tum ſpecia-
liter in ſubjecta materia utimur, ex prohibitio- 55
ne trebellianicæ, tametſi expreſsè facta in hac
diſpoſitionis parte, argui nequit ad eamdem in-
ducendam in ſuperiori teſtamenti loco, nam
prohibitio detractionis trebellianicæ, quæ hic
facta dicitur, vel trahi prætenditur ad ſuperio-
rem diſpoſitionem per viam relationis, ſive re-
petitionis, vel per viam declarationis; & neutra
hunc effectum operari poteſt.

Non quidem per viam relationis, aut repeti-
tionis, quia, cum utraque eiſdem regulis, & 56
jure cenſeatur, *Gabriel. conſ.*96. *num.*13. *lib.*1.,
prohibitio ordinata in ſequenti, nullo pacto repe-
ti, aut referri poteſt ad præcedentem diſpoſitio-
nem, nam omnis tacita repetitio, veluti ex ſuo 57
fonte, promanat ex tribus cauſis, videlicèt vel
ex ratione conjunctionis, & connexitatis inter
plures diſpoſitiones, vel ex ratione verbi regen-
tis, & determinantis totam orationem, vel de-
mùm ex identitate rationis, juxtà magiſtrale
conſil. Baldi 153. *lib.* 5., *Peregrin. de Fideicom.
art.* 16. *num.* 12. *in fin.*, *Rocc. diſput. jur. ſelect.
cap.*31. *num.* 25., *Rota in Melevitana Fideicom-
miſ-*

Digitized by Google

miſſi 3. Julii 1690. §. Nam hujuſmodi coram Re-
verendiſſimo d'Hervault, in Interamnen. Fidei-
commiſſi 15. Januarii 1694. §. His ità firmatis cor.
bon. mem: Beniucaſa, & dec. 4. num. 3. ad ornat.
clar. mem. Card. de Luc. de Donat. tom. 7., con-
trà verò ceſſet quæcumque relatio, aut repetitio,
58 ſi deficiat conjunctio, & connexitas diſpoſitio-
num, ſi illæ à ſuo verbo regantur, &, ſi deni-
que deficiat identitatis ratio, ut proſequitur idem
Bald. d. conſ. 153. lib. 5., & tradit Rota in Bono-
nien. Fideicommiſſi de Pandinis inter collectas per
Balducc. ad Ramon. deciſ. 29. num. 10. tom. 3., in
Auximana Prædii 9. Januarii 1680. §. Non ob-
ſtare coram bon. mem. Rondinino, in Melevitana
Fideicommiſſi 3. Julii 1690. §. In quo pariter cum
ſeq. coram Reverendiſſimo d'Hervault, his enim
caſibus prævalet regula prohibens quamcumque
59 extenſivam repetitionem, ut in dicta Melevitana
Fideicommiſſi 21. Aprilis §. Nam, ut in noſtro,
& 3. Julii 1690. §. Sed his minimè coram Reve-
rendiſſimo d'Hervault, quæ ubi expreſsè omiſſa
eſt, habetur pro conſultò omiſſa, Rota dec. 322.
part. 14., & dec. 684. utrobique num. 7. part. 18.,
immò verò regula hæc excluſiva repetitionis, &
relationis tanti valet, ut, ſi duæ concurrant re-
60 gulæ, una affirmativa pro repetitione, altera
verò negativa pro illius excluſione, regula ne-
gativa prævalet affirmativæ, Rocc. diſput. Jur.
ſelect. cap. 42. num. 28., quemadmodum etiam
in conflictu conjecturarum illæ excluſivæ repeti-
61 tionis potiores ſunt conjecturis illam ſuadentibus
Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 403. num. 32., Urceol.
conſult. 79. num. 12., Rota deciſ. 64. num. 22., in
Mantiſſ. ad ornat. clar. mem. Card. de Luc. tit. de
Fideicommiſſ. tom. 10.

In noſtra autem hypotheſi non ſolùm nulla
concurrit ex præfatis regulis, à Doctoribus pro
62 inducenda repetitione conſideratis, ſed urgent
circumſtantiæ omnes, quæ, retentis eiſdem mox
traditis regulis, illam excludunt; nam agitur de
duplici ſeparata diſpoſitione recta à ſuo verbo,
& undequaque perfecta, ut in propoſito conſi-
derat Rocca diſput. Jur. ſelect. cap. 42. num. 22.,
Rota coram Gregor. deciſ. 225. num. 9., d. deciſ.
29. num. 14. poſt Balducc. ad Ramon. tom. 3., in
d. Auximana Prædii 9. Januarii 1680. §. Non
obſtare coram bon. mem. Rondinino, & 23. Fe-
bruarii 1684. §. Etenim inhærentes coram bon.
mem. Urſino, & in dicta Melevitana Fideicom-
miſſi 21. Aprilis §. Nam ut in caſu noſtro, & 3.
Julii 1690. §. Præterea pro eadem coram Reve-
rendiſſimo d'Hervault, deciſ. 56. num. 17. apud
Torr. de Majorat., & Primogen. Ital., & in Man-
tiſſ. ad ornat. clar. mem. Cardin. de Luc. tit. de
Fideicom. deciſ. 53. num. 6., & deciſ. 54. num. 14.,
hoc ſiquidem caſu unaquæque diſpoſitio ſuis
63 qualitatibus contenta eſſe debet, Fuſar. conſ. 4.
num. 23., Peregrin. de Fideicom. artic. 16. num.
36., Maſcard. de probat. concluſ. 1265. num. 20.
& ſeqq.; Idque procedit, etiamſi dd. diverſæ
orationes conjunctæ videri poſſint dictione =
64 & =, nam illa, juxtà ſubjectam materiam,
plerùmque dicitur novæ orationis inceptiva,
Maſcard. d. concluſ. 1265. num. 11., Manſ. con-
ſult. 299. num. 14. & ſeqq., Urceol. conſult. 79.
num. 7. & ſeqq., Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap. 82.
num. 24., Rota in dicta Melevitana Fideicommiſſi
3. Julii 1690. §. Hinc non obſtat coram Reveren-
diſſimo d'Hervault., Rota in Mantiſſ. ad clar. me.
Card. de Luc. deciſ. 53. num. 7., & dec. 54. nu. 15.,
immò dictam dictionem ſuâpte naturâ poni inter
diverſa, traditur in deciſ. 16. num. 31. apud Torr. 65
de Majorat., & Primogen. Ital.

Quæ regulæ potiori jure procedunt, ſi verſe-
mur in diſpoſitionibus nedum ſeparatis, & per-
fectis, ſed eædem contineant novas, & diverſas
perſonas, & reſpiciant diverſa tempora, Rot. dicta 66
deciſ. 29. num. 15. & ſeq. inter collectas per Bal-
ducc. ad Ramon., & in Melevitana Fideicom-
miſſi 3. Julii 1690. §. Præterea pro eadem coram
Reverendiſſimo d'Hervault, & prætereà agitur
non de qualitate aliqua adjecta præcedenti diſ-
poſitioni, repetenda in ſequenti, ſed viceverſâ
de diſpoſitis in ſubſequentibus trahendis in ante-
cedentem diſpoſitionem undequaque perfectam, 67
& continentem perſonas omninò diverſas, tunc
enim repetitio quævis, & relatio difficilius in-
ducitur à ſequentibus ad præcedentia, ad tradita
per Rotam deciſ. 166. num. 4. & ſeqq. part. 18.,
abſurdum quippè videtur, quod præcedentia, ex-
preſſam, & certam habentia determinationem,
determinentur, atque declarentur à ſubſequen- 68
tibus, Thabor. axiom. jur. lib. 11. cap. 70. axiom.
3. verſ. undè ubi præcedentia, Certiùs, quando,
ut in caſu noſtro, Teſtator in prima diſpoſitio-
nis parte expreſsè profeſſus fuerat, relationem
habere velle ad primogenituram ordinatam à
March. Bartholomæo quoad regulam dumtaxat,
& modum fideicommiſſi, adhibendo verba ta- 69
xativa, & clauſulas, quoad alia removentes con-
ſenſum diſponentis, ibi = e queſto s'intenda ſola-
mente circa la regola, e modo del fideicommiſſo in-
ſtituito dal ſopradetto Signor Bartolomeo, e non
altrimenti =, ut alibi notavimus, ideòque amplior
relatio in ſequenti diſpoſitione facta ad eamdem
primogenituram March. Bartholomæi, influere
nullo pacto poteſt in præcedentem diſpoſitio-
nem, inducendo in illa repetitionem, ex qua
ſequeretur inſtantanea correctio ejuſdem diſpo-
ſitionis, quæ, utpotè limitatam habens relatio-
nem ad d. primogenituram March. Bartholo-
mæi, apertè adverſaretur ſecundæ, generalem,
& indefinitam relationem ad illam habenti,
proindèque fit locus regulæ tradenti, quod re-
petitio, & relatio omnis ſemper fieri debeat
quoad compatibilia, non autem quoad incom-
patibilia, aut quoad ea, ex quibus reſultaret ef-
fectus contrarius intentioni diſponentis, Rota de-
ciſ. 62. num. 12. part. 12., ità illam interpretan- 70
do, ut ex ea nulla ſequatur contrarietas, ad Te-
xtum in leg. ſi idem cum eodem §. fin. ff. de Ju-
riſdict. omn. judic., Spada conſ. 254. nu. 5. lib. 3.,
Morot. conſ. 1. num. 15., Rot. coram Seraph. de-
ciſ. 1500. num. 1.

Fortiùs verò hæ certiſſimæ Juris regulæ ur-
gent in ſubjecta materia prohibitionis trebellia-
ni-

Digitized by Google

nicæ, cui cum reſiſtat mens, & diſpoſitio juris,
illam permittentis, ut eadem prohibita dici poſ-
71 ſit, talis prohibitio reſultare debet ex viſceribus
ſubſtitutionum, & ex obligatione reſtituendi
totam, & integram hereditatem, elicita ex illa
teſtamenti parte, ſivè vocatione Subſtitutorum,
quibus talis prohibitio facta prætenditur, ad
tradita per *Rot. in Interamnen. Fideicommiſſi*
26. Junii 1697. §. Receptiſſima namque eſt, *& 4.*
Julii ſeq. anni §. Nec denuò coram bon. me. Pio,
ideòque, ſi in aliqua ſubſtitutione, aut aliquo
caſu omiſſa illa fuerit, deficiantque verba ſe-
cumferentia totalitatem, atque integritatem re-
ſtitutionis, ad d. ſubſtitutionem, dictumque ca-
ſum trahi non poterit prohibitio trebellianicæ
72 facta in aliis gradibus ſubſtitutionum, eò quod
eadem numquam extendatur de caſu ad caſum,
nec de perſona ad perſonam, *Ripa in leg. Centu-*
rio nu. 132. ff. de vulgar., *& pupillar.*, *Laurent.*
de Pino conſ. 26., *Mandell. conſ. 70. num. 8.*, *Al-*
tograd. conſ. 69. nu. 9. & ſeqq., *& nu. 123. lib. 2.*,
Gratian. diſcept. 888. num. 11., *Chriſtin. dec. Bel-*
gic. 53. n. 1. lib. 4., *Rota coram Cavaler. dec. 441.*
num. 5. & ſeqq., *coram Coccin. dec. 1631. num. 8.*
& ſeqq., *& deciſ. 1903. num. 10. & ſeqq.*, *in rec.*
dec. 399. num. 11. & ſeqq. part. 5., *dec. 279. nu. 9.*
part. 14., *in Præneſtina Affictus 15. Februarii*
1691. §. Prima namque coram Emo Card. Capra-
ra, *& ad ornat. Card. de Luc. tit. de teſtam. to. 9.*
dec. 53., *& dec. 62. utrobiq. num. 17.*

Quamobrem, cum in prima diſpoſitionis par-
te nec expreſsè, ut legenti patet, nec tacitè, per
ſubauditum nempè intellectum reſultantem ex
relatione ad primogenituram Marchionis Bar-
tholomæi, quæ, ut alibi probavimus, limitata eſt,
Dom. Marchioni Franciſco Mariæ primo he-
redi, ejuſque filiis prohibita dici poſsit trebel-
lianica, parvi refert, eamdem prohibitam fuiſſe
ceteris Fideicommiſſariis, *cum*, ut inquit *Al-*
tograd. dict. conſ. 69. num. 123. = *Doctores omnes*
fateantur, *quod*, *ſi facto ſit prohibitio alienatio-*
73 *nis Subſtitutis per fideicommiſſum*, *non autem he-*
redi, *heres ipſe dictam trebellianicam deducere*
abſque dubio valeat =, ità præcipiente mox fir-
matâ regulâ prohibente, extenſionem prohibi-
tionis factæ uni perſonæ, ſive heredi, fieri ad al-
teram, *Bellon. de jur. accreſc. cap. 8. num. 62.*,
Capyc. latr. conſult. 78. num. 30., *Rota coram*
Cavaler. dict. deciſ. 441., aliique mox allegati,
74 idque procedit, etiamſi perſona prohibita, eſſet
magis propinqua, & dilecta Teſtatori, *Ripa in*
dict. leg. Centurio num. 132. ff. de vulgar., *& pu-*
pillar., *Caſtrenſ. conſ. 78. num. 1. lib. 2.*, *Corn.*
conſ. 317. nu. 3. lib. 4., *Rota in Romana, ſeù Ja-*
nuen. legitimæ 10. Martii 1684. §. Multòque mi-
nùs, *confirmata 19. Januarii 1685. coram clar.*
mem. Cardin. Matthæjo, quin immò regula iſta
negativa de non extendendo prohibitionem
iſtam de caſu ad caſum, nec de gradu ad gra-
dum, nec denique de perſona ad perſonam,
tanti valet, ut ex eo, quod illa facta legatur in
uno caſu, vel uni perſonæ, juſta elici dicatur
75 conjectura, quod in ceteris caſibus, ceteriſque
perſonis permiſſa cenſenda ſit, *Soccin. jun. conſ.*
170. num. 28., *& 38. lib. 2.*, *Pedrocch. conſ. 16.*
num. 71., *& 77.*, *Gratian. diſcept. 888. num.*
11., *Rota coram Cavaler. deciſ. 441. num. 6.*, *in*
rec. deciſ. 399. num. 11., *& ſeqq. part. 5.*, *deciſ.*
279. num. 9. part. 14.

Quæ ſanè rationes magis urgere videntur in
noſtra hypotheſi ob diſcretivum diſponendi mo-
dum, quo uſus fuit Teſtator, nam in prima diſ-
poſitionis parte, in qua egit de D. Marchione 76
Franciſco Maria fratre ſuo, eidem reliquit he-
reditatem = *colli peſi*, *e vincoli contenuti nel pre-*
ſente mio teſtamento =, eidem nec trebellianicam,
immò nec etiam alienationem Bonorum probi-
bendo, ac relationem habendo ad primogeni-
turam Senatoris Bartholomæi = *ſolamente circa*
la regola, *e modo del Fideicommiſſo* = At in ca-
ſu, quo idem Dominus Marchio Franciſcus
Maria deceſſiſſet ſinè filiis maſculis, & ſic de-
feciſſent agnati de linea contentiva proxima,
quum in ſequenti diſpoſitionis parte tranſitum
fecit ad Collaterales de linea contentiva remo-
ta, ideòque à perſonis magis dilectis ad minùs
dilectas progreſſus fuit, omnimodam, & unde-
quaque indefinitam, ac generalem habuit rela-
tionem ad dictam primogenituram Marchionis
Bartholomæi: alienationem ſubſtitutis expreſsè
prohibuit: voluit, quod, ſi aliquando heredi-
tas ſua ad illos perventura eſſet, ſubijceretur
rigidioribus regulis antiquioris primogenituræ,
cui illam accreſcere velle, declaravit: pluraque
alia adjecit, quæ omiſerat in inſtitutione primi
heredis, penes quem dicta hereditas remanſu-
ra erat tamquam ſuum patrimonium, non tam-
quam appendix, ſeù additamentum aliquod fa-
ctum dictæ antiquiori primogenituræ; Si autem
prohibitio trebellianicæ ſuâptè naturâ poſtulat,
ut numquam extendatur de caſu ad caſum, &
de perſona ad perſonam, quantò magis hæc ra-
tio urgebit in caſu noſtro, in quo Teſtator uſus
fuit adeò diverſo diſponendi modo inter unum
genus perſonarum, & aliud, ut benè, ſimilem
diſcretivam diſpoſitionem ponderando, in pro-
poſito notavit *Rota coram bon. mem. Emerix jun.*
deciſ. 450. num. 2., quod argumentum ſi ſemper
valet, multò magis valebit quando coadjuva-
tur à majori dilectione, quâ Teſtator veriſimi-
liter magis ferebatur ergâ fratrem ſuum, ejuſ-
que Deſcendentes, quàm ergâ alios Collaterales
remotiores.

Hæc igitur cum ità ſe habeant, & ex hac ſe-
cunda teſtamenti parte per viam repetitionis,
aut relationis trahi nequeat ad præcedentem,
prohibitio trebellianicæ, nec etiam eadem in- 77
ferri poterit per viam declarationis, cum reſi-
ſtat mens legis, & regulæ omnes, in ſubjecta
materia requirentes argumenta omninò convin-
centia, atque excludentes quamcumque ſubau-
ditam, aut extenſivam interpretationem diſpo-
ſitionis, habentis certam determinationem, cui
contrà naturam declarationis nova diſpoſitio ſu- 78
peraddi diceretur, *Thobor. axiom. jur. lib. 4.*
cap. 7. axiom. 5.

Non

Non abſimilibus rationibus ſublatum videri
poteſt argumentum deſumptum ex prohibitione
alienationis, ex qua licèt Doctores ſæpiùs ceo-
ſuerint inductam dici trebellianicæ prohibitio-
79 nem, nihilominùs contraria opinio verior eſt,
ut rem hanc reaſſumendo per altiora Juris prin-
cipia, doctiſſimè probat *Altograd. dicta conſ. 69.*;
&, ut idem inquit *num. 35., & ſeq.*, nos terre-
re non debent tot Doctores, qui pro contraria
ſententia allegari poſſent, quia, ſi demantur ii,
qui perfunctoriè loquuntur, & quæſtionem
agunt in terminis, à noſtris omninò diverſis, ve-
rior, & communior apparebit noſtra opinio,
nam prohibitio alienationis intelligenda ſemper
eſt de voluntariis, non autem de legalibus,
80 quoties deficiunt verba, & clauſulæ importan-
tes totalitatem, & integritatem reſtitutionis,
*Altograd. dict. conſ. 69. per tot., Rota coram Pe-
nia deciſ.* 1040., *& coram bon. mem. Emerix jun.
deciſ.* 450., *& deciſ.* 1143. *num.* 13., *&* 1146.
num. 3., Licèt, inquam, Jure noſtro ſuſtine-
re poſſemus, ex prohibitione alienationis inferri
neutiquam poſſe ad prohibitionem trebelliani-
cæ, attamen, cum hæc, ut diximus, adjecta
fuerit ſubſtitutioni remotiorum, ſi quem effe-
81 ctum operari poteſt, hic reſtringendus erit in-
ter perſonas comprehenſas in ſubſtitutione, cui
adjecta eſt, abſque eo quod extendi queat ad
perſonas, in aliis ſubſtitutionibus comprehenſas,
præſertim, cum dicta prohibitio concepta mini-
mè ſit per orationem per ſe ſtantem, atque in-
dependentem, caſus, tempora, & perſonas om-
nes comprehendentem, ſed adjecta fuerit poſt-
quam hereditas, perveniens ad Collaterales re-
motiores, accretura erat primogenituræ, à Mar-
chione Bartholomæo ordinatæ, juxtà regulas in
ſubjecta materia unicuique notas. Et ſanè, ſi
expreſſa trebellianicæ prohibitio ordinata in hac
ſequenti ſubſtitutione, eamdem, ut alibi pro-
bavimus, inducere non poſſet reſpectu præce-
82 dentis ſubſtitutionis, in qua illa reperiretur omiſ-
ſa, quantò minùs prohibitio alienationis, præ-
bens ſolummodò conjecturam tacitæ denegatio-
nis trebellianicæ, facta in una ſubſtitutione,
hunc effectum operari poterit in alia?

Romana Fideicommiſſi ſuper Palatio.

Teſtator an potuerit nec ne primogenituræ gra-
vamen ſuper fideicommiſſo imponere diſcu-
tiendus cum fuerit propoſitus articulus, re-
ſolvitur hic, de illius poteſtate inquirendum
non eſſe, ſtante acceptatione heredis; illud-
que propterea ſive heres ſciverit, ſive igno-
raverit; ſive æquivalens ei emolumentum re-
lictum fuerit, ſive non, ab eodem, ac etiam
ab ejus herede, licèt ex propria perſona ad
fideicommiſſum vocato, impugnari non poſ-
ſe; Gravaminis acceptatio quoad heredem
ex quibus inducatur: Et ex quibus Teſtatoris
voluntas illum gravandi in re propria valeat
deſumi?

VOTUM XXIX.

1 *Heres gravatus nequit Bona fideicommiſſaria novo ſubijcere fideicommiſſo in præjudicium aliorum, ad illa vocatorum.*

2 *Ducto autem à poteſtate ad voluntatem argumento, heres cenſendus eſt id gravamen eiſdem Bonis noluiſſe adponere.*

3 *Diſponere quis voluiſſe præſumitur ſolùm de Bonis, ad ipſum liberè pertinentibus, non etiam de iis, quæ ad alium ſpectare poſſent.*

4 *Quod eò magis procedit, ſi contrariæ voluntatis deficiant conjecturæ.*

5 *Maximè verò, ſi eam excludentes conjecturæ adſint; & quæ* num. 6. & ſeq.

6 *Teſtator ſi de Bonis ſuis diſponere profeſſus eſt, nequit dici etiam Bona reſtitutioni obnoxia comprehendere voluiſſe.*

Limita, ſi illicò ea ſubjunxit verba = da me goduti, e che di preſente godo, num. 52.

7 Suum *dici nequit quod reſolubili dominio à quopiam poſſidetur*, & num. 51.

8 *Bona cadentia ſub alieno fideicommiſſo, propriè à Teſtatore poſſideri non dicuntur.*

9 *Poſſeſſio propriè intelligitur quoad Bona, quæ detinentur titulo, ſeù dominio irreſolubili.*

10 *Teſtator diſcretivè locutus de ſuis, ac de antiquioris fideicommiſſi Bonis, cenſetur comprehendere hæc noluiſſe ſub novo fideicommiſſo, ab ipſo condito, & quando ſecus?* num. 72.

11 *Diſcretivus loquendi modus diverſam arguit Teſtatoris voluntatem.*

12 *Voluntatis quæſtio conjecturalis dicitur.*

13 *Teſtatoris deficiente declaratione expreſſâ, conjecturis ejus voluntas exploranda eſt.*

14 *In conjecturali Cauſa certum judicium ferri nequit, cum id, quod ex conjecturis elicitur, contrariis conjecturis elidi valeat.*

15 *Teſtator heredem gravare poteſt, etiam ſuper fideicommiſſo, in iſtius perſona expiraturo.*

Si præſertim emolumentum ipſi relinquat nedum æquivalens gravamini, ſed longè illud excedens, nu. 17.

16 *Heredi, gravato in re propria, relictum emolumentum, gravamini reſpondere præſumitur.*

18 *Fructus, pendente conditione fideicommiſſi, ab herede percepti, computandi ſunt in commenſuratione inter gravamen, atque emolumentum facienda.*

19 *Gravamen in re propria heredis; quoties æquivalens emolumentum ei relictum fuerit, ſuſtinetur.*

20 *Neque ab ipſo impugnari poteſt.*

21 *Hereditas* tacitè *adita ab herede cenſetur, ſi illam non impugnavit intra terminum à Teſtatore præſcriptum*, & num. 23.

22 *Ac etiam* expreſſe, *ſi Teſtatoris diſpoſitioni ſuam*

Digitized by Google

ſuam omninò conformaverit, & num. 34.

24 Heres, ut gravamen in re propria acceptaſſe cenſeatur, ſufficit conſenſus tacitus ex tacita, vel expreſſa aditione reſultans, & num. 36.

25 Gravaminis acceptatio faciliùs ex aditione inducitur in diſpoſitione, intuitu agnationis facta.

26 Gravamen in re propria ab herede acceptatum, ſuſtinetur ex illius voluntate, licèt aliàs corrueret ex poteſtatis defectu in Teſtatore.

27 Defectum enim ejuſmodi quodammodo idem heres ſuppleviſſe, atque onus adprobaſſe cenſetur.

28 Hereditate aditâ, heres quaſi contraxiſſe dicitur cum Teſtatore, ac ulterioribus vocatis; eorumque favore ſeſe obligaſſe.

29 Heres impugnare nequit factum ſui Authoris, ſed ſervare illud tenetur, & nu. 32.

30 Heres ſi in re propria gravamen acceptavit, nec ipſe, neque ejus heredes excipere valent de gravaminis exceſſu ultra emolumentum, illi relictum, & num. 31.

Et nec etiam de antiquiori fideicommiſſo valent illi excipere, nu. 32.

Præſertim, ſi ipſe heres nedum inventarium non confecit, ſed inſuper eodem modo, ac Teſtator, diſpoſuit favore illorum, nu. 33.

Quod perindè eſt, ac ſi iterum in re propria eos gravaſſet, nu. 34.

32 Heres perſonam Defuncti repræſentat.

37 Sola hereditatis aditio abſque certâ ſcientiâ gravaminis, ſatis non eſt ad iſtius acceptationem inducendam.

Limita, ſi agatur de actu incipiente à lucro, deque diſpoſitione, favorem agnationis reſpiciente, nu. 39.

Hoc enim caſu certa, atque individualis ſcientia non requiritur, ſed generalis qualiſcumque notitia ſufficit, numer. 40., & 43.

38 Conſenſus ad incognita non trahitur.

41 Diſponens de re, quatenus ad ipſum liberè pertineat, de ea conditionaliter diſponere videtur.

42 Teſtator de Bonis antiquioris fideicommiſſi conditionaliter, quatenus nempè ad ipſum liberè pertineant, diſponens, videtur, ſi non certam, aliqualem tamen habuiſſe ejuſmodi fideicommiſſi notitiam.

44 Facta ſunt potentiora verbis.

45 Heres à gravamine, in re propria acceptato, nec ſe, nec proprium heredem præſervare valet.

46 Teſtatoris voluntas de re heredis diſponendi ex quibus deſumi valeat? & num. 49., & ſeq.

47 Teſtator; ut de heredis Bonis diſpoſuiſſe cenſeatur, ſat eſt, quod id quoquomodo appareat ex teſtamenti verbis.

48 Itemque ex conjecturis.

49 Teſtator diſponens de Bonis omnibus, quomodocumque ab eo poſſeſſis, comprehendiſſe cenſetur etiam Bona reſtitutioni obnoxia, & num. 62.

50 Fideicommiſſaria Bona, ut comprehenſa in diſpoſitione cenſeantur, expreſſa, aut æquipollens eorum mentio requiritur.

Hæc autem ſatis reſultat ex verbis illis=etiam tali, che aveſſero biſogno di particolare, & individua menzione =, ibid.

53 Teſtator, per verba = in tutti, e ſingoli miei Beni, da me goduti, e che di preſente godo = comprehendere intellexiſſe cenſetur Bona omnia, quocumque titulo ab eo poſſeſſa, ac etiam fideicommiſſaria Bona controverſa.

Præſertim, ſi de aliis fideicommiſſariis Bonis diſpoſuiſſe, certò appareat, num. 58.

54 Bonis etiam fideicommiſſariis, ac reſtitutioni obnoxiis congruit fruitionis titulus, à Teſtatore adhibitus.

55 Teſtatoris actuali dominio & poſſeſſioni, licèt Bona non ſubſint, de iis tamen diſpoſuiſſe cenſetur, per verba = da me goduti, e che al preſente godo =.

56 Nomen = ſuum = excludere nequit comprehenſionem Bonorum, reſtitutioni ſubjectorum.

57 Ad heredem Bona etiam reſtituenda pertinere dicuntur.

58 Teſtator ſicuti de aliis fideicommiſſariis Bonis diſpoſuit favore agnationis, ita etiam de iis, quæ præcipuum erant familiæ monumentum, diſpoſuiſſe cenſendus eſt.

59 Teſtator, ſi, quod voluit, expreſſit, id, quod non expreſſit, cenſetur noluiſſe.

Limita, ſi contraria ejus voluntas concurrat, ex conjecturis tacitè elicita, numer. 65., & 67.

60 Hereditatis reſtitutio à Teſtatore demandata, nedum de Bonis expreſſis, ſed etiam de non expreſſis intelligenda eſt, amplis, & generalibus verbis ab eo adhibitis.

61 Præſertim, ſi nulla adjecta legatur particula reſtrictiva.

63 Teſtator integrum, & ſinè diminutione reſtitui hereditatem præcipiens, de Bonis etiam fideicommiſſariis intellexiſſe cenſendus eſt.

Cum ſinè illis tota non dicatur hereditas reſtitui, ibid.

64 Idem, ſi quamcumque, heredi competentem, detractionem prohibuit.

66 Teſtator, conſideratis fideicommiſſariis Bonis, tamquam comprehenſis in ſuo hereditate, de his diſpoſuiſſe debet dici.

68 Teſtatorem de Bonis etiam fideicommiſſariis diſponere intellexiſſe, optimè arguit dos nepti ab eo relicta, ratio num. 69.

69 Avus non eſt cenſendus nepti ditiſſimæ dotem de proprio relinquere voluiſſe.

70 Gravaminis nulla major probatio dari poteſt, quàm gravati confeſſio.

71 Maximè contra heredes & Succeſſores, vel ab eo quomodolibet cauſſam habentes.

72 Diſ-

72 *Diſpoſitioni præcedenter jam factæ de fidei-
commiſſariis etiam Bonis, nequit officere,
quod ea inter alia Bona non fuerint in teſta-
mento deſcripta.*
73 *Stante præſertim Teſtatoris declaratione,
deſcriptionem ejuſmodi confeciſſe, ſolùm ad
tollendas ambiguitates, atque ad ſeparanda
à Bonis adquiſitis ipſamet Bona fideicommiſ-
ſaria.*
74 *De Bonis etiam fideicommiſſariis diſpoſuiſſe
Teſtator hoc ipſo cenſetur, quod ea nolle in-
ter alia Bona deſcribere declaraverit.*
Aliàs inutilis eſſet declaratio ejuſmodi, ibid.
75 *Immiſſio nequit fideicommiſſario impediri ſub
obtentu melioramentorum, niſi eadem liqui-
data fuerint.*

INTER alia Bona ſubjecta antiquis fideicommiſſis præclariſſimæ domus Salviatæ adeſt palatium Urbis, magnificenter exſtructum in via nuncupata la *Longara* ad clivum Sancti Honuphrii, idem verò cum jam obnoxium reperiretur fideicommiſſo, ſive primogenituræ, à clar. mem. Card. Bernardo de Salviatis anno 1562. ordinatæ favore Primogeniti maſculi, vel majoris natu in infinitum, deſcendentis primo loco ex Alamanno fratre ſuo; deinde, his ſublatis, ex Petro filio ſuo naturali, & demum ex Lucretia, ipſius pariter filia naturali, inquirendum hodie, examinandumque proponitur, an illud fuerit ſuppoſitum, & an validè ſubijci potuerit alteri primogenituræ anno 1698., à Duce Franciſco Maria inſtitutæ, ad quam, deficiente lineâ maſculinâ Ducis Antonii Mariæ ejus filii, invitatus reperitur unus ex familia, & cognomine de Salviatis, ab ultimo Maſculo eligendus, ità quidem, ut modernus Excell. D. Dux, tamquam ad dictam primogenituram electus, & nominatus à præfato Duce Antonio Maria, ſine Maſculis defuncto, dictum palatium, uti illi annexum, & incorporatum, vindicare valeat, vel potiùs idem liberè pertineat ad Excellentiſſimam D. Catharinam Zeffirinam filiam, & heredem ſupradicti Ducis Antonii Mariæ nominantis.

Mihi igitur ſententiam meam dicturo, illicò
ſeſe offert difficultas oriens ex defectu poteſta-
1 tis, quod videlicet Duci Franciſco Mariæ he-
redi gravato non licuerit, ordinando novum fideicommiſſum, officere, ſeù præjudicare ſucceſſivè vocatis, aut aliter jus habentibus vigore fideicommiſsi antiquioris, ut per *Text. in leg. final. Cod. de reb. alien. non alien.* communiter tradunt *Saminiat. contr.* 100. *nu.* 12. *&* 13., ubi concordan., & alii apud D. *Auditorem de Comitibus deciſ. Florent.* 53. *num.* 18., *Rota deciſ.* 475. *num.* 13. *part.* 19. *recent., coram Emerix jun. deciſ.* 466. *num.* 2., *in Auximana Cenſuum ſuper tranſactione* 5. *Maii* 1710. *§. Quia coram Anſaldo Decano, in Maceraten. Legatorum, & fideicommiſſi ſuper Prædio della Ciaciarella, & Domuncula cum Apotheca* 23. *Junii ejuſdem anni §. Et altera, & in Foroſempronien. Legatorum ſuper fideicommiſſo Tiberii* 22. *Januarii* 1714. *§. In vanum quippè coram eodem*, indeque metiendo etiam voluntatem à poteſtate, dicen-
dum eſſe, eumdem Ducem Franciſcum Ma- 2
riam noluiſſe dictum palatium, quod, uti obnoxium primogenituræ Cardinalis Bernardi, ad ipſum pleno jure nequaquam pertinebat, alteri primogenituræ ſubijcere, juxtà generalem præſumptionem, quâ quis de Bonis tantùm ſub ejus libero, & abſoluto dominio exiſtentibus diſpo-
nere voluiſſe cenſetur, non autem de iis, quæ, 3
utpotè ab ipſo reſtituenda, ad alium ſpectare poſſunt, D. *Auditor de Comitibus dict. deciſ. Florent.* 53. *num.* 17., *Rot. deciſ.* 123. *num.* 12. *part.* 15., *in Romana ſeù Cæſenaten. fideicommiſſi ſuper reſervatis* 24. *Aprilis* 1705. *§. Verùm Domini coram Anſaldo Decano, & in Maceraten. Legatorum, & fideicommiſſi* 18. *Junii* 1710. *§. Verùm hiſce, & ſeq. coram eodem.*

Quæ quidem præſumptio fortiùs urget in
præſenti, quia nedum nullum concurrit ex iis
argumentis, quæ, rejectis æquivocis, & ad 4
aliud referibilibus conjecturis, requiruntur ad excludendam, atque oſtendendam contrariam Teſtatoris voluntatem, novi, & diverſi gravaminis inductivam, ad tradita per *Nutt. conſ.* 474. *num.* 22., *Rudulphin. alleg.* 113. *num.* 33., *&* 35., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 684. *num.* 5., *Rot. coram Priolo deciſ.* 436. *num.* 13., *& deciſ.* 398. *nu.* 2., *&* 3., *in rec. deciſ.* 127. *num.* 14. *part.* 15., *in Bononien., ſeù Imolen. Bonorum ſuper bono Jure* 12. *Junii* 1693. *§. Cetera verò, &* 11. *Januarii* 1694. *§. Voluntatis verò, & ſeq. coram Urſino, in Firmana Fideicommiſſi* 4. *Maii* 1705. *§. Juſtitia ſiquidem coram Anſaldo Decano, & in d. Maceraten. Legatorum, & Fideicommiſſi §. Atque ex his, & §. Progrediendo cor. eodem;*
Verùm prætereà quævis voluntas diſponendi de
d. palatio penitus ceſſare videtur ex duplici ani- 5
madverſione, quarum prima reſultat ex eo, quod reverà præfatus Dux Franciſcus Maria non gravavit filium, ejuſque ſucceſſores, niſi ad reſtituendam hereditatem ſuam, & illam clar. mem. Card. Antonii Mariæ de Salviatis, cujus primogenituram ipſe Bonis ſuis augere, & prorogare voluit, ibi = *Che tanto mio figliuolo, quanto gl' altri ſucceſſori ſiano tenuti, ed obligati laſciare d. eredità proveniente tanto da d. Cardinale, quanto à mè per qualunque cauſa, e titolo ſpettante &c.* = quàmobrem hæc diſpoſitio trahi
non debet ad d. palatium, quod neque ab here-
ditate Card. Antonii Mariæ proveniebat, neque 6
ad hereditatem ipſius Ducis Franciſci Mariæ ſpectare dici poterat, dùm vigore primogenituræ Card. Bernardi Duci Antonio Mariæ ejus filio reſtituendum erat, per *Text. in leg. Cum Pater §. Titio ff. de legat.* 2., *Peregrin. de fideicomm. art.* 6. *num.* 11., *& ſeqq.*, *Urceol. conſult. forenſ. cap.* 45. *num.* 28., *& ſeq.*, *Rot. deciſ.* 738. *nu.* 5. *part.* 18. *tom.* 2., *in Bononien, ſeù Imolen. Bonorum ſuper bono Jure* 12. *Junii* 1693. *§. Voluntas verò, &* 11. *Januarii* 1694. *§. Voluntatis verò defectui coram Urſino, in Bononien. fideicommiſſi* 1. *Martii* 1697. *§. Non juvante coram Molines, & in Maceraten. Legatorum, & Fideicommiſſi* 18. *Ju-*

18. *Iunii* 1710. *§.Fortiùs autem coram R̃mo An-*
ſaldo Decano; quamvis enim illud interim de-
tineretur, & poſſideretur ab ipſo Duce Franci-
7 ſco Maria, nihilominùs *ſuum* dici nequibat,
quia poſſidebatur titulo, & dominio reſolubili,
juxtà reſponſum *Scævolæ in leg., qui habebat 99.*
ff. de legat.3., Vrceol. conſult. forenſ. cap.45.
num.39. in fin., Rot. deciſ.378. numer.8., & 9.
coram Priolo, & optimè in d. Maceraten. Lega-
torum, & Fideicommiſſi 18.*Iun.* 1710. *§.Quam-*
8 *vis etenim, & §. Et quoad reliqua*, ibi = *quia*
Bona cadentia ſub alieno fideicommiſſo, & obno-
xia reſtitutioni, nuſquam dicuntur, à Teſtatore
propriè poſſideri, poſſeſſio enim propriè intelligi-
9 *tur in ordine ad illa Bona, quæ titulo, ſeù do-*
minio irreſolubili ſtant penes Teſtatorem = *coram*
Anſaldo Decano.

Altera animadverſio eſt, quod, cum me-
moratus Dux Franciſcus Maria in ejus teſtamen-
to profeſſus fuerit, ad tollendas omnes dubie-
tates, inventarium ſuæ hereditatis conficere
velle, proût re ipsâ in fine teſtamenti conſcri-
10 pſit; &, inter Bona, deſcripta minimè repe-
riatur palatium, aliaque Bona fideicommiſſaria,
quinimmò eadem aperté excluſa videantur,
verbis illis = *Molino della Baſtia, quanda non vi*
ſia fideicommiſſo di Lorenzo = & alibi = *qualche*
altro effetto in Toſcana, che non sò, sè vi ſia fi-
deicommiſſo de noſtri Maggiori = inde perſpicuum
ſit, numquam præfatum Ducem in ſua heredi-
11 tate comprehendere intellexiſſe palatium, alia-
que Bona fideicommiſſaria, quæ non obſcurè
ſegregavit à ſuis, ducto argumento à diſcretiva,
quod in hiſce Cauſis, tamquam prævalidum,
conſideratur à *Rota in d. Maceraten. Legatorum,*
& Fideicommiſſi 18. *Iunii* 1710. *§. Quinimmò*
coram Anſaldo.

Hæc meo Judicio videntur præcipua ratio-
num momenta, quibus probari poſſet, clar.
mem. Ducem Franciſcum Mariam nec potuiſſe,
nec voluiſſe palatium, de quo agitur, ſubijce-
re primogenituræ, ab ipſo conditæ; Verùmta-
men, licèt, quod attinet ad illius voluntatem,
12 Cauſæ hujus conſtitutio dicatur conjecturalis,
nam, ut benè admonet *Duaren. diſputation. an-*
niverſariar. lib.1. cap.41. fol. mihi 279. ad med.,
deficiente apertâ declaratione Teſtatoris, quâ
13 nominatim de d. palatio diſpoſuerit, conjectu-
ris quærendum eſt, an id ità factum fuerit, &,
perpenſis diligenter omnibus circumſtantiis, ſta-
tuendum, an ſatis probata ſit, nec nè d. volun-
tas? proptereaque in hac conjecturali Cauſa
14 certum judicium ferri nequeat, cum id, quod
elicitur ex conjecturis, contrariis conjecturis
elidi valeat, *Rot. coram Rich. deciſ.612. n.15.,*
& ſeqq., coram Cerro deciſ.538. nu.3., & ſeqq.,
inter collectas apud Palm. deciſ.88. num.7., &
ſeqq., nihilominùs prævalere cenſerem argu-
menta, & rationes ſuadentes, reverâ præfa-
tum Ducem Franciſcum Mariam potuiſſe, &
voluiſſe de palatio, aliiſque Bonis fideicommiſ-
ſariis diſponere.

Et rem ordiendo à poteſtate, hæc in dubium
revocari nequit, aut enim primogenitura ordi-
nata ſuper d. palatio à clar. mem. Card. Bernar-
do ob defectum aliorum vocatorum, deſcen-
dentium nempè ex Petro, & Lucretia filiis na-
turalibus ejuſdem Cardinalis, expirabat in Du-
ce Antonio Maria filio, & herede ipſius Ducis 15
Franciſci Mariæ diſponentis, & in terminis
certum eſt, Teſtatorem potuiſſe illum gravare
etiam ſuper d. palatio, quod liberum, & pro-
prium ipſius heredis effici debebat, ad *Text. in*
leg. unum ex Familia 69. §. Si rem tuam ff. de
legat.1., Bartol. in leg. continuus 137. §.final.
num.10. ff. de verb. obligat., plenè Rocc. diſput.
Iur. ſelect. cap.51. num.20., & 21., Palm. nep.
alleg.94. num.43., Card. de Luca de fideicomm.
diſc.134. num.14., Rot. deciſ.93., & dec.119.
per tot. coram Duran.; poſt Balduce. ad Ramon.
deciſ.59. num.25. tom.4., in Romana Immiſſionis
7. Maii 1706. §. Neque negabant coram Caſſarel-
lo, in Maceraten. Legatorum, & fideicommiſſi
18. *Iunii* 1710. *§. Ex his, & ſeqq. coram An-*
ſaldo Decano, & latiſſimè in Romana Donationis
de Corſinis 3. Iulii 1711. §. Quæſtione igitur cor.
Reverendiſſimo Aldrovando; prætertim, quo-
ties illi relinquebat emolumentum uedum æqui- 16
valens, prout de jure præſumitur, *Rota deciſ.79.*
num.10. part.19. rec., verùm etiam longè ex-
cedens gravamen impoſitum, id quod evidens,
& apertum redditur, ſi, præter opulentum pa- 17
trimonium, propriamque ſubſtantiam, ab ipſo
Duce Franciſco Maria in fine teſtamenti deſcri-
ptam, computentur acceſſiones, & fructus,
ab herede percepti pendente conditione novi fi-
deicommiſſi, quos paritèr computandos eſſe 18
prò iſtiuſmodi commenſuratione facienda inter
gravamen, & emolumentum, ut ex Reſcripto
Imperatoris *Antonini* præcisè diſponitur in *leg.*
Imperator §. Cum quidam ff. de legat.2., & leg.,
quod Bonis 15. §. Quod annis ff. ad leg. falcid., &
dictum fuit in celebri Voto edito *à bon.me. Eme-*
rix jun. in Ferrarien. fideicommiſſorum de Turchis
inter ejus deciſiones la 795. num.11., & dec.796.
num.17., & ſeqq., deciſ.93. num.55. in addit.
coram Reverendiſſimo Anſaldo Decano, in Ro-
mana, ſeù Verulana Fideicommiſſi 10.Maii 1690.
§. Nec ad impediendam 21. Iunii 1697., & 21.
Februarii 1698. §.Hæc ſatis coram Card. Capra-
ra, in Reatina Fideicommiſſi 24. Novemb.1694.
§. Penult. coram eodem, in Avenionen. Fidei-
commiſſi ſuper manutentione 10. Iun.1697. §.Sa-
nè incompetentia coram dell' Olmo Epiſcopo Con-
chen., & in Romana Immiſſionis ſuper Domo 23.
Februarii 1714. §.Ponderantibus coram Eminen-
tiſſimo Card. Scotto; Hujuſmodi namque com-
penſatione gravaminis factâ per Relictum æqui-
valentis emolumenti, cum plenè adimpleta no- 19
ſcatur mens, & diſpoſitio *Legis Imperator in §.Si*
certum, & §. Cum quidam, & in leg.Cum Pa-
ter 79. §. Titia fratri ff. de legat.2., & in leg. fi-
lius familias 117. §. Apud Marcellum ff. de le-
gat.1., gravamen adeo ſuſtinebatur, ut heres il-
lud reſpuere, & impugnare non poſſet, *Rota* 20
deciſ.79. num.9. part.19. rec., in Illerden. He-
reditatis de Gomar. 4.Iunii 1703. §. Hæc quoad
primam coram Anſaldo Decano, in Romana Im-
miſ-

Digitized by Google

miſſionis 7.Maii 1706. §.Vel quod Teſtator coram
Caſſarello, & in d. Romana Donationis de Corſi-
nis 3.Iulis 1711. §. Sed certior, ubi concordantes
cor. Reverendiſſimo Aldrovando, & in aliis mox
allegatis.

Quamquam inſpectio iſthæc ſuper equivalen-
tiâ emolumenti à Teſtatore relicti ad rem no-
ſtram pertinere minimè videatur eò quod Dux
21 Antonius Maria paternam diſpoſitionem acce-
ptavit, ejuſque hereditatem adivit, nedum
tacitè, illam videlicet noo impugoando intrà
bimeſtre tempus à Teſtatore præſcriptum, quo
elapſo, ipſe declaraverat, à filio aditam cenſen-
22 dam eſſe, verùm etiam expreſsè, teſtamentum
ſuum illi omnino couforme exarando, quod
planè ſufficit, ut paternam diſpoſitionem, &
gravamen in ea ſibi injunctum acceptaſſe dicen-
23 dus ſit, cum ad iſtum effectum minimè requi-
ratur expreſſus, ſed ſatis ſit tacitus conſenſus,
ex ſola aditione, vel tacita, vel expreſſa reſul-
tans, ut de tacita aditione, deſumpta ex non
impugnata intrà certum tempus à Teſtatore
præſcriptum ejus voluntate, firmavit *Rota*
deciſ.339. num.38., & ſeq. part.12. rec., & de
aliis actibus eamdem aditionem aut tacitè, aut
24 expreſsè inferentibus, benè ad rem tradiderunt
Cephal. conſ.529. num.25., & ſeqq., Gratian.
diſcept.234. num.25., Rota deciſ.419. num.3.
part.13., deciſ.79. num.10. part.19., in Illerden.
Hereditatis de Gomar. 15. Maii 1699. §. final.
coram clar. mem. Card. Caprara, in Romana, ſeù
Leodien. Fideicommiſſi de Archis 24. Mart. 1702.
§. Penult. coram Muto, & in Romana Immiſſionis
7. Maii 1706. §. Non ex aditione, & 27. Junii
1707. §. His tamen in princip. coram Caſſarello,
& in Romana Donationis de Corſinis 3. Jul. 1711.
§. Præſertim coram Aldrovando; Quod ſanè
25 certiùs procedit in hypotheſi, quia agitur de
gravamine, & diſpoſitione facta favore agna-
tionis, quo caſu eò faciliùs ex aditione inducitur
acceptatio, *Rota in Romana, ſeù Verulana Fi-*
deicommiſſi 21. Februarii 1698. §. Quoniam quid-
quid eſset coram Caprara, & 12. Januarii 1699.
§. Cum enim coram bon. mem. Pio.

Quoties enim heres Teſtatoris diſpoſitionem,
26 & gravamen in ea ſibi injunctum acceptat, fruſtrà
quæritur de poteſtate gravantis, & de com-
menſuratione inter gravamen, & emolumen-
tum, nam, etiamſi iſtud tale eſſet, quod ob
defectum poteſtatis de jure ſuſtineri non poſſet,
valeret nihilominùs ex voluntate heredis, qui
27 per acceptationem defectum illum quodammo-
dò ſuppleviſſe, & onera ſibi impoſita appro-
baſſe cenſetur, ideoque illa omninò ſervare te-
nentur tum ipſe, qui cum Teſtatore, & ulterio-
28 ribus vocatis quaſi contraxiſſe, & illorum favo-
re ſeſe obligaſſe dicitur, ad firmata per *Rotam*
coram Reverendiſſimo Anſaldo deciſ.46. num.3.,
in Illerden. Hereditatis de Gomar. 4. Junii 1703.
§. Et alterum coram eodem, in Romana Immiſſio-
nis 7. Maii 1706. §. Vel quod idem coram Caſſa-
rello, in Romana Donationis de Corſinis 3. Ju-
lii 1711. §. Præſertim coram Aldrovando; in
Foroſempronien. Legatorum ſuper fideicommiſſis
Ludovici, & Antonii 22. Januarii 1714. §. Ul-
tra namque coram Anſaldo Decano, in eadem
Foroſempronien. Legatorum ſuper Fideicommiſſo
Tiberii d. die, & anno §. Quoniam præſuppoſito
coram eodem, & in Romana Immiſſionis ſuper
Domo 23. Februarii ejuſdem anni §. Demum cor.
Eminentiſſimo D. Card. Scotto, tum omnes ab
eo cauſam habentes, qui Authoris ſui judicium 29
impugnare oequeunt, *Maſcard. de probat con-*
cluſ.43. num.9., Cancer. variar. reſolut. cap.2.
num.203., Rota coram Reverendiſſimo Anſaldo
deciſ.36. num.4., & alii infra allegandi, tamet-
ſi gravamen longè excederet emolumentum,
heredi relictum, nam, poſt acceptationem, de 30
tali exceſſu excipere amplius uon licet, ſed
onus omninò ferendum eſt, per ea, quæ opti-
mè tradit *Rota deciſ.79. num.10. part.19., in*
Avenionen. Fideicommiſſi 25. Junii 1700. §. Aſt
etiam, & ſeq. coram Anſaldo Decano, in Fanen.
Donationis 1. Julii 1701. §. Quapropter coram
Eminentiſſimo D. Card. de la Tremoille, in Iller-
den. Hereditatis de Gomar. 4. Junii 1703. §. Et
alterum coram Anſaldo, in d. Romana Immiſſio-
nis 7. Maii 1706. §. Vel quod idem coram Caſſa-
rello, in Romana, ſeù Viterbien. Legati ſuper
reſervatis 27. Junii 1710. §. Denique coram Cri-
ſpo, & in d. Romana Donationis de Corſinis 3. Ju-
lii 1711. §. Præſertim coram Reverendiſſimo Al-
drovando, = ibi = *quinimmò, ſtante hac accepta-* 31
tione, & hereditatis aditione, non poteſt heres
amplius excipere, sè non recepiſſe emolumentum
æquivalens oneri ſibi injuncto. =

Aut verò fideicommiſſum, ſeù primogenitu-
ra Card. Bernardi non expirabat in Duce Anto-
nio Maria, ſed poſt illam devolvenda erat ad Ex-
cellentiſſimam D. Catharinam Zeffirinam ejus
filiam, & tali caſu, licèt ipſa, uti vocata ad d.
fideicommiſſum, ſivè primogenituram Card.
Bernardi, poſſet jure proprio retinere controver-
ſum palatium, abſque eo quod nullum ei præju-
dicium inferri valuerit ex diſpoſitione Ducis
Franciſci Mariæ ejus Avi; Attamen, cum ſit he-
res Ducis Antonii Mariæ Patris; qui mox di- 32
ctam diſpoſitionem, gravamini ſupradictum pa-
latium ſubijcieotem acceptavit, nequit illud re-
cuſare, ſed factum defuncti Patris, cujus per-
ſonam repræſentat, omninò ſervare tenetur,
Rot. in Romana, ſeù Verulana Fideicommiſſi 21.
Junii 1697. §. Nec relevat, & 21. Februarii
1698. §. Quibus denique coram Caprara, & 12.
Januarii 1699. §. Nec obſtat coram bon. me. Pio,
in Avenionen. Fideicommiſſi 19. Januarii 1699.
§. Et quidem debita in fin. coram Muto, in Iller-
den. Hereditatis de Gomar. 15. Maii ejuſdem an-
ni §. final. coram clar. mem. Card. Caprara, in
quibus firmatur, acceptantem, ejuſque heredes
excipere amplius non poſſe de antiquiori fidei- 33
commiſſo, illiuſque prætextu immiſſionem im-
pedire Fideicommiſſario; eòque certiùs quia
præfatus Dux Antonius Maria ejus Pater, &
author non ſolùm expreſsè, ſimpliciter, & abſque 34
beneficio inventarii paternam diſpoſitionem
acceptavit etiam in ea parte, in qua auget, &
prorogat primogenituram clar. mem. Card. An-

tonii Mariæ de Salviatis, ſed inſuper ipſemet
35 in ſuo teſtamento, paternæ diſpoſitioni sè con-
formando, vocavit ad d. primogenituram, à
Patre inſtitutam, vel auctam modernum Ex-
cellentiſſimum D. Ducem Antonium Mariam,
quod perindè eſt, ac ſi ipſemet de Bonis in pa-
terna diſpoſitione contentis iterum favore ea-
rumdem perſonarum diſpoſuiſſet, & heredem
ſuper re propria expreſsè gravaſſet, in quo caſu
abſolutum eſt, poſt aditam hereditatem iſtiuſ-
36 modi onus ab herede amplius impugnari non
poſſe, quia hereditatem adeundo, gravamini
conſenſiſſe, & voluntatem ſuam accomodaſſe
videtur, ut, præter ſupracitatos, in ſpecie ad-
vertit *Rota deciſ.419. num.3. part.13., deciſ.27.*
num.14., & 15. part.18., in Romana Immiſſio-
nis 13. Decembris 1700. §. Nec obſtare coram D.
Card. de la Tremoille, in Romana, ſeu Viter-
bien. Legati 26. Junii 1709. §. Hoc etiam ſuade-
re coram Criſpo, in Foroſemproni en. Legatorum
ſuper Bonis Emphyteuticis 19. Januarii 1714.
§. Siquidem, & §. Reſtaret coram Anſald. De-
cano.

Nilque turbat, ſi dicatur, Ducem Antonium
37 Mariam non habuiſſe perfectam ſcientiam gra-
vaminis à Patre impoſiti, præſertim ſuper pala-
tio, dum de illo, tamquam liberè ad sè ſpe-
ctante, diſpoſuit, ideoque ex ſola aditione ne-
quaquam inferri poſſit conſenſus ſufficiens ad
38 inducendam acceptationem, quippè ille ad in-
cognita non trahitur, & ſine certâ ſcientiâ non
datur, reſpondetur enim, quod, cum accepta-
tio gravaminis ſecum traxerit pingue emolu-
mentum hereditatis paternæ, quam alioquin fi-
lius amiſiſſet, & ideò actus incæperit à lucro,
vice autem verſâ gravamen abſolutè odioſum
39 non ſit, ſed potiùs favorabile dici poſſit, veluti
reſpiciens commodum, & conſervationem
agnationis, in his porrò circumſtantiis minimè
exigitur ſcientia individualis, & certa, ſed ſa-
tis ſuperque reputatur qualiſcumque generalis,
40 & intellectualis notitia ejuſdem oneris, ut præ-
cisè diſtinguendo firmavit *Rota in d. Fanen. Do-*
nationis 7. Maii 1701. §. Parumque urget coram
Eminentiſſimo de la Tremoille, in d. Avenionen.
fideicommiſſi 19. Januarii 1703. §. Verum reſpon-
debat coram Eminentiſſimo Scotto, cum con-
cordantibus in ipſis relatis, & totidem ferè ver-
bis ſimile objectum refellitur in dicta *Romana*
Donationis de Corſinis 3. Julii 1711. §. Abſque
eo quod coram Reverendiſſimo Aldrovando, quæ
ſane generalis, & intellectualis notitia non ex-
41 cluditur in hypotheſi ex diſpoſitione facta de d.
palatio tamquam de libero, id enim abſolutè
non ſubſiſtit, ſed potius conditionaliter de d.
palatio diſpoſitum fuiſſe videtur, quatenus ſci-
licet ad diſponentem liberè pertineret, nullique
42 fideicommiſſo obnoxium reperiretur, undè po-
tius inferri poſſet, Ducem Antonium Mariam
aliqualem notitiam habuiſſe d. fideicommiſſi,
licèt non indubiam, & certam, tantam tamen,
& talem, quæ illi motivum præbuit ſuſpicandi,
& ità conditionaliter diſponendi, quod exube-
43 rat àd arguendam acceptationem, juxtà auctori-
tates mox allegatas, quâ poſitâ, nihil officit,
quod idem Dux Antonius Maria declaraverit,
nolle præjudicium inferre filiæ in caſu, quo ad
d. palatium ex propria perſona vocata eſſet, fa-
cta namque potentiora ſunt verbis, & eo ipſo, 44
quod per aditionem paternæ hereditatis ipſe ac-
ceptavit onus ſibi injunctum etiam ſuper d. pa-
latio, ſicuti non erat amplius in ejus poteſtate
ab eo reſilire, ità nequibat præſervare filiam, &
heredem à præjudicio, quod ipſa qualitas here- 45
ditaria, illam obligans ad ſervandum factum
Defuncti, ſuâpte naturâ ſecumferebat.

His itaque omnibus cum plenè conſtabilita di-
ci queat poteſtas Ducis Franciſci Mariæ diſponen-
di de controverſo palatio, aliiſque Bonis, tamet-
ſi ſubjectis antiquiori fideicommiſſo, eademque
impugnari nequeat ab Ex.ma D. Catharina Zeffiri-
na filia, & herede Ducis Antonii Mariæ, qui, ut 46
dictum eſt, paternam hereditatem, & diſpoſi-
tionem agnovit, atque acceptavit, reliquum
modò eſt, ut demonſtremus, eumdem Ducem
Franciſcum Mariam reverâ voluiſſe de dictis
Bonis, atque palatio diſponere, hæc autem vo-
luntas perſpicua ſit tum ex verbis, tum ex con-
jecturis ab illius teſtamento elicitis, neque enim
opus eſt, quod, ut Bona illa Teſtator gravare 47
voluiſſe cenſeatur, nominatim de eiſdem diſ-
poſuerit, ſed ſufficit, ejus voluntatem quo-
quomodo colligi poſſe ex verbis ejuſdem teſta-
menti, *Pariſ. conſ.2. numer.5., & ſeqq. lib. 3.,*
Peregrin. de Fideicommiſ. artic.6. num.5., Man-
tic. de conjectur. lib.7. tit.8. num.30. in fin., Ca-
pyc. latr. deciſ.14. num. 26. lib. 1., Rot. ad ornat.
Card. de Luca de Fideicommiſ. deciſ.90. num. 11.
§. Nec demum, in Fanen. Donationis 7. Martii
1701. §. Sed clarior coram Eminentiſſimo de la
Tremoille. Et ex conjecturis, *Leg. ſervi ele-*
ctione §. 1., & §. fin. ff. de legat. 1., Bartol. in 48
leg. Julianus ff. de legat.3., Petr. de fideicommiſ.
quæſt.8. num.278., Menoch. de præſumpt. lib. 4.
præſumpt. 197. num.16., Peregrin. de Fideicom.
art.33. num.24., Mantic. de conject. lib.9. tit. 6.
num.8., Rota coram Bich. deciſ.670. num. 8. &
9., in recent. deciſ.27. num.9. part.12., ad ornat.
Cardin. de Luca de Fideicomm. deciſ. 90. num. 4.
in fine.

Porrò, ſi ſpectemus verba, hæc adeò ampla,
& effrænata ſunt, ut apta videantur comprehen-
dere quæcumque Bona, quomodocumque à Te- 49
ſtatore poſſeſſa, ità namque ipſe loquitur = *In*
tutti, e ſingoli miei Beni, crediti, e ragioni pre-
ſenti, e futuri di qualſivoglia ſorte, etiam tali,
che aveſſero biſogno di particolare, e individua
menzione, e ſpecificazione in qualunque modo, e
di qualſivoglia qualità, e quantità ſi ſiano, e da
me goduti, e che di preſente godo &c. =, ideòque
includunt etiam illa, reſtitutionis vinculo obno-
xia, quæ ſub expreſſione Bonorum, à Teſtatore
poſſeſſorum, procul dubio continentur, ut, be-
nè conſideratâ ſimili verborum amplitudine, in
propoſito tradiderunt *Altograd. conſ.66. num. 2.*
lib. 1., Surd. conſ. 73. num. 62., & ſeqq., Petr.
de Fideicom. quæſt. 8. num. 278., Torr. de pact.
fut. ſucceſſ. lib.3. cap. 40. nu.14. & 15., Menoch.
de

Digitized by Google

de præſumpt. lib 3. præſumpt. 115. nu. 17. & 40.,
Rot. dec. 79. num. 10. part. 19. rec., *& deciſ. 90.*
num. 11. poſt Card. de Luc. de Fideic., maximè
ob peculiarem illam, atque notabilem expreſ-
ſionem, ibi = *etiam tali, che aveſſero biſogno di*
particolare, & individua menzione, e ſpecifica-
zione in qualunque modo &c. =, quæ apertè com-
50 prehendit Bona fideicommiſſaria, ſimili expreſ-
ſâ, aut æquipollenti mentione, & ſpecificatione
indigentia, efficitque, ut illa pro expreſsè nomi-
natis habeantur, *Rot. deciſ. 339. num. 33. & ſeqq.*
part. 12. rec.

Nec obeſſe poteſt, quod Teſtator Bona, de
quibus diſpoſuit, appellaverit = *ſua* = ibi = *In*
51 *tutti, e ſingoli miei Beni* = qualia certè dici ne-
quibant fideicommiſſaria, quæ, licèt interim ab
ipſo detinerentur, titulo tamen reſolubili poſſi-
debantur, & ſua (utpotè alteri reſtituenda) fu-
tura non erant poſt mortem, in quod tempus di-
ſpoſitio confertur; nam quo in ſenſu Teſtator
52 acceperit verba illa = *In tutti, e ſingoli miei Beni* =
rectè manifeſtavit, illis aliis, illicò ſubjunctis,
nempè = *da me goduti, e che di preſente godo* =
quibus procul dubio innuere voluit, diſpoſitio-
nem ſuam minimè reſtrinxiſſe ad Bona dumta-
53 xat nulli reſtitutionis vinculo obnoxia, ſed alia
quoque comprehendere intellexiſſe, quocum-
que titulo ab ipſo poſſeſſa, *Riminald. jun. conſ.*
676. num. 67., *Rot. ad ornat. Cardin. de Luc. de*
Fideicom. deciſ. 90. num. 11. verſ. neque demum,
& conſequenter etiam fideicommiſſaria, & alia,
tametſi reſtitutioni obnoxia, quibus certè titulus
54 ille fruitionis, à Teſtatore adhibitus, optimè
congruit, *Manſ. conſultat. 321. num. 34. & 35.*,
quemadmodum enim abſurdum eſſet, ſi per
55 iſta verba = *da me goduti, e che di preſente godo* =
ab hujuſmodi diſpoſitione excluſa dicerentur
Bona, quæ actuali Teſtatoris dominio, & poſ-
ſeſſioni non ſubeſſent, licèt alioquin ad ipſum
pleno jure ſpectarent, ità minime recipienda eſt
interpretatio illa, quâ, nonniſi Bona titulo, &
dominio irreſolubili ab ipſo poſſeſſa, ſub d. diſ-
poſitione venire dicuntur, eò quod Teſtator lo-
56 cutus fuerit de Bonis ſuis, tale quippè nomen
poſſeſſivum excludere nequit comprehenſionem
Bonorum reſtitutioni ſubjectorum, cum hæc
etiam Bona pertinere dicantur ad heredem, etſi
poſt mortem illa reſtituere obligatum, *Soccin.*
jun. conſ. 68. num. 17. lib. 4., *Mandell. conſ. 73.*
num. 5., *Laderch. conſ. 53. nu. 2.*, *Surd. conſ. 73.*
num. 18., *Menoch. conſ. 106. num. 57.*, *& de præ-*
ſumpt. lib. 4. præſumpt. 197. num. 14., *Mareſcot.*
var. reſol. lib. 2. cap. 104. num. 7. & ſeqq., *Palm.*
allegat. 332. num. 36., *Peregrin. dec. Patavin. 64.*
num. 2., *Magon. deciſ. Floren. 72. num. 6. & ſeqq.*,
Seſſ. deciſ. 53. nu. 5., *Rot. ad ornat. Card. de Luc.*
de Fideicom. deciſ. 87. num. 6., *in Romana, ſeù*
Verulana Fideicommiſſi 10. Maii 1690. §. Nulla-
tenùs refragante coram Card. Caprara, & in Fo-
roſempronien. Legatorum ſuper fideicommiſſis Lu-
dovici, & Antonii 22. Januarii 1714. §. Eòque
faciliùs coram Anſaldo Decano.

Idque præcipuè confirmatur ex eo, quod alia
Bona fideicommiſſaria Card. Antonii Mariæ eâ-
dem diſpoſitione procul dubio complexus fuit, 57
& de eis pluries diſponendo, tamquam de ſuis,
omnia promiſcuè veluti propria conſideraſſe vi-
detur, undè, ſicuti de iſtis, ità etiam de aliis ſi-
milibus Bonis, fideicommiſſo, aut primogenitu-
ræ ſubjectis, diſponere voluiſſe cenſetur, *Me-*
noch. conſ. 688. num. 13. verſ. ſecunda, *& conſ.*
250. num. 12. verſ. tertia, *Corn. conſ. 6. num. 9. in*
fin. lib. 1., *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 649. num. 18.*
& 22., *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 97.*
num. 21., *Rot. dec. 444. num. 3. part. 4. rec. to. 1.*,
deciſ. 339. num. 33. & ſeqq part. 12., ità quidem
ſuadente eâdem ratione deſumptâ ex contem-
platione agnationis, quæ ſi apud Teſtatorem
tanti valuit, ut illum moverit ad diſponendum
contra expreſſam voluntatem Cardin. Antonii 58
Mariæ de ejus primogenitura favore Agnatorum
familiæ de Salviatis; multò magis dicendum
eſt, ipſum ejuſdem agnationis favore, & con-
templatione motum fuiſſe ad comprehenden-
dum ſub ſua diſpoſitione, etiam alia Bona fidei-
commiſſaria, & præſertim palatium, de quo
agitur, quod, utpotè tantâ magnificientiâ à
Majoribus extructum, veriſimile non eſt, ipſum
voluiſſe, quod ad Extraneos tranſire poſſet per-
petuum hoc dignitatis familiæ ſuæ monumen-
tum, ut obſervat *Card. de Luc. de Fideic. diſc.*
133. num. 14. & 15.

Nec turbat reſponſio, quod, cum Teſtator
expreſsè diſpoſuerit, & reſtitui mandaverit he- 59
reditatem ſuam, & illam Card. Antonii Ma-
riæ, indè potiùs argui poſsit contraria ejuſdem
Teſtatoris voluntas quoad alia Bona, quorum
expreſsè non meminit, & quæ neque à ſua, ne-
que à dict. Card. hereditate proveniebant; nam,
præterquamquod in ea teſtamenti parte, in qua
Teſtator gravavit filium, & alios ſucceſſores ad
reſtituendam hereditatem Cardinalis, & ſuam,
uſus eſt iis generalibus, & ampliſsimis verbis 60
aptis comprehendere etiam alia Bona fideicom-
miſſaria, ibi = *ſieno tenuti, & obligati laſciare*
detta eredità, proveniente tanto da detto Cardi-
nale, quanto a me per qualſivoglia cauſa, e tito-
lo ſpettante, tutta intiera, e ſenza diminuzione,
e detrazione di legitima, trebellianica, o altra,
che poteſſe de jure competerli =, ideoque, inſpe-
ctâ tantâ verborum amplitudine, dici poſſet,
quod, ſicuti verbum hereditas, quod refertur
ad utrumque, tàm ſcilicet ad Cardinalem,
quàm ad Ducem Franciſcum Mariam, reſpectu
Cardinalis connotat hereditatem fideicommiſſa-
riam, ita quoque reſpectu Ducis Teſtatoris Bo-
na fideicommiſſaria comprehendat, præſertim,
quia nulla adjecta legitur particula reſtrictiva, 61
quæ connotet tantùm Bona ipſius Teſtatoris,
quinimmò ſubjunguntur illa alia ampla, & ge-
neralia verba = *a me per qualunque cauſa, e ti-* 62
tolo ſpettante = quæ apta ſunt comprehendere
etiam Bona fideicommiſſaria, ut, præter alios
ſuprà citatos, tradunt *Decian. conſ. 57. num. 24.*
& ſeqq. lib. 1., *Merlin. Pignatell. centur. 2. cap.*
61. num. 3., *Rota coram Buratt. deciſ. 168. num.*
9., *in recent. deciſ. 36. num. 4., & 5. part. 5.*,
& deciſ. 334. num. 28. part. 13.; Ut etiam, non

omiſſo, quod, dum Teſtator juſsit, hereditatem reſtitui *totam*, *integram*, *& ſinè diminutione*, voluiſſe videtur, in reſtitutione venire
63 etiam Bona fideicommiſſaria, ſinè quibus tota, & integra hereditas ſinè diminutione reſtitui minimè diceretur, *Decian. reſp. 57. num. 35., & ſeqq. lib. 1., Alb. conſ. 73. num. 6., Roland. à Valle conſ. 27. num. 10. & ſeqq., & num. 31. lib. 4., Rot. deciſ. 339. num. 37. part. 12. recent., & deciſ. 89. num. 6., ad ornat. Cardin. de Luca de Fideicommiſ.*, quod pariter innuit prohibitio
64 detractionum tum Legitimæ, & trebellianicæ, tum aliarum quarumcumque, quæ ei de jure competere poſſent, ut rectè ad rem noſtram animadvertunt *Altograd. conſ. 66. numer. 9., & 10. lib. 1., Caſtill. contr. lib. 4. cap. 42. num. 36., Rot. deciſ. 339. numer. 38. part. 12., deciſ. 134. num. 18. part. 13., deciſ. 86. numer. 21. ad ornat. Cardin. de Luca de Fideicommiſ., in Avenionen. Fideicommiſſi 10. Junii 1697. §. Hujuſmodi ſiquidem coram dell' Olmo Epiſcopo Conchen., in Romana ſeù Verulana Fideicommiſſi 12. Januarii 1699. §. Quinimmò coram Pio.*

Iſtiuſmodi objectum removetur ex eo, quod conſtat, eumdem Ducem Franciſcum Mariam de dicto palatio expreſsè, & ſpecificè diſpoſuiſſe,
65 quemadmodum de aliis Bonis Card. Antonii Mariæ; poſtquam enim reſtitutionem totius hereditatis tàm ſuæ, quàm dicti Cardinalis ordinaverat, cogitans caſum, quo vocatus ad primogenituram eſſet minor viginti annis, mandat, fieri multiplicum ex fructibus utriuſque hereditatis, & vocato aſſignari ſolùm ſcuta 2000. quotannis, & uſum palatii; ſi igitur ex præcepto Teſtatoris multiplicum fieri debebat ex fructibus
66 utriuſque hereditatis, exceptis ſcutis 2000., & uſu palatii, conſequens eſt, ut idem palatium conſideraverit in ſua hereditate, & de eo diſpoſuerit, tamquam de ſuo, ſicuti fecerat de aliis Bonis, ex quorum fructibus multiplicum ordinaverat, ut in ſpecie arguunt, *Corn. conſ. 6. num. 6. lib. 1., Merlin. Pignatell. contr. cent. 2. cap. 61. num. 5., Rot. deciſ. 6. nu. 4. part. 18.*, & hanc conjecturam efficaciſſimam vocant *Menoch. conſ. 1150. num. 12. verſ. Tertia, Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 649. num. 18., Rota coram Duran. dec. 93. n. 13. & 14.*; proptereaque concidit vis contrarii argumenti, quod tunc demum urgere poſſet, quando Teſtator expreſsè diſponendo de quibuſdam Bonis fideicommiſſariis, alia
67 nec tacitè, nec expreſsè conſideraſſet; At, cum hic ultrâ tot conjecturas tacitè ſuadentes mentem Teſtatoris diſponendi de aliis quoque Bonis fideicommiſſariis, concurrat etiam ſpecifica mentio, & diſpoſitio palatii, utique Teſtatoris voluntas in dubium amplius revocari non poteſt, eademque certior redditur, animadvertendo, illum in caſu, quo Dux Antonius Maria ejus filius, prout evenit, defeciſſet abſque Liberis maſculis, relictâ tamen fœminâ, præcepit, illam congruè dotari, quod ſanè non in-
68 conſultò, ſed eâ prudenti mente, & conſilio feciſſe videtur, quia nimirum de Bonis etiam fideicommiſſariis, ad eam fortè obventuris diſpoſuerat, alioquin vix, ac ne vix quidem credi poteſt, quod Avus, Patris obligationem ſuſcipiendo, dotem de ſuo relinquere voluerit 69
nepti, ob tot Bona fideicommiſſaria, ditiſsimæ, per ea, quæ tradunt Doctores in *leg. final. Cod. de Dot. promiſſ., Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 19. num. 18., Card. de Luc. de dot. diſc. 154. num. 4. 23. & 32.*

Quibus denique omnibus maximum robur addit confeſsio emiſſa in ſuo teſtamento à Duce Antonio Maria Teſtatoris filio, & herede, declarante, omnia Bona Ducis Jacobi ejus Avi fuiſſe à Patre incorporata primogenituræ, ibi = 70
Per diſpoſizione del Signor Duca Giacomo mio Nonno, li di cui Beni eſſendo tutti paſſati in mio Padre, e da queſto incorporati alla primogenitura = Cum enim inter Bona præfati Ducis Jacobi quàm plura eſſent, ab ipſo ſuppoſita fideicommiſſo, ex hac confeſsione manifeſte convincitur, Ducem Franciſcum Mariam de aliis etiam Bonis fideicommiſſariis, quàm de illis Card. Antonii Mariæ diſpoſuiſſe, nulla quippè melior afferri poteſt gravaminis probatio, quam ipſius gravati confeſsio, *Rot. deciſ. 165. nu. 20., coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 595. num. 41. part. 19. recent. tom. 2., in Bononien., ſeù Imolen. Bonorum ſuper portione ſororis Mariæ Cœleſtis 28. Aprilis 1698. §. Quin relevet coram dell' Olmo Epiſcopo Conchen., & in Maceraten. Legatorum, & fideicommiſſi 18. Junii 1710. §. Indubitanter verò coram Anſaldo Decano*, maximè
contra heredes, & ſucceſſores, vel ab eo quo- 71
modolibet cauſam habentes, quibus certè Authoris confeſsio præjudicat, *Ruin. conſ. 128. nu. 15., & 16. lib. 2., Rota coram Burat. deciſ. 168. num. 19., coram Coccin. deciſ. 120. num. 2., ad ornat. Card. de Luca de Fideicomm. deciſ. 86. num. 9. & 10.*

Parvi proindè refert, quod Dux Franciſcus Maria in deſcriptione Bonorum adjecta poſt teſtamentum minimè recenſuerit Bona fideicommiſſaria, quinimmò ea excluſerit; Ex hac enim
non rectè infertur, quod de iis diſponere nolue- 72
rit, quoties reverâ de ipſis jam præcedenter diſpoſuerat, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 404. à num. 1. ad 8., Rot. deciſ. 91. num. 3. in fin., & deciſ. 92. num. 8. & ſeqq., ad ornat. Card. de Luca de Fideicomm.*, & hujuſmodi deſcriptionem non aliâ de cauſâ ſubijcere velle declaraverat,
quàm ad tollendas omnes dubietates, & diſpu- 73
tationes, ad tradita per *Rot. deciſ. 64. num. 21. & ſeqq. part. 13. rec.*, & ut videlicet Bona ab ipſo acquiſita diſtinguerentur à fideicommiſſariis, quæ in fine teſtamenti expreſsè proteſtatus fuit, nolle deſcribere, quod potiùs oſten-
dit, de Bonis etiam fideicommiſſariis diſpoſuiſ- 74
ſe, alioquin fruſtrâ declaraſſet, ſe illa non deſcripturum, ſi ea quoque in ſua diſpoſitione comprehendere non intellexiſſet, *Rot. deciſ. 249. num. 17. part. 11. rec.*

Rem itaque totam paucis perſtringendo cum ſatis conſtet ex ſupradictis de voluntate Ducis Franciſci Mariæ ſubijciendi primogenituræ ab ipſo ordinatæ, vel auctæ palatium, & alia Bona

Digitized by Google

na fideicommiſſaria, de quibus agitur, poteſtas verò in dubium revocari nequeat, attentâ præſertim acceptatione Ducis Antonii Mariæ ejus filii, & qualitate hereditariâ Excellentiſſimæ D. Catharinæ Zeffirinæ, nil proponi poſſe videtur, quod immiſſionem impedire poſſit Excellentiſſimo Dom. moderno Duci requirenti, etiamſi præfata Excellentiſſima Catharina Zeffirina obtenderet melioramenta à Patre facta in dicto palatio, quoniam, donec ea ab ipſa liquidata non fuerint, immiſſionem retardare non poſſunt, *Rota coram Bich. deciſ.27. num.15., & deciſ.304. à num.11. ad 18., coram Ninot. deciſ. 37. num.9., in recent. deciſ.405. num.23. part.14., deciſ.119. num.1. part.15., & in Ilerden. hereditatis de Gomar. 15. Maii 1699. §. Nec momenti cor. Card. Caprara.*

Avenionen. Hereditatis.

Hereditatis reſtitutionem, licèt verbis futurum tempus importantibus, cumque expreſſa cujuſcumque detractionis prohibitione à Teſtatore injunctam, ſtatim ab herede faciendam eſſe, nec dilatam in tempus ejus obitus cenſeri poſſe, variis hic ad rem perpenſis argumentis, demonſtratur. Ad habitandum in certo Loco ex Teſtatoris præcepto, tendente in ipſius animæ favorem, Fideicommiſſarius poteſt omninò obſtringi, etiam non indictâ eidem caducitatis pœnâ. Quando autem præcepto ejuſmodi ſatisfactum dici valeat nec ne?

VOTUM XXX.

1 *Hereditatis reſtitutio an, & quando heredi non ſtatim demandata cenſeatur, ſed potiùs dilata in tempus ejus mortis?* & num. ſeqq.; *& quando ſecus?* num.7., & ſeq.

2 *Ut in tempus mortis dilata cenſeatur, ſufficit, id poſſe conijci ex tacita Defuncti voluntate.*

3 *De hac autem conſtare dicitur, ſi verbis uſus eſt, futurum tempus ſignificantibus.*

Item, ſi quamcumque detractionem vetuit, num.5., *ratio* ibid.

Contrarium, quod nempè ex hujuſmodi prohibitione argumentum potiùs eliciatur, ejuſdem voluntatis excluſivum num. 23.

4 *Verbum* = Poi = *futuri temporis tractum ſignificat.*

6 *Trebellianica detractio heredi in præmium reſtitutionis, ab eo facienda, debetur.*

7 *Hereditatis reſtitutio injuncta non in diem, aut ſub conditione, ſtatim facienda eſt.*

8 *In teſtamentis ſi quæ ſinè die, vel conditione adſcribuntur, à die hereditatis aditæ præſtari debent.*

9 *Legata ſinè die, aut conditione relicta, præſentia ſunt.*

10 *Fideicommiſſum purè relictum, incontinenti peti poteſt.*

11 *In obligationibus etiam, & contractibus quoties dies non adponitur, præſenti die pecunia debetur.*

12 *Hereditatis reſtitutionem non purè, ſed poſt heredis obitum fuiſſe à Teſtatore injunctam, arguitur ex mentione facta, etiam de heredis Bonis, Fideicommiſſario deferendis.*

13 *Unica determinatio plura reſpiciens determinabilia, æqualiter omnia determinare debet.*

14 *Fideicommiſſum, filiæ à Patre relictum, adhibito* reſervandi *verbo, dilatum videtur ad tempus, quo ſui juris filia exiſteret.*

15 *Fideicommiſſum filio reſtituere rogato Patre, herede inſtituto, relictum illud filio cenſetur in tempus, quo exierit è poteſtate Patris.*

16 *Fideicommiſſum quis rogatus reſtituere ei, à quo accepit, poſt mortem rogatus intelligitur.*

17 *Fideicommiſſi reſtitutionem poſt obitum heredis dilatam eſſe, non benè ex illis infertur verbis* = a voler poi conſegnare =.

18 *Dictio* = Poi = *omne intervallum excludit.*

19 *Dictio* = Poi = *in oratione illa* = a voler poi reſtituire = (*nempè hereditatem*) *ad ſummum importare valet moderatum aliquod tempus ab aditione ad traditionem.*

20 *Licèt quid* Statim *debeatur, cum aliquo tamen intelligitur temperamento temporis.*

21 *Heres quod ſtatim ſolvere debeat fidejuſſori Teſtatoris id, quod ab illo ſolutum eſt, cum aliquo temperamento temporis debet intelligi.*

Nec enim cum ſacco adire debet, ibid.

22 *Traditione fundi ſtipulatâ, ſpatium temporis concedi debet, quo traditio poſſit fieri.*

23 *Heres extraneus ſtatim reſtituere rogatus, trebellianicam detrahit.*

Non, ſi rogatus reſtituere poſt mortem.

24 *Heres extraneus rogatus poſt mortem reſtituere, fructibus perceptis trebellianicam conſumit, atque falcidiam*, & num. 25.

26 *Fideicommiſſi reſtitutio ſtatim, & ſinè morâ, facienda arguitur, ſi injuncta verbis, expreſſam, atque efficacem præſeferentibus Teſtatoris voluntatem.*

27 *Præſertim, ſi aliàs Teſtatoris voluntas non impleretur.*

28 *Fideicommiſſi reſtitutio favorem animæ Teſtatoris reſpiciens, ſtatim ab eo volita cenſeri debet, non autem dilata poſt heredis obitum.*

29 *Præceptum habitandi in certo loco, uti continens ſpeciem, reijcitur ab inſtitutione, atque Legato, & vid.* num.36.

30 *Præceptum habitandi in certo loco, nullâ contravenienti adjectâ pœnâ, nulloque dato ſubſtituto, nudum eſt, & in merum reſolvitur conſilium, & quando ſecus?* num. 40.

31 *Præceptum habitandi in certo loco ex cauſſa utili Teſtatoris animæ, omninò implendum eſt.*

32 *Adeo,*

Digitized by Google

32 *Adeo ut in caſu contraventionis Legatum omne, aut fideicommiſſum, velut deficiente conditione, corruat.*
Maximè, cum res eſt de præcepto habitandi in ſua ipſius Teſtatoris Patria, num. 34.
Textus in L. Titio centum 71. ſ. Titio centum il 2. ff. dè condit., & demonſtrat. *præceptum ejuſmodi à Legatu, atque inſtitutione reijciens, declaratur*, num. 36.
33 *Verba* = Dum cum filio meo Capuæ erit =, *conditionem important.*
35 *Teſtator magnum erga Patriam affectionem habere præſumitur.*
37 *Præceptum habitandi in certu loco, impleri ſemper debet, quoties in alicujus favorem tendit.*
38 *Conditio, donec quis in certu loco cum aliquo habitaverit, videtur ad iſtius favorem in Legato adjecta*, & num.39.
40 *Præceptum habitandi in certo loca, quoties certa cauſſa expreſſa fuerit, nudum non eſt dicendum.*
41 *Sed veſtitum; quod religiosè ſervandum eſt.*
42 *Nudum præceptum de non alienando nil valet, quando agitur de Legato, quod ad Legatarium tranſit ipſo jure.*
Non quando illud de manu heredis debet recipere, ibid.
43 *Tunc enim nequit illud habere, niſi caveat de non alienando.*
44 *Lex ipſa favet Teſtatorum voluntati; jubetque omninò impleri ea, quæ ab eiſdem ſunt diſpoſita.*
45 *Contraveniens, nullá etiam adjectá privationis pœna, omnibus excluditur commodis, atque emolumentis, teſtamento delatis.*
46 *Heres, ſecundùm Jura* Codicis, *numquam ob contraventionem, hereditate privabatur, niſi expreſſum id fuiſſet.*
Id quod poſtea innovatum, correctumque fuit Jure Authenticorum.
47 *Præceptum habitandi in certo loco, quoties alicujus favorem reſpiciat, implendum ſemper ab herede eſt, licèt ſub privationis pœná non ſit injunctum.*
48 *Præceptum habitandi in certo loco, habens pro cauſſa faciliorem, tutioremque eleemoſynarum erogationem, favorem animæ Teſtatoris dicitur reſpicere.*
49 *Animá antiquius quidpiam, aut charius nemo habet: & nullum cum ea pecuniarium commodum poteſt comparari.*
50 *Præceptum habitandi in certo loco, de ibidem ſemper habitando intelligitur.*
Adeo, ut non ſufficiat ibi aliquo tempore habitare, poſteaque ad alium locum ſe transferre, ibid.
51 *Habitare quis dicitur in loco, ſi ibi uxorem habet, filios, & familiam.*
Quod, juxta nonnullos, procedit, licèt à tali loco abſens ille ſit, num.54.
52 *Ex præcepto Teſtatoris gravatus quis in certo loco habitare, eidem præcepto ſatisfacit, ſi habitet majore anni parte*, & num. ſeqq.
53 *Habitans partem temporis, totum tempus habitaſſe videtur, quando ex ea idem potuiſſet effectus reſultare.*
55 *Domicilium deferi non dicitur, ſi quis aliò ſe transferat ſtudiorum, mercaturæ, dignitatis, litis, liberarioris educationis, aliáve ſimili juſta de cauſſa.*
Procedit etiam pro effectu caducitatis non incurrendæ, ibid.

JUBEOR ſententiam meam dicere pro veritate, an, cum D. Fabius Polidorus inſtitutus heres fuerit à bon. mem. Antonio Signorini his, quæ ſequuntur, verbis = *In tutti poi gli altri ſuoi Beni, mobili, ſtabili, ſemoventi, ragioni, & azioni preſenti, e future, & in qualſivoglia modo ſopravenienti, e nomi de' Debitori, & altri ſuoi qualſivoglia Beni ſuo erede legitimo, & univerſale fece, inſtituì, deputò, e di ſua propria bocca nominò, e vuole, che ſia il Signor Fabio Polidori, che ſi degni ricevere per ſua volontà eſpreſſa, & efficace a voler poi conſegnare tutta l' eredità intieramente, e ſenza diminuzione alcuna al Signor Pietro ſuo nipote, obbligandola ad abitare in Avignone, acciò la Caſa del Teſtatore ſia ſempre aperta a beneficio de' luoghi Pii, e de' Poveri, che vi concorrono per l'elemoſina. Et in caſo, che al detto Signor Fabio non piaceſſe di conſegnarla al detto Sig. Pietro è pregato a conſegnarla, come ſopra, al Signor Ambrogio Renazzi ſuddetto, e ſperando dalla ſomma pietà di detto Signor Fabio, che ſarà eſeguire ſempre queſta ſua medeſima intenzione pia a beneficio, come ſopra, e per ſalute dell'anima ſua* =;
An, inquam, præfatus Dominus Fabius vigo-
re dictæ diſpoſitionis teneatur ſtatim reſtituere 1
hereditatem, an potiùs ipſius commodo, &
emolumento frui poſſit, donec aliquid huma-
nitùs contigerit: Et rurſus, an idem obſtrin-
gere, atque adigere queat heredem, cui Bo-
na reſtituet, ad habitandum in Civitate Ave-
nionen.?

Porrò, quod attinet ad primam quæſtionem,
dicendum primo rei obtutu videretur, quod, 2
licèt hereditatis reſtitutio expreſſis verbis in tem-
pus mortis dilata non appareat, cum tamen ſuf-
ficiat, quod id elici, conijcique valeat ex ta-
cita Defuncti voluntate, ad *text. in leg. cum Le-
gatarius 8. ſ. final. ff. de legat. 3., leg. Filiam ff.
de Aur., & argent. legat., leg. Ubi purè 19., &
leg. Epiſtolam 75. ſ. final. ff. ad S.C. Trebell.*, in
dubium revocari non poſſe videatur iſtiuſmodi 3
voluntas in caſu noſtro, in quo Teſtator roga-
vit dictum Dominum Fabium heredem *a voler
poi conſegnare*; illud namque verbum = *Poi* = 4
futuri temporis tractum ſignificat, *Covaruv. var.
lib. 1. cap. 14. num. 1., Barboſ. diction. uſufre-
quen. 271. num. 1., Gratian. deciſ. 2. num. 19.*
Eòque magis, quia vetuit omnem quamcum-
que hereditatis diminutionem, detractionem- 5
que; qua de re ſaltem commodo medii tempo-
ris compenſare voluiſſe dicendus eſt prohibitio-
nem

nem trebellianicæ, quæ in præmium reſtitutio-
6 nis ipſi debita fuiſſet, ad *text. in leg. 1., & tot.
tit. ff. ad S.C. Trebell., Fontanell. de Pact. nuptial.
clauſul. 4., Gloſſ. 9. part. 5. num. 119., Cutell.
de donat. diſc. 1. ſpecial. 38. nu. 8., Rot. in Man-
uſſ. ad clar. mem. Card. de Luca de Donat. deciſ.
1. num. 14., & de teſtament. deciſ. 32. num. 5.,
& 13.*

Verùm enim verò, tametſi hæc plurimùm
7 urgere videantur, nihilominus tamen cenſeo,
D. Fabium requirentem debere ſtatim reddere
hereditatem, de qua agitur, uni ex perſonis à
Teſtatore deſignatis, moveorque ex eo, quod,
cum Teſtator non in diem, non ſub conditione
heredem rogaverit, ſed purè, atque ſimpliciter,
hereditas confeſtim reſtituenda eſt, juxtà certiſ-
ſimam illam juris noſtri regulam, quâ edoce-
8 mur, quod *omnia, quæ teſtamentis ſinè die, vel
conditione adſcribuntur, ex die aditæ hereditatis
præſtantur*, ut his verbis loquitur Juriſconſultus
*in Leg. omnia 32. in princ. ff. de legat. 2., & con-
cinit text. in leg. 1. in princ. ff. de condit., & de-
monſtr.*, ibi = *Legatis, quæ relinquuntur, dies,
9 aut certus, aut incertus, aut conditio adſcribitur,
aut ſi nihil horum factum, præſentia ſunt* =, & *in
leg. ſi dies 21. in princ. ff. quand. dies legat. ced.*,
ibi = *ſi dies appoſita Legato non eſt, præſens debe-
tur, & confeſtim ad eum pertinet, cui datum eſt* =,
& in terminis fideicommiſſi eſt *text. in leg. cum
unus 10. §. Verbis fideicommiſſi purè manumiſſo
ff. de Alimen., & Cibar. legat., & in leg. Uxo-
rem 39. §. final. ff. de legat. 3.*, ibi = *Heredi
ſcripti fidei commiſerat, ut Seiæ Uxori univer-
ſam reſtitueret hereditatem, & Uxoris fidei com-
miſit, in hæc verba = à te, Seja, peto, ut quid-
quid ad te ex hereditate mea pervenerit, exceptis
10 iis, ſi qua tibi ſuprà legavi, reliquum omne red-
das, reſtituas Mæviæ infanti dulciſſimæ, à qua
Seja ſatis exigi veto, cum ſciam, eam potiùs rem
aucturam, quàm detrimento futuram = Quæſitum
eſt, an ſtatim Mævia fideicommiſſum à Seja pete-
re poſſit? reſpondit, nihil proponi, cur non poſſit* =,
ibique *Bartol.*, verbis illis = *Fideicommiſſum pu-
rè relictum peti poteſt incontinenti* =, *Gall. de ex-
cept. ſucceſſ. tit. 4. except. 23. nu. 108. part. 2.,
Peregrin. de Fideic. artic. 45. num. 1.*, ibi = *Sanè,
ſi fideicommiſſum ſimpliciter relictum fuerit, non
expreſſâ die, aut conditione, purè, & de præſen-
ti debetur* = *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 270. num. 2.
& 8.*

Quæ ſanè regula non in Legatis dumtaxat,
non in fideicommiſſis, non denique in ceteris
diſpoſitionibus per viam ultimæ voluntatis fa-
11 ctis locum ſibi tantummodò vindicat, ſed pro-
cedit etiam in contractibus, & obligationibus,
ut generaliter ſtatuit *Pomponius in leg. in omnibus
14. ff. de reg. jur.*, verbis illis = *In omnibus ob-
ligationibus, in quibus dies non ponitur, præſenti
die debetur* = cui conſonat *text. in leg. eum qui
41. §. Quoties ff. de verb. oblig.*, ibi = *Quoties
autem in obligationibus dies non ponitur præſenti
die pecunia debetur* =, & in *§. Omnis 2. inſtit. eod.
tit. de V. O.*, ibi = *Stipulatio fit aut purè, aut
in diem, aut ſub conditione; Purè, veluti quin-
que aureos dare ſpondes? idque confeſtim peti po-
teſt* =.

Quæ cum ità ſint, nullum ſanè negotium fa-
ceſſunt jura, quæ in contrarium ſuperiùs attuli-
mus; in eorum enim ſpecie evidens, & aper-
tum reddebatur, vel ex verbis, vel ex mente
Teſtatoris, quod hereditas non erat ſtatim reſti-
tuenda, prout videre eſt *in Leg. ſi Legatarius 8. §.* 12
final. de legat. 3., ubi, cum Teſtator petiiſſet, ut,
quidquid ex Bonis ſuis ad Patrem perveniſſet,
filiæ ità reſtitueret, ut eò ampliùs haberet, quàm
ex Bonis Patris habitura eſſet, manifeſtum erat,
de eo tempore ſenſiſſe Teſtatorem, quod poſt
mortem Patris futurum eſſet, ob eam nempè
rationem, quod, cum Teſtator mentionem fe-
cerit de Bonis paternis, quæ filiæ obvenire non
poterant, niſi poſt mortem Patris, apertè decla-
raſſe videtur, & fideicommiſſum ad idem tem-
pus differendum, ut una determinatio reſpiciens 13
plura determinabilia æquali jure omnia deter-
minet; ut benè *ibid.* obſervat *Bartol., Peregrin.
de Fideic. artic. 45. n. 3., Fuſar. de ſubſtit. quæſt.
270. num. 14.*; Prout non officit *text. in leg. fi-
liam 17. ff. de aur. & argen. legat.*, ibi enim Te-
ſtator juſſerat, reſervari filiæ ſuæ ornamenta
omnia, aurum, argentum, & veſtimenta, quo 14
quidem *reſervandi* verbo videtur in id tempus
dilatum fideicommiſſum, quo ſui juris futura
eſſet ea, cui dabatur, ut, his verbis ferè decla-
rat Juriſconſultus in *d. leg. filiam*, & notat *Pere-
grin. de Fideic. art. 45. num. 6. verſic. ſecundum*;
Ut etiam contrarius non eſt *text. in leg. ubi purè
19. in princ. ff. ad S.C. trebell.*, quia cum Pater
rogatus eſſet reſtituere filio, *& facere, ut Bona* 15
ad ipſum pervenirent, nil mirum, ſi virtute
horum verborum videatur in id tempus datum
fideicommiſſum, quo filius de poteſtate Patris
exierit vel ipſius morte, vel emancipatione,
alioquin enim ex diſpoſitione *text. in leg. placet
ff. de acquir. hered.* Bona non filio, ſed iterum
Patri acquirerentur, ut benè inquit *text. in leg.
ſi fideicommiſſa 11. §. Si filio ff. de legat. 3.*, ibi =
*Si filio, Patre herede inſtituto, fideicommiſſum re-
lictum fuerit, etſi verbis non ſit ità relictum = cum
Pater moreretur = ſed intelligi hoc poſſit, puta
quia ſic relictum eſt, ut relinquat filio: vel volo,
eum habere; vel volo, ad eum pertinere, defende-
tur in id tempus fideicommiſſum relictum, quo ſui
juris filius efficitur* = Nec denique ullo numero
habendus eſt *textus in leg. epiſtolam 75. §. final.
ff. ad S. C. trebell.*, quippè fideicommiſſarius ibi 16
cogitur reſtituere ei, à quo accepit, ideóque poſt
mortem rogatus intelligitur, alioquin inutilis
eſſet, ac prorſùs ſupervacaneus circuitus, ut de-
clarant *Peregrin. de Fideic. artic. 45. num. 2., Fu-
ſar. de ſubſtit. quæſt. 270. num. 13.*

Neque verò in noſtra hypotheſi adeſſe quo-
quo modo dici poſſunt aut ſimilia verba, aut
æquè clara voluntas, prout in recenſitis juris no- 17
ſtri locis; nam, ſi res ſit de verbis, dictio illa =
a voler poi conſegnare =, quæ in contrariam
partem ponderata fuit, apta minimè eſt differen-
dæ reſtitutioni ad tempus mortis heredis, cum
eadem potius excludat omne intervallum, latè 18
Bar-

Digitized by Google

Barboſ. diction. uſufrequen. 271. num.2., vel ad
ſummum importare queat moderatum illud
tempus, quod poſt aditam hereditatem indul-
19 getur heredi, quo traditionem facere poſſit; li-
cèt enim quis purè, ideòque ſtatim debeat, at-
tamen id ſemper intelligendum cum aliquotem-
20 peramento temporis, ad *Text. in leg. quod dici-
mus 105. ff. de ſolut.*, ibi = *Quod dicimus in eo he-
rede, qui fidejuſſori Teſtatoris id, quod ante adi-
tam hereditatem ab eo ſolutum eſt, debere ſtatim
21 ſolvere, cum aliquo temperamento temporis intelli-
gendum eſt; nec enim cum ſacco adire debet* =,
*Leg. cum quidam 24. in fin. ff. de legat.2., & in §.
final. inſtit. tit. de inutil. ſtipulat.*, ibi *ſi fundum
dari ſtipuleris, vel hominem, non poterit conti-
22 nuò agere, niſi tantum ſpatii præterierit, quo tra-
ditio fieri poſſit* =, *Gloſſ. in leg. omnia 32. in
princ. in verb. ex die ff. de legat. 2.*, ibi = *Cum
quodam temporis temperamento, quod magis intel-
lectu percipi, quàm elocutione poſſit exprimi* =.
Si verò agatur de voluntate, hæc quidem tan-
23 tum abeſt, quod deſumi poſſit ex prohibitione
cujuſcumque detractionis, ut hinc potiùs magis,
magiſque confirmetur, Teſtatorem voluiſſe, he-
reditatem ſtatim reddi, reſtituique, quia in hoc
certè caſu D. Fabius heres detrahere poterat tre-
bellianicam, latè *Peregrin. de Fideic. artic. 3. n.
24.*, at non etiam in caſu, quo illa reddenda
24 fuiſſet poſt mortem; heres enim extraneus fru-
ctibus ante mortem perceptis trebellianicam
conſumit, ad *text. in leg. in fideicommiſſariam
18., & leg. mulier 22. §. Si heres ff. ad S. C.
trebell.*, ibi = *Alia cauſa eſt, ſi ſub conditione,
vel in diem rogatus fuerit; tunc enim quod per-
25 cipitur, ſubmovet falcidiam, ſi tantum fuerit,
quantum quarta facit, & quartæ fructus: nam
fructus, qui medio tempore percepti ſunt, judicio
teſtantis percepti videntur* = *Peregrin. de Fideic.
art. 3. num. 25.*
Atque hæc quidem Teſtatoris voluntas, ut
hereditas ſtatim reſtituatur, eò clarior eluceſcit
in noſtra hypntheſi tum ex energia verborum,
26 quibus ille heredem rogavit, ejuſque fidei com-
miſit reſtitutionem, *ſupplicando &c. con pre-
ghiera, che deſidera ſi degni ricevere per ſua vo-
lontà eſpreſſa, & efficace a voler poi conſeguare
&c.*=, hæc namque expreſſa, & efficax voluntas,
quâ injunxit reſtitutionem, illam purè, & ſine
morâ fieri debere innuit, ad *text. in leg. generali-
ter 24. §. Quoties autem, leg. Thais 41. in princ.,
& leg. ſi quis rogatus 53. ff. de Fideicom. libertat.*
Tum etiam ex ſubſtantia, & natura diſpoſi-
tionis, animadvertendo, quod, ſi reſtitutio in
tempus mortis heredis differretur, hoc interim
27 ſpatio, quo in humanis agit D. Fabius heres,
domus Teſtatoris non habitaretur, nec aperta
pateret egenorum mendicitati, miſerorumque
calamitatibus ſublevandis eo prorsùs modo, quo
enixè Teſtator concupivit; quod porrò deſide-
rium cum immediatè reſpiciat favorem ipſius
Animæ, ut liquet ex illis verbis = *Sperando dalla
ſomma pietà di detto Signor Fabio, che ſarà eſe-
guire ſempre queſta ſua medeſima intenzione più a
beneficio, come ſopra, e per ſalute dell'anima ſua
&c.* veriſimile, non eſt, Teſtatorem voluiſſe,
ejus executionem in tempus mortis heredis 28
protelari, ſed potiùs optaſſe dicendus eſt, ſta-
tim repræſentari, adimplerique, ut quantò ci-
tiùs fieri poſſet, Anima ſua ex injunctis piis operi-
bus, & ex eleemnſynarum erogatione ſuffra-
gium capere poſſet.
Jam verò expediti à prima quæſtione, prngre-
dimur ad alteram, an ſcilicet Fideicommiſſarius
compelli poſſit ad habitandum in Civitate Ave-
nionen? Enim verò plana, ac facilis primâ fron-
te videtur reſolutio favore Fideicommiſſarii ob 29
duplicem æquè validam, efficacemque ratio-
nem, quarum prima deſumitur *ex text. in leg.
Titia centum 71. §. Titio centum il 2., ff. de con-
dit., & demonſtr.*, quo diſponitur, præceptum
habitandi in certo, determinatoque loco, uti
continens ſpeciem, rejici ab inſtitutione, & Le-
gato, & ſequitur *Rot. dec. 270. num. 12. part. 8.,
dec. 644. num. 2. & ſeqq. part. 19. rec.*; Altera
promanat ex eo, quod in caſu contraventionis 30
nulla fuit à Teſtatore adjecta pœna caducitatis,
nullus datus ſubſtitutus, in quibus terminis nu-
dum dicitur præceptum, & in merum conſilium
reſolvitur, *ad Text. in leg. Pater 36. §. Julius
Agrippa ff. de legat. 3., & in leg. non oportet C.
de his, quib., ut indign.*, & tradunt alii relati per
*Rot. in Mantiſſ. ad Card. de Luc. de Donat. dec.
3. num. 6. & 7., & deciſ. 5. num. 6.*
Verumtamen contrarium exiſtimo verius,
quia, cum dubitari nullo pacto queat de clara, 31
perſpicuaque Teſtatoris voluntate, quod heres a
D. Fabio ſeligendus habitet in Civitate Avenio-
nenſi, & quidem ob finalem illam, & animæ
Teſtatoris tantoperè utilem cauſam = *acciò la ca-
ſa del Teſtatore ſia ſempre aperta a beneficio de'
luoghi pii, e de' Poveri, che vi concorrono per
l'elemoſina &c.* = procul dubio talis voluntas im-
plenda, exequendaque eſt, alioquin, veluti de-
ficiente conditione, corruit, & evaneſcit Lega-
tum omne, omne fideicommiſſum, omnis diſ- 32
poſitio, ad *Text. in leg. qui concubinam 29. §.
Uxori meæ ff. de legat. 3.*, quo loci inquit Juriſ-
conſultus, quod verba illa = *Dum cum filio meo* 33
Capuæ erit = conditionem important, non autem
pro ſupervacuis habentur, *Ruin. conſ. 203. n. 5.
lib. 1., Bartholom. Soccin. conſ. 72. num 1. lib. 1.,
Mierez. de majorat. part. 1. quæſt. 57. num. 16. &
17.*, rem concludens, hiſce verbis = *Juſtitia er-
gò petit, ut in hoc, & in aliis ſimilibus rebus Te-
ſtatorum voluntatibus obſequatur* =; Præſertim
verò, quoties Teſtator, prout contingit in no- 34
ſtra hypotheſi, jubet, Succeſſores habitare in
ſua ipſius Patria, ut benè proſequitur *Mierez.
loc. citat. nu. 20. & ſeq.*, ibi = *Quod maximè pro-
cederet, ubi quis gravaret Succeſſores, ut in pro-
pria Teſtatoris Patria habitarent, quæ eſt dulciſ-
ſima, & ad eam Teſtator magnum præſumitur ha-* 35
bere affectionem, leg. qui habebat ff. de legat. 3. =
Quibus ita conſtitutis, non officit *Text. in leg.
Titio centum 71. §. Titio centum il 2. ff. de condit.
& demonſtr.*, in contrarium allegatus; ille nam-
que locum ſibi vindicat in caſu, quo conditio,
ſeù præceptum habitandi in certo loco nullius
com-

commodum reſpicit, nullius utilitatem; At
aliter res ſe habet, quando talis conditio,
tale præceptum injunctum fuit in alicujus com-
modum, & favorem, ut optimè ibidem de-
clarant *Bartol. ſub num.* 4., verbis illis = *Ulti-
mò nota, quod non poteſt alicui conſtitui do-*
37 *micilium, ut in certo loco habitet, & hoc eſt
verum, niſi ſit in commodum alicujus, ſicut,
ſi dico: relinquo Uxori meæ quoad ſteterit cum
filiis ſuis, & ſic hic poſſet legari, donec ha-
bitaverit in tali loco cum tali, nam in favo-
rem illius videtur hoc dictum* =, *Paul. de Caſtr.
in hæc verba = Conditio, vel modus auferens*
38 *libertatem, reijcitur, præterquam in Libertis Te-
ſtatoris. Opponitur de legat.* 2., *ubi conditio,
ne umqaam à Liberis recedat, non reijcitur.
Solv. ibi tendebat in utilitatem Liberorum;
hic in nullius, &c. Ruin. conſil.* 203. *numer.* 5.
lib. 1., *Simon. de Præt. de interpr. ultim. vo-*
39 *lunt. dubit.* 8. *numer.* 54. *fol.* 396., *Mierez
de majorat. dict. part.* 1. *quæſt.* 57. *numer.*10.,
ibi = *Nec obſtat tent. in leg. Titio centum &c.
quia dicta lex procedit, quandò conditio non
eſt adjecta in alicujus favorem, & nullius in-
tereſt* =.

Ex quibus occurritur illi alteri objectioni,
quâ dicebatur, quod in caſu noſtro res ſit de
nudo præcepto; nam, cum Teſtator expreſ-
ſis, difertiſque verbis profeſſus fuerit, ſe ità
diſponere, ut Loca pia, & pauperes domum
ſuam tamquam tutiſſimum portum adire, &
ab herede, eorum neceſſitates, calamitateſ-
que inſpectante, conſequi poſſent certa ſubſi-
dia, opportunumque levamen, hoc qui-
dem dici nullo pacto poteſt nudum præcep-
40 tum, quale ità demùm appellatur, ſi cau-
ſam non exprimat, propter quam aliquid fie-
ri, vel non fieri debeat, ut inquit *Martia-
nus Juris conſultus in leg. filiusfamil.* 118. *§.*
41 *Divi il ſecondo in princip. ff. de legat.* 2.; ſed
dicendum omninò eſt præceptum veſtitum,
quod ſanctè, religioſèque ſervandum eſt, ut
proſequitur *in dict. leg. filiusfamil. dict. §. Di-
vi*, *verbis illis = Quòd ſi Liberis, aut poſteris,
aut Libertis, aut heredibus, aut aliis quibuſ-
dam perſonis conſulentes ejuſmodi voluntatem
ſignificarent, ſervandam eam eſſe* = Non omit-
tendo etiam, quod nudum præceptum nul-
lius roboris eſt, & efficaciæ, quandò agi-
tur de Legato, quod ad Legatarium tranſit
ipſo jure; ſecus, ſi præſtandum ſit de manu he-
redis, ut egregiè docet *Bartol. in dict. leg. Ti-
tio centum in princip. numer.* 2. *ff. de condition.,
& demonſtrat.*, ibi = *Sed licèt Teſtator habuerit
affectionem, quare propter hoc prohibetur alie-
nare? reſp. Intelligo ſic, quod dicit: nudum
præceptum de non alienando non valet, eſt ve-*
42 *rum, ubi Legatum tranſit ad Legatarium ipſo
jure, & ita loquitur leg. filiusfamil. §. Di-
vi ſuprà de legat.* 1., *& leg. Pater §. Ju-
lius Agrippa ſuprà de legat.* 3., *ſed ubi non
tranſiret ipſo jure, ſed debet præſtari de ma-*
43 *nu heredis, tunc Legatarius non debet habere,
niſi caveat de non alienando, ut hic, & vide-
tur caſus in lib.* 3. *§. final. ſuprà de condit., &
demonſtr.* =

Nilque turbat, quod in caſu contraventio-
nis non fuerit expreſſim indicta pœna caducita-
tis, nec ulla facta ſubſtitutio; Pro ſubmoven-
da namque iſtiuſmodi contraria animadverſio-
ne ſatis eſt dicere; quod Lex ipſa, Teſtato- 44
rum voluntati favens, præcipit, ut ea, quæ à
morientibus diſpoſita ſunt, & quidem vel in
ſui ipſorum, vel in alicujus tertii utilitatem,
plenum exitum, effectumque ſortiri debeant,
ità quidem, ut contravenientes, ex mera juris
cenſura, commodis omnibus, omnibuſque e- 45
molumentis, ex teſtamento delatis, excludan-
tur, tametſi Teſtator pœnam privationis lite-
raliter non irrogaverit, prout ſancitur in *§. Si
quis autem non implent Authen. de hered., &
falcid.*, ex qua ſumpta eſt *Authen. hoc am-
pliùs Cod. de Fideicommiſ.*, ut benè ex his
juribus ad rem noſtram concludunt *Pariſ.
conſ.* 1. *numer.* 68. *lib.* 1., *Fuſar. de ſubſtitut.
quæſt.* 582. *num.* 2., *Theſaur. quæſt. foren. lib.*
1. *quæſt.* 34. *nu.* 13., *& ſeqq.*, *Ciarlin. contr.*
43. *per tot.*, *& contr.* 126. *num.* 26., *& ſeqq.*,
Barry de ſucceſſ. lib. 17. *titul.* 18. *num.* 2., *&
ſeqq.*, *Cardin. de Luca de Fideicommiſ. diſc.* 7.
num. 13., *diſc.* 13. *num.* 18., *diſc.* 14. *num.* 8.,
& in ſumm. numer. 348., *Urceol. conſult.* 84.
numer. 23., *Palm. Nep. allegat.* 45. *num.*34.,
Rot. deciſ. 437. *numer.* 4. *part.* 14. *recent.*,
coram Emerix jun. deciſ. 1059. *num.* 15., *in
Mantiſſ. ad Cardin. de Luca de Fideicommiſ.
deciſ.* 48. *numer.* 20., *in Romana Fideicommiſſi
de Avila* 1. *Martii* 1694. *§. Non obſiſtente
coram bon. mem. Muto*, *in Romana Legati de
Carolis* 20. *Januarii* 1712. *§. Tot autem cor.
Priola.*

Auctoritates verò, quotquot in contrarium
afferi poſſunt, vel procedunt ſecundùm jura
Codicis, quorum vigore numquam heres he- 46
reditate privabatur ob non adimpletum te-
ſtantis judicium, niſi id expreſsè dictum fuiſ-
ſet; id quod poſteà innovatum, correctumque
fuit jure Authenticorum, ut præcisè reſpon-
det *Molin. de Primogen. Hiſpan. lib.* 2. *cap.*
14. *numer.* 16.; Vel locum ſibi fortaſsè vin-
dicare poterunt in caſu, quo agatur de nu- 47
da prohibitione, vel heredis tantùm, vel nul-
lius favorem reſpiciente; ſecus autem, ſi ſer-
mo ſit de onere, vel prohibitione, commo-
dum, utilitatemque Teſtatoris, aut alicu-
jus tertii continente, ut benè declarat *Ro-
ta in Mantiſs. ad Cardin. de Luca de Fideicomm.
deciſ.* 48. *num.*20., ibi = *Prout nec ex ea, quod
nulla fuerit in caſu contraventionis adjecta pœna,
ſive caducitas, quaſi quod, iſtâ ceſſante, onus
reſolvatur in merum conſilium; quia adverſus
contravenientes voluntatibus Defunctorum ſatis
jam in jure ſtatuta reperitur pœna privationis, ad
text. in Authen. Hoc amplius cod. de fideicom. &c.
Non attentis auctoritatibus in contrarium lau-
datis, quæ loquuntur in terminis nudæ prohibi-*

tionis alienationis, non autem in terminis ulterius oneris, ſive precepti tangentis favorem Teſtatoris, conſervationem ſcilicet ejus familiæ, &
48 *agnationis* = ; Quod ſane commodum, utilitaſque Teſtatoris non deficit in onere controverſo, quod injunctum fuit ob cauſam reſpicientem favorem Animæ Teſtatoris, quâ nemo antiquius quidpiam, quidpiam clarius habet, cum qua nullum commodum pecuniarium comparari poteſt, ut benè in puncto tradit *Molin. de Primogenit. Hiſpan. lib. 2. cap. 14. num. 15.*, ubi præcise de eleemoſynarum erogatione.

Extremum illud eſt, ut videamus, quomodo onus iſtud habitandi in Civitate Ave-
49 nionenſi implendum ſit? Qua quidem in re, ut brevi nos expediamus, contenti erimus verbis *Mierez. de Majorat. part. 1. quæſt. 57.*
50 *numer. 77.*, ſic loquentis = *Prætereà eſt notandum, quod gravatus habitare in aliquo loco, tenetur ſemper habitare, ita, quod non ſufficit, quod aliquo tempore habitet, & poſtea ſe transferat ad habitandum in alium locum* = ; habitare autem quis dicitur in loco, ubi habet uxorem, filios, & familiam, *Mierez. loc. mox citat. numer. 79.*; Verumtamen
51 onus iſtud tàm rigidè accipiendum non eſt, ut heres, ſive fideicommiſſarius, tamquam ſervus adſcriptitius, alligatus cenſeri debeat ſolo Civitatis, à Teſtatore deſignatæ; gravatus enim habitare in aliquo loco, ſi habitet ma-
52 jore parte anni, Defuncti judicio ſatisfacere, firmat *Bartol. in leg. cum de Lanionis §. Sabinus ff. de fund. inſtruct.*, *Rebuff. in leg. In lege cenſoria 203. §. Igitur fol. 896. ff. de V. S.*, *Mierez. de Majorat. dict. part. 1. quæſt. 57.*
53 *numer. 97.*; Immò verò habitans partem temporis dumtaxat, totum tempus habitaſſe videtur, quandò ex ea temporis parte idem productus fuit effectus, qui ex toto tempore reſultare potuiſſet, prout ex *Cephal. conſil. 80. numer. 7., & ſeqq.* tradit *Mierez. loc. mox allegat.*, ſubdens etiam *numer. 98.* ſententiam nonnullorum affirmantium, quod quis habitare dicatur in aliquo loco, ſi ibi larem, & familiam retineat, etiamſi abſit ab illo loco. Et rectè quidem, quia domicilium deſeri non dicitur, ſi quis aliò ſe transferat ſtudiorum cauſſâ, aut mercaturæ, aut di-
54 gnitatis, aut litis, aut liberalioris educationis, aut aliquâ aliâ juſtâ de cauſa, ut præcisè ad effectum non incurrendi pœnam caducitatis firmat *Rot. in recent. part. 8. deciſ.*
55 *270. num. 14., 15., & 16.*, quo loci inquit etiam, juſto Judicis arbitrio declarari, atque
56 reſtringi effrænatam, indiſcretamque Teſtatorum voluntatem.

* * *

Florentina Fideicommiſſi.

Primogenitura, cujus inſtituendæ pro *deſcendentiá* ſuperſtite = *in mancanza de ſuoi figliuoli, o loro diſcendenti maſchi, cioè quando ſi riduceſſe in una ſol linea ſopravivente* = facultatem Pater ſibi reſervaverat in donatione inter vivos factâ uni ex filiis, ejuſque deſcendentibus, adjectâ in eorum favorem perpetui fideicommiſſi lege, & quam deinde idem Pater in teſtamento inſtituit pro *deſcendentiá*, ſeu lineâ ſuperſtite =, *quando mancaſſero li detti ſuoi figliuoli, e che il detto fideicommiſſo da lui ordinato reſtaſſe in una ſol linea*, locum non obtinet, ſtatim, ac, mortuo altero Teſtatoris filio, unus ſuperſit, ſed poſtea quam Liberi omnes, ac deſcendentes filiorum Teſtatoris ad unicam perſonam fuerint redacti.

VOTUM XXXI.

1 *Lineam propriam quilibet ex filiis vocatis conſtituit.*
2 *Unicam lineam ſupereſſe dici nequit, exiſtentibus pluribus filiis alicujus, ad fideicommiſſum vocatis.*
3 *Primogenialia nondum fiunt Bona, inter quatuor diviſa, eâ lege, ut in ultimo ab illis deſcendente efficerentur primogenialia, dum non unus, ſed plures ſuperſunt.*
4 *Linea nomen coerceri non debet ad perſonas filiorum primò vocatorum.*
5 *Linea filiorum primò vocatorum non ab ipſis, ſed ab eorum filiis initium ſumit.*
6 *Linea numquam incipit ab ea perſona, cujus linea eſſe dicitur.*
7 *Linea eſt collectio plurium perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, diverſos gradus continens, & numeros diſtinguens.*
8 *Linea non primos heredes inſtitutos, ſed eorum deſcendentes in infinitum comprehendit.*
9 *Ex verbis teſtamenti maximum veritatis teſtimonium eruitur.*
10 *In unicam lineam, quod prædium redigatur, dici nequit, mortuo Teſtatoris filio ad fideicommiſſum non vocato.*
11 *In unicam lineam redigi Bona, filio, ejuſque Deſcendentibus relicta, id ſignificat, ut priùs Bona ingrediantur in lineam filii, & deindè diviſa in plures lineas ſubalternas, rurſus in unam confluant.*
12 *Conditioni, ut locum faciat, qui fato jam ceſſit, impoſſibile eſt.*
13 *Primogenituræ conditionem per mortem unius ex filiis immediatis exiſtere noluiſſe dicendus eſt Teſtator, qui defeciſſe ſuppoſuit non ſolùm filios, ſed etiam eorum Deſcendentes.*
14 *Filios ſupereſſe uno eodemque tempore, qua uderunt ab iis deſcendentes, inveriſimile eſt.*
15 *Teſtator primogenituram inſtituens in* deſcendentia *filiorum, quæ ſupereſſet, nec nomi-*
ne

Digitized by Google

ne lineæ antea expreſſæ de filiis immediatis, nec nomine deſcendentiæ *de filiis filiorum ſenſiſſe dicendus eſt.*

16 Deſcendentiæ *nomen Teſtator non adhibuiſſet, ſi de filiis filiorum ſenſiſſet, ſed faciliùs expreſſiſſet filios filiorum.*

17 *Primogenialia effici Bona donata filio, ejuſque Deſcendentibus cum onere perpetui fideicommiſſi, quoties perſonæ vocatæ ſuperſunt, abſonum eſt.*

18 *Contradictio in uno, eodemque actu ferenda non eſt.*

19 *Juſpatronatus in uno eodemque actu in perpetuum pro familiâ, & Deſcendentibus Fundatoris conſtitui, & poſtea reſtringi ad filios legitimos, & naturales ſui filii, admittendum non eſt.*

20 *Diſponens, quæ in eodem actu expreſſit, ea omnia ſtatim corrigere voluiſſe præſumendus non eſt.*

21 *Fideicommiſſum perpetuitatem temporis, reſpiciens, in ipſo principio intercidere dicendum non eſt.*

22 *Superfluitas potiùs, quàm inſtantanea correctio præſumitur.*

23 *Præſertim, ſi ex correctione induci velit primogenitura.*

24 *Primogenitura, veluti juri communi contraria, odioſa eſt, & reſtringenda.*

25 *Contra fratrem, primogenituræ jure Bona ſibi vindicantem, in dubio reſpondendum eſt.*

26 *Primogenituræ tempus dubium conciliari omnino debet cum præcedenti claro fideicommiſſo.*

27 *Fideicommiſſum, quoties clarum eſt, cum eo concilianda eſt altera diſpoſitio dubia & obſcura, vel effectu carere debet.*

28 *Filios poſt obitum Patris ad fideicommiſſum admitti, eoſque poſtea per mortem Patrui à Primogenito excludi, abſonum eſt.*

29 *Succeſſionis retrogradatio non admittitur.*

30 *Succeſſio, quæ ſemel in lineam ingreſſa eſt, in eâ, donec penitus defecerit, perſeverare debet.*

31 *Pro exiſtente in linea jam admiſſa, in dubio reſpondendum eſt.*

32 *Res ex eventis metienda non eſt.*

33 *Voluntatem diſponentis, ut aſſequamur, non eventus, ſed, quod poterat evenire, ſpectandum eſt.*

34 *Diſpoſitio ita intelligenda eſt, ne aliquid abſurdi contineat.*

35 *Primogenituræ erigendæ reſervatio, in eum caſum collata, quo unica linea ſupereſſet, non reſpicit caſum, quo unicus dumtaxat filius, vivente Donatore ſupereſſet.*

36 *Pater filiorum mortem abominatur.*

37 *Patris votum eſt, ut filios habeat ſuperſtites.*

38 *Naturæ ordo turbari dicitur, quoties Pater filio ſuperſtes eſt.*

39 *De triſti filiorum obitu Donatorem cogitaſſe, credi vix poteſt.*

40 *Lineas à filiis inſtitutis promanantes in mente habuit, diſponens in caſum, quo unica linea ſupereſſet.*

41 *Teſtator non ſuperſtitem lineam filiorum, ſed filios ſuperſtitis filii nominatim appellaſſet, ſi diſponere voluiſſet in caſum filii ſui præmorientis.*

42 *Ex donatione facta filiis, & eorum Deſcendentibus, plenum jus iis adquiritur.*

43 *Donationes tot eſſe dicuntur, quot ſunt perſonæ contemplatæ.*

44 *Fideicommiſſum in actu inter vivos conſtitutum, reſtringi, aut everti non poteſt.*

45 *Vocatio perſonarum contentarum in fideicommiſſo, per donationem inter vivos conſtitato, ad Maſculos ex Maſculis reſtringi nequit.*

46 *Tametſi Donans facultatem ſibi reſervaverit rem melius ordinandi, explicandique.*

47 *Facultas Donatori reſervata rem meliùs ordinandi, explicandique, refertur ad accidentalia diſpoſitionis, non ad ejus ſubſtantiam.*

48 *Non autem continet facultatem novas perſonas adijciendi, vel jam vocatas excludendi.*

49 *Donatoris voluntatem ab ejus poteſtate metiri poſſumus.*

50 *Teſtamentum poſterius ab antecedenti donatione interpretationem recipit.*

51 *Subſequentia ab antecedentibus perfectis declarantur.*

52 *Quælibet interpretatio capienda eſt, per quam teſtamentum & donatio priùs facta concilientur.*

53 *Vocatâ ultimâ deſcendentiâ, ſpes ſuccedendi non aliis prodeſſe poteſt, quàm qui ex omnibus ſuperſtes erit.*

54 *Verbum* deſcendenza *plures, & infinitos gradus continet.*

55 *Subſtitutio Primogeniti ex linea ſuperſtite poſt eum, qui ultimo moreretur, locum non habet, niſi lineæ omnes primorum heredum ad unicam perſonam redactæ ſint.*

56 *Sequens verò ſubſtitutio ſecundogeniti, & tertiogeniti, eorumque deſcendentium primogenitorum intelligenda eſt de deſcendentibus à Primogenito perſonæ ſuperſtitis ex lineis omnibus primorum heredum.*

57 *Primogenituræ natura eſt, ut, defectâ primogeniti lineâ, ſuccedat ſecundogenitus, & deindè tertiogenitus.*

58 *Fideicommiſſum in eâdem donatione conſtitui, & abrogari, credendum non eſt.*


59 *Voluntatis Defuncti quæſtio in æſtimatione Judicis poſita eſt.*

60 *Fideicommiſſum an adſit necne, juriſconſulti partes ſunt judicare.*

61 *Fideicommiſſum, quando non adeſt, heredis confeſſione, ac declaratione non inducitur.*

62 *Fideicommiſſum, quando adeſt, heredis confeſſione non excluditur.*

63 *Fideicommiſſum heredis gravati facto non excluditur.*



BOn. mem. Bajulivus Julius Puccius donavit inter vivos Marchioni Roberto filio, ejuſque Deſcendentibus maſculis per lineam rectam maſculinam quamplura Bona, inter quæ prædium nuncupatum *Granajolo*, ſibique reſervavit facultatem diſponendi favore Laurentii alterius filii de fundo Montopolitano, aliiſque Bonis, ita tamen, ut tàm hæc, quàm illa donata Roberto, obnoxia remanerent perpetuo, ſucceſſivoque fideicommiſſo favore filiorum, eorumque Deſcendentium maſculorum per lineam maſculinam; Rursùs, ſi ob defectum filiorum, ac Deſcendentium maſculorum prædium *di Granajolo* redigeretur in unicam lineam, & in unica linea coaleſceret, reſervavit ſibi facultatem illud perpetuæ primogenituræ ſubjiciendi favore lineæ, ac deſcendentiæ, quæ ex ſuis filiis ſuperſtes eſſet, verbis illis = *Di più ſi riſervò di ridurre la poſſeſſione di Granajolo in mancanza de ſuoi Signori Figlioli, e loro deſcendenti maſchi, cioè quando ſi riduceſſe in una ſol linea ſopravivente, di ſottoporre la poſſeſſione di Granajolo ad una perpetua primogenitura in quella deſcendenza, che ſarà ſopravivente* =.

In executionem iſtiuſmodì reſervationis prædictus Bajulius Julius ſuum deindè condidit teſtamentum, in quo heredes inſtituit tàm Marchionem Robertum in rebus ipſi donatis, quàm Laurentium in aliis Bonis, ordinando inter eos, eorumque Deſcendentes perpetuum, reciprocumque fideicommiſſum, ſubdens poſtmodum in hæc verba = *E perchè detto Signor Teſtatore vuol dimoſtrare il detto ſuo deſiderio, che hà, quando mancaſſero li detti ſuoi Signori Figlioli, e che il detto fideicommiſſo da lui ordinato reſtaſſe in una ſol linea per mancanza dell' altre, che la detta ſua poſſeſſione di Granajolo paſſi nell' ultima deſcendenza ſopravivente per ordine di primogenitura; perciò, non oſtante quanto ſopra, il detto Signor Teſtatore nella detta ultima linea ſopravivente delli detti ſuoi Signori Figlioli ordinò, & ordina una perpetua Primogenitura durante la detta linea &c.* =

Defuncto abſque filiis, & Deſcendentibus Laurentio, omnia ejus Bona vigore reciprocæ ſubſtitutionis conſolidata ſunt in perſona Marchionis Roberti, qui exiſtimans, veniſſe tempus erectioni primogenituræ deſtinatum, declaravit, poſſeſſionem *di Granajolo* ad D. Marchionem Julium filium ſuum primogenitum pertinere debere. At verò, cum id in maximum fratrum ſecundo, & ultra genitorum præjudicium redundet, iidem Fratres me humaniſſimè requiſiverunt, ut examinatis contrariis fundamentis, ſententiam meam pro veritate dicere velim, an ſcilicet in præſentiarum primogenituræ factus jam locus reverâ dici debeat? Quamobrem totâ re ſedulo ſtudio perſpectâ arbitrarer, in ſubjecta hypotheſi primogenituræ haudquaquam locum factum eſſe, proindeque poſſeſſionem prædictam eſſe a Primogenito percipiendam, ſed familiæ erciſcundæ judicio dividendam.

Et ſanè, cum, inſpectâ literâ, ac tenore donationis, erectio primogenituræ reſervata fuerit in defectum filiorum, ac Deſcendentium,
quando ſcilicet poſſeſſio *di Granajolo* in unicam
dumtaxat lineam confluxiſſet, hinc ſequitur,
quod, cum exiſtant filii Roberti, & quidem nu-
mero quatuor, quorum quilibet propriam li- 1
neam conſtituit, ad tradita per *Menoch. conſ. 326.*
num. 84., Coſt. conſ. 67. num. 5. 32., & ſeq. lib. 1.,
Molin. de Primogen. Hiſpan. lib. 3. cap. 6. numer.
31., Mierez. de majorat. part. 2. quæſt. 7. num.
43., Robles de repræſent. lib. 2. cap. 30. num. 40.
& 41., & lib. 3. cap. 4. nu. 6., & ſeqq., Caſtill.
quotid. jur. contr. lib. 3. cap. 19. num. 95., Tondut.
reſolut. civil. cap. 89. num. 6., & ſeqq., Giurb. de
feud. §. 2. gloſſ. 10. num. 46., & ſeq., Gratian.
diſcept. 456. num. 19., Roſa conſult. 69. numer.
177., Fontanell. deciſ. 34. num. 12., & ſeqq.,
Rota Lucen. apud Torr. de Primogen. Ital. deciſ.
33. num. 50., Rota in Firmana Primogenituræ
ſuper tranſactione 26. Junii 1713. §. penult.
coram R.P.D. Criſpo, dici nequit adveniſſe jam
Deſcendentium defectus, & prædicta poſſeſſio
redacta ad unicam tantùm lineam, ideòque non-
dum extitit erigendæ primogenituræ conditio, 2
ad *Text. in leg. ex facto §. Si quis autem ff. ad Se-*
nat. Conſult. Trebell., leg. unic. §. Sin autem Cod.
de caduc. tollen., Rota coram Coccin. deciſ. 1830.
num. 1., coram Carill. deciſ. 266. num. 21., &
ſeq., coram Priol. deciſ. 251. num. 1., & ſeqq., in
recent. deciſ. 276. num. 23., & deciſ. 524. numer.
10. part. 18. ad ornat. Cardin. de Luca de fidei-
com-

Digitized by Google

commiſ. deciſ.14. num.24., in Bononien. fideicom-
miſſi de Griſonibus 4. Julii 1704. §. Juſtitia in
princip. coram bon. mem. Omanna, & in præci-
cis terminis, quod Bona inter quatuor diviſa eâ
lege, ut in ultimo ab illis deſcendente effice-
3 rentur primogenialia, talia evadere non poſ-
ſint, dum non unus, ſed plures ſuperſunt, &
interim æquis portionibus dividenda ſint, di-
xit noviſſimè Rota in Firmana Primogenitu-
ræ ſuper Bonis poſſeſſis per Adamos 5. Februa-
rii 1714. §. Cum etenim, & ſeqq. coram R.P.
D. Lancetta.

Fruſtrà verò controverſa poſſeſſio in unica
dumtaxat linea reſediſſe contenderetur ex eo,
quod ob præmorientiam Laurentii abſque filiis,
& Deſcendentibus univerſum fideicommiſſum
conſolidatum fuerit in Roberto; talis namque
interpretatio adverſatur tùm menti juris, tum
etiam voluntati diſponentis; Porrò, ſi ſpecte-
mus mentem juris, & verum, germanumque
ſenſum verbi = linea = ad veriores legales regu-
4 las redigamus, nullâ juſtâ ratione ejus verbi ſi-
gnificationem reſtringere poſſumus ad perſo-
nas immediatas filiorum primò vocatorum,
5 dum horum linea non ab ipſis, ſed ab eorum fi-
liis initium, exordiumque ſumit, prout con-
corditer obſervant Anton. Fabr. de error. prag-
matic. decad. 28. error. 10. num. 13. ibi = Quia
linea numquam incipit ab ea perſona, cujus linea
6 eſſe dicitur, ſed ab ejus perſona, aut filio, aut
filia, ſitque linea maſculina per filium, exem-
pli gratiâ, ſi de Titii linea maſculina tractemus,
non à Titio inchoanda erit linea, ſed ab ejus fi-
lio, ſi quem habeat maſculum =, Riminald. Jun.
conſ. 113. num.27., & 28., Ger. Spin. conſ.12.
num.1., & conſ.15. pariter numer.1., ibi = Quia
lineæ dictorum filiorum non incipiunt ab ipſiſmet
filiis, ſed à filiis dictorum filiorum, cum notum
ſit, quod linea alicujus non à ſe ipſa, ſed à ſuis
filiis incipit = Schrader. de feud. cap. 7. concluſ.
37. num.7., Fachin. controv. jur. lib.11. cap.25.
§. Ceterum, Cyriac. controv.365. num.27., Torr.
de Primogenit. Ital. part.1. cap.5. num.56., Fon-
tanell. deciſ. 34. num. 12., Rota in recent. deciſ.
575. numer.3. part.19., & in Lucana Fideicom-
miſſi 14. Decembris 1708. §. Res tamen coram
Reverendiſſimo Kaunitz Epiſcopo Labacen., Ob
eam nempè rationem, quod, cum linea ſit col-
lectio plurium perſonarum ab eodem ſtipite
7 deſcendentium, diverſos gradus continens, &
numeros diſtinguens, juxtà definitionem Joan.
Andr. relatam per Baldum conſ.334. num.9. lib.
3., Cyriac. controv. 365. num. 25., Sybil. de
gradibus cognat. part. 3. cap. 3. quæſt. 1., Rota
coram Dunozet. Jun. deciſ. 983. num.6., coram
Arguell. deciſ. 28. num. 47., coram Zaratt. de-
ciſ. 15. numer.4., coram Cardin. Celſ. deciſ.181.
num.18., in recent. deciſ.53. num.4. part. 12., in
Fanen. Fideicommiſſi 22. Junii 1705. §. Rurſus
in fin. coram bon. mem. Omanna, & in dicta Lu-
cana Fideicommiſſi 14. Decembris 1708. §. Aſ-
ſumptum verſ. magiſque coram Reverendiſſimo
Kaunitz, intellig. proindè nequeat abſque lon-
gitudine, & tractu ſucceſſivo, comprehendente
non primos heredes inſtitutos, ſed ulteriores 8
deſcendentes in infinitum, Randenſ.conſ.17.num.
118. lib.1., Peregrin. ſic Fideicommiſ. artic. 19.
num. 16. ad fin. verſ. adeout, Rota Lucen. apud
Torr. de primogenit. Ital. tom.3., deciſ. 33. num.
47., Rot. in recent. deciſ.164. num.5., & deciſ.
690. numer. 20. part. 18., in Bononien. Fidei-
commiſſi de Bargellinis 4. Maii 1699. §. Ad im-
pediendum coram Pio, in dicto Lucana Fidei-
commiſſi 14. Decembris 1708. dicto §. Aſſump-
tum coram Reverendiſſimo Kaunitz, confirma-
ta 1. Julii 1709. §. Præſuppoſita coram Eminen-
tiſſimo Dom. Cardin. Scotto, & latè in Romana
Fideicommiſſi de Palumbaria prima Decembris
1710. §. Quin ſubſiſtat coram R. P. D. Al-
drovando.

Verum enim verò, tametſi ſatis vehementer
urgeat mens, & ratio juris, longè tamen plu-
ris valet mens, & voluntas diſponentis, elicita
tùm ex verbis, quibus concepta legitur diſpoſi-
tio, tùm etiam ex argumentis, ac conjecturis
illam ſummoperè coadjuvantibus; Si enim res
ſit de verbis, ex quibus maximum, loculentiſ-
ſimumque veritatis teſtimonium erui, tradit
Bald. in leg. generaliter 13. in primo notab. Cod. 9
de non num. pecun., Profectò, cum, diſponens,
primogenituræ erectionem reſervaverit in caſu,
quo prædium controverſum = ſi riduceſſe in una
ſol linea = non videtur ſufficere ad hunc effe-
ctum voluiſſe præmorientiam Laurentii, ac ſu- 10
perexiſtentiam Roberti, quia, cum mox dictum
prædium relictum non fuiſſet Laurentio, per hu-
jus obitum illud non redigebatur in unicam li-
neam, ſed perſeverabat, ac permanebat in Ro-
berto, cui dumtaxat ab initio relictum fuerat;
Verbum namque illud = ſi riduceſſe = latinè = re-
digeretur = apertè oſtendit, poſſeſſionem, de 11
qua agitur, ingredi priùs, ac radicari debuiſſe
in linea Roberti, & poſtquam diviſa, ac ſpar-
ſa fuiſſet in varios columnellos, ſeù lineas ſub-
alternas, poſtmodum in unicam dumtaxat de-
buiſſe confluere, atque coaleſcere, prout ele-
gans ad id videtur eſſe locus Romani Oratoris
action. 5. in Verrem, ibi = Quam omnis frumenti
copia decumarum nomine penes iſtum eſſet reda-
cta =, & infra = Quibus rebus tanta pecunia una
in domo coacervata eſt, ut, ſi hoc genus in unum
redigatur, non ſit pecunia Populo Romano defu-
tura, & de ſimili verbo advertit Rota in Roma-
na, ſeù Nicien. fideicommiſſi 6. Martii 1713. §.
Quam profectò in princ. coram Falconerio, con-
firmata 19. Junii ejuſdem anni §. Tantòque magis
coram eodem.

Rurſùs, ſi Donator defeciſſe jam ſuppoſuit fi-
lios ſuos, ibi = in mancanza de ſuoi Signori Figli-
uoli =, quonam colore, aut quâ juſtâ ratione
primogenituræ erectionem pendere voluiſſe cen-
ſendus eſt à ſuperexiſtentia unius ex iſtis, cum 12
impoſſibile omninò ſit per rerum naturam,
quod, qui jam fato ceſſit, locum faciat alicui
conditioni tamquam ſupervivens, per ea, quæ
notarunt Alexand. conſ.123. num.2. lib.1., Dec.
conſ.

Digitized by Google

*conſ.*443. *num.*15., *Soccin. ſen. conſ.* 88. *num.* 1.
lib. 1., *Mandell. Alb. conſ.* 60. *num.*11., *Surd.*
*conſ.*403. *num.* 57. *& ſeqq.*, *Rot. ad o natam*
Cardin. de Luca de Fideicommiſ. deciſ. 1. *num.*7.
9. *&* 10.; Immò verò ſi defeciſſe ſuppoſuit non
ſolum filios, verùm etiam deſcendentes à filiis,
13 ibi = *In mancanza de ſuoi Signori Figlioli, e loro*
deſcendenti = Ex hoc magis, magiſque confir-
matur, noluiſſe, primogenituræ erigendæ con-
ditionem exiſtere per ſuperexiſtentiam unius ex
filiis ſuis immediatis, quos ſi non impoſſibile,
at certè inveriſimile admodum erat ſupereſſe
14 poſſe uno, eodemque tempore, quo aderant
deſcendentes ab iiſdem, ut conſiderant *Giova-*
gnon. reſp. 12. *num.* 1. *lib.* 1., *Peregrin. de Fi-*
deicommiſ. artic. 22. *num.* 50., *Rota in Aqui-*
penden., ſeù Montis Faliſci fideicommiſſi 11.
Martii 1705. *§. Hactenus coram Cardin. Capra-*
ra, in Romana Fideicommiſſi de Alveris ſuper
reſervatis 19. *Junii* 1711. *§. Sed quæſtionis co-*
ram Criſpo, confirmata 14. *Martii* 1712. *§. Fru-*
ſtrà verò coram Eminentiſſimo Dom. Card. Prio-
la; Quibus denique accedit, quod, cum Dona-
tor primogenituram ordinaverit = *in quella de-*
15 *ſcendenza, che ſarà ſopravivente di detti ſuoi*
Signori Figlioli =, non videtur nomine lineæ ſu-
periùs expreſſæ, comprehendere voluiſſe filios
ſuos immediatos, nec nomine deſcendentiæ in-
feriùs indigitatæ ſenſiſſe de filiis filiorum, quo-
rum reſpectu non genericum illud, & indefini-
16 tum verbum *deſcendentiæ*, ſed illud aliud preſ-
ſiùs, arctiuſque *filiorum ex filii* adhibuiſſet, ut
optimè ponderat *Barz. deciſ. Bonon.*4. *num.*14.,
18. ibi = *Nam ſi Donatrix de filiis filiorum intel-*
lexiſſet, nihil erat faciliùs ſecundùm communem
formulam, quam dicere = ſi filii filiorum deceſſe-
rint ſinè filiis = *Rota in Perusina fideicommiſſi* 20.
Februarii 1713. *§. Nec pariter coram Falcone-*
rio, ibi = *Immò ex ipſa generali vocatione Deſcen-*
dentium excluditur reſtrictio ad certos gradus
nativitatis =.

At verò, ſi expendantur conjecturæ, atque ar-
gumenta omnia in caſu noſtro concurrentia cla-
rius, quàm nos dicendo verbis explicare poſſi-
mus, apparebit, Donatorem ad effectum, de
quo agitur, minimè cogitaſſe, de ſuperexiſten-
17 tia unius ex filiis ſuis immediatis. Et ſane ſi Ba-
julivus Julius donavit controverſam poſſeſſio-
nem Roberto, ejuſque filiis, ac Deſcendentibus
maſculis, eorumque favore perpetuum, pro-
greſſivumque fideicommiſſum ordinavit, nemo
recto ſenſu præditus affirmare umquam poterit,
quod, dum exiſterent perſonæ vocatæ, Deſcen-
dentes nempè Roberti, in eorum præjudicium
prædictam poſſeſſionem voluerit effici poſſe
primogenialem; alioquin enim admitteremus
contrarietatem, contradictionemque in eodem
18 actu, eodemque momento, haudquaquam fe-
rendam, prout ex *Textu in leg. non ad ea ff. de*
condition., & demonſtrat., *& leg. talis ſcriptu-*
*ra ff. de legat.*1. tradunt *Alexand. conſ.* 59. *num.*
21. *verſ. non obſtat lib.* 3., *Peregrin. conſ.* 38.
*num.*4. *& ſeq.*, *& conſ.*113. *numer.* 9. *verſ. nec*
*apud lib.*3., *Bellon. Jun. conſ.*1. *num.*113. *verſ.*
verùm ſolummodò, *Gratian. diſcept.*648. *num.*8.,
ibi = *maximè, quia ſequeretur abſurdum, quod in* 19
eodem actu, & incontinenti, & in eadem oratio-
ne fundaretur Juſpatronatus in perpetuum pro fa-
milia, & Deſcendentibus ipſius Fundatoris, &
ad eorum præſentationem perpetuam, & poſtea
reſtringeretur ſolùm ad filios legitimos, & natu-
rales ſui filii, & ſic daretur correctio incontinen-
ti, & contradictio in eodem puncto, quæ tamen
non debet admitti, ideò potiùs eſt facienda inter-
pretatio, ne præcedentia corrigantur, ut verifi-
centur narrata in deſcendentibus, ad hoc, ut
poſſit dici perpetua diſpoſitio, prout Fundator ex-
preſſit = *Rota coram Card. Cerro deciſ.*765. *num.*
5., ibi = *nec poteſt ſtare, quod eo momento, quo*
dicit, ſe deſcripturum inferiùs fideicommiſſarios,
eodem momento dicat, ſe ita diſponere, ut ſua diſ-
poſitio tamquam ultima voluntas valeat, & cui-
cumque prævaleat; iſta namque non eſſet pœniten-
tia, nec receſſus à propoſito, ſed manifeſta fatui-
tas, & contradictio, quæ nec præſumenda, nec
admittenda = & *in Firmana Primogenituræ ſu-*
per Bonis poſſeſſis per Adamos 5. *Februarii* 1714.
§. Atque hinc coram Lancetta; Ab omni nam-
que veriſimilitudine, rectæque rationis dicta- 20
mine prorſus abhorret, quod, Diſponens, oblitus
eorum, quæ in ſuperiori proxima periodo ordi-
naverat, ea omnia ſtatim in inferiori corrigere
voluerit, ex deductis per *Rot. in Faventina ere-*
ctionis Collegiatæ 9. *Maii* 1712. *§. Augetur co-*
ram Falconerio, & in Narnien. ſeu Sabinen.
Fideicommiſſi 13. *Februarii* 1713. *§. Atque hinc*
coram Anſaldo, & fideicommiſſum perpetui-
tatem temporis, infinitatemque reſpiciens, in ip- 21
ſo limine, atque principio intercidere, ut be-
nè animadvertunt *Soccin. Jun. conſ.* 136. *num.*
22. *& ſeq. lib.*3., *Fuſar. conſ.*24. *num.*19., *Pe-*
*regrin. de Fideicommiſ. artic.*13. *num.*76. *verſic.*
ſed contra, *Cardin. de Luca eodem tractat. diſc.*
83. *num.*11. *diſc.*86. *num.*7., *& diſc.* 87. *numer.*
6., *Rota coram Emerix jun. deciſ.*1102. *num.*5.,
& 6. *ad ornat. Card. de Luca de Fideicom. deciſ.*
69. *num.*10. *&* 11., *& in Mantiſſ. ad eundem ſub*
*eod. tit. deciſ.*39. *num.*19.

Quod quidem argumentum ſi tanti valet, ut in
concurſu ſuperfluitas potiùs, quàm contrarietas,
& inſtantanea correctio toleretur, juxtà doctri- 22
nam *Baldi in leg. terminato ad fin. Cod. de fruct.*
& lit. expenſ., *Curt. ſen. conſ.*78. *ſub num.*7 *verſ.*
& ſi diceretur, *Fontanell. de pact. nupt. clauſul.*
4. *gloſſ.*25. *num.*15., *Rota coram Seraphin. deciſ.*
1244. *num.*7. *verſ. quia præterquamquod*, *coram*
*Ubald. deciſ.*124. *num.* 21., *& coram Emerix*
jun. deciſ. 1102. *num.*8., quantò magis urgebit
in noſtra hypotheſi, in qua vigore correctionis
induci contenditur primogenitura, quæ tam- 23
quam contraria diſpoſitioni juris communis,
æqualitatem inter fratres expoſcentis, ad *Text.*
in leg. cùm Pater 77. *§. Evictis ff. de legat.*2., *leg.*
Inter liberos Cod. famil. erciſc. leg. Ut liberis Cod.
de collat., *leg. final. Cod. commun. utriuſque Ju-* 24
dic., *leg.*1. *ff. de option. legat. Auth. de trient.*, *&*
ſemiſſ.

Digitized by Google

ſemiſſ. §. Illud, odioſa eſt, & reſtringenda,
teſte Vveſemech. conſ.262. num.8. lib.6., Bur-
ſat. conſ.354. num.6. lib.4., Menoch. conſ.439.
num.5., & 6., Palm. Nep. alleg.311. num.15.;
Ita quidem, ut in dubio reſpondendum ſemper
25 ſit contra fratrem, Bona ſibi jure primogeniture
vindicare contendentem, ut inquit Palma Nep.
loc. mox. citat. num.16.

Ex quibus promanat aliud validiſſimum ar-
gumentum, quo res magis, magiſque confirma-
tur; nàm, ſi fideicommiſſum favore Deſcenden-
tium Roberti eſt clarum, ac literale, tempus
26 autem, quo primogenituræ erectio contingere
debet, dubium eſt, & ambiguum, hinc ſe-
quitur, quod iſtiuſmodi tempus conciliari om-
ninò debeat cum præcedenti fideicommiſſo, ut
nempè illud veniſſe non dicatur, donec adſunt
plures deſcendentes ex filiis inſtitutis, ſed re-
ſtringatur ad caſum, quo unus tantummodò
ſuperſit, Decian. reſponſ.92. num.24. verſ. non
obſtat., & ſeq. lib.1., Dec. conſ.254. num.1.
in fin., Menoch. conſ.1268. num.5., Fuſar. de
ſubſtit. quæſt.720. num.9. verſ. Ego ter conſului
uſque ad nu.12., Mart. Medic. deciſ.35. exam.2.
num 59., Rot. coram Seraphin. deciſ.1244. num.
8., coram Buratt. deciſ.268. num.23., coram
Emerix. jun. deciſ.547. num.14., deciſ 585.
num.8., & deciſ.1327. num.5., in Mantiſſ. ad
Card. de Luc. de fideicomm. deciſ.30. num.10.,
deciſ.31. num.6., deciſ.33. num.9., & 10.,
deciſ.34. num.12., deciſ.35. num.24., in Bonon.
fideicommiſſi de Urſis 10. Maii 1709. §. Præterea
coram Aldrovando; Hanc interpretationem
27 exigente eà Juris noſtri Regulâ, quà traditur,
quod, quoties fideicommiſſum eſt clarum, di-
ſpoſitio autem illius deſtructiva, ſeu limitativa
eſt dubia, atque obſcura, hæc vel concilianda
eſt cum antecedenti fideicommiſſo, vel omni
effectu, atque operatione vacua cenſenda eſt,
juxtà ea, quæ unanimitèr tradunt Peregrin.
conſ.40. num.6. circa fin. lib.2., & de fideicomm.
art.40. num.65., Fachin. contr. jur. lib.4. cap.75.
§. Ego in propoſito verſ. quomodo verò, Gratian.
diſcept.69. num.5., Andreol. contr.29. num.14.
verſ. ulteriùs, Cirocch. diſcept.24. num.16., Ur-
ceol. conſult.86. num.3., & ſeq., Rot. Florent.
apud Palm. Nep. deciſ.176. num.9., & deciſ.
364. num.42., Rot. ad ornat. Card. de Luca de
fideicomm. deciſ.75. num.21., & in Mantiſſ. ad
eundem ſub eodem tit. de fideicom. deciſ.30. num.
7., deciſ.21. num.5., deciſ.32. num.7., deciſ.
33. num.3., deciſ.34. num.13., & deciſ.35.
num.28., & 29.

Proùt etiam non minùs efficax eſt argumen-
28 tum deſumptum ex eo, quod, ſi Robertus præ-
deceſſiſſet Laurentio, utiquè poſſeſſio di Gra-
najolo diviſa fuiſſet inter dicti Roberti filios, qui
tamen ad ſenſum filii primogeniti ejuſdem Ro-
berti, a ſe tamquam fratre primogenito excluſi
remanſiſſent, ſi poſteà Laurentius obiiſſet abſ-
que filiis; hoc autem quàm ſit abſurdum,
29 quantùmque à Juris regulis aberret, nemo non
videt, neque enim admittitur retrogradatio
ſucceſſionis, ex traditis per Bald. conſ.200.
num.2. lib.3., Tiraquell. de jur. Primog. quæſt.
10. num.21., Cald. de renovat. emphyt. quæſt.9.
num.31., Rocc. diſput. jur. ſelect. cap.3. num.5.,
& ſeqq., & nuperrimè Rota in Bononien. Pri-
mogenituræ de Coltellis 29. Januarii 1714.
§. Tantò magis coram Falconerio, ſed quæ ſemel
in unam lineam ingreſſa fuit, in ea permanere 30
debet, donec fuerit penitus evacuata, Fuſar.
conſ.80. num.5., Ramon. conſ.100. num.409.,
Card. de Luca de fideicomm. diſc.103. num.11.,
alter de Luc. de linea legal. tit.20. num.11.,
Palm. Nep. allegat.226. num.69., & 91., Bal-
ducc. in collect. deciſ., & rer. judic. tit. de legat.
deciſ.35. num.1., Rot. in dicta Bononien. Pri-
mogenituræ de Coltellis 29. Januarii 1814. §. fi-
nal. coram Falconerio, & in Romana, ſeù In-
teramnen. fideicommiſſi 14. Maii 1714. §. Quod-
que 21. coram Anſaldo, Ita quidem, ut in du-
bio reſpondendum ſemper ſit pro exiſtente in li- 31
nea jam admiſſa, Palm. Nep. alleg.93. num.3.,
& ſeqq., Balducc. in collect. deciſ., & rer. ju-
dic. tit. de fideicomm. deciſ.3. num.28., Rot. in
Avenionen., ſeù Carpentoracten. fideicommiſſi
de Tertullis 2. Decembris 1705. §. final. coram
Molines, in dicta Romana, ſeù Interamnen. fi-
deicommiſſi d. §. Quodque 21. in fin. coram An-
ſaldo.

Nilque turbat, quod caſus iſte non evenerit;
Cum enim, ut inquit Romanæ eloquentiæ 32
Princeps, res ex eventis metienda non ſit, ad
eliciendam, aſſequendamque Diſponentis vo-
luntatem non rei eventus, ſed, quod poterat 33
evenire, ſpectandum, inſpiciendumque eſt, ju-
xtà Text. in leg. cum res 49. §. final., ibique gloſſ.
in verb. vendere verſ. item nota, ibi = Item nota,
inſpici, quod evenire poteſt = ff. de legat. 1., leg. ſi
idem 11. §. final., ibique gloſſ. in verb. adjudicari
ff. de juriſdict. omn. judic., leg. ſi quis domum 9.
§. Hic ſubjungi verſ. & ait non recepturum,
ibique gloſſ. in verb. proſpicere ff. locati, leg. qui
bona 13. §. Cum inter ff. de damn. infect., Pere-
grin. conſ.54. num.17. lib.4., Saminiat. controv.
28. num.46., & controv.62. num.25., Manſ.
conſult.74. num.3., Rot. poſt Torr. de pact. futur.
ſucceſſ. deciſ.30. num.20., coram Bevin. alſa de-
ciſ.348. num.7., Card. de Luc. de donat. dec.11.
num.8., & in Bononien. Immiſſionis 18. Junii
1714. §. Dictaque, ibi = Sufficit, quod ità accide-
re potuerit, ut indè fieri poſſit interpretatio vo-
luntatis Defuncti = coram Cerro; in nullo namque
caſu diſpoſitio ità eſt intelligenda, ut abſurdum 34
aliquod contineat, Soccin. jun. conſ.112. num.
29. lib.3., Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.4. gloſſ.
25., & 26., immo verò quælibet capienda eſt
interpretatio, ut illud excludatur, ut monet
Textus in leg. cum Pater §. Cum imperfecta ff.
de legat.2., Actolin. reſol.57. num.13. verſ. præ-
tereà, & ſeq., & reſol.91. num.20., Rot. co-
ram Coccin. deciſ.1987. num.2., in rec. deciſ.77.
num.22. part.10., & in Aſculana fideicommiſſi
11. Junii 1714. §. final. coram Anſaldo.

Quæ ſanè omnia minimè convelluntur illâ
animadverſione, quod, cum Donator reſer-
vaverit ſibi facultatem erigendi primogenitu-
ram

35 ram in caſu ſuperexiſtentiæ unius dumtaxàt li-
neæ, iſtiuſmodi reſervatio locum habitura erat,
vivente adhuc ipſomet Donatore, hinc inſe-
rendo, quod idem nominando lineam, ſenſerit
de filiis ſuis, ità quidem, ut prædicta reſerva-
tio reſpiceret caſum, quo unicus dumtaxat filius
Donatoris ſupereſſet; Talis quippè interpreta-
36 tio reiicienda omninò eſt, utpotè abhorrens
tùm à pietate, & charitate Patris, qui filiorum
mortem abominatur, *ad Text. in leg. Lucius 90.
§. Filiam ff. de legat.2., Rota in recent. deciſ.44.
part.16., & coram Emerix. jun. deciſ.602. utro-
biquè num.4.*, & cujus votum eſt, ut filios ſibi
37 habeat ſuperſtites, teſte *Cicer. lib.1. de natur.
Deor.*, tùm etiam à natura ipſa, cujus ordo
38 turbari, atque interverti dicitur, quoties Pater
filium extulit, ut inquit *Papinian. in leg. nam
etſi 15. in princip. ff. de inoffic. teſtam.*, proinde-
que, cum vix, ac ne vix quidem credi poſſit,
39 Donatorem de tàm triſti, funeſtoque caſu co-
gitaſſe, diſpoſitionem, providentiamque ſuam
contuliſſe dicendus eſt in remotum, futurum-
40 que tempus, quo lineæ, ex filiis inſtitutis pro-
manantes, ad unam dumtaxat redigerentur, *Rot.
ad ornat. Card. de Luc. de teſtam. deciſ.66. num.
20., & 21.*; Præ cæteris verò, quia, ſi adeò pa-
41 ternæ pietatis oblitus, de filiorum præmorien-
tia cogitaſſet, in eoque caſu diſponere voluiſſet,
veriſimilitèr eos nominatim appellaſſet erigen-
do primogenituram in filiis Laurentii, aut Ro-
berti, non autem, utendo nominibus appellati-
vis, illam erigi præcepiſſet in linea, & deſcen-
dentia ſuorum filiorum, ut in ſimili ponderat
*Rota in Aquipenden., ſeù Montis Faliſci fidei-
commiſſi 11. Maii 1705. §. Quod verò Octavia*,
ibi = *Quod verò Octavia filia Julii eſſet jam nata
tempore conditi teſtamenti; hoc potiùs obſtare
videtur ad intentum, dum Teſtator non vocavit
filios maſculos Octaviæ nominatim, quam ſciebat
adeſſe, ſed maſculos filiarum Julii*, & *§. Abſ-
que eo quod coram Card. Caprara, & in Firma-
na Primogenituræ ſuper Tranſactione 26. Julii
1713. §. 19. in princ.*, ibi = *Et primò quidem oc-
currit actualis exiſtentia ſororum in die conditæ
primogenituræ, dum omnes erant natæ, & Fi-
deicommittentibus cognitæ unà cum filiis; ſi voluiſ-
ſent utique dictæ primogenituræ conditores ma-
ſculorum vocationem coarctare ad illos deſcenden-
tes ex fœminis de proximo eorum linea contentiva,
id ſpecialibus nominibus facere potuiſſent* =, *coram
Criſpo*.

Quæ cum ità ſint, ſuperfluum videri poſſet
verba facere de teſtamento à Donatore poſt-
modùm condito, quaſi in eo voluntatem
ſuam apertiùs oſtenderit, diſpoſitionemque
42 perfecerit; Cum enim vigore præcedentis do-
nationis plenum, perfectumque Jus quæſitum
43 fuerit filiis, & Deſcendentibus Roberti, tot
quippè eſſe dicuntur donationes, quot ſunt per-
ſonæ contemplatæ, *Anſald. in addit. ad deciſ.75.
num.69. juxtà Roman. impreſſ., Rot. in rec. de-
ciſ.71. num.7., & 8. part.13., poſt Torr. de pact.
futur. ſucceſſ. deciſ.202. num.1., & ſeqq.*, & *in
Romana fideicommiſſi Pauli de Alveris 11. Maii
1714. §. Neque in caſu coram Criſpo*, certi,
exploratique Juris eſt, fideicommiſſum jàm ir- 44
revocabilitèr per actum inter vivos conſtitutum,
reſtringi quoquo modo, aut everti minime po-
tuiſſe teſtamento deindè condito, proùt uno
ore tradiderunt *Decian. reſp.41. num.37., &
ſeqq. lib.1., Molin. de Primog. Hiſpan. lib.1.
cap.8. num.37., Cancer. variar. lib.3. cap.7.
num.120., Castell. de donat. lib.2. diſc.1. ſpecial.
7. num.26. §. Sed hoc, Caſtill. quotid. Jur.
controv. lib.3. cap.10. num.6., Donat. Anton.
de Marin. variar. reſol. lib.2. cap.165. num.3. 4.
10., & 11., Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.3.
cap.3. num.86., & ſeqq., Fontanell. deciſ.46.
num.1., & 2., Rot. in Romana Donationum 22.
Junii 1704. §. Poſtrema coram Ommna in Fir-
mana Primog. 19. Februarii 1712. §. Verum
proindè coram Falconeria, & in Romana fidei-
commiſſi Pauli de Alveris 11. Maii 1714. §. Hoc
inquam*, ibi = *Vigore hujus donationis quæſitum
fuit jus Deſcendentibus Jo: Baptiſtæ &c., quod ope-
ratur, ut dicta prior donatio, veluti irrevocabilis
effecta, per aliam poſteriorem in præjudicium filio-
rum, & deſcendentium naſciturorum ex Joanne
Baptiſta fratre, nedum revocari, ſed nec minùs al-
terari licitum fuerit* = Et *§. Fortius quia*, ibi =
*Undè nedùm in poteſtate Pauli, ſed nec minùs in
facultate ipſius Gundiſalvi eſſe poterat vocationem* 45
*perſonarum, contentarum in fideicommiſſa ordina-
to in contractu per viam donationis irrevocabilis,
ad placitum cujuslibet ex eis irritare, illamque ad
ſolos Maſculos ex Maſculis reſtringere* = *coram
Criſpo*, confirmata 18. Junii 1714. *§. Ambigi ad
med.* coram eodem, verbis illis omninò exſcriben-
dis = *Nec non etiam cum Paulus ad hujuſmodi di-
ſpoſitionem per contractum donationis approbante,
& ſtipulante Gundiſalvo Patre, devenerit, ex eo
fideicommiſſum præfatum eam firmitatem, & ſub-
ſiſtentiam acquiſiviſſe, depromitur, ut nedùm ex
parte Pauli, ſed nec minùs ex facto ejuſdem Gun-
diſalvi, quoad perſonas in eo vocatas in aliquo
moderari, vel revocari permiſſum eſſe congruat in
præjudicium ſingulorum deſcendentium, quibus ex
ſtipulatione tàm Pauli, quàm Gundiſalvi irrevo-
cabilitèr fuerat Jus quæſitum* = Idque juſtum lo-
cum ſibi vindicat, tametſi Donans facultatem 46
ſibi reſervaverit rem meliùs ordinandi, expli-
candique; Talis namque reſervatio ad ſummum
reſpicere poteſt accidentalia, at non etiam ſub- 47
ſtantialia diſpoſitionis, proindèque ejus vigore
nec novæ perſonæ adjici, nec jàm vocatæ exclu-
di, ſubmoverique poſſunt, *Molin. de rit. nupt.
lib.3. quæſt.24. num.295., & ſeq., Card. de
Luc. de fideicomm. diſc.138. num.8.*, & meliùs
*Rot. in Romana Cenſuum, ſeù cambiorum ſuper
reſervatis 2. Julii 1703. §. Quo verò, & ſeq.,
coram Anſaldo*, confirmata *12. Junii 1713. § Sub-
mota ad med.*, ibi = *Ac proindè datà reſtrictione
donationis ad deſcendentes, nequaquam poterat ex-
tendi per diſpoſita in teſtamento Balthaſſaris do-
nantis ſubſequenter edito, licèt in Inſtrumento
donationis fuerit reſervata facultas melius illam
declarandi*, ibi = *Come meglio s' esplicherà* = *id
enim ad ſummum operatur, quod Donans meliùs
dilu-*

Digitized by Google

*diluacidare poſſet donationem quoad accidentalia,
non autem, quod poſſet immutare donationem quoad
ſubſtantialia, ſuperaddendo novas perſonas, in illâ
nequaquam contemplatas, & volitas &c. = coram
Scotto.*

Verumtamen, ſicuti Teſtator non poterat di-
verſimodè à donationis tenore diſponere, ità
49 metiendo voluntatem à poteſtate, id haudqua-
quam facere voluiſſe dicendus eſt, ut benè ad
rem tradit *Fontanell. deciſ.46. num. 3., & Rota
in Firmana manutentionis 24. Martii 1702. §.pe-
nult. coram Card. Priolo*; Proindèque, ſi teſta-
50 mentum quoquo modo diſcrepare dici poſſet à
donatione, non hæc ab illo, ſed viceversà il-
lud ab hac interpretationem, declarationem-
que recipere deberet, ità ſuadente certiſſimâ
51 illâ juris noſtri regulâ, quâ edocemur, ſubſe-
quentia declarari ab antecedentibus perfectis,
atque determinatis, juxtà theoricam *Bartoli in
leg. Avia in princ. ff. de condit., & demonſtr.,
Alexand conſil. 51. num. 2., ibique Adden. in
verb. ſequentia lib. 3., Roman. conſ.104. num.2.
& ſeq., & conſ. 503. num. 3., ibique Mandoſ.
verb. præcedentia, Ruin. conſil.22. ante fin. lib.4.,
Tiraquell. de retract. lignag. §.1. gloſſ.14. n.25.,
Menoch. de arbitr. lib.2. cent.1. caſ.64. num.19.,
Gratian. diſcept. 648. num. 7. & ſeqq., Rota de-
ciſ.125. num.38. part.2. diverſ.*, & quilibet poſ-
52 ſibilis ſequendus eſſet intellectus, ut utraque
diſpoſitio conciliari, & effectum ſuum ſortiri
poſſet, *Fuſar. conſ. 24. num. 1. & ſeqq., Me-
noch. conſ.412. num.11., Poſth. deciſ. Bonon.50.
num.14., Rota in Bononien. fideicommiſſi de Gri-
ſonibus ſuper reſervatis 11. Aprilis 1707. §. Non
relevante coram Omanna, & in Romana fidei-
commiſſi Pauli de Alveris 11. Maii 1714. §. Re-
vocationi in fin. coram Criſpo.*

Et reverà, cùm Teſtator, in caſu, quo fidei-
commiſſum ob aliarum linearum defectum in
unicâ dumtaxat conſolidaretur, expreſsè præce-
perit, *Che la detta ſua Poſſeſſione di Granajolo
paſſi nell' ultima deſcendenza*, idem prorsùs vo-
luiſſe dicendus eſt, ac in donatione diſpoſuerat,
53 dum, vocatâ ultimâ deſcendentiâ, habent qui-
dem omnes Deſcendentes ſpem, aptitudinem-
que ſuccedendi, ſed tamen ſpes iſta incerta eſt,
& dubia, nec aliis prodeſſe poteſt, quàm, qui ex
omnibus in poſterum ſuperſtes erit, *Rot. in rec.
deciſ.67. num.11., deciſ. 167. num.7., & ſeq.,
deciſ.274. num.17., & ſeq., & deciſ.381. num.
13, & ſeq. part.18.*, Certiùs verò inſpectâ amplâ,
effrænatâque ſignificatione illius verbi *deſcen-
54 denza*, quod cùm ſuâpte naturâ plures, im-
mò infinitos gradus contineat, teſte *Ruin. conſil.
164. num.7. lib.3., Menoch. conſ.1155. num.18.,
& 19.*, optime *Rota coram Dunozet. jun. deciſ.
984. num.7., & 8., in Foroliviens. fideicommiſſi
de Torellis 28. Junii 1703. §. Quarta coram Mu-
to, in Perusina fideicommiſſi 20. Februarii 1713.
§. Extraneam in fin. cor. Falconerio, & in Roma-
na, ſeù Nicien. fideicommiſſi 6. Martii ejuſdem
anni §. Augetur ad med. coram eodem*, reſtringi
nullo modo poteſt ad filios immediatos Roberti.

Ut etiam non diſſonat, ſed immò maximè
conſonat, concordatque ordini in donatione præ-
ſcripto ſubſtitutio illa teſtamento appoſita, ibi = 55
*Dopo l'ultima moriente ſoſtituì il primogenito ma-
ſchio della detta linea allora ſopravivente di detti
ſuoi Signori Figlioli, e li figli maſchi, e deſcen-
denti primogeniti di maſchio, e di poi il ſecondo-
genito maſchio, e deſcendenti maſchi primogeniti
di maſchio del detto ſecondogenito, e di poi il ter-
zo, quarto, e quinto, ed altri geniti della detta li-
nea maſcolina* = Ex his namque verbis evidens,
& apertum redditur, Primogenito locum non
futurum, donèc lineæ omnes, ac deſcendentiæ
primorum heredum gravatorum ad unicam
tantùm perſonam redactæ ſint; Parvique refert,
quod vocati fuerint etiam ſecundò, tertiò,
quartò, & ultra geniti, quia, ut ſemèl extitit 56
conditio primogenituræ, eò quia omnes Deſcen-
dentes redacti ſint ad unum, ſi iſte plures habeat
filios, hos omnes Teſtator gradatim vocat, quia
perennem, perpetuamque exoptavit primogeni-
turam in universâ illâ lineâ, à quâ initium, or-
tumque ſumpſerat, id quod, tametſi expreſſim,
diſertèque cautum à Teſtatore non fuiſſet, im-
portabat natura ipſa primogenituræ in donatio- 57
ne reſervatæ, quæ quidem uni Primogenito de-
betur, quamdiu ipſe vivit, ejuſque linea durat,
ſed ſublato è medio Primogenito, extinctâque
ejuſdem lineâ, venit Secundogenitus, quo de-
ficiente, admittitur Tertiogenitus, & ſic dein-
ceps, *Menoch. conſ.772. num.3., Tiraquell. de Jur.
Primog. quæſt. 3. num. 6., Andreol. contr. 254.
num. 43., Manſ. conſultat. 106. num.9., & 10.*,
latè *Pegas de ſucceſſ., & erect. majorat. part. 2.
cap.10. num.394., Torr. de Primog. Ital. part.1.
cap.10. num.29., Pereyr. deciſ.59. num.7., Rot.
coram Emerix jun. deciſ. 1229. numer. 16., ad
ornat. Cardin. de Luca de fideicommiſ. deciſ. 7.
nu.14., & in Mantiſſ. ad eumdem ſub eodem tit.
deciſ.40. num.1., deciſ.41. num.14., & deciſ.51.
num. 2.*

Hæc igitur cum ità ſe habeant, & in dona-
tionis Inſtrumento conſtitutum, conſtabilitum-
que fuerit favore omnium fratrum de Robertis
clarum, ac literale fideicommiſſum, cui ſtatim 58
in eâdem donatione derogare noluiſſe, & in ſub-
ſequenti teſtamento non ſolùm noluiſſe, ſed nè
potuiſſe quidem Donatorem, eumdemque Te-
ſtatorem ex huc uſque dictis palam conſtat, lon-
gè minus ipſi officere potuit teſtamentum Mar-
chionis Roberti, in quo declaravit, fideicom-
miſſum jàm expiraſſe, & erigendæ primogeni-
turæ tempus advenîſſe favore filii ſui primoge-
niti; Etenim, cum voluntatis Defuncti quæſtio
in æſtimatione Judicis ſita ſit, ut inquit *Text. in* 59
leg. voluntatis Cod. de fideicomm., & Juriſcon-
ſulti partes ſint dijudicare, an adſit necnè fidei-
commiſſum, utpotè res in jure conſiſtens, *Rot.* 60
*coram Bich. dec.297. num.28., & coram Ninot.
deciſ. 77. num.7.*, hinc ſequitur, quod, ſicuti,
quando non adeſt fideicommiſſum, qualibet 61
heredis confeſſione, ac declaratione non indu-
citur, *Fuſar conſil. 169. num. 136., Menoch.*

conſ.91. num. 39., Altograd.ſen. conſil. 60. numer. 91. & ſeq. lib.1., de Augel. de conſeſſ. lib1. quæſt.7. effect.20. num.8., & 11., Card. de Luc. de fideicomm. diſc. 194. num. 3. & ſeq., Manſ. conſultat. 620. num. 10., Rot. coram Royas deciſ. 117. num. 33., coram Bich. deciſ. 235. num. 1., coram Ninot. deciſ. 277. num. 7., in recent. deciſ.283. num. 16. part. 6., deciſ. 98. num. 15. & ſeq. part.10., deciſ.168. num.9. & ſeq. part.12., deciſ.71. num.5., & 6. part.13., ad ornat. Card. de Luc. de legit. deciſ.29. num.14., in Romana, ſeù Reatina fideicommiſſorum de Vincentiis 14. Martii 1701. §.Quoniam ſatis, & §.Neque efficacior obſervantia coram Scotto, in Romana Immiſſionis 29.Januarii 1712. §.Perſpicuum coram Criſpo; Ita contrariâ confeſſione minimè ex-
62 cluditur, quoties, prout contingit in noſtrâ hypotheſi, illud adeſſe non dubitatur, ut unanimitèr tradunt *Ramon. conſ. 9. num. 21. verſ. obſervantia, Rocc. diſpat. jur. ſelect. cap.190. nu.29., Rodulphin. alleg.140. num.6., Paulut. diſſert.16. num.6., Fattinell. reſp.16. num.4. lib.1., Rot. in rec. deciſ.295. num.2. part.3., deciſ.221. num.17. part.12., in Forolivien. fideicommiſſi de Torellis 15.Januarii 1703. §.final. in princ. coram Muto, in Lucana fideicommiſſi 1.Julii 1709. §.Quod autem verſ. reliqui enervantur coram Scotto, & in Melevitana fideicommiſſi 21. Februarii 1710. §. penult. in fin. coram Card. Priolo*; Et rectè
63 quidem, quia, ſi fideicommiſſum clarum everti nequit factis poſitivis gravatorum, *Rot. in Lucana fideicommiſſi 12. Junii 1711. §.Multò minùs coram Criſpo*, quanto minùs everti poterit ſolo verbo, ac ſimplici dicto? ut arguit *Rot. in dicta Lucana fideicommiſſi 12. Junii 1711. §.Sed percurrendo cor. Criſpo*,

Florentina Fideicommiſſi.

Caducitatis pœnæ inſo jure locum facit donatio, retento etiam uſufructu, ab herede gravato facta contra Teſtatoris præceptum, nec ignorantiæ prætextu is excuſatur, ſi de præcepto Teſtatoris in alterâ ſequenti donatione mentionem fecerit. Ad primogenituram admittuntur fœminæ, etiamſi Teſtator onus adjecerit aſſumendi nomen, & inſignia ipſius, & in præcedentibus ſubſtitutionum gradibus ſolos vocaverit Maſculos.

VOTUM XXXII.

1 *In caducitatem ipſo jure incidit donans Bona ſubjecta primogenituræ contra expreſſam Teſtatoris prohibitionem.*
2 *Et donans perindè habetur, ac mortuus, ut locum faciat ſubſtitutis.*
3 *Donatio eſt vera alienatio, per quam dominium in alium transfertur.*
4 *Etiamſi donatio effectum habitura non ſit, niſi poſt mortem donantis.*
5 *Alienandi prohibitio amplis, & effrænatis verbis concepta, comprehendit omnes actus, per quos aliquando ſequi poteſt alienatio, nimirum obligationem, cenſuum conſtitutionem, & his ſimilia.*
6 *Prohibens obligationem Bonorum, & cenſus conſtitutionem, multò magis prohibere cenſetur actum donationis inter vivos.*
7 *Quamvis donanti integer uſusfructus reſervetur.*
8 *Alienandi prohibitio ob expreſſam cauſſam perpetuò conſervandi Bona prò vocatis comprendit quamcumque alienationis ſpeciem, ſivè per donationem inter vivos, ſive per actum ultimæ voluntatis.*
9 *Prout etiam per donationem cauſâ mortis.*
10 *Intellige, quando ex prohibitione factâ in favorem alterius reſultat fideicommiſſum, etiam in caſum mortis.*
11 *Præceptum Teſtatoris ignoraſſe tempore prioris donationis non dicitur, qui de eo mentionem fecit in poſteriori donatione.*
12 *Bonorum comprehenſionem in donatione impugnare nequit is, contrà quem per ſententiam declaratum fuit, ea Bona comprehendi.*
13 *Alienantis mala fides oritur ex ſcientiâ prohibitionis alienandi, à Teſtatore factæ.*
14 *Caducitatis pœnæ, ut obnoxius fiat alienans Bona contra præceptum Teſtatoris, nullus dolus, & mala fides requiritur.*
15 *Sed ſufficit ſolum factum contraventionis.*
16 *Alienantis dolus, & mala fides eum obnoxium facit pœnæ privationis ipſo jure, & abſque ullâ interpellatione, aut declaratione Judicis.*
17 *Caducitatis pœna adpoſita prò facto affirmativo, puta*: ſi heres alienaverit, *nullam interpellationem requirit.*
18 *Alienantis mala fides quamcumque moræ purgationem excludit.*
19 *Moræ purgatio, & in integrum reſtitutio, ſunt remedia, Legis æquitate impoſita.*
20 *Ei, qui ſcienter præceptum Teſtatoris ſprevit, ſuccurrendum non eſt.*
21 *Sub nomine filiorum, & deſcendentium alicujus, maſculi æquè, ac fœminæ comprehenduntur*, & num. 25.
22 *Deſcendentium appellatio utrique ſexui communis eſt.*
23 *Maſculi ex fœminis ſub Deſcendentium nomine comprehenduntur, etiamſi adjecta fuerit qualitas maſculinitatis.*
24 *Nepotes ex fœminis ſunt de generatione, & deſcendentia Avi.*
26 *Maſculinitatis qualitas prioribus ſubſtitutionibus adjecta, præſumi debet in poſterioribus repetita.*
27 *Contrarium verius eſt.*
28 *Niſi ex verbis, vel ex conjecturis appareat, Teſtatorem ad ſolos Maſculos reſpexiſſe.*
29 *Maſculinitatis qualitas faciliùs in filiis ejuſdem perſonæ, cui adjecta eſt, quàm in aliis vocatis repetita præſumitur.*

30 *Præ-*

Digitized by Google

30 *Præſertim, ſi alii vocati ſint deſcendentes ex fœminis.*

31 *Maſculinitatis qualitas in diverſo, & independenti ſubſtitutionis gradu repetita non cenſetur.*

32 *Maſculinitatis repetitionem diſcretivus loquendi modus excludit.*

33 *Maximè, ſi adhibitus fuerit à nobili, & juriſperito.*

34 *Juriſperitus verborum diverſitatem, eorumque ſignificationem intellexiſſe cenſendus eſt.*

35 *Maſculinitatis repetitionem diſcretivus loquendi modus excludit, etiamſi nulla ſubſit ratio diverſitatis.*

36 *Maſculi de domo poſt tres lineas inſtitutas, & ſubſtitutas difficiliùs reperiuntur.*

37 *Maſculinitatis repetitio poſt tres lineas inſtitutas, & ſubſtitutas inducenda non eſt.*

38 *Maſculinitatis repetitionem non inducit ſubſtitutio cum iiſdem conditionibus, & oneribus expreſſis in præcedenti ſubſtitutione.*

39 *Præſertim, ſi Teſtator perſpicuè deſignaverit, ea, quæ ſub nomine conditionum, & onerum intellexit.*

40 *Conditiones, & onera, quæ Teſtator voluit in ſequenti ſubſtitutione repetita, referri debent ad modum ſuccedendi, non autem ad perſonas ſuccedentes.*

41 *Agnationis contemplationem inducunt primogenituræ ordo cum onere aſſumendi cognomen, & inſignia Teſtatoris.*

42 *Intellige, quoad fictam, & artificialem agnationem, ſi vocati ſint deſcendentes ex fœminâ.*

43 *Fœminæ à primogeniturâ fictè agnatitia non excluduntur.*

44 *Fœminæ artificialem Teſtatoris agnationem conſervare poſſunt per uſum cognominis, & inſignium,* & num. 47.

45 *Agnationis aliquam præſumptionem facit onus aſſumendi cognomen, & inſignia Teſtatoris.*

46 *Fœminas tamen, ſecluſis aliis conjecturis, non excludit.*

48 *Fœmina capax non eſt obtinendi Prioratum Ordinis S. Stephani.*

49 *Succeſſio Commendæ, & Prioratus regulam ſumit ab Lege præſcriptà in ejus fundatione.*

50 *Fœminæ à primogeniturà non excluduntur ex eo, quod Teſtator vocatos ad primogenituram vocaverit quoque ad Prioratum S. Stephani.*

51 *Fideicommiſſum extenſionem recipere poteſt ex tacita Defuncti voluntate.*

52 *Succeſſio ad Prioratum Ordinis Sancti Stephani reſtringenda eſt ad caſum expreſſum.*

53 *Lineæ maſculinæ vocatio fœminas excludit.*

54 *Vocatio deſcendentium per lineam maſculinam fœminis etiam convenit.*

55 *Linea maſculina inchoatur à maſculis, & finitur in fœminis.*

56 *Linea maſculina excludit maſculos ex fœminis.*

57 *Dictio = detta = maſculinitatis qualitatem repetit.*

58 *Relationis ea vis eſt, ut plures, licèt diverſæ orationes prò una habeantur.*

VILLAM Parinam, & Bona in ea comprehenſa obnoxia fideicommiſſo, ſeù primogenituræ poſt extinctam veram agnationem totius familiæ de Alexandris ordinatæ à bon. mem. Antonio de Alexandris favore lineæ maſculinæ Franciſci quondam Jacobi de Conchis, & deindè filiorum, & Deſcendentium Joſephi de Polenis nepotis ex filia ipſius Teſtatoris, donavit anno 1691. D. Philippus de Conchis ultimus maſculus de dicta linea, adhuc vivens, D. Catharinæ ſorori contra expreſſam voluntatem ejuſdem Teſtatoris prohibentis quamcumque alienationem, detractionem, & locationem, etiam ad breve tempus, ſuorum Bonorum, ob eam finalem cauſam, ut nimirum illa conſervarentur, manerentque beneficio, & commodo omnium vocatorum; quamobrem in ſenſu veritatis locum factum eſ-
ſe arbitrarer caducitati, ipſo jure, & ipſo facto 1
à Teſtatore contra alienantes indictæ, perindè
ac ſi illi mortui fuiſſent, & conſequenter puri-
ficata vocatio eorum, qui tali caſu ſubſtituti 2
fuerunt, de quorum numero cum nullus amplius exiſtat ex linea de Conchis, hinc eſt, quod primogenitura deferri debet ad filios, & deſcendentes Joſephi de Polenis, ut eſt Domina Artemiſia ex Vincentio filio neptis dicti Joſephi, quæ proindè ob caducitatem à Donante ſtatim incurſam, Bona donata, jure optimo, vindicare poteſt, ad tradita per *Ruin. conſ. 23. num. 73. lib. 5., Theſaur. deciſ. 96. num. 2., Rota coram Coccin. deciſ. 166. num. 1., coram Celſ. deciſ. 231. num. 4., & deciſ. 113. num. 1., coram Bichio deciſ. 315. num. 14., in recent. deciſ. 243. nu. 1. part. 1., deciſ. 166. num. 7. part. 17.*, & in fortioribus terminis *Rota in Romana, ſeù Reatina Prælegati 1. Julii 1709. §. Ratio motiva, & pluribus ſeqq. coram Reverendiſſimo Molines, & in Romana Legati de Caraffis 13. Maii 1712. §. Ad Bona, & aliis ſeqq. ferè per tot. coram Criſpo, in Romana Fideicommiſſi 22. Februarii 1717. §. Præfatus enim & 25. Junii ejuſdem anni §. Præceptum coram Cerro, & in Romana, ſeù Lucana Primogenituræ de Carminatis 9. Aprilis 1717. §. Rectè enim, & §. Attamen coram eodem.*

Neque enim in dubium revocari poſſe videtur, quin per hujuſmodi donationem à Philippo factam ipſe inciderit in caducitatem, à Teſtatore comminatam in caſu alienationis, cum
donatio ſit vera alienatio, per quam Donans ſe 3
ſe abdicat dominio rei donatæ, illudque in Donata-

natarium transfert, *Ancharan. conſ.105. num.2.*, *Dec. conſ.27. num.1. lib. 3.*, *Alb. conſ.64. num. 7.*, *Maſcard. de probat. concluſ.1236. num.105.*, *Fuſar. de ſubſtitut. part.2. quæſt.695. numer. 5.*; Idque procedit, tametſi eadem effectum habitu-
4 ra non eſſet, niſi poſt mortem Donantis, quia nihilominùs, cum ſit donatio inter vivos, ſtatim transfert dominium, & proprietatem in Donatarium, licet uſusfructus vigore peculiaris reſervationis maneat apud Donantem, *Conciol. allegat. 30. num. 27.*, *Urceol. conſult. 54. num. 8. vol. 2.*, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.4. gloſſ. 3. num.4.*, *Cutell. de Donat. tract.2. diſc.1.*, *Speciul. 12. num. 15.*, *Antunez. de Donat. lib. 1. prælud. 2. §.3. num. 9.*, *& ſeqq.*, *Rota coram Merlin. deciſ.664. num.25. & ſeqq.*, quod ſufficit, ut voluntati Teſtatoris in noſtra hypotheſi contraventum fuiſſe dicatur; Ipſe enim adeò
5 amplâ, & effrænatâ prohibitione alienandi non ſolum interdicere voluit ipſam actualem, & veram Bonorum alienationem, verùm etiam omnes, & ſingulos actus, propter quos aliquando ſequi poterat alienatio, ut eſt obligatio, cenſuum conſtitutio, & his ſimilia, in teſtamento
6 expreſſa, ideoque multò magis prohibere voluiſſe cenſetur actum donationis inter vivos,
7 quæ dominium illicò transfert in Donatarium, quamvis Donans ſuâ vitâ durante integrum uſumfructum pleno jure ſibi reſervaverit; Cer-
8 tius verò, quia ſupradictæ generali prohibitioni alienandi ea adjecta fuit ratio, ut nimirum Bonâ perpetuò conſervarentur pro vocatis, quo caſu ſub illâ generaliter comprehenditur quæcumque alienationis ſpecies, nedum per donationem inter vivos, ſed per actum etiam ultimæ voluntatis expleta, plenè *Altograd. conſil. 80. num. 7.*, *& pluribus ſeqq. lib. 2.*, & in ter-
9 minis donationis causâ mortis *Roland. à Valle conſ. 2. num. 105. lib.1.*, cujus opinio ſecundùm *Fuſar. de ſubſtitut. part.2. quæſt. 714. numer. 4.*
10 rectè procedit, quando prohibitio facta fuit favore tertii, & ex ea reſultat fideicommiſſum etiam in caſum mortis.

A qua ſanè caducitatis pœna nullo juſto colore excuſari valet Philippus donans ſub obtentu vel ignorantiæ præcepti, vel non comprehenſionis Bonorum, de quibus agitur, ſub dictâ donatione; quoniam reſpectu præcepti Teſtatoris,
11 ipſe illud certè non ignorabat, dum de eo mentionem fecit in alia ſequenti donatione eorumdem Bonorum facta Maximiliano de Manelphis, *Monet. de commutat. ultim. volunt. cap.8. num. 492.*, *Manſ. conſult. 58. num. 14. tom. 9.*, *Rot. deciſ. 68. num.7. part. 14.*, *in Romana, ſeù Verulana Fideicommiſſi 21. Junii 1697. §. Quod attinet*, *& 21. Februarii 1698. §. Etenim cum ſeqq. coram Cardin. Caprara, in Carpentoracten. Fideicommiſſi 26. Junii 1709. §. Et eo libentius coram Caſſarello, in Romana Primogenituræ de Cardellis 16. Martii 1711. §. Scientia verò coram Criſpo, & in Romana, ſeù Lucana Primogenituræ de Carminatis 9. Aprilis 1717. §. Quæ quidem coram Cerro*, Reſpectu verò comprehenſionis Bonorum ſub dictâ donatione, in facto conſtat, quod, cum occaſione alterius donationis factæ Maximiliano, lis à ſorore primâ donatariâ univerſali mota fuerit adverſus Donantem; per ſententiam ſubinde declaratum fuit, poſteriorem hanc donationem nullius roboris eſſe, quia Bona prædicta comprehendebantur in prima donatione facta ſorori; quamobrem, ſicuti ex hac facultas adempta fuit Philippo de Conchis impugnandi comprehenſionem dictorum Bonorum ſub primâ donatione, cum ſit contra ipſum judicialiter canonizata, *Rota deciſ.229. num. 8. part.11.*, *deciſ.626. num. 11. part.18. tom.2.*, *in Mantiſſ. de Dot. deciſ.9. num.28.*, *& deciſ.10. num.22.*, *coram Emerix jun. deciſ. 1190. num.8.*, *& 9.*, *poſt Conſtant. ad ſtatut. Urb. deciſ. 169. nu.28.*, *in Romana Fideicommiſſi 17. Junii 1701. §. De reliquo coram Reverendiſſimo Anſaldo Decano, in Maceraten. dotis 2. Martii 1705. §. Nam quoad primam coram Lancetta, & in Romana Legati de Caraffis 13. Maii 1712. §. Abſque eo, quod coram Criſpo*; Ita ex ſcientia præcepti re-
reſultat mala fides, & dolus, cum quo ſupradictus 13
Philippus hujuſmodi alienationem celebravit, dum perſpectam habens contrariam Teſtatoris voluntatem, illam adimplere non curavit, *Cyriac. controv.282. num. 3.*, *& ſeqq.*, *Cutell. de Donat. part.2. ſpecial. 28. num. 9.*, *Rot. deciſ. 844. num. 6. coram Merlino*, *deciſ.605. num. 4.*, *& ſeqq. coram Baratt.*, *in recent. deciſ. 170. num. 9. part.18.*, *in Romana Primogenituræ de Albericie 3. Julii 1702. §. Minuſque refragante*, *& §. Cum etenim coram Reverendiſſimo Anſaldo Decano*, *& in Romana, ſeù Lucana Primogenituræ de Carminatis 9. Aprilis 1717. §. Iſtaque coram Cerro.*

Qui ſanè dolus, & mala fides, ceteroquin minimè neceſſaria ad hoc, ut ex contraventione 14
incurratur pœna privationis, ad quem effectum
ſufficit ſolum factum contraventionis, ut ait 15
Reverendiſſimus Anſald. de commerc., *& mercat. diſc.54. num.21.*, *Rota coram Penting. deciſ. 380. num. 7.*, *& ſeqq.*, *& in Romana Primogenituræ de Cardellis 16. Martii 1711. §. Ad excuſandos coram Criſpo*, nedum ipſo jure, &
abſque ullâ interpellatione, ſive Judicis decla- 16
ratione, ſtatim ſecutâ contraventione, obnoxium fecit Donantem pœnæ privationis, & caducitatis à fideicommiſſo, cujus ſubſtantiam contra Teſtatoris voluntatem diſſipare, ſive diſtrahere tentavit, *Pegas reſolut. forenſ. cap. 4. num. 8.*, *Theſaur. quæſtion. forenſ. lib. 1. quæſt. 34. numer. 13.*, *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 582. num. 1. & 2.*, *Molin. de Primogenit. lib. 2. cap. 14. nu.10.*, *Rota coram Emerix jun. deciſ.1347. num. 8.*, *& ſeqq.*, *in Carpentoracten. Fideicommiſſi 26. Junii 1709. per tot. coram Caſſarello*, *& ſuper portione Petri 19. Februarii 1712. §. Verumtamen coram Eminentiſſimo Priolo, in dicta Romana Primogenituræ de Cardellis 16. Martii 1711. §. Inficiari*, *& §. Attamen cum pluribus ſeqq. coram Criſpo*, *& in Romana Legati de Caraffis 13. Maii 1712. §. Sed quid magis eſt*, *& §.*

Ex

Google

Ex his igitur coram eodem, præſertim, cum ipſa
17 pœna caducitatis adpoſita ſit pro facto affirma-
tivo, oimirum ſi heres alienaverit, quo caſu
nulla requiritur interpellatio, ut diſtinguendo
tradit *Cravet. conſ. 193. nu. 5.*, *Altograd. conſ.
101. num. 43.*, *& ſeqq. lib. 2.*, *Menoch. de adi-
piſceud. remed. 2. ſub num. 76.*; Verùm præte-
18 rea illum reddidit incapacem cujuſcumque re-
medii, ſive purgationis moræ, ſive reſtitutio-
nis io integrum, ob eam validiſſimam ratio-
nem, quia, cum hæc ſint remedia, Legis æquita-
19 te impoſita, illi utique concedenda non ſunt, qui
ſcieoter ſpernendo Teſtatoris præceptum, men-
20 ti quoque Legis illi omninò conformi nou ſinè
dolo contraveniſſe cenſetur, ut per *Text. iu leg.
ex cauſa 10. §. Si in commiſſum ff. de minor.*,
probaut *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 447. numer.
2.*, *Cyriac. controv. 451. ex num. 27.*, *& nu-
mer. 133.*, *Surd. deciſ. 116. numer. 6.*, *&
ſeqq.*, *Rota coram Cavaler. deciſ. 151.*, *deciſ.
176.*, *& deciſ. 204. in recent. part. 4. tom.
2.*, *deciſ. 494. numer. 85.*, *& ſeq.*, & me-
liùs ad rem *in Romanu Legati de Caraffis 13.
Maii 1712. §. Pro eodem coram Criſpo*, *& in
Romanu, ſeu Lucana Primogeniture de Carmi-
uatis 9. Aprilis 1717. §. Iſtaque ſcieutia coram
Cerro*.

Minùs verò pœnam hanc evitare poterit Phi-
lippus eo ſub colore, quod nimirum aut fidei-
commiſſum ſive primngeniturâ ordinata ſuper
Villa Parioa, Bonaque in ea comprehenſa, ob
deſectum Maſculorum in ſamilia de Polenis
ſucceſſivè vocata, expiret in ipſo tamquam ulti-
mo maſculo lineæ de Conchis, aut D. Artemi-
ſia de Polenis actrix ad dictam primogenitu-
ram vocata oon ſit, proindeque ad illam mini-
mè pertineat actionem hujuſmodi contra ipſum
promovere; Aut demum, quatenus etiam dicta
D. Artemiſia vocata dici poſſit, prius tamen in-
vitata cenſeatur D. Catharina ſoror ipſius Phi-
lippi, in quam ſacta fuit alienatio; Diſcurſus
namque iſte in nulla ſui parte ſubſiſtit.

Non quidem in prima, quod fideicommiſ-
ſum expiret in ipſo Philippo; Teſtator enim
poſt omninò extiuctam lineam maſculinam de
Conchis, ſubſtituit filios, & Deſcendentes Joſe-
phi de Polenis, quorum ſanè nomine quoties
21 prout hìc qualitas maſculinitatis expreſsè volita
non legitur, tum ex juſta interpretatione, tum
etiam ex prnpria verbi ſignificatione fœminas
æquè ac maſculos complectente, ut de vocabu-
lo *Filiorum* eſt *Text. iu leg. ſi ita ſcriptum 46. ff.
de legut. 2.*, *leg. qui duos ff. de legat. 3.*, *leg. ſi quie
ita ff. de eeſtameut. Tut.*, *leg. filii 84. ff. de verbor.
ſiguificat.*, *Peregrin. de Fideicomm. artic. 25. num.
2.*, *Altograd. Jun. controv. 70. num. 26.*, *Sa-
miniat. coutr. 53. nu. 44.*, *Vrceol. deciſ. Florent.
13. num. 80.*, *Rota coram Priol. deciſ. 223. num.
11.*, *iu recent. deciſ. 274. num. 2. & ſeq.*, *part. 18.*,
deciſ. 52. num. 24. part. 19., *ad ornat. Cardiu. de
Luca de Fideicommiſ. deciſ. 23. num. 7.*, *& latè
in Romana Fideicommiſſi de Palazzolis 18. Apri-
lis 1704. §. Purificata, confirmata 4. Julii §. Quo
verò*, *& 5. Decembris ejuſdem anni iu princip.
coram Muto*, *in Romanu Fideicommiſſi R. P. D.
Pauli de Alveris 11. Maii 1714. §. Extranea
coram Criſpo*, *& iu Bonouien. Fideicommiſſi de
Foſcherariis 30. Aprilis 1717. §. Hujuſce autem
coram de Herrera*, & de appellatione *Deſcen-
dentium*, quæ utroque ſexui communis eſt, *leg.* 22
ultim. Cod. de ſuis, *& legitim. hered.*, *Auth. de
hered. ab inteſtat. venieu. §. Si quis igitur*, *Rot.
coram Bichio deciſ. 279. num. 13.*, *in Mantiſſ. ad
Cardin. de Luca de Fideicommiſ. deciſ. 25. num.
8.*, *& deciſ. 26. num. 12.*, procul dubio com-
prehenſa dici debet tàm D. Artemiſia neptis ex
filio dicti Joſephi, quàm filii maſculi ab ea naſci- 23
turi, qui certò certiùs veniunt appellatione de-
ſcendentium, tametſi adjecta fuiſſet qualitas ma-
ſculinitatis, ex paſſim recepto, & jam regulæ
locum obtinente conſilio *Fulgoſ. 85.*, quod, omiſ-
ſis antiquioribus, laudant, & ſequuntur *Peregr.
de Fideicommiſ. artic. 26. num. 17.*, *Cardin. de
Luc. eodem tract. diſc. 24. num. 5. & 14.*, *& diſc.
25. num. 28.*, *& ſeqq.*, *Palm. Nep. allegat. 221.
num. 2.*, *Calderon. reſolut. 77. num. 14.*, *& ſeq.*,
latiſſimè *Rota Jauuen. in Jannen. Primogenitu-
ræ de Invreu 7. Maii 1711. num. 11. coram D.
Auditore Brichio*, cum concordantibus pleoâ
manu congeſtis à *Rota noſtra in Fanen. Fidei-
commiſſi 6. Maii 1706. §. Clarum enim coram Re-
verendiſſimo Decano*, *in Firmana Primogenitu-
ræ ſuper nominatione 22. Januarii 1717. §. Haud
refragante*, *& iu Bonouien. Fideicommiſſi de Foſ-
cherariis 30. Aprilis ejuſdem anni §. Inter per-
ſonas coram R. P. D. de Herrera*, Nepotes enim
ex fœminis dicuntur, & ſunt de generatione, 24
& deſcendentia Avi, ut pro ratione conſiderant
Mautic. de conject. lib. 8. tit. 11. num. 3., *& tit.
18. num. 62.*, *Actolin. reſolut. 82. num. 5. & 6.*,
& reſolut. 83. num. 18., *Barz. deciſ. Bonon. 4.
num. 16. & ſeq.*, *Rota in Peruſina Fideicommiſ-
ſi 20. Februarii 1713. §. Hac porrò coram Illmo
Falconerio Almæ Vrbis Gubernatore*.

Ex quo corruit etiam ſecuoda pars contrarii
diſcurſus, quâ impugnatur vocatio dictæ Dom.
Artemiſiæ tamquam fœminæ; Etenim, ut mox
dictum eſt, Teſtator procedendo ad ſubſtitutio-
nem illorum de Polenis, vocavit filios, & de-
ſcendentes Joſephi abſque ullo adjecto qualita- 25
tis maſculinæ, in quibus terminis tàm maſculi,
quàm fœminæ comprehenduntur, & conſe-
quenter etiam Dom. Artemiſia vocata dici de-
bet; nec turbat, quod, ſicuti in ſubſtitutione li-
neæ de Conchis vocati dumtaxat fuerunt Maſ-
culi ex Maſculis, ita pariter cenſendum ſit, in
ſubſtitutione DD. de Polenis vocatos fuiſſe, tum
ex eo quod qualitas maſculinitatis primis ſubſti- 26
tutionibus adjecta, præſumi debet in poſterio-
ribus repetita, & fortiùs quia, ipſemet Teſtator
id expreſsè voluiſſe videtur, dum hanc ſubſti-
tutionem DD. de Polenis ordinavit = *con le me-
deſime condizioni, e carichi appoſti ſopra alla linea
del Signor Franceſco quondam Giacomo Conchi,
quali detto Signor Teſtatore volſe averſi quì per
appoſti, e repetiti in ogni miglior modo &c.* =

Reſ-

Reſpondetur enim, quantum attinet ad præ-
27 ſumptam repetitionem qualitatis maſculinita-
tis, quod verior, atque receptior ſententia eſt,
illam quoad certos gradus, & perſonas expreſ-
ſam, non cenſeri repetitam quoad alios gra-
dus, & perſonas, quibus adjecta non legitur,
ut ſæpiùs reſpondit *Rota, & præcipuè coram
Royas deciſ.72., & deciſ. 90. utrobique num. 4.
cum ſeqq., coram Cerro deciſ. 96. num. 20., &
ſeqq., in recent. deciſ.249. num.22. part. 7., de-
ciſ.65. num.6., & 13. part. 8., deciſ. 370. ex
num.14. part. 13., deciſ.482. num. 22. part.19.,
in Peruſina Fideicommiſſi 26. Junii 1709. §. Pro-
ut nec relevat coram Reverendiſſimo Molines, in
Melevitana Fideicommiſſi 13. Junii 1700. §. Re-
aſſumendo coram Eminentiſſimo Priolo, confirma-
ta 12. Decembris ejuſdem anni §. Abſque eo,
quod coram Criſpo*, à qua quidem communiſſi-
ma traditione licèt quandoque recedi ſoleat,
quoties nempè, vel ex verbis, vel ex conje-
28 cturis elici poteſt, Teſtatorem reſtringere ſem-
per voluiſſe ſucceſſionem ad ſolos Maſculos, ni-
hilominùs tantum abeſt, quod in caſu noſtro
concurrat vel voluntas, vel conjecturæ, repeti-
tionem maſculinitatis ſuadentes, ut potiùs ad-
eſſe dici debeant argumenta omnia, quæ à Do-
ctoribus expendi ſolent pro excludenda tali re-
petitione.

Adeſt namque diverſitas perſonarum, cum
29 non agatur de filiis ejuſdem perſonæ vocatæ
cum qualitate maſculinitatis, quæ propterea
qualitas iu ejus quoque ſucceſſoribus faciliùs
hoc caſu repetita cenſetur, ex traditis per *Torr.
de Primogenit. Ital. part.1. cap.37. numer. 107.,
Rota deciſ.30. num.9. part.14., & deciſ.307. ex
num.17. part.16. recent.*, ſed res eſt de perſo-
30 nis diverſi generis, diverſæque lineæ, & quidem
deſcendentibus ex fœminis, ut io propoſito
ponderat *Riminald. Jun. conſ.632. num.119. lib.
6., Peregrin. conſ.36. numer.23. lib.1., Fuſar.
de ſubſtitut. quæſt.403. num. 8., Caſtill. quotid.
jur. controv. lib.2. cap.4. num.134., Rota coram
Celſ. deciſ. 145. numer. 13. ad ornat. Cardin. de
Luca de Fideicommiſ. deciſ.21. num. 3., & 14.*,
Rurſus concurrit diverſitas, atque independentia
31 unius ſubſtitutionis ab altera, in quibus etiam
terminis ceſſare dicitur repetitio, *Cephal. conſil.
717. num.9., Odd. conſ. 95. numer. 5., Caſtill.
dict. cap.4. num.131., & ſeqq., Rocc. diſputat.
jur. ſelect. cap.42. num.22., & ſeqq., Rota co-
ram Cerro deciſ.96. num.6., in recent. deciſ.307.
num.18., & ſeqq. part. 16., deciſ. 67. num. 8.,
& 9., deciſ.274. num.15., deciſ.387. num.9., &
ſeqq. part.18., ad ornat. Card. de Luca de Fidei-
commiſ. deciſ.20. num.4., & deciſ. 21. num. 3.,
& in Lucana Fideicommiſſi de Barſottis 28.
Martii 1710. §. Et licèt cor. Criſpo*.

His additur etiam diverſitas orationis, ſeù
diſcretivus loquendi modus; Quippe Teſtator
32 licet tàm in inſtitutione, quàm in prima, &
ſecunda ſubſtitutione vocaſſet, atque ſubſtituiſ-
ſet agnationem, & lineam maſculinam Inſti-
tutorum, atque ſubſtitutorum, in tertia ta-
men vocavit filios, & deſcendentes, in quibus
circumſtantiis locum ſibi non vindicat repeti-
tio, ut benè ad rem conſiderat *Anan. conſ. 22.
num.3., Alexand. conſ.53. num.17. lib.4., Al-
tograd. conſ.83. num.58. lib.2., Rot. deciſ. 581.
num.7. part.5. tom.2., deciſ.106. numer. 5. part.
15., deciſ. 205. num. 13. part.16., coram Bich.
deciſ.456. num.2., ad ornat. Cardin. de Luca de
Fideicommiſ. deciſ.20. num.3., & deciſ.21. num.
2., in Melevitana Fideicommiſſi 21. Februarii
1710. §. Prout nec urget poſt med. coram Emi-
nentiſſimo Priolo, confirmata 20. Martii 1711. §.
Addito verſ. militante coram Criſpo*; Præſer-
tim, quando, ut in hypotheſi, non agitur de diſpo-
tione facta ab aliqua rudi perſona, & legalis fa- 33
cultatis prorſus ignara, minimè idcircò percipi-
ente vim, & efficaciam verborum, ſed Teſtator
erat nobilis, & egregius vir, Juriſperitus, &, ut
dicitur, Advocatus Collegialis, qui propterea ſi
verborum diverſitatem, earumque proprieta- 34
tem, & germanam ſignificationem intellexiſſe
cenſendus eſt, profectò dici debet, quod qualita-
tem maſculinitatis in hac ſubſtitutione DD. de
Polenis non oſcitanter, ſed conſultò omiſerit,
proindeque eadem repetita cenſeri nequit, ut ſi-
milem Teſtatoris qualitatem ponderando, tradi-
derunt *Altograd. contr.68. num.36., & ſeqq., Rot.
deciſ. 22. num.5. apud Balducc. ad Ramon. tom.
4., in recent. deciſ. 170. num.11. part. 14.*, cum
aliis *in Maceraten. Legatorum, & Fideicommiſ-
ſi 18. Junii 1710. §.16., & 17. coram R̃mo An-
ſaldo Decano*.

Supereſt demùm diverſitas rationis, quæ, etſi
neceſſaria non eſſet, cum ſufficiat, Teſtatorem 35
uſum fuiſſe diverſo modo diſponendi in uno
potiùs, quàm in alio caſu, ſtat enim prò ratio-
ne voluntas, ut monet *Rota deciſ.638. num.7.
part.18., & in Melevitana Fideicommiſſi 13. Ju-
nii 1710. §. Haud refragante coram Priolo, &
in Bononien. primogenituræ de Cultellis 12. Mar-
tii 1717. §. Quamquam verò coram Cerro*, At-
tamen hic deeſſe non videtur, & promanat ex
eo, quod poſt tres lineas præcedenter inſtitu- 36
tas, ſubſtitutaſque, difficiliùs reperiri potuiſ-
ſent Maſculi de domo Polena, ideoque nil mi-
rum, ſi Teſtator optans perpetuum progreſſivum
fideicommiſſum, invitavit in hac poſtrema ſub-
ſtitutione etiam fœminas, ac deſcendentes ex
eis, quæ quidem rationis diverſitas cum ſatis 37
perſpicua ſit, atque manifeſta, repetitionem
maſculinæ qualitatis de una ad aliam ſubſtitu-
tionem penitus excludit, ut generaliter tradi-
derunt *Bim. conſ.111. num.21. lib.2., Rocca di-
ſput. jur. ſelect. cap.42. num.18., & 19., &
num.20., Barz. deciſ. Bonon. 119. num.2., &
3., Rot. coram ſan. mem. Alexand. VIII. deciſ.
252. num.10., & ſeqq., coram Card. Cerro de-
ciſ.96. num.17., & ſeqq., in Lucana fideicom-
miſſi de Barſottis 28. Martii 1710. §. Manifeſtu
coram Criſpo, & in Senogallien. Canonicatus de
Luchis 25. Januarii 1709. §. Eu defectu, &
§. Tantoque magis coram Lancetta, & 23. Junii
1710. §. Validius coram Aldrovando, & magis
in*

in ſpecie Rot. in rec. deciſ.65. num. 7. part. 8., deciſ.482. num.22. part.19., in Melevitana fideicommiſſi 13. Junii 1710. §. Haud refragante coram Priolo.

Nec diverſimodè Teſtator ipſe voluiſſe cenſetur ex quo ſubſtituit illos de Polenis cum
38 eiſdem conditionibus, & oneribus ſuperadjectis lineæ de Conchis; quippè id intelligendum eſt de ordine primogenituræ, aſſumptione, & delatione cognominis, & armorum abſque mixturà, acceptatione d. oneris, & juramento illud ſervandi, intrà certum tempus emittendo, cum ſubſtitutione ſecundogeniti in caſu contraventionis, ut latius perſpici poteſt ex teſtamento,
39 in quo perſpicuè demonſtrata videntur omnia ea, quæ ſub nomine conditionis, & onerum venire Teſtator intellexit, quo circà illa tantùm virtute ſupradictæ clauſulæ hic repetita fuiſſe dicenda ſunt, non autem qualitas maſculinitatis, quæ inter conditiones, & onera relata minime legitur, per ea, quæ firmavit *Rota in Avenionen., ſeù Carpentoracten. fideicommiſſi de Tertullis 2. Decembris 1705. §. Ultro quod coram Molines, & in Melevitana fideicommiſſi 13. Junii 1710. §. Quâ etiam reſponſione coram Card. Priolo*, & melius ad rem noſtram *Rota deciſ.307. num.16. part.16.*, ibi = *& præcipuè*
40 *verba eſſe ſimilitudinaria modi ſuccedendi, non etiam ſuccedentium perſonarum* = *in Romana Caſalis Aguzzani 20. Junii 1701. §. Abſque eo quod coram Molines, in Bononien. primogenituræ de Cultellis 15. Februarii 1715. §. Abſque eo quod coram Falconerio, & 12. Martii 1717. §. Fruſtraque coram Cerro*, his verbis = *Siquidem prædicta verba apprimè verificantur repetendo eadem gravamina ſuperiùs injuncta, quæ reſpiciunt ordinem ſucceſſivum. & per modum primogenituræ abſque ullà neceſſitate ea referendi ad excluſionem fœminarum lineæ primogenialis in concurſu diverſæ lineæ, quod ubi Teſtator voluiſſet exprimere in ſucceſſivis gradibus, utique non omiſiſſet, ſicut expreſſit in antecedentibus* =.

Nilque turbat, quod ſaltem ratione dd. one-
41 rum, quorum fœminæ non ſunt capaces, D. Artemiſia excluſa dicenda ſit à primogenitura, de qua agitur, præſertim, cum ea ex ſimilibus oneribus ad agnationis conſervationem ordinata videri poſſit; Nam, etſi admitteretur, per dd. onera agnationem contemplatam dici poſſe, attamen, cum id in DD. de Polenis deſcenden-
42 tibus ex fœmina, filia nempè Teſtatoris, non niſi fictè, & artificialiter verificari queat, adeout tali pacto potiùs nominis, & familiæ conſervationi, ac memoriæ, quàm veræ agnationi proſpectum fuiſſe cenſeatur, *Altograd. ſen. conſ.66. num.63., & ſeqq. lib.2., Torr. de primogenit. Ital. part.1. cap.38. num.42., & ſeqq. part.1., Larrea deciſ. Granaten. 34. num. 39., Rot. coram Cerro deciſ.885. num.9., ad ornat. Card. de Luc. de fideicommiſ. deciſ.11. num. 12., deciſ.12. num.13., & ſeqq., deciſ.13. num.9., & deciſ.14. num.18., & ſeqq., & in Bononien. fideicommiſſi de Foſcherariis 30. Aprilis 1717. §. Omni denique coram de Herrera*;

Hic ſanè modus, quo reverà conſervari non po-
teſt agnatio vera Teſtatoris, non impedit, quo 43
minus fœmina, & deſcendentes ab ea ad hujuſmodi fideicommiſſum, ſeù primogenituram fictè agnatitiam admittantur, cum omnes æquè
benè Teſtatoris præceptum adimplere valeant, 44
ejus familiæ memoriam conſervando per uſum cognominis, & inſignium, quæ à fœminis quoque deferri poſſe in terminis ſimilis majoratus fictè agnatitii, docuerunt *Venturin. conſ.2. num.223., Altograd. conſ.66. num.57.65., & 77. lib.2., Grat. conſ.132. num.16., & 17. lib.1., Alvarad. de conjectur. ment. defunct. lib. 2. cap.1. §.1. num.23. verſ. hæc tamen, Molin. de primogenit. lib.2. cap.14. num.9., ubi Adden. ſub num.8., & 9., Theſaur. quæſt. forenſ. lib.2. cap.12. in fin, verſ. attento maximè, Cenſal. ad Peregrin. de fideicomm. art.20. pag.52. col.2. circa med. verſ. quis cum aliis apud Caſtill. contr. lib.5. cap.133. num.5., & 14., & num.21., & cap.136. num.75., Mierez. de majorat. part.2. quæſt.6. num.23., Larrea deciſ. Granaten. 34. num.48., Card. de Luc. de feud. diſc.45. num.3., Fontanell. deciſ.35. num.2., Torr. de primogen., & majorat. Ital. part.1. cap.38. §.3. num.36. 41. 51. 56. 59., & 60. §.4. num.110., & §.17. num.196.*, ibi = *Nonnumquam etiam fœminæ ad ejuſmodi primogenituram ſuccedere valent, dummodò non ſint expreſſè excluſæ, nam tàm maſculus, quàm fœmina poteſt alienæ familiæ nomen, & inſignia aſſumere, & hanc ipſam conditionem à Teſtatore demandatam adimplere*, idemque prius etiam firmaverat ſupra *cap.25. §.11. num. 124., & ſeq., & num.127., & ſeq.*, ubi, quod,
licèt in Italia hujuſmodi onus faciat aliqualem 45
præſumptionem prò agnationis contemplatione,
tanti tamen non eſt, ut excludere valeat fœmi- 46
nas, & deſcendentes ex eis, quoties aliæ conjecturæ prò agnationis contemplatione, & fœminarum excluſion non concurrunt, & ità intelligendæ ſunt auctoritates contrarium firmantes, ut nimirum procedant cum aliæ adſunt conjecturæ, & præſumptiones, ſuadentes, Teſtatorem voluiſſe agnationi proſpicere, & fœminæ aut ex eis deſcendentes concurrant cum Maſculis agnatis, quemadmodum etiam eſt ſenſus ſacræ *Rotæ*, quæ, dum conjecturam hanc per sè ſolam conſideravit, duxit, illam ſufficientem non eſſe ad inducendam agnationis contemplationem, & fœminas excludendas, ut in *deciſ. 203. num.5. part.16. rec., deciſ.475. num.5. part. 19., in Fulginaten. primogenituræ 14. Junii 1700. §. Cum enim coram Molines, & in d. Bononien. primogenituræ de Cultellis 12. Martii 1717. §. Ac ſub eadem, & 26. Junii ejuſdem anni §. final. coram Cerro*; Quod verò ſupradictum
onus à Maſculis ex fœminis adimpleri poſſit, 47
omni prorſus difficultate vacat, & præter mox citatos, dixit *Rota in Aquipenden., ſeù Montis Faliſci fideicommiſſi 11. Maii 1705. §. Quo verò, & ſeqq. coram Card. Caprara, in Romana fideicommiſſi Pauli de Alveris 27. Aprilis 1716. §. Quibus ità coram Cerro, in Perusina fideicommiſſi 5. Junii ejuſdem anni §. Limitatio ita-*

que

que coram eodem, *& in d. Bononien. fideicommiſsi de Fuſcherariis 30. Aprilis 1717. §. Onus denique coram de Herrera*.

Huic demum vocationi Artemiſię non officit,
quod in d. primogenitura comprehenditur etiam
Prioratus Religionis S. Stephani à Teſtatore
fundatus, ad quem vocantur omnes ſubſtituti
in primogenitura prædicta, ideoque, cum fœ-
48 mina capax non ſit illam aſſequendi, nec etiam
ſuccedere valeat in d. primogenitura; nam,
omiſſo, an etiam fœminæ ſint capaces ſuccedendis
in Commendis, & Prioratibus Divi Stephani,
ad effectum, de quo agitur, ſatis eſt re-
49 ſpondere, quod ſucceſſio in Prioratu regulatur
juxta legem præſcriptam in ejus fundatione, &
erectione, quæ interverti non poteſt, *Anſold.
conſ.12. num.68., & 76., conſ.16. num.88., &
90., & conſ.140. num.60., & ſeq.*, *Mart. Vot.
Piſan. 15. num.1.*, ſucceſſio verò in primogeni-
50 tura dependet ex teſtamento, in quo cum fœ-
minæ ex ſupradictis vocatæ fuerint, nullum
obicem eis facere poterit aſſerta indoles, & na-
tura Prioratus, utpotè omninò diverſa à jure
51 ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, hæc quippe ex-
tenſionem recipere poteſt ex conjecturata De-
52 functi voluntate, ille verò ad expreſſum ſolum-
modò caſum reſtringendus eſt, ut diſtinguendo
monet *Anſald. conſ.141. num.20., & ſeqq.*

Jam vero ex his plenè conſtabilitâ, & à con-
trariis vindicatâ vocatione D. Artemiſiæ, nul-
lum negocium faceſſit id, quod dicitur in ter-
tia parte contrarii diſcurſus, quod nimirum
etiam D. Catherina Soror, & donataria Phi-
lippi ultimi Maſculi ex linea de Conchis vocata
cenſeri poſſit; nam cum Teſtator expreſſis, di-
ſertiſque verbis ſubſtituerit lineam maſculinam
53 Franciſci de Conchis, procul dubio excluſa à
tali vocatione dici debet fœmina, quæ in linea
maſculina non continetur, *Fuſar de ſubſtit.
quæſt.346. num.42. 45., & ſeq.*, *Rot. coram
Coccino deciſ.2083. ex num.25.*, *deciſ.2100. ex
num.5.; & deciſ.2122. per tot.*, *coram Celſo
deciſ.341. num.7., & 6.*, *in rec. deciſ.95. num.
4. part.11.*, *deciſ.392. num.13. part.14.*, & di-
54 ſtinguendo hunc caſum ab alio, quo vocati eſ-
ſent deſcendentes per lineam maſculinam, opti-
mè *Rota ad ornat. Card. de Luc. de teſtament.
deciſ.43. num.10.*, *& ſub num.14.*, & rectè
55 quidem, quia linea maſculina inchoatur à Ma-
ſculis, & finitur in fœminis excluſivè, ut benè
ex aliis advertit *Rota in rec. deciſ.415. num.12.
part.12.*, *& in Ravennaten. fideicommiſſi Julii
Cammilli de Abbioſis 7. Aprilis 1710. §. Maxime
quia coram Criſpo*, id quod juſtum locum ſi-
56 bi vindicat non ſolum in fœminis, verùm etiam
in maſculis ex fœminis, ut reſpondit *Rota ad
ornat. Card. de Luc. de fideicomm. deciſ.22. ex
num.14., & num.18., & 19.*, *deciſ.30. num.2.*,
deciſ.31. num.4., *deciſ.33. num.4., & ſeqq.*, *&
in Mantiſs. ad eundem tit. pariter de fideicomm.
deciſ.1. num.6.*, *& deciſ.2. num.16.*

Neque hujus fœminæ comprehenſio, quæ à
parte diſpoſitiva excluſa reperitur, deſumi va-
let à parte conditionali, in qua facta legitur in-
diſtincta mentio de omnibus comprehenſis in li-
nea; Siquidem non abſolutè, & ſimpliciter li-
nea expreſſa fuit, ſed cum dictione illa relativa
detta, cujus proinde vigore repetita cenſetur 57
qualitas maſculinitatis, parti diſpoſitivæ appoſita,
ut concorditer animadvertunt *Gozandin. conſ.29.
num.15.*, *Rot. deciſ.713. num.2., & 3. part.2.
diverſ.*, *coram Coccin. deciſ.1616. num.9.*, *coram
Buratt. deciſ.272. num.6., & ſeqq.*, *coram
Ubald. deciſ.248. num.4.*, *coram Cerro dec.839.
num.10.*, *coram Priol. deciſ.199. num.22.*, *in
rec. deciſ.110. num.22., & 23. part.7.*, *deciſ.7.
num.45. part.10.*, *deciſ.410. num.10. part.14.*,
ad ornat. Card. de Luc. de uſur. dec.17. num.10.,
*in Mantiſ. ad eundem de fideicomm. deciſ.16. num.
20.*, ea enim eſt relationis vis, atque natura,
ut orationes, diſpoſitioneſque quarum una ad 58
alteram refertur, quamvis inter ſè diverſæ ſint,
& ſeparatæ, non plures, ſed una, eademque eſſe
videantur, ita quidem, ut, qui ab una fuerit
excluſus, excludatur etiam ab altera, ad *vulgat.
Textum in leg. Aſſe toto 77. ff. de hered. inſtit.*,
leg. ait Prætor §. Si Judex ff. de re judic., *Peregrin.
de fideicomm. art.16. num.112.*, *Rot. coram
Dunoz. jun. deciſ.526. num.5.*, *& in Voto
edito in Romana Teſtamentorum ſuper foliis, &
Legato habitationis 27. Auguſti 1713. §. Sejungendo
coram Cerro*, *& in Romana fideicommiſſi
22. Februarii 1717. §. Paramque, & 25. Junii
ejuſdem anni §. Hinc inutiliter coram eodem*.

Florentina Fideicommiſſi.

A primogenituræ ſucceſſione, ad quam Teſtator ultimo loco invitavit filios, & deſcendentes alicujus certo nobilitatis gradu præditos, & tempore delatæ ſucceſſionis viventes, excluduntur, qui eo nobilitatis gradu non polleant, tum etiam filius tertiogenitus, ejuſque deſcendentes, exiſtentibus ſive maſculis, ſive fœminis deſcendentibus à ſecundogenito, ante delatam ſucceſſionem præmortuo.

VOTUM XXXIII.

1 *Ad fideicommiſſum aſpirare poteſt vocatus, qui pollet nobilitate gradus materni a Teſtatore optatâ*.

2 *Non autem alii vocati ex ignobili matre progeniti*.

3 *A fideicommiſſo excluditur natus a matre nobili, quando deſit gradus nobilitatis aviæ, maternæ, & Teſtator nobilitatem exegerit ab Ordine S. Stephani requiſitam*.

4 *Nobilem quoque aviam expoſcunt ſtatuta Ordinis S. Stephani*.

5 *Lineæ prærogativa vincit parem nobilitatis gradum a Teſtatore optatum*, & num.43.

6 *In primogenitura regulari lineæ prærogativa omnes alias vincit*.

7 *Modus ſuccedendi* per ordine di primogenitura, *idem eſt, ac juxta lineæ prærogativam, & regularis primogenituræ inſtitutionem*.

8 *Ac-*

8 *Accedente præſertim onere aſſumendi cognomen, & inſignia familiæ.*

9 *Primogenituræ regulari potiùs, quàm ſaltuariæ favet juris præſumptio.*

10 *Ne primogenitura per ſaltum admittatur, omnis interpretatio capienda eſt.*

11 *Succedendi modus in priori ſubſtitutione præſcriptus, in ſecunda repetitus cenſetur, ſi eam Teſtator ſcripſerit* con le medeſime condizioni, e carichi.

12 *Primogenituræ ordo hic eſt, ut ſucceſſio primùm ad Primogenitum, ejuſque Deſcendentes, deinde ad Secundogenitum, ejuſque Deſcendentes, & ſic deinceps deferatur.*

13 *Itaut expectanda ſit priorum linearum extinctio.*

14 *Secundogenitus, ejuſque Deſcendentes quoad primogenituræ ſucceſſionem, extinctâ primogeniti lineâ, prædilecti cenſentur, & aliis præferuntur.*

15 *Etiam non curatâ qualitate ſexûs, ſi eam Teſtator non requiſivit.*

16 *Sexus qualitas, nonniſi inter Deſcendentes ejuſdem gradus, & lineæ ſpectanda eſt.*

17 *Linea ſola prærogativa ſpectatur inter eos, qui a diverſo columnello procedunt.*

18 *Sive agatur de progreſſu, ſive de ingreſſu ſucceſſionis.*

19 *De eadem lineâ ſunt omnes Deſcendentes reſpectu ejus, qui deſignatus fuit tamquam ſtipes.*

20 *In linea non comprehenditur, qui deſignatus fuit tamquam ſtipes.*

21 *In primogenituræ ſucceſſione linea conſideratur habito reſpectu non ad eum, qui deſignatus fuit tamquam ſtipes, ſed ad ejus filios, & Deſcendentes.*

22 *Itaut linea Deſcendentium dividatur in plures.*

23 *De linea Secundogeniti, qui ſupereſt, præfertur aliis conſtitutis in linea inferiori.*

24 *Lineam propriam quilibet frater, & ſoror conſtituit.*

25 *A primogenitura Secundò, vel Tertiogenitus excluditur, donec extat aliquis ex linea Primogeniti.*

26 *Lineæ, quæ ſuum principium non habuit, prælatio dari non poteſt.*

27 *Linea actualis comprehendit poſſeſſorem primogenituræ, habitualis verò quemlibet habentem jus, & ſpem ſuccedendi.*

28 *Lineam habitualem conſtituit filius ſtatim ac prodit in lucem.*

29 *Et adquirit ſibi, & filiis incommutabilem ſpem ſuccedendi.*

30 *Ad lineas inferiores tranſitus fieri nequit, donec ſuperſint filii, & deſcendentes à Secundogenito, etiam ante ſucceſſionem præmortuo.*

31 *Filii, & deſcendentes à Secundogenito in primogenituræ ſucceſſione præferendi ſunt, quemadmodum præferri debuiſſet eorum Pater, ſi ultimo poſſeſſori ſupervixiſſet.*

32 *Sive agatur de progreſſu ſucceſſionis in eadem lineâ, ſive de ingreſſu ſucceſſionis in novam lineam,* & num. 37.

33 *Niſi in novo ingreſſu primogenituræ linea conſtituta dici nequeat ob defectum certæ vocationis perſonarum, quæ lineam componere debuiſſent.*

34 *Lineæ, in quam primogenitura nondum ingreſſa eſt, ut habenda ſit ratio, neceſſaria eſt vocatio certæ perſonæ, quæ lineam efformare potuiſſet.*

35 *Prælatio deficit, deficiente vocatione.*

36 *Filii ad primogenituram vocati conſtituunt lineam uniuſcujuſque propriam cum prælatione lineæ Primogeniti, & deinceps Secundogeniti.*

38 *Vocationem reſtrictam eſſe ad certas perſonas ſub certa conditione, & perſonas illas ab initio vocatas fuiſſe, non repugnat.*

39 *Itaut illæ ſuccedere poſſint, excluſâ inferiori lineâ, tametſi gradus præcedens, & caput eorum lineæ ſucceſſionem non agnoverint.*

40 *Primogenitus carens nobilitatis gradu a Teſtatore præſcripto non excludit alios lineæ præcedentis eâ nobilitate præditos.*

41 *Incapax ſuccedendi nullum jus tranſmittere poteſt ad filios, & Deſcendentes.*

42 *Plus juris in cauſato, quàm in cauſante eſſe nequit.*

44 *Primogenitura regularis ſecumfert lineæ prærogativam.*

45 *Succeſſionem in ſuſpenſo manere non vult, qui ſubſtituit filios, & Deſcendentes, tempore delatæ ſucceſſionis viventes.*

46 *In primogenituræ ſucceſſione voluntas Teſtatoris ſolùm ſpectanda eſt.*

47 *Subſtitutio filiorum, tempore delatæ ſucceſſionis viventium, naſcituros excludit.*

48 *Primogenituræ ſucceſſio, donec ſpes adſit, ut ex lineâ prædilectâ prodeat perſona capax ſuccedendi, in ſuſpenſo manere debet, vel alteri per ſpeciem adminiſtrationis interea deferri.*

49 *Primogenituræ ſucceſſio, ſecus ac Majoratuum Hiſpaniæ, in ſuſpenſo manere poteſt, vel alteri per ſpeciem adminiſtrationis interea deferri.*

50 *Filius poſtea natus ob prærogativam lineæ a ſubſtituto avocare poteſt Bona primogenialia.*

IN ſupremis Tabulis, cum quibus deceſſit bon. mem. Antonius de Alexandris, heredem ſibi ſcripſit ex aſſe Joannem de Alexandris, eique ſubſtituit omnes ejus filios, & deſcendentes maſculos in infinitum, quibus deficientibus, vel non exiſtentibus, vocavit Nicolaum germanum fratrem d. Joannis, ejuſque filios, & Deſcendentes maſculos pariter in infinitum; Deinde mente ſecum reputans, evenire poſſe, quod tota agnatio maſculina de Alexandris in dd. fratribus, eorumque Deſcendentibus aliquando defeciſſet, juſſit, eo eveniente, de omnibus ſuis Bonis, præter quam de Villa Parina, & Bonis illi annexis, tres fieri partes erogan-

gaodas in pios uſus, ab ipſo io teſtamento præ-
ſcriptos; Villam verò Parinam, & Bona illi
annexa, obnoxia reliquit fideicommiſſo, ſeù
primogenituræ favore lineæ maſculinæ Franci-
ſci quondam de Conchis, cum onere aſſumendi
cognomen, & arma familiæ de Alexandris, abſ-
que ullâ prorſus mixturâ, & tàm in caſu con-
traventionis, & inobſervantiæ, quo Teſtator
revocavit, & pro revocata haberi voluit ſubſti-
tutionem præfatam, quàm in caſu deficientiæ
rotius dictæ lineæ, per mortem nempè omuium
in ea comprehenſorum, ſubſtituit filios, & de-
ſcendentes tunc viventes Joſephi de Polenis ejus
ex filia nepotis, = *meutre ſiano procreati, e con-
cetti di Madre nobile &c., ſiccbè i ſuoi quarti paſ-
ſino per la Cavalleria della Religione di San Ste-
fano ſenza difficoltà &c.* = & cum eiſdem condi-
tionibus, & oneribus ſupra adjectis ſubſtitutio-
ni lineæ de Conchis; prohibuitque demum om-
nem prorſus alienationem, detractionem, ſuo-
rumque Bonorum locationem, atque obliga-
tionem, ob eam finalem cauſam, ut nimirum
illa conſervarentur ad beneficium omuium vo-
catorum, indictâ contravenieutibus pœnâ cadu-
citatis.

Primus fideicommiſſum agnovit Joannes,
cujus lineâ extinctâ, ut etiam illâ Nicolai ſe-
cundo loco vocatâ, ſucceſſio delata, ingreſſa-
que fuit in lineam Franciſci de Conchis, cum-
que hæc pariter jam jam deſitura ſit, locus fie-
ri debet poſtremæ ſubſtitutioni filiorum, & de-
ſcendentium tunc viventium Joſephi de Pole-
nis, inter quos adeſt D. Artemiſia, ex Vincen-
tio filio Neptis dicti Joſephi, quæ ortum ha-
1 bens a Matre nobili, & conſequenter pollens
requiſito nobilitatis gradus materni à Teſtatore
volitæ, juſtâ ratione ad dictum fideicommiſ-
ſum, ſive primogenituram adſpirare poteſt, cum
vocata legatur, & capax ſit illam aſſequendi, ex
firmatis iu alio meo ſeparato Reſponſo pro veri-
tate contra Dominum Philippum de Conchis
edito, ad quod propterea, oe actum agam, me
refero.

Nec dictæ Dom. Artemiſiæ obeſſe poteſt exi-
ſtentia Dom. Cæciliæ filiæ dicti Joſephi; & Se-
baſtiani, filiorumque ab eo oaſciturorum; nam,
quod attinet ad Dom. Cæciliam, ipſa caret re-
quiſito gradus materni, cum procreata ſit ex
2 Matre non nobili, ideoque ab hujuſmodi ſuc-
ceſſione repellitur, ex aperta Teſtatoris volun-
rate, tunc demùm admittente filios, & Deſcen-
dentes Joſephi de Polenis = *mentre ſiano procre-
ati, e coucetti di Madre nobile &c.* = eâdem-
que ratione repelli poſſe videtur etiam Sebaſtia-
nus filius dictæ Cæciliæ, quia, licèt ipſe ortum
3 ducat à Matre oobili, talis tamen non eſt gra-
dus Aviæ maternæ, cujus etiam nobilitatem
Teſtator requiſiviſſe cenſetur, dum poſt ex-
preſſam Matris nobilitatem addidit = *ſiccbè i
ſuoi quarti paſſino per la Cavalleria della Reli-
gione di San Stefano ſenza difficultà* = quæ ſi,
4 juxtà Ordinis Statuta, præter Matrem, Aviam
quoque nobilem expoſcit, id etiam voluiſſe
cenſetur Teſtator, qui in vocatis exoptavit ca-
pacitatem ſeſe adſcribendi dicto Ordini, quo ve-
rò ad alios filios à Sebaſtiano procreandos; ſup-
poſito etiam, quod iſti jam nati eſſent tempo-
re ſucceſſionis aperiendæ, & quidem ex Matre
nobili, ideoque capaces eſſent ſuccedendi; ni-
hilominus concurrere non poſſent cum D. Ar-
temiſia, quæ eos ſemper vinceret prærogativâ 5
lineæ, io qua reperitur; Et quæ prælativè ad om-
nes alias qualitates atteuditur, quoties agitur de 6
primogenitura regulari, ut in hypotheſi, juxtà
*Text. in cap. 1. de natur. ſucceſſ. Feud., Amat. va-
riar. reſolut. 1. num. 89., Rodulphin. allegat. 97.
num. 13., & allegat. 98. num. 11., Roblet de re-
præſent. lib. 3. cap. 4. numer. 5. & ſeqq., Torr. de
Primog. Ital. part. 1. cap. 5. num. 38., & cap. 39.
num. 474., & cap. 41. nu. 14., deciſ. ſicul. impreſſ.
poſt Cardin. de Luca de feud. num. 171. & ſeqq.,
Rot. deciſ. 18. numer. 4. part. 18. tom. 1., & deciſ.
414. eadem part. 18. tom. 2., & deciſ. 451. numer.
8. part. 19., in Bononien. Fideicommiſſi de Barbe-
riis 27. Aprilis* 1708. *§. Quibus ità præmiſſis co-
ram Caſſarello, in Bononien. Primogenituræ de
Cultellis 12. Martii* 1717. *§. Nec ex finalibus
coram Cerro, & in Æſina Primogenituræ de A-
micis 21. Junii 1717. §. Validitate autem coram
Foſcare.*

Teſtator enim io præcedenti ſubſtitutione li-
neæ de Conchis ita ſe expreſſit = *ſoſtitui, e ſo-
ſtituiſce la linea maſcolina &c. per ordine di pri-
mogenitura* = qui ſanè modus ſuccedendi per 7
viam primogenituræ importat ſucceſſionem ju-
xta lineæ prærogativam, & inſtitutionem pri-
mogenituræ regularis, oon verò facti, & ſaltua-
riæ, teſte *Molin. de Primogen. cap. 8. num. 18. &
19. lib. 3., Actolin. reſolut. 81. ſub numer. 9.,
Manſ. conſult. 98. ſub num. 22. & 39., Card. de
Luca de Fideicomm. diſc. 2. num. 7., Balducc. ad
Ramon. deciſ. 92. num. 9. tom. 2., Rot. in Bono-
nien. Fideicommiſſi de Barberiis 17. Januarii*
1710. *§. Quin obicem cum ſeqq. coram Reveren-
diſſimo Aldrovando, & optimè in Bononien. Pri-
mogenituræ de Cultellis 16. Junii 1717. §. Ex-
cluſo ſic coram Cerro;* Accedente in ſpecie præſer- 8
tim onere aſſumendi cognomen, & inſignia fa-
miliæ, quod in propoſito conſiderat *Rot. in dict.
Bononien. Fideicommiſſi de Barberiis 17. Aprilis*
1708. *§. Quodque mirabiliter, & 12. Aprilis*
1709. *§. Neque deficere coram Caſſarello, & in
dicta Æſina Primogenituræ de Amicis 21. Junii*
1717. *§. Quæ porrò coram Foſcaro;* Ac etiam
legali præſumptione favente potiùs hujuſmodi 9
primogenituræ regulari, quàm ſaltuariæ, quæ
cum in jure odioſiſſima ſit, omnis idcircò in-
terpretatio ſumi debet contrâ illam, ad hoc ut, 10
quo minùs fieri poteſt, à regulari, & naturæ ma-
gis conſona ſuccedendi ratiooe abſcedatur, ut,
firmat *Rota in deciſionibus mox allegatis, & in
Fulginaten. Primogenituræ 14. Junii* 1707. *§.
Cum enim coram Reverendiſſimo Molines, &
in Bononien. Primogenituræ de Cultellis 29. Ja-
nuarii* 1714. *§. Tanto magis cum ſeqq., & 15. Fe-
bruarii* 1705. *§. Abſque eo, quod, & ſeqq. coram
Illmo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore, & 16.
Junii 1717. §. Excluſo cor. Cerro,* & alibi paſſim.

Hunc

Digitized by Google

Hunc autem ſuccedendi ordinem per viam re-
gularis primogenituræ in linea de Conchis præ-
ſcriptum, in dubium venire nequit, quin Teſtator
ſervari voluerit etiam in immediatè ſequenti
ſubſtitutione DD. Polenis, dum eos ſubſtituit = *con le medeſime condizioni, e cariche apposti ſopra alla linea del Sig. Franceſco qu: Giacomo, quali detto Sig: Teſtatore volle averſi qui per appoſti, e repetiti in ogni miglior modo &c.* ; = Ex recenſi-
to enim verborum tenore apparet, Teſtatorem
æquiparare voluiſſe utramque ſubſtitutionem,
quoad ordinem, & modum ſuccedendi, & ſic
11 reſpectu hujus ordinationis, diſpoſitum in una,
repetitum quoque cenſetur in altera, *Alexand. conſ. 131. num. 6., & ſeq. lib. 1., Decian. conſ. 45. num. 55. lib. 1., Rot. deciſ. 123. numer. 15. part. 14. recent., in Romana Caſolis Aguzzani 20. Junii 1701. §. Abſque eo quod coram Reverendiſſimo Molines, & in Bononien. Primogenituræ de Cultellis 12. Martii 1717. §. Fruſtraque coram Cerro*, ibi *Prædicta verba apprimè verificantur repetendo eadem gravamina ſuperiùs injuncta, quæ reſpiciunt ordinem ſucceſſivum, & per modum primogenituræ* = ; Ita quidem ut vo-
cando filios, & Deſcendentes Joſephi de Pole-
nis intellexerit, priùs ſucceſſionem eſſe deferen-
dam ad Primogenitum, & omnes ejus deſcen-
12 dentes, deinde ad ſecundogenitum, & illius
pariter deſcendentes, & denique ad tertioge-
nitum, & ſic de ſingulis, juxtà naturam diſpo-
ſitionis primogenialis, quæ hujuſmodi ſucceſ-
ſivum, & gradualem ordinem expoſcit, *Torr. de Primogen. Ital. part. 1. cap. 5. num. 23., cap. 39. num. 101., & cap. 41. num. 13., & alii apud Rot. in dict. Bononien. Primogenituræ de Cultellis 29. Januarii 1714. §. Quamvis, & 15. Februarii 1715. §. In unum ſic collectis coram Illuſtriſſimo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore*, quo caſu donec extat aliquis deſcendens ex
13 priori linea Primogeniti, vel ſecundogeniti,
certè illi de tertiogenito, utpotè poſteriori, ad-
mitti non poſſunt, ſed expectare debent omni-
modam extinctionem priorum linearum, *Molin. de Primogenit. Hiſpan. lib. 3. cap. 9. numer. 29., Manſ. conſult. 197. num. 32. tom. 2., Torr. de Primogen. part. 1. cap. 39. num. 101., & cap. 41. num. 13., Roxas de incompatibil. part. 1. cap. 6. num. 10., Caſtill. contr. Jur. lib. 3. cap. 15. num. 53., & lib. 5. cap. 67. num. 23., & cap. 91. num. 3., Maſtrill. deciſ. 59. num. 1., Fontanell. deciſ. 34. numer. 6., & ſeqq., & numer. 13. & 14. lib. 1.*

Cum itaque Joſeph de Polenis, cujus filios,
& Deſcendentes Teſtator ſubſtituit, tres habuiſ-
ſet filios, nimirum Angelum, Vincentium, &
Cæciliam, & ex his Angelus ſinè prole defece-
rit, Vincentius poſt ſe reliquerit unicam filiam,
D. Artemiſiam, Cæcilia verò adhuc ſuperſtes
ſit unâ cum Sebaſtiano ejus filio, hinc eſt, quod
extinctâ lineâ Angeli Primogeniti, cum quæ-
renda ſit alia Perſona ex linea, in quam Pri-
mogenitura ingredi debet, ea præ ceteris eligen-
da eſt, quæ ſit melior inter ſuperextantes, &
proximior ultimo gravato, ut eſt illa Vincen-
tii ſecundogeniti, qui cum reſpectu aliorum 14
prædilectus dicatur, prædilecti quoque cenſen-
tur ejus filii, & deſcendentes, ad quos proindè
ſucceſſio deferri debet, excluſâ Cæcilia tertioge-
nitâ, ejuſque Deſcendentibus, *Torr. de Primog. Ital. part. 1. cap. 5. ſub num. 36. verſ. defectâ verò, & ſeqq., Rodulphin. alleg. 97. num. 13., Rocca diſp. Jur. ſelect. cap. 3. numer. 62., Rota poſt Torr. de Primog. deciſ. 2. num. 33., & ſeqq. part. 3., & in dicta Æſina Primogenituræ de Amicis 21. Junii 1717. §. Validitate autem coram Foſcaro* ; non curatâ qualitate ſexus, quippè Te- 15
ſtator in hac ſubſtitutione illam minimè requiſi-
vit, ut ſatis probatum videri poteſt in alio meo
Reſponſo pro veritate edito contra D. Philippum
de Conchis ; Et quæ demum, nonniſi inter De- 16
ſcendentes ejuſdem gradus, & lineæ ſpectanda
eſſet, per ea, quæ tradunt *Carol. Anton. de Luca de lin. legal. art. 12. num. 16., & ſeqq., & artic. 27. num. 21., & ſeqq., Peregrin. de Fideicomm. art. 27. num. 14. & ſeq., Torr. de Majorat. part. 1. cap. 25. num. 83., Fontanell. deciſ. 35. numer. 11., Rota deciſ. 167. num. 10., & ſeq. part. 11. recent., in Romana Caſalis Aguzzani 21. Junii 1701. §. Fortiùs coram Rmo Molines, & in Bononien. Primogenituræ de Cultellis 12. Martii 1717. §. Hinc faciliùs coram Cerro, & 16. Junii ejuſdem anni §. Minuſque coram eodem*, ſe-
cus verò inter eos, qui à diverſo columnello
procedunt, inter quos, omni aliâ qualitate omiſ- 17
ſâ, atque poſthabitâ, lineæ ſolùm prærogativa
ſpectetur, ut benè ad rem docuerunt *Surd. conſ. 403. num. 16., Ramon. conſ. 100. nu. 306., Barbat. de fideicomm. part. 1. cap. 4. inſpect. 4. numer. 51., Mierez. de Majorat. part. 2. quæſt. 6. num. 7., Caſtill. contr. Jur. lib. 5. cap. 138. num. 11., Torr. de Primogen. part. 1. cap. 5. nu. 40.* ; Idque
procedit non ſolùm in progreſſu ſucceſſionis, 18
ſed etiam in ingreſſu, juxtà veriorem, magiſque
receptam opinionem, de qua *Amat. reſolut. 1. num. 52., Caſtill. contr. jur. lib. 3. cap. 19. num. 65., Rodulphin. allegat. 97. num. 18., Cardin. de Luca de Fideicommiſ. diſc. 2. num. 4., & alii apud Rot. deciſ. 30. nu. 10. poſt Torr. de Primog. tom. 3.*

Quamobrem fruſtra obijceretur, hic non agi
de transferenda ſucceſſione ab una linea ad
aliam, cum tam Artemiſia, quàm Cæcilia, &
Sebaſtianus ejus filius deſcendant à Joſepho, &
propterea non ſint diverſæ lineæ, ſed unius &
ejuſdem lineæ diverſi palmites, & rami, quo
circa ſucceſſio deferenda ſit Cæciliæ, & deſcen-
dentibus illius, quæ ob præmorientiam Ange-
li, & Vincentii primogenita reperitur tempore
apertæ ſucceſſionis in linea Joſephi ; Reſponde-
tur enim, ad effectum, de quo agitur, minimè 19
ſpectandam eſſe lineam Joſephi, cujus reſpectu
certè omnes de eadem linea dicendi eſſent, ſed
cum ipſe vocatus non ſit, & ſolùm deſignatus
appareat tamquam ſtipes filiorum, & deſcen-
dentium ab eo, ideoque non comprehendatur
in linea, quæ ab ipſo non incipit, ſed à filiis, 20
Riminald. jun. conſ. 117. num. 27., & 28. lib. 2., Venturin. conſ. 26. num. 5. & 6., Cyriac. contr.

365. num.26., Facchin. contr. lib.11. cap. 25. §.
Ceterum, Mart. de ſucceſſ. legal. part. 2. quæſt.1.
art.3. num.4., Fuſar. de ſubſtit. quæſt.346. num.
36., Peregrin. de Fideicomm. art.26. num. 29.,
Fontanell. deciſ.34. num.12. lib. 1., hæc utique
conſiderari debet habito reſpectu ad ejus filios,
21 & Deſcendentes vocatos, quorum unuſquiſque
ſuam lineam, & columnellum ab alio diver-
ſum, & ſeparatum conſtituit in primogenitu-
22 ris, itaut linea deſcendentium dividatur in plu-
res, nimirum in lineam Deſcendentium primo-
genitorum, in lineam Deſcendentium ſecundo-
genitorum, & in lineam Deſcendentium tertio-
genitorum, & ſic de aliis, ut optimè advertit
Celſus conſ.120. ſub num. 12., Ramon. conſ.100.
num.483., Amat. reſolut. 1. numer. 30. 33., &
83., Cancer. variar. lib.3. cap.12. numer.195.,
Theſaur. quæſt. forenſ. lib.1. cap.34. num.9., Ca-
rol. Anton. de Luca de lin. legal. art. 27. numer.
25., Roxas de incompatib. part.1. cap.6. numer.
20., Robles de repræſentat. lib. 2. cap. 30. num.
40., & lib.3. cap.4. num.6., Torr. de Primog.
Ital. part. 1. cap. 5. num. 20. & 23., Rovit. in
pragmatic. de feud. 11. num.69., Molin. de Pri-
mogen. lib.3. cap.6. numer. 29. & ſeqq., Caſtill.
contr. jur. lib. 3. cap.19. num. 185. & ſeq., Rot.
apud Torr. de Primogen. deciſ.2. nu.36. & ſeqq.,
& deciſ. 18. num. 23., & in dicta Æſina Primo-
genituræ de Amicis 21. Junii 1717. §. Validi-
tate autem verſ. quodque unaquæque perſona vo-
cata propriam conſtituat lineam, coram Faſcaro;
quo fit, ut, dum ſupereſt aliquis deſcendens ex
23 linea ſecundogeniti, ut in caſu noſtro, ſive
maſculus, ſive fœmina, is ſemper præferatur
aliis conſtitutis in linea inferiori, quæ diverſa
cenſetur, ut, præter mox allegatos probant, The-
ſaur. quæſt. forenſ. 12. num. 18., & 58. lib. 2.,
Altograd. Jan. contr. 1. numer. 18., Saminiat.
contr.137. num.2., Manſ. conſult. 12. ſub num.9.
tom.9., Roſa conſult.69. num. 177., Tondut. re-
ſolut. civil.89. num.6. & ſeqq., Gratian. diſcept.
456. num.19., Grammatic. deciſ. 345. ſub num.
6., Rota coram Cerro deciſ.96. num.8., & ſeqq.
poſt Torr. de Primogen. deciſ.30. nu.8., ibi = Mi-
nus ſubſiſtit, quod inter Catherinam, & Ale-
xandram conſiderari non poſſit prærogativa lineæ,
ſed tantùm gradus, ex quo uti filiæ Victoriæ ſint
in eadem linea, quia, quidquid ſit reſpectu Aſcen-
dentis, attamen inter ipſas eſt certum, quod con-
ſtituat diverſam lineam, cum qualibet ſoror, ſeu
24 frater propriam diſtinctam lineam conſtituat, ita-
ut alter de alterius linea dici non poſſit, nec ad
25 primogenituram admitti valent ſecundò, vel
tertiogenitus ex eadem matre, donec extat ali-
quis ex linea, & radice fratris primogeniti =
& in Bononien. Primogenituræ de Caltellis 12.
Martii 1717. §. Quæ cum ità ſe habeant coram
Cerro.

Nec obeſſe poteſt, quod Vincentius ſecun-
dogenitus Pater D. Artemiſiæ ante purificatam
ſucceſſionem objerit, ideòque efformare nequi-
26 verit lineam, cujus reſpectu conſiderari poſſit
prælatio, quæ alioquin dari non poteſt, ubi linea
ſuum principium non habuit; objectio namque
iſta facilè eluitur diſtinguendo lineam actualem
ab habituali, cujus prima verificatur in poſſeſſore 27
primogenituræ, altera verò in quolibet habente
jus, & ſpem, ac potentiam ſuccedendi in il-
la, ut obſervat Roſa conſult.69. num.9., de Luc.
de lin. legal. art.8. num.43., Roxas de incompa-
tib. part.1. cap. 6. num. 144., & pluribus ſeqq.,
Caſtill. lib.5. cap.138. num.14., Torr. de Pri-
mogen. part. 1. cap.5. num. 30. & ſeqq., Larrea
deciſ. Granaten. 8. num.7. & ſeqq., Licet enim
Vincentius non efformaverit lineam actualem,
& effectivam, ex quo actu in primogenitura
non ſucceſſerit, conſtituiſſe tamen dicitur li- 28
neam habitualem ſecundogeniti ſtatim ac inter
filios Joſephi ſecundus prodiit in lucem, exin-
dè Jus primogenituræ illicò adquirens tam prò
ſe ipſo, quàm prò totâ ejus lineâ, & deſcen- 29
dentiâ cum quadam certa ſpe, & incommuta-
bili Jure ſuccedendi ſuo loco, & tempore, quod
efficit, ut, tametſi ipſe præmortuus fuerit antè
realem, & actualem ſucceſſionem, nihilomi- 30
nus cum capax aliquando extiterit ſuam lineam
efformandi, ſub ea habitualiter incluſiſſe cen-
ſetur omnes ſuos Deſcendentes cum prærogati-
va, ut donec aliquis ex eis supereſſet, fieri non
poſſet tranſitus ad lineam ulteriorum genito-
rum, quibus illi ſemper, & jure propriæ vo-
cationis à Parentibus in eoſdem tranſmiſſo præ-
ferendi ſunt, quemadmodum Vincentius eorum
Pater prælatus fuiſſet, ſi ultimo poſſeſſori ſuper- 31
vixiſſet, juxtà communem ſententiam, de qua
Altograd. Jan. contr.58. num.12., & contr.59.
num. 6., & ſeqq., de Luc. de lin. legal. artic. 27.
num.27., Molin. de Primogen. lib.3. cap.6. num.
34. & ſeq., Caſtill. contr. jur. lib.3. cap. 19. nu.
166., & lib.5. cap. 93. num. 5., Torr. de Pri-
mog. part.1. cap.5. num.33., & ſeqq., & cap.41.
num.15., & pluribus ſeqq., Rot. poſt ipſum de-
ciſ.30. numer.6., & ſeqq., coram Seraphin. deciſ.
245. per tot., in recent. deciſ.18. num.9. part.18.
tom.1., & deciſ. 414. numer.3., & ſeqq. eadem
part.18. tom.2., deciſ.451. num.5. part. 19. tom.
2., in Bononien. Fideicommiſſi de Barberiis 27. A-
prilis 1708. §. Conſtabilita, & 12. Aprilis 1709.
§. Quare coram Caffarello, & in eorum confir- 32
matoria 17. Januarii 1710. §. Non attento, &
ſeqq. coram Reverendiſſimo Aldrovando, in Bono-
nien. Primogenituræ de Caltellis 16. Junii 1717.
§. Nulla quippè coram Cerro, & in Æſina Pri-
mogenituræ de Amicis 21. ejuſdem menſis, & an-
ni §. Nullum obicem coram Feſcaro, quæ com-
munis opinio locum ſibi vindicat ſivè agatur de
progreſſu ſucceſſionis in eadem linea, ſive de
ingreſſu in novam lineam, ſecundùm Amat. re-
ſolut.1. num.52., Card. de Luca de Fideicommiſ.
diſc. 1. num. 18., Torr. de Primogen. dict. part.
1. cap. 41. numer. 16., Rot. poſt ipſum deciſ. 30.
num.7., & 10.

Et licèt non deſint contrarium ſentientes, ni-
mirum prærogativam lineæ attendendam non
eſſe in novo ingreſſu primogenituræ, quaſi tunc 33
nondum aliqua linea conſtituta dici poſſit, quæ
hujuſmodi prælationem ſibi vindicare valeat;
attamen eorum dicta procedunt in caſu, quo
reve-

rèverà linea conſtituta cenſeri non poſſet ob de-
fectum certæ vocationis illarum perſonarum,
quæ illam componere deberent, quæ quidem
34 vocatio, aut expreſſa, aut ſaltem virtualis, &
tacita omninò neceſſaria eſt, ut habenda ſit ra-
tio lineæ, in quam primogenitura adhuc in-
greſſa non fuit, ut ex *Hieronym. à Molin. tract.*
jur. veritat. 6. num. 20. verſ. puto conſequentiam
probat *Torr. de Primogen. part. 1. cap. 41. numer.*
34. deficiente namque vocatione, ſinè quâ linea
35 conſtitui nequit, rectè ceſſare dicitur prælatio,
quæ conſiderari nequit præciſivè ab exiſtentia
ſubjecti ejuſdem lineæ, ex notatis per *Altograd.*
jun. contr. 59. num. 41., *Hieronym. à Molin. loc.*
mox citat., *Torr. ubi ſupra nu. 28.*, *& 29.*, *Rot.*
deciſ. 414. numer. 6. 10., *& ſeqq. part. 18. tom. 2.*
rec.; At aliter res ſe habet in caſu noſtro, in
quo ambigi minimè poſſe videtur de vocatione
filiorum, & deſcendentium Joſephi, veluti ex-
preſſa præclaris hiſce verbis = *ſoſtituiſce &c. li*
figliuoli e deſcendenti allora viventi legitimi, e
naturali da principio della loro concezione di
Gioſeppe Poleni ſuo Nipote di figliola &c. = quæ
ſanè vocatio cum ipſis procul dubio tribuerit
jus, & ſpem ſuccedendi ſuis loco, & tempore,
36 negari non poteſt, quin lineam ſtatim efformare
voluerit reſpectu Deſcendentium cujuslibet ex
filiis cum prælatione lineæ primogenitæ reſpe-
ctu lineæ ſecundogenitæ, & ſic deinceps, qui
ſanè ordo prælativus etiam modò attendendus
37 eſt, tametſi de ingreſſu primogenituræ in novam
lineam agatur, & caput ejuſdem lineæ ſucceſ-
ſionem nactus non fuerit, ut rectè in ſimili ca-
ſu docuerunt *Covaruv. practic. quæſt. cap. 38. nu.*
6., *Molin. de Primog. lib. 3. cap. 6. numer. 3.*, *&*
4., *Marcian. lib. 1. diſput. 2. num. 35.*, *& ſeqq.*,
Carol. Anton. de Luc. de lin. legal. art. 27. num.
27., *Altograd. jun. contr. 60. num. 58.*, *Hieron.*
à Molin. dict. tract. jur. verit. 6. num. 12., *& 13.*
deciſ. ficul. poſt Card. de Luca de Fideicom. num.
272., *Torr. de Primogen. Ital. part. 1. cap. 41.*
num. 30. & ſeqq., *& numer. 41.*, *& duobus ſeqq.*,
apud quem alii.

Quæ cum ità ſint, atque ex his omnibus in
diſcrimen revocari nequeat diſtinctio linearum
cum prælatione inter eas debita lineæ Vincentii
ſecundogeniti adverſus illam Cæciliæ tertio-
genitæ, adeout primogenitura deferenda ſit D.
Artemiſiæ filiæ Vincentii prædefuncti ad exclu-
ſionem D. Cæciliæ tertiogenitæ, & deſcenden-
tium ab ea; nil ſanè turbat, quod dicta Cæci-
lia per obitum fratrum natu majorum primoge-
nita reperiatur tempore apertæ ſucceſſionis, ad
quod Teſtator reſpexiſſe videtur dum ſubſtituit
filios, & deſcendentes tunc viventes, & natos
ex matre nobili, indè arguendo defectum voca-
tionis antè apertam ſucceſſionem, & conſe-
quenter inexiſtentiam lineæ ante dictum caſum,
quæ modò in ipſa tamquam primogenita inci-
pere, & in ejus Deſcendentibus continuare de-
beat; Pro reſponſione enim ſatis eſſet dicere,
malè argui defectum vocationis Deſcendentium
uſque ab initio, & antè purificatam ſucceſſio-
nem, ex eo quod illa reſtricta ſit ad Deſcen-
dentes tunc viventes, ex matre nobili procrea-
tos, cum benè ſimul ſtare poſſit, quod vocatio 38
reſtricta ſit ad certas perſonas, & certæ condi-
tioni alligata, & nihilominùs perſonæ illæ uſ-
que ab initio vocatæ fuerint, & jus ad ſucceſ-
ſionem adquiſiverint longè antequam illa eo-
rum favore purificaretur, itaut, eveniente caſu
purificatæ vocationis, ſuccedere poſſent ad ex- 39
cluſionem inferioris lineæ, tametſi gradus præ-
cedens, & caput eorum lineę ſucceſſionem non
agnoverit, aut agnoſcere nequiverit, cum ipſi
nòn minùs per fideicommiſſariam, quàm per
vulgarem jure propriæ, & directæ vocationis
invitati cenſeantur, ad tradita per *Rot. poſt Torr.*
de majorat. part. 3. deciſ. 2. num. 38., *& ſeqq.*,
& numer. 44. verſ. cui receptiſſimæ, *& num. 52.*,
& ſeqq.

Verùm præterea dicimus, quod ſive filii, &
deſcendentes Joſephi vocati cenſeantur uſque
ab initio, & lineam ex tunc conſtituerint, ſive,
nonniſi poſt apertam ſucceſſionem, & ſive ipſi
primi filii capaces eſſent ſuccedendi, & lineam
efformandi, ſive non, quocumque modo res ac-
cipiatur, ſemper firma manet excluſio D. Cæ-
ciliæ, & univerſæ ejus lineæ tertiogenitæ, ex-
tantibus deſcendentibus ſive maſculis, ſive fœ-
minis ex linea Vincentii ſecundogeniti, quia
cum ipſa Cæcilia nullo umquam tempore, nul-
loque pacto capax fuerit ſuccedendi in dicta pri-
mogenitura ob defectum gradus materni à Te-
ſtatore requiſiti, nequit propterea modò tam- 40
quam primogenita conſiderari ad effectum ex-
cludendi alios de præcedente linea, tali qualita-
te præditos, ad *Text. in leg. ex facto §. Si quis*
rogatus ff. ad Trebell., *Mantic. de conjectur. lib.*
11. titul. 12. num. 24., *Torr. de Primogen. part.*
1. cap. 42. num. 62., *Rota coram Bich. deciſ. 191.*
num. 18., & ſicuti ipſa ratione incapacitatis nul-
lum jus ad dictam primogenituram pro ſe ad- 42
quirere potuit, ità illud tranſmittere non va-
luit ad ejus filios, & deſcendentes, qui proin-
dè ſi ex ejus perſona ad ſucceſſionem adſpirare
non poſſunt, & excludere deſcendentes ex li-
nea ſecundogeniti, ne plus juris dicatur eſſe in 42
cauſato, quàm in cauſante, *de Marin. reſolut.*
126. num. 28., *& duobus ſeqq. lib. 2.*, *Molin. de*
Primogen. lib. 3. cap. 5. num. 41., *Torr. de Pri-*
mogen. part. 1. cap. 41. num. 63., multò minùs
eam aſſequi, & illas excludere valebunt jure
proprio, & independenter à Matre, cum ſint de
linea inferiori illâ, in qua reperitur D. Artemi-
ſia filia Vincentii ſecundogeniti, à quo etſi nul-
lum jus in eam tranſmiſſum fuerit, aut tranſ-
mitti potuerit, adeout non priùs, quàm modò,
& poſt apertam ſucceſſionem, hæc in ipſa in-
cæperit radicari; nihilominùs præferenda eſſet 43
Deſcendentibus Cæciliæ ob prærogativam li-
neæ, quam ceteris potiorem eſſe, firmavi ſupe-
rioribus locis.

At verò, ſi filii, & deſcendentes Cęciliæ etiam
nati tempore apertæ ſucceſſionis excludere non
poſſunt D. Artemiſiam ex tacita, atque præſum-
pta Teſtatoris voluntate elicita ab ordinatione
primogenituræ regularis, ſecum pernéceſsè fe- 44
rentis

tentis lineæ prærogativam, & prædilectionem,
num illam excludere poſſe dicendi erunt naſci-
turi, & tempore apertæ ſucceſſionis nondum
concepti, quibus aperta Teſtatoris voluntas re-
ſiſtit; ipſe enim ſubſtituendo filios, & deſcen-
dentes, tunc, nimirum tempore purificatæ ſuc-
45 ceſſionis viventes, innuiſſe videtur, nolle, ſuc-
ceſſionem in ſuſpenſo manere, ſed ad eos ſta-
tim deferri, qui viventes, & capaces eſſe eo
tempore reperirentur, Alexand. conſ. 109. num.
4. lib. 7., Peregrin. conſ. 33. nu. 10. lib. 3., Me-
noch. conſ. ... num. 31., conſ. 566. num. 17., Fu-
ſar. de ſubſtitut. quæſt. 318. numer. 82., & ſeqq.
part. ... Peregrin. de Fideicomm. artic. 22. num.
73.; Cum itaque voluntas Teſtatoris, quæ ſo-
46 lum in hac materia ſpectanda eſt, Fuſar. dict.
quæſt. 318. num. 77. & 79., hujuſmodi ſuſpenſio-
ni repugnet, palam fit, naſcituros ex linea Cæ-
ciliæ, conſiderandos non eſſe ad effectum impe-
47 diendi ſucceſſionem D. Artemiſiæ ex linea præ-
dilecta, & capaci, Non omittendo demum,
quod, etiamſi aliquo pacto dicta primogenitura
in ſuſpenſo manere poſſe videretur, id potius
ſuffragaretur filiis naſcituris ex Artemiſia, utpo-
tè de linea prædilecta, ex qua donec ſpes ulla
48 ſubeſt, ut prodire poſſit perſona capax ſucceſ-
ſionis, ea in ſuſpenſo manere debet, vel alteri
revocabiliter tantùm, & per ſpeciem admini-
ſtrationis deferri, juxtà Text. expreſſ. in leg. 1. §.
Si quis proximior ff. unde agnat., & in leg. 2. §.
Si verò ff. ad Tertull., Surd. conſ. 125. num. 48.
& ſeqq., Cyriac. controv. 205. num. 77. & ſeqq.,
& num. 94. & ſeqq., Cardin. de Luca de Fidei-
commiſ. diſc. 9. num. 17. in fin., Rota coram Zarat.
deciſ. 62. num. 9. & ſeqq., & poſt Bondeu. collect.
legal. deciſ. 100. numer. 5., quod cum non repu- 49
gnet naturæ primogenituræ, ad differentiam
majoratuum Hiſpaniæ, Rota coram Emerix jun.
deciſ. 902. num. 8., & 9., in recent. deciſ. 194. nu.
4. part. 14., & in Mantiſſ. ad Card. de Luca lib.
12. deciſ. 7. numer. 34., præſertim concurrente
Teſtatoris voluntate, Card. de Luca de Fideicom-
miſ. diſc. 10. num. 11., Rot. deciſ. 674. in fin. co-
ram Cerro, poſt Bondeu. collect. legal. deciſ. 100.
num. 17. & ſeq., & in Romana fideicommiſſi 21.
Junii 1702. §. Quia animadverſum in fin. coram
Caffarello; Hinc eſt, quod filius poſteà natus ob
prærogativam lineæ à ſubſtituto avocare queat
Bona primogenialia, ut præ ceteris tradit Rot. 50
coram Zarat. dict. deciſ. 62. num. 10. & ſeqq., cor.
Dunoz. jun. deciſ. 142. num. 13. 15., & ſeqq. &
in rec. deciſ. 325. num. 9. part. 17.

INDEX

INDEX RERUM

Quæ in prima, & ſecunda Parte de Ultimis Voluntatibus continentur.

A

ABSENS.

ABſens per annos viginti, mortuus præſumitur, *vot. 30. nu. 86. p. 1.*

Procedit de ſolo etiam lapſu quinquennii, *ibid.*

Abſens faciliùs recuperare poterit à Curatore, qui ejus nomine adminiſtravit, quàm ab eo, qui ſe heredem fecit, *vot. 28. num. 55. part. 1.*

Abſente eo, qui primo inſtituto ſucceſſurus eſt, poteſt Fideicommiſſarius contra tertium poſſeſſorem petere, Curatorem Bonis aſſignari, *vot. 28. num. 53. part. 1.*

Immò ſimul fideicommiſſum, & Curatorem petere poteſt, *ibid. num. 54.*

Cura autem Bonorum ipſi Fideicommiſſario, præſtitâ ab eo legitimâ cautione, erit deferenda, *ibid.*

Procedit, etiam non expectatâ morte primi inſtituti, *ibid. & num. 56.*

Quæ omnia procedunt etiam in terminis vocationis ad Juſpatronatus, *dicto nu. 56.*

ABSURDUM.

Abſurda ut evitentur, licet recedere à propria verborum ſignificatione, *vot. 40. num. 72., & vot. 45. nu. 47. part. 1.*

Abſurdum eſt ſubſtitutionem ad caſus oppoſitos trahere, *vot. 42. num. 4. part. 1.*

Abſurdum eſt, præcedentia, expreſſam determinationem habentia, à ſubſequentibus determinari, *vot. 28. nu. 68. part. 2.*

Abſurdum eſt, directè prohibitum, indirectè permitti, *vot. 13. nu. 61. part. 1.*

Abſurdum eſt, eum, qui gentilitium depoſuerit nomen, & inſignia, hereditate frui, *vot. 26. num. 40. part. 1.*

Abſurdum eſt, quod onus nominis, & inſignium fœminis injunctum fuerit, *vot. 27. nu. 55. p. 1. ratio ibid.*

Abſurdum non eſt cenſendum, ſi fœminis onus nominis, & armorum imponatur, *vot. 27. num. 75. p. 1.*

Abſurdum eſt, fœminas ex maſculis deterioris eſſe debere conditionis, quàm fœminas, ex aliis fœminis primogenitas, *vot. 40. nu. 28. p. 1.*

Abſurdum eſt, Deſcendentes Maſculorum illegitimos, fœminarum legitimis præferri, *vot. 42. nu. 39. p. 1.*

Abſurdum nullo pacto ferendum eſſet, ſi Proximioribus remotiores, itemque, ſi conſanguineis extranei præferrentur, *vot. 45. nu. 43. p. 1.*

Et contraria ioterpretatio barbara, atque iniqua eſſet, *ibid. num. 44.*

Abſurdum eſſet, ſi in tota hereditate extranei, & non etiam Teſtatoris Deſcendentes eſſent ſubſtituti, *vot. 22. nu. 55. p. 1.*

Abſurdum eſt, Deſcendentes Teſtatoris licèt non agnatos, excludi à Cauſa pia, *vot. 12. num. 56. part. 2.*

Abſurdum eſſet ab excluſione unius perſonæ magis proximæ, à Statuto excluſæ, arguere ad excluſionem aliarum quarumcumque minùs proximarum, in eo non comprehenſarum, *vot. 20. nu. 29. part. 2.*

Abſurdum eſt, in uno dumtaxat lineæ vocatæ gradu fideicommiſſum conſervari debere, *vot. 19. nu. 51. p. 1.*

Maximè, ubi illud deprehenditur non temporarium, ſed perpetuum, *ibid. num. 52.*

Abſurdum eſt, in ipſo ferè initio fideicommiſſum intercidere, *vot. 39. nu. 35. p. 1.*

Abſurdum eſt longam, ac benè ordinatam ſubſtitutionum ſeriem, in longiſſimum tempus protrahendam, à momentaneo caſu obitus ſinè filiis pendere, *vot. 13. n. 37. p. 1.*

Abſurdum eſt, filios poſt Patris obitum ad fideicommiſſum admitti, poſtque mortem Patrui à Primogenito excludi, *vot. 31. nu. 28. p. 2.*

Abſurdum eſt, donationem præcipuè ob cauſſam certi matrimonii, inutilem reddi, *vot. 44. nu. 217. p. 1.*

Abſurdum eſt, quempiam Reſcripto Principis heredem ſe dicere, ac negare poſſe, in fraudem eorum, quibus ex aditione quæſitum jus fuiſſet, *vot. 24. nu. 103. p. 2.*

Abſurdum eſt, quem deliberare volentem de hereditate adeunda, ſcripturas etiam originales retinere velle, *vot. 24. num. 104. p. 2.*

Abſurdum nullum conſideratur in iis, quæ à voluntate Teſtatoris pendent, *vot. 18. num. 40. part. 2.*

Ab *abſurdo* deductis argumentis poſthabitis, voluntas Teſtatoris expreſſa, ſive etiam tacita ſequenda eſt, *vot. 17. n. 77. p. 1.*

Abſurdi exceptio obiici nequit repetitioni conditionis reſultanti ex teſtamenti verbis, *vot. 27. nu. 77. p. 1.*

Abſurdo locum faciens conditionis repetitio, cenſetur conſultò à Teſtatore omiſſa, *vot. 27. nu. 56. p. 1.*

ACCEPTATIO.

Acceptatio diſpoſitionis facta intelligitur, cum omnibus, quæ illi inſunt, oneribus, & gravaminibus, *vot. 17. nu. 15. p. 2.*

Tantique valet, ut nequeat impugnari nec ab Acceptante, nec ab eo cauſſam habente, *ibid. num. 16.*

Maxi-

Digitized by Google

Maximè, quum agitur de conditione juri non contraria, *ibid. nu.*17.

Acceptatio gravaminis abſque certâ ejus ſcientiâ non inducitur ex ſola hereditatis aditione, *vot.* 29. *nu.*37. *p.*2.

Limita, ſi agatur de actu incipiente à lucro, deque diſpoſitione, favorem agnationis reſpiciente, *ibid. n.* 39.

Hoc enim caſu certa, atque individua ſcientia non requiritur, ſed generalis qualiſcumque notitia ſufficit, *ibid. nu.*40., *&* 43. *p.*2.

Acceptatio paternæ diſpoſitionis, abſque certâ, & individuâ ſcientiâ oneris, filio non præjudicat in Legitima, *vot.*5. *nu.*17. *p.*2.

Procedit, ſervatâ etiam *Soccini* cautelâ, *d. vot.* 5. *nu.*17.

De qua ſcientia ſi non conſtet, ignorantia præſumitur, *ibid. n.*18.

Maximè in muliere, *ibid.*

Acceptatio, ac ſcientia onerum expreſſa non requiritur in filio, ut ſibi in Legitima, relicta cum *Soccini* cautela, præjudicaſſe per aditionem cenſeatur, *vot.*24. *nu.*153. *p.*2.

Sed generica eorum cognitio, atque acceptatio ſufficit, *ibid. n.*151.

Etiam per ſimplicem hereditatis aditionem, ac ſinè expreſsâ renunciatione Legitimæ, *nu.* 158. *&* 184.

Explicantur *Deciſiones Sacræ Rotæ* impreſſæ apud *Rodulphin.* poſt *alleg.* 115., in quibus expreſſa etiam paterni teſtamenti acceptatio concurrebat, *nu.*159. *&* 187.

Aliæ itidem declarantur auctoritates, quæ in contrarium adferri poſſent, *nu.*188.

Procedit maximè principalis concluſio, quoties cautela *Soccini* non per æquipollens tantùm, ſed formaliter ſervata fuerit, *ibid. nu.* 155.

Quod tamen formaliter ſervata fuerit, pro effectu antedicto opus non eſt, *ibid. nu.*157.

Ex quibus autem generica onerum cognitio, atque acceptatio tacita reſultare valeat? *ibid. num.* 156.

Per *acceptationem* paterni teſtamenti cum onere, filius ſibi in Legitima præjudicaſſe dicitur, quoties cautela *Soccini* tacitè, vel expreſsè fuerit ſervata, *vot.*8. *nu.* 34. *p.*2.

Procedit etiam de Minore, ac nullis etiam ſolemnitatibus adhibitis, *ibid. nu.*35.

Vel ſufficit, quod factus major, numquam reclamarit, *ibid. nu.*36.

Declara, ut *nu.*37. *& ſeq.*

Tacita *acceptatio* gravaminis à filio minore facta in re propria, eidem non præjudicat, licèt factus major, diu paternam hereditatem poſſederit, *vot.*8. *nu.*50. *p.*2.

Simplex *acceptatio* paterni teſtamenti à filio minore facta, eidem, etiam ſervatâ *Soccini* cautelâ, non præjudicat in Legitima, *vot.* 8. *nu.*45., *&* 47. *p.*2.

Procedit, licèt de expreſſa acceptatione agatur, facta cum expreſſa, etiam Legitimæ mentione, quoties eadem cautela ita explicata appareat, ut nempè filius poſſet, vel menſtruas quaſdam præſtationes (re ipſâ non correſpondentes fructibus Legitimæ) vel Legitimam ipſam alternativè conſequi, *ibid. & nu. ſeq.*

Acceptatio paternæ diſpoſitionis intelligi non valens, niſi de onere ſuper Legitimâ, licèt generalis, perindè habetur, ac ſpecialis, & individua, *vot.*5. *nu.*36. *p.*2.

Eâdemque acceptatâ diſpoſitione, ipſum etiam onus cenſetur adprobatum, *ibid. num.*39.

Acceptatio gravaminis facilius ex aditione inducitur, ubi diſpoſitio ſit ad favorem agnationis facta, *vot.*29. *nu.*25. *p.*2.

Simplex *acceptatio* Laudi relativè ad teſtamentum, abſque ullâ mentione oneris ſuper Legitimâ, ejuſdem oneris adprobationem non inducit, *vot.*5. *nu.*10. *p.*2.

Non ita, ſi acceptatio ſit ex matura deliberatione, verbaque Laudi quoad ipſum onus ſint ampla, & generalia, *ibid. num.*38.

Acceptationem oneris in Legitima non quævis inducit paternæ diſpoſitionis agnitio, niſi adſit ipſius oneris expreſſa mentio, atque individua, *vot.*5. *nu.*8. *p.*2.

Vel niſi cautela *Soccini* ſervata fuerit, *ibid. n.*9. *&* 34.

Declara, id procedere, quandò acceptatio ad aliud, quàm ad ipſum onus valeat referri, *ibid. nu.*35. *&* 36.

Acceptatio oneris ſupra Legitimam, non ſervatâ *Soccini* cautelâ, filio non nocet, niſi clara individuaque ſit, *vot.*3. *nu.*7. *&* 8. *p.*2.

Nec prohibetur filius ſupplementum petere Legitimæ, niſi expreſsè eidem renunciaverit, *ibid. nu.*9.12. *&* 13.

Generalis quippè acceptatio paternam diſpoſitionem confirmare quidem valet, *ibidem numer.* 10.

Non tamen filio jus adimere ad integram Legitimam, *ibid. num.*11.

Acceptatio oneris ex quibus reſultare valeat? *vot.* 5. *num.* 37. *&* 38. *p.*2.

Acceptationi oneris ſuper Legitimâ vim tribuit conſenſus filii, non Patris ordinatio, *vot.*5. *nu.* 13. *p.*2.

Acceptatio Legati facta à Patre, nequit adimere jus fideicommiſſi competens filio ex perſona, & jure proprio, *vot.*13. *nu.*70. *p.*1.

Acceptatio Legati facta à Patre ſub conditione, ne aliud prætendat, ſibi, non autem filiis ad fideicommiſſum vocatis nocere poteſt, *vot.*13. *nu.* 71. *p.*1.

Acceptatio gravaminis facta à Patre, fideicommiſſum ignorante, eò minùs nocet filiis venientibus ex perſona propria, *vot.* 24. *num.* 68. *part.* 1.

Acceptatione gravaminis in re propria ab ejus auctore factâ, heres excipere nequit de antiquiori fideicommiſſo, *vot.*29. *nu.*32. *p.*2.

ACCESSORIUM.

Acceſſorium ſui principalis naturam ſequitur, *vot.* 17. *nu.*1. *p.*1. *& vot.*7. *nu.*4. *p.*2.

Acceſſorium autem dicitur quid ex ſubjectione eiſdem legibus, quibus ſubijcitur principalis actus, *dict. vot.*17. *num.*2.

ACTIO.

ACTIO.

Actio, & paſſio dari nequit in eodem ſubjecto, *vot. 10. nu. 77. p. 2.*

Nec debitor ſui ipſius effici quis poteſt, *ibid.*

Actione hypothecariâ agens, poteſt quæcumque perſequi Debitoris Bona, *vot. 23. num. 41. part. 2.*

Actionum confuſio detractiones impedit, *vot. 6. nu. 91. p. 2.*

Maxime, ſi creditum illiquidum dici poſſit reddituum ex fructibus perceptis, *ibid. nu. 92.*

Actionum confuſio non ſolùm quantitativas, & accidentales, ſed etiam legales, & quotitativas detractiones prohibet, *vot. 6. nu. 97. p. 2.*

Actiones ne confundantur, aliquo modo conſtare debet de ſtatu hereditario, *vot. 6. num. 90. part. 2.*

Actionum confuſionem inducit defectus inventarii, ac probationis ſtatus hereditarii, *vot. 6. nu. 96. p. 2.*

ACTOR.

Ex parte *Actoris* jus in quolibet judicio metiendum eſt, *vot. 28. num. 18. p. 1.*

Ab *Actore* jus metiendum ſemper eſt, ſive par, ſive proximior alius exiſtat, ad fideicommiſſum vocatus, *vot. 28. n. 37. p. 2.*

Et ad ſolidum poteſt agere, præſtitâ tamen cautione de reſtituendo eidem vocato portionem ſuam, *ibid. nu. 48. & ſeq.*

Actor fundamentum ſuæ intentionis probare tenetur, *vot. 8. nu. 1., & 11. p. 1. & vot. 18. nu. 6. & 117. p. 2.*

Reo præſertim contradicente, *dict. vot. 8. nu. 12.*

Actore non probante, Reus abſolvitur, *vot. 8. n. 3. p. 1., & vot. 16. num. 1. p. 2.*

Actore actionem ſuam non fundante, poſſeſſor non contrahit malam fidem, *vot. 18. nu. 56. part. 1.*

Actoris intentio in quæſtione facti raró probata dici poteſt, *vot. 8. nu. 16. p. 1.*

Actor in quæſtione facti efficaciores afferre debet conjecturas, *vot. 8. num. 18. p. 2.*

Ad *Actorem* repellendum Reo ſat eſt illius actionem reddidiſſe dubiam, *vot. 8. num. 2. p. 1.*

Ad *Actorem* repellendum Reo ſat eſt, quod ſe doceat in conditione poſitum, licèt de ſui vocatione in parte diſpoſitiva non doceat, *vot. 8. num. 4. p. 1.*

Actor contra filios legitimatos allegans reſiſtentiam voluntatis Defuncti, eam tenetur probare concludenter, *vot. 8. nu. 9., & nu. 14. p. 1.*

Præſertim, ſi agat ad impediendam eorum ſucceſſionem, *ibid. num. 10.*

Et maximè, ſi ad eos repellendos ab antiquiſſima fideicommiſſi poſſeſſione, *ibid. num. 13.*

Actoris ſubſtitutio impeditur ex eo ſolùm, quod de facto exiſtat perſona in conditione poſita, licèt ſucceſſura non ſit, *vot. 8. nu. 5., & num. 161. part. 1.*

Actori non ſuffragatur fideicommiſſi agnitio à ſuis anteceſſoribus facta, niſi expreſſa, & ſpecifica fuerit, *vot. 28. nu. 23. p. 1.*

Actoris petitio contrariâ ſententiâ ſi non eliditur, redditur ſaltem dubia, *vot. 18. num. 14. part. 2.*

Actoris longa adquieſcentia contrario judicato, bonum jus Rei, & poſſeſſoris arguit, *vot. 18. nu. 13. p. 2.*

ACTUS.

Pro *actus* validitate militat juris præſumptio, *vot. 18. num. 142., & 161. p. 2.*

Actus, qui à ſola dependet voluntate, factus cenſetur eo jure, ac titulo, quo fieri meliùs poteſt, *vot. 18. num. 143. p. 2.*

In *actu* voluntario ſtat pro ratione voluntas, *vot. 21. num. 62. p. 1.*

In *actu* voluntario nudum factum diſpoſitionis attenditur, rejectâ exieuſione de caſu ad caſum, etiam ex rationis identitate, *vot. 21. num. 63. part. 1.*

Ex *actu* etiam nullo mens Teſtatoris declarari valet, *vot. 34. num. 16. p. 1., & vot. 11. num. 28. part. 2.*

Ad *actum* perductam Teſtatoris voluntatem non probat Teſtis de ea deponens, antequam in ſcriptis redigeretur, *vot. 25. nu. 25. p. 2.*

Probat verò Teſtis deponens de conſcriptione teſtamenti, à ſe feſtinanter poſt auditam Teſtatoris voluntatem facta, *ibid. nu. 30. p. 2.*

Actum reſtitutionis hereditatis heres, juxta Teſtatoris voluntatem expleviſſe præſumitur, *vot. 9. num. 58. part. 2.*

Veriſimile autem non eſt, quod Relictum à Teſtatore pro aliis perſonis ordinatum comprehenderit iu hereditatis reſtitutione, *ibidem num. 59.*

Actus quando ex juſto, ac legitimo titulo geſtus eſt, contraventio opponi nequit, *vot. 18. nu. 140. p. 2.*

Actus quando ex duplici titulo, altero valido, altero invalido fieri potuit, ad validum debet referri, *vot. 18. nu. 141., & 148. p. 2.*

Actuum vicinitas, ſeù connexitas ſuadet, unum in ſequelam, & correſpectivitatem alterius fuiſſe factum, *vot. 11. nu. 50. part. 2.*

Actuum correſpectivorum æqualis determinatio eſſe debet, *vot. 17. num. 60. p. 1.*

Actus ad eam ſemper cauſam, de qua conſtat, & quæ magis congrua eſt, debet referri, *vot. 21. nu. 53 p. 2.*

Actus, qui cogente naturâ in filium exhibentur, filiationem verè probant, *vot. 9. num. 22. part. 1.*

Actus paternos gerens, Pater eſt, *vot. 9. num. 24. part. 1.*

Judicium Salomonis in celebri duarum Matrum de filio contentione refertur, *ibid.*

Actus autem paterni quinam dicantur?, *ibid. nu. 27. ad 31.*

Ex *actibus* geſtis à perſonis veriſimiliter informatis de Teſtatoris mente, obſervantia interpretativa elicitur, *vot. 21. num. 86. p. 1.*

Ex ſola actuum frequentia conſuetudo probata dicitur, *vot. 27. nu. 40. p. 2.*

Certus actuum numerus ſufficit ad inducendam conſuetudinem, *vot. 27. nu. 41. p. 2.*

Modò Judex ita ut plurimùm obſervatum fuiſſe, judicare queat, *ibid.*

Procedit, licèt diverſus aliquis concurrat actus, *ibid.*

Contrario aliquo *actu* perimi nequeunt jura fundata in legitima, atque immemorabili conſuetudine, *vot.27. nu.136. p.2.*

Contrario aliquo *actu* abrogata conſuetudo dici nequit, niſi de contradictione, ac ſubſecuta adquieſcentia doceatur, *vot.27. num. 137. p. 2.*

Actui principali pacta omnia famulari cenſentur, *vot.17. num.53. p.1.*

Actus principalis licèt corruat, donatio acceſſoria ſuſtinetur ex Donantis voluntate, *vot.17. num. 52. p.1.*

Actus ſubſequens cenſetur geſtus in executionem præcedentis diſpoſitionis, *vot.1. nu. 25. p.1.*

Actus geſtus in termino prorogato, perinde habetur, ac ſi in primo termino factus fuiſſet, *vot.24. nu.97. p.2.*

In quibuſcumque humanis *actibus*, qui non ſint irrevocabiles, poſteriora derogant prioribus, *vot.44. nu.91. p.1.*

In *actu* incipiente à lucro, ſcientia certa gravaminis non requiritur, ut iſtius acceptatio inducta ex aditione cenſeatur, *vot.29. nu.39. p.2.*

Actus ubi à lucro incipit, ad ejus validitatem ſufficit ſcientia gravaminis ficta, atque præſumpta à Lege, *vot.24. nu.180., & 210. p.2.*

Actum ſuſpendit conditio uſque ad ipſius purificationem, *vot.14. nu.16. p.2.*

In uno, eodemque *actu* contradictio ferenda non eſt, *vot.31. nu.18. p.2.*

In uno, eodemque *actu*, Juſpatronatus in perpetuum pro familia, & Deſcendentibus Fundatoris conſtitui, & poſtea reſtringi ad filios legitimos, & naturales ſui filii, admittendum non eſt, *vot.31. num.19. p.2.*

Quæ in eodem *actu*, Diſponens, expreſſit, ea ſtatim corrigere voluiſſe, præſumendus non eſt, *vot.31. num.20. p.2.*

In eodem *actu* fideicommiſſum conſtitui, & abrogari, credendum non eſt, *vot. 31. num.58. part.2.*

ADITIO.

Aditio tacita ſatis inducta cenſetur ex numquam impugnata Teſtatoris diſpoſitione intra terminum ab eo præſcriptum, *vot.29. nu.21. p.2.*

Expreſſa verò, ſi heres diſpoſitioni Teſtatoris ſuam omninò conformaverit, *vot.29. nu. 22., & 34. p.2.*

Ex tacita, vel expreſſa aditione, tacitus reſultans conſenſus, ſufficit, ut heres gravamen in re propria acceptaſſe cenſeatur, *vot.29. num.24., & 36. p.2.*

Ex *aditione* faciliùs inducitur gravaminis acceptatio in diſpoſitione, intuitu agnationis facta, *vot. 29. nu.25. p.2.*

Per *aditionem* heres quaſi contraxiſſe dicitur cum Teſtatore, ac ulterioribus vocatis, eorumque favore ſeſe obligaſſe, *vot.29. nu. 28. p.2.*

Vid. verb. *Acceptatio*, *agnitio*, *hereditas*.

ADMINISTRATOR.

Adminiſtratoris liberatio facta à Muliere, ſinè ſolemni redditione rationis, inutilis prorſus eſt, *vot.7. nu.46. p.2.*

Præſertim, ſi Statutum adſit, certas præſcribens ſolemnitates in contractibus mulierum, *vot. 7. nu.47. p.2.*

Adminiſtratori factum liberationis Legatum quomodo ex ejus verbis deprehendi poſſit extenſum etiam ad debita extra adminiſtrationem contracta? *vot.25. num.12., & ſeqq. p.2.*

Adminiſtrator per Legatum liberationis ſibi factum nedum à reliquatu adminiſtrationis, ſed ab omni eo, quod alio etiam nomine deberet, liberatus cenſendus eſt, *vot. 25. nu. 59., & 60. part.2.*

Amplis præſertim, & generalibus verbis à Teſtatore adhibitis, *ibid. nu.61., & 62.*

Procedit principalis concluſio, ut remiſſæ etiam cenſendæ ſint pecuniæ, à Defuncto, vel herede creditæ Adminiſtratori, vel ab iſto aliis, quibus mutuavit de pecunia Domini, *ibid. dict. nu. 59. 60., & 63.*

ADMISSUM.

Difficiliùs à jam *admiſſis* aufertur, quàm quod non admittantur, *vot.43. nu.8. p.1.*

ADOPTIVUS.

Adoptivi, & Legitimati continentur ſub generali Agnatorum appellatione, *vot.2. nu. 33. p.2.*

Sed tamen non veniunt ſub Statuto vocante Agnatos, *ibid. num.34.*

ADQUISITIO.

Adquiſitiones fuiſſe à Teſtatore factas, contendens ſubſtitutus, debet id probare, *vot.18. nu. 117. p.2.*

Adquiſitio creditorum excluditur, ſi Teſtator coactus fuit fructifera diſtrahere capitalia pro ſolvendis debitis, *vot.18. nu.118. p.2.*

ADVOCATUS.

Non quæ ab *Advocatis* ad opportunitatem deducta, ſed quæ à Tribunalibus decreta fuere, inſpici debent, *vot.5. nu.32. p.1.*

ÆDIFICIUM.

Ædificium ſolo, cui affixum eſt, cedit, *vot. 38. nu.51. p.1.*

ÆQUALITAS.

Æqualitas inter Liberos ſervanda eſt, *vot.14. nu. 1. p. 2.*

Æqualitatis ſervandæ ratio non ſufficit, ut donata filio inter vivos, imputentur, *vot.44. nu.84. p.1.*

Æqualitatis ratio in Teſtatore non conſideratur erga Maſculos ex fœminis, ut erga Agnatos maſculos, *vot.12. nu.49. p.1.*

Æqualitatem inter neptes ſervare favorabile omninò eſt, *vot.14. num.49. p.2.*

Pro *æqualitate* inter ſorores ſervanda benignior, lataque interpretatio facienda eſt, *vot.14. nu.61. part.2.*

Sorores inter, ac fratres jurgia, diſcordiæque ob *inæqualitatem* ſolent perſæpe oriri, *vot.14. num. 62. p.2.*

Ut ad *æqualitatem* redigatur diviſio Bonorum fideicommiſſariorum, inæqualiter à Teſtatore facta, petere heres poteſt, *vot.33. num.32. p.1.*

Ejuſ-

Ejuſmodi petitioni locus eſſe poteſt etiam quando hereditatem adiverit non ſimpliciter, ſed eum præſervatione ſuorum jurium, *ibid. nu.33.*

Æqualitatem potiùs materialem, quàm formalem Teſtator reſpexiſſe quando dicatur? *vot.14. nu.63. p.2.*

Æqualitati materiali à Teſtatore volitæ non officiuut, quæ inæqualitatem inducunt tantùm formalem, *vot.14. nu.64. p.2.*

ÆQUITAS.

Æquitati ſit locus ad juris rigorem temperandum, *vot.27. nu.111., & nu.113. p.1.*

Non ad confereudum beneficium cum injuria alterius; Iniquitas id enim potiùs eſt, *dict. vot. 27. nu.112. p.1.*

Æquitas, aut voluntatis conjectura in claris, & ubi deeſt calumniæ metus, non attenditur, *vot.27. nu.116. p.1.*

Æquitatis ratio in fideicommiſſo particulari apta non eſt gravatum eximere à reſtitutione fructuum uſque ab initio, *vot.18. nu.20. p.1.*

Æquitas non ſuadet, quod ſupremæ hominum voluntates commutentur in alterius præjudicium, *vot.27. nu.110. p.1.*

Æqui, bonique ratio favore bonæ fidei poſſeſſoris plurimùm ſemper valuit, *vot. 18. num. 17. part.1.*

Ex *æquitate* quadam fructus, bonæ fidei poſſeſſor, lucrari dicitur, *vot.18. nu.28. p.1.*

Intellige de fructibus conſumptis; nam fructus extantes,& non conſumptos reſtituere vero Domino tenetur, *ibid. nu.29.*

ÆTAS.

Ætatis, *lineæ*, atque *gradus* proximitas plurimùm confert ad primogenituram aſſequendam, *vot.12. nu.89. p.1.*

Major *ætas*, nonniſi inter proximiores ejuſdem gradus, ſpectanda eſt, *vot.21. nu.74. p.2.*

AGENS.

Agentis animus rectè colligitur ex qualitate, modo, ac forma procedendi, *vot.17. num.21. p.2.*

Agenti de damno vitando potiùs jura favent, quàm agenti de lucro captando, *vot.25. nu. 86. part.1.*

AGERE.

Agere non valenti non currit præſcriptio, *vot.13. num.57. p.1.*

AGNATIO.

Agnationis, *domus*, & *familiæ* nomina ſynonima ſunt, *vot.3. nu.14. p.1.*

Agnatio non à natura, ſed à jure proficiſcitur, *vot. 34. nu.57. p.1.*

Agnatio propriè, & verè dicitur, quæ provenit à natura, junctâ Legis diſpoſitione, & ſub ea ſolùm continentur, qui per virilem ſexum conjuncti ſunt, *vot.2. nu.77. p.2.*

*Guidobonus advocation civil.*100. explicatur, *vot.2. nu.79. p.2.*

Agnationem inter, & maſculinitatem differentia intercedit non modica, *vot.10. nu.24. vot. 11. nu.17., & vot.16. nu.33. p.1.*

Agnationis conſervandæ votum ab altero familiæ conſervandæ differt, *vot.25. num. 23. p. 1.*

Agnatio quandoque *familiæ* nomine deſignata cenſetur, *vot.25. n.1 ,. p.1.*

Præſertim, juncto pronomine aliquo poſſeſſivo, agnationem indicante, *ibid. nu.15., & 16.*

Pro *agnatione* inducenda cumulus, & multiplicatio præſumptiunum à jure improbatur, *vot.41. nu.75. p.1.*

Agnationis contemplationem evincit pluries facta illius mentio, *vot.42. nu.47. p.1.*

Agnationis contemplationem non inducit illius mentio, niſi præcisè facta ſit ejus contemplandæ cauſsâ, *vot.42. p.1.*

Agnationis expreſſio poſt vocationem fœminarum, propriam illius contemplationem non inducit, *vot.37. num.39. p.1.*

Præſertim, cum agitur de teſtamento fœminæ, *ibid. nu.40.*

Agnationis contemplationem arguit ſæpiùs repetita, atque iuculcata maſculinitatis qualitas, *vot. 21. nu.48., vot.16. nu.4., vot.42. nu.48. p.1.*

Agnationis contemplatio non ſatis reſultat ex qualitate maſculinitatis, tametſi pluries repetita, & ratio *vot.21. num. 19., & 20. p. 1.*

Agnationis contemplationem non inducit maſculinitatis qualitas, aliis deſtituta conjecturis, *vot.21. num.49. p.1.*

Agnationis contemplationem non importat repetita maſculinitatis qualitas, ſed meram indicat prædilectionem ſexus, *vot.11. num.18. p.1.*

Agnationis contemplatio ex pluries repetita qualitate maſculinitatis non inducitur, niſi etiam conſtet, illius conſervationem fuiſſe volitam, *vot.21. nu.21. p.1.*

Agnationis favorem reſpicere non cenſetur maſculinitatis qualitas, ſed favorem Subſtituti, *vot. 16. nu.34.*

Nè ſcilicet excludatur à fœminis, *ibidem*.

Contrarium admittentes *Deciſiones Sacræ Rotæ* declarantur, *ibid. nu.35.*

Agnationis conſervatiouem expreſsè præcipiens Teſtator, non cenſetur Maſculos vocaſſe ex mera ſexus prædilectione, *vot.1. nu.54., vot.11. nu.32., vot.10. nu.89., & vot.24. nu. 16. p.1.*

Sed ex cauſſa agnationis,tamquam finali, & principali, *d. vot.1. nu. 55.*

Agnationis contemplatæ validius argumentum præbet qualitas maſculinitatis, ſi expreſſa in conditionali parte, *vot.11. nu.49. p.1.*

Agnationis conſervatio cenſetur principaliter à Teſtatore volita, ſi Maſculos ex Maſculis ſemper invitavit, *vot.26. nu.8. p.1.*

Vehemens *Agnationis* couſervandæ votum perhibet ſæpiùs repetita legitimitatis qualitas, *vot.10. nu.94. p.1.*

Agnationis contemplatio interverſa dici nequit ex admiſſione etiam illegitimorum, qnoties ex Loci conſuetudine, prout in *Lombardia*, & præſertim *Bononiæ*, legitimati, reputantur, & ſuut idonei ad agnationem conſervandam, *vot. 42. nu.53. p.1.*

Agnationis conſervandæ ratio, inducta ex volita filiorum legitimitate, communiter reijcitur, *vot.16. nu.22. p.2.*

Agnationis contemplationem arguit excluſſo Religioſorum, & Fiſci, *vot.42. num. 47.p.1.*

Agnationis contemplationem præſefert excluſio Clericorum, atque Religioſorum, ob perpetuam Bonorum conſervationem in familia, *vot. 24. nu.17.p.1.*

Agnationis habita ratio ſolùm conſecutivè ad excluſionem Fiſci, rigoroſam illius contemplationem non importat, *vot.43. nu.98. p.1.*

Agnationis contemplatio tacita eruitur ex qualitate maſculinitatis in omnibus ſubſtitutionum gradibus repetita, *vot.1 nu.50.*, *& vot.6. n. 50. part.2.*

Agnotionis expreſſam contemplationem præſefert Agnatorum vocatio, *vot.651.p.2.*

Agnationis contemplatio tacita deſumitur ex ſæpiùs repetita, & volita in omnibus Subſtitutis qualitate maſculinitatis, omiſsâ penitùs mentione fœminarum, *vot.29.nu.13. p.1.*

Expreſſa verò ex eo, quod poſt inſtitutos, & ſubſtitutos inter ſe filios maſculos, eorumque filios, pariter maſculos, proximior, ſeu proximiores de domo, & familia ſubſtituti fuerint, *vot.29. nu.14.p.1.*

Agnationis coutemplatio expreſſa coniicitur ex volita ſemper Bonorum conſervatione in Deſcendentibus maſculis per lineam maſculinam, & deinceps iu proximioribus Agnatis in infinitum, *vot.1. nu.62.63.p.1.*

Agnotionis expreſſa contemplatio elicitur ex volita excluſione Religioſorum, & Fiſci, *vot. 1. nu.65.p.1.*

Agnatio expreſsè contemplata cenſetur ex volita conſervatione Bonorum in Maſculis agnatis pro familiæ conſervatione, atque ſplendore, *vot.1. num.68.p.1.*

Agnationis expreſſam contemplationem exhibet ratio conſervandi Bona in familia, & agnatione, *vot.6. nu.53.*, *vot.14. nu.6.*, *& vot.24. nu. 9. p.1.*, *& vot.6. nu.53. p.2.*

Agnationis contemplationem arguit præceptum dotandi fœminas, *vot.42. nu.47. p.1.*

Agnationis contemplationem inducunt primogenituræ ordo cum onere aſſumendi cognomen, & inſignia Teſtatoris, *vot.32. nu.41.p.2.*

Intellige, quoad fictam, & artificialem agnationem, ſi vocati ſint deſcendentes ex fœmina, *ibid. nu.42.*

Agnationis conſervatio primùm naturali modo, deindeque artificiali contemplata ceuſetur, ſi poſt Agnatos extranei vocati ſint cum onere nomen, & inſignia deferendi, *vot.26. num.74. part.1.*

Agnationis conſervationem innuit onus nominis, & inſignium, *vot.27. nu.53.121.*, *& 133. part.1.*

Agnationem, *originem*, ac *familiam* arguunt nomen, & inſignia, *vot.26. nu. 14. p.1.*

Agnationis conſervandæ votum in primis perhibet aſſumptio ejus cognominis, & inſignium à Teſtatore injuncta poſt naturalem extinctam agnationem, *vot.26. nu.10. p.1.*

Agnationis aliquam præſumptionem facit onus aſſumendi cognomen, & inſignia Teſtatoris, *vot.32. nu.45.p.2.*

Fœminas tamen, ſecluſis aliis conjecturis, non excludit, *vot.32. nu.46. p.2.*

Agnationis contemplatio excluditur, ſi uni tantum ſit adjectum onus cognominis, & inſignium, *vot.12. nu.23. p.1.*

Agnationis contemplatæ ſufficiens argumentum non eſt onus nominis, & inſignium, quoties aliæ deficiant conjecturæ, *vot.11.nu.21.*, *& 22.*

Et maximè, ſi in contrarium conjecturæ urgeant, *ibid. nu.23.*

Agnationis contemplatio non benè infertur ex onere nominis, & inſignium, quando, poſthabitis Agnatis, Extranei cum eo onere vocati ſunt, *vot.26. n.65. p.1.*

Secus in caſu prius factæ Agnatorum vocationis, *ibid. num.69.70.*, *& 71.*

Et juxta hanc diſtinctionem explicantur *ibidem* deciſiones, relatæ *dict. nu.67.*, & *vid. nu.72.*, *& ſeq.*

Veram *agnationem* importat denominatio facta cognominis familiæ, *vot. 1. nu.67.*, *vot. 11. num. 29.*, *& vot.29. nu.15. p.1.*

Agnationis expreſſam contemplationem præſefert ſtrictiſſima alienationis probibitio, *vot.1.nu.60. part.1.*

Præſertim, ſi facta etiam quoad commoditatem percipiendi fructus, *ibid. num. 61.*, *& 64.*

Agnatio expreſsè contemplata cenſetur ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, *vot.1. num. 80.p.1.*, *& vot.6. nu.54. p.1.*

Agnationem deſignant verba *domus*, & *familia*, quando alibi de agnatione mentio facta eſt, *vot. 1. nu.78. p.1.*

Procedit, licèt non *domus*, & *familiæ*, ſed *agnationis* conſervatio fuerit expreſſa, *d. vot. num. 79.*

Agnationis expreſſam contemplationem præſeferunt verba hæc = *Perchè voglio che li detti Beni, e comodità di pigliare i frutti ſi conſervi nelli detti chiamoti per la conſervazione della famiglia de Lunini* = *vot.1. nu.66. p.1.*

Procedit, licèt principaliter non ſint adjecta, ſed acceſſoriè ad excluſionem Religioſorum, & Fiſci, *ibid. nu.69.*

Agnationis contemplatio arguitur ex nobilitate Teſtatoris, *vot.2. nu. 22. p.1.*

Ex perpetuitate fideicommiſſi, *idid. nu. 23.*

Ex vocatione priùs Maſculorum, & deindè fœminarum, *ibid. nu.24.*

Atque ex vocatione Liberorum, ex proprio corpore heredum naſciturorum, *ibid. nu.25.*

Limita, ut *nu.51.*

Agnationis conjecturæ deſumptæ ex nobilitate Teſtatoris, perpetuitate fideicommiſſi, & ex vocatione priùs Maſculorum, vel ſunt nimis vagæ, vel ſolam prædilectionem Maſculorum indicant, *vot.2. num.51. p.1.*

Ad cauſſam *agnationis* conſervandæ referenda eſt vocatio priùs facta de Agnatis maſculis, *vot.26. nu.9. p.1.*

Agnationis expreſſa contemplatio reſultat ex facta ſub-

ſubſtitutione proximiorum Agnatorum de familia, deficientibus maſculis ex linea vocatorum, *vot.1. nu.59. p.1*

Agnationis contemplationem arguit ſubſtitutio Collateralium in caſu, quo ultimus tàm ex deſcendentia maſculina, quàm fœminina decederet inteſtatus, *vot.42. nu.47. p.1.*

Agnatio principaliter à Teſtatore contemplata cenſetur, ſi, propriis etiam filiabus excluſis, in defectu Maſculorum, alios Agnatos invitavit, *vot.10. nu.96. p.1.*

Procedit etiam ubi poſt Maſculos fœminas vocaverit, præſertim, ſi voluit, filias dote contentas eſſe, *ibid. nu.97.*

Agnationis contemplationem excluſio fęminarum arguit, *vot.7. nu.49.*, & *vot.11. nu.58. p.1.*

Agnationis contemplatio ex conjecturis arguitur ſimul junctis, *vot.11. nu.27. p.1.*

Agnationis contemplatio non inducitur, niſi expreſſè, aut ex urgentiſſimis conjecturis, *vot.21. num.18. p.1.*

Agnationis contemplatio, nonniſi ex gravibus, validiſque conjecturis poteſt induci, *vot. 16. num. 30. p.1.*

Procedit, nullis etiam conjecturis in contrarium concurrentibus, *ibid.*

Agnationis contemplatio non expreſſa, deeſſe dicitur, *vot.2. nu.50. p.1.*

Agnatio à Teſtatore non expreſſa, contemplata non cenſetur, *vot.16. nu.27.*, *vot.21. num.17.*, *vot.25. nu.24. p.1.*, & *vot.16. nu. 28. p. 2.*

Præſertim, ſi de Extranei non de Aſcendentis diſpoſitione agatur, *ibid. nu.29.*

Agnationis votum excluditur ex indefinita vocatione Extraneorum, *vot.2. num.53. p.1.*

Agnationis contemplatio excluditur, ſi Agnatis prælati fuerint Cognati, *vot.8. nu.117. p.1.*

Idem, ſi Agnatorum vocatio non proceſſit ex voto agnationis conſervandæ, *vot. 8. num. 119. part.1.*

Agnationis verbo quoties illud etiam *deſcendentiæ*, ac *deſcendentium* ſit adjectum, excluditur agnationis contemplatio, *vot.42. nu.34. p.1.*

Procedit, licèt ſæpiùs mentio agnationis facta fuerit, *ibidem.*

Agnationis contemplatio excluditur ex non facta alienationis prohibitione, *vot.16. nu.28. p. 1.*

Excluditur itidem, ſi diſpoſitio non reſpiciat tractum temporis ſucceſſivum, *vot. 16. num. 29. part:1.*

Agnationis contemplationem excludit facta etiam fœminarum vocatio, *vot.39. nu.29. p.1.*

Agnationis contemplationi repugnat indiſtincta fœminarum æquè, ac maſculorum admiſſio, *vot.21. nu.26.*, & *vot.37. nu.38.*, & *vot.41. num. 72. p.1.*

Agnationis contemplatio non excluditur, quamvis Teſtator primo loco ſororem vocaverit, *vot. 1. nu.56. p.1.*

Præſertim, ſi Agnato nupta ſit, *ibid. num.58.*

Agnationis contemplationem non excludit vocatio fœminarum facta, deficientibus dumtaxat Maſculis, *vot.43. num. 105. p.1.*

Præſertim, ſi ab initio iſti ſolùm vocati fuerint, *ibid.*

Contraria procedunt de agnatione literaliter non expreſſa, vel eruta ex conjecturis dubiis tantùm, & æquivocis, *ibid.*

Agnationis contemplatio excluditur, ſi nec illius, nec *domus*, aut *familiæ* mentio habita ſit in teſtamento, ac ulterius fœminæ, earumque Deſcendentes, abſque onere cognominis & inſignium, vocati fuerint, *vot.40. nu. 20. p.1.*

Agnationem non fuiſſe contemplatam, arguit omiſſa maſculinitatis qualitas, *vot.21. num. 24. part.1.*

Agnationis ratio ſuâptè naturâ ad ſolos Agnatos reſtringitur, *vot.34. nu.96.*, & *nu.105. p.1.*

Agnationis contemplatio intelligenda eſt juxta præcedenter expreſſam conditionem: *ſi ſinè liberis*, *vot.16. nu.25.*, & *26. p. 1.*

Præſertim, ſi ſtet acceſſoriè ad illam, non verò ſeparatè, *ibid.*

Agnationis conſervandæ ratio intelligenda eſt juxta terminos præcedentis ſubſtitutionis, *vot. 7. nu.25.*, & *ſeq. p.1.*

Agnationis conſervandæ ratio intelligenda eſt juxta terminos præcedentis ſubſtitutionis, rejectâ extenſione de caſu ad caſum. *vot. 15. num. 17. part.1.*

Neque egreditur caſum à Teſtatore diſpoſitum, *ibidem.*

Agnationis contemplatio operatur in caſibus à Teſtatore præſcriptis, at non extendit fideicommiſſum ad caſus non expreſſos, *vot. 16. nu. 24. part.1.*

Agnationis contemplatio habita conſecutivè ad excluſionem Fiſci in caſu delicti, apta non eſt ultra caſum illum inducere excluſionem deſcendentium ex fœminis, ac illegitimis, *vot. 43. nu.98. p.1.*

Præſertim, ſi ipſæ etiam fœminæ vocatæ ſint, *ibid. nu.99.*

Quæ tamen vocatio fœminarum intelligenda eſt in ſubſidium dumtaxat, maſculis nempè deficientibus, *ibid. nu.101.*

Et ſolæ fœminæ agnatæ vocatæ cenſentur, durante ipſarum vitâ, *ibid. nu.104.*

Agnationis contemplatio de una ad aliam ſubſtitutionem nequit inferri, *vot. 8. nu. 120. p.1.*

Agnationis ratio ultra lineas, & gradus contemplatos non extenditur, *vot.42. nu.30. p.1.*

Agnationis conſervandæ ratio ſolùm in gradibus, & perſonis expreſſis attendenda eſt, *vot.1. num. 88.*, & *vot.2. nu.18.*, & *106. p.2.*

Nec ultra eas extendit maſculorum incluſionem, ac fœminarum excluſionem, *vot. 1. num. 89. part.2.*

Agnationis contemplatio reſtringitur ad illos tantùm Agnatorum gradus, qui fuerunt à Teſtatore deſignati, *vot.20. nu.23. p.2.*

Agnationis conſervandæ ratio conſiderata in deſcendentia inſtituti, ad ſubſtituti deſcendentiam trahi nequit, *vot.34. nu.94. p.1.*

Neque eadem ratio fideicommiſſum ab Agnatis ad Cognatos valet extendere, *ibid. n.95.*, & *106.*

Præ-

Præſertim, ſi, Agnatis deficientibus, Extranei ſint vocati, *ibid. nu.95.*

Agnationis contemplatio deſumpta ex perpetua fœminarum excluſione, ac reciproca inter Maſculos ordinata, fideicommiſſi extenſionem ad perſonas non expreſſas non inducit, *vot. 15. nu. 14. part.1.*

Agnationis contemplatio, perpetuitas, ac realitas diſpoſitionis neceſſariò non inferunt gravamen reſtitutionis favore Subſtituti, ejuſve Deſcendentium, cum ſe habent in aliqua teſtamenti parte, ubi generaliter de omnibus Agnatis actum eſt, *vot.1. nu.125. p.1.*

Secus, cum in parte, ubi peculiaris eſt habita illorum favore diſpoſitio, *ibid. nu.126., & 127.*

Agnationis conſervandæ votum, perpetuitas, & realitas diſpoſitionis in ſubſtitutione facta in caſu obitus filiorum ſinè Maſculis, non inducunt in ejuſmodi caſu neceſſitatem admittendi Subſtitutum, ejuſve Deſcendentes, *vot.1.nu.107. part.1.*

Cum locum habere poſſint quoad alios Agnatos expreſſe vocatos, *ibid. nu.108.*

Et quando? *ibid. nu.125., & 126.*

Agnationis contemplatio etiam tacita, nec non digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus ſi concurrant, ſubſtitutio facta in caſu obitus filiorum ſinè Maſculis, ad eum dumtaxat caſum reſtricta non cenſetur, *vot. 1. num. 45., & 46. part.1.*

Agnatio vocata cum pronomine = *ipſius* = relativè ad Teſtatorem, reſtringitur ad Teſtatoris Deſcendentes, *vot.43. nu.26. p.1.*

Agnationis contemplatæ conjectura, quando nec ne ſufficiens argumentum præbeat comprehenſionis ulteriorum Deſcendentium ſub nomine filiorum? *vot.15. nu.11.12., & ſeq. p.1.*

Agnationis favor aptus non eſt extenſionem, & multiplicationem ſubſtitutionum operari, *vot. 15. nu.15. p.1.*

Et locum ille habet tunc ſolùm quando purificatur conditio, ſubſtitutioni adjecta, *dict. vot.15. nu.16.*

Agnationis contemplatio expreſſa, in ſubſtitutione facta in caſu obitus filiorum ſinè Maſculis, ultra eumdem caſum ſubſtitutionem ipſam extendit, *vot.1. nu.48. p.1.*

Ac ſucceſſionem reſervat, etiam quando filii cum Maſculis decedant, *ibid. nu.49.*

Agnationis ratio independenter à fideicommiſſo habita, vim habet illud extendendi ad caſus non expreſſos, *vot.7. num.20., & vot.15. num. 64. p.1.*

Secus, quando habita conſecutivè, *dict. vot. 15. num. 21.*

Cum favor agnationis non valeat multiplicationem ſubſtitutionum inducere, *ibid. nu.22.*

Sufficit enim, ut effectum ſuum operetur juxta caſus expreſſos, *ibid. nu.23., & 26.*

Agnationis favore volita Bonorum conſervatio comprehenſionem nepotum arguit ſub filiorum nomine, *vot.37. nu.23. p.1.*

Agnationis votum, niſi ſit evidentiſſimum, comprehenſionem Maſculorum ex fœminis ſub nomine Deſcendentium maſculorum non excludit, *vot.42. nu.35. p.1.*

Agnationis habitâ contemplatione, etiam Deſcendentes à Teſtatoris fratre vocati cenſentur ſub *Deſcendentium* nomine, *vot.43. nu.95. p.1.*

Hi namque verè, & propriè agnati ſunt, *ibid.*

Non ita ſub eodem nomine veniunt deſcendentes ex Teſtatoris filia, *ibid. nu.96.*

Cum iſti agnati dici nequeant, *ibid.*

Præſertim, ſi deſcendant à filia illegitima, *ibid. num.97.*

Agnatione contemplatâ, ſub nomine *Deſcendentium* ex linea maſculina veniunt Maſculi dumtaxat ex Maſculis, excluſis Maſculis ex fœminis, *vot.11. nu.42. p.1.*

Procedit, licèt ſimpliciter vocati ſint Deſcendentes, & proximiores de familia, *ibid. nu. 43.*

Agnationis contemplatio etiam expreſſa, non efficit, ut nomine *Deſcendentium* maſculorum comprehenſi in ſubſidium non cenſeantur Maſculi ex fœminis, *vot.25. nu.26. p.1.*

Niſi fœminæ, earumque Deſcendentes fuerint per modum regulæ perpetuò excluſi, *ibidem num. 27.*

Agnationis contemplatione etiam tacitâ concurrente, *Liberorum* nomine comprehenſi reputantur omnes filiorum Deſcendentes, *vot. 29. nu.11. p.1.*

Præſertim, ſi expreſſa, *ibid. num.12.*

Agnatio ſi principaliter ſit contemplata, nomen *filiorum* cum expreſſione nominis eorum Patris ſufficiens argumentum non eſt ulteriorum Deſcendentium excluſionis, *vot.15. num. 65. p.1.*

Agnationis conſervandæ ratio ceſſat in filiis maſculis fœminarum, *vot.34. nu.93. p.1.*

Ceſſatque proinde alienationis, atque cujuſcumque detractionis prohibitio, ob eamdem rationem facta, *ibid. nu.98., & 100.*

Agnatio ubi contemplata eſt, ac ſemper vocata linea maſculina, conditio: *ſi ſinè filiis maſculis* excluſionem operatur Maſculorum ex fœminis deſcendentium, *vot.1. nu.145. p.1.*

Nec locum ſibi vindicat *Fulgoſii conſ.*81., *ibid. nu.146.*

Ex *agnationis* conſervandæ voto reciproca infertur ſubſtitutio inter Maſculos, *vot.11. n.61. p.1.*

Concurrentibus præſertim prohibitione alienationis, notâ perpetuitatis, & collectivo nomine plurium perſonarum, & graduum, *ibidem num. 62.*

Ex *agnationis* conſervandæ voto ſequitur linearis reciproca, *vot. 11. num. 65. p.1.*

Agnationis contemplatione habitâ cum perpetua alienationis prohibitione; fœmina in ſua linea proximior excluditur per Agnatum alterius lineæ remotiorem, *vot. 11. numer. 82., & 83. part. 1.*

Agnationis contemplatio tacita ſufficit, ut *ab Oldradi conſ.*21. recedatur, *vot.6. nu.48. p.2.*

Expreſſa verò, etiam ſola ſufficit, *ibid. num.49.*

Agnationis tacita contemplatio, ex vocatione Maſculorum deſumpta, non poteſt inducere receſ-

ſum

ſum *ab Oldradi conſilio*, *vot. 7. num. 29. p. 1.*

Agnatio ubi eſt contemplata, viucuii cognatitii ratio non habetur, ſed ſolùm agnatitii, *vot. 12. num. 100. p. 1.*

Ob idque frater germanus non eſt potior fratre conſanguineo, *ibid. nu. 101.*

Intellige, ſi de ſimultanea vocatione agatur, ſecus, ſi de primogenitura, deque ad illam vocatione proximioris non reſpectu gravantis, ſed gravati, *ibid. nu. 140., & 142.*

Agnationis contemplatio conjecturam præbet ſucceſſivi, & perpetui fideicommiſſi, *vot. 10. nu. 49. & 89., vot. 16. nu. 3., vot. 24. nu. 8., & vot. 29. num. 16. p. 1., & vot. 6. nu. 48. p. 2.*

Sive eliciatur ex ſæpiùs repetita qualitate maſculinitatis *dict. vot. 10. nu. 89. ad 93.*

Ac legitimorum natalium, *ibid. nu. 94.*

Sive ex demandata excluſione fœminarum, *ibid. num. 95.*

Ac præſertim filiarum Teſtatoris, ſubſtitutis in defectu Maſculorum aliis Agnatis *n. 96.*, amplia ut *num. 97., & 98.*

Atque inſuper ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, *ibid. num. 99.*

Agnationis favore volita Bonorum conſervatio perpetuum fideicommiſſum arguit, *vot. 34. nu. 22., & 87. p. 1.*

Præſertim, ſi volita tamquam finalis diſpoſitionis cauſſa, *ibid. num. 23.*

Et maximè, ſi agatur de Teſtatore nobili, *ibid. num. 24.*

Agnationis conſervandæ ratio, etiam ubi nulla adeſt ſubſtitutio, fideicommiſſum valet inducere, *vot. 10. nu. 90. p. 1.*

Agnationis contemplatio unâ cum digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus præcipua conjectura eſt pro fideicommiſſo inducendo inter filios in conditione poſitos, *vot. 13. num. 42. p. 1.*

Non tamen opus eſt, utramque ſimul conjecturam adeſſe, *ibid. num. 43.*

Agnationis contemplatio, aliis etiam deficientibus conjecturis, ſatis eſt, ut ſubſtitutio potiùs perpetua, quàm vulgaris cenſenda ſit, *vot. 10. nu. 101. p. 1.*

Agnationis contemplatio ſufficiens conjectura non eſt pro inducenda fideicommiſſi duratione, *vot. 16. nu. 23. p. 1.*

Ex tacita contemplatione *agnationis*, deſumpta ex Maſculorum vocatione, fideicommiſſum perpetuum tacitum induci nequit; *vot. 16. nu. 20., & ſeq. p. 2.*

Agnationis contemplatio expreſſa requiritur ut fideicommiſſum inducatur, vel extendatur, *vot. 16. nu. 31. p. 2.*

Agnationis favor in fideicommiſſo conſideratus, ſubſiſtere nequit in portione Bonorum, in donatione univerſali reſervata, quando reſervatio iſthæc ad alium tendit finem, *vot. 38. nu. 100. part. 1.*

Agnationis favor non valet multiplicationem ſubſtitutionum inducere, *vot. 7. nu. 22. p. 1.*

Sufficit enim, ut effectum ſuum operetur juxta caſus expreſſos, *ibid. nu. 23., & 26.*

Agnationis conſervandæ ratio totam diſpoſitionem regens, agnatitium fideicommiſſum efficit, *vot. 24. nu. 34. p. 1.*

Agnationis contemplatæ ſi deficiat conjectura, ſub *Deſcendentium maſculorum* nomine æquè maſculi ex fœminis, ac Maſculi ex Maſculis comprehenduntur, *vot. 25. num. 12., & 13. p. 1.*

Ab ejuſmodi conjectura ceteræ omnes pendent; eaque ſi deficiat, corruunt, *ibid.*

Niſi concurrant agnationis contemplatio, ac digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, ſucceſſivum fideicommiſſum induci, aut extendi nequit, *vot. 16. num. 27. p. 2.*

Agnationis contemplatio, ac digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus ſi deficiant, *filiorum* appellatione nepotes non comprehenduntur, *vot. 34. num. 87. p. 1.*

Agnationis contemplatione excluſâ, ceteræ omnes conjecturæ durationis fideicommiſſi corruunt, *vot. 16. nu. 38. part. 1.*

Agnationis conſervandæ voto deficiente, fideicommiſſi progreſſivitas rectè ex aliis teſtamenti locis poteſt conijci, *vot. 2. nu. 26. p. 1.*

Agnatio in iis ſubſtitutionibus, in quibus contemplata non eſt, illegitimorum non inducit excluſionem, *vot. 8. num. 122. p. 1.*

Agnationis favore omnibus ſubſtitutis indefinitè facta alienationis prohibitio, ceſſat quoad illos ſubſtitutos, in quibus ratio agnationis verificari nequit, *vot. 34. nu. 98. p. 1.*

Iſtorumque paſſivum gravamen inducere non poteſt favore ſuorum Liberorum reciprocè ſubſtitutorum, *ibid. num. 99.*

Agnationis conſervandæ ratio tacitam reciproci fideicommiſſi repetitionem non inducit, *vot. 10. nu. 49. p. 1.*

Agnationis contemplationis conjectura pro extenſione fideicommiſſi ceſſat, conditione: ſi *ſinè filiis* non purificatâ, *vot. 7. nu. 24. p. 1.*

Vera *agnatio* in primis Deſcendentibus agnatis maſculis præcipuè conſervari poteſt, *vot. 26. num. 20. p. 1.*

Agnationem non conſervat fœmina, immò perimit, & finit, *vot. 1. nu. 14., vot. 9. nu. 115., & vot. 11. nu. 34. p. 1.*

Agnationem rigoroſè non conſervant Maſculi ex fœminis, *vot. 1. nu. 148. p. 1.*

Agnationis conſervatio in ſubſtitutione maſculorum ex fœminis conſiderata nequit cenſeri, *vot. 34. num. 56. p. 1.*

Artificialem *agnationem* fœminæ conſervare poſſunt per uſum cognominis, & inſignium, *vot. 132. nu. 44., & 47. p. 2.*

Agnationem artificialem conſervare poſſunt deſcendentes ex fœminis, *vot. 3. nu. 2. p. 1.*

Agnatio per aſſumptionem nominis, & inſignium conſervatur in Maſculis, etiam ex fœminis, *vot. 12. nu. 51. p. 1.*

Sed eſt quodammodo adoptiva, & in uno dumtaxat ſolet conſtitui, *ibid. nu. 52.*

Agnationem artificialem renovare valent Maſculi ex fœminis, etiam cum à duplici procedunt medio fœminino, *vot. 45. num. 59. p. 1.*

Agna-

Digitized by Google

Agnationis artificialis perpetuæ conſervationi repugnat vocatio deſcendentium maſculorum ex fœminis reſtricta ad caſum, quo illorum Matres tempore obitus ultimi maſculi agnati ſuperſtites fuiſſent, *vot.36. nu.47. p.1.*

Agnationis artificialis per maſculos ex fœminis perpetuò conſervandæ finis efficit, ut illorum vocatio non pendeat à conditione ſupervivantiæ fœminarum primò vocatarum, *vot.36. nu. 48. p.1.*

Agnationis contemplatio, modò fœminæ, earumque Deſcendentes per modum regulæ non ſint excluſi, ipſorum excluſionem operatur, ſolum in concurſu Agnatorum, non, ipſis deficientibus, *vot.22. num.9. p.1.*

Agnationis vera, & rigoroſa conſervatio in Cognatis nequit ſpectari, *vot.26. nu. 26. p.1.*

Agnationi proſpiciens, Teſtator, præſumitur Matris vinculum nec etiam in ſubſtitutis conſideraſſe, *Vot.12. num.133. p.1.*

Agnationem conſervant legitimi, non etiam naturales, *vot.8. num.116. p.1.*

Agnationem ſuam per fictionem tantùm conſervari, voluiſſe Teſtator non præſumitur, *vot. 26. num.36. p.1.*

Præſertim, ſi aſſequi id poterat vero modo, ac naturali, *ibid. num.37.*

Agnatio per Maſculos, licèt naturales conſervatur, *vot.9. num.125. p.1.*

Procedit in naturalibus, etiam non legitimatis, *ibid.*

Et præſertim, ſi legitimati ſint, *ibid. num.127.*

Ex *Agnationis* contemplatione excluſio ſequitur illegitimorum, & ab illis deſcendentium, *vot.43. num.106. p.1.*

Agnatio per unicam inſtitutam primogenituram meliùs conſervatur, *vot.12. num.12. p.1.*

Agnatio, & familia optimè conſervatur, duobus admiſſis Primogenitis, *vot.12. num.21. p.1.*

Agnationis contemplatio in diſpoſitione fœminæ non præſumitur, *vot.19. num.72. p.1., & vot. 16. num.30. p.2.*

Procedit, Maſculis licèt prædilectis, quoties in eorum defectum fœminæ, ac etiam Locus pius ſubſtituti fuerint, *dict. vot.16. eod. nu.30.*

Agnatio ſinè reciprocà Bonorum reſtitutione conſervari nequit, *vot.10. num.123. p.1.*

Agnatio expreſsè contemplata in teſtamento, expreſsè etiam in codicillis cenſetur contemplata, *vot.1. num.70. p.1.*

Agnationis conſervatio reſultans ex quo fœmina in familia nupſerit, caſus mixtus, atque inſolitus debet dici, *vot.1. num.95. p.2.*

Minimèque comprehenſus ſub Statuto agnationem contemplante, *ibid. num.96.*

Agnationem ad ſolos Agnatos reſtringunt clauſulæ = *modo, formà, & ordine ſupradictis* =, *vot. 34. num.97. p.1.*

Agnationis conſervandæ cauſsà injunctum Cognatis unus nominis, & inſignium, etiam Agnatos afficere cenſetur, *vot.26. num.11. p.1.*

Agnationis conſervatione à Teſtatore volità, onus nominis, & inſignium non tàm Cognatis, quàm etiam Agnatis impoſitum cenſendum eſt, *vot.26. num.23. p.1.*

Agnationis intuitu fœminas excludens Pater, Avus, vel alius Aſcendens, illis de dote, & alimentis providere ſolet, *vot.12. num.51. p.2.*

Agnationem, & familiam Patris, non autem Matris ſequuntur filii, *vot.1. num.52. p.2.*

Agnationis favore impoſitum ſuper Legitimà gravamen, utile cenſendum eſt, *vot.24. num.181., & 182. p.2.*

Agnationis habita contemplatio, trebellianicæ prohibitionem arguit, *vot.28. num.2. p.2.*

Agnationis contemplatio præſumptionem prohibitionis trebellianicæ, levem dumtaxat præſtat, *vot.29. num.35. p.2.*

Agnationis contemplatio pro inducenda trebellianicæ detractione ſufficiens conjectura non eſt, quoties non adſint verba integralitatis, & totalitatis, quamcumque hereditatis diminutionem excludentia, *vot.28. num.33. p.2.*

Agnatio ubi contemplata eſt, ſola hereditatis aditio, abſque certâ ſcientiâ gravaminis, ſat eſt ad iſtius acceptationem inducendam, *vot.29. num.39., & 40. p.2.*

Agnationis, & familiæ jura, quouſque vivit, Religioſus retinet, *vot.4. num.95., & vot.5. num.62. p.1.*

Agnationis favore diſpoſuiſſe Teſtator cenſendus eſt, ſicut de aliis fideicommiſſariis Bonis, ita etiam de iis, quæ præcipuum erant familiæ monumentum, *vot.29. num.58. p.2.*

Teſtatores contemplari *agnationem* virorum, quibus nupſerunt ſorores, aut filiæ ſuæ, novum non eſt, *vot.41. num.16. p.1.*

Agnationis voto à Teſtatore habito ſatis conſultum dicitur, ſi Bona conſerventur penes Maſculos cujuslibet lineæ, *vot.38. num.20., & num.21. p.1.*

In præjudicium *agnationis* nequit gratiam commutationis voluntatis Princeps concedere, *vot. 27. num.92. p.2.*

Agnationis favore condita cenſentur Statuta excludentia fœminas propter Maſculos, *vot.41. num. 69. p.1.*

Agnationem contemplante Statuto, quodcumque ex ea non proveniens vinculum, extraneum reputatur, *vot.1. num.38. p.2.*

Nullaque haberi poteſt ratio materni vinculi, *ibid. num.39.*

Agnationis conſervandæ ratio non ampliat, neque extendit Statutum, juris communis correctorium, *vot.1. num.87. p.2., & vot.2. nu.20. part.2.*

Agnationis ratio à Statuto non expreſsè habita, ſed ſolùm ſubintellecta, ad caſus dumtaxat reſtringitur, literaliter expreſſos, *vot.20. num. 25. p.2.*

Agnationis contemplatio licèt ſit ratio motiva omnium Statutorum excluſivorum, hæc tamen ratio reſtringenda eſt ad perſonas in Statuto expreſſas, & non extendenda ad alios caſus, à Statuto non contemplatos, qui cenſentur relicti ſub diſpoſitione juris, *vot.2. num.101. p.2.*

Agnationis ratio in ſtatutariis diſpoſitionibus quandoque minùs, quandoque magis patere poteſt, ideoque non ſola ratio generica agnationis in eis ſpectari debet, ſed ioquirendum, quorum favore, & per quas perſonas illam Statuentes conſervari voluerint, *vot.2. nu.17. p.2.*

Agnationem contemplantis Statuti vocatio reſtricta ad certum Agnatorum gradum, interpretanda eſt favore etiam Maſculi ex fœmina, Agnato remotiori nùpta, *vot.1. num.84. p.2.*

Intellige, ſi nupſerit Agnato de vocatorum genere, *ibidem nu.85.*, *& vot.2. nu.64.*, *& 76. p.2.*

Tunc enim impleta dicitur Statuentium mens conſervandi Bona in agnatione, *dict. vot.1. num.86.*

Agnatio ſi reſtrictivè ad certum gradum à Statuto vocata ſit, habita dicitur ratio proximitatis gradus ex latere Agnati, *vot.1. num.78. p.2.*

Atque excluſus gradus Matris; *ibid.*, *& vot.2. num.59.*, *& 60.*, *& 72.*

Agnatione à Statuto contemplatà, graduum enumeratio à perſona Patris facienda eſt, *vot.1. num.37. p.2.*

Agnationis favorem reſpiciens Statutum Maſculos dumtaxat ex Maſculis comprehendit, *vot.1. num.13. p.2.*

Certum *agnationis* gradum à Statuto contemplatum Maſculi ex fœminis conſtituere valent, adjuti Matris proximitate atque agnatitià qualitate Patris, *vot.1. num.33. p.2.*, *ſed vid. num. 34.*, *& ſeq.*, *& vot.2. num.43.*, *& ſeq. dict. p.2.*

Ad conſtituendum ſextum *Agnationis* gradum à *Statuto Florentino* contemplatum impertinens eſt maternum vinculum, *vot.1. nu.34.*, *& 70.*, *& vot.2. num.76.*, *& 78. p.2.*

AGNATITIA DISPOSITIO.

Verè *agnatitia* quoties diſpoſitio non eſt, tunc filii fœmioarum nuptarum in familia includi poſſunt ſub Agnatorum nomine, *vot.2. num. 55. p.2.*

AGNATITIA QUALITAS, VINCULUM.

Agnatitiam qualitatem in ſuos nequit quis transferre, niſi talem, qualem habet, *vot.1. num. 27.*, *& 30. p.2.*

Agnatitii taotùm vinculi habenda ratio eſt in ſucceſſionibus, ex voluntate Teſtantium, ſeù ex Statuto Agnatis deferendis, *vot.2. num.66. p.2.*

Agnatitii, & *cognatitii* ſimul vinculi ratione præfereodum remotiorem eſſe, ſuſtinent nonnulli, *vot.1. num.61. p.2.*

Horum opinio procedit, quando is de genere vocato exiſtat, *ibid. nu.64.*, *& 65.*, *& vot.2. num.118.*, *& 119. p.2.*

Si ſecus, nil ei prodeſt proximitas ex parte Matris, licèt nuptæ in familia, *dict. vot.2. eodem num.119.*

Agnatitiam qualitatem nequeunt filii mutuare à Patre exiſtente ultra Agnatorum gradum, Statuto contemplatum, *vot.1. num.16.*, *& 55.*, *& vot.2. num.60.*, *& 85. p.2.*

Agnatitia qualitas ultra gradus à Statuto contemplatos, nullum jus tribuit ſucceſſionis, *vot.1. num.60. p.2.*

AGNATUS.

Ad *Agnatos* reſtricta vocatio, Cognatis prodeſſe nequit, *vot.1. num.29. p.2.*

Agnatorum vocatio ſubſequens, argumento eſt, ſolos Maſculos agnatos priùs vocatos fuiſſe, *vot.6. num.52. p.2.*

Ex *Agnatorum* vocatione facta abſque ratione expreſsà agnatioois conſervandæ, agnationis contemplatio non benè infertur, *vot.16. num.36. part.1.*

Votum enim agnatitium non dubium, ſed clarum, & perſpicuum eſſe debet, *ibid. num.37.*

A ſimplici *Agnatorum* vocatione multum diſtat *familiæ* vocatio, *vot.1. num.74. p.2.*

Agnatorum ſimul, & Cognatorum mentione habità io præcedenti parte diſpoſitiva, mentio dumtaxat Cognatorum facta in conditionali, ac ac probibitiva parte abſque dictione ullà taxativà, *demonſtrativè* potius, quàm *taxativè* ſtare cenſetur, *vot.39. num.48. p.1.*

Agnatorum dumtaxat mentio in conditionali, ac prohibitiva parte, quando Agnati ſimul, & Cognati fuerunt in diſpoſitiva expreſſi, operari ſolùm poteſt, ut Agnati in concurſu debeant præferri, *vot.39. num.51. p.1.*

Non verò excluſionem Cognatorum, ipſis Agnatis deficientibus, *ibid. num.52.*

Agnatorum deſcendentium vocatio non valens de Agnatis verificari, de Tranſverſalibus agnatis facta cenſetur, *vot.43. num.24. p.1.*

Intellige, de iis ſolùm Tranſverſalibus, qui deſcendant ab heredibus inſtitutis, *ibid.* Declarantur, *ibid*, & *num. ſeqq.*, *Sacræ Rotæ deciſiones 193.*, *& 300. p.1. rec.*

Concluſio procedit, etiam adjecto illorum vocationi nomine poſſeſſivo = *miei* =, *ibid. nu.31.*

Agnatos, aut Maſculos pro fruitione multiplici non prædilexit Teſtator, ceteras qualitates, non verò hanc exprimens, *vot.41. num.76. p.1.*

Ex facta *Agnatorum* ſubſtitutione repetitio qualitatis legitimitatis valet argui, *vot.3. num.115. part.1.*

Intellige, quoties agnatio noſcatur contemplata, non tamen, ſi ſecus, *num.16.*, *& 17.*

Agnatus de linea dilecta excludit ceteros, eà deficiente, vocatos, *vot.1. num.129. p.1.*

Remotiori *Agnato* prædilecta filia ceoſetur in bereditate Patris, *vot.11. num.7. p.1.*

Procedit etiam quoad Bona Tranſverſalis, qui cælebs fuerit, *ibid. num.8.*

Agnatus remotior ſemper propinquiorem fœminam excludit in fideicommiſſo lineari reciproco, atque agnatitio, *vot.10. nu.141.*, *& 143. part.1.*

Agnatorum deficere lineam facilius eſt, quàm lineam Maſculorum, tàm per Maſculos, quàm per fœminas deſcendentium, *vot.39. num.35. part.1.*

Magis *Agnatis*, quàm Cognatis convenit onus cogoominis, & ioſignjum, *vot.26. nu.25. p.1.*, *ratio ibid.*, *& num. ſeqq.*

Agnatorum nomine reſpectu Patris veniunt etiam Maſculi ex fœminis, *vot.1. num.21. p.2.*

Agnatis ad feudum, vel fideicommiſſum vocatis, præferri numquam valet Maſculus ex fœmina excluſa, *vol. 1. num. 79. p. 2.*
Aliud eſt, quod quis potuit dici *Agnatus*, aliud, quod habeat jura agnationis ad effectum ſuccedendi, *vol. 2. num. 32. p. 2.*
Agnati de jure ſunt ſucceſſibiles ad decimum uſque gradum, & non ultra, *vol. 2. num. 19. p. 2.*
Agnati dicuntur ſolùm illi, qui ſunt ad decimum uſque gradum, *vol. 1. num. 20. p. 2., & vol. 2. nu. 28. p. 2.*
Agnati conſtituti extra decimum conſanguinitatis gradum, agnationis jura, & ſuccedendi capacitatem non habent, *vol. 2. num. 27. p. 2.*
An conſtituti ultra decimum gradum dici poſſint *Agnati*, vel potius *Gentilium* nomine nuncupari debeant? remiſſivè, *vol. 2. num. 29. p. 2.*
Tunc ſolùm ſub nomine Agnatorum forſan venire poſſunt, quando agitur de ſucceſſione fideicommiſſaria, ex mente Teſtatoris protrahenda in omnes de agnatione, & familia, *vol. 2. num. 30. p. 2.*
Secus eſt, quando agitur de ſucceſſione hereditaria, & de Statuto eamdem ſucceſſionem regulante, *ibid. num. 31.*
Extra *Agnatorum* gradus à Statuto vocatos nulla amplius habita dicitur agnationis contemplatio, *vol. 1. num. 24., & vol. 2. num. 103. p. 2.*
Agnati ultra gradum à Statuto conſideratum, pro Agnatis non habentur, ſed pro Extraneis, *vol. 1. num. 23. p. 2.*
Deficere enim in iis dicitur qualitas, à Statuto requiſita, *ibid. num. 26.*
Ulteriores *Agnati* pro Extraneis à Statuto habiti cenſentur, ſi eos à Fiſco excludi voluit, *vol. 1. num. 25. p. 2.*
Propter *Agnatos* in determinato gradu exiſtentes excluſione à Statuto factâ, eadem Statuti ratio quoad remotioris gradus Agnatos militare non eſt cenſenda, *vol. 11. num. 111. p. 2.*
Agnatorum vocationem in una parte ad octavum gradum reſtringens Statutum, non eſt cenſendum, in altera intellexiſſe de Agnatis latè ſumptis ultra decimum gradum, *vol. 2. num. 40. part. 2.*
Agnatorum nomine ex perſona Patris venire nequeunt Maſculi ex fœminis exiſtentes ultra certum agnationis gradum à Statuto contemplatum, *vol. 1. num. 22. p. 2.*
Agnatorum nomine in ſucceſſione ſtatutaria Agnatos vocante, & Cognatos excludente, filii ſororis nequeunt venire, *vol. 2. num. 74. p. 2.*
Quid ſi ſoror ſit nupta in agnatione, & familia? *ibid. num. 75.*
Agnatis maſculis à Statuto vocatis, maſculi ex fœminis nequeunt admitti, *vol. 1. num. 15. p. 2.*
Sub generali *Agnatorum* appellatione licèt veniant Adoptivi, & legitimati, adhuc non veniunt ſub Statuto vocante Agnatos, *vol. 2. num. 33. p. 2.*
Agnatos præferens Statutum, de verè Agnatis intelligendum eſt, *vol. 1. num. 58. p. 2.*
Agnatos Cognatis Statuto præferente, non idcirco frater utrinque conjunctus præfertur conſanguineo, ſed utrique ſimultaneè ſuccedunt, *vol. 1. num. 46. p. 2.*
Agnatis à Statuto vocatis, conjunctio non ex parte Matris, ſed Patris conſiderata dicitur, *vol. 1. num. 36. p. 2.*
Agnati extra decimum gradum non veniunt in Statuto ſub Agnatorum nomine, *vol. 2. num. 38. p. 2.*
Ad *Agnatos* ex Statuto deferendæ ſucceſſionis jus, Leges, à conſanguinitate, & prædilectione metiendum voluerunt, *vol. 1. num. 17. p. 2.*
Et ad perſonas ultra decimum gradum non extendi, *ibid.*

AGNITIO.

Ad *Agnitionem* fideicommiſſi quæcumque petitio aut animi declaratio ſufficit, *vol. 37. num. 95. part. 1.*
Non quælibet *agnitio* paternæ diſpoſitionis inducit acceptationem oneris ſuper Legitimâ, niſi adſit ipſius oneris expreſſa mentio, atque individua, *vol. 5. num. 8. p. 2.*
Vel niſi cautela *Saccini* fuerint ſervata, *ibidem num. 9., & 34.*
Declara, id procedere, quando acceptatio ad aliud, quàm ad ipſum onus referri valeat, *ibidem num. 35., & 36.*
Agnitio fideicommiſſi ab ejus Anteceſſoribus facta, Actori non ſuffragatur, niſi expreſſa, & ſpecifica fuerit, *vol. 28. num. 23. p. 1.*
Vide verb. acceptatio, aditio, hereditas.

ALIENANS.

Alienantis mala fides quamcumque moræ purgationem excludit, *vol. 32. num. 18. p. 2.*
Alienantis dolus, & mala fides eum obnoxium facit pœnæ privationis ipſo jure, & abſque ullà interpellatione, aut declaratione Judicis; *vol. 32. num. 16. p. 2.*
Alienantis mala fides oritur ex ſcientia prohibitionis alienandi, à Teſtatore factæ, *vol. 32. nu. 13. part. 2.*
Alienam fideicommiſſi Bona mulier excluſa, pretium pro ipſius fideicommiſſi reintegratione inveſtire debet, *vol. 25. num. 59. p. 1.*

ALIENARE.

Alienandi, atque extraneum heredem inſtituendi facultas compatibilis eſt cum fideicommiſſo perpetuo, & agnatitio, *vol. 10. numer. 112. p. 1.*, & ratio *ibid.*
Alienandi facultas uſufructuario conceſſa, nequit de proprietate intelligi, *vol. 23. num. 36. p. 2.*
Alienandi facultas uſufructuario conceſſa, nequit eum proprietarium conſtituere, *vol. 23. num. 37. p. 2.*
Alienandi facultas heredi uſufructuariæ conceſſa, non cenſetur per verba = *che ſi troveranno in eſſere* =, adpoſita in præcepto reſtitutionis Bonorum omnium, *vol. 23. num. 28. p. 2.*
Quoties præſertim ea verba adjecta appareant ad modum dumtaxat, & quantitatem uſusfructus deſignandam, *ibid. num. 29.*
Et ex quibus id valeat deſumi? *ibidem num. 30., & ſeq.*

Alie-

Alienandi facultas expreſſa à tacita reſultante ex præcepto reſtituendi, quod ſupererit, diſtinguitur; & in quo? *vot.23. num.24. p.2.*

Alienari in Extraneos, ac etiam fideicommiſſo ſubiici poſſunt, in Civitate *Ravennæ*, Bona emphyteutica, *vot.7. num.90. p.1.*

ALIENATIO.

Alienationis prohibitio tacitè inducta cenſetur, ex voto perpetuæ Bonorum conſervationis, *vot. 30. num.29. p.1.*

Alienationis prohibitio heredi facta, perſonalis eſt, *vot.14. num.33., & ſeq. p.1.*

Prohibitio *alienationis* facta, ut Bona in familia conſerventur, realis eſt, *vot.38. num.30. p.1.*

Alienatio ad certum uſque tempus prohibita, poſt illud permiſſa cenſetur, *vot.46. num.36. p.1.*

Alienationis prohibitio ob expreſſam cauſſam perpetuò conſervandi Bona pro vocatis, comprehendit quamcumque alienationis ſpeciem, ſive per donationem inter vivos, ſive per actum ultimæ voluntatis, *vot.32. num.8. part.2.*

Prout etiam per donationem cauſsâ mortis, *ibid. num.9.*

Intellige, quando ex prohibitione facta in favorem alterius, reſultat fideicommiſſum etiam in caſum mortis, *ibid. num.10.*

Alienationis prohibitio amplis, & effrænatis verbis concepta, comprehendit omnes actus, per quos aliquando ſequi poteſt alienatio, nimirum obligationem, cenſuum conſtitutionem, & his ſimilia, *vot.32. num.5. p.2.*

Alienationis prohibitio intelligi debet famulativè ad caſum, quem Teſtator cogitavit, *vot.16. nu. 34. p.2.*

Alienationis prohibitio cum voto conſervandi Bona io agnatioue, conſectaria fideicommiſſo dicitur, quando facta eſt poſt vocationem continentem certum ordinem ſubſtitutionum, & perſonarum, *vot.14. num.32. p.1.*

Alienatione in Extraneum prohibitâ, non prohibetur frater in ſororem alienare, *vot.11. num. 12. p.1.*

Per *Alienationem* Bonorum, cauſsâ mortis donatorum, revocata donatio cenſetur, *vot.17. nu. 8. p.1.*

Alienationis prohibitio in parte conditionali ſolam actus firmitatem reſpicit, *vot.39. num.18., & 23. p.1.*

Alienationis prohibitio, & conditionalis pars junctæ principali diſpoſitioni per particulam = *ita quod* = ab illa pendere dicuntur, *vot. 39. num. 19. p.1.*

Per *Alienationem* rei legatæ ademptum Legatum cenſetur, *vot.44. num.166. p.1.*

Per *alienationem* partis rei legatæ Legatum corruit non in totum, ſed in ea dumtaxat parte, *vot.38. nu.106. p.1.*

Niſi ex conjecturis conſtet de contraria Teſtatoris voluntate, *ibid. nu.107.*

Alienationes ab herede fuiſſe factas, contendens ejus heres, debet id docere, vel de illius hereditate rationem reddere, *vot. 18. num. 164. part.2.*

Alienatione prohibitâ, adhuc fructuum commoditas in Extraneum transferri poteſt, *vot.5. nu. 9. p.1.*

Alienationis prohibitio non extenditur ad alienationem commoditatis fructuum, & quando ſecus? *vot.4. nu.90., 102. & 125. p.1.*

Alienationis prohibitio habens pro cauſſa integram hereditatis conſervationem, extenditur etiam ad commoditatem fructuum, *vot.4. num.102., & vot.5. num.48. p.1.*

Alienationes fuiſſe ab herede factas animo intervertendi fideicommiſſi, non præſumitur; & de tali animo Subſtitutus docere debet, *vot.23. nu.21. p.2.*

Expreſſa *alienationis* prohibitio ſecumferre dicitur prohibitionem etiam trebellianicæ, *vot. 28. nu.54. p.2.*

Quando præſertim realis illa eſt, & ad aliquam vocatorum perſonam noo reſtringitur, *ibidem.*

Alienationis prohibitio conjecturam præbet tacitæ dumtaxat denegationis trebellianicæ, *vot. 28. num.82. p.2.*

Et facta in una ſubſtitutione, nequit huoc effectum operari in alia, *ibid.*

Alienatio fideicommiſſi reſtitutorii prohibita, non ſub caducitatis pœnâ, ſuſtinetur etiam quoad proprietatem, *vot.4. nu.93. p.1.*

Intellige, vivente herede gravato, *ibid.*

Et ſolum revocatur per ulteriores Deſcendentes, advenieute conditione, *ibidem* ſed vid. *num. 115.*

Alienationis prohibitio tollere nequit ſubſtitutionis reſtrictionem, factam ad filium maſculum, *vot.14. nu.22. p.2.*

Alienationis prohibitio intelligenda ſemper eſt de voluntariis, non autem de legalibus, quoties deficiunt clauſulæ, totalitatem reſtitutionis importantes, *vot.28. nu.80. p.2.*

Alienationis ſtrictiſſima prohibitio facta heredibus, & eorum Deſcendentibus, filiorum in conditione poſitorum vocationem inducit, *vot. 13. num.30. p.1.*

Alienationis prohibitio per modum principalis diſpoſitionis expreſſa, ampliorem ſuo dicto interpretationem expoſcit, *vot. 14. nu. 84. part.1.*

Alienationis quæcumque ſpecies, quæ exprimi, aut cogitari poſſet à Teſtatore prohibita, ſucceſſionem ab inteſtato impedit, *vot.6. num. 26. part.2.*

Alienationis prohibitioni adjecta ratio conſervationis Bonorum in agnatione, conſecutivè ſtat ad præcedentia, *vot.14. nu.37. p.1.*

Alienationis prohibitio cum voto conſervandi Bona in agnatione, acceſſoria dicitur præordinatæ diſpoſitiooi in caſu obitus, quando realis eſt, *vot.14. num.31. p.1.*

Ex *alienationis* prohibitione factâ, = *ut proprietas ex nomine, & genere Teſtatoris in alium non transferatur* =, Bona cenſentur ad eos tantùm deferenda, qui nomen Teſtatoris gerant, *vot. 26. num.51. p.1.*

Hoc eſt ad eos, qui ſint de ejus *familia*, & cognomento, *ibid. nu.52., & 53.*

Alienationis, ac detractionis cujuſcumque prohibitio pro conſervatione familiæ facta, animum indicat eos vocandi, qui gerant, eos autem excludendi, qui deſerant familiæ nomen, & inſignia, *vot.26. nu.27., & 49.p.1.*

Præſertim, ſi facta ſit etiam filiis, aliiſque primis inſtitutis, *ibid. nu.48.*

Alienationis prohibitio uni ſubſtitutioni adjecta, ad perſonas, in aliis ſubſtitutionibus comprehenſas, extendi nequit, *vot.28. num.81. p.2.*

Maxime, ſi concepta verbis non complectentibus caſus, tempora, & perſonas omnes, *ibid.*

Alienationis prohibitio ad perſonas expreſſas non reſtringitur ex dictionibus relativis, quando realis eſt, & perpetua, *vot.40. nu.50. p.1.*

Alienationem ſi Teſtator probibuerit, ut Bona in familia conſervarentur, conditio : *ſi ſinè filiis* in omnibus ſubſtitutionum gradibus repetita cenſetur, *vot.6. nu.22. p.2.*

Alienationis prohibitio facta heredibus inſtitutis, quando non extendat fideicommiſſum ad perſonas, ſub conditione : *ſi ſinè filiis* vocatas? *vot. 7. nu.27.p.1., & nu. ſeq.*

Alienationis prohibitio efficit, ut appellatione filiorum omnes veniant ulteriores Deſcendentes, *vot.24. nu.21.p.1.*

Maxime, ſi in res, non in perſonas directa ſit, *ibid. nu.44.*

Ex *alienationis* prohibitione facta tàm Maſculis ex Maſculis, quàm Maſculis ex fœminis, volita in utriſque cenſetur Bonorum conſervatio, *vot.34. nu.11.p.1.*; Sed *vid. nu.92. & ſeq.*

Alienatio ſi etiam fœminis fuerit prohibita, earum vocatio non eſt cenſenda ad fœminas immediatas reſtricta, ſed extenſa ad ulteriores Deſcendentes, *vot.40. num.36.p.1.*

Stante præſertim ratione conſervationis Bonorum, per modum cauſæ finalis, & quidem in proemio adpoſitâ, *ibid.num.47. & 75.*

Alienationis prohibitio ratione agnationis conſervandæ omnibus Subſtitutis indefinitè facta, in iis ceſſat Subſtitutis, in quibus eadem ratio verificari nequit, *vot.34. nu.98.p.1.*

Iſtorumque paſſivum gravamen inducere non poteſt, niſi favore ſuorum Liberorum, vel coheredum, reciprocè ſubſtitutorum, *ibid. num.99.*

Alienationis prohibitio, ac ſubſequens conditionalis pars ad Maſculos tum agnatos, tum cognatos in diſpoſitiva vocatos referenda eſt, *vot. 39. num.24. p.1.*

Et ad eorum Deſcendentes maſculos referri debet clauſula = *deficiente vero lineâ maſculinâ* = *ibid. nu.25.*

Præſertim, ſi ipſa alienationis prohibitio non in ſolos Maſculos directa ſit, *ibid.nu.27.*

Maximè autem, ſi deficiat agnationis contemplatio, *ibid. num.28.*

Alienationis prohibitio, & ratio conſervandi Bona in agnatione ſi fuerit expreſſa dictionibus relativis ad perſonas nominatas in fideicommiſſo, in caſu obitus ordinato, alligata cenſetur iiſdem perſonis, & conditionibus, ſub quibus idem fideicommiſſum ordinatum fuit, *vot.14. num.36. part.1.*

Alienationis ubi adeſt probibitio, paſſim receditur *ab Oldradi conſil. 21.*, *vot. 35. num. 14. part.1.*

Alienatione Bonorum prohibitâ, Teſtator cenſetur omnes gravaſſe Deſcendentes, *vot.14.num. 23.p.1.*

Alienationis prohibitio unâ cum voto conſervationis Bonorum in familia, eſſet inutilis, niſi Deſcendentes omnes gravati cenſerentur, *vot.14. num.24.p.1.*

Alienationis prohibitio, ac ratio conſervationis Bonorum perſonas non vocatas non includit, *vot.15. nu.19.p.1.*

Alienationis prohibitio argumentum præbet perpetui, & ſucceſſivi fideicommiſſi, *vot. 32. nu. 19.p.1.*

Stante præſertim Loci pii ſubſtitutione in defectu Deſcendentium omnium, *ibid. num.21.*

Alienationis prohibitio gravamen reſtitutionis infert, *vot.34. nu.9.p.1.*

Alienationis prohibitio facta ob rationem conſervandi Bona in familia, perpetuum fideicommiſſum inducit, *vot.6.nu.16. p.2.*

Alienationis prohibitio, ut Bona in familia remaneant, non conjecturam, ſed certiſſimam perpetui fideicommiſſi probationem facit, *vot. 6. num.23. p.2.*

Alienationis prohibitio, ut Bona perpetuò maneant in familia, effectum ſuum ſortiri nequit abſque perpetuo fideicommiſſo, *vot.14. nu. 79. part.1.*

Alienationis prohibitio ſuâpte naturâ perpetuitatem, & gravamen fideicommiſſi non inducit, *vot.34. num.92. p.1.*

Alienationis prohibitio ex ſe fideicommiſſum non inducit, ſed reſolvitur in ſimplex conſilium, *vot.38. nu.1. p.1.*

Secus, ſi ordinata ſit, ut Bona perpetuò in agnatione conſerventur, *ibid. num.2.*

Alienationis prohibitio directa ad Inſtitutos nedum, ſed etiam ad ſubſtitutos, perpetuum fideicommiſſum arguit, *vot.34. nu.8. p.1.*

Alienationis prohibitio paſſim in fideicommiſſis perpetuis à Teſtatoribus apponi ſolet, *vot. 16. nu.18. p.1.*

Ex *alienationis* prohibitione an perpetuum ſit inductum fideicommiſſum, cauſſa, & ratio ipſius prohibitionis ſpectanda eſt, *vot.6. nu.18., & 38. part.2.*

Alienationis prohibitio ampliſſimis facta verbis cum voto perpetuæ Bonorum conſervationis in familia, fideicommiſſum demonſtrat agnatitium, *vot.11. num. 28.p.1.*

Realiſque cenſetur, licèt ad perſonas directa ſit, *ibidem.*

Alienationis ſtrictiſſima prohibitio præſefert expreſſam agnationis contemplationem, *vot.1. nu. 60., & vot.9. nu.119. p.1.*

Præſertim, ſi facta etiam quoad commoditatem percipiendi fructus, *dict. vot.1. num.64.*

Alie-

Digitized by Google

Alienationis deficiente prohibitione expreſsâ, excluditur agnationis contemplatio, *vot.16. num.* 28., *vot.21. num.27. p.1.*, & *vot. 16. num. 33. part.2.*

Alienationis prohibitio, etiam tacita, reciprocæ linearis argumentum præbet, *vot. 30. num. 29. part.1.*

Prohibitio *alienationis* directa in res, & Bona fideicommiſſo ſuppoſita, efficit illud reciprocum, *vot.38. nu.28. p.1.*

Alienationis prohibitio, per modum diſpoſitionis facta, & veſtita ratione conſervationis Bonorum in familia, & poſteritate maſculina, perpetuum, ac reciprocum lineare fideicommiſſum inducit, *vot.38. nu.23.*, & præſertim *nu.39.* & 41.

Alienationis prohibitio, ſicuti fideicommiſſum non extendit, ita & ratio eidem adjecta, *vot. 14. num.38. p.1.*

Alienationis prohibitio fideicommiſſum præcedenter inſtitutum magis confirmat, ſed illud non extendit, *vot.14. nu.30. p.1.*

Alienationis prohibitio generaliter non concepta, fideicommiſſum ultra caſum diſpoſitum non ampliat, *vot.15. nu.18. p.1.*

Alienationis prohibitio, aliud eſt, ſi ad novum inducendum fideicommiſſum, aliud, ſi ad declarandam voluntatem Teſtatoris adducatur, *vot.29. num.28. p.1.*

Ex *alienationis* prohibitione non in perſonam, ſed in rem directa, fideicommiſſi realitas elicitur, *vot.25. nu.31. p.1.*

Ex *alienationis* prohibitione, ac Bonorum conſervationis voto perpetuum inductum fideicommiſſum, conditionale non eſt, ſi nullum aliud præcedat fideicommiſſum in caſum obitus, *vot. 14. num. 80.*, & *82. p.1.*

Sed, tamquam abſolutum, efficit, ut Bona gradatim ad omnes de agnatione deferantur, *ibid. nu.81.*

Ex *alienationis* prohibitione inductum fideicommiſſum, locum ſibi vindicat etiam in caſu obitus, quando prohibitio concepta eſt tamquam principalis diſpoſitio, *vot.14. num. 83. p.1.*

Alienationis prohibitio perpetuitatem in reali fideicommiſſo inducit, licèt ad primum heredem directa ſit, *vot.14. nu.86.*, & *87. p.1.*

Ex deficiente *alienationis* prohibitione, ac voto conſervationis Bonorum excluditur diſpoſitionis realitas, *vot.21. nu.39. p.1.*

Licèt diſpoſitio principaliter ad Bona directa ſit, *ibidem.*

Alienationis prohibitionis cauſſa, & ratio potiùs, quàm verba attendi debent ad fideicommiſſi realitatem arguendam, *vot.1. num.97. p.1.*

Alienationis prohibitio in fideicommiſſo particulari, inducit omnium in eo comprehenſorum vocationem ad univerſale fideicommiſſum, *vot. 29. num. 23. p.1.*

Intellige, quatenùs ad particulare fideicommiſſum perſonæ diverſæ non ſint vocatæ, *ibidem num. 24.*

Quo caſu eadem alienationis prohibitio acceſſoriè, & conſecutivè ad univerſale fideicommiſſum ſtare dicitur, *ibid.*

Ex *alienationis* prohibitione facta in fideicommiſſo particulari, ut Bona perpetuò in familia conſerventur, illud ad omnes extenditur vocatorum Deſcendentes, *vot.29. num.25. p.1.*

Iſtorumque vocatio inducitur ad univerſale fideicommiſſum, *ibid. num. 26.*

Intellige, quatenus ad illud perſonæ diverſæ non ſint vocatæ, *ibid. num.27. p.1.*

ALIMENTA.

Alimentorum cauſsâ relicta Legata annua cenſentur, *vot.10. nu.19. p.2.*

Et Alimentarii morte finienda ſunt, *ibid.*

Alimentorum vicem gerunt annuæ diſtributiones fructuum, *vot.41. nu.39. p.1.*

Et relictæ cenſentur ob ſolam ſanguinis conjunctionem, abſque diſcretione ſexus, & linearum, *ibid. nu.40.*

Alimenta, menſtruaſque præſtationes quando non aliter, quàm inſtitutionis jure Pater filio reliquiſſe cenſeatur? *vot. 8. num. 11.*, & *ſeq. part.2.*

Alimenta, aliaſque præſtationes filio inſtitutionis cauſsâ reliquiſſe cenſetur Pater, ſi imputanda eſſe mandavit in id, quod filio de jure deberetur, *vot. 8. nu.15. p.2.*

Alimentorum cauſsâ filiis à jure Legitima eſt conſtituta, *vot.8. nu.12. p.2.*

Alimenta filiis loco Legitimæ, hæc verò alimentorum vice tradi cenſetur, *vot. 8. num.13. part.2.*

Alimenta, licèt filiæ non ſint relicta, adhuc, donec nubat, debentur ex Legato dotis ſolvendo nuptiarum tempore, *vot.5. nu.48. p.2.*

Alimentis filiæ interim relictis, conditionale cenſendum eſt Legatum, ei præſtandum, quando nupſerit, *vot.5. num.22.*, & *46. p.2.*

Alimentorum Legatum filiis factum, nepotibus non debetur, *vot.21. num.24. p.2.*

Alimenta, nec quid aliud de manu Primogeniti Secundogenitus recipere tenetur, ſed ſe tamquam coheredem poteſt gerere, *vot.24. nu.201. part.2.*

Alimenta, nonniſi auctore Prætore, decernenda ſunt filio, antequam deliberet acceptare vel repudiare hereditatem, *vot.24. nu.68. p.2.*

ALLECTIO.

Allectio propriiſſimus modus eſt veram civilitatem adquirendi, *vot.4. num.37. p.2.*

Allectione, origine, ac manumiſſione propriè Civis quis efficitur, *vot.4. nu. 37. p.2.*

ALTERNATIVA.

Alternativa inter perſonas, in quibus cadit ordinata Teſtatoris affectio, naturam disjunctivæ retinet, *vot.43. nu.103. p.1.*

Quæ gradualem, & ſucceſſivum inter eaſdem Inducit ordinem, *ibid.*

AMOR.

Amor Parentum in Matrimonia, & commoda filiorum, licèt occaſionem præbeat donationi contemplatione Matrimonii, liberalitatem non excludit, *vot.44. num.12. p.1.*

Amor

Amor paternus nec ſupprimi, nec diſſimulari poteſt, *vot.9.nu.32.*

Teſtatoris *amor* erga nepotes ad eorum etiam Deſcendentes traoſmittitur, *vot. 3. numer. 31. part.1.*

ANIMA.

Animâ antiquius quidpiam, aut charius oemo habet: & nullum cum ea pecuniarum commodum poteſt comparari, *vot.30.nu.49. p.2.*

ANIMUS.

Quod malo *animo* non fit, pœnam non meretur, *vot.18. num.100. p.2.*

Animus interverteudi fideicommiſſi in herede alienante non præſumitur, & de tali animo Subſtitutus docere debet, *vot. 23. num. 21. part.2.*

Animo non adeundi ſi qui actus geſti appareant, ex his non inducitur hereditatis aditio, *vot. 24. nu.73.p.2.*

Limita, quando adeſt Statutum, aditionem ex nudo poſſeſſionis facto inducens, *ibid. num. 78.*

Animum ſeſe immiſcendi, ac pro herede ſe gerendi indicat declaratio, ſe eſſe heredem, pluries prolata ab habeote adeundi poteſtatem, *vot. 24.nu.27., & 77.p.2.*

ANTIPARS.

Antipartis deductio facienda iotelligitur, antequam aliæ partes fiant, *vot. 14. nu.27. p.2.*

Antipartis deductio eò magis ante alias partes facienda eſt, quando fiualis fuerit diſpoſitionis cauſſa, *vot.14. nu.28. p.2.*

IN ANTIQUIS.

In *antiquis* leviores ſufficiunt probationes, *vot. 9. num.55.p.2.*

In *antiquis* filiationem probat ſola fama, *vot.9. nu. 56.p.1.*

Vel ſola denominatio, *vot.9. num. 57.p.1.*

Antiquum in filiatione, dicitur, quod eſt infra centum annos, dummodo ſit ſupra quadraginta, *vot.9. num.59. p.1.*

In *antiquis*, ad probandam deſceodentiam, leviores admittuntur probationes, *vot. 20. num. 37. p.2.*

In *antiquis* præſumptio militat non exiſtentiæ rerum pretioſarum, *vot.18. nu.95. p.2.*

Et, ſi quæ repertæ in hereditate præſumi velint, eæ in dimiſſionem Creditorum Defuncti erogatæ ſunt cenſendæ, *vot.18. nu.97.p.2.*

APPELLATIO.

Appellatio, quæ proſecuta non fuerit, & cujus moderatio fuerit obtenta cum ſucceſſiva expenſarum refectione, objici ampliùs oequit, *vot.7. num.75.p.2.*

Appellationes, aliaque ejuſmodi Juris remedia adverſus contrarias ſententias, vel res judicatas, valent quidem earum executionem ſuſpendere, at non etiam tollunt boni juris præſumptionem, *vot.18.num.16.p.2.*

ARCHIVIUM.

Archivium Romanæ Curiæ facultatem habet legitimandi etiam in ſtatu ioſeudato, *vot. 8. num. 184.p.1.*

ARGUMENTUM.

Argumenta in ſuo genere imperfecta, etiam ſimul juncta, non probant, *vot.16. nu.26.p.2.*

Argumentum peceaus in petitione principii, & ſupponens id, quod eſt in quæſtione, admitti oon debet, *vot.2. num.51.p.2.*

Argumenta, & conjecturæ, quæ ſatis ſunt pro inducenda vocatione filiorum ad portionem Patrui, ſufficiunt etiam pro receſſu *ab Oldradi conſilio*, *vot.7. num.72. p.1.*

Argumentum à rationis majoritate, in ſtatutariis ſucceſſionibus, paſſim recipitur apud Doctores, *vot.20. num.6., & 27.p.2.*

Declara, *ut num.28.*

Argumentum à ſuperfluitate ſumptum, tamquam oimis debile, paſſim à Doctoribus rejicitur, *vot.14. nu.66.p.2.*

Idem argumentum non procedit, quando, alio etiam intellectu admiſſo, ſuperfluitas ſequatur, *ibid. nu.67.*

Argumentum deſumptum à diſcretivo loquendi modo corruit, quando Teſtator utramque loeutionem habuit pro ſynonima, *vot.14. num.72. part.2.*

Et quando eo modo uſus eſt majoris dumtaxat explicationis gratiâ *ibid. num.73.*

Ut etiam, quando ſe retulit ad præcedentia, *ibid. nu.74.*

Attentâ autem Teſtatoris voluotate, argumentum ejuſmodi retorqueri poteſt, *ibid. num. 75.*

Argumentum à caſu obitus ad caſum contraventionis valere efficit habita Bonorum conſervationis ratio, *vot.30. num.36. p.1.*

Argumentum à contrario ſenſu non habet locum io Statutis, *vot.1. num.98. p.2.*

Præcipuè, cum tendit ad correctionem, & Juris communis derogationem, *ibidem numer.99.*

Argumentum hoc non tenet: Teſtamentum oon revocatur per poſteriorem donationem; ergo neque fideicommiſſum, ſeù Legatum; *vot.38. nu.109. p.1., & ratio ibid.*

ARMA.

Armorum aſſumptiuuis præceptum injunctum Primogenitis, vocatos ad primugenituram arguit etiam Secundogenitos, *vot. 12. num. 87. part.1.*

ASCENDENS.

Aſcendens pari amore erga filios filiorum, ac erga ulteriores iſtorum Deſcendentes ferri præſumitur, *vot.40. num.57. p.1.*

Aſcendens toti ſuæ poſteritati conſulere voluiſſe præſumitur, *vot.29. num.41.p.1.*

Aſcendens univerſam poſteritatem ſuam; tranſverſalis verò cenſetur ſolos Agnatos prædiligere, *vot.2. num.4., & 5., & vot. 25. nu.8., & 9.p. 1.*

ASSIGNATIO.

Quod per viam *aſſignationis* debetur, differt à reliquatus debito, *vot.7. num.27. p.2.*

Aſſignationis nomen promiſſionem importat, *vot. 7. num.28. p.2.*

AUCTO-

AUCTORITAS.

Auctoritas inſignis Doctoris, latè, ac doctè materiam expendentis plurimùm attendenda eſt, *vot. 5. nu.54. p.1.*

Auctoritates in eo ſenſu, quo à *deciſionibus* allegantur, intelligendæ ſunt, *vot. 9. num. 39. part.2.*

AUGMENTUM DOTALE.

Ab *augmenti* dotalis materni conſecutione repellitur filia, quæ renunciaverit Parentum favore, *vot.44. num.233. p.1.*

At renunciatio ejuſmodi non efficit, ut Mater, & ab ea cauſſam habentes augmentum in Bonis viri conſequi nequeant, *ibid. nu.234.*

AVIA.

Nobilem quoque Aviam expoſcunt Statuta Ordinis S. Stephani, *vot. 33. num.4. p.2.*

AVUS.

Avus maternus concurrit cum fratribus, & ſororibus utrinque conjunctis: & vincit alios conjunctos ex unico tantùm latere, *vot.15. nu.77. p.2.*

Præſertim, ſi eidem Avo hi non attineant, *ibid. nu.78.*

Avus, quod nepti ditiſſimæ dotem de proprio relinquere voluerit, cenſendum non eſt, *vot.29. num.69. p.2.*

B

BAPTISMUS.

B*Aptiſmus* eſt actus quidam ſpectans ad Parentum curam, *vot.9. nu.11. p.1.*

BARO.

Barones Caſtrorum *SS. Gregorii, & Caſapis* jus recadentiarum ſibi ſemper aſſeruerunt non in vim Statuti, ſuper eo jure conditi, ſed vigore antiquiſſimæ conſuetudinis, *vot. 27. num. 114. part.2.*

Barones Caſtrorum *SS. Gregorii, & Caſapis* conſueverunt ſuccedere in Vaſſallorum Bonis non ſolum tamquam vacantibus, vel ad ipſos Barones delatis ex confiſcationis pœna, ſed etiam quando ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato iidem Vaſſalli deceſſerunt, *vot. 27. nu. 98. part.2.*

Quoad *Barones SS. Gregorii, & Caſapis* recadentiarum conſuetudo ſatis probata dicitur, ex quo Bona Vaſſallorum, ab inteſtato, & ſinè legitimis heredibus decedentium, ſemper à Baronibus ipſis occupata fuerint, *vot.27. nu.29. part.2.*

Atque ex dictorum Bonorum poſſeſſione, jure proprio ab ipſis capta, *ibid. num.30.*

Item ex quo in præjudicium Baronis diſponere Vaſſalli non conſueverint, niſi impetratâ priùs ab illo facultate, *ibid. nu.31., & 99.*

Et ex quo irriti declarati fuerint actus, ſinè tali facultate geſti, *ibid. nu.32.*

Sic etiam ex quo in actibus Baroni præjudicialibus mos fuerit, ut priùs proclamata, & denunciationes fierent, *ibid. num.33.*

Ad *Barones SS. Gregorii, & Caſapis* quomodo Vaſſallorum Bona, cum onere annuæ reſponſionis favore Locorum piorum potuerint, quandoque pervenire? *vot.27. nu.143. p.2.*

A *Baronibus* non aliter, etiam Clericis, conceſſa Bona cenſentur, quàm ſub recadentiarum onere, quoties recadentiarum conſuetudo vigeat, *vot.27. num.122. p.2.*

Baro, quoties ex conſuetudine ſibi competat jus recadentiarum, ſuis Subditis poteſt illud dicere, quod *Levit.25. = Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea eſt, & vos advenæ & coloni mei eſtis = vot.27. num.11., & 12. p.2.*

Barones jugiter gaviſos fuiſſe recadentiarum jure, manifeſtum fit ex venditionibus pluries factis = *cum omnibus devolutionibus, & recadentiis =, vot. 27. num.38. p.2.*

Baro ad probandum *recadentiarum* jus non indiget auctoritate rerum judicatarum, quoties immemorabilem pro ſe habeat conſuetudinem, *vot. 27. num.71. p.2.*

Baroni ex conſuetudine competens recadentiarum jus, referendum eſt ad jus univerſalis dominii, ab origine eidem competens, & conceſſionem à Baronibus factam Subditis cum recadentiarum onere, *vot.27. nu.7.16., 23. & 121.*

A *Baronibus* jus recadentiarum fuiſſe retentum, ſi plures oſtendant actus, nequit ex omiſſione alicujus ſolemnitatis elici argumentum, ejuſdem juris excluſivum, *vot. 27. num.37. p. 2.*

A *Baronibus* uſurpatum recadentiarum jus fuiſſe, opponi nequit poſt lapſum temporis immemorabilis, *vot.27. num.55. p.2.*

Præſertim, ſi Incolæ ſcire debuerint, ſe privari non poſſe liberâ facultate ſuper propriis ipſorum Bonis, *ibid. nu.56.*

Et maximè, ſi eis facilis patebat recurſus ad ſupremum Principem, *ibid. nu.57.*

Baronis univerſale, ac fundiarium dominium ſuadente ratione aliquâ, corruit generica præſumptio libertatis Bonorum, *vot.27. nu.22. p.2.*

Dominium ejuſmodi ſat eſt, quod reſultet ex actibus, qui, nonniſi ad illud referri valeant, *ibid. nu.23.*

Baro non tenetur antiquiſſimum ſuum univerſale dominium probare per exhibitionem inveſtiturarum, Subditis factarum, *vot.27. num.26., & 27. p.2.*

Sed illud ſolâ conſuetudine probatum dici poteſt, *ibid. nu.39.*

Baronis univerſale dominium, in feudis antiquiſſimis, ſolâ conſuetudine probatur, *vot.27. nu. 90. p.2.*

Baroni univerſale dominium tribuens titulus, probatur communibus probationibus, *vot.27. num. 25. p.2.*

Et in his etiam Cauſis locum habet regula = *ſingula quæ non proſunt, juncta juvant = ibid.*

Baronum violentiæ, & concuſſiones præſumi nequeunt, ubi agitur de ſummis viris, dignitate, ac virtute ſpectatiſſimis, *vot.27. nu.109. p.2.*

In *Barone*, qui non ſit Ordinis magnatitii, præpotentiæ ſuſpicio excluditur, *vot.27. num.103. part.2.*

Ba-

Baronum præpotentia conſiderari valet quoad perſonas ipſis ſubditas, atque incolas, non quoad forenſes, *vot.27. num.102. p. 2.*

Baronum violentiæ, & concuſſiones quod in univerſum Populum fuerint exercitæ, præſumi nequit, *vot.27. num.104. p.2.*

Baronum violentiis, & concuſſionibus non ita facilè expoſitæ Univerſitates ſunt cenſendæ, *vot. 27. num.106. p.2.*

Maxime, quando *Barones* alium recognoſcunt ſupremum Dominum, *ibid. num.107.*

Baronum violentiæ, & concuſſiones in perniciem ſubditorum, nullo de eis fumo allato, credibiles non ſunt cenſendæ, *vot. 27. num. 100. part.2.*

Præſertim in feudis ſubjectis S.Romanæ Eccleſię, *dict.vot.27. num.101.*, & ratio *ibid.*

BENEFICIUM.

Beneficia Regni Hiſpaniæ, ut quis poſſit obtinere, requiritur, quod ſit civis ex Regno oriundus, *vot.4. nu.49. p.2.*

Beneficia ſolis originariis Civibus deſtinata, obtinere poſſunt, etiam qui ex privilegio civilitatem ſunt adepti, *vot.4. nu.12. p.2.*, & quando ſecus? *ibid. nu.30.*

Beneficia, quæ in Hiſpania naturalibus addicta reperiuntur, non debentur naturalitatem adeptis ex incolatu, *vot.4. num.30. p.2.*

Beneficia quoties naturalibus debentur, *naturalis* nomen de ſtylo accipitur pro *nato*, *vot.4. nu. 57. p.2.*

BONA.

Bona non veniunt ſub nomine quantitatis, ſeù ſummæ, *vot. 46. num. 46. part. 1.*; Limita ut *num.53.*

Bona bifariam conſiderari poſſunt, ſive per ſe, ut Bona, & tamquam ſpecies, ſive reſpectu habito ad eorum pretium, & valorem, *vot. 46. nu. 52. p.1.*

Bona quando dicantur conſiderata habito reſpectu ad eorum pretium? *ibid. nu.54.*

Bona in quemcumque ſucceſſorem tranſeunt cum onere reali, ipſis infixo, *vot. 27. numer. 124. part.2.*

Quod non tollitur, etiamſi à Laico tranſeant in Clericum, *ibid. nu.125. p.2.*

Bonorum libertati in dubio conſulendum eſt, *vot. 16. nu.56. p.2.*

Bona plerumque penes remotiores libertatem aſſequuntur, *vot.15. num.22. p.1.*

Bona per mortem ultimi gravati efficiuntur libera, *vot.6. num.2. p.1.*

Bona faciliùs conſervantur, ulterioribus admiſſis Deſcendentibus, *vot.45. nu.15. p.1.*

Bonorum perpetua conſervatio in agnatione haberi nequit ſinè perpetuo fideicommiſſo, *vot.38. nu. 5.*, & *num.95. part.1.*

Perpetua *Bonorum* conſervatio verificari poteſt in una familia, ſeu linea, *vot.42. num.23. part.1.*

Ac etiam in vita unius hominis, *ibid.*

Ad *Bonorum* conſervationem plurimùm confert admiſſio Maſculorum etiam ex fœminis, *vot.42. nu.19. part.1.*

Perpetua *Bonorum* conſervatio volita in Maſculis, comprehenſionem arguit ulteriorum Deſcendentium ſub *filiorum* nomine, *vot. 45. num. 14. part.1.*

Bona conſervari dicuntur, ſi ad tertiam uſque generationem permaneant, *vot. 42. numer. 21. part.1.*

Bonorum conſervationem volitam fuiſſe in Maſculis cognatis, verificari nequit ſinè illorum vocatione, *vot.45. nu.31. part.1.*

Bonorum conſervationi in familia adverſatur temporalis Monaſterii adquiſitio ad vitam Religioſi, *vot.4. num.121. part.1.*

Ex *Bonorum* volita conſervatione in familia, expreſſo illius cognomine, magis evincitur excluſio fœminarum, *vot.11. nu.37. p.1.*

Accedente præſertim clauſulâ, = *e non altrimente* = *ibid. nu.38.*

Tunc enim fœminæ, nec in ſubſidium admittuntur, *ibid. nu.39.*

Immò nec ad earum vitam; præſertim, ſi, deficiente unâ lineâ maſculinâ, alia linea maſculina vocata ſit, *dict. vot. 11. num. 40.*, & *75. part.1.*

Bonorum conſervatio pro familiæ decore volita, fideicommiſſum agnatitium arguit, *vot.9. nu. 124. p.1.*

Bonorum conſervationis votum conjectura eſt agnationis contemplatæ, *vot.14. nu.6. p.1.*

Ex *Bonorum* conſervatione volita in familia, hujus etiam cognomine ſuperaddito, agnatio rigoroſè contemplata dicitur, *vot. 11. num. 29. part.1.*

Bonorum volita conſervatio in agnatione, & familia, comprehenſionem nepotum arguit ſub filiorum nomine, *vot.37. nu.23. p.1.*

Ex *Bonorum* conſervationis voto tranſmiſſibile fideicommiſſum arguitur, *vot. 37. numer. 85. part.1.*

Bonorum conſervationis votum tractum temporis ſucceſſivum importat, *vot.10. numer. 102. part.1.*

Perpetuæ *Bonorum* conſervationis ratio pro inducenda trebellianicæ prohibitione ſufficiens conjectura non eſt, quoties non adſint verba integralitatis, & totalitatis, quamcumque hereditatis diminutionem excludentia, *vot.28. nu.33. part.2.*

Bona emphyteutica in Civitate *Ravennæ* poſſunt in Extraneos transferri titulo alienationis, ac etiam fideicommiſſo ſubijci, *vot. 7. numer. 90. part.1.*

Bona emphyteutica an ſub generali inſtitutione veniant, diſputant Doctores, *vot.42. num.67. part.1.*

Communis tamen opinio eſt, ea venire, ſi redacta ſint ad inſtar allodialium, & effecta alienabilia, vel ex generali Loci conſuetudine, vel ex particulari Lege ſupremi Principis, *ibid. num.66.*

De *Bonis* allodialibus liberè emphyteuta diſponere poteſt, *vot.42. num.69. p.1.*

Ac, etiam non factâ eorum mentione, eadem

ſub

ſub generali illius inſtitutione veniunt, *vot.42. num.71. p.1.*

Ad *Bona* juriſdictionalia unus, non plures Primogeniti vocati cenſentur, *vot. 12. numer. 65. part.1.*

In *Bonis* juriſdictionalibus majoratus faciliùs inducitur, *vot.12. num.66. p.1.*

Ad *Bonorum* feudalium ſucceſſionem fœminę non admittuntur cum Maſculis, *vot. 2. numer.40. part.1.*

Bona antiqua, ac feuda non debent ex facto heredis divelli à Teſtatoris Deſcendentibus, *vot.15. num.33. p.1.*

Bona poſſeſſa per Vaſſallos *SS. Gregorii*, & *Caſapis* quodammodò libera dici poſſunt, *vot.27. num.139. p.2.*

Bona, quæ poſſident Vaſſalli *SS. Gregorii*, & *Caſapis*, tamquam purè, & merè allodialia non habentur, *vot.27. num.140. p.2.*

Bona per Vaſſallos *SS. Gregorii*, & *Caſapis* alienata in Communitates, libera ex accidenti dici poſſunt, quatenus nempe morituræ illæ non ſunt, *vot.27. num.142. p.2.*

Sub generali *Bonorum* diſpoſitione feudum etiam hereditarium venit, *vot.6. num.49. p.1.*

Bona fideicommiſſaria, alienari prohibita, nequeunt in Extraneos transferri, *vot.4. num.89. part.1.*

Bona jure fideicommiſſi vindicare contendens, vocationem ſuam concludenter probare tenetur, *vot.3. num.16. p.1.*

Probatio autem æquivoca, ac dubia non ſufficit, *ibid. num.17.*

Bona jure fideicommiſſi vindicare contendens, nedum de ſui vocatione, ſed etiam docere debet, illa eſſe fideicommiſſo obnoxia, atque inſuper probare, quæ, qualis, & quanta ſit fideicommiſſi portio, ad ipſum pertinens, *vot. 18. num.65. p.2.*

Bona fideicommiſſaria novo fideicommiſſo ſubiici à Teſtatore nequeunt in præjudicium aliorum ad illa vocatorum, *vot.29. num.1. p.2.*

Ducto autem à poteſtate ad voluntatem argumento, cenſendus eſt Teſtator, id gravamen eiſdem Bonis noluiſſe adponere, *ibid. num.2.*

Bona fideicommiſſaria non comprehenduntur ſub inteſtatâ heredis gravati hereditate, *vot.20. nu. 48. p.2.*

Bona fideicommiſſo adhuc purificando obnoxia, nequeunt ſub renunciatione cenſeri comprehenſa, *vot.4. num.14., & 21. p.1.*

Maximè, non probatâ in renunciante ſcientiâ ejuſdem fideicommiſſi, *ibid. num.15.*

Bona fideicommiſſi realis ſunt perpetuæ reſtitutioni obnoxia, *vot.1. num.99. p.1.*

Apud quemcumque reperiantur; abſque ullâ temporis, caſuum, vel perſonarum diſtinctione, *num.100.*, donec ad ultimum Subſtitutum perveniant, *num.101.*

Bona cadentia ſub alieno fideicommiſſo, propriè à Teſtatore poſſideri non dicuntur, *vot.29. nu. 8. p.2.*

Bonorum fideicommiſſariorum poſſeſſor, nonniſi poſt motam litem, in mala fide conſtituitur, *vot.13. num.78. p.1.*

Bonorum, quæ ob expirationem fideicommiſſi libera, & propria in perſona filii effecta erant, collationem voluiſſe veroſimiliter cenſetur Teſtator, dum collationem voluit lucrorum, pariter ad filium pertinentium, *vot.46. num.32., & 44. p.1.*

Bona ſub diſpoſitione jubente collationem juſtâ ratione dicuntur comprehenſa, quando ipſis qualitas, verbaque ejuſdem diſpoſitionis conveniunt, *vot.46. num.31. p.1.*

Bona fideicommiſſaria tunc nequeunt ſubeſſe collationi, quando inter heredes æqualiter debent dividi, *vot.46. num.39. p.1.*

Secus verò, quando heres, onus conferendi habens, retinet eadem Bona ad computum portionis, ſibi debitæ ſuper Bonis mandantis collationem, *ibid. nu.40., & ſeq.*, & præſertim, *nu.45.*

Bona donata à Patre filio ſivè emancipato, ſivè non, intuitu certi Matrimonii, in illius hereditatem conferenda ſunt, *vot.46. num.87., & ſeq.*, Limita ut *num.91.*

Bona tranſeunt libera ad nepotes, per vulgarem activè vocatos ad portionem Parentum, *vot.7. num.17. p.1.*

Ratio affertur *num. ſeq.*

Bona donata tranſeunt ad Donatarii ſucceſſores, *vot.44. num.90. p.1.*

Bona donata è patrimonio Donantis abſcedunt, & efficiuntur patrimonium proprium Donatarii, *vot.44. num.162. p.1.*

Bona à Donatore omnium Bonorum reſervata ad effectum teſtandi, ad ejus heredem, non ad Donatarium pertinent, *vot.38. num.81., & 163. p.1.*

Theſauri circa hunc articulum diſtinctio traditur, *ibid. num.82.*

Bona reſervata ad effectum teſtandi ad heredem teſtamentarium pertinent, licèt Teſtator de iis expreſſe non diſpoſuerit, *vot.38. numer.84. part. 1.*

Et auctoritates contrarium firmantes procedunt, quando facultas diſponendi alteri à Domino conceſſa eſt, non verò, quando reſervata eſt per Dominum, *ibid. num.85.*

Bona à donatione reſervata nequit Donator ſubijcere fideicommiſſo præcedenter inſtituto, *vot. 38. num.102., & 108. p.1.*

Bona, quum pacto reverſivo locus factus eſt, ad Donantem redeunt, *vot.17. num.19. p.2.*

De *Bonis* antea à Patre donatis cauſâ mortis, rectè verificatur expreſſio, quod eſſent ſua, *vot.17. num.18. p.1.*

Bonorum alienari prohibitorum renunciatio effectum ſuum operatur quoad commoditatem fructuum, *vot.4. num.91. p.1.*

Hæcque ad Renunciatarium, ejuſque heredes, etiam extraneos tranſit, donec Renuncians vixerit, *ibid. num.92.*

Super *Bonis* particularibus faciliùs linearis reciproca volita a Teſtatore cenſetur, *vot.38. num.32. part.1.*

Bonis gravamen reale impoſitum, diſpoſitionem realem efficit, *vot.6. num.20. p.1.*

Ad *Bona* ſtabilia reſtrictum fideicommiſſum, particulare dicitur, *vot.38. num.79. p.1.*

Bona, ceſſante fideicommiſſo, libera fiunt, *vot.46. num.34. p.1.*

Bonorum ſuorum nomine non veniunt, niſi quæ ſunt propria Diſponentis, *vot.18. num.51. p.2.*

De *Bonis ſuis* ab herede facta diſpoſitio, ſolum de ejus Bonis intelligenda eſt, *vot.18. num.52. part.2.*

De *ſuis*, non de alienis *Bonis* diſponere quis voluiſſe præſumitur, *vot.18. num.57. p.2.*

Præſertim, ſi de univerſali diſpoſitione agatur, *ibid. num.59.*

De *Bonis* alterius diſponendi voluntas ſemper in dubio excludenda eſt, *vot.18. num.58. p.2.*

De *Bonis*, ad *ſe* liberè pertinentibus quis diſponere voluiſſe præſumitur, non etiam de iis, quæ ad alium ſpectare poſſent, *vot.29. num.3. p.2.*

Quod eò magis procedit, ſi contrariæ voluntatis deficiant conjecturæ, *ibid. num.4.*

Maximè verò, ſi hanc excludentes conjecturæ adſint, & quæ? *nu.5., 6., & ſeqq.*

De *Bonis ſuis* diſponere profeſſus heres, præſumitur de ſuis, non de Teſtatoris Bonis, alienari prohibitis, diſpoſuiſſe, *vot.18. num.157. p.2.*

Si præſertim hæc nulla aderant, vel, ſi quæ adfuiſſent, ad heredem ipſum pertinuiſſent pro ſuis detractionibus, *ibid.*

Maximè verò, ſi ſua Bona Teſtatorem, non ita heredem dilapidaſſe, conſtet, *ibid. num. 158. p.2.*

De *Bonis ſuis* diſponere declarans Teſtator, non eſt cenſendus, ſub Legato omnium cenſuum comprehendiſſe cenſum, aliàs heredi donatum, *vot.11. num.23. p.2.*

Limita in caſu, quo, patiente, & ſciente herede, ſemper antea de eodem cenſu diſpoſuerit, *ibid. num.24.*

Præſertim, ſi uſus eſt dictione = *tutti* =, *ibidem num.25.*

De *ſuis*, ac de antiquioris fideicommiſſi *Bonis* diſcretivè locutus Teſtator, cenſetur comprehendere hæc noluiſſe ſub novo fideicommiſſo, ab ipſo condito, *vot.29. num.10. p.2.*

Et quando ſecus? *num.72.*

De *Bonis ſuis* diſponere profeſſus Teſtator, nequit dici, etiam Bona reſtitutioni obnoxia comprehendere voluiſſe, *vot.29. num.6. p.2.*

Limita, ſi illicò ea ſubjunxit verba = *da me goduti, e che di preſente godo* = *ibid. num.52.*

De *Bonis non ſuis* diſponere quem voluiſſe, concipi nequit, niſi de ejus voluntate expreſsè, aut ex urgentibus conjecturis conſtet, *vot.18. num. 55. p.2.*

De *Bonis ſuis*, & non etiam de Teſtatoris Bonis, licèt inter ea comprehenſis, diſponere heredem intellexiſſe, ex quibus dici poſſit? *vot.18. num. 60. p.2.*

Bonorum ſuorum nomine adhibito ab herede diſponente de Teſtatoris Bonis, ſuper quibus jus habebat, quælibet contraventio contrario præcepto excluditur, *vot.18. num.50. 54., & 116. part.2.*

Jure enim ſuo, modo, quo poterat, uſus præſumitur, *ibid. num.62.*

De *Bonis* omnibus, quocumque titulo à ſe poſſeſſis, ac etiam de fideicommiſſariis Bonis intellexiſſe Teſtator cenſendus eſt, ex his ab eo adhibitis verbis = *in tutti, e ſinguli miei Beni da me goduti, e che di preſente godo* = *vot.29. num.53. part. 2.*

Quod maximè procedit, ſi de aliis fideicommiſſariis Bonis diſpoſuiſſe, certò appareat, *ibid. num. 58.*

De *Bonis* omnibus, quomodocumque a ſe poſſeſſis diſponens Teſtator, fideicommiſſaria etiam Bona comprehendiſſe cenſetur, *vot.29. nu.49., & 62. p.2.*

Bona licèt ſub actuali non exiſtant dominio Teſtatoris, comprehenſa adhuc ſub ejus diſpoſitione cenſentur, per verba = *da me goduti, e che di preſente godo* = *vot.29. num.59. p.2.*

In omnibus *Bonis* mobilibus, & immobilibus, quis inſtitutus heres, fiduciarius non dicitur, *vot.9. num.17. p.2.*

Manſ. conſult.173. num.22. contrarium ſentiens, declaratur, *ibid. num.19.*

Super *Bonis* in titulum patrimonii ſacri ad vitam aſſignatis, vel donatis quouſque ſufficiens quis Beneficium aſſequatur, reverſionis pactum ſuſtinetur, *vot.17. num.18. p.2.*

Ad *Bona* principaliter ordinata diſpoſitio, realis dicitur, *vot.30. num.40. p.1.*

Ad *Bona* principaliter directa diſpoſitio dicitur, quoties conſervationis Bonorum ratio principaliter adjecta eſt, *vot.45. num.13. p.1.*

Ad *Bona* principaliter ordinatam diſpoſitionem oſtendunt verba illa = *& i ſuoi Beni ſi conſervino nella poſterità* =, ac ſimilia, *vot.30. num.41. part.1.*

Tum etiam *Bonorum* devolutio ad alios ſucceſſores in caſu delicti demandata, *ibid. num.42.*

Si præſertim eorum totalitas expreſſa fuerit, *ibid. num.43.*

Ad *Bona* ubi principaliter directa eſt diſpoſitio, à reciproca in caſu delicti, benè ad reciprocam infertur in caſu obitus, *vot.30. num.35. p.1.*

Ad *Bona* ipſa quando eſt directa alienationis prohibitio, reciprocum fideicommiſſum efficitur, *vot.38. num.28. p.1.*

Bona omnia Teſtatoris in heredem univerſalem perveniſſe præſumuntur, *vot.28. numer.163. part. 2.*

Bona hereditaria poſſidere heres præſumitur hereditario potius, quàm alio quovis titulo, *vot.18. num.144. p.2.*

In herede beneficiato non habet locum hæc præſumptio, *ibid. num.145.*

Præſertim, ſi in confectione inventarii propria jura præſervavit, *ibid. num.146.*

Bona à filio quæſita ejus labore, & induſtriâ, inter adventitia recenſentur, *vot.46. num.3. p.1.*

Procedit, licèt ex Bonis, & pecunia Patris proveniant, *ibid. num.4., & 5.*

Bona fideicommiſſi aviti dicuntur adventitia, *vot.46. num.27. p.1.*

Nec in hereditatem Patris ſunt conferenda, *ibid. num.28.*

Limita, ſi effecta erant libera in Patre, & eorum collationem ille præcepit, *ibid. num.30., & ſeqq.*

Bonorum adventitiorum uſumfructum poteſt Pater tùm tacitè, tùm expreſsè filio remittere, *vot.46. num.12. p.1.*

Bonis filio quærendis independenter à perſona Patris, gravamen hic nullum poteſt adijicere, *vot.5. num.44. p.1.*

Bona profectitia filii in hereditatem Patris ſunt conferenda, *vot.46. num.1., & num.76. p.1.*

Patri enim adquiruntur tàm quoad proprietatem, quàm quoad uſumfructum, *ibid. num.2.*

De *Bonis* paternis, ei ſinè fideicommiſſi onere relictis, filius poteſt diſponere, *vot.18. num. 154. p.2.*

Bona per fœminam tranſeunt extra familiam, *vot.11. num.36., & 51. p.1.*

Bona loco quantitatis in dotem aſſignata, ad Mulierem non ſpectant, niſi probatâ ipſorum met Bonorum reſtitutione factà cum acceptatione Mulieris, *vot.37. num.93. p.1.*

Secus, quando conventum ſit, eaſdem ſpecies reſtitui debere, *ibid.*

Bona extradotalia, tàm quoad dominium, quàm quoad adminiſtrationem ad uxorem ſpectant, etiam conſtante Matrimonio, *vot.7. numer.3. part.2.*

De *Bonorum* identitate concludenter docendum eſt, ut fideicommiſſi jure vindicari valeant, *vot.37. num.10. p.1.*

A *Bonorum* poſſeſſione ſpontè abſtinet Religio PP. Theatinorum, *vot.4. num.48. p.1.*

Terrena *Bona* non adjumento, ſed impedimento ſunt ad virtutem, ac perfectionem aſſequendam, *vot.4. num.47. p.1.*

BONONIA.

Bononiæ viget conſuetudo, ut Legitimati ad munera Nobilium admittantur, *vot.9. numer. 131. p.1.*

Bononiæ, Legitimati, paſſim reputantur, & ſunt idonei ad agnationem conſervandam, *vot.42. nu.53. p.1.*

Ex *Bononiæ* conſuetudine, filii naturales, eorumque Deſcendentes, velut Agnati, & de familia reputantur, *vot.9. num.50. p.1.*

Iidemque legitimati, admittuntur ad Civitatis munia, *ibid. num.51.*

BONONIENSES.

Bononienſibus familiare eſt perpetua inſtituere fideicommiſſa, *vot.10. num.105. p.1.*

C

CADUCITAS.

AD *Caducitatis* evitandam pœnam ſufficit quævis colorata, immò etiam beſtialis cauſſa, *vot.7. num.59. p.2.*

A *Caducitate* error excuſat, *vot.27. num.17. p.1.*

Caducitatem, aut contraventionem non ſecumfert actus licitè expleri valens, *vot.7. numer.61. part.2.*

Caducitas ut evitetur, benignior quælibet, ac poſſibilis capienda interpretatio eſt, *vot.18. nu. 61. p.2.*

Caducitatem ut dicatur non incurriſſe heres, quælibet interpretatio capienda eſt, *vot.18. numer. 147. p.2.*

Et pro ejuſmodi effectu ſat eſt, quod actus ab ipſo geſtus ad alium, quàm hereditarium titulum poſsit referri, *ibid. num.148.*

Ad *caducitatem* evitandam ſufficit heredi ſola inventarii exhibitiò, atque oblatio redditionis rationis, *vot.18. num.152. p.2.*

Caducitatem effugit declarans, ſeſe onus adimplere velle, quoties de conditionali diſpoſitione agitur, *vot.27. nu.40. p.1.*

Caducitas ab herede, qui prohibitus diſpoſuit de Teſtatoris Bonis, incurſa dici adhuc nequit, pendente rationis redditione, *vot.18. num.153. part.2.*

Caducitas non incurritur ab eo, qui, ſtante præcepto habitandi in certo loco, aliò ſeſe transfert ſtudiorum, mercaturæ, dignitatis, litis, liberalioris educationis, aliaque ſimili juſta de cauſſa, *vot.30. num.55. p.2.*

Abſque *caducitatis* pęnâ, prohibita fideicommiſſi reſtitutorii alienatio, ſuſtinetur etiam quoad proprietatem, *vot.4. num.93. p.1.*

Intellige, vivente herede gravato, *ibid.*

Et ſolùm revocatur per ulteriores Deſcendentes, adveniente conditione, *ibid.*; Sed *vid. nu.115.*

Caducitatis ſententia declaratoria requiritur, ut quis privetur hereditate jam quæſitâ, *vot.27. nu.39. p.1.*

Caducitatis pęnam ob contraventionem præcepto contrahendi certas nuptias, Mulier non incurrit, niſi interpellata ſit, *vot.20. num.32., & 33. p.1.*

Contrarium, ſi de viro majore agatur, *ibid. dict. num.32.*

Caducitatis pęna, licèt non expreſſa, incurritur ex contraventione voluntati Teſtatoris, *vot.26. nu.61. p.1.*

Caducitatis pęna adnoſita pro facto affirmativo puta, *ſi heres alienaverit*, nullam declarationem requirit, *vot.32. num.17. p.2.*

Caducitatis pœnæ ut obnoxius fiat alienans Bona contra præceptum Teſtatoris, nullus dolus, & mala fides requiritur, *vot.32. num.14. p.2.*

Sed ſufficit ſolum factum contraventionis, *ibid. nu.15.*

In *Caducitatem* ipſo jure incidit donans Bona ſubiecta primogenituræ contra expreſſam Teſtatoris prohibitionem, *vot.32. num.1. p.2.*

Et Donans perinde habetur, ac mortuus, ut locum faciat Subſtitutis, *ibid. num.2.*

Caducitatis pęna licèt non ſit expreſſa, reſultare dicitur ex effrænata alienationis prohibitione, atque ex enixo perpetuæ Bonorum conſervationis voto, *vot.4. num.115. p.1.*

Digitized by Google

Caducitatis pęnæ equivalet expreſsio perpetuæ Bonorum conſervationis in familia, *vot.4. numer. 116. p.1.*

Caducitatis pœna in caſu contraventionis deſumitur ex facta aliorum vocatione, *vot.27. numer. 34. p.1.*

Caducitatis pęnâ ab herede gravato incurſâ, ſuccedunt proximiores vocati, etiam illius morte non expectatâ, *vot.4. num.117. p.1.*

Caducitas, & devolutio ſi ab initio clara fuerit, poſſeſſor ad reſtitutionem fructuum condemnatur à die contraventionis, *vot.18. num.38. p.1.*

Si ſecus, à die tantum motæ litis, *ibidem nu.39.*

Caducitatis pęna præcedentem ſupponit vocationem, *vot.34. num.20. p.1.*

Caducitatis pęna adverſus delinquentes, aut contravenientes ſuæ diſpoſitioni, à Teſtatore inflicta, perpetuum fideicommiſſum arguit, *vot. 24. num.29. p.1.*

Vid. verb. *Contraventio*.

CALEPINUS.

Calepinus in *Foro* benè allegatur, *vot.4. num.61. part.2.*

COMITES DE CAMPEGIIS.

Comites de *Campegiis* ampliſsimam legitimandi facultatem habent, *vot.9. nu.90. p.1.*

Iidem legitimare poſſunt, etiam non citatis Subſtitutis, & intereſſe habentibus, *ibidem numer.91.*

Extenditur preterea ipſorum facultas etiam ad ſpurios, adulterinos, ac natos ex damnato coitu, *ibid. num.92. 93. 94. 101., & 102.*

Et qui ab illis legitimati ſunt, cenſentur ab ipſo Principe legitimati, *ibid. num.95.*

CAPACITAS.

Capacitatem ſuccedendi tribuit qualitas moderatrix diſpoſitionis, nullâ habitâ ratione lineæ, & gradus, *vot.14. num.16. p.1.*

Capacitas ſuperviventis non requiritur, ut Subſtitutus excludi valeat, *vot.45. num.55., & 56. part.1.*

Non *Capacitas* ſuperviventis, ſed conditionis defectus Subſtitutum excludit, *vot.8. num.163. part.1.*

Capacitas ſuperveniens tempore adquiſitionis, retrotrahitur in præjudicium alterius, cui ex incapacitate quæſitum jus fuiſſet, *vot. 6. num. 51. part.1.*

Procedit maximè in conditione ſucceſſiva, *ibid. num.52.*

In hac enim ſufficit, capacitatem quandocumque ſupervenire, *ibid.*

Capacitas tempore habili ſuperveniens ſufficit, quoties conditionalis ſubſtitutio eſt, *vot.6. num. 54., & 60. p.1.*

CAPITULA.

Capitula quando ſunt ſeparata, ac pro ſe perfectam orationem habent, excluditur qualitatis legitimitatis repetitio, *vot.8. nu.72. p.1.*

CASUS.

Caſus à Statuto omiſſus, relictus cenſetur ſub diſpoſitione Juris communis, & juxtà illam definiendus eſt, *vot.1. nu.94., vot.2. nu.98., & vot. 20. num.19. p.2.*

In *caſibus* non exceptis, Teſtator, ſe Juris communis diſpoſitioni conformaſſe præſumitur, *vot. 21. nu.62. p.2.*

A *caſu* delicti ad caſum obitus valet arguere, cum de amplianda diſpoſitione non agitur, *vot. 45. nu.30. p.1.*

In *caſum* ſuperexiſtentiæ unicæ lineæ collata primogenituræ erigendæ reſervatio, non reſpicit caſum, quo unicus dumtaxat filius, vivente Donatore, ſupereſſet, *vot.31. num.35. p.2.*

In *caſum*, quo unica linea filiorum inſtitutorum ſupereſſet, diſponens Donator, in mente habuit lineas ab illis promanantes, *ibid.*

In *caſum* filii ſui præmorientis ſi diſponere Teſtator voluiſſet, non ſuperſtitem filiorum lineam, ſed filios ſuperſtitis filii nominatim appellaſſet, *vot.31. num.41. p.2.*

In *caſu* contraventionis caducata hereditatis portio, adhuc penes contravenientem debet manere, ſi nullus alius adſit ſubſtitutus, *vot. 19. num.7. p.2.*

Contrarium, quoties heredes adſint, in re certa inſtituti, *ibid. nu.8.*

Immò, ſi hi non adeſſent, eadem portio ad heredes ab inteſtato, vel etiam ad Fiſcum, numquam verò ad contravenientem deberet pertinere, *ibid. nu.9.*

Caſum ingreſſus fœminarum in Religionem, conſtante adhuc, vel ſoluto Matrimonio, fuiſſe à Teſtatore cogitatum, inveriſimile eſt, *vot.14. num.55. p.2.*

Caſus, qui raró accidunt, regulariter non conſiderantur, *ibid. nu.56.*

Caſus mixtus, atque inſolitus dici debet, agnationis conſervatio reſultans, ex quo fœmina in familia nupſerit, *vot.1. num.95. p.2.*

Minimèque comprehenſus ſub Statuto agnationem contemplante, *ibid. nu.96.*

CASATA.

Appellatione *Caſatæ*, ſeù Cippi veniunt maſculi, & fœminæ, *vot.14. nu.92. p.1.*

Nomen *Caſatæ*, *domus*, *& familiæ* convenit iis dumtaxat, qui familiæ nomen retinent, *vot.26. num.50. p.1.*

CAUSA.

Cauſis hinc inde concurrentibus, mutua intrat compenſatio, *vot.25. nu.85. p.1.*

Ad eam ſemper *cauſam*, de qua conſtat, & quæ congrua magis eſt, actus referri debet, *vot. 21. nu.53. p.2.*

A *cauſa* finali tota pendet diſpoſitio, *vot.6. n.35. p.2.*

Cauſæ finali à Teſtatore expreſſæ, atque à Teſtibus declaratæ diſpoſitio conformanda eſt, juxtaque illam interpretanda, *vot. 25. numer.16. part.2.*

A principali diſpoſitionis *cauſa* melior in ultimis voluntatibus interpretatio ſumitur, *vot.14. nu. 32. p.2.*

Cauſa finalis ubi generalior dicto eſt, plus dictum, quàm ſcriptum cenſetur, *vot.30. nu.37. part.1.*

Cauſa finalis, tamquam conditioni affinis, illius ad inſtar purificari debet, *vot. 14. numer. 17. part. 2.*

Cauſa finalis diſpoſitionis ex quibus verbis reſultare queat? *vot.14. nu.29., & 33. p.2.*

Cauſæ conſervationis Bonorum, ad quam fideicommiſſum ordinatum fuit, nil magis repugnat, quàm libera donatio Bonorum omnium, *vot.38. nu.94., & 96. p.1.*

Ceſſante autem per ejuſmodi donationem cauſsâ conſervationis Bonorum, ceſſat etiam fideicommiſſi cauſſa, *ibid. num.97.*

Procedit, ut fideicommiſſum revocatum in totum cenſeatur, licèt ejus Bonorum pars dumtaxat comprehenſa in donatione fuerit, *ibidem dict. num.94.*

Finalis *cauſa* conſervationis Bonorum, quoties univerſam diſpoſitionem regit, principalis, independens, ac diſpoſitiva dicenda eſt, *vot. 6. nu.36. p.2.*

Amplis præſertim verbis adhibitis, *ibid. num. 37.*

Cauſa finalis Legati non eſt commodum, & favor heredis, quando reſpicit alteriùs commodum, *vot.38. nu.98. p.1.*

Cauſam finalem ordinandi fideicommiſſi fuiſſe rationem conſervandi Bona in familia, oſtendit dictio = *quia* =, à Teſtatore adhibita, *vot. 6. num.34. p.2.*

Cauſa teſtati, etiam in fideicommiſſis, à cauſſa inteſtati interpretationem recipit, *vot.12. num. 128., & 145. p.2.*

Cauſa teſtati, & *cauſa* inteſtati ſunt inter ſe diverſæ, immò contrariæ, *vot.13. nu.8. p.2.*

Et de una ad aliam extenſio nequit fieri, *ibidem num.9.*

Ex *Cauſa* ingreſſus in Religionem oriens præſumptio, non inducit generalem renunciationem ſucceſſionibus omnibus = *unde Liberi* = *unde Agnati* = *unde Cognati* = *vot.4. num.9. p.1.*

Cauſa ingreſſus in Religionem non ſufficit pro excluſione Monaſterii, *vot.4. num.12. p.1.*

Cauſa Legati favore filiarum ea fuiſſe cenſetur, quia Teſtator ſciret, illas vitam religioſam velle ducere, ſi id in earum nominatione expreſſit, *vot.21. nu.51. p.2.*

Diſpoſitione autem factâ earum favore, juvari nequeunt neptes, in quibus eadem non concurrat ratio, *ibid. num.54., & 58.*

Cauſæ piæ favore amplior Legati interpretatio facienda eſt, *vot.7. nu.39. p.2.*

Licèt alioquin ſtrictè interpretandum videretur, *ibid., & nu.40.41.49. 50., & 71.*

Cauſæ piæ favore ſemper, quod magis eſt, legatum cenſetur, *vot.7. nu.41. p.2.*

Cauſæ piæ favore perpetuitas Legati faciliùs admittitur, *vot.10. nu.29. p.2.*

Piç *Cauſæ* favor pro excludenda Legati ademptione plurimùm valet, *vot.44. num. 167. p.1.*

Intellige, quando agitur de generali Legatorum ademptione, aut voluntatis mutatione circa inſtitutionem heredis, *ibid. num.168.*

Non verò, quando Legati ademptio ex rei legatæ diſtractione deducitur, *ibid. num.169.*

Niſi res diſtracta, poſtea à Teſtatore redempta fuerit, *ibid. num.170.*

Piæ *Cauſæ* inutiliter legare voluiſſe Teſtatrix præſumenda non eſt, *vot.7. num.48. p.2.*

Piæ *Cauſæ* ſubſtitutio non tollit conditionem: *ſi ſinè filiis*, à Lege ſubintellectam, *vot. 12. num. 22. p.2.*

Piam *Cauſam*, excluſis Teſtatoris Deſcendentibus, licèt non agnatis, admitti, abſurdum eſt, *vot. 12.56. p.2.*

CAUSATUM.

In cauſato plus juris, quàm in cauſante, eſſe nequit, *vot.1. nu.7., & vot.33. num.42. p.2.*

CAUTELA.

Ad abundantiorem *cautelam* fiunt multa, licèt non neceſſaria, *vot.17. num.28. p.1.*

CAUTIO MUTIANA.

Cautio mutiana vim habet adimplementi conditionis negativæ, *vot.26. num.60. p.2.*

Cautio mutiana loco adimplementi conditionis ſuſpenſivæ habetur, *vot.26. num.87. p.2.*

Cautio mutiana quando vel non à Legatario ſit præſtanda, quæſtio eſt dubia, & nimis ardua, *vot.26. num.58. p.2.*

Cautio mutiana an ſit præſtanda à Legatario, à voluntate Teſtatoris pendet, *vot.26. nu.67., & 72. p.2.*

Cautionem mutianam præſtare Legatarius non tenetur in Legatis ſub conditione reſolutivâ relictis, *vot.26. num.62., & 90. p.2.*

Procedit etiam de Legato mobilium, *ibid.*

Limita, ſi Teſtator in caſu contraventionis eadem reſtitui mandavit, *ibid.*

Tunc enim *Cautio* mutiana de utendo, & fruendo præſtanda eſt, *ibid. num.92.*

Cautio mutiana de utendo, & fruendo datur à quolibet Legatario, *vot.26. nu.91. p.2.*

Quæ ſatis eſt, ut præſtetur in actu capiendæ poſſeſſionis Legati, *ibid. num.92.*

CENTENARIA.

Centenaria non indiget tituli adminiculo, *vot. 27. nu.120. p.2.*

Centenaria conſuetudo immemorabili æquiparatur, *vot.27. num.77. p.2.*

Centenaria tantum valet, quantum immemorabilis, ubi agitur de jure, ſeu titulo, à Legibus permiſſo, *vot.27. num.92. p.2.*

Centenaria, atque immemorabilis æquè valet, quum de jure agitur ejus naturæ, ut tam reſpectu ipſius, quàm illud exercentis nulla incapacitas concurrat, *vot.27. nu.78., & 85. p.2.*

Centenaria, vel etiam quadragenaria ſufficit, ut recadentiarum jus conſuetudine quæſitum dicatur, *vot.27. num.42. p.2.*

CERTITUDO.

Sola moralis prohibitæ trebellianicæ *certitudo*, ex conjecturis eruta, ſufficit ad tacitam trebellianicæ prohibitionem inducendam, *vot.28. n.21. p.2.*

Deeſſe tamen dicitur certitudo ejuſmodi, quoties conjecturæ ad aliud referri poſſunt, *ibid. nu.22.*

Aut quoties ex opinionum, ſive conjecturarum contrarietate res dubia redditur, *ibid. num. 23.*

De-

Deciſiones autem *Sacræ Rotæ*, moralem ejuſmodi certitudinem ſufficere firmantes, juxta prædicta intelligendas eſſe, declaratur, *dict.num.* 22., & 23.

Certitudinem non aliam, quàm moralem, aſſequi Judex poteſt in conjecturali materia, *vot.28.nu.* 22.*p.2.*

CESSIO.

Ceſſio jurium perpetuorum adverſatur temporario commodo perceptionis fructuum, *vot.4.n.*110., & *vot.5. nu.57.p.1.*

Ceſſio Bonorum omnium, jurium, & actionum reſtricta dici nequit ad ſolam commoditatem fructuum, *vot.4. num.*109. *p.*1.

Ceſſionem, & translationem in renunciatione præſeferentes clauſulæ, referri debent ad Bona jam quærenda, non ad quæſita, *vot. 5. num.* 15. *part.*1.

CIVILITAS.

Veram *civilitatem* filius adoptivus adquirit, *vot.* 4. *num.* 28. *p.*2.

Ad honores tamen, ſolis naturalibus deſtinatos, non admittitur, *ibid. num.*29.

Civilitas, ex decennali incolatu oriens, largâ quadam ſignificatione civem, & naturalem efficit, *vot.4. nu.* 20. *p.*2.

CIVIS.

Cives, & *Incolæ* promiſcuè accipiuntur, *vot.4. nu.* 4.*p.2.*

Civis, *naturalis*, aliaque his ſimilia nomina, tàm in ſenſu naturali, & proprio, quàm in civili, atque improprio poſſunt intelligi, *vot. 4. num.* 18.*p.2.*

In primo veniunt, qui ex natura, & nativitate; in ſecundo etiam ii, qui ex incolatu cives ſunt, *ibid. nu.*19.

Civis originarius quis efficitur Loci, in quo ſacro Fonte ablutus eſt, *vot.4. num.58.p.2.*

Civis originarius dicitur quis natus ex Patre, civilitatem adepto, *vot.4.num.55.p.2.*

Et in Hiſpania, tamquam nationalis admittitur, qui ex Patre, civilitatem adepto, natus eſt, *ibid. nu.56.*

Solis *originariis Civibus* deſtinata Beneficia, obtinere poſſunt, etiam qui ex privilegio civilitatem ſunt adepti, & quando ſecus? *vot.4. n.*12., & 30.*p.2.*

De *Cive* Statutum loquens, propriùs de *domiciliario*, quàm de *originario* intelligitur, *vot.* 4. *nu.*8 *p.2.*

Civium privilegia Exteris Leges impartiuntur, *vot.* 4. *nu.45.p.2.*

Civium privilegia, etiam ratione incolatus, ac domicilii competunt, niſi diſpoſitio expreſſim de originario loquatur, *vot.4. num.9. p.2.*

Civium privilegiis fruuntur etiam qui ex privilegio Cives ſunt, *vot.4. num.*11.*p.2.*

Procedit in iis, quæ de Jure communi competunt; Secus in iis, quæ ex Reſcripto, vel particulari diſpoſitione, *ibid. num.44.*

Cives naturales æquiparantur veris *originariis* Civibus ſolùm quoad ea, quæ ſunt juris communis, non quoad alia, quæ ex Reſcripto, vel diſpoſitione hominis, *vot. 4. numer.* 47. *part.* 2.

Civis ex Regno oriundus non dicitur, qui ex decennali incolatu Civis effectus eſt, *vot.4. nu.49. part.2.*

Veris *Civibus*, non autem Exteris civilitatem aſſecutis conſulere Teſtatores voluiſſe, veriſimile eſt, *vot.4. nu.35.p.2.*

Cives allecti, à veri Civibus excluduntur, *vot.* 4. *num.36. p.2.*

CIVITAS.

Civitatis, *Univerſitatis*, *Eccleſiæ*, aliorumque ejuſmodi civilium corporum vita ſtatuitur annorum centum, *vot.10. nu.4.p.2.*

Iiſdem relictum Legatum annuum perpetuum, ad eorum vitam intelligitur, & centum annorum præſtatione reſolvitur, *ibid. & nu. 6. & 7.*

Contrarium *nu.*8., etiamſi mentio heredum facta ſit, *nu.*11.

Quod intellige, ut *nu.* 12., & 13.

Civitas, Lex, Princeps de privilegiis, quæ ab ipſis ſunt conceſſa Civibus, poſſunt diſponere, *vot.* 4. *nu.36. p.2.*

Secus de privilegiis debitis ex peculiari Reſcripto, vel diſpoſitione hominis, *ibid.*

Civitatem Patris, non domicilium, filius ſequitur, *vot.4. nu.38.p.2.*

CLARUM.

In re *clara* conjecturis opus non eſt, *vot.13. nu.33. part.1.*

Clarum dici nequit, quod ex conjecturis, & ſubauditis intellectibus reſultat, *vot. 8. numer.* 17. *part.1.*

Semper namque dubium remanet, *ibid.*

CLAUSULA.

Clauſulæ, & verba caſum illum dumtaxat, quem reſpiciunt, informant, *vot. 34. numer. 33. part.1.*

Clauſulæ, & ſubſtantia ipſa diſpoſitionis efficiunt, ut non expreſſus iuſtitutionis titulus, pro expreſſo habeatur, *vot.8. num.16.p.2.*

Clauſulæ, ceſſionem, & translationem præſeferentes, in renunciatione, referri debent ad Bona jam quæſita, non ad querenda, *vot.5. num.15. part.1.*

Clauſulæ generales in diviſionibus adponi ſolent de Notariorum ſtylo, *vot.31. num.34. p.1.*

Clauſula codicillaris, in ſubſtitutione, non trahitur ad fideicommiſſariam, cum hereditas eſt jam delata, *vot.10. nu.19. p.1.*

Clauſula codicillaris ſupplet ſolum defectum ſolemnitatum non voluntatis, *vot. 21. numer. 69. part.1.*

Clauſula codicillaris, vocationis filiorum in conditione poſitorum conjecturam præbet, *vot. 21. nu.68. part.1.*

Sed leviſſimam, *ibid.* & ratio *nu. 69.*, & 70.

Clauſula codicillaris, licèt ſuâptè naturâ ſupplere nequeat defectum formalis inſtitutionis, conſervat tamen contenta in teſtamento, *vot.8. num.* 24. *p.2.*

Clauſula codicillaris operatur, ut filius, detractâ Legitimâ, hereditatem reſtituere teneatur heredi ſcripto, *vot.8. num.25. p.2.*

Clau-

Clauſula codicillaris apta cenſenda non eſt deſtruere diſpoſitionem *Textus in L. Julius la a. ff. de hered. inſtit.*, *vot.21. num.70. p.1.*

Clauſula Conſtituti adjecta in renovatione inveſtituræ, Patri, ejuſque Liberis conceſſa, juvat etiam fœminas, *vot.7. num.85. p.1.*

Ejus virtus conſumpta in primis inveſtitis, inefficax remanet quoad alios, *ibid. num.85.*

Clauſulæ = ad habendum &c., conſtituentes &c. = in diviſione, plus, quàm diviſio ipſa, operari nequeunt, *vot.31. nu.37. p.1.*

Ex *clauſula = ad habendum =* feudum hereditarium deprehenditur, *vot.6. num.36. p.1.*

Maximè, ſubjunctâ aliâ clauſulâ = *& quidquid placuerit faciendum =*, *ibid. num.37.*

Clauſula = ad habendum = nec non alia =, *& quidquid placuerit faciendum =* in feudo, facultatem tribuunt alienandi tàm per contractum, quàm per ultimam voluntatem, *vot.6. nu.38. part.1.*

Præſertim, ſi adpoſitæ in partibus diſpoſitivis, *ibid. nu.39.*

Clauſula = colli medeſimi peſi, condizioni, e danni = efficit, ut relatum cum omnibus ſuis qualitatibus inſit in referente, *vot.44. nu. 241. p.1.*

Clauſulæ = & cum eiſdem vinculis, & conditionibus, ut ſupra = poſteriorem ſubſtitutionem antecedenti omninò parificant, *vot. 27. num. 72. part.1.*

Clauſulæ = cum eiſdem vinculis, & conditionibus ut ſupra, & non aliàs = ſuâptè naturâ repetitivæ ſunt, *vot.27. nu.65., & 66. p.1.*

Et, ſi quam certam reſpiciunt conditionem, ejus repetitionem inducere cenſentur, *ibid. nu. 67., & nu.72.*

Clauſulæ illæ repetitivæ = *cum iiſdem vinculis, & conditionibus, ut ſupra =* repetitionem conditionis non inducunt, cum diverſitas adeſt graduum, & perſonarum, *vot.27. nu.50. p.1.*

Et potiùs ad modum ſuccedendi referendæ ſunt, *ibid. nu.51.*

Dicuntur autem ſtare demonſtrativè, ſeù declarativè, *ibid. nu.52.*

Clauſulæ = de gradu in gradum = de uno in alium = vel = *de herede in heredem =* adjectæ nomini Deſcendentium, tractum temporis ſucceſſivum important, *vot.34. num. 46. p.1.*

Clauſulæ = dictis modis, & nominibus =, nec non dictiones = *uti* = & *tamquam* = heredis nomen taxativè, non *demonſtrativè* adhibitum demonſtrant, *vot.24. nu.28. p.2.*

Si præſertim, per modum cauſæ, adjectæ legantur actibus proportionatis, qui citra jus, & nomen heredis fieri non poſſent, *ibid. nu.29.*

Clauſula = deficiente verò lineà maſculinà = referenda eſt ad Deſcendentes maſculos tum Agnatorum, tum Cognatorum, in diſpoſitiva vocatorum, *vot.39. num.25. p.1.*

Clauſula = e non altrimente = vehemens oſtendit votum conſervationis Bonorum in familia, *vot. 11. nu.38. p.1.*

Clauſula, = *e non altrimenti* = naturam præciſam habere dicitur, *vot.28. nu.48. p.2.*

Nullam itidem aliam, à verbis ſeparatam, interpretationem admittit, *ibidem.*

Et quoad non expreſſa conſenſum removet ab actu, *ibidem.*

Clauſula, = *e non altrimenti* = relationem coarctat ad rem dumtaxat, & partem expreſsè deſignatam, *vot.18. num.48. p.2.*

Clauſula = ex proprio corpore heredum inſtitutorum = denotat procreationem Maſculorum ex Maſculis, & non ex fœminis, *vot. 2. num. 25. part.1.*

Limita ut *num.52.*

Clauſula = fortè = ſuâptè naturâ dubitativa eſt, *vot. 8. nu.48. p.1.*

Clauſulæ = in perpetuum, = ſemper = & = *in infinitum*, aliæque ejuſmodi, plures adhibitæ, perpetuum fideicommiſſum indicant, *vot. 1. num. 85. p.1.*

Clauſulæ = in infinitum ordine ſucceſſivo in forma = aliæque ejuſmodi accipi debent ſamulativè ad perſonas, & caſus, quibus adjectæ fuerunt, *vot. 16. num.14. p.2.*

Clauſula in ſtirpes adjecta vocationi fœminarum ſuperſtitum, in iis verificari non poteſt, *vot.36. num.43. p.1.*

Sed referenda eſt ad præmortuarum filios, *ibid. num.44.*

Clauſula = in omnibus, & per omnia, ut ſupra = ordinem ſucceſſivum, in Maſculis agnatis præſcriptum, repetit in ſequenti ſubſtitutione maſculorum ex fœminis, *vot.36. num.38. part.1.*

Clauſula = in tali caſu = diſpoſitionem refert ad caſus expreſſos, omneſque alios excludit, *vot. 18. num.30. p.2.*

Secus, quando eadem ratio ſubeſt, idemque ſequitur effectus, *ibid. nu.38.*

Clauſula = in tal caſo = eſt taxativa, *vot.31. nu.4. part.1.*

Secus, quando eidem conjunctæ non reperiuntur dictiones *dumtaxat*, *tantùm*, & hujuſmodi, *ibid. nu.11.*

Et quando conſtat de contraria Contrahentium mente, *ibid. nu.12.*

Clauſula = iſto, & omni meliori modo = vulgarem ſubſtitutionem inducit, *vot.37. nu. 62. p.1.*

Clauſulæ = modo, formâ, & ordine ſupradictis = rationem agnationis reſtringunt ad Agnatos tantùm, *vot.34. nu.97. p.1.*

Clauſula = nullo umquam tempore = non valet extendere fideicommiſſum, ad certos gradus, & perſonas reſtrictum, *vot.14. nu.41. p.2.*

Sicuti nec etiam *Clauſula = perpetuò = ibid.*

Minùſque id valet operari quodlibet aliud verbum, tractum ſucceſſivum temporis inducens, *ibid. nu.43.*

Cum *Clauſulæ* ejuſmodi intelligendæ ſint juxta ſubjectam materiam, *ibid. nu.44.*

Et perpetuitatem indeterminatam non præſeferant, ſed ex præcedenti ſubſtitutione circumſcriptam, *ibid. num.45.*

Clauſulæ = nobile, ligio, gentile, antico, avito, e paterno = in conceſſione feudi regulariter adponun-

nuntur in beneficium, non autem in gravamen Inveſtiti, vot.6. nu.45.p.1.

Et ad preces Inveſtiti adponi ſolent, ibidem nu.46.

Præjudicant autem Domino directo, non autem Vaſſallo, ibid. dict. nu.46.

Per clauſulam = nobile ligio, gentile, antico, avito, a paterno =, Inveſtitus, præſumendus non eſt facultatem de feudo diſponendi ſibi voluiſſe adimere, vot.6. nu.47.p.1.

Clauſula = omni meliori modo = defectum inſtitutionis ſupplet, vot.8. nu.26. p.2.

Clauſula = omni meliori modo = diſpoſitionem confirmat, non verò eam ampliat ad caſus, à Teſtatore non cogitatos, vot.10. num.20.p.1., & vot.16. nu.19. p.2.

Clauſula = omni meliori modo = confirmat, non alterat diſpoſitionem, vot.34. num. 112. p.1.

Clauſula = omni meliori modo = in fine poſita, omnes æqualiter ſubſtitutiones reſpicit, vot. 37. nu. 65. p.1.

Clauſula = Ordine, quo ſupra = repetitionem inducit omnium contentorum in præcedentibus ſubſtitutionibus, vot.40. nu.44. p.1.

Clauſula = ordine ſucceſſivo = per vulgarem intelligi poteſt, conjecturis in contrarium non urgentibus, vot.16. num.16. p.2.

Clauſula = ordine ſucceſſivo = poſtulat, ſucceſſionem deferri ſalva gradus prærogativà, vot.36. nu.37. p.1.

Clauſula = pro ſe, heredibus, & ſucceſſoribus = in renunciatione, operatur heredum etiam extraneorum comprehenſionem, vot.4. numer. 88. & 99., & vot. 5. numer. 23. part. 1.

Intellige quoad Bona indifferentia, dict. vot.4. nu. 100., & vot.5. nu.24.

At ſecus eſt quoad Bona differentia, atque expreſſim alienari prohibita; horum enim reſpectu intelligitur pro heredibus ſanguinis, ibidem utrobique.

Procedit id, ſtante etiam conſenſu viventium, ſeu Patris acceptatione dict. vot. 5. numer. 27., & 28.

Clauſula = per tutto quello poteſſe pretendere, = heredes in re certa inſtitutos non impedit totam jure accreſcendi hereditatem capere, vot. 19. nu.13. p.2.

Adpoſita namque illa cenſetur ſolùm favore heredis univerſalis, ibid. nu.14.

Quo deficiente, ceſſat idem favor; ibid. nu. 16. 20., & ſeq.

Clauſula = ſervatâ medietate Curiæ, = teſtamentis Oppinarorum SS. Gregorii, & Ciſapii adjici ſolita, nonniſi ad recadentiarum conſuetudinem referri valet, vot.27. nu.44. p.2.

Clauſula = ſalvo tamen, ut infra = operatur, ut, quod in poſteriori, idem in priori parte diſpoſitum cenſeatur, vot.16. num. 48.p.2.

Clauſula = ſalvo tamen, ut infra = eſt modificativa, & reſtrictiva, vot.16. num.46. p.2.

Et ſi, quod modificet, non invenit, præcedentem extinguit orationem, vot.16. num.47. part.2.

Clauſula = S.p. venientium ab inteſtato = præſervare dicitur jus Subſtituti, & quando ſecus? vot. 8. nu.186., & ſeq. p.1.

Cum clauſula = S. p. venientium ab inteſtato = legitimatus, excludit Subſtitutum, vot.8. num. 187. p.1.

Ab hac ſententia variavit aliquando Sacra Rota, ibid. num.188.

Retinenda tamen eſt, cum aſſiſtit, vel non reſiſtit voluntas Teſtatoris, immò etiam quando eſt dubium, an reſiſtat, vel non, ibidem numer.189.

Clauſula = S. p. venientium ab inteſtato = in legitimatione, facta ante purificatam ſubſtitutionem, nil operatur favore Subſtituti, vot.8. num.190. part.1.

Per Clauſulam = S.p. venientium ab inteſtato = in legitimatione ante purificatam ſubſtitutionem facta, præſervatum Subſtituti præjudicium non cenſetur, vot.8. num.191. p.1.

Clauſula = S. p. venientium ab inteſtato = non officit Legitimato, ſi legitimationi mens Diſponentis non repugnet, vot.8. nu.193. p.1.

Clauſula = S.p. venientium ab inteſtato =, in legitimatione, intelligitur de præjudicio conſiderabili, vot.8. nu.192. p.1.

Per clauſulam = ſine præjudicio rei judicatæ = in Reſcripto Signaturæ Juſtitiæ, omnes rei judicatæ effectus cenſentur præſervati, vot.18. num. 18.p.2.

Clauſulis = ſucceſſivè = vel = ordine ſucceſſivo = vel = poſt eum = à Teſtatore adhibitis, adhuc ſubſtitutio per meram vulgarem cenſetur facta, vot. 34. nu.42. p.1.; & quando ſecus? numer.43., & 44.

Clauſula = ut ſupra = efficit, ut referens intelligendum ſit ad terminos relati, vot. 41. num. 84. part.1.

Et unam teſtamenti partem ab alia declarat, ibid. num.85.

Efficit etiam, ut eadem verba in unâ, eademque ſignificatione ubique accipiantur, ibidem num.86.

Clauſulæ = ut ſupra = ordine, quo ſupra = indicant, ad normam præcedentis diſpoſitionis ſucceſſionem regulandam eſſe, vot.16. numer. 49. part.2.

Clauſula = ut ſupra = adjecta ulterioribus ſubſtitutionibus, repetit, quæ in prima ſubſtitutione diſpoſita fuerunt, vot.45. nu.35. p.1.

Clauſula = ut ſupra = non habens relationem ad qualitatem legitimitatis, nequit dici illius repetitionem præſeferre, vot.8 num.103.p.1.

Idem, ſi ad extinctionem lineæ, vel ad qualitatem maſculinitatis referatur, dict. vot.8. num. 104. p.1.

Vel, ſi ad perſonas non vocatas cum tali legitimitatis qualitate, aut ad perſonas etiam diverſas, ibid. nu.105., & num.106.

Clauſula = ut ſupra = non repetit qualitates præcedentes, quando mutantur perſonæ, vot.8. num. 106. p.1.

Clauſula = ut ſupra =, in referente, illas dumtaxat rela-

Digitized by Google

relati qualitates reſpicit, quæ in referente ipſo expreſſe ſunt, *vot.*8. *nu.*108. *p.*1.
Clauſula = ut ſupra = relativa eſt, ac reſtringitur ad perſonas, in præcedenti diſpoſitiva expreſſas, *vot.*8. *num.*102. & 149. *p.*1., & quando ſecus? à *nu.*103. *ad* 109.
Clauſula = vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum = perpetui fideicommiſſi conjecturam præbet, *vot.*10. *nu.*88., & *vot.*34. *num.* 29. *part.*1.
Clauſula = vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum = oſtendit, diſpoſitionem non per vulgarem, ſed per fideicommiſſariam conceptam eſſe, *vot.*16. *nu.*10. *p.*1.
Clauſula = vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum = efficit, ut vulgaris ſubſtitutio non ampliùs tacita dicatur, ſed expreſſa, *vot.*22. *nu.* 67., & *vot.*37. *nu.*63. *p.*1.
Clauſula = vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum = ſubſtitutionem vulgarem in fideicommiſſariam non immutat, *vot.* 16. *numer.* 50. *part.*1.
Clauſula = vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum = ſufficiens conjectura non eſt comprehenſionis nepotum ſub filiorum nomine, *vot.* 34. *nu.*113. *p.*1.
Clauſula = vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum = intelligenda eſt de vocatione Deſcendentium, non inter ſe, ſed reſpectu primorum vocatorum, *vot.*10. *nu.*21. *p.*1.
Clauſula = vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum = aliis concurrentibus conjecturis, reciprocam non diſcretivè in unaquaque linea, ſed de una ad aliam lineam inducit, *vot.*10. *num.* 129. *p.*1.
Vid. *dictio*, *verba*.

CLERICUS.

Clerici in Oppidis Bona poſſidentes rari ſunt, *vot.* 27. *nu.*134. *p.*2.
Clericos etiam obligat conſuetudo, inducta non mero Laicorum uſu, ſed univerſo Populi conſenſu, *vot.*27. *nu.*116. *p.*2.
Clerici quoque ſunt pars Populi, ac de Populo, *vot.*27. *nu.*117. *p.*2.
Clericos etiam afficiunt conſuetudines mixtæ, quæ nempè mixtim à Laicis, & Clericis fuerunt introductæ, *vot.*27. *nu.*118. *p.*2.
Jure enim Canonico damnatæ non reperiuntur, *ibid.*
Clericorum non minùs, quàm Laicorum conſenſu tacito introductæ feudales conſuetudines cenſentur, *vot.*27. *nu.*119. *p.*2.
Clericis non aliter conceſſa à Baronibus Bona cenſentur, quàm ſub recadentiarum onere, quoties conſuetudo recadentiarum vigeat, *vot.*27. *num.* 122. *p.*2.
In *Clericum* Bona tranſeunt cum onere reali, ipſis infixo, *vot.*27. *num.*125. *p.*2.
Ad *Clericos*, ſive ad ipſam etiam Eccleſiam quum tranſeunt feuda, naturam ſuam non mutant, ſed feudalibus remanent ſubjecta Legibus, *vot.* 27. *nu.*126. *p.*2.
Ad *Clericum* ſi feudum tranſivit, præſtare is tenetur nedum realia onera, ſed etiam perſonalia, quæ honeſtè à Clericis exhiberi poſſint, *vot.*27. *nu.*127. *p.*2.
Clericorum Bona ſubeſſe nequeunt *recadentiarum* oneri inducto ex Statuto, vel conſuetudine, *vot.*27. *nu.*110. *p.*2.
Limita, ut *nu.*111. & 112., ac itidem declara, ut *nu.*116. & *ſeqq.*
In *Clericis* ex conſuetudine prohibitum *recadentiarum* jus, ſpecialiter de Laicis conceſſum intelligitur, *vot.*27. *num.*9. *p.*2.
Vid. verb. Recadentiæ.

CODICILLI.

Codicilli ſunt pars teſtamenti, ejuſque appendix, *vot.*1. *nu.*71. *p.*1.
Codicilli declarantur à teſtamento, *vot.* 1. *nu.* 76. *part.*1.
In *Codicillis* expreſsè contemplata cenſetur agnatio, ex illius expreſſa contemplatione in teſtamento, *vot.*1. *num.*70. *p.*1.
In *Codicillis* non cenſetur ſuam voluntatem Teſtator mutaſſe, *vot.*1. *nu.*72. *p.*1.
Niſi quoad expreſsè reformata, aut incompatibilia cum diſpoſitis in teſtamento, *vot.* 1. *num.* 73. *p.*1.

Eq. CÆSAR MAGALOTTUS.

Eq. *Cæſar* Magalottus genealogicam conſcripſit hiſtoriam nobilium Familiarum Romanarum, ac totius etiam ſtatus Eccleſiaſtici, *vot.*20. *num.* 32., & 35. *p.*2.

COGNATUS.

Cognati non ſunt de domo Teſtatoris, *vot.* 45. *nu.* 25. *p.*1.
Cognati nullo pacto agnati dici poſſunt, *vot.* 8. *nu.*118. *p.*1.
Cognatorum ſucceſſio ſecundùm Leges duodecim tabularum erat penitùs incognita, vel ſaltem, nonuiſi defectis Agnatis, Cognati vocabantur, *vot.*20. *nu.*9. *part.*2.
Cognati æquè, ac Agnati ſub nomine familiæ comprehenduntur, *vot.*24. *nu.*28. *p.*1.
Niſi graviora concurrant argumenta, *vot.*25. *nu.* 18. *p.*1.
Maximè comprehenduntur, ſi nulla adſit expreſſio cognominis familiæ, *dict. vot.*25. *num.*19.
Quod procedit, etiamſi adſit pronomen = *ſua* = vel = *ipſius Teſtatoris* = *ibid.nu.*20.
Secus eſt, ubi Teſtator in vocatis requiſivit qualitatem maſculinitatis, excluſis fœminis *dict. vot.*24. *num.*29.
Et præſertim, quando cognomen propriæ familiæ expreſſit, *ibid. nu.*30.
Tunc enim nomen illud familiæ ſolis Agnatis convenit, *ibid. nu.*31.
Vocatis *Agnatis* ſimul, & Cognatis, fideicommiſſum agnatitium dici nequit, *vot.* 24. *num.* 29. *p.*1.
In *Cognatis* ſpectari nequit vera agnationis contemplatio, *vot.*26. *num.*26. *p.*1.
Cognatis à Teſtatore injunctum onus nominis, & inſignium, eos comprehenſos arguit ſub nomine maſ-

maſculorum de Teſtatoris domo, *vot.45. num. 26.p.1.*

Cognatis onere nominis, & inſignium injuncto à Teſtatore, cenſetur hic nomine ſuæ *domus* artificialem etiam domum contemplaſſe, *vot. 45. num.25. p.1.*

Cognatis minùs, quàm Agnatis convenit onus nominis, & inſignium, *vot.26. num.25. p.1.*

Cognatis prodeſſe nequit vocatio, ad Agnatos reſtricta, *vot.1. num.29. p.2.*

In *Cognatis*, ſive per unum, ſive per multiplex deſcendant medium fœmininum, eadem conſideratur affectionis ratio, *vot.45. num.58. p.1.*

Cognatorum vocatio facta in ſuperiori parte diſpoſitiva, adimi nequit ex Agnatorum dumtaxat mentione in prohibitiva, & conditionali parte, *vot.39. nu.37.p.1.*

Cognatos, ac fœminas propter agnationem excludens Statutum, illos penitùs neglexiſſe cenſetur, *vot.1. nu.43.44.46., & 47. p.2.*

COHERES.

Coheres in partem ſuam uti heres, & Dominus in partes verò aliorum uti Curator; debet immitti, *vot.28. nu.52. p.1.*

Coheres ad portiones aliorum quaſi ſub conditione vocatus cenſetur, *vot.28. num.50. p.1.*

COLLATERALIS.

Collateralium ſubſtitutio in caſu, quo ultimus tàm ex deſcendentia maſculina, quàm fœminina decederet inteſtatus, contemplatam agnationem arguit, *vot.42. num.51. p.1.*

Vid. Subſtitutio.

COLLATIO.

Collatio inducta fuit ad æqualitatem inter heredes ſervandam, *vot.46. num.55. p.1.*

In *collatione* quid comprehendi voluerit, Teſtator, argui poteſt ex inæqualitate, quæ illâ non factâ, ſequeretur inter heredes, *vot.46. nu.56., & ſeq. p.1.*

Collationis materia tota pendet à voluntate Teſtatoris, *vot.46. nu.16. 30., & 48. p.1.*

Et religioſè ſervanda eſt, quoties de ea conſtat, *nu.17.*

Collatio res illas comprehendere ſemper debet, quæ de jure conferendæ non eſſent, *vot.46. nu. 25. p.1.*

Sub *collatione*, nonniſi ea comprehendi poſſunt, quæ immediatè à Patre proveniunt, *dict. vot. 46. nu.29. p.1.*

Collatio, utpotè odioſa, nullam patitur extenſionem, etiam ex identitate, vel majoritate rationis, *vot.46. nu.47. p. 1.*

Collatio contra ejus naturam extendi non dicitur, quando pro ea urget Teſtatoris voluntas, *vot. 46. nu.49. p.1.*

Collationis oneri non ſubeſt donatio, filio à Patre facta, & morte confirmata, *vot.46. nu.80. 81., & 83. p. 1.*

A *collationis* onere immunes ſunt fructus, ante Patris obitum à filio percepti, *vot.46. nu.82.p.1.*

Collationis oneri Pater ſubijcere ea etiam Bona poteſt, quæ de Jure conferenda non eſſent, *vot. 46. num.15. p.1.*

Collatio lucrorum filii cenſetur à Teſtatore volita, ſi præcepit collationem ſummæ, in quâ tàm lucra, quàm Legitima continentur, *vot.46. nu. nu.19. & 23. p.1.*

Alias inutiliter mandaſſet collationem ſolius Legitimæ, quum hæc de jure collationi ſubſit, *ibid. nu.20.*

Et inutiliter prælegatum coheredibus reliquiſſet in caſu reluctantiæ nepotis, quum neceſſariò is teneretur Legitimam conferre, *ibidem num.21., & 26.*

Procedit principalis concluſio, ubi præſertim Teſtator uſus eſt verbis generalibus, & indefinitis, *ibid. nu.22.*

Ac etiam ubi verba ſint apta comprehendere etiam lucra; & Teſtatoris voluntas collationi faveat, *ibid. num.24.*

Collationem lucrorum, quæ propria erant filii, Teſtator demandans, veroſimiliter cenſetur voluiſſe collationem etiam Bonorum, quæ ob expirationem fideicommiſſi libera, & propria ejuſdem filii effecta erant, *vot.46. num. 32., & 44. part. 1.*

Collationem generaliter Teſtator mandans eorum, quæ filius in contractu Matrimonii acceperat, tàm ſummam, quàm Bona in eo contenta comprehendiſſe cenſetur, *vot.46. num. 50. p.1*

Amplia *ut nu. ſeq.*

Collatio Bonorum fideicommiſſariorum Avi importat neceſſariam illorum diviſionem, *vot.16. nu.34. p. 1.*

Ita ut evertat fideicommiſſum, *ibid. nu.35.*

Collationi tunc ſubeſſe nequeunt Bona fideicommiſſaria, quando inter heredes æqualiter debent dividi, *vot.46. nu.39. p.1.*

Secus verò, quando heres, onus conferendi habens, retinet eadem Bona ad computum portionis ſibi debitæ ſuper Bonis mandantis collationem, *dict.vot.46.num. 40., & ſeqq., & præſertim num.45.*

COMMENDA.

Commendæ, & Prioratus ſucceſſio regulam ſumit à lege præſcripta in ejus fundatione, *vot.32. nu. 49. p.2.*

COMMISSIO.

Commiſſio reſtitutionis in integrum contrariæ ſententiæ executionem ſuſpendit, at non etiam boni juris præſumptionem tollit, *vot.18. nu.16. part.2.*

Præſertim, quando ſignata illa fuerit cum clauſula = *ſinè præjudicio rei judicatæ* = *ibidem num.17.*

Per hanc enim omnes rei judicatæ effectus præſervati dici debent, *ibid. nu.18.*

Vid. appellatio.

COMMODUM.

Commodum, & lucrum acceptans, fingitur, quod, ſciens jus ſuum, obligare ſeſe velit oneribus, emolumento adnexis, *vot.24. numer. 185. part.2.*

Commodum, & utilitatem quis conſequi non debet ex propria culpa, *vot. 17. num. 44., & 49. part.1.*

COMMUTATIO.

Commutatio voluntatis cum damno alterius, aut injuria Teſtatoris, juſtitiam non minùs, quàm æquitatem ledit, *vot.27. nu.114. p.1.*

Commutationi voluntatis, an & quando locus eſſe poſſit ex veriſimili Teſtatoris mente, vide *vot. 27. num.115. 116., & ſeqq. p.1.*

COMPENSARE.

Compenſare Donantem voluiſſe cum debito dotis, cujus nec venerat, nec ceſſerat dies, inveriſimile eſt, *vot.44. num.215. p.1.*

Præſertim, ſi Mater eodem contextu dimidiam partem ſuorum Bonorum, in dote conſiſtentium, filio donaverit, *ibid. num.216. p.1.*

COMPENSATIO.

Compenſationem opponens, Actoris partes debet aſſumere, ipſique incumbit probationis onus, *vot.25. nu.7. p.2.*

COMPREHENSIO.

Comprehenſionem Bonorum in donatione impugnare nequit is, contra quem per ſententiam declaratum fuit, ea Bona comprehendi, *vot. 32. num.12. p.2.*

Vid. donatio, renunciatio.

CONCESSIO.

In *Conceſſione* feudi clauſulæ = *nobile, ligie, gentile, antico, avito, e paterno* = regulariter adponuntur in beneficium, non in gravamen inveſtiti, *vot.6. num.45. p.1.*

Et præjudicant dumtaxat Domino directo, non autem Vaſſallo, *ibidem num.46.*

CONDITIO.

Conditio, tamquam quid facti, non præſumitur, niſi expreſsè ſit adjecta, *vot.9. nu.42. p.2.*

Conditionem facit voluntas, non ſermo, ſicuti mens eſt, quæ modum facit, non oratio, non lingua, *vot.26. nu.79. part.2.*

In *conditionibus* naturalis inſpicitur affectio, *vot.8. nu.131. p.1.*

Inter *conditionem*, & ſubſtitutionem diverſa ratio eſt, *vot.8. num.133. p.1.*

Conditio, & prohibitio non fiunt propter ſe, ſed propter principalem diſpoſitionem, *vot.39. nu. 44. part.1.*

Eamque nec deſtruere, nec alterare valent, *ibid. num. 45.*

In *conditionibus* non procedit regula illa = *Quod ab initio non valuit, tractu temporis convaleſcere non poteſt* =, *vot.6. nu. 53. p.1.*

Conditionem nullam inſtitutioni fuiſſe adpoſitam, ſolâ teſtamenti inſpectione probari dicitur, *vot. 9. num. 40. p.1.*

Conditionem important verba = *Dum cum filio meo Capuæ erit* = *vot.30. nu.33. p.2.*

Conditionem importat diſpoſitio facta, quatenùs liberè ad Diſponentem res pertineat, *vot. 29. num.41. p.2.*

Conditio, ac *modus* perfectam adquiſitionem æquè impediunt, *vot.20. nu.13. p.1.*

Per viam non *conditionis*, ſed *modi* injunctum onus, per viam pœnæ injunctum dicitur, *vot. 27. num.25. p.1.*

Pœna autem ex contraventione non incurritur, niſi præcedat interpellatio, *ibid. & nu.37.*; Sed vid. *vot. 32. num.14. part.2.*

Conditionis verbum licèt adhibuerit Teſtator, adhuc Legatum per viam modi non conditionis reliquiſſe cenſetur, quoties de ejus voluntate ex conjecturis appareat, *vot.26. numer.81. part.2.*

Concurrentibus præſertim in eadem vocatione verbis illis = *vitâ ſua durante* = *ibid. nu.82.*

Conditio, quæ ſubſtitutioni tacitè ineſt, eam conditionalem non reddit, *vot. 36. nu.20. p.1.*

Neque, ſi deficiat, caducos efficit ſequentes gradus ſubſtitutionum, *ibid. num.21.*

Intellige, quando conditio neceſſaria, vel quæ tacitè ineſt, nominatim à Teſtatore non adjiciatur, *ibid. num.22.*

Sub iiſdem *conditionibus*, ſub quibus ſubſtitutiones factæ ſunt, Subſtitutis injuncta onera debent intelligi, *vot.21. num.51. 52., & 53. p.1.*

Adeo ut, non purificatis conditionibus, ſubſtitutiones, & onera cenſeantur evaneſcere, *ibid. n.55.*

Conditio ſi pendebat ex facto Patris, filii non principaliter ex illius contraventione, ſed ex Teſtatoris præcepto excluſi reputantur, *vot. 17. num.78., & 79. p.1.*

Conditio ſi à Patre adimplenda ſit, filii vocati cenſentur ſub conditione caſuali, ab ejus facto dependente, *vot.17. nu.80. part 1.*

Ejuſdemque conditionis defectus eorum vocationem ceſſare facit, *ibid. num.81.*

Non verò Subſtitutorum, ſub conditione ejuſmodi non vocatorum, *ibid. nu.82.*

Sub *conditione* emittendæ renunciationis facta donatio, illi correſpectiva dicitur, *vot.17. nu. 20. part.1.*

Conditio actum ſuſpendit uſque ad illius purificationem, *vot.14. num.16. part.2.*

Conditione pendente, Curator Bonis dandus eſt, *vot. 28. num.51. p.1.*

Conditionem præcedenti ſubſtitutioni adpoſitam verificari priùs oportet, ut fideicommiſſariæ ſubſtitutioni locus eſſe valeat, *vot.36. num. 28. part.1.*

Nonniſi purificatâ *conditione*, locus eſſe poteſt fideicommiſſo perpetuo, *vot. 16. numer. 57. part.1.*

Procedit, licèt digreſſus adſit ad plures ſubſtitutionum gradus, perpetua fœminarum excluſio, vocatio cippi, ac domus; & Loci pii ſubſtitutio, *ibid. nu.58.*

Deficiente *conditione*, ſubſtitutioni adjectâ, ipſa deficit ſubſtitutio, *vot.16. nu.11. p.1.*

Procedit etiam in tacita conditione: *ſi ſinè filiis*, deſumpta ex *Text. in leg. cum Avus ff. de condit., & demonſtr.*, *ibid. nu.14.*

Et, licèt agatur de Subſtitutis deſcendentibus, *ibid.*

Maximè verò, ſi res non ſit de inducenda ex conjecturis activa, aut paſſiva filiorum vocatione, ſed de tranſitu ad novum ſubſtitutionis gradum, *ibid. nu.17.*

Idem, ſi nulla adſit alienationis prohibitio, *ibid. num.18.*

Verbaque deficiant, tractum temporis importantia, *ibid. num.19.*

Et, ſi Teſtator perſonas ſibi cognitas, non earum Deſcendentes invitavit, *ibid. nu.21.*

Conditione haud purificatâ, evanuiſſe fideicomiſſum dicitur, *vot.12. nu.53.*

Conditione fideicommiſſi deficiente, hujus tranſmiſſioni locus non eſt, *vot.36. nu. 39. p. 1.*

Etiamſi agatur de conditione ſupervivenriæ, *ibid. num.40.*

Deficiente conditione, in futurum eventum collatâ, deficit, & ipſa vocatio, ab ea dependens, *vot.36. nu.7. p.1.*

Conditione nominationis in ejus perſonam faciendæ, adbuc non exiſtente, repellendus Actor eſt, *vot.45. nu.2. p.1.*

Conditio fideicommiſſi eveniſſe dici nequit, exiſtentibus adbuc perſonis, à certo vocato ſtipite venientibus, *vot.19. nu.45. p.1.*

Conditio vocationis ad fideicommiſſum purificata dici nequit, donec perſonæ de linea priùs vocata exiſtant, *vot.28. nu.63. p.1.*

Conditio fideicommiſſi, beneficio *leg. cum Avus* deficit, & res relinquitur ſub diſpoſitione juris, *vot.12. num.71. p.2.*

Adeout neptes, quidquid habent, à proprio Patre habere dicantur, *ibid.*

Conditioni ut locum faciat, qui fato jam ceſſit, impoſſibile eſt, *vot.31. num.12. p.2.*

Conditionis effectum quocumque caſu, ac tempore illius purificationis ſequi debere, indicant teſtamenti verba hæc = *in qualſivoglia tempo mancaſſero ſenza figli* =, *vot.1. nu. 19. p.1.*

Præſertim, ſi id ſuadeat cauſa tàm intrinſeca, quàm extrinſeca talis diſpoſitionis, *ibidem numer. 20.*

Conditionis defectus, non verò capacitas ſuperviventis Subſtitutum excludit, *vot.8. numer.163. part.1.*

Præſertim, quando ſubſtitutio concepta eſt per verba = *tunc & eo caſu* =, *ibid.n.164.*

In *conditione*, tractum ſucceſſivum habente, ſufficit, capacitatem quandocumque ſupervenire, *vot.5. num.52., & 60. p.1.*

In *conditionibus* non attenditur, an ſupervivens ſit capax, vel non, ſed ſola illius exiſtentia, & an conditio evenerit, *vot.8. nu.162. p.1., & vot. 12. num.71. p.2.*

Sub *conditione*, ſive ex hominis, ſive ex Legis mente comprehenſus, Subſtitutum excludit, licèt ſuccedere nequeat, *vot.12. num.70. p.2.*

Et ſola illius ſuperexiſtentia ſufficit, *ibidem num.71.*

Conditionem primogenituræ per mortem unius ex filiis immediatis exiſtere noluiſſe, dicendus eſt Teſtator, qui defeciſſe ſuppoſuit nedum filios, ſed eorum etiam Deſcendentes, *vot.31. nu.13. part.2.*

Conditio negativa, nullius exiſtentiam requirit, *vot. 8. num.144. p.1.*

Et purificata non dicitur, niſi ob impoſſibilem exiſtentiam perſonarum, ſub illa contentarum, *ibid.*

Conditio illa = *exſtinctâ linea maſculinâ* = dicitur negativa, *vot. 8. num.143. p.1.*

Conditio affirmativa à *negativa* differt, quod hæc omnino negat, atque omnium aufert differentiam; illa in uno etiam verificatur, *vot. 8. nu. 142. p.1.*

Vox *conditio* ſuſpenſivè, ac reſolutivè accipi poteſt, *vot.26. nu.80. p.2.*

Sub *conditione ſuſpenſivâ* uxori relictum Legatum non cenſetur, ſi ei, in caſu non ſervatæ viduitatis, alia emolumenta Teſtator reliquit, *vot.26. nu.88. p.2.*

Et maximè, ſi in eo caſu ſola mobilia ab eadem reſtitui præcepit, *ibid. num. 89.*

Sub *conditione reſolutivâ* relictum Legatum cenſetur, quando Teſtator aliud Legatum ſubrogavit loco illius, uxori tranſeunti ad ſecundas nuptias adempti, *vot.26. num.85. p.2.*

Sub *conditione reſolutivâ* inſtitutio nequit fieri, *vot. 26. num. 68. p. 2.*

Benè verò ſub *conditione ſuſpenſivâ*, *ibid. nu. 69.*

Sub *conditione* tàm *ſuſpenſivâ*, quàm *reſolutivâ* Legata relinqui poſſunt, *vot.26. nu.70. p.2.*

Conditione reſolutivâ non ſervatà, ceſſat Legatum, *vot.26. num.65. p.2.*

Conditio ſuſpenſiva Legato adjecta, operatur, ut Legatarius, eam non adimplens, teneatur reſtituere fructus omnes à die obitus Teſtatoris, tamquam ſinè titulo perceptos, *vot.26. nu.64., & 86. part.2.*

Sub *conditione ſuſpenſivâ* relictum Legatum Legatarius non poteſt aſſequi, niſi mutianâ cautione præſtitâ, *vot.26. nu.71. p.2.*

Sub *conditione* potiùs *reſolutivâ*, quàm *ſuſpenſivâ* relictum, in dubio, Legatum præſumitur, *vot. 26. num.73. p.2.*

Præſertim, ſi relictum Uxori multum dilectæ, *ibid. nu.74.*

Conditio neceſſaria, vel quæ tacitè ineſt, ſi exprimatur, efficitur voluntaria, *vot. 36. numer. 23. p. 1.*

In *conditione voluntaria* non admittitur extenſio de caſu ad caſum, *vot.27. num.44. p.1.*

Conditio poteſtativa adjecta cenſetur per viam non conditionis, ſed pœnæ, *vot. 27. numer.35. part.1.*

Conditio pœnalis, utpotè odioſa, ac ſtrictè interpretanda, quamlibet extenſionem rejicit, *vot. 18. nu.28 part.2.*

Etiam ex identitate rationis; Et licèt de Cauſæ piæ favore agatur, *ibid. nu. 29.*, & quando ſecus? *num.32.*, *& ſeq.*

Conditio: *ſi ſinè filiis* ſubintellecta ex diſpoſitione *leg. cum Avus*, *& leg. cum acutiſſimi*, æquè Maſculos, ac fœminas comprehendit, *vot. 12. num.16. part.2.*

Idque procedit pro excludendo Subſtituto etiam deſcendente, *ibid. nu.18.*

Maximè verò pro excludendo extraneo, *ibidem num.19.*

Ac etiam pia Cauſa, *ibid. num.21.*

Ex conditione: *ſi ſinè filiis* tacitè ſubintellectâ à Lege, fœminæ, licèt excluſæ, debent admit-

ti,

ti, deſicientibus Maſculis, *vot. 19. num. 69. part.1.*

Tacita *conditio : ſi ſinè filiis*, dato etiam filiabus Subſtituto extraneo, ſubintelligi adhuc poteſt ad favorem filiorum illarum, *vot. 19. num. 52. part.1.*

Tacita *conditio : ſi ſinè filiis* ſubintelligitur in fideicommiſſo Aſcendentis etiam ad excluſionem aliorum illius filiorum, & Deſcendentium, reciprocè ſubſtitutorum, *vot.19. nu. 26. p. 1.*

Maximè ad excluſionem Subſtituti extranei, *ibid. num.26.*

Amplia, ut id procedat etiam ad excluſionem Cauſæ piæ, *ibid.nu.27.*

Tacita *conditio : ſi ſinè filiis* ſubintelligi non debet contra, vel præter Teſtatoris voluntatem, *vot. 19. num.11.p.1.*

Utque excludatur, ſat eſt, Teſtatorem de illis cogitare potuiſſe, *ibid. num.12.*

Tacita *conditio : ſi ſinè filiis* ſubintelligi non poteſt quoad filios expreſſim excluſos, *vot.19. nu.16., & 59. p.1.*

In *conditione* poſiti ut cenſeantur filii, Lex plus dictum, quàm ſcriptum præſumit, *vot. 19. nu. 20.p.1.*

Præſumptio tamen hæc nequit admitti, quoties conſtet, eos fuiſſe conſultò à Teſtatore omiſſos, *ibid.num.11.*

Conditio : ſi ſinè filiis &c. in omnibus ſubſtitutionum gradibus repetita cenſetur, ſi Teſtator alienationem prohibuerit, ut Bona in familia conſervarentur, *vot.6. num.22. p.2.*

Conditio : ſi ſinè filiis cenſetur repetita favore Subſtituti per ſpeciem gradualis fideicommiſſi inter omnes Deſcendentes, uſque ad ultimum, quando Teſtator in inſtitutione uſus fuit verbis, tractum temporis importantibus, *vot. 2. num. 13. part.1.*

Conditio : ſi ſinè filiis licèt non ſit repetita in alia ſubſtitutione, non icciꝛco ceſſat ſuppletio Legis, *vot.19. num.16. p.1.*

Conditio obitus heredis *ſinè filiis* efficit, ut pro unica habeantur ſubſtitutiones omnes, ab illa dependentes, *vot.7. nu.36., vot. 16. num. 41., & vot.21.nu.29.p.1.*

Utque, eâ non purificatâ, evaneſcant, ac ſi factæ non fuiſſent *dict. vot. 21. eodem num.29.*

Stantibus præſertim verbis illis reſtrictivis = *in tal caſo* = *ibid.nu.30.*

A *conditione : ſi ſinè filiis* quando omnes conditiones pendent, digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus activè, & paſſivè factus non eſt, *vot. 7. nu.34. p.1.*

Ratio *numer. 35.*

A *conditione : ſi ſinè filiis* tunc plures ſubſtitutiones pendere dici poſſunt, quando in una, eademque oratione factæ ſunt, *vot. 7. num. 60. part.1.*

Secus, quando in oratione ſeparata, *ibidem numer. 61.*

Et tunc adeſſe dicitur rigoroſus ille digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, ſuadens receſſum ab *Oldradi* conſilio, *ibid. num.62., & 63.*

A *conditione* obitus *ſinè filiis* dependens ratio conſervandi Bona in familia, fideicommiſſum non extendit ad caſus non expreſſos, *vot.6. nu. 28. part.2.*

Ad *conditionem* deficientiæ heredum *ſinè filiis* ſubſtitutio concepta verbis = *quandocumque decedentibus ſinè filiis* = reſtringi nequit, *vot. 7. nu.47. p.1.*

Præſertim, quando ipſi ſubſtitutioni adjectæ ſunt clauſulæ = *in ſtirpes, & in capita* =, *ibid. nu.48.*

Deficiente *conditione* obitus *ſinè filiis*, ſub quâ expreſſa ſubſtitutio facta eſt, non deficit ſubſtitutio tacita deſumpta ex ratione conſervationis Bonorum in familia, *vot.6. num.30. part.2.*

Ejuſmodi *conditioni* famulativa non eſt ratio conſervandi Bona, *ibid. num.31.*

Conditio illa negativa : *ſi ſinè filiis* purificata non dicitur, donec ſpes ſupereſt, ut filii ſuperveniant, *vot.11. num.68.p.2.*

Juxta præcedenter expreſſam *conditionem : ſi ſinè filiis* contemplatio agnationis intelligenda eſt, *vot.16. nu.35. p.1.*

Præſertim, ſi ſtet acceſſoriè ad illam, non verò ſeparatè, *ibid.*

Sub *conditione : ſi ſinè Liberis* facta ſubſtitutio, corruit, Liberis exiſtentibus, juxta *Oldradi conſilium 21., vot.7. nu.1. p.1.*

Præſertim, quando Teſtator gravamen ad primos heredes reſtrixit, *ibid. num.2.*

Conditione, ſi ſinè filiis deficiente, corruunt, quæ ab ea pendent, connexæ, *vot.6. nu.7 p.2.*

Conditio : ſi omnes heredes ſinè filiis maſculis deceſſerint, nequit in unico caſu obitus filiorum ſinè filiis pendere, *vot.30. num.80.p.1.*

Conditio : ſi ſinè filiis maſculis, nequit dici purificata, exiſtentibus maſculis ex fœmina, *vot.1. num.143.p.1.*

Conditio : ſi ſinè filiis maſculis, ubi ſemper vocata eſt linea maſculina, & contemplata agnatio, operatur excluſionem Maſculorum, ex fœminis deſcendentium, *vot.1. num.145.p.1.*

Conditio : ſi ſinè filiis maſculis, ubi diſpoſitio filios dumtaxat comprehendit, diverſum operatur effectum, ac ubi directa eſt ad Deſcendentes etiam Maſculos, *vot.1. num.144. p.1.*

Sub nuptiarum *conditione* regulariter relicta cenſentur Legata in cauſſam dotis, *vot.15. num. 15. part.2.*

Eâque non purificatâ, ad heredes non tranſmittuntur, *ibid. num.16.*

Conditione nuptiarum non adhuc impletâ, ſi decedat filia legataria, Legatum ad ejus heredes non tranſmittitur, *vot.5. nu.23. p.2.*

Ad purificandam nuptiarum *conditionem* nubilis ætas non ſufficit, *vot.14. nu.3., & 4. p.2.*

Minùſque declaratio voluntatis nubendi, *ibidem num.5.*

Procedit, ſtantibus etiam verbis = *ſi nubere voluerit* =, *ibid. num.6.*

Conditio nuptiarum adimpleri non dicitur, niſi nuptiæ re ipsâ contrahantur, *vot.14. numer.2. part.2.*

Conditio Matrimonii priùs adimplenda eſt, deindeque

Digitized by Google

deque fieri æquamentum, illius intuitu demandatum, *vot.14. num.15. p.2.*

Conditionem omnem, quoquo modo lædentem Matrimonii libertatem, plurimi reijciunt, *vot. 20. nu.15. p.1.*

Alii verò, etiam plurimi, rem hanc magis æquâ ratione declarandam cenſent, ut eòdem *vot.20. n.18.*

Conditio nubendi certo perſonarum generi, in diſpoſitionibus teſtamentariis an valida ſit, nec ne, maximè inter Doctores controverſum eſt, *vot.20. nu.3. p.1.*

Alii enim abſolutè illam reijciendam, cenſent, *ibid. nu.4.*

Alii multipliciter rem diſtinguunt, eòque magis dubiam quæſtionem reddunt, *ibid. nu.5.*

Conditio certas contrahendi nuptias ſub honeſtâ aliquâ lucri ſponſione, licita eſt, at illicita, ſi lucrum, quod promittitur, magnum ſit, *vot. 20. num.18. p.1.*

Hujus enim amiſſio æquiparatur pœnæ, *ibid.*

Procedit maximè in lucro jam quæſito, *ibidem nu. 22.*

Licet titulo lucrativo, *ibid. num.24.*

Conditionem certas contrahendi nuptias Pater filiis heredibus inſtitutis poteſt imponere, *vot.20. nu.12. p.1.*

Ob non impletam *conditionem* certarum nuptiarum filios à Parentum hereditate excludi, acerbum nimis eſt, *vot.20. numer.19. part.1.*

Conditio certas contrahendi nuptias, filiorum non cedit commodo, *vot.20. nu.20. p.1.*

Immò perſæpè efficit, ut nuptiis prohibeantur ſplendidioribus, *ibid. nu.21.*

Conditio certas contrahendi nuptias, ex legitimis impedimentis, juſtiſque ex cauſis remiſſa cenſetur, *vot.20. nu.25. 26., & 30. p.1.*

Præſertim, eâ effectâ impoſſibili, *ibidem nu.27.*

Ex maximè, bonâ fide concurrente, hæc autem ex quibus deſumi valeat? *ibid. numer.28. 29., & ſeq.*

Conditio viduitatis adjecta cenſetur favore heredis ſcripti, eoque deficiente, ceſſat, *vot.19. nu. 16. part.2.*

Conditio viduitatis ſuſpenſiva appoſita Legatis, Uxori relictis, iſtorum adquiſitionem ſuſpendit, *vot.26. num.59. p.2.*

Conditio ſervandi viduitatem affirmativè concepta, reſolvitur in conditionem negativam, *vot.26. num.61. p.2.*

Sub *conditione* ſervandæ viduitatis relictam ſibi hereditatem, Mulier, ſecundò nubens, retinere nequit, *vot.19. nu.1. p.2.*

Et ſcelus eſſet, ſi eam retineret contra Defuncti voluntatem, *ibid. num.2.*

Conditioni ſervandæ viduitatis contraveniens Mulier, nedum ab hereditate decidit, ſed reſtituere eam tenetur, niſi de contraria Defuncti voluntate concludenter conſtet, *vot.19. nu.5. part.2.*

Hæcque opinio tùm exterorum *Tribunalium*, tùm *Sacræ Rotæ* auctoritate confirmata eſt, *ibid. num.6.*

Conditio extinctionis lineæ purificata nequit dici, donec ex ea quiſpiam exiſtat, *vot.8. num.145. part.1.*

Conditio extinctionis alicujus lineæ non dicitur purificata, ob ſuperexiſtentiam naturalis, *vot.8. nu. 129., & 165. part.1.*

Sub *conditione* extinctionis alicujus lineæ Subſtitutus non admittitur, niſi eam penitus extinctam probet, *vot.8. nu.160. p.1.*

Conditio Legato adjecta nihil amplius petendi ex Legantis hereditate, trahi nequit ad jura fideicommiſſi, ab altero inſtituti, *vot.13. num.74. part.1.*

Et *conditio* hæc, veluti renunciationem continens, ſtrictiſſimam interpretationem recipit, *ibid.*

Conditio ſupervivventiæ fœminarum vocatarum, licèt non expreſſa, tacitè ſubintelligitur, *vot. 36. num.59. p.1.*

Et, licèt expreſſa, conditionalem reddit ſubſtitutionem earum Deſcendentium, poſterius vocatorum, *ibid. nu.60.*

In diſpoſitionibus, continentibus heredis gravamen, tacita ſubintelligitur *conditio*, tùm favore ipſius heredis, quatenus nempe is tantundem conſequatur, tùm etiam favore Teſtatoris, quatenus ſcilicet ejus præceptum heres adimpleat, *vot.33. num.29. p.1.*

Indefinita mortis *conditio* compendioſam ſubſtitutionem efficit, *vot.37. num.57. p.1.*

Etiam cum non reſpicit quodcumque tempus, *ibid. nu.58.*

Et maximè, ſi quodcumque tempus complectatur, *ibid. num.59.*

Conditio extendenda non eſt de caſu ad caſum, ac de perſona ad perſonam, *vot.9. nu.45. p.2.*

In *conditionibus* nepotes, aliique Deſcendentes veniunt *filiorum* appellatione, *vot.2. numer.8. part.1.*

Sub *conditione* deficientiæ tàm legitimorum, quàm illegitimorum Deſcendentium, etiam Maſculi ex fœminis dici debent compreheuſi, *vot.22. num.41. p.1.*

Proindeque diſpoſitivè vocati, *ibid. nu.42.*

Conditionis repetitioni reſultanti ex teſtamenti verbis, objici nequit abſurdi exceptio, *vot.27. num.77 p.1.*

Conditionis repetitio, abſurdo locum faciens, cenſetur conſultò à Teſtatore omiſſa, *vot.27. nu. 56. part.1.*

Conditio nè in ſubſtitutionibus repetita cenſeatur, ſufficit facti, & materialis caſus diverſitas, *vot.27. num.45. p.1.*

Præſertim, ſi concurrat diverſitas perſonarum, & mutatio tùm illarum, tum graduum, *ibidem nu.48.*

Procèdit, concurrentibus etiam dictionibus illis repetitivis = *cum iiſdem vinculis, & conditionibus, ut ſupra* = *ibid. num.49.*

Hæ namque repetitionem conditionis non inducunt, cum diverſitas adeſt gradum, & perſonarum, *ibid. num.50.*

Et

Et potiùs ad modum ſuccedeodi referendæ ſunt, *ibid. num.51.*
Dicuntur autem ſtare demonſtrativè, ſeù declarativè, *ibid. num.52.*
Conditiones, & onera, quæ Teſtator voluit in ſequenti ſubſtitutione repetita, referri debent ad modum ſuccedendi,, non autem ad perſonas ſuccedcutes, *vot.32. num.40. p.2.*
Conditio quum ampliùs adimpleri nequit, reſtitutioni in integrum locus non eſt, *vot.20. num. 35. p.1.*
Si præſertim læſio abſit, *ibid. num.36.*, Declara ut *num.38. ad* 40.
Vid. *onus præceptum.*

CONFESSIO.

Propria alicujus *confeſſio* conrra ipſum plenè probat, *vot.18. num.116. p.2.*
Confeſſione proprià major probatio dari nequit, *vot.17. num.31. p.1.*

CONJECTURA.

Conjecturæ in tacitis, & occultis dicuntur liquidiſſimæ probationes, *vot.7. num.38. p.2.*
Ex *conjecturis* etiam, & præſumptionibus *evidens* probatio valet elici, *vot.25. numer.11. part.2.*
Evidens autem probatio quoties de jure requiritur, ſat eſt, quod ex legalibus oriatur conjecturis, & præſumptionibus, *ibid. nu.12.*
Conjecturas efficaciores Actor adferre debet, ubi verſatur quæſtio facti, & coutraria reſiſtit Juris regula, *vot.8. num.18. p.1.*
Conjecturæ famulantes regulæ, & favori filiorum aliis contrariis præferendæ ſunt, *vot.19. num. 33. p.1.*
Conjecturis opus non eſt in claris, *vot.1. num.110. part.1.*
Conjecturæ validiores minùs validas elidunt, *vot. 16. num.51. p.2.*
Maximè, quando illæ pro ſe habent juris regulam, *ibid.*
Conjectura una, atque eadem ſæpe efficax ab uno, ab alio ioefficax reputari ſolet, *vot.7. num.43.*, *& vot.15. num.25. p.1.*
Quod ex *conjecturis* elicitur, clarum dici nequit, *vot.8. numer.17.*, *& vot.44. numer.61. part.1.*
Quod ex *conjecturis* elicitur, dubium ſemper eſt, *vot.6. num.64.*, *vot.8. num.17.*, *& vot.18. nu. 30. p.1.*, *& vot.21. nu.69. p.2.*
Et contrariis *conjecturis* elidi poteſt, *ibid. utrobique*, *& vot.7. num.41. p.1.*, *& vot.29. num. 14. part.2.*
Conjecturis tollendis ipſa earum dubietas ſufficit, *vot.21. num.83. p.1.*
Ex *Conjecturis* pendens quæſtio, dubia ſemper eſt, *vot.15. num.25.*, *vot.34. num.88.*, *vot.40. num. 89.*, *vot.44. num.61. p.1.*, *& vot.14. num.77. part.2.*
In quæſtione *conjecturali* difficile eſt certum judicium, ſententiamque ferre, *vot.7. num.41.*, *& 42. p.1.*, *vot.14. num.78.*, *& vot.29. num. 14. part.2.*
In *Conjecturali* materia Judex nullam aliam aſſequi poteſt certitudinem, quàm moralem, *vot. 28. num.22. p.2.*
In *Conjecturalibus* quæſtionibus dubia Actoris probatio, dubiâ etiam exceptione repelli poteſt, *vot.8. num.21. p.1.*
Et, ſi oon cooſtet de jure petitoris, non curatur de jure poſſeſſoris, *ibid. num.22.*
Huicque ſat eſt, animum Judicis titubare, *ibid. num.22.*
Contrariæ *conjecturæ* in quæſtionibus conjecturalibus ſibi invicem ſemper obviant, *vot.8. num. 20. p.1.*
At illæ prævalere debent, quæ coadjuvantur præſumptione Juris, quæque favent Reo, *ibid.*
Ex *conjecturis* elicita Teſtatoris voluntas, dubia ſemper eſt, *vot.14. num.48.*, *& vot.19. num. 32. part.1.*
Conjecturæ, quæ meliùs demonſtrant Teſtatoris mentem, prævalere debent aliis, *vot.7. num. 75. part.1.*
Conjecturis elicitis ex Teſtatoris mente probari poteſt fideicommiſſum, licèt non ſit expreſſum, *vot.10. num.57. p.1.*
Conjecturæ ut fideicommiſſum inducant, debent ex teſtamenti parte, de qua agitur, eſſe deſumptæ, *vot.19. num.60. p.1.*
Nec ſuffragantur, quæ ex aliis partibus ſint elicitæ, *ibid. num.61.*
Conjecturæ, ut fideicommiſſum inducatur in re propria, concludentes debeot eſſe, ut verò in re aliena, longè urgentiores requiruntur, *vot.18. num.56. p.2.*
Conjecturæ, ubi agitur de arguenda vocatione ad fideicommiſſum, unitim couſiderandæ ſunt, *vot.29. num.29. p.1.*
Ex *conjecturis* reſultare poteſt fideicommiſſi progreſſivitas, *vot.2. num.26. p.1.*
Conjecturæ unitim perpenſæ, præcipuè evincunt fideicommiſſi perpetuitatem, *vot.7. numer.72. part.1.*
Conjecturæ perpetui fideicommiſſi non ſeorſim, ſed conjunctim accipi debent, *vot.10. num.106. p.1.*, *& vot.6. num.59. p.2.*
Non curato, quod earum aliqua ſeorſim à Doctoribus non ſit recepta, *dict. vot.10. num.107.*
Idem dicendum, cum res eſt de reciproco inducendo fidcicommiſſo, *dict. vot.10. num.130.*
Conjecturæ pro perpetuitate, ac duratione fideicommiſſi univocæ, concludentes, ac neceſſariè eſſe debeut, *vot.7. num.10.*, *& vot.16. nu. 22. p.1.*
Itaùt ex iis inferatur, Teſtatoris mentem fuiſſe etiam in diſpoſitionem deductam, *dict. vot. 10. num.11.*
Ex ipſis autem teſtamenti verbis elici debent, *dict. vot.16. eod. num.22.*
Immò ex ipſis ſubſtitutionis verbis, *dict. vot.7. num.12.*
Nec ſufficiens perpetuitatis fideicommiſſi conjectura eſt agnatio coutemplata, *dict. vot.16. num.23.*
Procedit, ut concludentes, & univocæ requirantur

tur conjecturæ licèt agatur de prorogando fideicommiſſo favore Deſcendentium, *ibid. num.* 13.
Deſcendentium enim favor non prævalet odioſitati gravaminis, *ibid. num.* 14.
Maximè verò hæc procedunt, ubi agatur de prorogando fideicommiſſo favore Tranſverſalis, *ibid. num.* 15.
Conjectura ex voto conſervandi Bona in agnatione deducta, urgentiſſima dicitur pro fideicommiſſi progreſſivitate, *vot.* 7. *num.* 50., & 53. *part.* 1.
Etiamſi votum ejuſmodi tacitè eliciatur, *dict. vot.* 7. *numer.* 51.
Ratio adducitur, *ibid. num.* 52.
Et efficacior illa redditur, quando Teſtator digreſſus fuit ad plures gradus ſubſtitutionum, *ibid. nu.* 54.
Conjecturæ omnes durationis fideicommiſſi corruunt, deficiente agnationis contemplatione, *vot.* 16. *num.* 28. *p.* 1.
Conjecturæ leviores ſufficiunt, ut fideicommiſſum Aſcendentis perpetuum, ac reciprocum cenſeatur, *vot.* 10. *num.* 72., & 73., & *vot.* 29. *nu.* 33. *p.* 1.
Conjecturæ leviores ſatis ſunt ad inducendum fideicommiſſum deſcendentale; Non verò ad illud extendendum favore Tranſverſalium, *vot.* 7. *num.* 7. 8. 9., & 15. *p.* 1.
Conjecturæ pro inducenda reciproca lineari unitim ſunt conſiderandæ, *vot.* 18. *n.* 33. *p.* 1.
Et facilius eam inducunt, quando agitur de fideicommiſſo condito ab Aſcendente, *ibid. n.* 34.
Immò unica, & quidem levis conjectura ſufficit, *ibid. n.* 35.
Deciſioni in Romana Fideicommiſſi de Cecchinis, in objecto allegatæ, reſpondetur, *ibid. n.* 36., & *n. ſeqq.*
Conjecturæ, ut reciprocam de linea ad lineam favore Tranſverſalium concludant, urgentiores eſſe debent, *ibid. n.* 37.
Conjecturæ deſumptæ ex voluntate Teſtatoris ſufficiunt ad reciprocam inducendam, licèt illius requiſita non concurrant, *vot.* 10. *n.* 69., & 122. *p.* 1.
Procedit etiam inter Tranſverſales, *ibid. n.* 70.
Quo caſu unica ſat eſt conjectura, *ibid. n.* 71.
Conjecturæ, ubi agatur, an ſubſtitutio facta in caſu obitus filiorum ſinè maſculis, ſit nec ne ad ſolum illum caſum reſtricta, debent non ſeorſim, ſed unitim accipi, *vot.* 1. *n.* 105. *p.* 1.
Conjecturæ autem omnes, pro perpetuitate ſubſtitutionis adducibiles, pendere videntur ab illa conditione obitus filiorum ſinè Maſculis, *vot.* 1. *n.* 106. *p.* 1., ſed vide *n.* 109.
Conjecturæ graviores requiruntur, ubi non de activa, aut paſſiva filiorum vocatione inducenda agitur, ſed de tranſitu ad novum ſubſtitutionis gradum, *vot.* 16. *n.* 17. *p.* 1.
Conjecturæ pro comprehenſione nepotum ſub nomine filiorum unitim accipiendæ ſunt, *vot.* 45. *n.* 52. *p.* 1.
Conjecturæ urgentes requiruntur, ut ſub nomine *filiorum*, etiam in fideicommiſſo Aſcendentis, comprehenſi nepotes cenſeantur, *vot.* 34. *n.* 71., & 72. *p.* 1.
Contrariis *conjecturis* elidi poſſunt conjecturæ ſuadentes comprehenſionem nepotum ſub *filiorum* nomine, *vot.* 34. *n.* 77., & 78. *p.* 1., & quæ illæ ſint? *n.* 79. & *ſeq.*
Certus *conjecturarum* numerus præſcriptus non eſt pro vocatione filiorum in conditione poſitorum, *vot.* 13. *n.* 44. *p.* 1.
Neque certa, ac determinata regula tradi poteſt, *ibid. n.* 45., & 48.
Sed quot, & quales eſſe debeant conjecturæ, arbitrio Judicis relinquitur, *ibid. n.* 46.
Conjecturæ ſeorſim acceptæ, inefficaces ſunt pro inducendo fideicommiſſo inter filios in conditione poſitos, *vot.* 13. *n.* 39. *p.* 1.
Efficaces verò, ſi conjunctim accipiantur, *ibid. n.* 40.
Conjecturæ pro inducenda vocatione filiorum in conditione poſitorum, ſi leves, & imperfectæ ſint, etiam ſimul, junctæ non ſufficiunt, *vot.* 21. *n.* 78. *p.* 1.
Conjecturæ pro inducenda vocatione filiorum in conditione poſitorum non attenduntur, ſi contrariis elidantur conjecturis, vel reddantur taltem dubiæ, *vot.* 21. *n.* 79. *p.* 1.
Conjecturæ, ut ſuadeant, heredem à Teſtatore gravari voluiſſe, poſitâ conditione *ſi ſinè filiis*, debent eſſe urgentiſſimæ, *vot.* 13. *n.* 6. *p.* 1.
Conjecturæ, quæ pendent à conditione: *ſi ſinè filiis*, eà deficiente, corruunt, *vot.* 6. *n.* 7. *p.* 2.
Conjecturæ fideicommiſſi in caſu obitus heredum cum filiis, locum habent, quando iſtis expreſsè dati non fuerint Subſtituti, *vot.* 13. *n.* 34. *p.* 1.
Conjecturæ, nonniſi validæ, atque urgentes contemplationem agnationis inducere valent, *vot.* 16. *n.* 30. *p.* 1.
Procedit, nullis etiam conjecturis in contrarium concurrentibus, *ibidem*
Conjecturæ tùm contemplationis agnationis, tùm digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, validiores ſunt, ſi ſimul junctæ, *vot.* 10. *num.* 100. *p.* 1.
Ex *conjecturis* inducentibus contemplationem agnationis reciprocum arguitur fideicommiſſum, *vot.* 10. *n.* 123. *ad* 126., & 131. & *ſeq. p.* .
Maſculinitatis qualitas ſufficiens *conjectura* non eſt agnationis contemplatæ, quandu aliæ graviores deficiant conjecturæ, *vot.* 16. *n.* 31. *p.* 1.
Hancque non importat, ſed meram indicat prædilectionem ſexus, *ibid. n.* 32.
Conjecturæ, ut recedatur à *Conſil.* 21. *Oldradi*, univocæ eſſe debent, & ex ipſo teſtamento depromptæ, *vot.* 13. *n.* 5. *p.* 1., & *vot.* 6. *n.* 4. *p.* 2.
Et illæ ſaltem neceſſitati affines exiguntur, *d. vot.* 6. *n.* 5.
Validiores verò deſiderantur, quando agitur de fideicommiſſo tranſverſali, *d. vot.* 6. *n.* 6.
Conjecturis ut ab *Oldradi conſ.* 21. recedatur, opus non eſt, quoties ceſſare illud noſcitur ex ipſo diſpoſitionis contextu, *vot* 29. *n.* 40. *p.* 1.
Quo caſu maximè ab eodem *conſ.* receditur, ſi de Aſcendentis diſpoſitione agitur, *ibid. n.* 41.

Ex

Ex *conjecturis* perpetui fideicommiſſi faciliùs receditur ab *Oldradi conſ.21.*, cum de Aſcendentis diſpoſitione agitur, *vot. 16. n.12. p. 1.*

Perpetui fideicommiſſi *conjecturæ* adferuntur *d. vot.16. à. n.3. ad 11.*

Ex *conjecturis*, nonniſi gravibus, & concludentibus, receditur ab *Oldradi conſ. 21.*, etiam in diſpoſitione Aſcendentis, *vot.16. n.54. p.1.*

Ex *conjecturis* receditur *ab Oldradi Conſilio*, licèt filii primorum heredum non ſint gravati reſtituere Subſtitutis, *vot.7. n.64. & ſeqq. p.1.*

Conjecturæ perpetui fideicommiſſi nullæ aderant in ſpecie, *conſ.21. Oldradi*, *vot. 1. n. 43. p. 2.*, *& vot.6. n.14. p.2.*

Conjectura digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus pro receſſu ab *Oldradi conſ. 21.* à nonnullis reprobatur *vot.7. n.30. p.1.*

Ab aliis reputatur levis, ibid. *n.31.*

Niſi agatur de prorogando fideicommiſſo favore perſonarum, quas Teſtator, purificatâ conditione: *ſi ſinè filiis*, vocavit, *vot.7. n.32. p.1.*

Talis *digreſſus* debet eſſe activè, & paſſivè factus, ut receſſum ejuſmodi ſuadeat, *ibidem n.33.*

Ex *conjecturis* induci poteſt trebellianicæ prohibitio; quæ tamen ejuſmodi eſſe debent, ut illam neceſſariò evincant, nec ad aliud referri poſſint *vot. 28. n. 19.*, *& 20. p.2.*

Ex *conjecturis* eruta moralis prohibitæ trebellianicæ certitudo, ſufficit ad tacitam illius prohibitionem inducendam, *vot.28. n. 21. p.2.*

Deeſſe tamen dicitur certitudo ejuſmodi, quoties conjecturæ ad aliud referri valent, *ibid. n.22.*

Aut quoties ex opinioonum, ſive conjecturarum contrarietate res dubia redditur, *ibid. n.23.*

Deciſiones autem *S. Rotæ*, moralem ejuſmodi certitudinem ſufficere firmantes, juxtà prædicta iotelligendas eſſe, declaratur dd. *nn.22.*, *& 23.*

Ex *conjecturis*, quæ ad aliud referri valeant, prohibitio trebellianicæ induci nequit, etiam quando agitur cum trànſverſalibus, *vot.28. n.51. p.2.*

Leviores *conjecturæ* ſufficiunt pro inducenda trebellianicæ prohibitione, quando non contra filios, ſed contrà extraneos heredes agitur, *vot.28. n.7. p.2.*

Sicque etiam cum agitur contrà Tranſverſales, iſti enim extranei dicuntur, *ibid.*

Quo caſu pro trebellianicæ prohibitione ſemper in dubio pronunciandum eſt, *ibid. n.49.*, declara, ut *n.51.*

Conjecturæ ſimul junctæ conſiderari debent ad probandam filiationem, *vot.9. n.55. p.1.*

Duæ *conjecturæ* filiationem ſatis probant, *vot. 9. n.54. p.1.*

Immò, & una legitimè probata, *ibidem.*

Per *conjecturas*, & præſumptiones probari poteſt filiatio reſpectu Patris, *vot.9. n.5. p.1.*

Præſertim, ubi res eſt de filiatione naturali, & illegitima, *ibid. n. 6.*, *& 7.*

Conjectura excluſionis filiorum illegitimorum deſumpta ex quo Teſtator honeſta eſſet perſona, Nobilis, vel Clericus, fabulam ſapit, *vot. 8. n.52. p.1.*

Conjecturam excluſioois filiorum naturalium non præbet diſpoſitio ordinata per viam primogenituræ, vel majoratus, *vot.8. n.53. p.1.*

Conjectura excluſionis filiorum naturalium quando ex præſumpta repetitione qualitatis legitimitatis oequeat deſumi? *vot.8. n. 68. 69. & ſeq. p.1.*

Simplices *conjecturæ* ſufficiunt ad probandam fiduciariam conventionem inter Teſtatorem, ac heredem ſcriptum, *vot.9. n. 9. p.2.*

Conjecturis etiam, atque argumentis evinci poteſt, non fiduciariam, ſed plenariam, ac liberam fuiſſe inſtitutionem heredis, *vot.9. n. 19. p. 2.*

Quæ autem illa ſint? *ibid. n. 20. ad 26.*

Ex pietatis conjectura, proximior ſuccedere remotiori debet, *vot.1. n.81. p. 2.*

Secùs, quoties aliæ conjecturæ illam excludant, *ibid. n.82.*

Conjectura ejuſmodi, levibus etiam conjecturis elidi poteſt, *vot.19. n.3. p.1.*

Conjectura pietatis ex præſumpta Teſtatoris mente viget etiam io fœminis, *vot.12. n.17. p.2.*

Conjectura pietatis, utpote inducta contrà juris regulas, ſtrictam interpretatiooem debet recipere, *vot.19. n.7. p.1.*

Maximè, ſi pro illius excluſiooe alia argumenta urgeant, *ibid.*

Ex *conjecturis*, contrariam ſuadentibus Teſtatoris voluntatem, à diſpoſitione L. *cum Avus &c.* receditur, *vot.12. n.24. p.2.*

Illæ tamen concludentes, atque efficaces eſſe debent, *ibidem n.15.*

Præſertim, ſi cum herede extraneo, vel pia Cauſa agatur, *ibid. n.26.*

Conjectura voluntatis Teſtatoris, in Legatis, quæri debet non ex Jure, ſed ex facto, *vot. 11. n. 8.*, *& 15. p.2.*

In concurſu *conjecturarum* pro repetitione, vel relatione, cum aliis pro illius excluſione, hæ prævalere debent, *vot.28. n.61. p.2.*

Conjecturæ autem, ipſam excludentes, quænam ſint? *ibid. & n. ſeqq.*

CONJUNCTUS.

Ex utroque latere *conjuncti*, proximiores ſont conjunctis ex uno tantum latere, *vot. 12. n.123. part.1.*

Conjunctæ perſonæ relictum Legatum rei alienæ, ſuſtinetur ſaltèm quoad æſtimationem, ſivè ſciverit Teſtator, ſivè ignoraverit, rem alienam eſſe, *vot.11. n.32. p.2.*

Maximè procedit in Legato rei ipſius heredis, *ibid. n.35.*

Quo caſu nil refert, quod heres ſit æquè conjunctus Teſtatori, *ibid. n.34.*, *& vid. n.35.*, *& 36.*

Vid. verb. *Mater*, *proximitas*, *vinculum.*

CONSANGUINEUS.

Conſanguinei in tractando quem, ac denominando in filium, rigidi ſolent eſſe, *vot. 9. numer. 36. part.1.*

Ab aliis *conſanguineis* adprobati tractatus in filium, eò magis filiationem probant, *vot.9. n.33. part.1.*

Conſanguinei, ex utroque latere coojuncti, prælatio in li-

in linea tranſverſa non tranſit ultrà fratrum filios, vot. 12. n. 99., & 161. p. 1.
Conſanguineus viri præfertur in majoratu, promiſcuè à viro, & uxore fundato ſuper eorum Bonis ad favorem Conſanguineorum utriuſque, vot. 12. n. 160. p. 1.

CONSENSUS.

Conſenſui, & voluntati nil tàm contrarium, quàm ignorantia, ſivè error, vot. 24. n. 51. p. 1.
Conſenſus ad incognita non trahitur, vot. 29. n. 38. part. 2.
Abſque conſenſu Patris nubere olim, civili jure, filii non poterant, vot. 44. n. 23. p. 1.
Jure Canonico poſſunt, ſed honeſtè, & decenter non nubunt, ibid. n. 24. p. 1.
Conſenſus tacitus ex tacita, vel expreſſa aditione reſultans, ſufficit ut heres gravamen in re propria acceptaſſe cenſeatur, vot. 29. num. 24., & num. 36. p. 2.
Conſenſus filii, ut ſuſtineatur gravamen ſuper Legitimâ, debet eſſe expreſſus, vel expreſſo æquipollens, vot. 24. n. 166. p. 2.
Conſenſus filii, quoties cautela *Soccini* ſervata fuerit, non requiritur pro forma, ſed ſolùm pro paternæ diſpoſitionis executione, vot. 24. n. 174. part. 2.
Pro qua ſufficit legalis ipſius filii conſenſus, ex aditione reſultans, ibid. & n. 184.
Et generica ſcientia gravaminis, ibid. num. 176., & 185.
Conſenſus viri de jure non requiritur in donatione mulieris, vot. 13. n. 27. p. 2.
Conſenſus alienationi à vocatis præſtitus cum tranſlatione jurium favore Emptoris, argumentum præbet excluſivum ſubrogationis inveſtimenti ad illorum commodum, vot. 17. n. 39. p. 1.

CONSENTIRE.

Conſentire non dicitur, qui ſuum jus ignorat, vot. 9. n. 49. p. 2.

CONSEQUENS.

Conſequenti à Teſtatore volito, etiam antecedens volitum cenſetur, vot. 14. n. 30. p. 2.
Quæ in *conſequentiam* veniunt, regulariter non imputantur, vot. 9. n. 107. p. 1.

CONSERVARI.

Conſervari Bona dicuntur, ſi ad tertiam uſque generationem permaneant, vot. 42. n. 21. p. 1.

CONSERVATIO.

Conſervatio Bonorum ſuàpte naturà ad lineam reſtringitur maſculinam, vot. 42. n. 20. p. 1.
Ad perpetuam Bonorum *conſervationem* vocatio fœminarum tàm à fœminis, quàm à maſculis deſcendentium æquè confert, vot. 40. num. 23. part. 1.
Ad perpetuam Bonorum *conſervationem* magis confert omnium alicujus fœminarum vocatio indefinita, quàm reſtricta ad fœminas immediatas illius, vot. 40. nu. 14. p. 1.
Omnes propterea vocatæ ſunt cenſendæ: Ejuſdemque perſona cenſetur demonſtrativè potiùs quàm taxativè vocationi adjecta, ibid. n. 15.
Conſervationem Bonorum tàm in maſculis ex maſculis, quàm in maſculis ex fœminis volitam arguit, utriſque facta alienationis prohibitio, vot. 34. num. 11. p. 1., ſed vid. num. 92., & ſeq.
Perpetuæ *conſervationi* Bonorum non congruit activa dumtaxat filiorum primi gradus vocatio, vot. 34. num. 12. p. 1.
Bonorum *conſervatio* apud Maſculos, nonniſi admiſſâ inter eos reciprocâ, locum habere valet, vot. 30. num. 45., & 69. p. 1.
Ad Bonorum *conſervationem* fideicommiſſaria, non autem vulgaris conferre poteſt, vot. 22. num. 29. p. 1.
Conſervationi Bonorum in familia adverſatur, etiam temporaria Monaſterii adquiſitio ad vitam Religioſi, vot. 4. num. 121. p. 1.
Conſervationis Bonorum ratio quum generaliter adjecta eſt, diſpoſitio principaliter ad Bona directa dicitur, vot. 45. num. 13. p. 1.
Bonorum *conſervationis* ratio unicè attenditur, ut realis dicatur ſubſtitutio, vot. 21. num. 40. p. 1.
Conſervationis Bonorum ratio efficit, ut a caſu contraventionis ad caſum obitus argumentum valeat, vot. 31. nu. 35. p. 1.
Conſervationis Bonorum ratio ſi ſtet independenter à fideicommiſſo, dubium quandoque eſſe poteſt, an ampliare illud valeat, vot. 39. num. 46. p. 1.
Numquam tamen, an illud reſtringere, aut alterare; id enim certè non poteſt, ibid. num. 47.
Perpetuæ Bonorum *conſervationis* votum quænam verba oſtendere valeant? vot. 11. num. 38. & vot. 40. nu. 12. p. 1.
Vid. *Bona*.

CONSOBRINUS.

Conſobrini, ſeu Patrueles, in ſucceſſione inteſtata, non in ſtirpes, ſed in capita ſuccedunt, quando non concurrat Patruus, Amita, vel Avunculus, vot. 25. num. 38. p. 1.
Secus in ſucceſſione ex teſtamento, quo contrarium diſponatur, ibid. num. 39.

CONSTITUTIO.

Ex *Conſtitutione Innocentiana* ſemper in dubio facienda eſt interpretatio favore maſculorum Agnatorum, ad excluſionem Cognatorum, vot. 20. num. 10., & 11. p. 2.
Ad eam tamen conſtitutionem in caſu non dubio non recurritur, dict. vot. 20. num. 31.
Ex *Conſtitutionibus Theodori*, & *Juſtiniani*, Curialis filia, nupta Curiali, immunis ſervabatur à datione quartæ, vot. 2. nu. 128. p. 2.

CONSUETUDO.

Conſuetudo eſt optima Legum, & dubiorum interpres, vot. 27. num. 10. p. 2.
Conſuetudo in conflictu prævalet tùm Statutis, tùm Legi ſcriptæ, vot. 27. num. 115. p. 2.
Conſuetudo non mero Laicorum uſu, ſed univerſo conſenſu Populi conſtituta, obligat etiam Clericos, vot. 27. num. 116. p. 2.
Conſuetudines feudales tacito ſemper conſenſu univerſi Populi, Laicorum nempe, & Clericorum, introductæ cenſentur, vot. 27. n. 119. p. 2.
Conſuetudines mixtæ, quæ nempe mixtim à Laicis, & Clericis fuerunt introductæ, hos etiam afficiunt, vot. 27. num. 118. p. 2.

Jure enim Canonico damnatæ non reperiuntur, *ibid.*

Conſuetudini, ex multiplici actuum frequentia conſtabilitæ, nequit per contrarium aliquem actum derogari, *vot.27. num.36. p.2.*

Pro *conſuetudine* inducenda ſufficit certus actuum numerus, arbitrio Judicis æſtimandus, *vot.27. num.42. p.2.*

Modò judicare ille queat, ut plurimùm ita fuiſſe obſervatum, *ibid.*

Procedit, licèt diverſus aliquis concurrat actus, *ibid.*

In legitima, atque immemorabili *conſuetudine*, fundata jura, perimi nequeunt aliquo contrario actu, *vot.27. num.135. p.2.*

Conſuetudo aliquo contrario actu abrogata dici nequit, niſi de contradictione, ac ſubſecuta adquieſcentia doceatur, *vot.27. num.137. p.2.*

Conſuetudines plures ob indiligentiam, atque imperitiam, ſeù etiam calliditatem Contrahentium perſæpè non ſervantur, *vot.27. num.35. part.2.*

Conſuetudo ex publica voce, & fama reſultans optimè probata cenſenda eſt, *vot.27. num.69. part.2.*

Præſertim, ſi vox, & fama à perſonis, de quarum præjudicio agebatur, promanaverit, *ibid. num.70.*

Conſuetudo jam pridem inducta cenſenda eſt ex inſtrumeutis, cum ejus mentione celebratis, *vot. 27. nu.45., & 66. p.2.*

Ad ſtatuendam *conſuetudinem*, juri communi contrariam, decennale, aut tricenarium tempus de jure civili, quadragenarium verò de jure Cauonico requiritur, *vot.27. num. 76. p.2.*

Conſuetudo immemorabilis optimè probatur per euunciativas, in publicis actibus emiſſas, *vot. 27. nu.56., & 67. p.2.*

Conſuetudo immemorabilis, vel ſervata duorum ſeculorum decurſu, ſpecialiter à Sancta Sede confirmata præſumitur, *vot. 27. numer. 111. part.2.*

Eique propterea ſubſunt etiam Clerici, *ibidem num.112.*

Conſuetudo in ſucceſſionibus quoties expreſsè prohibita non reperitur, valet quantum Lex ipſa ſcripta, *vot.27. num.4. p.2.*

Conſuetudo, quâ filius parte hereditatis paternæ, ad uxorem delatâ, privatur, valida cenſenda eſt, *vot.27. nu.19. p.2.*

Eſtque itidem ſervanda *conſuetudo*, juxta quam coujux ſuperſtes, excluſis proximioribus, ſuccedit conjugi prædefuncto, nullis relictis Liberis, *vot.27. nu.19. p.2.*

Solâ *conſuetudine*, in feudis antiquiſſimis, univerſale Baronis dominium probatur, *vot. 27. nu. 90. part.2.*

Conſuetudo, ſeu titulus, Domino directo tribuens univerſale dominium in feudis antiquiſſimis, levioribus adminiculis conſtabiliri dicitur, *vot.27. nu.27. p.2.*

Præſertim, quum ſunt mediatè ſubjecta directo dominio S. Sedis, *ibid. num.28.*

Conſuetudo, quod, Legitimati, ad munera Nobilium admittantur, viget in Hiſpania, Italia, ac præſertim Bononiæ, *vot.9. nu.129.130.131. part.1.*

Antiquiſſima recadentiarum *conſuetudo* in Caſtris *Sancti Gregorii*, & *Caſapis* viget, ut Barones ſuccedant in Bonis Vaſſallorum, ſinè legitimis heredibus decedentium, *vot.27. num. 1. p.2.*

Qui autem pro excludendo Barone legitimi heredes dicantur, ? *ibid.*

Et quæ inter cauſſam inteſtati, atque alteram teſtati ſervetur differentia? *ibid.*

Conſuetudine quæſitum ut dicatur recadentiarum jus, non requiritur immemorabilis, ſed centenaria, vel etiam quadragenaria ſufficit, *vot.27. num.42. p.2.*

Conſuetudo proclamatum, ac denunciationum in contractibus Vaſſallorum *SS. Gregorii*, & *Caſapis* abrogata dici nequit ex illarum omiſſione, niſi de prohibitione Miniſtris facta, eorumque adquieſcentia conſtet, *vot.27. num.34., & 137. p.2.*

Et potiùs mutationi Baronum, ac Miniſtrorum eadem omiſſio tribuenda eſt, *ibid. dict. num.34.*

Vid. verb. *Recadentia*.

CONTRACTUS.

In *contractibus* unicè attendenda eſt Contrahentium voluntas, *vot.31. num.15. p.1.*

In *contractibus* voluntas potiùs, quàm verba ſpectanda ſunt, *vot.10. nu.60. p.1.*

In *contractibus* ut ſuperfluitas evitetur, omnis capienda interpretatio eſt, *vot. 17. numer.132. part.2.*

In *contractibus* verbum nullum, immò nec etiam ſyllaba otioſa debet eſſe, *vot. 17. numer. 33. part.2.*

In *contractibus* verbum nullum, immò ne ſyllaba quidem cenſetur inconſultò adpoſita, *vot. 4. num. 41. p.1.*

Contractui nou tàm verba, quàm formalia actus dant naturam, formamque imprimunt, *vot. 20. nu.74. p.1.*

Contractus ſi non tranſactionis, ſed diviſionis appellatus fuerit, de eo tamquam de tranſactione nequit agi, *vot.20. num.73. p.1.*

Secus tamen eſt, ſi pro tranſactione appareat acceptus, *ibid. num.75.*

In *contractibus* omnibus, ac præſertim in tranſactionibus jura ab inæqualitate maximè abhorrent, *vot.20. num.60. p.1.*

CONTRADICTIO.

Contradictio in uno eodemque actu ferenda non eſt, *vot.31. nu.18. p.2.*

CONTRAHENS.

Contrahentium voluntates magis, quàm verba inſpicienda ſunt, *vot.20. nu.66. p.1.*

Contrahentium mens verbis, factoque ipſo patefacta, non eſt per dubias inveſtiganda conjecturas, *vot.20. nu.58. p.1.*

Contrahentibus integrum non eſt à lege, quam ſibi indixerint, recedere, *vot.44. numer.227. part.1.*

Contrahentes propriis non ſemper utuntur nominibus, & vocabulis, *vot.7. nu.18. p.2.*

CONTRAVENIENS.

Contraveniens heres, ſecundùm jura Codicis hereditate non privabatur, niſi expreſſum id fuiſſet, *vot.30. num.46. p.2.*

Id quod poſtea innovatum, correctumque fuit Jure Authenticorum, *ibid.*

Contravenienti ſi nulla adjecta pœna, nullusque ſit datus Subſtitutus, præceptum habitandi in certo loco, in purum reſolvitur conſilium, *vot. 30. num.30. p.2.*

Contraveniens, nullâ etiam adjectâ privationis pœnâ, omnibus excluditur commodis, atque emolumentis, teſtamento delatis, *vot.30. num. 45. p.2.*

Contraveniens privatus re, quæ ejus propria effecta fuerat, pauperior fieri dicitur, & pœnam ſentire, *vot.20. nu.23. p.1.*

Maximè, ſi agatur de re gravi, *ibid.*

CONTRAVENTIO.

Contraventionem, aut caducitatem non ſecumfert actus, licitè expleri valens, *vot.7. num.62. part.2.*

Contraventio opponi nequit, quando actus ex juſto, ac legitimo titulo geſtus eſt, *vot. 118. nu. 140. p.2.*

Contraventio ex juſta ratione, dolum excludit, *vot.27. num.18. p.1.*

Contraventio ſinè dolo nequit committi, *vot. 7. num.62. p.2.*

Contraventio, & caducitas ut evitetur, benignior quælibet, ac poſſibilis capienda interpretatio eſt, *vot.18. nu.61. p.2.*

Contraventio voluntati Teſtatoris, ut excuſetur, utque evitetur caducitatis pœna, ſufficit quævis colorata, immò etiam beſtialis cauſſa, *vot. 7. nu.59. p.2.*

Pro excuſatione *contraventionis* præſumptio juris ſemper urget, *vot.18. num.160. p.2.*

Contraventio illa in armorum aſſumptione præjudicat, quæ delicti ſpeciem habet, *vot.27. num. 15. part.1.*

Quamque nec error valet excuſare, *ibid.*

Contraventio heredis diſponentis de Teſtatoris Bonis Subſtituto ad immiſſionem obtinendam non ſuffragatur, niſi doceat, nullum heredi jus ſuper iiſdem Bonis competiiſſe, *vot.18. num. 49.*, & *num.165. p.2.*

Contraventio heredis, quia diſpoſuerit de Teſtatoris Bonis, adeſſe non dicitur, ſi in iis Bonis jus habeat, & ſi *Bonorum ſuorum* nomine uſus eſt, de illis diſponendo, *vot.18. num.50. 54.*, & *156. p.2.*

Jure enim ſuo, modo, quo poterat, uſus præſumitur, *ibid. num.62.*

Ob contraventionem nemo debet, ſinè interpellatione, privari emolumento jam quæſito, *vot.27. nu.23.*, & *38. p.1.*

Procedit, etiam cum tempus eſt adjectum conditionis implemento, *ibid. num.24.*

Ob *Contraventionem* ut quis privetur hereditate jam quæſitâ, requiritur nedum interpellatio, ſed etiam ſententia, caducitatis declaratoria, *vot.27. nu.38.*, & *39. p.1.*

Per *contraventionem* purificato particulari fideicommiſſo, interpellatio poſſeſſoris, & declaratio Judicis requiritur, ad effectum reſtitutionis fructuum, *vot.18. nu.36. p.1.*

Sola *contraventio* præcepto Teſtatoris, abſque interpellatione, aut declaratione Judicis ſufficit ad incurrendam caducitatis pœnam, *vot.32. nu.14. p.2.*

Ob *Contraventionem* Patris quoties excluduntur filii, principaliter ex præcepto Teſtatoris excludi cenſentur, *vot.17. num.78. p.2.*

Maximè, ſi ex facto ipſius Patris conditio pendebat, *ibid. num.79*

Vid. verb. *caducitas*, *pœna*.

COPULA.

Copula = & =, copulata cum ſuis qualitatibus conjungit, *vot.16. num.43. part.1.*

Vid. *dictio*, *particula*.

CORRECTIO.

Nè inſtantanea *correctio* inducatur, ſuperfluitas potiùs præſumenda eſt, *vot.31. nu.22. p.2.*

Præſertim, ſi ex correctione induci velit primogenitura, *ibid. nu.23.*

CORRESPECTIVITAS.

Correſpectivorum actuum æqualis debet eſſe determinatio, *vot.17. nu.60. part.1.*

Correſpectivorum uno corruente, alterum quoque debet corruere, *vot.17. n.3. p.1.*

CREDITOR.

Creditoris favore in dubio judicandum pro Bonorum libertate, *vot.21. nu.84. part.1.*

Creditorum favore non parit obligationem pactum accollationis debitorum, inter Dividentes initum, *vot.21. num.100.*, & *ſeq. p.1.*

Creditorum præcipuè, ac Legatariorum favore, inventarii obligatio heredi à jure injuncta reperitur, *vot.18. num.77. p.2.*

Creditor actione hypothecariâ agens, poteſt quæcumque perſequi Debitoris Bona, *vot.23. nu. 41. p.2.*

De *Creditoribus*, diu poſt debitoris mortem agentibus, Lex malè ſuſpicatur, *vot.44. num.250. part.1.*

CREDITUM.

Qui aliena exegit *credita*, an ſua neglexiſſe potuit? *vot.18. nu.120. p.2.*

Creditorum ſuorum exactio facta præſumitur ab eo, qui plurimo gravabatur ære alieno, *vot.18 nu.119.*, & *134. p.2.*

Creditorum adquiſitio excluditur, ſi Teſtator coactus fuit fructifera diſtrahere capitalia pro ſolvendis debitis, *vot.18. nu.18. p.2.*

Credita liquida, ac ſubſiſtentia juſtum, et legitimum retentionis titulum poſſeſſori tribuunt adverſus Subſtitutum, pro immiſſione agentem, *vot.18. nu.64. p.2. p.2.*

CREDULITAS.

Credulitatis juſta cauſſa in perſona ad onus obligata ſufficit, ut error præſumi valeat, *vot.27. num.10. part.1.*

Juſta *credulitas* fœminam excuſat à reſtitutione fru-

fructuum perceptorum, *vot.25.num.81.part.1.*
Intellige, ut *num.82.*
Credulitatis juſta cauſſa magis excuſat à reſtituendis fructibus, è fideicommiſſo perceptis, quoties tacuit, qui poterat ad illud adſpirare, *vot.25.num.84.p.1.*
Juſta *credulitas*, & titulus ſaltem coloratus ſufficit, ut poſſeſſor fructus faciat ſuos, *vot.18.num.51.p.1.*
Juſta *credulitas* à fructuum reſtitutione excuſat, quatenùs quis locupletior factus non ſit, *vot.25.num.82.p.1.*

CULPA.

Ex propria *culpa* commodum, & utilitatem ſentire quis non debet, *vot.17.num.44.p.1.*
Non debet quis alienæ *culpæ* pœnam ſubire, *vot.17.num.47., & 66.p.1.*

CURATOR.

Curator Bonis dandus eſt, dum pendet conditio; quæ hoc pacto non deficit, neque purificatur, *vot.28.num.51.p.1.*

CURIALIS.

Curialium ordini conceſſum privilegium, eorum ordine abolito, ceſſat, nec amplius allegari poteſt, *vot.2.num.132.part.2.*
Curiali nupta filia Curialis, ex Conſtitutionibus *Theodori*, & *Juſtiniani*, immunis ſervabatur à datione quartæ, *vot.2.num.128.part.2.*

CUSTODIA VENTRIS.

Cuſtodiæ ventris materni probatio ad filiationem non requiritur, *vot.9.num.69.p.1.*
Intellige de jure Canonico, *ibid.*
Ac etiam ex communi uſu, *num.71.*
Præſertim, ſi de muliere agatur honeſtæ conditionis, *num.72.*
Item non requiritur, quando pro filiatione alia concurrunt adminicula, nec de Matris meretricio conſtat, *ibid.num.73., & 75.*
Vid. verb. *Mater*, *tempus*.

D

DEBITOR.

D*Ebitor* ſui ipſius effici quis non poteſt, *vot.10.num.77.p.2.*

DEBITUM.

Debitum Legitimæ neceſſarium eſt, *vot.44.num.219.p.1.*
Debitum maternæ dotis eſt voluntarium, *vot.44.num.220.p.1.*
Cum *debito* dotis non compenſantur relicta per ultimas voluntates uxori, & filiis, *vot.44.num.221.p.1.*
Multòque minùs, quæ filiis inter vivos à Patre donantur, *ibid.num.222.*
Debitum Legatarii remiſiſſe Teſtator cenſetur, ſi de illo cogitaſſe non appareat, *vot.25.n.71.p.2.*
Præſertim ex verbis, quibus ejus quieti providere, ac in eum liberalitatem exercere voluiſſe, conſtet, *ibid.nu.72.*
Maximè verò, intercedente neceſſitudine, & conjunctione ſanguinis, *ibid.num.73.*
Et, ſi de opulenta hereditate agatur, *ibidem num.75.*
Cum Legatarii *debito* Legatum compenſari, ſi Teſtator noluiſſet, dilationem heredi ad illud ſolvendum non conceſſiſſet, *vot.25.num.66.part.2.*
Ea enim non indigebat heres, ſed Legatarius indigniſſet, *ibid.num.67.*
Debitum Legatario remittere Teſtatorem noluiſſe, veriſimile non eſt, *vot.25.num.65.p.2.*
Alioquin *debitum* pro rata ipſi legata potiùs remiſiſſet, *ibid.*

DECENNIUM.

Poſt *decennii* lapſum abolita cenſetur enunciativæ memoria, *vot.24.num.59.p.1.*
Et contrariâ concurrente Teſtatoris voluntate, inducitur, etiam teſtamenti revocatio, *ibid.*

DECLARATIO.

Declaratio juri conformis, licèt ex intervallo facta, attendenda eſt, *vot.44.num.158.p.1.*
Declaratione expreſsâ Teſtatoris deficiente, conjecturis ejus voluntas exploranda eſt, *vot.29.num.13 p.2.*
Declaratio, ſeù proteſtatio in proœmio emiſſa univerſam diſpoſitionem afficit, *vot.17.num.40.p.2.*
Declaratio voluntatis nubendi non ſufficit ad purificandam nuptiarum conditionem, *vot.14.num.5.p.2.*
Procedit, ſtantibus etiam verbis = *ſi nubere voluerit* =, *ibid.num.6.*
Declaratio Patris, in codicillis facta, etiam poſt triennium, aliquale adminiculum præbet pro donatione ob cauſam certi Matrimonii in Legitimam imputanda, *vot.44.num.54.p.1.*
Declaratio, ſe eſſe heredem pluries prolata ab habente poteſtatem adeundi, facta cenſetur animo ſeſe immiſcendi, ac pro herede ſe gerendi, *vot.24.num.27., & 77.p.2.*
Declaratio aſſumptionis jam factæ nominis, & inſignium non requiritur, quoties à Teſtatore non ſit injuncta, *vot.27.num.1.p.1.*
Sed ſola ſufficit eorumdem delationis continuatio, *ibid.num.5.*
Hæcque omnem, etiam faciendam, declarationem ſupplet, *ibid.num.6., & 8.*
Declaratio Teſtis, qui teſtamentum ſcripſerit, ut valeat, ſufficit, quod non repugnet teſtamenti verbis, *vot.25.num.54.p.2.*
Abſque *declaratione* expreſsâ, heres non cenſetur uſus facultate, ſibi à Teſtatore tradita, de ipſius Bonis diſponendi, *vot.42.num.54.p.1.*
S:ante præſertim ejuſdem heredis declaratione, ſe diſponere de *Bonis ſuis*, *ibid.num.55.*
Contrarium verius, quod, etiam ſine expreſsâ ejuſmodi declaratione, cenſeatur de Teſtatoris Bonis diſpoſuiſſe, *ibid.num.58.*
Fortiùs, ſi ampliſſimam ad id facultatem habuerat, *ibid.num.62.*
Et, ſi in ſua diſpoſitione univerſalibus uſus eſt verbis, *ibid.num.64.*
Quæ procedunt, licèt pronomen adhibuerit = *ſuis* = & = *propriis* =, *ibid.nu.58.*

Hæc

Hæc tamen intellige de herede gravato, non de uſufructuario, *ibidem numer.57.*

DECRETUM,

Decreta multa in Italia edita ſunt, quod filiatio ex fama poſſit probari, *vot.9. num.44. p.1.*

DEFICIENTIA.

Deficientia filiorum maſculorum verificatur tàm nullis relictis filiis maſculis, quàm, illis relictis, & poſtea defectis, *vot.1. num.11. p.1.*

DELICTUM.

Pro excludendo *delicto*, & contraventione urget ſemper præſumptio Juris, *vot.18. num.160. part.2.*

DENOMINATIO.

Sola *denominatio* in antiquis filiationem probat, *vot.9. num.57. p.1.*

DEPENDENTIA.

Fideicommiſſorum *dependentia* excluditur ex diverſitate perſonarum, & conditionum, *vot. 14. num.69. p.2.*

DESCENDENS.

Deſcendentes omnes una caro cum ſuis Aſcendentibus exiſtimantur, *vot.43. num.7. p.1.*

Deſcendentium nomen collectivum eſt plurium graduum, & perſonarum, ac futurum tempus reſpicit, *vot.2. num.3.*, *vot.7. num.66.*, & *vot.34. num.39. p.1.*

Deſcendentium favore plus dictum, quàm ſcriptum cenſendum eſt, *vot.6. num.26. p.1.*

Deſcendentium nomen aptum eſt comprehendere omnes ulteriores gradus in infinitum, *vot.9. num.86. p.1.*

Deſcendentium nomen comprehendit ſolùm nepotes, priùs à Teſtatore nominatos, *vot.14. num.39. p.1.*

Deſcendentibus omnibus cenſetur proſpexiſſe Teſtator, non autem perſonis primi dumtaxat gradus, *vot.10. num.74.*, & *vot.15. num.31. part.1.*

Deſcendentium alicujus vocatio ſatis reſultat, ex illorum privatione in caſu delicti, *vot.43. num. 68. p.1.*

Ulteriorum *Deſcendentium* vocatio ex verbis præſuppoſitivis rectè deducitur, *vot.2. numer.12. part.1.*

Deſcendentes ab eodem ſtipite, ſivè ſint ex Maſculis, ſivè ex fœminis, per lineam directam deſcendere dicuntur, *vot.39. num.9. p.1.*

Deſcendentium ab eodem fideicommittente vocatio levioribus inducitur adminiculis, *vot.13. num.23. p.1.*

Deſcendentium mentio, & poſitio in conditione ſæpius facta, majorem erga eos Teſtatoris affectionem, ipſorumque vocationem indicat, *vot. 13. num.26.*, & *27. p.1.*

Deſcendentes quoſcumque juvat diſpoſitio *L. cum Avus*, *vot.12. nu.55. p.2.*

Etiam in præjudicium piæ Cauſæ ſubſtitutæ, *ibid. num.56.*

Deſcendentes Teſtatoris, licèt non agnatos, excludi à Cauſa pia, abſurdum ſte, *vot.12. n. 56. part.2.*

Ad ulteriores *Deſcendentes* progredi cenſenda, eſt Teſtatoris, ejuſque heredis affectio erga utrinque conjunctos, *vot.12. numer.162. part.1.*

Sicque etiam pronepotibus ſuffragari duplicitas vinculi, ſicut filiis, & nepotibus, *ibidem num.163.*

Indefinita *Deſcendentium* vocatio omnes comprehendit, *vot.13. num.7. p.1.*

Et comprehendit ſive primos, ſive ulteriores vocatos, *vot.13. num.8. p.1.*

Deſcendentium, ac Poſterorum nomen, ex propria ejus ſignificatione omnes, & quoſcumque Maſculos ſive agnatos, ſive cognatos complectitur, *vot.39. num.15. p.1.*

Deſcendentes nedum Inſtitutorum, ſed etiam Subſtitutorum, æquè à Teſtatore comprehenſi ſub ratione conſervandi ejus Bona, comprehenſi etiam cenſentur ſub proviſione ab ipſo captà in caſu delicti, *vot.45. num.38. p.1.*

Deſcendentium, ac nepotum, reciprocè inter ſe ſubſtitutorum, ſucceſſio ordinata *di grado in grado, ſempre il più proſſimo all' ultimo moriente*, non aliter, quàm de illorum filiis, & Deſcendentibus poteſt intelligi, *vot.43. num.66. part.1.*

Deſcendentium vocationem verba = *le ſopranominate perſone* = non reſtringunt ad primum dumtaxat eorum gradum, *vot.19. num.49.* 1.

Sed potiùs illos, tamquam originem perſonarum vocatarum, indigitant, *ibid. num.50.*

Sub nomine *Deſcendentium* promiſcuè cum nomine filiorum à Teſtatore adhibito, veniunt nepotes, ac Deſcendentes omnes, *vot.34. num. 31. p.1.*

Ex promiſcuè adhibito nomine *Deſcendentium*, & *filiorum*, ſufficiens conjectura comprehenſionis nepotum ſub *filiorum* nomine deſumi nequit, *vot.34. n.113. p.1.*

Reijciturque, tamquam futilis, altera conjectura, deſumpta ex filiorum vocatione, facta plurali numero, *ibid. num.115.*

Deſcendentium nomini adjectæ clauſulæ = *de gradu in gradum* = *de uno in alium* =, vel = *de herede in heredem* =, ſucceſſivum tractum temporis important, *vot.34. num.46. p.1.*

Deſcendentium nomen ſi nomini heredum ſubſequatur, nequit illud referri ad ulteriores heredes inſtitutos, & ſubſtitutos, *vot.43. num.75. p.1.*, ratio *ibid.*, & *num.56.*, & *77.*

Ulteriorum *Deſcendentium* ſucceſſiva vocatio ordinata cenſetur in potentia, & habitu, quatenùs ſcilicet primi inſtituti nolint, vel nequeant. eſſe heredes, *vot.34. num.40. p.1.*

Intellige, ut *num.43.*, & *44.*

Deſcendentium omnium comprehenſio ſub nomine *filiorum*, & *heredum* optimè conijcitur ex facta prohibitione alienationis, *vot.32. numer. 18. p.1.*

Atque ex facta, in defectu omnium Deſcendentium, Loci pii ſubſtitutione, *ibid num.20.*

Deſcendentium ulteriorum vocatio elici poteſt ex parte prohibitiva, & privativa in caſu delicti, licèt in parte diſpoſitiva vocati fuerint Maſculi

pri-

primi dumtaxat gradus, *vot.43. num.84. 85., & 86. p.1.*

Deſcendentes omnes comprehenſi in ſupreriori parte diſpoſitiva, contineri in conditionali quoque parte cenſentur, *vot.32. num.5. p.1.*

Deſcendentes omnes, ſeu heredes ſanguinis comprehendit pronomen = *ſuoi* = *vot.2. num.10. part.1.*

Deſcendentes heredum ſuorum, ſi in aliqua teſtamenti parte, in omnibus contemplati à Teſtatore cenſentur, *vot.43. num.88. p.1.*

Inter *Deſcendentes* volita à Teſtatore legitimitatis qualitas, cenſetur in omnibus gradibus repetita, *vot.9. num.87. p.1.*

Maximè in majoratibus, quando nobilis Fundator eſt, *ibid. num.88.*

Verbum *Deſcendentes* comprehendit ſolùm nepotes, prius à Teſtatore nominatos, *vot.14. num.39. p.1.*

A *Deſcendentibus* avelli ex facto heredis non debent Bona antiqua, ac feuda, *vot.15. numer.33. p.1.*

A *Deſcendentibus* ad remotiores tranſverſales translatio ſucceſſionis, maximè in fideicommiſſis, ac primogenituris, repugnat, *vot.15. num.72. p.1.*

In *Deſcendentibus* ex illegitima perſona nullus cognationis gradus adeſt cum Avo, *vot.43. num.36. p.1.*

Deſcendentes à perſona non dilecta, cenſentur excluſi, *vot.3. num.33. p.1.*

Deſcendentes ab eo, qui nec vocatus, nec prælatus fuit, multò minùs vocati, aut prælati ſunt cenſendi, *vot.43. num.46. p.1.*

Deſcendentes filiorum uno, eodemque tempore, quo iſti aderant, ſupereſſe poſſe, inveriſimile admodum eſt, *vot.31. num.14. p.2.*

Omnes *Deſcendentes* in infinitum Linea comprehendit, *vot.31. num.8. p.2.*

Deſcendentes omnes reſpectu ejus, qui tamquam ſtipes deſignatus fuit, de eadem linea dicuntur, *vot.33. num.19. p.2.*

Deſcendens ab authrice lineæ fœmininæ dicitur de linea fœminina, *vot.3. num.7. p.1.*

Deſcendentium per lineam maſculinam vocatio fœminis etiam convenit, *vot.32. numer.54. part.2.*

Deſcendentes cujuſque lineæ ſubſtituti cenſendi ſunt, cum id patitur recti ſermonis ratio, *vot. 10. num.31., & 44. p.1.*

Deſcendentes à Patre, vel Avo Diſponentis dicuntur de linea contentiva proxima, *vot.3. num.9. part.1.*

A *Deſcendentibus* familiæ effectivæ primogenitura extendi debet ad Tranſverſales, alioſque de familia contentiva, *vot.6. n.14. p.1.*

In concurſu cum *Deſcendentibus* lineæ priùs admiſſæ, Subſtituti omnes, præter Aſcendentes, & Deſcendentes, pro extraneis reputantur, *vot.8. n.158. p.1.*

Deſcendentes omnes gravaſſe cenſetur Teſtator, quoties prohibuit quamcumque Bonorum alienationem, cum expreſſo voto ea conſervandi in familia, & Deſcendentibus *vot.14. n.23. part.1.*

Limita in caſu, quo vocationem reſtrixerit ad filium dumtaxat heredis inſtituti, *ibid. n.25.*

Reſtitutionis gravamen favore *Deſcendentium* omnium neceſſariò non inferunt agnationis contemplatio, perpetuitas, ac realitas diſpoſitionis, quoties adſint in aliqua teſtamenti parte, in qua generaliter de omnibus Agnatis mentio facta eſt, *vot.1. n.125. p.1.*

Secus, cum in parte, ubi peculiaris eſt habita illorum favore diſpoſitio, *ibid. numer.126., & 127.*

A vocatione ulteriorum *Deſcendentium* ex filiabus, activè vocatis, non benè infertur ad paſſivum eorumdem gravamen, *vot.34. num.110. part.1.*

Deſcendentium favore gravamen arguit Teſtatoris prædilectio, *vot.1. n.132. p.1.*

Deſcendentium vocatio ordine perpetui fideicommiſſi facta in caſu contraventionis, eodem ordine in caſu obitus facta cenſetur, *vot.24. n.21. part.1.*

In *Deſcendentibus* requiſita legitimitatis qualitas, tacitam reciproci fideicommiſſi repetitionem non inducit, *vot.10. n.47. p.1.*

In *Deſcendentium* vocatione clauſula = *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum* =, intelligenda eſt non inter ſe, ſed reſpectu primorum vocatorum, *vot.10. n.21. p.1.*

Deſcendentium vocatio collectivè facta, ex *Camani theorica in L. cum ita*, non fideicommiſſariam, ſed vulgarem inducere cenſetur, *vot.10. n.9. 12., & 25. p.1.*

Et quando ſecus r *n,57.*

Deſcendentes omnes in conditione poſiti, ſub fideicommiſſo comprehenduntur, *vot.2. num.9. p.1.*

Deſcendentes in conditione poſiti, cenſentur gradatim vocati, & gravati uſque ad ultimum, *vot.2. n.6. p.1.*

Contrarium procedit, quando conſiderata fuit exiſtentia Deſcendentium, & non illorum defectus, & perſeverantia, *ibid. n.7.*

Deſcendentium appellatio utriuſque ſexui communis eſt, *vot. 32. n.22. p.2.*

Deſcendentium appellatione veniunt etiam fœminæ, *vot. 2. n. 48., vot. 14. n.8., & vot.41. n.1. part.1.*

Appellatione Domus, & *Deſcendentium* veniunt Maſculi, & fœminæ, *vot. 14. n.91. p.1.*

Verbum = *Deſcendentes* = abſque expreſſione maſculinitatis, comprehendit etiam fœminas, *vot.25. n.52., & 54. p.1.*

Deſcendentium nomine, ubi deficiat agnationis contemplatio, comprehenduntur etiam fœminæ, à filiabus deſcendentes, *vot. 40. num. 19. part.1.*

Sub *Deſcendentium* nomine fœminas comprehendi, ſuadet præſumpta Teſtatoris conformatio diſpoſitioni juris communis, *vot. 41. num.5. part. 1.*

Deſcendentium appellatione veniunt maſculi ex ex fœminis, etiamſi adjecta fuerit maſculinitatis qualitas, *vot.32. n.23. p.3.*

De-

Deſcendentium nomen, utpotè comprehendens æquè maſculos, ac fœminas, ad ſolos maſculos pridem vocatos referri nequit, *vot. 43. num.* 80. *part.* 1.

Deſcendentium nomine ſoli maſculi vocati cenſentur, ſi patrium adſit Statutum, excludens fœminas propter maſculos, *vot. 41. n. 3. p. 1.*

Deſcendentium nomine fœminas comprehendi, etiamſi adſit Statutum fœminas excludens, dixit *Marta*, *vot. 41. n. 29 p. 1.*

Deſcendentes per lineam fœmininam heredum inſtitutorum cenſentur vocati excluſivè, quando conſtat de fideicommiſſi reſtrictione, *vot. 3. nu.* 40. *part.* 1.

Deſcendentium Teſtatoris nomine licèt nepos ex filia venire poſſe dicatur, non tamen veniunt ulteriores ipſius Deſcendentes, *vot. 43. nu.* 41. *part.* 1.

Deſcendentium ſuorum nomine à Teſtatore vocati cenſeri nequeunt deſcendentes ex filia, ab ipſo excluſa, *vot. 43. n. 42. p. 1.*

Deſcendentium ſuorum nomine Teſtator, nullos habens Deſcendentes, cenſeri debet nepotes ex filia, licèt excluſa, vocare intellexiſſe, *vot. 43. n. 52. p. 1.*

Et quando ſecus? *n. 53. & ſeq.*, & vid. *n.* 87.

Deſcendentes ex filia Teſtatoris non veniunt ſub iſtius Deſcendentium nomine, quando ab eo agnatio contemplata fuit, *vot. 13. n. 96. p. 1*

Deſcendentes namque ex filia, agnati dici nequeunt, *ibid.*

Præſertim, ſi deſcendant à filia illegitima, *ibid. num.* 97.

Deſcendentes ex filia eò magis admiſiſſe Teſtator cenſendus eſt, ſi viros filiarum ex filia in ſubſidium admiſit, *vot. 45. n. 43., & 44. p. 1.*

Deſcendentes legitimi ex filia ſpuria ſub nomine nepotum, ac pronepotum non comprehenduntur, quia non habent ſtipitem, nec faciunt lineam, *vot. 43. n. 38. p. 1.*

Deſcendentes ex filia etiam legitima, in ſententia aliquorum, dici non poſſunt Deſcendentes Avi materni, *vot. 43. n. 39. p. 1.*

Communiter autem illorum opinio recepta eſt, quum de pronepote agitur, aut ulteriori Deſcendente, *ibid. n.* 40.

Deſcendentes ex fœminis poſſunt artificialem agnationem conſervare, *vot. 3. n. 2. p. 1.*

In *Deſcendentibus* ex fœminis agnatio, nonniſi fictè, & artificialiter conſervari poteſt, *vot. 32. n. 42. p. 2.*

Deſcendens ex unica fœmina, præfertur ei, qui ex duplici procedit medio fœminino, *vot. 25. n. 45. p. 1.* Limita ut *n.* 45.

In ulterioribus *Deſcendentibus* fœminarum, non, ſicut in filiis primi gradus, urget honeſtatis ratio, *vot. 8. n. 85. p. 1.*

Deſcendentium favore diſponens fœmina, cenſetur contemplaſſe non agnationem, ſed ſolam rationem ſanguinis, *vot. 19. n. 72. p. 1.*

Procedit, licèt Maſculos prædilexerit, quoties fœminas in eorum defectu, ac Locum pium ſubſtituerit, *ibid.*

Deſcendentes ex fratre Teſtatoris, de ipſius familia dicuntur, *vot. 43. n. 93. p. 1.*

Deſcendentibus propriis carens Teſtator, cenſetur, eorum nomine contemplaſſe Deſcendentes fratris, heredis inſtituti, *vot. 43. n. 19. p. 1.*

Deſcendentibus propriis carentes Teſtatores, illos fratrum, veluti ſuos, ſolent diligere, *vot. 43. n. 20. & 89. p. 1.*

Deſcendentium ſuorum nomine contemplans Teſtator Deſcendentes fratris, ſuos hos facit, vel pares illis, *vot. 43. num. 64. p. 1.*

Deſcendentium ſuorum nomine fuiſſe à Teſtatore appellatos Deſcendentes fratris, id vel amori ergà iſtos, vel errori, ac imperitiæ ipſius Teſtatoris, aut Notarii tribuendum eſt, *vot. 43 n. 89. p. 1.*

Major in *Deſcendentibus*, quàm in Tranſverſalibus affectio cadit, *vot. 37 n. 71. p. 1.*

Nonniſi de veris Teſtatoris *Deſcendentibus* intelligi poſſunt verba = *e Deſcendenti miei ſolamente* =, relativè ad Teſtatorem prolata, *vot. 43. n. 2. p. 1.*

Nec ad Tranſverſales referri poſſunt, *ibid. n.* 3.

Deſcendentium appellatione, adjecto etiam nomine poſſeſſivo = *miei* =, Tranſverſales vocati cenſentur à Teſtatore, Deſcendentes non habente, *vot. 43. n. 31. & n. 87. p. 1.*

Deſcendentium nomen ſolet adjici ad differentiam, & diſtinctionem Collateralium, *vot. 43. n 29. p. 1.*

Deſcendentium favore conſtitutum fideicommiſſum dicitur, licèt, illis deficientibus, Tranſverſales ſubſtituti fuerint, *vot. 7. n. 76. p. 1.*

Nomine = *Deſcendentium de Caſata, & agnatione* = propriè non veniunt Agnati tranſverſales, *vot. 42. n. 28. p. 1.*

Deſcendentium maſculorum nomine Fœmina venire nequit, *vot. 25. n. 48 p. 2.*

Deſcendentium maſculorum nomine ſuccedi nequit, niſi ex utrâque inſimul qualitate, deſcendentiæ ſcilicet, & maſculinitatis, *ibid. n.* 49

Deſcendentium maſculorum nomine veniunt maſculi etiam ex fœminis, *vot. 1. n. 3., & 144., vot. 25 n. 4., & 95., vot. 28. n. 1., vot. 4. n. 30., & vot. 42. n. 27. p. 1.*

Niſi per verba expreſſa, aut expreſſis æquipollentia fuerint excluſi, *d. vot. 25. n. 2.*

Vel eorum excluſio ex argumentis, & conjecturis valeat deſumi, *d. vot. 25. n. 3.*

Principalis concluſio procedit, ſivè procedant per unicum, ſivè per duplex medium fœminarum, *d. vot. 28. num. 2., & vot. 41. n. 31. ead. part. 1.*

Fulgoſii conſil. 85., quod tàm maſculi ex maſculis, quàm maſculi ex fœminis ſub nomine *Deſcendentium maſculorum* comprehendantur, vim regulæ obtinuit apud Doctores, & Tribunalia, *vot. 25. n. 5. p. 1.*

Deſcendentium maſculorum nomine æquè maſculi ex maſculis, ac maſculi ex fœminis dici debent comprehenſi, ſivè paris, ſive imparis gradus exiſtant, *vot. 25. n. 95. p. 1.*

Deſcendentium maſculorum nomine, ut comprehenſi

henſi cenſeantur maſculi ex fœminis, non attenditur, unum nè an duplex medium fœminarum intercedat, *vot. 25. n.45. p.1.*

Deſcendentium maſculorum nomine maſculi ex fœminis, licèt excluſis, ad fideicommiſſum veniunt, *vot.25. n.57.*, *&* *58. p.1.*

Scilicèt non ex perſona matris, ſed ex propria ipſorum vocatione, *ibidem*, *& num.96.*, *& 98.*

Deſcendentium maſculorum appellatione, niſi ſubjecta materia aliter ſuadeat, veniunt tàm maſculi ex maſculis, quàm maſculi ex fœminis, *vot.22. n.1. p.1.*

Horum autem comprehenſio faciliùs admittitur, cum verba adſunt, maſculos, & fœminas complectentia, *ibid. n.2.*

Procedit maximè, cum res agitur non in concurſu cum maſculis ex maſculis, ſed in ſubſidium, *dict. vot. 22. num.3.*, *& vot. 25. num.6. part.1.*

Et cum de fideicommiſſo non Tranſverſalis, ſed Aſcendentis, *d. vot. 22. n. 4.*, *& 5. & vot. 25. n. 7.*, *& 10. p.1.*

Quo caſu pro eorum non comprehenſione evidentia requiruntur argumenta, *dict. vot. 25. num. 11.*

Deſcendentium maſculorum nomine, quando ex mente Teſtatoris cenſeri debeant in ſubſidium vocati maſculi ex Fæminis? *vot. 25. n. 28.29. ad 37. p. 1.*

Deſcendentium maſculorum appellatione non veniunt maſculi ex fœminis, quando agnatio eſt contemplata, *vot. 42. n. 46. p.1.*

Nec locus eſt Conſilio *Fulgoſii* 85., *ibid.*

In primis *Deſcendentibus agnatis maſculis* præcipuè agnatio conſervari poteſt, *vot. 26. nu. 20. part.1.*

Nomine *Deſcendentium maſculorum* ad primogenituram veniunt maſculi ex linea, nedum Primogeniti, ſed aliorum etiam de familia, *vot.6. num. 19.*, *& 28. p. 1.*

Deſcendentium maſculorum, & fœminarum vocatio, facta relativè ad Teſtatorem, intelligenda eſt de Deſcendentibus ejus filiæ, priùs, & poſtea vocatis, *vot. 43. n. 81. p.1.*

Non fratris heredis inſtituti, cujus Maſculi dumtaxat, & quidem primi gradus, vocati fuerint, *ibidem n.* 82, ratio *n. 83.*

Deſcendentium maſculorum vocationem, in ſuperiori teſtamenti parte factam, non immutant verbum *Familia*, necnon verbum *Deſcendentes*, abſque maſculinitatis expreſſione, adhibita in inferiori parte, *vot. 25 n. 50.*, *& 53. p.1.*

Et ad ſummum favore fœminarum effectum operari poſſunt, deficientibus omnibus omnino Maſculis, *ibid. n. 55.*

Præcedentem *Deſcendentium* omnium *maſculorum* vocationem non reſtringit *Lineæ maſculinæ* ſubſequens appellatio, *vot.39. n.40. p.1.*

Quando præſertim adeſt, non in parte diſpoſitiva, ſed in prohibitiva, & conditionali, *ibid. nu.41.*

Deſcendentium lineæ maſculinæ appellatione comprehenduntur etiam fœminæ ex maſculis, *vot. 11. nu.1.*, *& 52. p.1.*

Niſi certò conſtet de contraria Teſtatoris voluntate, *ibid. nu.6.*

Appellatione *Deſcendentium ex linea maſculina* fœminæ non comprehenduntur, quoties agnatio contemplata fuerit, *vot. 11. numer. 42. part.1.*

Tunc enim veniunt maſculi dumtaxat ex maſculis, *ibid.*

Excluſis quoque maſculis ex fœminis, *ibidem num.44.*

Procedit, licèt vocati ſint Deſcendentes, & proximiores de familia, *ibid. nu.43.*

Vocatio *Deſcendentium ex linea illegitima* Maſculos ex fœminis comprehenſos arguit ſub nomine Deſcendentium maſculorum, *vot.42. nu.38. part.1.*

Deſcendentes maſculorum illegitimos præferri fœminarum legitimis, eſſet abſurdum, *vot. 42. nu. 39. p.1.*

Deſcendentium maſculorum ex ulterioribus Subſtitutis facta mentio in caſu delicti, illorum vocationem infert, *vot.45. num.37. p.1.*

Vocatis *Deſcendentibus omnibus maſculis lineæ effectivæ, ac tranſverſalis proximæ, & remotæ*, adeſſe dicitur digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, *vot.7. num.55. p.1.*

Eoque concurrente, fideicommiſſum cenſetur repetitum inter omnes gradatim vocatos, *ibid. num. 56.*, ratio *nu. ſeq.*

Vid. *Fideicommiſſum*, *filius*, *Teſtator*.

DESCENDENTIA.

Deſcendentiæ nomen porrigitur in infinitos gradus, *vot.22. num. 26. p. 1.*, *& vot. 31. num. 54. part.2.*

Et fideicommiſſariam importat, *dict. vot.22. eod. num.26.*

Deſcendentiæ nomen maſculos ex fœminis complectitur, *vot.42. num.29. p.1.*

De *Deſcendentia* Avi dicuntur, & ſunt nepotes ex fœminis, *vot.42. nu.30. p.1.*

Deſcendentiæ Teſtatoris favore faciliùs perpetuum fideicommiſſum inductum præſumitur, *vot.24. num.4. p.1.*

Deſcendentiæ alicujus vocatio, ſi de *effectiva* verificari nequeat, intelligitur de *contentiva*, *vot. 43. num.21. p.1.*

Vocata ultimâ *deſcendentiâ*, ſpes ſuccedendi non aliis prodeſſe poteſt, quàm, qui ex omnibus ſuperſtes erit, *vot.31. num.53. p.2.*

Deſcendentiæ, ac *Deſcendentium* nomen quoties nomini *agnationis* adjectum fuerit, excluditur agnationis contemplatio, *vot. 42. num. 34. part.1.*

Procedit, licèt ſæpiùs mentio agnationis facta ſit, *ibid.*

Deſcendentiæ nomen Teſtator non adhibuiſſet, ſi de filiis filiorum ſenſiſſet, ſed faciliùs expreſſiſſet filios filiorum, *vot.31. nu.16. p.2.*

Deſcendentiæ nomine ſenſiſſe de filiorum filiis cen-

cenſendus non eſt Teſtator, primogenituram, inſtituens in *deſcendentia* filiorum, quæ ſupereſſet, *vot.31. nn.15. p.2.*

Deſcendentia maſculina, ac *fæmininæ* homen, diſcretive à Teſtatore acceptum, diverſam illius voluntatem arguit, *vot.42. num.44. p.1.*

Deſcendentia ſua nomine faciliùs illa fratris, eumdem Patrem habentis, contemplata à Teſtatore cenſetur, *vot.43. nn.63. p.1.*

Sub nomine *deſcendentiæ*, ac *lineæ filiorum maſculorum* Maſculi etiam ex fœminis comprehenduntur, *vot.22. nn.37. p.1.*

Deſcendentiæ, *&* *familiæ* nomine Teſtator illam ſui fratris heredis inſtituti, non verò filiæ, ab ipſo excluſæ, contemplatile cenſendus eſt, *vot. 43. num.61. p.1.*

Quod maxime procedit de Teſtatore nullam habeate familiam effectivam, aut legitimam deſcendentiam, *ibid. nn.62.*

Deſcendentiæ, lineæ, *&* *familiæ* nomine Teſtator impropriè uſus in una teſtamenti parte, cenſetur, & in aliis, *vot.43. num.92. p.1.*

Sicque appellatione *ſuorum Deſcendentium* in aliis partibus intellexiſſe Deſcendeotes fratris, *ibid. nn.93.*

In probatione *deſcendentiæ* Hiſtoricis fides adhibentur, *vot.20. num.33. p.2.*

Cum præſertim alia concurrunt adminicula, *ibid. num.34.*

Et maximè, ſi in omnibus veraces comperti ſint, *ibid. num.35., & 39.*

Eq. *Cæſar Magalottus* genealogicam conſcripſit hiſtoriam Familiarum Romanarum, ac totius etiam ſtatus Eccleſiaſtici, *vot.20. num.32. p.2.*

Deſcendentia in familiis nobilibus habetur pro notoria, *vot.20. num.36. p.2.*

Ad probandam *deſcendentiam*, in antiquis, leviores admittuntur probationes, *ibid. nn. 37.*

Deſcendentiam publica ioſtrumenta probant, *ibid. num.38.*

Ad eam probandam plurimùm defertur Magiſtratus, vel Communitatis atteſtationi, *dict. vot. 20. nn.40. p.2.*

Deſcendentia, atque identitas familiæ probatur ex agnitionibus, & tractatibus habitis, tamquam inter conſanguineos, *dict. vot. 20. numer. 42. part.2.*

Probatur itidem Teſtium depoſitionibus, *ibidem num.43.*

Deſcendentia, ac familiæ identitas probatur ex cognominis, & armorum conformitate, *vot.20. nn.44. p.2.*

Deſcendentiæ probatio per gradus diſtinctos, ac ſeparatos facienda eſt, *vot.20. num.45. p.2.*

Deſcendentiæ probatio quoad omnes gradus non requiritur, quando Agnatus non concurrit cum alio Agnato, ſe proximiorem contendente, ſed cum Cognato, *vot.20. nn.45. p.2.*

Tunc enim ſat eſt, illum ſeſe probaſſe agnatum de familia vocata, *ibidem*.

Deſcendentiæ, atque identitatis familiæ probatio, in uno gradu deficiens, in totum dicitur corruere, *vot.20. nn.49. p.2.*

DESCRIPTIO,

Deſcriptio facta aliorum Bonorum, & non etiam fideicommiſſariorum, non officit præcedenti diſpoſitioni factæ de eiſdem fideicommiſſariis Bonis, *vot.29. num.72. p.2.*

Stante præſertim Teſtatoris declaratione, ſe deſcriptionem ejuſmodi confeciſſe ſolùm ad tollendas ambiguitates, atque ad ſeparanda à Bonis adquiſitis ipſamet fideicommiſſaria Bona, *ibid. nn.73.*

Deſcriptio jurium, & creditorum relativè ad certam legalem aliquam ſcripturam facta, ad inventarii validitatem ſufficit, *vot. 18. num. 106. part.2.*

Servatur id, etiam de Stylo Curiæ, *ibidem*.

Vid. *Inventarium*, *Jura*, *Mobilia*.

DETERMINATIO.

Unica *Determinatio* reſpiciens plura determinabilia, æqualiter omnia determinat, *vot.1. nn.40., & vot.35. nn.9. p.1., & vot.30. nn.13. p.2.*

Maximè, ſi facta in eadem diſpoſitione, *dict. vot.1. nn.41.*

DETRACTIO.

Detractionum jus ad heredes primorum heredum tranſmittitur, *vot.6. nn.68. p.2.*

Detractionibus nondum plenè factis, reſtitutioni fideicommiſſi, atque immiſſioni locus eſſe nequit, *vot.18. num.67. p.2.*

Detractionum ab herede faciendarum ſola poſſibilitas ſufficit, ut immiſſio Subſtituto denegetur, *vot.18. num.166. p.2.*

Præſertim, quando res eſt cum Subſtituto agente vigore contraventionis, & caducitatis, ab herede incurſæ, *ibid. num.167.*

Detractiones ex fideicommiſſo ſunt faciendæ, antequam illud reſtituatur, *vot.6. num.64., & 71. part.2.*

Nec ſufficit, reſervari jus detractionum, *ibid. num.65.*

Detractio dotis impedit Fideicommiſſario immiſſionem, *vot.6. num.66. p.2.*

Etiamſi offeratur cautio pro dotis detractione, *ibid. nn.67.*

Detractiones turbidæ nec retentionis titulum, nec immiſſioni obſtaculum præbent, *vot. 6. nn.86., & 114. part.2.*

Detractiones turbidæ, & illiquidæ dicuntur, quoties inventarium non ſit confectum, nec reddita ratio hereditarii ſtatus, *vot. 6. num. 85. 88., & 113.*

Detractiones, etiam confecto inventario, donec ratio reddita fuerit, turbidæ dicuntur, *vot. 6. nn.115. p.2.*

Detractiones impedit actionum confuſio, *vot.6. nn. 91. part.2.*

Maximè, ſi creditum illiqoidum dici poſſit redditum ex fructibus perceptis, *ibid. nn.92.*

Detractiones non ſolùm quantitativas, & accidentales, ſed etiam legales, & quotitativas prohibet actionum confuſio, *vot.6. num.97. p.2.*

Detractiones heredi competentes non impedit inventarii omiſſio, *vot.6. num.79. p.2.*

Detractiones legales, & quotitativas non adimit in-

inventarii omiſſio ; niſi concurrant iogentes alienationes, *vot.6. nu.69.70.*, *&* *94. p.2.*

Intellige, datâ probatione ſtatus hereditarii Fideicommittentis, *ibid. num. 95.*, *&* 112.

Detractiones ut ſalvæ ſint, non requiritur formale inventarium, quaodo agitur cum Fideicommiſſario univerſali, non cum Creditoribus, aut Legatariis, *vot.6. num.89. p.2.*

Pro *detractionibus* quantitativis datâ probatione ſtatus hereditarii, ſolet *Sacra Rota* corpus aliquod hereditarium reſervare, & in reliquis immiſſionem Fideicommiſſario decernere, *vot. 6. nu.93. p.2.*

Detractiones quantitativæ, ad differentiam legalium, per quotas diſtribui nequeunt, *vot.* 18. *num.70. part.* 2.

Detractiones ex aliis Bonis facere, ac mobilibus uti, heres, poteſt, *vot.6. nu.111. p.2.*

Detractionis cujuſcumque prohibitio facta ex cauſa agnationis conſervandæ, ceſſat in filiis maſculis fœminarum, *vot.34. numer.98.*, *&* 100. *part.1.*

Detractionum prohibitio conjecturam perpetui fideicommiſſi præbet, *vot.10. nu. 87.*, *& vot.24. num.25. p.1.*

Detractionis cujuſcumque prohibitio, gravamen reſtitutionis infert, *vot. 34. numer.* 14., *&* 98. *part.1.*

Detractionis Legitimæ, ac trebellianicæ prohibitio in vocatione alicujus fœminarum, vocationem arguit ulteriorum etiam fœminarum, ab illo deſcendeotium, *vot.40. num.58. p.1.*

Detractionis cujuſcumque prohibitio ſufficiens conjectura non eſt comprehenſionis nepotum ſub filiorum nomioe, *vot.34. nu.100. p. 1.*

Pro inducenda *detractionum* conſumptione mobilia computari, aliqui negant, *vot.6. nu. 106. part.2.*

DICTIO.

Dictio disjunctiva in uno tantùm verificari petit, *vot.10.nu.14.p.1.*

Dictio indefinita æquipollet univerſali, *vot.10. nu. 40. p.1.*

Dictiones indefinitæ, atque uuiverſales pluralitatem, ac diverſitatem temporum, & caſuum includunt, *vot. 13. num. 22. p.1.*

Dictiones perpetuitatem denotantes, pro inducendo perpetuo fideicommiſſo plurimùm valent, *vot. 6. num.24. p.2.*

Prout verba = *remaneant* =, & *conſerventur* =, *ibid. num.25.*

Dictiones relativæ ; quando realis, & perpetua eſt alienationis prohibitio, eam ad perſonas expreſſas non reſtringunt, *vot. 40. numer. 50. part.1.*

Dictiones relativæ ad perſonas nominatas in fideicommiſſo ordinato in caſu obitus, prohibitionem alienationis, nec non rationem conſervationis Bonorum alligant iiſdem perſonis, & conditiouibus, ſub quibus idem fideicommiſſum ordinatum fuit, *vot.14. nu.36.p.1.*

Dictiones reſtrictivæ non impediunt, quin ſubſtitutio ad alterum caſum extendatur, quoties Teſtatoris voluntas id ſuadeat, *vot.36. nu.66 part.1.*

Dictiones univerſales pugnant contra *Oldradi* conſilium 21., *dict. vot.13. num.21.*

Dictio = *aliorum* = perſonas connotat diverſas, *vot. 9. nu.56. p.2.*

Dictio = *aliis* = oota ſimilitudinis dicitur, *vot. 4. num.35. p.1.*

Includit tamen diverſa ab expreſſis, *vot.4. nu.36. part.1.*

Dictio = *eadem* = relativa eſt ſubſtantiæ, & identitatis, *vot.3. nu.22. p.1.*

Dictio = *e ciò* = finem principalem actus oſtendit, *vot.31. nu.6. p.1.*

Dictio = *&* = ampliativa eſt, *vot.7. num.29. p.2.*

Dictio = *&* = plerumque dicitur novæ orationis inceptiva, *vot.28. nu.64. p.2.*

Et ſuâpte naturâ ponitur inter diverſa, *ibidem num.65.*

Vid. *copùla*, *particula*.

Dictio = *ipſius* = relativa, ac repetitiva eſt, *vot. 3. num.22. part.1.* Eſt itidem perſonaliſſima, *ibid.*

Et ad ſolos deſcendentes ex linea, herede inſtituta, vocationem reſtringit, *ibid.*

Dictio = *detta* = maſculinitatis qualitatem repetit, *vot.32. nu.57. p.2.*

Dictio = *detti* = perſonalis eſt, *vot. 15. num. 8. p.1.*

Et filiorum nomen taxativè reſtringit ad filios primi gradus, *ibid.*

Dictio = *detti* = adjecta poſt maſculos utriuſque lineæ ſubſtitutos, nequit intra maſculos unius tantùm lineæ reſtriogi, *vot.30. nu.75. p.1.*

Dictio = *prædicti* = io vocatione maſculorum ex filiabus Teſtatoris, eam reſtringit ad maſculos ex fęminis, ab ipſo immediate natis, *vot. 34. num.79. p.1.*

Hinc autem ad maſculos, immediatè ex fœminis natos, reſtricta cenſenda eſt poſterior vocatio maſculorum ex fœminis, *ibid.*

Præſertim, ſi agatur ſolùm de excludendo paſſivo eorum gravamine, *ibid. num.80.*

Quo caſu dictio illa *prædicti* operatur reſtrictionem ejuſdem gravaminis ad perſonas præcisè deſignatas, *ibid. nu.81.*

Dictio = *in infinitum* = ſtatim adjecta poſt verbum = *inſtituit* =, perſonas omnes, quotquot ex linea heredis inſtituti prodire poſſint, reſpicit, *vot. 35. nu.8. p.1.*

Dictio = *in infinitum* = adjecta ſubſtitutioni naſciturorum ex filiis Teſtatoris, tractum temporis ſucceſſivum importat, *vot.37. nu.17. p.1.*

Dictiones = *in infinitum*, & = *perpetuò* = temporis perpetuitatem, infinitatemque ſignificant, *vot. 14. nu.40.*, *& vot.25. nu.33. p.1.*

Dictio = *in infinitum* includit pluralitatem, atque diverſitatem temporum, & caſuum ; vocationem extendit, & fideicommiſſum prorogat, efficitque, ut fideicommiſſa temporaria, fiant perpetua, & porrigantur ad ulteriores Deſcendentes in infinitum, *vot.35. nu.7. p.1.*

Dictio = *in infinitum* = reſtringi nullo pacto poteſt ad ſolos filios, immediatè à Teſtatore nominatos, *vot.35. nu.6. p.1.*

Dictio = in infinitum =, nec non alia = *in perpetuum* =, ac itidem alia = *ſemper* = important perpetuam fideicommiſſi reſtitutionem inter omnes vocatos, *vot.1. num.88.89.90., & 117. part.1.*
Dictio = niuna =, latinè = *nulla* =, eſt univerſalis negativa, omnes comprehendens, *vot. 7. num. 34.p.2.*
Dictiones = perpetuò =, & *in infinitum* = nequeunt inducere fideicommiſſum inter perſonas non vocatas, *vot.3. nu.38. p.1.*
Dictio = però =, latinè = *tamen* = importat conditionem, *vot.14. num.13. p.2.*
Dictio = pienamente = generalem liberationem præſefert, *vot.25. num.54., & 62. p.2.*
Idem *dictio = il tutto = ibid. numer. 55., & dict. num. 62.*
Dictio = Poi = omne intervallum excludit, *vot.30. num.18.p.2.*
Dictio = Poi = in oratione illa = *a voler poi reſtituire* (nempe hereditatem) ad ſummum importare valet moderatum aliquod tempus ab aditione ad traditionem, *vot.30. num. 19.p.2.*
Dictio = quandocumque = univerſalis eſt, complectens quodcumque tempus, *vot.37. numer.59. part.1.*
Dictio = quandocumque = tractum ſucceſſivum ſecumfert, *vot.16. nu.9., & vot.29. n.9. p.1.*
Procedit, licet etiam deſint dictiones = *in perpetuum = in infinitum* =, & ſimilia, *ibid.*
Dictio = quandocumque = excludit vulgarem: & compendioſam, ſeù fideicommiſſariam continet, *ibid.*
Intellige, *ut nu.47.*
Dictio = quandocumque = perpetui fideicommiſſi conjecturam præbet, *vot.16.nu.9. p.1.*
Dictio = quandocumque = operatur, ut nomine *Liberorum* comprehendantur omnes filiorum Deſcendentes, *vot.29. num.10. p.1.*
Per *dictionem = quia* = expreſſa ratio conſervandi Bona in familia, oſtendit, hanc fuiſſe cauſſam finalem ordinandi fideicommiſſi, *vot.6. nu.34. part.2.*
Dictio = quibuſcumque = immutat naturam feudi, *vot.1. nu.76.p.2.*
Atque inhabilitatem aufert à deſcendente ex fœmina, *ibid.*
Dictio = quoad = demonſtrativè adhibita, ſuperflua non remanet, *vot.17. nu.56. p.1.*
Et quando demonſtrativè potius, quàm taxativè ſtare cenſenda ſit? *ibid. num.57. 58. & ſeq.*
Dictionis = quoad = effectus reſtringitur ad perſonas dumtaxat, ſub ea expreſſas, *vot. 17. numer.42. part.1.*
Dictio = quoad = ſubſequentem diſpoſitionis partem, cui juncta eſt, reſtringit ad perſonas dumtaxat, in ea expreſſas, *vot.17. num.69. p.1.*
Dictio = ſemper = ſuâptè naturâ quemcumque caſum, & tempus includit, *vot.1. numer.23. p.1.*
Dictiones = ſemper =, perpetuò =, aliæque ejuſmodi rectè congruunt perſonalitati, ac temporarietati diſpoſitionis, *vot. 42. num. 22., & 23. p. 1.*
Dictio = ſic = repetitiva cenſetur qualitatis, ab initio expreſſæ, *vot.13. nu.21. p.2.*
Dictio = ſolamente = taxativa eſt, *vot.31. numer. 16. part.1.*
Dictio = s' intenda ſolamente = vim habet privandi, ac ita includendi expreſſa, ut reliqua omnia excludat, *vot.28. nu.47. p.2.*
Dictio = ut ſupra = repetitiva eſt, *vot.40. num. 43. part.1.*
Dictiones = tàm = & *quàm* = æquiparationem, & ſimilitudinem qualitatis præſeferunt, *vot.26. nu. 39. p.2.*
Dictio = in tal caſo = reſtrictiva eſt, ac denotat extremitatem temporis, *vot.30. nu.77. p.1.*
Ut, ſi adjiciatur morti plurium, locum non habeat diſpoſitio, niſi mors omnium verificetur, *ibidem*.
Dictio = tunc = connotat certum temporis extremum, *vot.36. nu.16. p.1.*
Et conditionem ſuperviventiæ alligat huic tempori, *ibid. num.17. & 61.*
Dictiones = tunc, & eo caſu = non patiuntur extenſionem ad aliud tempus, & ad caſum obitus cum filiis, *vot.6. num.8., & 29. p.2.*
Dictio = tunc = reſtringit tempus ſuccedendi, non autem perſonas ſucceſſuras, vel expreſsè, vel tacitè vocatas, *vot.36. num.62. p.1.*
Dictiones = tunc, & eo caſu = reſtringunt ſubſtitutionem ad caſum: *ſi ſinè liberis*, *vot. 7. num. 5. part.1.*
Fortiùs, ſi geminatæ ſint, *ibid. nu. 6.*
Dictiones = tunc & eo caſu = operantur, ut ſubſtitutio facta ſub conditione: *ſi ſinè filiis*, deficiat eo ipſo momento, quo, Inſtitutus, ſinè filiis decedat, *vot.6. nu.9. p.2.*
Dictiones taxativæ = *tunc* =, *tantùm* = pro *Conſilio Oldradi* conſiderari ſolent, *vot. 13. numer.20. part.1.*
Dictio = tunc, & eo caſu = niſi conjuncta ſit, cum aliis dictionibus taxativis, demonſtrativa dicitur, *vot.6. nu.42.p.2.*
Dictio = tunc =, vel ſimilis, adjecta ſubſtitutioni, conceptæ indefinitis verbis, quodcumque tempus, & caſum comprehendentibus, non reſtrictiva, ſed declarativa eſt, *vot. 36. num.63. part.1.*
Etiamſi eſſet geminata, *ibid. num.64.*
Excipe, niſi aliæ dictiones adſint, coercentes ſubſtitutionem ad unum caſum, *ibid. num.65.*
Dictio = tunc, & eo caſu = non impedit ſubſtitutionis extenſionem, quando Teſtator Bona in familia conſervari voluit, *vot.6. num.46. p.2.*
Dictio = tunc, & eo caſu = ſubſtantiam voluntatis Defuncti immutare non valet, *vot.6. numer.44. part.2.*
Dictio = il tutto = totum comprehendit, nihilque excludit, *vot.25. nu.55., & 62. p.2.*
Dictio = vel = in ultimis voluntatibus generaliter pro = *&* = accipitur, *vot.10. num.109. p.1.*
Intellige, ut, inter quos conſideratur ordo charitatis, vocatio intelligatur non ſimultaneè, ſed ſucceſſivè, *ibid. num.110.*
Dictio diſiunctiva = *vel* = in conjunctivam nequit reſolvi, *vot.10. num.15. p.1.*
Dictio = vel = reſolvitur in copulativam, quando in

in ſubſtitutionum ordine apparet contemplata agnatio, *vot.10. nu.108.p.1.*

Dictio = vel = quod perpetuitatem fideicommiſſi, fundatam in voluntate Teſtatoris, excludere valeat, abſurdum eſt, *vot. 10. num.111.p.1.*

Per *dictionem* diſiunctivam = *vel* = facta ſubſtitutio deſcenſivum fideicommiſſum excludit, *vot. 10. num. 13.p. 1.*

Eademque ſubſtitutio vulgaris intelligitur, *ibid. num.14.*, & quando ſecus? *num.108.*

Dictiones = uti =, & = *tamquam* =, nec non clauſulæ = *dictis modis*, *&* *nominibus* = heredis nomen *taxativè*, non *demonſtrativè* adhibitum demonſtrant, *vot.24. num.28. p.2.*

Si præſertim, per modum cauſſæ, adjectæ legantur actibus, qui citra jus, & nomen heredis fieri non poſſent, *ibid. nu.29.*

Dictio = uſque = de ſui natura reſtringit, & limitat, nullamque admittit extenſionem, etiam ex identitate rationis, *vot.2. num.21.p.2.*

Vid. *Clauſula*.

DICTUM.

Plus *dictum*, quàm ſcriptum, Deſcendentium favore, cenſendum eſt, *vot.6. num.26.p.1.*

Plus *dictum*, quàm ſcriptum Lex præſumit, ut in conditione poſiti filii cenſeantur, *vot.19. nu.10. part.1.*

Præſumptio tamen hæc nequit admitti, quoties conſtet, eos fuiſſe conſultò à Teſtatore omiſſos, *ibidem*.

Plus *dictum*, quàm ſcriptum cenſetur, ubi finalis cauſſa generalior dicto eſt, *vot. 30. num. 37. part.1.*

Plus *dictum*, & minùs ſcriptum præſumunt Leges, ut veriſimilem Teſtatoris voluntatem juvent, *vot.19. num.37. p.1.*

DIES.

Non in *diem*, nec ſub conditione, injuncta hereditatis reſtitutio, ſtatim facienda eſt, *vot. 30. num.7. p.2.*

Si quæ ſinè *die*, vel conditione in teſtamentis adſcribuntur, à die hereditatis aditæ præſtari debent, *vot.30.nu.8.p.2.*

Sinè *die*, vel conditione relicta Legata, præſentia ſunt, *vot.30. nu.9.p.2.*

Dies quoties non adponitur in obligationibus, & contractibus, præſenti die pecunia debetur, *vot.30. num.11.p.2.*

In *diem*, vel ſub conditione reſtituere rogatus heres extraneus, fructibus perceptis trebellianicam conſumit, atque falcidiam, *vot.30.nu. 25.p.2. Vid. hereditas*.

DIGRESSUS.

Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus tractum temporis ſucceſſivum præſefert, *vot.10. nu.80. part.1.*

Pro *digreſſu* ad plures gradus ſubſtitutionum tres dumtaxat ſufficiunt gradus, *vot. 16. numer. 5. part.1.*

Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus adeſſe dicitur, quando vocati ſunt omnes Deſcendentes maſculi lineæ effectivæ, ac tranſverſalis proximæ, & remotæ, *vot. 7. num.55.p.1.*

Digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum ſatis reſultat ex vocatione primùm fœminarum, earumque filiorum; in defectu Maſculorum omnium, deindeque filiarum ipſius Teſtatoris, *vot.30.nu.63.p.1.*

Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus indicat, Teſtatorem plures reſpexiſſe perſonas, inæqualiter dilectas, *vot.37. num.79. p.1.*

Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, nonniſi in diverſis caſibus, & gradibus inducitur, *vot. 21. num.32. p.1.*

Siquidem non tantùm heredi, ſed ejus etiam filiis ſubſtitutus dandus eſt, *ibid.*

Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus deficit in pluralitate ſubſtitutionum, quæ ab una tantùm conditione pendeant, *vot.21. num.28.*, *&* *31. part.1.*

Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus deeſſe dicitur, quoties ſubſtitutiones omnes pendent à primi heredis admiſſione, *vot. 7. num.58.*, *&* *vot.16.nu.35.p.2.*

Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus conjecturam præbet vocationis filiorum in conditione poſitorum, *vot.13.nu.31. p.1.*

Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus unâ cum agnationis contemplatione, præcipua conjectura eſt pro inducendo fideicommiſſo inter filios in conditione poſitos, *vot.13. nu. 42. p.1.*

Opus tamen non eſt, utramque ſimul conjecturam adeſſe, *ibid. num.43.*

Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus inducere quidem poteſt paſſivum gravamen in filiis filiarum vocatarum, at non iccirco illorum excluſionem poterit inducere, *vot. 19. numer.77 part.1.*

Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus in vocatione alicujus fœminarum, comprehenſas arguit etiam neptes, aliaſque ulteriores deſcendentes fœminas, *vot.40. num.59. p.1.*

Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus argumentum præbet comprehenſionis nepotum ſub filiorum nomine, *vot.37. nu.29.*, *&* *vot.45. nu. 49. part.1.*

Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, atque agnationis contemplatio ſi deficiant, nepotes non veniunt ſub filiorum nomine, *vot. 34. nu. 87.p.1.*

Ex *digreſſu* ad plures ſubſtitutionum gradus agnatitium fideicommiſſum reſultat, *vot. 9. nu.119. part.1.*

Ex *digreſſu* ad plures ſubſtitutionum gradus tranſmiſſibile fideicommiſſum arguitur, *vot.37. nu. 80.p.1.*

Immò ſufficit digreſſus ad unum dumtaxat gradum, *ibid.nu.82.*

Procedit, etiam in Tranſverſalibus, *ibidem num.82.*

Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, perpetui fideicommiſſi conjecturam præbet, *vot. 2. nu.14.*, *vot.7. nu.58.*, *vot.10. nu.77.*, *vot. 16. nu.5. & 8.*, *& vot.35.nu.13. p.1.*

Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus efficaciorem reddit conjecturam progreſſivitatis fidei-

deicommiſſi, deſumptam ex voto conſervandi Bona in agnatione, *vot.7. nu.54. p.1.*

Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus pendens à ſubſtitutione, cujus conditio deficiat, non operatur fideicommiſſi perpetuitatem, *vot. 16. num.42. p.1.*

Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, ut receſſum ſuadeat ab *Oldradi Conſil.* 21., oportet, quod activè, & paſſivè factus ſit, *vot.7. nu.33., & vot.16. num.39. p.1.*

Et non per meram vulgarem, *dict. vot. 16. numer.*40.

Digreſſus ad plures ſubſtitutioоum gradus activè, & paſſivè factus non eſt, quando ſubſtitutiones omnes pendent à conditione: *ſi ſinè filiis*, *vot.7. nu.34. p.1.*

Ratio redditur, *ibid. nu.35.*

Conjectura pro receſſu *ab Oldradi conſil.* 21. deſumpta ex *digreſſu* ad plures ſubſtitutionum gradus, à nonnullis reprobatur, *vot.7. nu.* 30. *part.1.*

Ab aliis reputatur levis, *ibid. num.31.*

Niſi agatur de prorogando fideicommiſſo favore perſonarum, quas Teſtator, purificatà conditione: *ſi ſinè filiis*, vocavit, *ibid. num.* 32.

Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus linearem reciprocam arguit, *vot.30. num.62. p.2.*

Digreſſus ad plures ſubſtitutionem gradus tàc tam reciproci fideicommiſſi repetitionem non inducit, *vot.10. nu.47. p.1.*

Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus; quando omnes Deſcendentes maſculi lineæ effectivæ, ac tranſverſalis proximæ, & remotæ vocati ſunt, repetitionem fideicommiſſi inducit inter omnes gradatim vocatos, *vot.7. n.58., & ſeq. part.1.*

Vid. *Fideicommiſſum*.

DILATIO.

Dilatio temporis in donatione, quæ, nullis à Donatario intra certum tempus ſuſceptis Liberis, ſit reſolvenda, ipſorum Liberorum favorem reſpicit, *vot.31. nu.5. p.1.*

Dilationis cauſſâ ceſſante, ejus etiam tempore non expectato, ſit locus conſecutioni Bonorum donatorum, *vot.7. nu.31. p.1.*

Dilationem heredi ad ſolvendum Legatum non conceſſiſſet Teſtator, ſi illud cum Legatarii debito compenſari voluiſſet, *vot.25. nu.66. p.2.*

Eâ enim non indigebat heres, ſed Legatarius indiguiſſet, *ibid. num.67.*

Dilatio duorum annorum ad ſolvendum Legatum, referri nequit, niſi ad actualem, & realem pecuniæ numerationem, elapſo dicto tempore, faciendam, *vot.25. num.70. p.2.*

Vid. donatio, hereditas, tempus.

DISCRETIO.

Diſcretio Linearum numquam ſit, quando repugnant conjecturæ, *vot.10. nu.144. p.1.*

DISCRETIVA.

Diſcretivus diſponendi modus diverſam arguit Teſtatoris volontatem, *vot.19. nu.14., & 16., vot.21. nu.60. & 74., & vot.34. num.* 82. *p.1., vot.14. num. 19., vot.16. num. 39., & vot. 29. num.11. p.2.*

Diſcretivus loquendi modus, & diverſitas rationis moventis Teſtatorem diverſitatem diſpoſitionis denotat, *vot.14. nu.65. p.1.*

Diſcretiva uſurpatio nominis tum *Liberorum*, tum *Filiorum* indicat diverſam Teſtatoris voluntatem, *vot.29. nu.8. p.1.*

Diſcretivus loquendi modus non arguit diverſam Teſtatoris voluntatem, quando is utramque locutionem habuit pro ſyuonima, *vot. 14. nu.* 72. *p.2.*

Et quando eo modo uſus eſt majuris dumtaxat explicationis gratiâ, *ibid. num.73.*

Ut etiam, quando ſe retulit ad præcedentia, *ibid. num.74.*

Ex Teſtatoris voluntate retorqueri poteſt argumentum, à *diſcretiva* deſumptum, *vot.14. nu.* 75. *part.2.*

Diſcretivus loquendi modus repetitionem maſculinitatis excludit, *vot.32. num.32. p.2.*

Maximè, ſi adhibitus à nobili, & Juriſperito, *ibid. nu.33.*

Diſcretivus loquendi modus, maſculinitatis repetitionem excludit, etiamſi nulla ſubſit diverſitatis ratio, *vot.32. nu.35. p.2.*

Ex *diſcretivo* diſponendi modo deſumpta conjectura voluntatis non ponendi in conditione filios, paſſim reijcitur, *vot.19. num.56. p.1.*

Ex *diſcretivo* diſponendi modo nequit dici ceſſare conjectura pietatis in ea parte, in qua conditio: *ſi ſinè filiis* non fuit repetita, *ibid.*

Diſcretivum loquendi modum præſeferunt verba hæc, *& in caſo non ſi trovaſſe alcuno maſchio, nè ſem na tanto della deſcendenza maſcolina, quanto feminina* = *vot.42. nu.43. p.1.*

DISPENSATOR.

Diſpenſatoribus arbitrium datum eſt ad conſervandam, non ad deſtruendam Defuncti voluntatem *vot.41. nu.91. p.1.*

DISPONENS.

Diſponentis voluntas ſola ſpectanda eſt, *vot.13. nu.* 54. *p.1.*

Diſponentis voluntas, ſive expreſſa, ſive etiam tacita, ſequenda eſt, poſthabitis argumentis, ab abſurdo deductis, *vot.17. nu.77. p.1.*

Diſponentis voluntas ita interpretanda eſt, ut à ſapientibus repreheodi nequeat, *vot.13. num.14. part.1.*

Diſponentis tacita voluutas ſufficit, ut prior diſpoſitio per poſteriorem immutetur, *vot. 44. num.* 111. *p.1.*

Diſponens, quæ in eodem actu expreſſit, ea omnia ſtatim corrigere voluiſſe, præſumendus non eſt, *vot.31. nu.20. p.2.*

Diſponens de re, quatenus ad ipſum liberè pertineat, de ea conditionaliter diſponere videtur, *vot.29. num.41. p.2.*

Diſponens Teſtator de Bonis antiquioris fideicommiſſi, quatenus ad ipſum liberè pertineant, videtur, ſi non certam, aliqualem tamen habuiſſe ejuſdem fideicommiſſi notitiam, *ibidem num.42.*

Diſponendi ratio eſt deſumenda ex veriſimili *Diſponentis* voluntate, *vot.21. nu.65. p.2.*

DISPONERE.

Diſponere quis voluiſſe præſumitur de re ſua, non autem de aliena, *vot. 18. num. 57. p. 2.*
Præſertim, ſi de univerſali diſpoſitione agatur, *ibid. nu. 59.*
Diſponere quis voluiſſe præſumitur ſolùm de Bonis, ad ſe liberè pertinentibus, non etiam de iis, quæ ad alium ſpectare poſſent, *vot. 29. num. 3. p. 1.*
Quod eò magis dicendum, ſi contrariæ voluntatis deficiant conjecturæ, *ibid. num. 4.*
Maximè verò, ſi eam excludentes conjecturæ adſint, *ibid. nu. 5.*
Et quæ *num. 6. & ſeq.*

DISPOSITIO.

Diſpoſitionis amplitudo æſtimanda eſt ab effectu, à Diſponente volito, *vot. 24. nu. 84. p. 2.*
Diſpoſitio quælibet ſuis debet eſſe contenta qualitatibus, *vot. 27. nu. 47. p. 1.*
Ex toto *diſpoſitionis* contextu debet elici voluntas Teſtatoris, *vot. 3. nu. 20. p. 1.*
Diſpoſitio una, alteri parificata, eamdem iſtius naturam habere dicitur, *vot. 46. numer. 46. part. 1.*
Diſpoſitio pro iis ſolùm facta cenſetur, quibus ejus verba conveniunt, & adaptantur, *vot. 6. nu. 29. p. 1., & vot. 21. num. 59. p. 2.*
Diſpoſitio correlativè, & famulativè ad aliam facta, ab illa declaratur, *vot. 1. num. 26. 34., & 136. p. 1.*
Diſpoſitio dubia, & obſcura, concilianda eſt cum fideicommiſſo claro; vel effectu carere debet, *vot. 31. num. 27. p. 2.*
Diſpoſitio ita intelligenda eſt, ut aliquid abſurdi non contineat, *vot. 31. nu. 34. part. 2.*
Diſpoſitio Fideicommittentis, licèt abſurda, eſt exequenda, *vot. 2. num. 62. p. 1.*
In omni *diſpoſitione* omninò vitanda eſt ſuperflua verborum repetitio, *vot. 43. num. 76. p. 1.*
Diſpoſitio, ac ſtipulatio qualitatibus omnibus, & conditionibus, in narrativa expreſſis, conformata dici debet, *vot. 17. num. 38. p. 2.*
In *diſpoſitionibus* continentibus heredis gravamen, tacita ſubintelligitur conditio tum favore ipſius heredis, quatenus nempè is tantundem conſequatur, tum favore Teſtatoris, quatenus ſcilicet ejus præceptum heres adimpleat, *vot. 33. num. 29., & 30. p. 1.*
Diſpoſitio facta per errorem Diſponentis, habenda eſt, ac ſi facta non fuiſſet, *vot. 24. numer. 55., & 65.*
Diſpoſitio una, atque eadem, non debet difformi jure quoad unam, & alteram ejus partem cenſeri, *vot. 1. nu. 39. p. 1.*
In una, eademque *diſpoſitione*, & quoad eaſdem perſonas, uniformis ſemper præſumitur voluntas Teſtatoris, *vot. 14. nu. 76. part. 2.*
Diſpoſitio limitata, limitatum producit effectum, ceſſatque, deficientibus perſonis contemplatis, *vot. 21. num. 6. part. 2.*
Diſpoſitionem inducunt præſuppoſitiva verba, prolata ab habente facultatem diſponendi, *vot. 19. num. 35. p. 1.*
Diſpoſitio ab obſervantia diuturna declarationem recipit, *vot. 8. nu. 198. p. 1.*
In *diſpoſitionibus* ordinatis per viam ultimæ voluntatis, interpretatio melior ſumitur à principali earum cauſſa, *vot. 14. num. 32. part. 2.*
In interpretandis *diſpoſitionibus* per viam ultimæ voluntatis finis, & intentio Teſtatoris debet ſpectari, *vot. 40. num. 70. p. 1.*
Diſpoſitionis ea facienda interpretatio eſt, quæ eſt conformis cauſæ finali, à Teſtatore expreſſæ, atque à Teſtibus declaratæ, *vot. 25. numer. 16. part. 2.*
In *Diſpoſitionibus* per viam ultimæ voluntatis ſemper benignior, magiſque conſona tùm naturali pietati, tum Teſtatoris menti capienda eſt interpretatio, *vot. 45. num. 45. p. 1.*
Diſpoſitio, inter Liberos inæqualitatem inducens, ſtrictam, & rigoroſam interpretationem debet recipere, *vot. 14. num. 23. p. 2.*
Diſpoſitio correctoria Juris communis ſtrictiſſimè interpretanda eſt, *vot. 21. nu. 12. p. 2.*
Neque extendenda ultra terminos, ac perſonas expreſſis, & quas propria verborum ſignificatio comprehendit, *ibid. num. 14., & 15.*
Diſpoſitio, quà proximior propter remotiorem excluditur, eſt contra ordinem naturalis charitatis, *vot. 21. num. 33. part. 2.*
Diſpoſitio rei, ad Diſponentem non pertinentis, concipi nequit, niſi de ejus voluntate expreſsè, aut ex urgentibus conjecturis conſtet, *vot. 18. nu. 55. p. 2.*
Diſpoſitionis alicujus acceptatio facta intelligitur cum omnibus, quæ illi inſunt, oneribus, & gravaminibus, *vot. 17. num. 15. part. 2.*
Tantique valet, ut nequeat impugnari, nec ab acceptante, nec ab eo cauſſam habente, *ibid. num. 16.*
Maxime, quum agitur de conditione, juri non contraria, *ibid. num. 17.*
Diſpoſitio, principaliter ordinata ad Bona, *realis* dicitur, *vot. 30. num 40. part. 1.*
In *Diſpoſitione* principaliter directa ad Bona, à reciproca in caſu delicti, benè ad reciprocam infertur in caſu obitus, *vot. 30. nu. 35. p. 1.*
In *Diſpoſitione reali* facilius admittitur linearis reciproca, *vot. 30. num. 39. p. 1.*
Diſpoſitionem realem efficit gravamen reale, Bonis impoſitum, *vot. 6. num. 20. p. 1.*
Diſpoſitionis cauſſa ſpectanda eſt pro illius realitate dignoſcenda, *vot. 14. num. 88. p. 1.*
Diſpoſitionis realitas, ac perpetuitas, junctaque agnationis contemplatio neceſſariò non inferunt gravamen reſtitutionis favore Subſtituti, ejuſque Deſcendentium, cum ſe habent in aliqua teſtamenti parte, in qua generaliter de omnibus Agnatis actum eſt, *vot. 1. num. 125. p. 1.*
Secus, cum in parte, ubi peculiaris eſt habita illorum favore diſpoſitio, *ibid. n. 26.; & 127.*
Diſpoſitionem principaliter ad Bona ordinatam oſtendunt verba = *& i ſuoi Beni ſi conſervino nella poſterità* =, ac ſimilia, *vot. 30. numer. 41. part. 1.*
Tum etiam Bonorum devolutio ad alios ſucceſſores,

ſores, in caſu delicti demandata, *ibidem num.*42.

Si prætertim eorum totalitas expreſſa fuerit, *ibid. num.*43.

Sub *generali* Bonorum *diſpoſitione* venit etiam feudum hereditarium, *vot.6. num.49.part.*1.

Diſpoſitio univerſalis, ac repetitiva perſonas omnes, antea *expreſſas*, includit, ac nominatim excludit, *vot.*13. *num.*11. *p.*1.

Diſpoſitio, caſus omnes indefinitè comprehendens, repugnat conditionali fideicommiſſo, *vot.*38. *num.*4. *p.*1.

Principalis *diſpoſitionis* gratiâ conditio, & prohibitio fiunt, *vot.*39. *num.*44. *p.*1.

Nec eam deſtruere, aut alterare valent, *ibid. num.*45.

Diſpoſitioni expreſsè non adjecta conditio, nequit præſumi, *vot.*9. *num.*42. *p.*2.

Diſpoſitio potiùs *pura*, quàm *conditionalis* cenſenda eſt, *vot.*9. *num.*41. *p.*2.

Diſpoſitio ex quibus *conditionalis* potiùs, quàm *modalis* cenſenda ſit? *vot.*27. *num.*26., & 27. *ad* 36. *p.*1.

In *Diſpoſitione conditionali* caducitatem quis effugit declarando, ſeſe onus adimplere velle, *vot.* 27. *num.*40. *p.*1.

In *diſpoſitione pœnali*, tamquam odioſa, quælibet rejicitur extenſio, *vot.*18. *num.*28. *p.*2.

Etiam ex identitate rationis, ac etiamſi de favore Cauſæ piæ agatur; & quando ſecus? *ibidem num.*29. 32., & *ſeq.*

Diſpoſitio omnis non inductiva pœnæ, ſed solùm invitativa ad lucrum in eventum certi Matrimonii, valida cenſetur, ex *Oldradi Conſ.*16., *vot.*20. *num.*6. *p.*1.

Diſpoſitioni, certam determinationem habenti, nequit per viam declarationis nova ſuperaddi diſpoſitio, *vot.*28. *num.*68. *p.*2.

Nova diſpoſitio dicitur, per quam una in aliam mutatur, *vot.*44. *num.*101. *p.*1.

Nova diſpoſitio dicitur donatio rei, fideicommiſſo prius ſubjectæ, *vot.*43. *num.*101. *p.*1.

Pro ſtatuenda diverſitate *diſpoſitionis* inſpicienda eſt non verborum ſtructura, ſed earum ſubſtantia, *vot.*14. *num.*70. *p.*1.

Diſpoſitiones plures independentes, & diverſas Teſtator ordinare poteſt, *vot.*14. *nu.*49. *p.*1.

Diſpoſitiones, quæ res, & perſonas diverſas reſpiciunt, & quarum una perpetua, altera temporalis eſt, inter ſe cohærere non dicuntur, *vot.* 14. *num.*71, & *ſeq. part.*1.

Diſpoſitionis diverſitas arguitur, ſi Teſtator in prima diſpoſitione ſolos vocavit Primogenitos, in poſteriori verò omnes de domo, & familia, *vot.*14.*nu.*66. *p.*1.

Diverſæ inter ſe *diſpoſitiones* reputantur, ſi una contineat perſonas, in altera non comprehenſas, *vot.*9. *num.*57. *part.*2.

Diſpoſitiones invicem ſejunctæ, à conditionibus, & qualitatibus, unicuique adjectis, formam recipiunt, *vot.*14. *numer.*50. 71., & 85. *part.* 1.

In *Diſpoſitionibus diverſis*, ac ſeparatis, quælibet relatio, aut repetitio ceſſat, *vot.*28. *nu.*62. *p.*2.

Et unaquæque diſpoſitio ſuis debet eſſe contenta qualitatibus, *ibid. num.*63.

Procedit, licet conjunctæ ſint dictione = & = *ibid. num.*64.

In *diſpoſitionibus*, novas, & diverſas perſonas, diverſaque tempora reſpicientibus, difficilius relatio, aut repetitio inducitur, *vot.*28. *num.* 66. *p.*2.

Multò autem minùs induci poteſt à ſubſequentibus ad præcedentia, quæ pariter diverſas contineant perſonas, *ibid. num.*67.

De una ad aliam *diſpoſitionem* nequit inferri trebellianicæ prohibitio, niſi convincentia argumenta urgeant, *vot.*28. *num.*77. *p.*2.

Diſpoſitio ad eam dumtaxat relati partem, quam reſpicit, eſt referenda. *vot.*28. *num.*42. *p.*2.

Diſpoſitio referens reſtringitur ad perſonas, præcedenter expreſſas in relato, *vot.*14. *nu.*35. *p.*1.

Diſpoſitionis correctio, incontinenti facta, non ita facile admittitur, *vot.*44. *nu.*110. *p.*1.

Minùs etiam ſolemnis *diſpoſitio*, prioris ſolemnis revocatoria, ſuſtinetur favore Liberorum, *vot.* 9. *num.*6. *p.*2.

Poſterior *diſpoſitio*, ex intervallo facta, mutationem voluntatis facilè admittit, *vot.*44. *n.*109. *p.*1.

Ultimæ *diſpoſitiones*, in præjudicium eorum, quibus ius quæſitum eſt, commutandæ non ſunt, *vot.*27. *num.*94., & 107. *p.*1.

Diſpoſitio quando per meram vulgarem concepta dicatur? *vot.*34. *num.*35., & *ſeq. p.*1.

Diſpoſitionem non per vulgarem, ſed per fideicommiſſariam conceptam eſſe, oſtendit clauſula = *vulgariter*, *pupillariter*, & *per fideicommiſſum* =, *vot.*16. *num.*10. *p.*1.

Diſpoſitio continens vocationem Extranei poſt Deſcendentes omnes, nonniſi per fideicommiſſariam cenſetur ordinata, *vot.*22. *num.*21. *p.*1.

Ejuſmodi namque vocatio illico inter eoſdem Deſcendentes fideicommiſſum ſupponit, *ibid. num.*23.

Diſpoſitio in remotiſſimum tempus collata, perpetuum fideicommiſſum arguit, *vot.*34. *num.* 26. *p.*1.

Diſpoſitio in perpetuum collata, pluresque ſubſtitutiones continens, omnes complectitur Deſcendentes, habentes qualitates, à Teſtatore volitas, *vot.*23. *num.*13. *p.*1.

Diſpoſitio reſpiciens tractum temporis ſucceſſivum, omnes comprehendit Deſcendentes, *vot.* 22. *num.*18., *vot.*34. *num.*27., & *vot.*37. *num.* 23. *p.*1.

Perpetuumque inter eos fideicommiſſum efficit, *dict. vot.*22. *num.*19.

Ex *diſpoſitione* collata in tempus remotiſſimum, Deſcendentes omnes, etiam ex fœminis, cenſentur ad fideicommiſſum vocati, *vot.*34. *nu.* 26. *p.*1.

Diſpoſitio, in incertum, futurumque eventum ordinata, ſub *filiorum* nomine omnes Deſcendentes continet, *vot.*37. *num.*22. *p.*1.

Diſpoſitio in perpetuum collata, ut Bona in agnatione conſerventur, nepotes comprehenſos arguit

guit ſub *filiorum* nomine, *vot.45. numer.10. part.1.*

Diſpoſitio collata in tempus remotiſſimum, ſufficiens conjectura uon eſt comprehenſionis nepotum ſub *filiorum* nomine, *vot.34. numer.107. part.1.*

Diſpoſitio licèt ſit collata in tempus remotiſſimum, activam dumtaxat poteſt inducere vocationem uepotum ſub *filiorum* nomine, quoties gradualis, & ſucceſſivus tractus temporis deficiat, *vot.34. num.108. p.1.*

In *diſpoſitionibus* perpetuis, & progredientibus per plures gradus, & perſonas, ſub Statuto non comprehenſas, non præſumitur Teſtator, ſe Statuto conformare voluiſſe, *vot.41. num.62. part.2.*

Particularis proviſio, ſeù *diſpoſitio* favore filiarum *taxativè* facta, iis deficientibus, evaneſcit; nec ſuffragatur neptibus, *vot.21. num.5. p.2.*

Quando autem, & ex quibus *taxativè* facta cenſenda ſit? *ibid. num.7., & ſeq.*

In quacumque *diſpoſitione* contraria ordini Juris, aut naturalis charitatis, appellatione filiorum numquam nepotes veniunt, *vot.21. numer.32. part.2.*

In *diſpoſitione* correctoria Juris communis, neptes, aliæque ulteriores Deſcendentes non comprehenduntur ſub *filiarum* nomine, *vot.21 nu.10. part.2.*

Correctoria autem dicitur *diſpoſitio*, quæ prærogativam tribuat, Juri communi contrariam, *ibid. num.12.*

Ut, ſi remotiores æquiparet proximioribus, *ibid., & num.34., & 39.*

Diſpoſitio Aſcendentis, ut porrecta cenſeatur ultra filios, ab illo nominatos, leves ſufficiunt conjecturæ, *vot.23. num.12. p.2.*

In *diſpoſitione* Aſcendentis, levioribus conjecturis iuducitur vocatio filiorum iu conditione poſitorum, *vot.21. num.4. p.1.*

In *diſpoſitione* Aſcendentis, ex cenſura *L. cum Avus, & L. cum acutiſſimi*, tacita ſemper ſubintelligitur conditio: *ſi ſinè filiis =*, *vot.19. num.5. p.1., & vot.12. num.15. p.2.*

In *diſpoſitione* Aſcendentis faciliùs receſſum ab *Oldradi conſ.21.* ſuadent conjecturæ perpetui fideicommiſſi, *vot.16. num.12. p.1.*

Diſpoſitio in ingreſſu facta, non extenditur, in progreſſu, ad ſubſtitutionum gradus, in quibus repetita eadem diſpoſitio non legitur, *vot.2. num.55. p.1.*

Diſpoſitio ultra caſus, & perſonas expreſſas non extenditur, *vot.21. num.47. p.1.*

Diſpoſitionis verba, ſi circumſtantiis, & tempori, quo Teſtator diſpoſuit, aptari nequeant, ad alia tempora, caſus, & perſonas referenda ſunt, *vot.43. num.18. p.1.*

Diſpoſitioni præordinatæ in caſu obitus, acceſſoria non dicitur alienationis prohibitio, quando realis eſt, *vot.14. num.31. p.1.*

In *diſpoſitione* concepta verbis, tractum temporis importantibus, conditio: *ſi ſinè filiis* repetita favore Subſtituti cenſetur per ſpeciem gradualis fideicommiſſi inter omnes Deſcendentes uſque ad ultimum, *vot.2. num.13. p.1.*

In *diſpoſitione*, filios tantùm comprehendente, conditio: *ſi ſinè filiis maſculis* diverſum operatur effectum, ac iu altera directa ad Deſcendentes maſculos, *vot.1. num.144. p.1.*

In *diſpoſitione* ordinata per viam primogenituræ regularis, ſpectatur præcipuè prærogativa lineæ, *vot.8. num.140. p.1.*

Itaùt, unâ lineâ non evacuatâ, ad aliam non fiat tranſitus, *ibid. num.140.*

Procedit etiam favore illegitimorum, *dict. vot.8. num.140. p.1.*

Diſpoſitionem extendi, poſtulat primogenituræ ordo, in ſucceſſione conſtitutus, *vot.1. numer.103. p.1.*

In quacumque *diſpoſitione*, & maximè in ſtatutaria; agnationis ratio debet attendi ſolùm in gradibus, & perſonis contemplatis, *vot.1. nu.90., & vot.2. num.18. p.2.*

Diſpoſitionem, etiam ultra perſonas, & gradus uon expreſſos, extendit agnationis conſervandæ ratio, ſi ſtet non conſecutivè, ſed principaliter, *vot.15. num.64. p.1.*

In *diſpoſitione*, intuitu agnationis facta, faciliùs ex aditione inducitur gravaminis acceptatio, *vot.29. num.25. p.2.*

Diſpoſitio licèt ſit concepta nomine collectivo plurium graduum, & perſonarum, fœminæ ſubſidiariè tantùm vocatæ cenſentur poſt Maſculos, *vot.2. num.43., & 44. p.1.*

Teſtatoris *diſpoſitio* ut fideicommiſſaria etiam Bona comprehendere dicatur, expreſſa, aut æquipollens eorum mentio requiritur, *vot.29. num.50. p.2.*

Hæc autem ſatis reſultat ex verbis illis = *etiam toli, che aveſſero biſogno di particolar menzione* =, *ibidem.*

Diſpoſitioni præcedenter jam factæ de fideicommiſſariis etiam Bonis, nequit officere, quod ea inter alia Bona non fuerint in teſtamento deſcripta, *vot.29. nu.72. p.2.*

Stante præſertim Teſtatoris declaratione, ſe deſcriptionem ejuſmodi confeciſſe, ſolum ad tollendas ambiguitates, atque ad ſeparanda à Bonis adquiſitis ipſamet Bona fideicommiſſaria, *ibid. nu.73.*

In *diſpoſitione* concepta verbis civilibus, qualitas legitimitatis à perſonis magis dilectis ad minùs dilectas valet argui, Secùs in diſpoſitione concepta verbis naturalibus, *vot.8. n.95., & 97. p.1.*

Diſpoſitio, quod uxor tranſiens ad ſecundas nuptias, ab hereditate cadat, honeſta, jurique conſona eſt, *vot.19. num.4. p.2.*

Diſpoſitio favore fœminarum, = *che ſi mariteranno, e ſtaranno al ſecolo* = comprehendere cenſetur tàm nuptas, quàm nubendas, ſi Teſtator duplicis tantùm generis perſonas conſideraſſe videatur, alias in Religione, alias in ſeculo manentes, *vot.14. num.34. part.2.*

Præſertim, ſi alteri Religionem ingredienti ſubſtituit ſimpliciter *quelle che ſaranno al ſecolo*, *ibid. num.35.*

Diſpoſitio quid prohibens heredi, nullâ indictâ pœnâ, aut dato Subſtituto, in merum reſolvitur conſilium, poteſtque impunè ſperni, *vot.*18. *num.*44. *p.*2.

Limita, ſi adſit perſona, in cujus gratiam facta cenſeri queat prohibitio ejuſmodi, *dict. vot.*18. *nu.*47. *p.*2.

Etiamſi de expreſſa illius ſubſtitutione in caſu contraventionis non appareat, *ibid. num.*48.

Diſpoſitio, tranſitum Bonorum in certas perſonas ex irrationabili odio prohibens, non ſuſtinetur, *vot.*18. *nu.*43. *p.*2.

Probanda tamen eſt cauſſa talis odii irrationabilis, *ibid. num.*45.

Aliàs ex ſola irrationabilitate non irritatur diſpoſitio, *ibid. num.*64.

Diſpoſitio privans heredem in caſu contraventionis, pœnæ odium continere non dicitur, *vot.* 18. *num.*41. *p.*2.

Præſertim, ſi contravenienti nihil adimat, ſed ſolùm prohibeat, ne certarum perſonarum favore, moriens, diſponat, *ibid. num.*42.

Diſpoſitio, per quam ſecundo conjugi plus relinquatur, quàm uni ex filiis prioris Matrimonii, ſubjacet prohibitioni *L. hac edictali Cod. de ſecundis nuptiis*, *vot.*22. *num.*2. *p.*2.

Et quod plus relictum fuerit, habetur pro non ſcripto, ac filiis tùm primi, tùm ſecundi Matrimonii æqualiter defertur, *ibid. num.*3.

Sic etiam corruit inſtitutio ſecundæ uxoris, facta cum onere reſtituendi uni ex filiis ſecundi Matrimonii, *ibid. num.*4.

Procedit nedum quoad illius inſtitutionem, ſed etiam quoad fideicommiſſum, eorum favore conditum, *ibid. num.*5.

Eidem prohibitioni haud ſubjacet *diſpoſitio* tendens ad filiorum non ad Parentum commodum, *vot.*22. *num.*6., & 21. *p.*2.

Hæcque communis eſt opinio, *ibid.*, & *numer.* 22., & 24.

Procedit, ſive purè, ſive ſub conditione eadem diſpoſitio concepta ſit, *ibid. num.*27.

In *diſpoſitione*, ex qua ſecundæ uxori nullum obveniat commodum, locum habere nequit prohibitio *L. hac edictali Cod. de ſecundis nuptiis*, *vot.*22. *num.*6. *p.*2.

Diſpoſitio, quà ſecundæ uxori, in viduitate permanenti, nedum Bonorum adminiſtratio, ſed etiam diſpoſitio fructuum hereditariorum relicta fuerit, cenſetur ad illius commodum, in fraudem *Legis hac edictali*, facta, *vot.*22. *num.* 7. *p.*2.

Idem, ſi in caſu prædeceſſus filiorum proprietas quoque pertinere ad illam potuiſſet, *ibidem num.*8.

Et, ſi commiſſa ei fuit filiarum tutela, cum plena liberatione à redditione rationis, atque à reliquatus præſtatione, *ibid. num.*16.

Excluditur fraus, quoties uxor heres tantùm fiduciaria inſtituta fuerit, *ibid. n.* 29.

Et, ſi ſpes ſuccedendi in proprietate ſit ſolùm remotiſſima, *ibidem n.*30.

Nec benè infertur fraus ex liberatione uxoris à rationis redditione; cum id ſolùm arguat fiduciam, quam de uxoris probitate Teſtator habebat, *ibid. num.* 32., & 33.

DISPOSITIVA.

Vid. *Pars diſpoſitiva*.

IN DISPOSITIVIS.

In diſpoſitivis concurſus utriuſque copulati non requiritur, quando plures qualitates copulantur, non reſpectu unius, ejuſdemque ſubjecti tantùm, *vot.*14. *n.* 50. *p.*2.

DISTRIBUTIO.

In annua *diſtributione* fructuum, facienda ex diſpoſitione Teſtatoris, penès eum dominium manere fingitur, *vot.*41. *n.*36. *p.*1.

Annuæ *diſtributiones* fructuum vicem gerunt præſtationis alimentorum, *vot.*41. *n.*39. *part.*1.

Et relictæ cenſentur ob ſolam ſanguinis conjunctionem, abſque diſcretione ſexus, & linearum, *vot.*41. *n.*39. *p.*1.

In annua etiam *diſtributione fructuum* multiplici, pro certis perſonis ordinati, locum habet regula, quod jura ſucceſſoria de una in aliam lineam transferri nequeunt, *vot.*41. *n.*37. *p.*1.

Et hæc regula naturali æquitati maximè congruit, *ibid. n.*38.

DIVERSITAS.

Formalis *diverſitas* perſonarum, ad univerſale, & particulare fideicommiſſum vocatarum, ſufficit, quod in futurum ſaltem eventum verificari queat, *vot.* 14. *num.* 63. *part.*1.

Ex *diverſitate* perſonarum, & conditionum excluditur fideicommiſſorum dependentia, *vot.*14. *num.*69. *p.*1.

Pro ſtatuenda *diverſitate* diſpoſitionis non verborum ſtructura, ſed eorum ſubſtantia inſpicienda eſt, *vot.* 14. *n.*70. *p.*1.

DIVISIO.

Diviſio religiosè ſervanda ſemper eſt, donec per tres conformes reſcindatur, *vot.* 17. *n.* 28. *p.*2.

Diviſio juſta, & valida, communique Dividentium conſenſu acceptata, impugnari nequit, *vot.* 17. *n.*24., & 42. *p.*2.

Tum ab ipſis Dividentibus, tùm ab habentibus cauſſam ab eis, eorumque heredibus, *ibid. n.*25., & 44.

Diviſio eſt ſpecies tranſactionis, *vot.*17. *num.*22.; & 29. *part.*2.

Diviſio omnis, quâ Partes de jure ſuo aliquid remittant, implicita quædam tranſactio dicitur, *vot.*20. *n.*78. *p.*1.

Diviſio, ad inſtar tranſactionis, tollit jura antiqua, *vot.*17. *n.*23. *p.*2.

Diviſionis inſtrumentum plenam, ac ſuperlativam conſtituit probationem, *vot.*17. *num.* 26. *p.*2.

Diviſio eſt titulus aptus ad transferendum dominium, *vot.* 17. *n.* 27. *p.*2.

Ac rei diviſæ poſſeſſionem, *ibid.*

Diviſio ſi per modum finalis, ac generaliſſimæ quietantiæ concepta fuerit, nihil peti poteſt, quantumvis deberetur, *vot.* 17. *n.*45. *p.*2.

Per *diviſionem* renunciatum haud cenſetur conditionali fideicommiſſo, *vot.*31. *n.* 24. *p.*1.

Diviſio inter heredes inita, ex ſe remiſſionem fidei-

deicommiſſi non operatur, *vot.* 10. *num.* 120. *part.*1.

Diviſionem Bonorum fideicommiſſariorum, inæqualiter à Teſtatore factam, ad æqualitatem redigi, petere heres poteſt, *vot.* 33. *num.* 32. *part.*1.

Præſertim, ſi hereditatem adiverit non ſimpliciter, ſed cum præſervatione ſuorum jurium, *ibid. n.* 33.

Diviſio, abſque ullâ reſervatione, facta inter heredes, certam ootitiam teſtamenti habentes, fideicommiſſi remiſſionem operatur, *vot.* 10. *num.*55. *p.*1.

Diviſio facta de omnibus Bonis, tamquam hereditariis Patris, remiſſionem fideicommiſſi inducit, *vot.* 20. *n.*67. *p.*1.

Si modò ejus notitiam Condividentes habuerint, *ibid. n.* 68.

Eamdemque inſuper remiſſionem induceit facta inter eos promiſſio diviſionis obſervandæ, *ibid. num.* 70., & 72.

Mutuaque jurium ceſſio, in qua unus invicem alterum in rem propriàm Procuratorem conſtituerit, *ibid. n.* 71.

Diviſio, ac tranſactio, cum de inducenda fideicommiſſi remiſſione agitur, promiſcuè uſurpantur, eodemque jure cenſentur, *vot.*20. *numer.*79. *p.*1.

In utriſque enim remiſſum illud cenſetur, ubi ipſius ſcientia, aliaque concurrant neceſſaria requiſita, *ibid. n.*80.

Benignior tamen potiùs diviſioni, quàm tranſactioni tribuenda eſt interpretatio, *ibid. n.*81.

Cum *Diviſio*, licèt ſit quaſi tranſactio, favorabilior tamen ſit, *ibid. n.*82.

In *diviſionis* contractu læſiva poteſt eſſe remiſſio fideicommiſſi, *vot.*4. *n.* 63. *p.*1.

Hujus propterea certa ſcientia requiritur, *ibid. num.*65.

Diviſio ad componendas lites, æqualitatemque ſervandam ſuper mutuis inita petitionibus, abſque ullius ex juribus deductis præſervatione, vera tranſactio cenſenda eſt, *vot.* 20. *numer.* 76. *part.*1.

Ex *diviſione* Bonorum inter fratres, arguitur præcedentis donationis reſolutio, *vot.* 31. *num.* 18. *part.*1.

Diviſio Bonorum inter fratres cenſeri debet facta ad ulteriorem evitandam communionem, non ad præcedentem donationem revocandam, *vot.*31. *n.*20. *p.*1.

Diviſio inter fratres cenſetur inita ad diſſolvendam cum eorum altero communionem, ſi alii Dividentes, etiam poſt diviſionem ipſam, Bona pro indiviſo poſſederunt, *ibid. n.*21.

Vel ſaltem, tamquam actus æquivocus, nequit præcedentis donationis reſciſſionem importare, *ibid. n.* 22.

Maximè, ſi à Dividentibus, ſcientiam dictæ donationis habentibus, nulla ejus mentio facta eſt, *ibid. n.*25., ſed vid. *n.*41. & *ſeq.*

In *diviſione* renunciatum conditionali donationi non cenſetur per initum inter Dividentes pactum de ſua portione liberè diſponendi, *vot.*31. *num.*26. *p.*1.

Debetque illud intelligi, rebus in eodem ſtatu permanentibus, *ibid. n.*27., & quando ſecus? *num.*28.

Eodemque modo, non autem de renunciatione conditionali donationi, intelligenda eſt promiſſio ipſam *diviſionem* habendi ratam, firmam, ac perpetuò obſervandam, *ibid. nn.* 29., & 30.

Renunciatum itidem dictæ donationi non cenſetur per pactum de ſolvendo, ex communi aſſe, ære alieno, *ibidem n.*31.

Et nec etiam ex generali quietantia de adminiſtratis, ſi ea reſpiciat tempus ante donationem ipſam, *ibid. n.*32.

Minúſque ex clauſulis generalibus, in diviſionis inſtrumento adpoſitis, *ibid. n.*33., & ratio *numer.*34. *ad* 37.

Præterea renunciatio ejuſmodi argui non valet ex venditione tertiæ partis domus, in donatione comprehenſæ, facta ab altero ex Dividentibus, *ibid. num.*38.

Excluditur autem ex renunciatione facta aliis Bonis, quàm donatis, *ibid. num.* 39.

Per *diviſionem* verò, directè donationi contrariam, factam, antequam conditio adimpleretur, renunciatum eidem donationi cenſetur, *ibid. numer.* 40., & 43.

Sic etiam per *diviſionem*, inæqualitèr, contra legem donationis, factam, *ibid. n.*44.

Diviſionem non fuiſſe ad paterna Bona reſtrictam, arguit mentio, in proemio habita de maternis Bonis, cum proteſtatione hæc retinendi pro Legitima, *vot.* 17. *n.* 34. *p.*2.

In *diviſionibus* generales clauſulæ adponi ſolent de Notariorum ſtylo, *vot.* 31. *n.* 34. *p.*1.

Et Clauſulæ = *ad habendum &c.*, *Conſtituentes &c.* = plus, quàm diviſio ipſa operari nequeunt, *ibid. n.*37.

DOCTORES IN GENERE.

Inſignis *Doctoris* auctoritas, latè, ac doctè materiam expendentis, plurimùm attendenda eſt, *vot.*5. *n.*54. *p.*1.

Doctorum conſilia quando allegantur, oportet deciſiones, ſuper iis editas, inſpicere, *vot.*40. *n.*87. *part.*1.

Nec de iis curandum, ſi per ſententiam rejecta fuerint, *ibid. n.* 88.

DOCTORES IN SPECIE.

Altograd. Jun. contr. 97. minùs rectè ſenſiſſe videtur, quod ſub nomine filiarum venire queant neptes, aliæque fœminæ, ab illis deſcendentes, at non etiam deſcendentes à filiis earum maſculis *vot.* 40. *n.* 85. *p.*1.

A *Camani* theoriea in *L. Cum ità &c.* receditur ex conjecturis, quæ perpetuum, & deſcenſivum fideicommiſſum ſuadeant, *vot.* 10. *num.*67., & *vot.*22. *n.*10., & *vot.*34. *n.*3. *p.*1.

Maximè in diſpoſitione Aſcendentis, *d. vot.* 22. *num.*11.

Quæ autem ſint conjecturæ ejuſmodi? *vid. vot.* 22. *n.*14. *ad* 19., & *d. vot.*34. *n.*5. *ad* 34.

Fulgoſii conſ. 85., quod tàm maſculi ex maſculis,

quàm maſculi ex fœminis ſub nomine Deſcendentium maſculorum comprehendantur, vim regulæ obtinuit apud Doctores, & Tribunalia, *vot.1.n.5.*, *& 95.*, *& vot. 42. n.28. p.1.*

Ab eo tamen receditur ex conjecturis, *d. vot. 42. num. 43.*, & ex quibus *eod. vot. 42. n.41. & ſeq.*

Receditur præſertim, quando fuerit contemplata agnatio, *ibid. n.46.*

Fulgoſii conſ. 85. locum ſibi non vindicat, cum ſemper vocata eſt linea maſculina, & contemplata agnatio, *vot. 1. n.146. p. 1.*

*Fulgoſii conſ.*85. agit de caſu, ubi non ſolùm aderat conditio: *ſi ſinè filiis maſculis*, ſed etiam Deſcendentes maſculi fuerant comprehenſi, *vot.1. n.144. p.1.*

Ex *Innocentio in Cap. in præſentia n. 3. de probat.*, Clericus, in quem feudum tranſivit, præſtare tenetur nedum onera realia, Bonis infixa, ſed etiam perſonalia, quæ honeſtè à Clericis per ſe, vel per alium exhiberi poſſint, *vot. 27. n. 127. part.2.*

Innocentius Pater Juris, & organum veritatis appellatus eſt, *ibidem n.128.*

Ex *Oldradi conſ.*8., diſpoſitio omnis non inductiva pœnæ, ſed ſolùm invitativa ad lucrum in eventum certi Matrimonii, valida cenſetur, *vot.20. num.6. p.1.*

Ex *Oldradi conſ.* 21. fideicommiſſum ordinatum in caſu obitus filiorum ſinè filiis, per illorum obitum cum filiis expirat, *vot.29. n.34. p.1.*

Conſilium Oldradi 21. apud omnes Doctores, & Tribunalia receptum eſt, *vot.8. n.3.*, *& vot.13. n.3. p.1.*

Et locum habet etiam in fideicommiſſo, ab Aſcendente condito, *d.vot.8.*, *& 13. utrobique num.4.*

Ab *Oldradi conſ.* 21. paſſim receditur ex verbis, & conjecturis, purum, & abſolutum fideicommiſſum ſuadentibus, *vot. 35. num.1. p.1.*

In caſu ejuſdem *Conſilii* nullæ perpetui fideicommiſſi conjecturæ aderant, *vot. 1. n.43.*, *& vot. 13. n.19. part. 1.*

Ab *Oldradi conſ.* 21. magis ex conjecturata Teſtatoris mente, quàm ex verbis receditur, *vot.7. nu.46. p.1.*

Pro receſſu *ab Oldradi conſilio* 21. ſufficiunt etiam conjecturæ, & argumenta, quæ ſatis ſunt pro inducenda vocatione filiorum ad portionem Patrui, *vot.7. num.72. p.1.*

Ab *Oldradi conſ.* 21. ex conjecturis receditur, licèt filii primorum heredum non ſint gravati reſtituere Subſtitutis, *vot.7. nu.64. p.1.*

A *conſ. Oldradi* 21. ut recedatur, conjecturis opus non eſt, quoties ceſſare illud noſcitur ex ipſo diſpoſitionis contextu, *vot.29. nu.40. p.1.*

Quo caſu maximè ab eo receditur, ſi de Aſcendentis diſpoſitione agatur, *ibid.nu.41.*

A *conſilio Oldradi* 21. ut recedatur, conjecturæ claræ eſſe debent, & univocæ, *vot.13. num. 5. part. 1.*

A *conſilio* 21. *Oldradi*, ut ex conjecturis recedatur, univocæ eſſe debent, atque ex ipſo teſtamento deſumptæ, *vot.6. num.4. p.2.*

Et illæ, ſaltem neceſſitati affines, exiguntur, *ibid. num.5.*

Validiores verò deſiderantur, cum agitur de fideicommiſſo tranſverſali, *ibid. nu.6.*

A *conſilio Oldradi* 21., nonniſi ex gravibus, & concludentibus conjecturis receditur, licèt de Aſcendentis diſpoſitione agatur, *vot.16. nu.54. part.1.*

Et minùs ab eo receditur, quoties perpetuum fideicommiſſum non apparet conſtitutum, *ibid. num.56.*

Receſſum ab eodem *conſilio* ſtatuentes auctoritates explicantur, *ibid. nu.55.*

Ab *Oldradi conſ.* 21., in claris, ut recedatur, conjecturis opus non eſt, *vot. 6. nu. 5[illegible]. p. 2.*

De *conſilio Oldradi* 21. nulla quæſtio eſt, quoties heredum etiam inſtitutorum Liberis Subſtituti dati fuerint, *vot.13. nu.32. p.1.*

Ceſſat idem *Oldradi conſilium*, cum ſubſtitutio non eſt reſtricta ad caſum obitus primorum Inſtitutorum, ſed indeterminata eſt, *vot.1. num. 35. part.1.*

Oldradi conſilium 21. locum non habet, quoties ſubſtitutio ordinata eſt nedum in caſu obitus filiorum ſinè maſculis, ſed in quocumque etiam caſu defectus omnium Deſcendentium maſculorum, *vot.1. num.42. p.1.*

Pro receſſu ab *Oldradi conſilio* 21. vocatio paſſiva infertur ex vocatione activa, *vot. 7. num. 73. part.1.*

Juxta *Oldradi conſilium* 21., ſubſtitutio facta ſub conditione: *ſi ſinè liberis*, corruit, Liberis exiſtentibus, *vot.7. nu.1. p.1.*

Præſertim, quando Teſtator gravamen ad primos heredes reſtrinxit, *ibid. num.2.*

Pro receſſu ab *Oldradi conſ.*21. reprobatur à nonnullis conjectura digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, *vot.7. nu.30. p.1.*

Ab aliis reputatur levis, *ibid. num.31.*

Niſi agatur de prorogando fideicommiſſo favore perſonarum, vocatarum, purificatâ conditione: *ſi ſinè filiis*, *vot.7. nu.32. p.1.*

Ab *Oldradi Conſil.* 21. ut receſſum ſuadeat digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, oportet quod activè, & paſſivè factus ſit, *vot.7. num. 33. part.1.*

Ab *Oldradi Conſil.* 21. receſſum ſuadens digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, tunc adeſſe dicitur, quando plures ſubſtitutiones factæ ſunt in oratione ſeparata, *vot. 7. numer. 62.*, *& 63. part.1.*

Ut ab *Oldradi Conſil.* 21. recedatur, ſufficit agnationis contemplatio tacita, *vot. 6. numer. 48. part.2.*

Expreſſa verò, etiam ſola ſufficit, *ibid. nu.49.*

Ab *Oldradi Conſil.* 21., receſſum inducere nequit tacita agnationis contemplatio, deſumpta ex Maſculorum vocatione, *vot. 7. numer. 29. part.1.*

A *Conſilio Oldradi* 21. paſſim receditur, ubi adeſt alienationis prohibitio, *vot.35. numer. 14. part.1.*

Pro *Conſilio Oldradi* conſiderari ſolent taxativæ dictio-

dictiones, *tunc*, *tantùm &c. vot.* 13. *num.* 20. *part.*1.

Contra *Oldradi Conſilium* pugnant indefinitæ, atque univerſales dictiones, *vot.* 13. *numer.* 21. *part.*1.

A *Papiniano*, rationis pietatis amantiſſimo, primum eadem ratio evulgata eſt in *leg.cum Avus* 102. *ff. de condition.*, *& demonſtrat.*, *vot.* 12. *nu.* 14.*p.*2.

Quando autem dictæ Legis diſpoſitio locum habeat, vel non? Vid. in verb. Lex.

DOLUS.

Sinè *dolo*, contraventio nequit committi, *vot.*7. *nu.*62. *p.*2.

Dolus ex ſcientia contrariæ voluntatis proficiſcitur, *vot.*7. *nu.*64. *p.*2.

Dolo vacare dicitur, qui præceptum ignorat, *vot.*7. *num.*63.*p.*2.

Dolum excludit contraventio ex juxta ratione, *vot.*27. *num.*18. *p.*1.

Dolus, ac mala fides non requiritur, ut caducitatis pœnæ obnoxius fiat alienans Bona contra præceptum Teſtatoris, *vot.*32. *nu.*14. *p.*2.

Sed ſolum ſufficit contraventionis factum, *ibid. num.*15.

Dolus, & mala fides alienantis eum obnoxium facit pœnæ privationis ipſo jure, & abſque interpellatione ullâ, aut declaratione Judicis, *vot.* 32. *num.*16. *p.*2.

Dolus in muliere certas non contrahente nuptias, à Teſtatore præſcriptas, excluditur, dum alias contrahat auctoritate Patris, *vot.*20. *nu.*30. *p.*1., *& vid. nu. ſeqq.*

DOMICILIUM.

Domicilii potiùs, quàm originis ratione quis de aliquo Loco dicitur, *vot.*4. *nu.*2. *p.*1.

Domicilium Patris, non Civitatem filius ſequitur, *vot.*4. *nu.*38. *p.*2.

Domicilii voluntate, ac originis ratione, quiſpiam ad civilia vocatur munera, *vot.*4.*n.*5.*p.*2.

Domicilii, & incolatus ratione competunt privilegia Civium, niſi diſpoſitio expreſsim de originario loquatur, *vot.*4. *num.*9. *p.*2.

Domicilium deſeri non dicitur, ſi quis aliò ſeſe transferat ſtudiorum, mercaturæ, dignitatis, litis, liberalioris educationis, aliavè ſimili juſta de cauſſa, *vot.*30. *num.*55. *p.*2.

Procedit, etiam pro effectu caducitatis non incurrendæ, *ibid.*

DOMINIUM.

Quod reſolubili *dominio* poſsidetur, *ſuum* dici nequit, *vot.*29. *num.*7. *p.*2.

Quod irreſolubili *dominio* detinetur, id propriè poſsideri dicitur, *vot.* 29. *num.*9. *p.*2.

Dominium fructus conſectantur, *vot.* 18. *numer.*5. *part.*1.

Dominium rei licèt quis non habeat, ſi tamen bonâ fide poſsidet, fructus lucratur, *vot.*18. *num.* 24. *p.*1.

Ad hunc enim effectum poſſeſſio habetur pro dominio, *ibid.*

Procedit, ſive de herede agatur, ſive de tertio poſſeſſore, *ibid. num.*25.

Etiam in Legatis, quàm in fideicommiſſis particularibus, *ibid. num.*26.

Actuali Teſtatoris *dominio* licèt non ſubſint fideicommiſſaria Bona, adhuc ſub ejus diſpoſitione comprehenſa cenſentur per verba = *da me goduti, e che di preſente godo* =, *vot.* 29. *numer.* 55. *part.*2.

Dominii translatio Legatario, ſeù Fideicommiſſario particulari, actionem præſtat pro fructibus extantibus, ac etiam pro conſumptis, quatenùs locupletior ex eis poſſeſſor factus ſit, *vot.* 18. *nu.*27., *&* 29. *p.*1.

Dominium, in donationibus cauſſâ mortis, non transfertur, niſi poſt Donantis mortem, quoties traditio non intervenіat, *vot.*17. *numer.*19. *part.*1.

Dominium rei donatæ non fuiſſe in Donatarium translatum, arguitur, ſi, eo ſciente, ſe tamquam Dominum geſſit Donator, *vot.* 11. *num.* 5. *part.*2.

Dominium rei alienæ ſtatim non tranſit in Legatarium, *vot.*18. *nu.*9. *p.*1.

Rei verò propriæ Teſtatoris ſtatim tranſit, *ibidem.*

Dominii translationem ſi verba præſeferant, fiduciarius heres quis non dicitur, *vot.* 9. *numer.*16. *part.*2.

Aut quiſſimum univerſale ſuum *dominium* probare non tenetur Baro, per exhibitionem inveſtiturarum ſubditis factarum, *vot.* 27. *nu.*26. *&* 27.*p.*2.

Sed illud ſolâ conſuetudine probatum dici poteſt, *ibid. nu.*39.

Pro univerſali Baronis *dominio* communes ſufficiunt probationes, *vot.*27. *nu.*25. *p.*2.

Et in his etiam Cauſis locum habet regula = *ſingula, quæ non proſunt, juncta juvant* =, *ibid.*

Univerſale *dominium* Baroni tribuens conſuetudo, in feudis antiquiſſimis, levioribus adminiculis conſtabiliri dicitur, *vot.*27. *nu.*27. *p.*2.

Præſertim, cum ſunt mediatè ſubjecta directo dominio Sanctæ Sedis, *ibid. num.*28.

Pro directi *dominii* probatione plurimùm valent Teſtes, optimam eorum dicti rationem reddentes, *vot.*27. *nu.*58. *p.*2.

Duo autem Teſtes ſufficiunt, *ibid. num.* 59.

Univerſale, ac fundiarium *dominium* Baronis ſuadente ratione aliquâ, corruit generica præſumptio libertatis Bonorum, *vot.* 27. *num.* 22. *part.*2.

Dominium ejuſmodi ſat eſt, quod reſultet ex actibus, qui, nonniſi ad illud referri valeant, *ibid. num.* 23.

DOMINUS DIRECTUS.

Domino directo, non autem Vaſſallo in conceſſione feudi præjudicant clauſulæ = *nobile*, *ligio*, *gentile*, *antico*, *avito*, *e paterno* = *vot.*6. *nu.*45.*p.*1.

DOMUS.

Nomina *Domus*, vel *Caſata*, *familia*, & *agnatio* ſunt ſynonima, *vot.*3. *num.*14. *p.*1.

Domus, vel *familiæ* appellatione comprehenduntur omnes, à communi ſtipite deſcendentes, *vot.*3. *nu.*12. *p.*1.

Præ-

Præſertim, ubi Teſtator cognomen *familiæ* pluries expreſſit, *ibid. num.* 13.

De *Domo*, & *familia* vocata exiſtentes, ad ſucceſſionem admitti debent, licèt in diverſis commorentur Civitatibus, & Provinciis, *vot.* 20. *num.* 47. *p.* 2.

Vocatis illis de *domo*, & *familia*, vocati non cenſentur qui ſunt ejuſdem dumtaxat cognominis, *vot.* 45. *nu.* 62. *p.* 1.

Sed qui de familia Teſtatoris: quique ab eodem illius ſtipite procedunt, *ibid. nu.* 63., *&* 64.

Domus nomine cenſetur Teſtator artificiale etiam *domum* contemplaſſe, ſi nominis, & inſignium onus Cognatis injunxit, *vot.* 45. *num.* 27. *part.* 1.

Ex habita ſæpiùs mentione *domus*, *familiæ*, & *agnationis*, indubia redditur agnationis contemplatio, *vot.* 1. *num.* 69. *p.* 1.

Appellatione *domus*, *filiorum*, & *Deſcendentium* veniunt maſculi, & fœminæ, *vot.* 14. *num.* 91. *part.* 1.

In *domo* etiam artificiali; ſi eam Teſtator contemplavit, volita ab ipſo cenſetur Bonorum conſer- *vot.* 45. *num.* 30. *p.* 1.

Domus empta ab herede gravato, poteſt ab altera domo fideicommiſſaria ſeparari, ſi, licèt contigua, non ſit eidem incorporata, *vot.* 38. *num.* 46. *p.* 1.

Et in reſtitutione fideicommiſſi non debetur heredi fideicommiſſario, ſed heredi gravato, *ibid. nu.* 47.

Si verò *domus* empta, fuit alteri fideicommiſſariæ incorporata, heredi gravati reficiendus eſt juſtus valor, *ibid. nu.* 48.

In *domo* fideicommiſſaria factis bonâ fide à gravato melioramentis, hæc amiſſa non dicuntur, *vot.* 38. *num.* 49. *p.* 1.

Non tamen poteſt gravati heres ea retinere, refuſo heredi fideicommiſſario pretio ſoli, *ibidem num.* 50.

Sed ipſi Fideicommiſſario adquiruntur; eum ædificium ſolo, cui adfixum eſt, cedat, *ibidem num.* 51.

Domum vendere in qua defecit Pater, aut non videre fixas Majorum imagines lugubre eſt, *vot.* 26. *num.* 17. *p.* 1.

At magis luctuoſum eſt, depoſitis agnatitiis inſignibus, & avito nomine, ad alienas familias commigrare, *ibid. nu.* 18.

DONARE.

Donari, vendi, ac transferri ſpes valet, *ex Text. in leg. ſpem Cod. de donat.*, *vot.* 5. *num.* 30. *part.* 1.

Ex eodem *Textu* non benè infertur, poſſe in Extraneum transferri ſpem Bonorum, alienari prohibitorum, *ibid.*

Et *Card. de Luc. de renunciat. diſc.* 4. contrarium ſuſtineus, reprobatus fuit à *Sacra Rota*, *ibid. num.* 31., *&* 65.

Alibi verò idem Auctor ab ea ſententia receſſiſſe videtur, *ibid. num.* 33., *&* 66.

DONATA.

Donatæ rei dominium illicò in Donatarium transfertur, *vot.* 44. *nu.* 98. *p.* 1.

Donatæ rei dominium non fuiſſe in Donatarium translatum, arguitur, ſi, eo ſciente, ſe, tamquam Dominum, geſſit Donator, *vot.* 11. *nu.* 5., *&* 24. *p.* 2.

Donata ad Donantem redeunt, exiſtente conditione pacti reverſionis Bonorum, *vot.* 31. *nu.* 2. *p.* 1., *& vot.* 17. *nu.* 19. *p.* 2.

Donata inter vivos, in Legitimam non imputantur, *vot.* 44. *nu.* 4. *p.* 1.

Donata, Legitimam æquantia, ex præſumpta Donantis mente, imputanda ſunt, *vot.* 44. *nu.* 33. *part.* 1.

Donata filio inter vivos ut imputentur, non ſufficit æqualitatis ſervandæ ratio, *vot.* 44. *num.* 84. *part.* 1.

De *donatis* à Patre Bonis cauſsâ mortis, adhuc verificatur expreſſio, quod eſſent *ſua*, *vot.* 17. *nu.* 18. *p.* 1.

Donatorum Bonorum conſecutioni locus ſit, ceſſante dilationis cauſsâ, etiam non expectato dilationis tempore, *vot.* 31. *num.* 7. *p.* 1.

Donata Bona non eſſe liberæ collationis, efficit adjectum reſtitutionis onus, *vot.* 17. *numer.* 45. *part.* 1.

Cenſus, uni ex filiis *donati*, comprehenſio ſub prælegato omnium cenſuum, aliis filiis relicto, ex quibus deduci valeat? *vot.* 11. *num.* 4. *part.* 2.

Cenſus, uni ex filiis antea à Teſtatore *donati*, comprehenſio ſub prælegato omnium cenſuum aliis filiis relicto, præſumitur, ſi numquam idem cenſus fuerit à Teſtatore translatus in dominium filii, *vot.* 11. *num.* 4. 5., *&* 6. *p.* 2.

Sique illum tamquam ſuum Teſtator ſemper habuit, *ibid. nu.* 7.

Cenſus, uni ex filiis antea à Teſtatore *donati*, comprehenſio ſub Legato cenſuum, aliis filiis relicto, excluditur, ſi Teſtator declaravit, diſponere de *Bonis ſuis*, *vot.* 11. *numer.* 23. *part.* 2.

Limita in caſu, quo, patiente, & ſciente Donatario, ſemper anteâ de eodem cenſu diſpoſuerit, *ibidem num.* 24

Ac præſertim, ſi in cenſuum Legato uſus eſt dictione = *tutti* = *ibid.* 25.

DONATARIUS.

Donatarius, antequam ceſſerit dies, illius vocationi adpoſita, Bona donata conſequi non poteſt, *vot.* 31. *nu.* 3. *p.* 1.

Donatario non nocet præcedentis Legati præſervatio, à Donatore facta, ſed heredis onus eſt illud integrè Legatario præſtandi, *vot.* 44. *num.* 171. *p.* 1.

Ad æs alienum Donantis ſolus *Donatarius univerſalis* tenetur, *vot.* 21. *num.* 89., *& vot.* 44. *num.* 128. *p.* 1.

Donatarius univerſalis non tenetur ad debita Donantis, niſi, quatenus Bona donata patiuntur, tametſi inventarium non confecerit, *vot.* 21. *nu.* 102. *p.* 1.

Et maximè, eo legitimè confecto, *ibidem num.103.*

Donatarius universalis loco heredis habetur, & in eum tranſeunt jura omnia activa, & paſſiva Donantis, *vot.44. num.129., & 137.p.1.*

Donatarius universalis, nullo dato univerſali herede, æri alieno Donantis ſubjacet, *vot.44. num.130.part.1.*

Donatarius universalis non æquiparatur heredi univerſali, *vot.38. num.69. part.1.*

Maximè, quando alius eſt ſcriptus univerſalis heres, *ibid. num.70.*

Ex donatione ſibi facta cum reſervatione certæ quantitatis ad effectum teſtandi, *Donatarius*, non poteſt dici *universalis*, *vot.38. numer.74. part.1.*

Donatario universali inutilis eſt evictionis promiſſio, *vot.44. num.136. p.1.*

Donatarius particularis perſonam Defuncti non repręſentat, *vot.44. num.134. p.1.*

In *Donatarium particularem*, & certæ quotæ Bonorum non tranſeunt jura activa, & paſſiva Donantis, *vot.44. numer.135. 163., & 270. part.1.*

Donatarius particularis impenſis ultimæ infirmitatis, & funeris Donantis non ſubjacet, *vot. 44. num.142. p.1.*

Sicuti nec heres in re certa inſtitutus, *ibidem num.143.*

Donatarius quotæ Bonorum non ſubjacet æri alieno Donantis, ante donationem contracto, *vot.44. num.133., & 210. p.1.*

Donatarius, ſive *particularis*, ſive *universalis* ad æs alienum Donatoris, poſt donationem contractum, non tenetur, *vot.44. num.123., & 131.p.1.*

Donatarii particularis favore promiſſa à Donante evictio, liberum illum oſtendit, à quacumque ejuſdem Donantis obligatione, *vot.44. num.138. p.1.*

Donatarius quotæ Bonorum, evictione ſibi promiſsâ, conſequi debet incolumitatem rei, ſibi donatæ, *vot. 44. num.273. p. 1.*

Particularis Donatarii ſimul, & heredis perſonam gerere quis poteſt, *vot. 44. numer. 242. part.1.*

DONATIO.

Donatio eſt vera alienatio, per quam dominium in alium transfertur, *vot.32. num.3. p.2.*

Etiamſi effectum habitura non ſit, niſi poſt mortem Donantis, *ibid. num.4.*

Donatio facta pleno jure, redditur nulla in totum, *vot.4. num.114., & vot.5. num.60. p.1.*

Donatio, deficientibus Bonis, ſuper quibus ſuſtineri poſſit, irrita redditur, *vot.44. num.113. part. 1.*

Donationes tot eſſe dicuntur, quot ſunt perſonæ contemplatæ, *vot.31. num.43. p.2.*

Donatio ſolo Donantis conſenſu, ac voluntate perficitur, *vot.17. num.5. p.2.*

Sub *Donatione* comprehenſa cenſentur Bona omnia, quæ continet obvius, & literalis verborum ſenſus, *vot.44. num.120. p.1.*

Donatio ſtrictè interpretanda eſt, *vot.44. numer. 121.p.1.*

Et verborum generalitas ſuum in illa effectum obtinere debet, *ibid.*

Donationi adjectam evictionis promiſſionem, inanem reddi, dicendum non eſt, *vot.44. numer. 139. part. 1.*

Etiamſi donatio facta fuerit titulo merè lucrativo, & incipiat ſivè à traditione, ſivè à promiſſione, *ibid. num.140. part.1.*

Donatio, eveniente caſu pacti reſolutivi, illi expreſsè adjecti, reſolvitur, *vot. 17. numer. 5. part.1.*

Ex *donatione* jam *reſoluta* immiſſio concedenda non eſt, *vot.17. num.6. p.1.*

Donatio reſolvitur ob contraventionem præcepto ſubrogandi alia Bona in locum Bonorum alienatorum, *vot.17. num.32. p.1.*

Donationis reſciſſio non inducitur, niſi per actum certum, aliud importare non valentem, *vot. 31. num.21. p.1.*

Donationi adjectum pactum reverſivum, dicitur ſubſtantialis illius pars, reique donatæ irrevocabiliter inhærere, *vot.17. num.2. part.2.*

Donationis reſolutivum pactum congruè referibile ad perſonas dumtaxat expreſſas, ad eas reſtrictum cenſeri debet, *vot.17. num.70. p.1.*

Præſertim in diſpoſitione Juriſperiti, *ibid. n.71.*

Et maximè, ſi id magis conſonum ejus menti comperiatur, *ibid. num.72.*

Donationis pactum reſolutivum quoad certas perſonas adjectum, ad illas dumtaxat reſtrictum cenſendum eſt, *vot.17. num.;0., & 42. p.1.*

Quando autem abſolutè quoad omnes adjectum cenſeatur? *ibid. num.54., & ſeq.*

Donationis reſolutio volita quoad perſonas cognitas, & dilectas, eò magis quoad incognitas, & minus dilectas cenſetur volita, *vot.17. num. 58. p.1.*

Donationis reſolutio, generaliter indicta, non ad certas perſonas, ſed ad omnes debet referri, *vot.17. num.55. p.1.*

Procedit, adhibitâ licèt dictione = quoad =, cum expreſſione certarum perſonarum, *ibid.*

Præcedentis *donationis* reſolutio, inter fratres, arguitur ex Bonorum diviſione, *vot.31. nu.18. part.1.*

Non ad præcedentem revocandam *donationem*, ſed ad ulteriorem evitandam communionem, debet cenſeri facta diviſio inter fratres, *vot.31. nu.20. p.1.*

Hæcque cenſetur inita ad diſſolvendum cum eorum altero communionem, ſi alii dividentes, etiam poſt diviſionem ipſam, Bona pro indiviſo poſſederunt, *ibid. num.21.*

Vel ſaltem, tamquam actus æquivocus, nequit præcedentis donationis reſciſſionem importare, *ibid. nu.22.*

Et maximè, ſi à dividentibus, ſcientiam dictæ donationis habentibus, nulla ejus mentio facta eſt, *ibid. nu.25.*, ſed *vid.num.41., & ſeq.*

Donationi, ſub certâ *conditione* purificandæ, renunciatum non cenſetur ex pacto liberè diſponendi

nendi de eorum portione, inter dividentes inito, *vot.31. nu.26. p.1.*

Sed pactum ejuſmodi debet intelligi, rebus in eodem ſtatu permanentibus; & quando ſecus? *ibid. num.27., & 28.*

Eodemque modo, non autem de renunciatione dictæ donationi, intelligenda eſt promiſſio ipſam diviſionem habendi ratam, firmam, ac perpetuò obſervandam, *ibidem numer.29., & 30.*

Renunciatum itidem ei non cenſetur per pactum de ſolvendo, ex communi aſſe, ære alieno, *ibid. num.31.*

Et nec etiam ex generali quietantia de adminiſtratis, ſi ea tempus reſpiciat antè donationem ipſam, *ibid. num.32.*

Minùſque ex clauſulis generalibus, in diviſionis Inſtrumento adpoſitis, *ibid. num. 33.*, & ratio *num.34. ad 37.*

Præterea renunciatio ejuſmodi argui non valet ex venditione tertiæ partis domus, in donatione comprehenſæ, facta ab altero ex dividentibus, *ibid. nu.38.*

Excluditur autem ex renunciatione facta aliis Bonis, quàm donatis, *ibid. num. 39.*

Donotioni conditionali renunciatum cenſetur per diviſionem, directè ipſi contrariam, factam antequam conditio adimpleretur, *vot.31. nu.40., & 43. p.1.*

Renunciatum itidem cenſetur per diviſionem, inæqualiter, contra legem donationis, factam, *vot.31. nu.44. p.1.*

Donatio ſub *conditione* emittendæ renunciationis, iſti correſpectiva dicitur, *vot.17. num. 20. p.2.*

Donatio reſolvenda, nullis poſt certum tempus à Donatario ſuſceptis Liberis, ipſorum favorem reſpicit, *vot.31. nu.5. p.1.*

Donotionis reſolutio locum habens ex quo Donatarius intra annos 15. nullos ex primo Matrimonio ſuſcepit maſculos, non impeditur per ſecundum Matrimonium, intra tale tempus ab eo contractum, *vot.31. num.13. p.1.*

Donationis revocatio in caſu contraventionis cenſeri debet volita quoad heredes contravenientis tantùm, non quoad ſubſtitutos, cauſſam ab eo non habentes, *vot.17. numer. 46., & 47. part.1.*

Ac præſertim nepotes Donantis, *ibid. num.48.*

Ab antecedenti *donatione* teſtamentum poſterius interpretationem recipit, *vot. 31. numer. 50. part.2.*

Et quælibet capienda eſt interpretatio, ut cum donatione prius facta teſtamentum concilietur, *ibid. num.52.*

Per poſteriorem *donationem* Legata, & particularia fideicommiſſa revocata cenſentur, *vot. 38. nu.37. 80., & 87. p.1.*

Per poſteriorem *donotionem* tunc præſertim revocatum cenſetur particulare fideicommiſſum, cum agitur de Bonis, priùs alicui legatis, & deindè per donationem in eumdem translatis, *ibid. nu.88.*

An verò ſimiliter revocari queant univerſalia fideicommiſſa, quæſtio eſt apud Doctores, *ibid. num. 78.*

Per poſteriorem *donationem* non revocatur teſtamentum, ergo neque fideicommiſſum, ſeu Legatum, non valet argumentum, *vot.38. num. 109. part.1.*

Per ſubſecutam *donationem* teſtamentum revocatur quoad Bona donata, *vot.44. num.161. p.1.*

Donatio redituum facta in *poſteriori donatione*, intelligenda eſt de aliis, in priore donatione non comprehenſis, *vot.17. nu.15. p.1.*

Si modò hi correſpondeant Bonis poſtea donatis, *ibid. nu.16.*

In poſteriori *donatione* faciliùs comprehenſa præſumitur certa res, fideicommiſſo prius ſubjecta, quando tàm fideicommiſſum, quàm donatio facta eſt de Bonis omnibus, *vot. 44. numer. 112. part. 2.*

Donatio rei, fideicommiſſo priùs ſubjectæ, nova diſpoſitio dicitur, *vot.44. nu.102. p.2.*

Donatio Bonorum omnium non rumpit teſtamentum, antecedenter factum, *vot. 38. num. 62., & 65. p.1.*

Teſtamentum enim, nonniſi alio ſolemni teſtamento, vel inciſione priorum tabularum, rumpitur, *ibid. num.63.*

Hinc donatio impedit quidem ſucceſſionem ex teſtamento quoad res donatas, *ibid. nu.64.*

Non verò quoad alia Bona, & jura hereditaria, *ibid. nu.65.*

Procedit principalis concluſio, licèt donatio totum abſorbeat Teſtatoris patrimonium, *ibidem nu.66., & num.75.*

Donatio Bonorum omnium repugnat fideicommiſſo priùs ordinato pro conſervandis Bonis in agnatione, *vot.38. num.96., & 105. p.1.*

Donatio omnium Bonorum, amplis verbis facta, comprehendit etiam Bona, quæ Donator priùs fideicommiſſo ſubjecit, *vot.44. num.105. p.1.*

Per *donationem partis Bonorum*, ſub fideicommiſſo exiſtentium, fideicommiſſum non revocatur, in totum, *vot.38. num.90. p.1.*

Intellige, ut *num.107.*

Per *donationem quotæ Bonorum*, ſub fideicommiſſo exiſtentium, idem, deficiente finali ipſius cauſſâ, revocatum cenſetur, *vot. 38. num. 94. part.1.*

Sub *donatione dimidię partis omnium Bonorum* comprehenduntur pro medietate fructus reperti in hereditate Donatoris, *vot.44. nu.173. p.1.*

Donatio ad certam Bonorum partem, dimidiam nempè, vel tertiam reſtricta, & facta ſub commemoratione *quotæ Bonorum*, particularis dicitur, *vot.44. num.132. p.1.*

In *donatione quotæ Bonorum* comprehenſa Bona, non remanent obnoxia reſtitutioni dotis uxoris Donatoris, *vot.44. nu.209. p.1.*

Donatio acceſſoria deficit, actu principali deficiente, *vot.17. nu.4. p.1.*

Procedit, ſeorſim etiam à quolibet pacto, *ibid. num.51.*

Acceſſoria donatio, in defectu vocatorum reſolubilis, ac deferenda ad ſubſtitutos, non ſimpliciter

ſer acceſſoria dicitur, ſed admixtum habere alium æquè principalem actum, *vot.17. nu.83. part.1.*

Eæque, in caſu contraventionis, quoad Subſtitutos, non reſolvitur, *ibid. num.84.*

Donatio acceſſoria ſuſtinetur ex Donantis mente, licèt principalis actus corruat, *vot.17. num. 52. part.1.*

Donatio inter vivos ſuâptè naturâ perpetua eſt, & ad heredes tranſitoria, *vot.17. num.4. p.2.*

Donatio inter vivos eſt irrevocabils, *vot.11. nu.27., & vot.17. num.1. p.2.*

Nec ullo pacto per modum, conditionem, aut gravamen ullum alterari poteſt, *dict. vot. 17. num.2.*

Aut ullâ revocari diſpoſitione, *ibid. num.3.*

Sive directè, ſive indirectè, *ibid. nu.9.*

Donatione factâ *inter vivos*, non admittitur pœnitentia, innovatio, ſeù alteratio, *vot.17. num.10. part.2.*

Donatio inter vivos liberum transfert rei donatæ dominium, *vot.44. num.3. p.1.*

Donatio inter vivos dominium, & proprietatem ſtatim in Donatarium transfert, *vot.17. num.6. & 7., & vot.32. num.4., & 7. p.2.*

Procedit, licèt effectum habitura non ſit, niſi poſt mortem Donantis, *eodem vot. 32. dict. num.4.*

Per *donationem inter vivos* ordinato fideicommiſſo, nequit Donans, vocationem perſonarum, in illo contentarum, ad ſolos maſculos ex maſculis reſtringere, *vot.31. nu.45. p.2.*

Tametſi facultatem ſibi reſervaverit rem meliùs ordinandi, explicandique, *ibid. nu.46.*

Per viam *donationis inter vivos* facta renunciatio, fideicommiſſum, etiam non expreſſum comprehendit, *vot.4. num.53. p.1.*

In *donatione inter vivos*, correſpectivè facta pro toto eo, quod Donatarius poſſet prætendere, jura etiam futura comprehenſa intelliguntur, *vot.17. nu.11. p.1.*

Ejuſmodi *donatio* Donatarium prohibet plus petere ex Donantis Bonis, *ibid. num.12.*

Ac præcedentis donationis cauſâ mortis revocatoria cenſetur, *ibid. num.13.*

Donationem irrevocabilem *inter vivos* præſeferunt renunciationis verba hæc = *cedè, rinunciò, & irrevocabilmente tra i vivi donò in forma ampliſſima, e per titolo di pura donazione* = *vot.4. num. 5. p.1.*

Et quidem donationem non conſecutivam, ſed æquè principalem, *ibid. nu.52.*

Donatio inter vivos probibita à Teſtatore cenſetur, ſi Bonorum alienationem, cenſuum conſtitutionem, hiſque ſimilia generaliter prohibuit, *vot.32. nu.6. p.2.*

Donatio nedum *inter vivos*, ſed etiam cauſâ mortis comprehenſa cenſetur ſub generali alienationis prohibitione, facta, ut Bona pro vocatis conſerventur, *vot.32. nu.8., & 9. p.2.*

Declara, ut donatio cauſâ mortis tunc comprehenſa intelligatur, quando prohibitio facta eſt in favorem alterius, ex eaque reſultat fideicommiſſum in caſum mortis, *ibidem numer. 10.*

In *donationibus cauſâ mortis* traditione non interveniente, dominium in Donatarium non transfertur, niſi poſt Donantis mortem, *vot. 17. num.19. p.1.*

Donatio cauſâ mortis, ex veriſimili Donantis voluntate, idem ac teſtamentum valere poteſt, *vot.13. num.6. p.2.*

Donationem qui fecit univerſalem *cauſâ mortis*, nequit dici ab inteſtato deceſſiſſe, *vot.13. nu.2. part.2.*

Donatio cauſâ mortis contractui potiùs accedit, atque æquiparatur, *vot.13. nu.3. p.2.*

Intellige quoad modum, & ordinationem; quo enim ad effectum æquivalet ultimæ voluntati, *ibidem.*

Donationem cauſâ mortis ſecumferens primogenitura, nedum expreſsè, ſed etiam tacitè revocari poteſt, *vot.17. num.7. p.1.*

Donatio cauſâ mortis revocata cenſetur ex Bonorum donatorum diſtractione, *vot. 17. numer. 8. part.1.*

Sic etiam ex ſubrogatione annui reditus in eorum locum facta per correſpectivam donationem inter vivos, *ibid. nu.9.*

Hæc enim donatio animo compenſandi facta cenſetur, *ibid. nu.10.*

Donatio cauſâ mortis revocata cenſetur ex facta de Bonis donatis diſpoſitione per poſteriorem donationem inter vivos, *vot. 17. num. 14. part.1.*

Donatio cauſâ mortis corruit ex poſteriori donatione inter vivos, continente retrodonationem jurium præcedenter donatorum, *vot.17. nu.21. part.1.*

De *donatione cauſâ mortis*, & non de aliis verificari valens retrodonatio, ad illam referenda eſt, *vot.17. nu.27. p.1.*

In *donatione retrodonatio omnium Bonorum* antea donatorum, generaliter facta, intelligenda eſt de præcedentibus quibuſcumque donationibus non ſolùm inter vivos, ſed etiam *cauſâ mortis*, *vot.17. num.22. p.1.*

Præſertim ex declaratione, quod donatio illa in ſuo robore remaneat, *ibid. num.23.*

Si enim hæc firma eſſe debeat, præcedentes aliæ donationes revocatæ ſunt cenſendæ, *ibidem num.24.*

Procedit maximè principalis concluſio, ſi alioquin ſuperflua eadem retrodonatio redderetur, *ibid. num.25.*

Donatio Bonorum omnium non valet, ſi Donator nil ſibi reſervet, *vot.38. nu.101. p.1.*

Ex *donatione* facta *omnium Bonorum*, uſufructu reſervato, non dicitur, quis ſibi ademiſſe teſtandi facultatem, *vot.33. nu.17. p.1.*

Donationem Bonorum omnium, cum reſervatione certæ ſolius quantitatis, non feciſſet Teſtator, ſi fideicommiſſum agnatitium conſervari, voluiſſet, *vot.38. nu.105. p.1.*

Donatio redituum indefinita, ſuper omnibus Bonis intelligitur, *vot.17. nu.17. p.1.*

Poſt *donationem omnium Bonorum* nequit ampliùs

Digitized by Google

Donator de Bibliotheca in uſus pios diſponere, vot.44. nu.159.p.1.
Donatio pura, & ſimplex ea dicitur, quæ nullâ aliâ ex cauſsâ, quam liberalitatis proficiſcitur, vot.44. nu.8. p.1.
In ſimplicibus donationibus promiſſa, evictio, plurimum urget pro imputatione excludenda, vot. 44. num.71. p.1.
In donatione pura, ac ſimplici interpretatio contra imputationem rei donatę in Legitimam ſumenda eſt, vot.44. num.68. p.1.
In donatione pura, & ſimplici, verborum amplitudo plurimùm valet pro excludenda imputatione in Legitimam, vot.44. numer.63. part.1.
Donotiones ob cauſſam, non verò puræ, & ſimplices imputantur in Legitimam, vot.44. num.41. part.1.
In donatione ob cauſſam, Donaus, ad evictionem tenetur, vot.44. nu.73., & 141.p.1.
Sive à traditione, ſive à promiſſione incęperit donatio, ibid. num.74.
Irrevocabilis donationis enunciatio non immutat naturam donationis ob cauſſam, vot.44. num.65. part.1.
Donatio ob cauſſam fieri præſumitur animo adimplendæ propriæ obligationis, vot.44. numer.69. part.1.
Duas tantùm donationes, dotem videlicet, & donationem propter nuptias conferri, & imputari debere, in jure cautum eſt, vot.44. num.19. part.1.
Donatio contemplatione Matrimonii in genere, non imputatur iu Legitimam, vot.44. numer.13. part.1.
Idem dicendum videtur de donatione facta contemplatione certi Matrimonii, vot.44. num.14., & 15. p.1.
Donationem contemplatione certi Matrimonii factam, in Legitimam imputari, verius eſt, vot.44. num.20. 27. 48. 54., & 86. p.1.
Donationem ob cauſſam certi Matrimonii, imputationi ſubjacere, uon adeo certum eſt, vot.44. num.87. p.1.
Donationem contemplatione certi Matrimonii cum Legitima non compenſari, plures, & graves Auctores ſentiunt, vot.44. num.218. p.1.
Pro ejuſmodi donationis imputatione plurimùm urget ipſa donationis quantitas, Legitimam excedens, vot.44. num.32., & 34. p.1.
Pro imputatione donationis ob cauſſam certi Matrimonii aliquale adminieulum præbet declaratio Patris, etiam poſt triennium, in codicillis facta, vot.44. num.55. p.1.
Donatio contemplatione Matrimonii reſpectum habet ad aliquam extrinſecam cauſſam, vot.44. num.6. p.1.
Nec pura, & ſimplex dici poteſt, ibid. num.7.
Donatio contemplatione Matrimonii nullâ naturali, aut civili obligatione imperatur, vot.44. num. 10. p.1.
Ideoque pura, & ſimplex cenſenda eſt, ibidem num.11.
Ad donationem contemplatione Matrimonii Pater non tenetur, vot.44. num.16. p.1.
Et illa meræ Patris liberalitati adſcribenda eſt, ibid. num.17.
Donationi contemplatione Matrimonii occaſionem præbens amor Parentum in Matrimonia, & filiorum commoda, liberalitatem non excludit, vot.44. num.12. p.1.
Donatio Matrimonii contrahendi cauſsà, non ex pura liberalitate, ſed ex neceſſitate facta videtur, vot.44. num.25., & 38. p.1.
Donationis, quæ contemplatione Matrimonii fit, cauſsà eſt Matrimonium, vot.44. n.26. part.1.
Donatio, quæ contemplatione Matrimonii fit, ob cauſſam dicitur, vot.44. num.22. p.1.
Donatio contemplatione certi Matrimonii, ob cauſſam dicitur, tametſi facta enuncietur ex mera liberalitate, & benevolentia, vot.44. num.64. part.1.
Donatio ob cauſſam certi Matrimonii, continet uxoris, & filiorum commodum, vot.44. num. 104., & 114. p.1.
Donatio contemplotione certi Matrimonii, eſt veluti pars matrimonialis contractus, vot.44. num.53. part.1.
Donatio ob cauſſam certi Matrimonii, correſpectiva, & oneroſa dicitur, vot.44. num.114., & 126. p.1.
In donatione ob cauſſam certi Matrimonii, evictio præſtanda eſt, vot.44. num.75. p.1.
Donatia ob cauſſam certi Matrimonii nullo præcedenti pacto, aut vinculo, rebus donatis voluntariè à Donante adpoſito, minui, aut alterari poteſt, vot.44. num.115. p.1.
Donationem, præcipuè ob cauſſam certi Matrimonii inutilem reddi, abſurdum eſt, vot.44. n.217. part.1.
Iu donatione ob cauſſam certi Matrimonii bona fides exuberare debet, vot.44. num.119. p.1.
Donatio ex quibus cenſeatur facta contemplatione primi dumtaxat Matrimonii? vot.31. num.14., & 15. p.1.
Nullus donationis titulus reſiſtit imputationi expenſarum factarum pro apparatu nuptiarum filii, vot.44. num.156. p.1.
Donatio, poſt Donantis obitum, effectum habitura, & imputationi obnoxia, inutilis redditur, vot.44. nu.43. p.1.
Intellige, ſi non excedat Legitimam, ibidem num.44.
Non verò, ſi excedat, ibid. num.45.
Aut Parentes ſe ſubjecerint oneri alendi filium, & Nurum, ac ſubeundi reliqua Matrimonii onera, ibid. num.46.
Donatio facta filio, ut onera Matrimonii ſubſtentare poſſet, ad neceſſitatem referenda eſt, vot. 44. nu.39., & 47. p.1.
Et puram liberalitam excludit, ibid. num.40.
Donatio, filio à Patre facta, corruit, vot.46. num. 78. p.1.
Niſi morte confirmetur, ibid. nu.79.
Limita, ut num.84., & ſeq.
Donatio, filio à Patre facta, & morte confirmata,

Digitized by Google

ta, vim Legati ſortitur, *vot.46. numer.80. part.1.*
Ex *donatione* facta filiis, eorumque Deſcendentibus plenum jus iis adquiritur, *vot.31. numer.42. part.2.*
Donatio, à Patre *filio emancipato* facta, etiam ab initio ſuſtinetur, *vot.46. num.84., & 89. part.1.*
Sic etiam ſi intuitu certi Matrimonii ſit facta *donatio*, ſuſtinetur, quamvis ſub patriâ poteſtate filius exiſtat, *ibid. nu.85.*
Nec eſt neceſſe, ut morte confirmetur, *ibidem num.86.*
Per *donationem Bonorum adventitiorum*, *filio* à Patre factam, uſusfructus ex eiſdem Bonis, à filio, ſciente, & patiente Patre, perceptus, expreſsè remiſſus dicitur, *vot.46. numer.12. part.1.*
Donatio, ejus viro ab *uxore* facta, non valet quoad adquiſitionem dominii, *vot.25. nu.78. part.1.*
Prodeſt tamen, ut is fructus lucretur, ſi donationem valere, crediderit, *ibid. num.79.*
In *donatione Mulieris* conſenſus viri de jure non requiritur, *vot.13. num.27. p.2.*
Ex comprehenſis in *donatione* Bonis, *Legitima* detrahi nequit, *vot.44. num.88. p.1.*
Habenda tamen eſt ratio Bonorum donatorum (quoties ea imputationi non ſubjaceant) pro dimentienda quantitate Legitimæ, *ibidem num.89.*
Donatio licèt hereditatem diminuat, *vot.38. num. 71. p.1.*
Non tamen efficit, quin heres queat validè hereditatem adire, *ibid. num.72.*
Præſertim, ſi donatio non ſit univerſalis, *ibid. nu.73.*

DONATOR.

Interpretatio, ex qua *Donator* minùs læſus remaneat, facilius amplectenda eſt, *vot.17. numer. 61. part.1.*
In dubio ſpectanda eſt *Donantis* declaratio, quamvis ex intervallo facta, *vot.44. numer.57. part.1.*
Præſertim, ſi Donans, ſit Pater, *ibid. nu.58.*
Et eam declarationem emiſerit morti proximus, *ibid. nu.59.*
Donatoris voluntatem ab ejus poteſtate metiri poſſumus, *vot.31. num.49. p.2.*
Nil magis veriſimile eſt, quàm, quod *Donans* voluerit, Bona ſua ad nepotes ſubſtitutos pervenire, *vot.17. nu.74. p.1.*
Et donationem quoad illos non reſolvi, *ibidem num.75.*
Donatorem dè triſti filiorum obitu cogitaſſe, credi vix poteſt, *vot.31. nu.39. part.2.*
Patrem *donatorem* compenſare voluiſſe cum debito dotis, cujus nec venerat, nec ceſſerat dies, inveriſimile eſt, *vot.44. nu.215. p.1.*
Præſertim, ſi Mater eodem contextu dimidiam partem ſuorum Bonorum, in dote conſiſtentium, filio donaverit, *ibidem num.216.*
Donator Juriſperitus non cenſetur verba inepta protuliſſe, *vot.17. num.13. p.1.*
Donantis mens eſſe præſumitur, ut Bona donata, Legitimam æquantia, in Legitimam imputari debeant, *vot.44. nu.33. p.1.*
Donator ad evictionem, niſi promiſerit, non tenetur, *vot.44. num.72. p.1.*
Poſteriores *Donantis* obligationes Donatario non nocent *vot.44. num.124. p.1.*
Præſertim, ſi donatio fuerit ob cauſſam, *vot. 44. num.125. p.1.*
Et Creditor agat adverſus Donatarium, hypothecariâ actione muoitum, *ibid. num.127.*
Donans inter vivos nequit de Bonis dnoatis in vita diſponere, *vot.17. num.8. p.2.*
Minùſque per ultimam voluntatem, *ibidem numer.9.*
Donans ſi à donatione omnium Bonorum certam aliquam rem excipere voluit, cur id non fecit? *vot.44. num.116. p.1.*
Donans, ſi à donatis Bonis omnibus aliquam rem excipere voluiſſet, amplis, & generalibus verbis uſus non fuiſſet, *vot.44. num.117. p.1.*
Donans contemplatione certi Matrimonii rem, fideicommiſſo ab eo ſubjectam, à priori diſpoſitione receſſiſſe dicitur, *vot.44. num.103. p.1.*
Donatori reſervata facultas rem meliùs ordinandi, explicandique, refertur ad accidentalia diſpoſitionis, non ad ejus ſubſtantiam, *vot.31. nu. num.47. p.2.*
Proindeque ejus vigore, nec novæ perſonæ adjici, nec jam vocatæ excludi poſſunt, *ibidem num.48.*
Donator univerſalis unn poteſt Bona, à donatione reſervata, ſubjicere fideicommiſſo præcedenter inſtituto, *vot.38. numer.102., & 108. part.1.*
Quia *univerſalis Donator* liberâ teſtandi facultate quoad Bona in donatione non comprehenſa, carere non debet, *ibid. num.103.*
Donator univerſalis habere non dicitur liberam teſtandi facultatem de Bonis, quæ certarum perſonarum favore reſervata fueruut, *vot.38. nu. 104. part.1.*

DOS.

Dos filiæ omninò debetur in Bonis Patris, *vot.15 num.74. part.2.*
Dos eodem jure cenſetur, quo alia Defuncti debita, *vot.23. num.63. p.2.*
De *dote*, ac neceſſariis alimentis Pater, Mater, aut alius Aſcendens fœminas providere ſolet, quoties intuitu agnationis illas excludit, *vot. 12. num.51. part.2.*
Dotem nepti ditiſſimæ Avus de proprio relinquere voluiſſe non eſt cenſendus, *vot.29. num. 69. p.2.*
Dos regulariter ſinè Matrimonio nequit eſſe, *vot. 15. num.40. p.2.*
Intellige, quoad propriam formam, non quoad effectum tranſmiſſionis, *vot.15. num.40. p.2.*
In *dote* materna ſuccedunt filii, *vot.7. num.32. part.2.*
Dotis reſtituendæ valor, ſpectandus ne ſit tempore

re receptæ dotis, graviſſima eſt quæſtio, *vot. 44. num.223. p.1.*

Pro *dote* actio competit adverſus fideicommiſſum, principaliter obligatum, etiam non probato aliorum Bonorum defectu, *vot.6. num.77. part.2.*

Pro *dote* ut competat fideicommiſſi retentio, vel inventarium, vel alia æquipollens probatio ſtatus hereditarii Fideicommittentis requiritur, *vot.6. n.78. 82., & 87. p.2.*

Dotis detractio impedit Fideicommiſſario immiſſionem, *vot. 6. n. 66. p.2.*

Etiamſi offeratur cautio pro dotis præſervatione, *ibid. n. 67.*

Dotis à filio, tàm paterno, quàm proprio nomine exactæ, detractio impedit Fideicommiſſario immiſſionem, ſi Pater, fideicommittens, pro ipſius dotis reſtitutione Bona ſua obligarit, *vot.6. num. 72. p. 2.*

Dos, & Legatum filiæ à Patre relictum, in ejus Legitimam imputandum eſt, *vot.46. num. 58. p.1.*

Dotem, & Legatum non reſpondere Legitimæ, filia, agens ad Legitimæ ſupplementum, probare debet, *vot.46. n.59. p.1.*

Dotem, ac *donationem* propter nuptias imputari debere, in jure cautum eſt; non ita de reliquis donationibus, *vot.44. n.19. p.1.*

Dotem cum Legato compenſaſſe cenſetur filia, illud acceptando, *vot.5. n. 32. p.2.*

Contrariæ auctoritates procedunt, quando ipſa reclamaverit, *ibid. n.33.*

Legatum *dotis* loco Legitimæ ſuccedentis, eſt ad Legatarii heredes tranſmiſſibile, tametſi innupta filia decedat, *vot. 15. n. 39., & 42. p.2.*

Dos loco Legitimæ ſuccedens, mulieri, ſeù ejus heredibus debetur libera ab omni onere, etiam ante nuptias, & unà cum fructibus à Patris obitu, *vot. 15. n.73. p.2.*

Dos, etiam ante Matrimonium ſumit naturam Legitimæ, *vot. 15. nu.42. p.2.*

Dotis ſubrogatio loco Legitimę, atque excluſio propter Maſculos non implicant, *vot.15. nu.68., & 69. part.2.*

Dotem conferre debens filia, tanto minùs accipere debet de hereditate Patris, quantum in dote ſua eſt, *vot.46. n. 43. p.1.*

Dotem Socero datam, mulier ab eo repetere poteſt, *vot. 6. n.74. p.2.*

Etiamſi patrimonium Soceri fideicommiſſo ſuppoſitum fuerit, *ibid. n. 75.*

Præſertim, ſi, Fideicommittens, pro dote Bona ſua obligaverit, *ibid. n. 76.*

Dos, conſtante Matrimonio, repeti non poteſt, *vot.46. n.41. p.1.*

Limita, ſi vir Bona ſua dilapidet, *ibid. n. 42.*

Dos, loco quantitatis in Bonis aſſignata, tranſit in dominium viri, *vot.37. n.9., & 93. p.1.*

Dotis quantitativæ loco aſſignata Bona, ad mulierem non ſpectant, niſi probatâ ipſorum met Bonorum reſtitutione factâ cum acceptatione mulieris, *vot.37. n.93. p.1.*

Secus, quando conventum ſit, eaſdem ſpecies reſtitui debere, *ibid.*

Dos (ſi ita conventum eſt) reſtitui debet in nummis aureis, vel argenteis æſtimandis, quanti valebant tempore exactæ dotis, *vot.44. num. 226. part.1.*

Dotis augmentum, naturam dotis ſortitur, *vot.7. n.1. p.2.*

Dotis augmentum unà cum dote tranſit in dominium viri *vot.7. n.2. p.2.*

Dotem à filio tàm proprio, quàm Patris nomine exactam, cenſetur Pater ſpontè penes eum dimittere voluiſſe, *vot.6. n.73 p.2.*

Dotes ſororibus ſolutas detrahere filius poteſt ab hereditate Patris, *vot.23. n. 49. p. 2.*

Intellige, ſi de propriis Bonis eas ſolverit; ſecus, ſi de fructibus hereditariis, *ibid. n.50.*

Dotium à Patre ſolutarum non alia eſt habenda ratio in detrahenda filii Legitima, niſi minoris illius diminutionis ab hereditate patiendæ, *vot. 23. n.80. p.2.*

Dotes enim ſi non eſſent ſolutæ, priùs ab aſſe hereditario detrahendæ eſſent, quàm Legitima filio aſſignaretur, *ibid. n. 81.*

Decentioris *dotationis* cauſſa expreſſa in excluſione Religioſorum, tàm nuptas, quàm innuptas comprehendit, *vot. 14. n.36. p.2.*

Immo magis innuptas, quam nuptas, *ibidem.*

Dotes ſtatuariæ, ut cenſeantur loco Legitimæ ſuccedere, ſufficit, quod res dubia ſit, *vot.15. n.37. part.2.*

Per talem enim interpretationem fit reditus ad jus commune, *ibid.*

Dotes ſtatuariæ an loco Legitimæ ſuccedant necne, omnia ſimul, & unitim conſideranda ſunt, *vot.15. n.36. p. 2.*

Dotis ſola promiſſio non ſufficit, ut Statuto excluſivo fœminarum propter dotem locus fiat, *vot.15. n.62. p.2.*

Dos ex Statuto ſuccedit loco Legitimæ, quando illud à dotatione incipit, *vot. 15. n.29. p.2.*

Sic etiam, ſi mandat, mulierem dote ſibi conſtitutâ, vel promiſſâ ab aliquo ex nominatis, contentam eſſe, *ibid. n. 30.*

Et ſi illis de alimentis non providet donec nubat, *ibid. n. 31.*

Tum denique ſi fœminas temporaliter ſolùm excludit, & quando exſtent maſculi, *ibid. n.32.*

Statuti vigore *ſi dos* loco Legitimæ ſuccedat, fœminarum excluſio non propter maſculos, ſed propter dotem cenſenda eſt, *vot. 15. num. 66. part.2.*

Contrarium, quod nempe non implicet dotis ſubrogatio loco Legitimæ, atque excluſio propter maſculos, *ibid. n. 67.*

Dotis conſtitutio, apertæ ſucceſſionis tempore, non requiritur, cum agitur de Statuto excludente fœminas propter maſculos, ſecus, quum dos loco Legitimæ ſuccedit, *vot.15. numer. 68. part.2.*

Intellige, hoc caſu dotem quandocumque petî poſſe, illarum tamen excluſionem non ceſſare, licèt conſtituta dos non fuerit, *ibid. n. 69.*

Poteſt enim conſtitui etiam poſt delatam hereditatem, *ibid. & n.66.*

Digitized by Google

Dot loco Legitimæ ſuccedere poteſt, etiam quum Statutum fœminas propter maſculos excludit, non abſolutè, & independenter ab earum dotatione, *vot. 15. n. 35. p. 1.*

Vid. verb. *filius*, *Statutum*.

DOTARE.

Dotare filias òfficium eſt Patris, non earum fratris, *vot. 23. n. 42. p. 2.*

Limita., ſi Patris heres ille ſit, *ibid. n. 43.*

Dotandi fœminas injunctum a Teſtatore præceptum contemplatam agnationem arguit, *vot. 42. num. 49. p. 1.*

DUBIETAS.

Sola *dubietas* ſuper ſufficientiâ, ac relevantiâ jurium productorum Reo, ac poſſeſſori ſuffragatur, *vot. 28. n. 73. p. 2.*

Sola *dubietas*, an eadem vigeret ratio, extenſionem ultrà caſum expreſſum impedit, *vot. 21. num. 67. p. 1.*

DUBITANS.

Dubitans ab ignorante non diſtat, *vot. 24. n. 60. p. 1.*

Dubitans Ignoranti æquiparatur, *vot. 21. num. 92., & vot. 24. num. 60. p. 1.*

Non *dubitans*, ſed errans dicitur, qui de Bonis fideicommiſſariis tamquam de liberis diſponit, *vot. 24. n. 63. p. 1.*

DUBITARE.

Dubitare ſi potuit Teſtator de pertinentia rei ad heredem, deficit ſcientia, *vot. 24. n. 61. p. 1.*

DUBIUM.

Dubium, & obſcurum apud Legem nihil eſt, ſed clara omnia, atque aperta, *vot. 18. numer. 16. part. 1.*

Dubium ſemper remanet, quod ex conjecturis, & ſubauditis intellectibus reſultat, *vot. 8. num. 17. part. 1.*

Dubium quod eſt, tamquam dubium debet expendi, *vot. 6. n. 66. p. 1.*

In re *dubia* difficile eſt certum judicium ferre, *vot. 40. n. 90. p. 1.*

In *dubio* non eſt à regulis, nec à verborum proprietate recedendum, *vot. 8. n. 196. p. 1.*

In *dubio* reſpondendum eſt favore illius, qui ſe comprehenſum in diſpoſitione dicit, *vot. 8. numer. 195. p. 1.*

Præſertim, ſi Reus, & antiquus etiam poſſeſſor ſit, *ibid. n. 197.*

E

ECCLESIA.

E*Ccleſiæ*, & Monaſteria nomine filiorum per fictionem veniunt, *vot. 19. n. 44. p. 1.*

Eccleſiæ relictum Legatum annuum perpetuum, centum annorum præſtatione reſolvitur, *vot. 10. num. 1. 4. ad 7., & num. 23. p. 2.*

Eccleſiæ vita ſtatuitur annorum centum, *vot. 10. num. 4. p. 2.*

Eidemque relictum Legatum annuum perpetuum, ad ipſius vitam intelligitur, *ibid. n. 5.*

Contrarium *num. 8.*; etiamſi mentio heredum facta ſit, *ibid. num. 11.*

Quod intellige, *ut numer. 12.*, *& 13.*

Eccleſiæ relicti Legati annui perpetui, par non eſt ratio, ac Legati privatæ perſonæ relicti, *vot. 10. num. 22. p. 2.*

Eccleſiæ relictum Legatum annuum perpetuum, in hoc diſtinguitur a Legato, homini relicto, quod iſtud ſuàpte naturâ temporarium eſt, *vot. 10. numer. 17., & 18. p. 2.*

In *Eccleſiam* quum tranſeunt feuda, naturam ſuam non mutant, ſed feudalibus remanent ſubjecta Legibus, *vot. 27. n. 126. p. 2.*

EFFATUM.

Commune illud Oppidanorum *SS. Gregorii*, & *Caſupis effatum = morire a corte =* ſatis indicat, inibi vigere recadentiarum conſuetudinem, *vot. 27. n. 43., & 68. p. 2.*

EFFECTUS.

Effectus nequit eſſe prior ſua cauſâ, ſed hanc præcedere neceſſe eſt, *vot. 14. num. 18. p. 2.*

ELEEMOSYNA.

Eleemoſynas perpetuas, ac perpetua etiam anniverſaria extra judicium petere, non eſt habere reditus, *vot. 10. n. 52. p. 2.*

EMPHYTEUSIS.

In *Emphyteuſi*, & feudo maſculino, ſola ſpectatur agnatio, *vot. 1. n. 49. p. 2.*

In *Emphyteuſi*, ac feudo maſculino frater utrinque conjunctus fratrem conſanguineum non excludit, *vot. 1. n. 48. p. 2.*

Emphyteuſi conceſſâ duobus, uno deficiente, non datur jus accreſcendi favore ſuperſtitis, *vot. 7. n. 91. p. 1.*

Emphyteuſi ſubjecta Bona, an ſub generali inſtitutione veniant, diſputant Doctores, *vot. 42. numer. 67. p. 1.*

Communis tamen opinio eſt, ea venire, ſi redacta ſint ad inſtar allodialium, & effecta alienabilia, vel ex generali Loci conſuetudine, vel ex particulari Lege Supremi Principis, *ibidem num. 68.*

Emphyteutica Bona in Civitate *Ravennæ*, poſſunt in Extraneos transferri titulo alienationis, ac etiam fideicommiſſo ſubijci, *vot. 7. numer. 90. part. 1.*

EMPHYTEUTA.

Emphyteuta liberè de Bonis allodialibus poteſt diſponere, *vot. 42. n. 69. p. 1.*

Eademque, etiam non factâ eorum mentione, ſub generali illius inſtitutione veniunt, *ibidem numer. 71.*

ENUNCIATIVA.

Per *enunciativas*, in publicis actibus emiſſas, optimè probatur conſuetudo immemorabilis, *vot. 27. n. 66. p. 2.*

Enunciativæ antiquiſſimæ in publicis actibus, immemorabilem probant, etiam contra Succeſſores enunciantium, *vot. 27. n. 67. p. 2.*

Enunciativæ memoria per lapſum decennii abolita cenſetur, *vot. 24. n. 59. p. 1.*

Enunciativæ per Patrem factæ in valde proportionatis actibus, filiationem probant, deficiente etiam fide Baptiſmatis, *vot. 9. num. 14., & 17. part. 1.*

ER-

ERRANS.

Erranti obſtat commune illud axioma = *quod potuit, noluit, quod voluit, adimplere nequeivit* =, *vot.* 24. *num.*62. *p.*1.

Errans, & non dubitans is dicitur, qui de Bonis fideicommiſſariis, tamquam de liberis, diſponit, *vot.*24. *num.*63. *p.*1.

ERROR.

Error non immutat rei veritatem, nec præjudicat erranti, *vot.*10. *num.*119. *p.*1.

Error, ex poſſibili juſta credulitate, ſemper præſumitur in perſona, ad onus obligata, *vot.*27. *num.*16. *p.*1.

Qui ex *errore* tamquam heredem ſeſe geſſit, in mala fide non dicitur fuiſſe, *vot.*25. *numer.*73. *part.*1.

Intellige, ſi ex errore Juris, *ibid. num.*74.

Per *errorem* facta diſpoſitio, habetur, ac ſi facta non fuiſſet, *vot.*24. *num.*55. *p.*1.

Error à caducitate excuſat, *vot.*27. *nu.*17. *part.*1.

Ex *errore* à Teſtatore factum Legatum rei alienæ, tamquam propriæ, non ſuſtinetur, *vot.*11. *nu.* 10. *p.*2.

Secùs, ſi tamquam ſuam legaverit rem heredis, *ibid. nu.*12.

Tunc enim Legatum ſuſtinetur ſivè ſciverit, ſivè ignoraverit, *ibid. num.*14., & 15. *p.*2., & vid. *num.*32., & *ſeq.*

Error, quod Bona eſſent propria, dum heredis erant, excludit voluntatem hunc gravandi in re propria, *vot.*24. *nu.*50., & 54. *p.*1.

Vid. *heres*, *gravamen*, *Teſtator*.

EXCEPTIO.

Exceptio firmat regulam in non exceptis, *vot.*8. *num.*40., & *vot.*17. *nu.*24. *p.*1.

Exceptio, ut ait *Cicero*, facit, ne liceat, *vot.* 7. *num.*32. *p.*2.

Ob *exceptionem*, requirentem altiorem indaginem, immiſſio retardanda non eſt, *vot.*18. *nu.* 75. *part.*2.

Exceptio juris tertii quando nequeat dici excluſiva juris Agentis? *vot.*28. *numer.*38. 39., & *ſeq. part.*1.

Exceptio non purificati fideicommiſſi, licèt ſit de jure tertii, excluſiva tamen eſt juris Agentis, & etiam à tertio poteſt opponi, *vot.*28. *nu.*15., & 20. *p.*1.; & quando ſecus? *num.*38., & *ſeq.*, & *num.*44. *ad* 61.

Exceptio non purificatæ conditionis ob exiſtentiam perſonarum de diverſa linea priùs vocata, nequit admitti inter perſonas de una eademque linea, *vot.*28. *num.*64. *p.*1.

Inter has enim ſolùm de proximitate gradus contendi poteſt, *ibid.*, & *nu.*67., & *ſeq.*

Exceptio exiſtentiæ proximioris à tertio opponi nequit contra fideicommiſſarium, pro immiſſione agentem, quoties iſte caveat de reſtituendo aliis vocatis portiones ſuas, *vot.*28. *n.*48.49. uſque ad 54. Intellige, ut *nu.*71.

Exceptio non purificati fideicommiſſi ob exiſtentiam proximioris, quoad Subſtitutum agentem eſt exceptio juris incerti, *vot.*28. *numer.*39. *part.*1.

Nèc poteſt eſſe illius intentionis excluſiva, *ibid. num.*46., & *ſeq.*

Præſertim, quia tale jus pendet ab ipſius proximioris voluntate, *ibid. num.*40.

Eoque non opponente, nequit opponi, *ibidem num.*41., amplia, ut *num.*46.

EXCIPERE.

Excipere alius nequit de jure, quod tertio, ad ejus dumtaxat utilitatem quæratur, *vot.*28. *nu.* 42. *part.*1.

EXCLUSIO.

Ab *excluſione* filiorum in una ſubſtitutione ad excluſionem in alia, tacitam præferente conditionem: *ſi ſinè filiis*, nequit inferri, *vot.*19. *num.*62., & 67. *p.*1.

Præſertim ex rationis diverſitate, *ibid. num.*65.

Ab *excluſione* unius perſonæ magis proximæ, à Statuto excluſæ, ad excluſionem aliarum quarumcumque minùs proximarum, in eo non comprehenſarum, arguere, eſſet abſurdum, *vot.*20. *num.*29. *p.*2.

Excluſo uno, excluſi cenſentur omnes, ab eo deſcendentes, *vot.*43. *nu.*47. *p.*1.

Excluſis proximioribus, eò magis cenſeri debent excluſi remotiores, *vot.*43. *num.*50. *p.*1.

Secus ex contraria Teſtatoris voluntate, *ibidem num.*51.

EXECUTOR TESTAMENTARIUS.

Executorum teſtamentariorum deputatio arguit, inſtitutionem uxoris, non merè fiduciariam, ſed plenariam, ac liberam fuiſſe, *vot.*9. *num.*26. *part.*2.

EXISTENTIA.

Exiſtentia perſonæ in conditione poſitę licèt non ſucceſſuræ, ſat eſt ad Subſtituti ſucceſſionem impediendam, *vot.*8. *num.*5., & 161. *p.*1., & *vid. vot.*36. *num.*25., & *ſeq. p.*1.

EXPENSÆ.

Expenſæ utiles eamdem ferè cum neceſſariis naturam habent, *vot.*23. *nu.*69. *p.*2.

Pro neceſſariis, ac utilibus *expenſis* recuperandis competit uſufructuario actio negociorum geſtorum, *vot.*23. *num.*72. *p.*2.

Expenſæ quænam utiles, quænam neceſſariæ ſint? *vot.*23. *num.*73. *p.*2.

Expenſarum neceſſitatem, utilitatemque, impendens, probare tenetur, *vot.*23. *numer.*74. *part.*2.

Hæc autem probatio fieri ſolet Operarum depoſitione, ac relatione Peritorum, *ibid. num.*75.

Expenſæ modicæ ad uſufructuarium pertinent, *vot.*23. *num.*76. *p.*2.

Expenſæ quænam magnæ, & quænam modicæ dicendæ ſint, non ſatis convenit inter Doctores, *vot.*23. *num.*77. *p.*2.

Verior eſt ſententia, quod prudenti Judicis arbitrio id æſtimandum ſit, *ibid. nu.*78.

Expenſæ litis ad eum pertinent, ad quem ſpectat commodum litis, *vot.*44. *nu.*174. *p.*1.

Pecuniam, quam quis alicui ſolvit, ut à lite recedat, repetere poteſt ab hereditate, vel patrimonio, cujus commodum receſſus à lite ſpectabat, *ibid. nu.*175., & 177.

Ex-

Expenſæ litis, ad hereditatis commodum non pertinentis, ab ea repeti nequeunt, *ibidem numer.176.*

Expenſæ pro tuendis Bonis, & juribus fideicommiſſi, heredi gravato à ſucceſſoribus reficiendæ ſunt, *vot.44. num.259. p.1.*

Expenſas pro tuendis Bonis, & juribus fideicommiſſi heres gravatus, non temerè litigans, repetit, licèt ſuccubuerit, *vot.44. numer.261. part.1.*

Litis *expenſas* non repetit heres gravatus, ſi lis calumnioſa fuerit, *vot.44.num.265.p.1.*

Expenſas ut repetat heres gravatus, ſatis illi eſt, quoquomodo utile negocium geſſiſſe, *vot.44. num.263. p.1.*

Prædicta locum habent etiam reſpectu quantitatis, quam ex Judicato ſolvere coactus heres fuit, *ibid.nu.266.*

Expenſæ pro tuendis Bonis, & juribus fideicommiſſi potioritatem obtinent adverſus ceteros creditores, *vot.44. nu.260. p.1.*

Expenſæ pro apparatu nuptiarum filii à Parentibus ex neceſſaria cauſa fiunt, *vot.44. num. 151., & 157. p.1.*

Expenſæ in apparatum nuptiarum filii; ſi Pater declaravit, ſe liberalitatem exercere velle, non imputantur, *vot.44. nu.152. p.1.*

Expenſæ in apparatum nuptiarum filii, ſi eas Pater imputari juſſerit, omninò imputandæ ſunt, *vot. 44. num.154. p.1.*

Etiamſi Pater ex intervallo id declaraverit, *vot. 44. num.155. p.1.*

EXPRESSIO.

Expreſſionem ejus, quod tacitè ineſt, nihil efficere, non ſemper verum eſt, *vot. 36. numer. 25. part.1.*

Expreſſio ejus, quod tacitè ineſt, aliquid operatur, etiam quando expreſſio fiat ſinè neceſſitate, *vot. 36. num. 26. p.1.*

Expreſſio, quod Bona perpetuò conſervari debeant in familia, æquivalet caducitatis pœnæ, *vot.4. nu.116. p.1.*

Expreſſio, quod Bona eſſent Patris, verificatur etiam de Bonis, ab eo donatis cauſâ mortis, *vot.17. num.18. p.1.*

Subſequens *expreſſio* certæ perſonæ contentæ in præcedenti collectiva vocatione, ejus dumtaxat prælationem operatur in concurſu aliorum vocatorum, *vot.39. num.60. p.1.*

Non verò iſtorum excluſionem, etiam in illius defectu, *ibid.num.61.*

Subſequens *expreſſio* unius ex pluribus ſpeciebus, ſub præcedenti genere comprehenſis, non cenſetur adjecta excluſivè ad alias ſpecies, *vot. 39. num.49. p.1.*

Præſertim, quando genus per verba diſpoſitiva, ſpecies autem expreſſa fuit per verba enunciativa, à principali diſpoſitione dependentia, *ibid. num.50.*

EXTENSIO.

Pœnalis conditio quamlibet *extenſionem* rejicit *vot.18.nu.28.p.2.*

Etiam ex identitate rationis: & licèt de favore Cauſæ piæ agatur, *ibid.nu.29.*, & quando ſecùs? *num.32., & ſeq.*

Extenſionem ultra caſum expreſſum ſola impedit dubitatio, an eadem ratio vigeret, *vot. 21. nu. 67. p.1.*

Vid. *conditio*, *diſpoſitio*, *fideicommiſſum*.

EXTRADOS.

Aliud ab *extradote* diverſum importat verbum = *altro* =, adjectum poſt verba = *ſuu ſtradote* =, *vot. 7. num.30. p.2.*

Extradotis nomine quid propriè veniat, diſſident inter ſe Doctores, relati *vot. 7. numer. 19., & 20. part2.*

Extradotis nomine, junctis generalibus, ampliſque verbis, omne id, quod ſub eo veriſimiliter intelligi à Teſtatore potuit, comprehenſum dici debet, *vot.7. num.26. p.2.*

Extradotis nomen mulier uſurpare potuit pro toto eo, quod, præter dotem, à Patre ſibi debitam, ipſi ab Extraneo promiſſum fuerat, *vot. 7. num.15. p.2.*

Et ex quibus? *ibid.nu.21., & ſeq.*

EXTRANEUS.

Extraneos propriis Deſcendentibus præferre voluiſſe Teſtator non eſt cenſendus, *vot. 12. num. 20. part.2.*

Ex indefinita *Extraneorum* vocatione excluditur agnationis contemplatio, *vot. 2. numer. 53. part.1.*

Pro *Extraneis* haberi nequeunt fœminæ, quarum Deſcendentes Teſtator contemplatus fuit, *vot. 44. num.80. p.1.*

Extraneus, niſi hereditatem adeat, heres non dicitur, *vot.24. nu.15. p.2.*

Extraneus, ſtatim reſtituere rogatus, trebellianicam detrahit; non, ſi rogatus reſtituere poſt mortem, *vot.30. num.23. p.2.*

Extraneus rogatus poſt mortem reſtituere, fructibus perceptis trebellianicam conſumit, atque falcidiam, *vot.30.nu.24., & 25. p.2.*

Contra *Extraneos* ut inducatur trebellianicæ prohibitio, leviores conjecturæ ſufficiunt, *vot. 28. nu. 7., & 49. p.2.*, declara *ut nu.51.*

Extraneus heres, nullâ factâ trebellianicæ detractione, plenius adimplere dicitur Defuncti voluntatem, *vot.28. num.9. p.2.*

Extranei de imputatione cum filio contendentes, repelluntur, *vot.44. nu.79. p.1.*

EXTREMA.

Poſitis extremis, media ſupponuntur, *vot. 30. nu.81. p.1.*

EVICTIO.

Evictionem qui patitur, nullum majus damnum ſentit illo amiſſionis fructuum, quos, non ſecutâ evictione, percepiſſet, *vot.44. numer.271. part.1.*

Qui de *evictione* tenetur, damnum amiſſionis fructuum emendare debet, *vot.44. numer. 272. part.1.*

Evictionis promiſſor, ejuſque heredes non modò pretium rei evictæ, ſed etiam omne id, quod intereſt, rem evictam non fuiſſe, præſtare tenetur, *vot.44.nu.274.p.1.*

Evictionis promiſſio inutilis eſt Donatario univerſali, *vot.44. num.136.p.1.*

Etiamſi donatio facta fuerit titulo merè lucrativo, & incipiat, ſive à traditione, ſive à promiſſione, *ibid.nu.*140.

Ob *evictionem*, ſibi promiſſam, debet Donatarius quotæ Bonorum conſequi incolumitatem rei, ſibi donatæ, *vot.44. num.273.p.1.*

Evictionis promiſſio intelligenda eſt, quatenùs ſequatur ex facto tertii, vel proprio, *vot.31.n.35.p.1.*

Non, ſi ex natura rei, *ibid. nu.* 36.

Evictio in caſu non procreationis filiorum maſculorum, dicitur ex natura rei provenire, *vot.31. num.36. p.1.*

Ad *evictionem*, Donans, niſi eam promiſerit, oon tenetur, *vot.44. nu.72. p.1.*

In donatione ob cauſſam, Donans, ad *evictionem* tenetur, *vot.44. nu.73.*, *&* 141. *p.1.*

Sive à traditione, ſive à promiſſione donatio incæperit, *ibid. num.74.*

Evictio in donatione ob cauſſam certi Matrimonii præſtanda eſt, *vot.44. nu.75. p.1.*

Evictionis promiſſio conjecturam præbet pro excludenda imputatione, *vot.44. nu.70. p.1.*

Evictionis promiſſio ad excludendum imputationem in ſimplicibus donationibus prodeſt, *vot.* 44. *num.71. p.1.*

Evictionis obligitio non excludit oous imputandi in Legitimam, quæ in cauſam certi Matrimonii donata ſunt, *vot.44. nu.76. p.1.*

Evictionis facta promiſſio non patitur, Donatorem aliter poſtea diſponere de re, in donatione comprehenſa, *vot.44. num.164. p.1.*

Etiamſi velit diſponere in piam Cauſam, *ibid. num.* 165.

Evictionis promiſſio Donatarium particularem liberum eſſe oſtendit à quacumque obligatione, cui Bona donata ſubjecta eſſe poſſent, *vot.* 44. *num.*138. *part.1.*

Ob *evictionem* paſſam in re legata, actio non competit adverſus heredem æquè privilegiatum, *vot.* 11. *num.35. p.2.*

Procedit etiam in Legato rei alienæ, *dict. nu.35.*, at ſecùs in Legato rei, ad ipſum heredem pertinentis, hic enim, licèt æquè privilegiatus, à Legatario cogi poteſt, *ibid. num.36.*

F

Rev. FABRICA S. PETRI.

Rev. FAbricæ Miniſtri de proprietate Legatorum relictorum Fratribus Minoribus *Sancti Franciſci* diſponere nequeunt, niſi ad effectum inveſtiendi, *vot.10. nu.56. p.2.*

Fructus verò non ſolutos intra biennium à Teſtatoris obitu poſſunt exigere, *ibid. num.* 59.

Immò etiam alios, poſt effluxum idem biennium non ſolutos, *ibid. num.59.*

Quæcumque autem ſuper his prohibetur compoſitio cum herede, *ibid. num.60.*

Limita, ſi compoſitioni Fratres conſentiant, tunc enim compoſitio fieri poteſt, traditâ iiſdem fratribus eleemoſinâ arbitrio *Sacræ Congregationis Rev. Fabricæ*, *ibid. nu.61.*

Vid. *Fratres Minor. Obſerv. S.Franciſci.*

FACTUM.

Facta ſunt potentiora verbis, *vot.20. nu. 59.p.1.*, *& vot.29. nu.24.p.2.*

Facta melius, quàm verba voluntatem declarant, *vot.27. nu.6.p.1.*

Cum facta effectum ipſum oſtendant; verba verò quandoque contra voluntatem proferantur, *ibidem.*

Ex *facto* heredum proveniens obſervantia declarativa fideicommiſſi, multùm attendenda eſt, *vot.10. num.52. p.1.*

Præſertim, ſi ex facto primorum vocatorum, *ibid. nu.53.*

Ex *facto* Patris ſi conditio peodebat, filii non principaliter ex illius contraveotione, ſed ex præcepto Teſtatoris excluſi reputantur, *vot.17. nu.* 78., *&* 79. *p.1.*

Factum Diſpenſatorum multipliei, quibus plenum arbitrium à Teſtatore tributum fuit, plurimùm valere debet, *vot.41. nu.27. p.1.*

FACULTAS.

Facultate, ſibi de jure competente, utens, fraudem non committit, *vot.13. num.26. p.2.*

Facultas de aditione deliberandi ignorantiam onerum in herede ſupponit, *vot.24. num.138. part.2.*

Facultas diſponendi venit appellatione jurium, *vot.42. nu.66.p.1.*

Facultatem diſponendi de Bonis propriis non impedit extrinſecum oous, illis adjectum, *vot.7. nu.66. p.2.*

Facultas data ultimo heredi in Extraneos diſponendi, excluſiva reciproci fideicommiſſi conjectura eſt, *vot.10. num.51. p.1.*

Facultas diſponendi de Legato particulari contradiſtinguitur à facultate nominandi unum ex Teſtatoris filiis, quoties in oratione diverſa, ac ſeparata, nec non recta à ſuo verbo principali, tributa reperitur, *vot.9. num.54. p.2.*

Idem, ſi favorem diverſarum perſonarum reſpiciat, *ibid. num.* 55.

Facultas alienandi, ac extraneum inſtituendi heredem incompatibilis eſt cum fideicommiſſo perpetuò & agnatitio, *vot.10. nu.112.p.1.*

Facultas alienandi heredi uſufructuariæ conceſſa non cenſetur per verba = *che ſi troveranno in eſſere* =, adpoſita in præcepto reſtitutionis Bonorum omnium, *vot.23. num.28.p.2.*

Quoties præſertim ea verba adjecta appareant ad modum dumtaxat, & quantitatem uſusfructus deſignandam, *ibid. nu.29.*

Et ex quibus id valeat deſumi? *ibidem num.30.*, *& ſeq.*

In interpretanda *facultate* teſtandi, heredi tradita, duplex agi poteſt quæſtio, poteſtatis, & voluntatis, *vot.42. nu.1. p.1.*

Facultas teſtandi heredi tradita, conciliandа eſt cum fideicommiſſo, à Teſtatore condito, *vot.* 42.*nu.5.p.1.*

Vel inefficax reputanda; quum præſertim dubia illa

illa eſt, fideicommiſſum elarum, *ibidem numer. 7.*

Secus tamen in caſu converſo, *ibid. num.25., & 26.*

Facultas eligendi, & nominandi ad fideicommiſſum, à filiis ad nepotes non extenditur, *vot.21. nu.27. p.2.*

Facultas heredi tradita arctioris fideicommiſſi vinculo ligandi filios ſuos, ad filios illius immediatos reſtricta oſtenditur *vot.42. num. 1., & ſeq. p.1.*

Facultas teſtandi heredi adempta non dicitur per gravamen, ſuper ejus Bonis impoſitum, niſi gravata fuerint etiam Bona, quę in futurum poſſet adquirere, *vot.33. num.14. p.1.*

Utque adempta non cenſeatur, ſufficit illi relictus Bonorum uſusfructus, *ibid. nu.15.*

Facultatem teſtandi ſibi ademiſſe non dicitur, qui donavit omnia Bona ſua, uſufructu reſervato, *vot.33. nu.17. p.1.*

Facultatem de Bonis donatis diſponendi excludit adjectum reſtitutionis onus, *vot. 17. num. 45. part.1.*

Facultatem rem meliùs ordinandi, explicandique, in fideicommiſſo per donationem inter vivos ordinato, licèt ſibi reſervaverit Donator, nequit perſonarum in eo contentarum vocationem ad ſolos Maſculos ex Maſculis reſtringere, *vot.31. nu.45., & 46. p.2.*

Facultas Donatori reſervata rem meliùs ordinandi, explicandique refertur ad accidentalia diſpoſitionis, non ad ejus ſubſtantiam, *vot.31. nu. 47. p.2.*

Neque continet facultatem novas perſonas adjiciendi, vel jam vocatas excludendi, *dict. vot.31. num.48. p.2.*

Facultate ſibi conceſsâ de particulari Legato diſponendi, heres, etiam adveniente caſu fideicommiſsi, uti poteſt, *vot.9. num. 54., & ſeq. part.2.*

Id autem conſentaneum Teſtatoris menti quomodo oſtendi valeat? *ibid. nu.55., & ſeq.*

Abſque declaratione expreſsâ, heres, non cenſetur uſus *facultate* ſibi traditâ de Teſtatoris Bonis diſponendi, *vot.42. nu.54. p.1.*

Præſertim, ſi de Bonis ſuis, diſponere declaraverit, *ibid. num. 55.*

Contrarium verius, quod, etiam ſinè tali declaratione, cenſeatur de Teſtatoris Bonis diſpoſuiſſe, *ibid. nu.56. p.1.*

Procedit, licèt pronomen adhibuerit = *ſuis* = & *propriis* = *ibid. num.58.*

Fortiùs, ſi ampliſſimam ad id facultatem habuerat, *ibidem num.62.*

Et, ſi in ſua diſpoſitione univerſalibus uſus eſt verbis, *ibid. num.64.*

Intellige hæc de herede gravato, non de uſufructuario, *ibid. num.57.*

Facultate ſibi traditâ diſponendi de paternis Bonis, filius uſus præſumitur ex pluribus, ab eo relictis, oneribus, excedentibus ſui patrimonii vires, *vot.42. num.61. p.1.*

Facultatem ampliſſimam ſi heres habuerit diſponendi de Teſtatoris Bonis, hæc dicuntur effecta ejuſdem heredis propria, *vot.42. numer.62. part.1.*

Nec requiritur eorum mentio, ut facultate ejuſmodi dicatur uſus, *ibid.*

Ex ampliſſima teſtandi *facultate* heredi tradita, excluditur neceſſitas ſervandi ordinem, à Teſtatore deſignatum, *vot.42. nu.15. p.1.*

Aliter iſtius voluntas non impleretur, *ibidem num.16.*

Facultas condendi fideicommiſſum verbis ampliſſimis à Teſtatore tradita, de quocumque intelligitur fideicommiſſo, *vot.52. numer.13. part.1.*

Facultas filio data nominandi heredem unum, &, quem vellet, ex filiis ſuis, non efficit, ut in filio nominato fideicommiſſum deſinat, *vot. 14. num.72. p.1.*

Præſertim, ſi de perpetuo fideicommiſſo agatur, *ibid. nu.73., & 77.*

Et maximè, ſi eadem facultas non taxativè, ſed ſolùm demonſtrativè data appareat, *ibidem num.74.*

Facultas nominandi Primogeniti non efficit, ut primogenitura deſinat in primo nominato, *vot. 14. nu.75. p.1.*

Facultate nominandi Primogeniti ſi hæres non utatur, primogenitura ad alios, à Lege, vel ab homine vocatos, devolvitur, *vot.14. num.76. part.1.*

FAMA.

Fama probationem ſupplet, *vot.9. n.42. p.1.*

Fama verſari præſumitur circa res veras, vel veritati proximas, *vot.9. nu.41. p.1.*

Et in rebus dubiis magnam præſtat conjecturam, *ibid.*

Fama, & opinio filiationis eſt quoddam totius Populi teſtimonium, *vot.9. num.46. p.1.*

Fama ad probandam filiationem ſufficit, *vot.9. num.40. p.1.*

Fama coadjuvata univocis actibus, atque adminiculis, maximè filiationem probat, *vot.9. num. 47. p.1.*

Quod procedit etiam favore filii naturalis, *ibid. num.48.*

Fama inveterata ſufficit ad probandam filiationem, licet non concurrant adminicula, *vot.9. num.45. p.1.*

Fama, in antiquis, etiam ſola, filiationem probat, *vot.9. num.56. p.1.*

Publica vox, & *fama* ſi a perſonis, de quarum præjudicio agebatur, promanaverit, plurimùm confert ad probationem conſuetudinis, *vot.27. num.70. p.2.*

FAMILIA.

Familiæ, *domus*, & *agnationis* nomina ſynonima ſunt, *vot.3. num.14. p.1.*

Familia, & *nomen* pro eodem accipitur, *vot.26. num.53., & num.55. p.1.*

Verba *familiæ*, *domus*, & alia hujuſmodi civilem intelligentiam ex auctoritate Doctorum, naturalem verò, nonniſi ex circumſtantiis habere poſſunt, *vot.8. num.95. p.1.*

Familia nomen latam ſignificationem habet, *vot. 25. num.17. p.1.*

De ea quis cenſetur *familia*, cujus cognomine nuncupatur, *vot.26. num.42., & 44. p.1.*

Familia ex diverſo diſtinguuntur cognomine, diverſiſque inſignibus, *vot.26. num.43. p.1.*

Familia nomen, ac inſignia à vocatis dimitti nequeunt, *vot.26. num.15. p.1.*

Familia memoria conſervari non aliter valet, quam ex nominis, & inſignium delatione, *vot. 26. num.21., & 45. p.1.*

Familia alienæ nomen, & inſignia gerentes, familiam Teſtatoris conſervare non dicuntur, *vot.26. num.12., & 41. p.1.*

Familiæ, ac nominis conſervandi votum impleri non dicitur, admiſſis iis, qui alienæ familiæ nomen, & inſignia deferant, *vot.26. num.16. part.1.*

Familiæ Teſtatoris memoria, Agnatis ad alienas familias commigrantibus, deleri poſſet, *vot.26. num.22. part.1.*

Familia conſervatio, in Cognatis volita cum onere nominis, & inſignium, cum eodem onere in Agnatis primò vocatis volita cenſenda eſt, *vot.26. nu.24. p.1.*

Familia nomen, & inſignia aſſumere Agnatos non teneri, ſed tantum Cognatos, eſt contra mentem Teſtatoris, enixè optantis, agnationem conſervari, *vot.26. nu.23. p.1.*

Pro *familia* conſervatione facta alienationis, ac detractionis cujuſcumque prohibitio, animum indicat eos vocandi, qui gerant, eos autem excludendi, qui deſerant familiæ nomen, & inſignia, *vot.26. num.47., & 49. p.1.*

Præſertim, ſi facta ſit etiam filiis, aliiſque primis inſtitutis, *ibid. num.48.*

In una etiam *familia*, ſeù linea verificari poteſt perpetua Bonorum conſervatio, *vot.42. numer. 23. p.1.*

Familiæ conſervandæ votum ab altero differt *agnationis* conſervandæ, *vot.25. numer.23. part.1.*

Familiæ vocatio à ſimplici Agnatorum vocatione multum diſtat, *vot.1. num.74. p.2.*

Familiæ nomine quandoque agnatio cenſetur deſignata, *vot.25. num.14. p.1.*

Præſertim, juncto pronomine aliquo poſſeſſivo, agnationem indicante, *ibid. num.15., & 16.*

Familiæ denominatio facta cum ejus cognominis adjecto, veram importat agnationem, *vot.1. num.67., & vot.29. num.15. p.1.*

Familiæ, *domus*, & *agnationis* mentione ſæpiùs in teſtamento habitâ cum expreſſo voto conſervationis Bonorum, indubia redditur agnationis contemplatio expreſſa, *vot.1. num.69. p.1.*

Familiæ nomine Agnati æquè, & Cognati comprehenduntur, *vot.24. num.28., & vot.25. nu. 18. p.1.*

Præſertim, cum deficit expreſſio cognominis ipſius familiæ, *dict. vot.25. num.19. p.1.*

Principalis concluſio procedit, licèt adſit pronomen = *ſua* = *vel ipſius Teſtatoris* = *dict. vot.25. num.18.*

Hæcque opinio communior, ac receptior eſt, niſi graviora argumenta urgeant, *ibidem numer.16.*

Contra eſt, quando Teſtator in vocatis qualitatem maſculinitatis optavit, excluſis fœminis, *dict. vot.24. num.29. p.1.*

Sic etiam, quando cognomen propriæ familiæ expreſſit, *ibid. num.30.*

Tunc enim familiæ nomen ſolis Agnatis convenit, *ibid. num.31.*

Familia nomini additum pronomen = *ſua* = propriam non alterat illius ſignificationem, *vot.25, num.21. part.1.*

Verbum *familia*, abſque expreſſione maſculinitatis, comprehendit etiam fœminas, *vot.25. nu. 51., & 54. p.1.*

Verbum = *familia* =, necnon verbum = *Deſcendentes* =, abſque expreſſione maſculinitatis, adhibita in inferiori teſtamenti parte, diſpoſitionem favore Deſcendentium maſculorum, in ſuperiori factam, non immutant, *vot.25. num.50., & 53. p.1.*

Et ad ſummum favore fœminarum effectum operari poſſunt, deficientibus omnibus omninò Maſculis, *ibid. num.55.*

In *familia*, ſeù linea Patris continetur fœmina, licèt aliam incipiat lineam, *vot.11. num.3. p.1.*

Familiam, & agnationem retinet fœmina, licèt extra familiam nubat, *vot.11. num.10. p.1.*

Familiam ſuam fœmina non propagat, *vot.1. num. 52. part.2.*

De *familia* Teſtatoris dicuntur, etiam qui ex illius fratre deſcendunt, *vot.43. num.93. p.1.*

Familiæ, & deſcendentiæ ſuæ nomine Teſtator, familiam ſui fratris heredis inſtituti, non verò filiæ, ab ipſo excluſæ, contemplaſſe cenſendus eſt, *vot.43. num.61. p.1.*

Quod maximè dicendum de Teſtatore, nullam habente familiam effectivam, ac legitimam deſcendentiam, *ibid. num.62.*

Familia contentiva Teſtatoris cœlibis jure potiùs effectivæ cenſetur, *vot. 11. nu. 9. p. 1.*, ſed vid. *num.54.*

Familiæ præcedens generica vocatio non reſtringitur *familiæ effectivæ* mentione, ſubſequenter factâ, *vot. 39. n.39. p.1.*

Ad omnes de *familia* affectionem habuiſſe non cenſetur Teſtator, vocando *tunc extantes*, *vot. 36. n.18. p.1.*

Et perindè eſt, ac ſi nominatim vocaſſet ſuperſtites, *ibid. n.19.*

In *familia*, & deſcendentia Fundatoris Juſpatronatus uno, eodemque actu conſtitui, & poſtea reſtringi ad filios legitimos, & naturales ſui filii, admittendum non eſt, *vot.31. n.19. p.2.*

Familiæ, & agnationis jura, quamdiù vivit, Religioſus retinet, *vot.4. n.95. p.1.*

Familiæ jura Religioſus, ex Teſtatoris mente, retinere non dicitur, quoties de fideicommiſſo agitur agnatitio, ac in perpetuum conſervando, *vot.4. n. 119. p.1.*

In *familiis* nobilibus deſcendentia pro notoria habetur, *vot.20. num.36. p.2.*

Pro *familiæ* conſervatione majores animo ſtimulos nobilitas admovet, *vot.* 10. *n.*103. *p.*1.

In *familiis* nobilibus, atque divitibus præſumptio occultationis Bonorum ex omiſſione Inventarii magis urget, *vot.* 6. *n.*99. *p.*2.

De *familiis* nobilibus, atque divitibus quando agitur, mobilia adfuiſſe præſumuntur tempore obitus Fideicommittentis *vot.*6. *n.*100. *p.*2.

Etiam argentea, & alia ſolidioris materiæ, quæ non ita facilè corrumpuntur, *ibid. n.*101.

FAVOR.

Favor ex conjectura pietatis inductus contra Juris regulas, ſtrictam interpretationem debet recipere, *vot.*19. *n.*7. *p.*1.

Maximè ſi alia argumenta urgeant, *ibid.*

Favorem animæ Teſtatoris reſpiciens fideicommiſſi reſtitutio, ſtatim à Teſtatore volita cenſetur, non autem dilata poſt heredis obitum, *vot.* 30. *num.*28. *p.*2.

Favorem animæ Teſtatoris reſpiciens præceptum habitandi in certo loco, omnino implendum eſt, *vot.*30. *n.*31. *p.*2.

Adeòut in caſu contraventionis Legatum omne, aut fideicommiſſum, velut deficiente conditione, corruat, *d.vot.*30. *n.*32. *p.*2.

Maximè, ſi res erat de habitando in ſua ipſius Teſtatoris Patria, *ibid. n.*34.

Quoties in alicujus *favorem* tendit præceptum habitandi in certo loco, ſemper implendum eſt, *vot.*30. *n.*37. *p.*2.

Procedit, etiam non adjectâ privationis pænâ, *ibid. n.*47.

Favorem animæ Teſtatoris reſpicere dicitur præceptum habitandi in certo loco habens pro cauſsâ faciliorem, tutioremque eleemoſynarum erogationem, *vot.*30. *n.*48. *p.*2.

FEUDUM.

Feuda non debent ex facto heredis divelli à Teſtatoris Deſcendentibus, *vot.* 15. *n.*33. *p.*1.

Ad *Feuda* in Statu *Avenionis* fœminæ cum Maſculis admittuntur, *vot.*2. *n.*60. *p.*1.

Feudi naturam immutat dictio = *quibuſcumque* = *vot.*1. *n.*76. *p.*2.

Atque inhabilitatem aufert à deſcendente ex fœmina, *ibid.*

Ad *feudi* ſucceſſionem reſtituitur fœmina vigore gratiæ, excluſionem limitantis ad fœminas, extra familiam nuptas, *vot.*1. *n.*71. *p.*2.

Intellige, ſi nui ex vocatis nupſerit, *ibid. n.*72.

In *feudis*, & fideicommiſſis Maſculus ex fœmina excluſa Agnatis vocatis nequit præferri, *vot.* 1. *num.*79. *p.*2.

Feuda ex eo, quod de Laico ad Clericos, vel ad ipſam tranſeant Eccleſiam, naturam ſuam non mutant, ſed feudalibus remanent ſubjecta Legibus, *vot.* 27. *n.*126. *p.*2.

Feudum, ſi ad Clericum tranſivit, præſtare is tenetur nedum realia onera, ſed etiam perſonalia, quæ honeſtè à Clericis exhiberi poſſint, *vot.* 27. *num.*127. *p.*2.

Feuda Eccleſiaſtica ſunt impropria, & abuſiva, *vot.*2. *n.*58. *p.*1.

Hinc tranſeunt ad fœminas, licèt de iis nulla fiat mentio in inveſtitura, *d. vot.*2. *numer.* 59.

In *feudo*, & emphyteuſi maſculina frater utrinque conjunctus fratrem conſanguineum non excludit, *vot.*1. *n.*48. *p.*2.; ratio *n. ſeq.*

In *feudo*, & emphyteuſi maſculina, ſola ſpectatur agnatio, *vot.* 1. *n.* 49. *p.*2.

In *feudis* antiquiſſimis univerſale Baronis dominium ſolâ probatur conſuetudine, *vot.*27. *n.*90. *part.*2.

In *feudis* antiquiſſimis conſuetudo, ſeù titulus, Domino directo tribuens univerſale dominium, levioribus adminiculis conſtabiliri dicitur, *vot.* 27. *n.*27. *p.*2.

Præſertim, quum ſunt mediatè ſubjecta directo dominio S. Sedis, *ibid. n.* 28.

In *Feudis* ſubjectis S. Romanæ Eccleſiæ, præſumibiles non ſunt Baronum violentiæ, & concuſſiones, *vot.*27. *n.*100., & 101. *p.*2.

FICTIO.

Fictio in caſu ficto idem operatur, ac veritas in caſu vero *vot.*43. *n.*65. *p.*1.

Ad *fictionem* recurrendum non eſt, niſi poſtquam veritas defecerit, *vot.*26. *n.*35. *p.*1.

FIDEICOMMISSARIUS.

Fideicommiſſarius uſufructuario æquiparatur, *vot.* 24. *n.*8. *p.*2.

Fideicommiſſario certum, & immutabile jus ex Teſtatoris judicio quæſitum dicitur, *vot.*24. *n.*79. *p.*2.

Fideicommiſſarium ante redditas rationes, gravatus, & ab eo cauſſam habentes repellere nequeunt, *vot.*6. *n.*116. *p.*2.

Fideicommiſſarius, abſente eo, qui primo Inſtituto ſucceſſurus eſt, poteſt, contra tertium poſſeſſorem, petere, Curatorem Bonis aſſignari, *vot.*28. *n.*53. *p.*1.

Immò ſimul fideicommiſſum, & Curatorem petere poteſt, *ibid. n.*54.

Cura autem Bonorum ipſi Fideicommiſſario, præſtitâ ab eo legitimâ cautione, deferenda erit, *ibid.*

Procedit, etiam non expectatâ morte primi Inſtituti, *ibid.*, & *n.*56.

Quæ omnia procedunt etiam in terminis vocationis ad Juſpatronatus, *d. n.*56.

Fideicommiſſarius agere poteſt remedio *L. fin. Cod. de edict. Div. Hadr. toll.*, *vot.*36. *n.*1. *p.*1.

Fideicommiſſario, ad obtinendam immiſſionem, ſufficit, ſi alius non compareat, qui ſe proximiorem probet, *vot.* 28. *n.*29. *p.*1.

Præſertim, quando agit, non cum aliis vocatis, ſed cum poſſeſſore extraneo, *ibid. n.* 30.

Tunc enim ſat eſt, quod doceat, ſe eſſe in gradu ſucceſſibili, *ibid. n.*31., & *n.* 73.

Procedit, licèt alii adſint de genere vocato, qui negligant fideicommiſſum petere, *ibid. n.* 32. 33., & 34.

Fideicommiſſario pro immiſſione agenti, præſtitâ ab eo cautione de aliis reſtituendo eorum portiones, nequit à tertio opponi exceptio exiſtentiæ proximioris, *vot.*28. *n.*48., & *n.*49. *ad* 54. *p.*1.

Intellige, *ut n.*71.

Fideicommiſſarii Actoris onus eſt præſumptionem juris vincere, militantem pro validitate actus, *vot.*18. *n.*162. *p.*2.

In *Fideicommiſſarium*, contendentem, trebellianicam fuiſſe à Teſtatore prohibitam, onus id probandi transfertur, *vot. 28. n. 15. p. 2.*

Fideicommiſſarius pro immiſſione agens, tenetur per negativam coarctatam probare, nil omnino heredi detrahendum ſupereſſe, *vot. 6. n. 63.*, *&* *vot. 18. n. 66. ad 69. p. 2.*

Præſertim, quum res eſt de quantitativis, non de legalibus detractionibus, *d. vot. 18. n. 70.*

Fideicommiſſario concedenda immiſſio non eſt, niſi doceat, nullas heredi gravato detractiones competere, *vot. 6. n. 64. & 65.*, *& vot. 18. n. 66. part. 2.*

Procedit, ut, nè quidem reſervato detractionum jure, immitti poſſit, *d. vot. 6.*, *eod. n. 65. p. 2.*

Ac Etiamſi cautio pro detractionum præſervatione adferatur, *d. vot. 6. n. 67.*

Amplia, ut, deficiente etiam inventario; Si tamen ingentes alienationes non concurrant, heredi gravato competat retentio pro ſuis quantitativis nedum, ſed etiam quotitativis detractionibus, quoties de univerſali fideicommiſſo agitur, *d. vot. 6. n. 69.*, *& 70.*

Fideicommiſſario immiſſionem impedit detractio dotis exactæ à filio tàm proprio, quàm paterno nomine, ſi Pater, fideicommittens, ſpecialiter pro ipſius dotis reſtitutione obligaverat Bona ſua, *vot. 6. n. 72. p. 2.*

Procedit, etiamſi ex eadem dote nihil receperit Fideicommittens, *ibid. n. 73.*

A *Fideicommiſſario* capta poſſeſſio, ut ſit manutenibilis, fideicommiſſum clarum eſſe debet, *vot. 7. n. 100.*, *& 102. p. 1.*

Fideicommiſſario lapſus temporis nocere non poteſt, nec prodeſſe poſſeſſori, *vot. 13. n. 63. p. 1.*

Procedit, etiam in lapſu duorum ſeculorum, *ibid. n. 64.*

Fideicommiſſario adverſus præſcriptionem reſtitutio in integrum conceditur ex capite probabilis ignorantiæ, *vot. 13. n. 67. p. 1.*

Fideicommiſſarius particularis, translato in eum dominio, fructuum dominus efficitur reſpectu tàm gravati, quàm tertii poſſeſſoris, *vot. 18. n. 22. p. 1.*

Fideicommiſſarius particularis, translato in eum dominio, valet nedum pro fructibus extantibus, ſed etiam pro conſumptis adverſus poſſeſſorem agere, quatenus ex eis locupletior factus ſit, *vot. 18 n. 30. p. 1.*

FIDEICOMMISSUM.

Fideicommiſſum conſiſtit in paſſivo gravamine perſonæ activè vocatæ, & jam admiſſæ, *vot. 34. n. 49. p. 1.*

Fideicommiſſum eſt onus contra naturalem libertatem, quod in dubio non præſumitur, *vot. 10. n. 4. p. 1.*

Fideicommiſſorum jura fuere à Cæſare Auguſto conſtabilita, non Gentium moribus, & conſenſu Populorum, *vot. 27. n. 85. p. 1.*

Pro *fideicommiſſi* potiùs excluſione, in dubio, judicandum eſt, *vot. 1. n. 131.*, *& vot. 20. n. 5. part. 2.*

Pro *fideicommiſſi* excluſione ſemper in dubio judicandum eſt, *vot. 3. num. 18.*, *& 19.*, *& vot. 21. num. 84. p. 1.*

Procedit maximè in fideicommiſſo, ab Aſcendente non ordinato, *vot. 16. n. 57. p. 2.*

Fideicommiſſi gravamen odioſum eſt, ſemperque excludendum, niſi manifeſtè conſtet de contraria Teſtatoris mente, *vot. 16. n. 52. p. 2.*

In *fideicommiſſis* voluntas Teſtatoris ſpectanda eſt, *vot. 15. n. 26.*, *vot. 28. n. 43. p. 2.*, *& vot. 6. n. 13. part. 2.*

Fideicomiſſa non à materiali verborum ſenſu, ſed à Teſtatoris mente pendere dicuntur, *vot. 6. num. 12. p. 2.*

In *fideicommiſſis* nullo certo exprimendi modo coarctatur voluntas Teſtatoris, *vot. 10. num. 65. part. 1.*

In *fideicommiſſis* quærendum non eſt, cur in uno potius, quàm in altero caſu Teſtator diſpoſuerit, *vot. 15. n. 20. p. 1.*

Fideicommiſſum an adſit nec ne, Juriſconſulti partes ſunt judicare, *vot. 31. n. 60. p. 2.*

Fideicommiſſum ex verbis, illud præſupponentibus inducitur, *vot. 14. num. 3. part. 1.*

Ad *fideicommiſſum* inducendum non requiruntur explicita, ſed quælibet ſufficiunt verba, animum Teſtatoris indicantia, *vot. 24. numer. 2. part. 1.*

Præſertim, cum agitur de fideicommiſſo favorabili; quale eſt conſervatorium, *ibid. num. 3.*

Fideicommiſſum licèt literaliter non expreſſum, probari poteſt conjecturis, elicitis ex Teſtatoris mente, *vot. 10. nu. 57.*, *& num. 63. p. 1.*

Præſertim, ſi expreſſum illud ſit, *ibid. num. 64.*

Fideicommiſſum, quod ex conjecturis elicitur, dubium ſemper eſt, *vot. 7. nu. 101.*, *& vot. 18. nu. 30. p. 1.*

Et contrariis conjecturis elidi poteſt, *dict. vot. 18. eod. nu. 30.*

Fideicommiſſum ut inducant conjecturæ, debent ex teſtamenti parte, de qua agitur, eſſe deſumptæ, *vot. 19. nu. 60. p. 1.*

Nec ſuffragantur, quæ ex aliis partibus ſint elicitæ, *ibid. nu. 61.*

Fideicommiſſum, ut conjecturæ inducant, urgentiſſimæ debent eſſe, *vot. 16. numer. 11. part. 2.*

Præſertim, ſi de eo inducendo agatur favore Extraneorum, *ibid.*

Fideicommiſſum excludentes validiores conjecturę, contrarias minùs validas elidunt, *vot. 16. num. 31. p. 2.*

Maximè, quando pro ſe habent Juris regulam, *ibid.*

Fideicommiſſum non inducunt conjecturæ, niſi quæ neceſſariò illud importent, *vot. 16. nu. 50. part. 2.*

Fideicommiſſum non inducitur ex conjecturis, quæ vulgari ſubſtitutioni convenire valeant, *vot. 16. nu. 50. p. 2.*

Fideicommiſſum ut in re propria conjecturæ inducant, concludentes debent eſſe, ut verò in re alie-

aliena, longè urgentiores requiruotur, *vot.18. nu.56. p.2.*

Fideicommiſſum ut exeludatur, ſufficit, ex conjecturis hinc inde adductis ambiguum illud reddi, *vot.16. num.53. p.2.*

Fideicommiſſum ubi non legitur, ibi adeſſe non dicitur, *vot.10. nu.6. p.1.*

Fideicommiſſum, quando adeſt, heredis confeſſione oon excluditur, *vot.31. num.62. p.2.*

Fideicommiſſum, quando non adeſt, heredis confeſſione, ac declaratione non inducitur, *vot. 31. num.61. p.2.*

Fideicommiſſum ubi non eſt, illud non inducit heredis obſervantia, nec illud deſtruit, ubi eſt, *vot.10. num.118. p.1.*

Fideicommiſſum non adeſſe, interpretativa obſervantia in dubio declarat, *vot.10. nu.52.*, & *vot. 21. num.87. p.1.*

Præſertim, ſi ex facto primorum vocatorum deſumatur *dict. vot.10. nu.53. p.1.*

Fideicommiſſum dubium declarare quidem valet obſervantia, illud verò clarum nequit evertere, *vot.2. nu.64.*, & *vot.13. num.52. p.1.*

Fideicommiſſi excluſiva *obſervantia* deducta ex facto heredis, corruit ex contrario actu, *vot. 10. nu.116. p.1.*

Fideicommiſſi ignorantia præſumitur, niſi probetur *ſcientia*, *vot.13. nu.68. p.1.*

Antiqui *fideicommiſſi ſcientiam* Minor renuncians habuiſſe non præſumitur, *vot. 4. nu.23. part.1.*

Fideicommiſſi ſcientia regularitet iu Renunciante non præſumitur, *vot.4. num.21. p.1.*

Præſertim in Minore, *ibid. num.22.*

De antiquiori *fideicommiſſo* conditionaliter, quateous nempè ad ſe liberè pertineret, diſponens Teſtator, videtur, ſi non certam, aliqualem tamen habuiſſe ejuſdem fideicommiſſi *notitiam*, *vot.29. nu.42. p.2.*

Fideicommiſſi ſcientia generica, ac præſumpta rectè arguitur ex renunciationis verbis amplis, & generalibus, *vot.4. nu.57. p.1.*

Fideicommiſſum ſi quando Teſtator voluit, hoc expreſſit, quando non expreſſit, cenſetur ooluiſſe, *vot.10. num.6. p.1.*

Fideicommiſſi verba ſi cum omiſſis, & quæ ſcribi debuerant, congruant, rectè datum, & minùs ſcriptum intelligitur, *vot.25. nu.19*, & *nu. 32. p.2.*

Fideicommiſſa non ſunt multiplicanda, ubi ſubſtitutio jure directo poteſt valere, *vot.10. num.11. part.1.*

Fideicommiſſa ne multiplicentur, ſubſtituti potiùs cenſendi ſunt cujuſque lineæ Deſcendentes, cum id patitur recti ſermoois ratio, *vot. 10. num. 31. part.1.*

Io *fideicommiſſis*, levibus etiam conjecturis, inducitur primogenitura, *vot. 12. numer. 42. part.1.*

Etiam in *fideicommiſſis* cauſſa teſtati interpretationem recipit à cauſſa ioteſtati, *vot. 12. nu. 128.*, & *145. p.1.*

Fideicommiſſa paſſim inſtitui ſolent juxta modum, in alterius diſpoſitione ordinatum, *vot.44. num. 236. p.1.*

Sive in contractibus, ſive in ultimis voluntatibus, *ibid. num.237.*

Fideicommiſſi Bona, dum adhuc illud pendet, *ſua*, & *propria* heredis gravati dicuntur, *vot.42. nu. 58. p.1.*

Sub alieno *fideicommiſſo* cadentia Bona, propriè à Teſtatore poſſideri noo dicuntur, *vot. 29. num. 8. p.2.*

Pro rebus *fideicommiſſi* admiuiſtrandis heres gravatus, veluti legalis Adminiſtrator, diligentiam omnem adhibere tenetur, *vot. 44. numer. 204. part.1.*

Et majorem, quàm ceteri Adminiſtratores, *ibid. num.205.*

Rebus *fideicommiſſi* moderatè heres gravatus uti debet, *vot.44. nu.199. p.1.*

In rebus *fideicommiſſi* facta ab herede gravato melioramenta, ei debentur, *vot. 44. numer. 200. part.1.*

Uti etiam extrinſeca augmenta, ex ejus induſtria provenientia, *ibid. nu.201.*

Quæ verò ex natura rei proveniunt, incrementa, vel decrementa, cedunt commodo vel incommodo Fideicommiſſarii, *ibid. nu.202.*

Modò tamen heres gravatus in rerum decrementis culpâ vacet, *ibid. nu.203.*

Fideicommiſſi fructus bonâ fide conſumptos poſſeſſor reſtituere uon tenetur, *vot. 13. numer. 76. part.1.*

Fideicommiſſi Bona alienari prohibita, in Extraneos transferri nequeunt, *vot.4. nu.89. p.1.*

In *fideicommiſſis* melior numquam debet eſſe conditio perſonæ minus dilectæ, *vot. 19. num. 46. part.1.*

Iu *fideicommiſſo* onus reſtitutionis cenſeri debet appoſitum favore proximiorum, ac magis dilectorum, *vot.1. nu. 141. p.1.*

Fideicommiſſi conſervationi, quò magis fieri poteſt, conſulendum eſt, *vot.42. num.8. p.1.*

Fideicommiſſum in uno dumtaxat gradu lineæ vocatæ conſervari debere, abſurdum eſt, *vot.19. num.5. p.1.*

Maximè, ubi illud deprehenditur noo temporarium, ſed perpetuum, *ibid.*

Ad fideicommiſſum admitti non poteſt ſequens gradus, niſi admiſſo priore, *vot. 36. num. 33. part.1.*

Fideicommiſſo non probato, immiſſio deneganda eſt, *vot.16. nu.1. p.2.*

Ad fideicommiſſum admitti nequeunt, qui carent qualitate, à Teſtatore requiſitâ, *vot. 45. nu.61. p.1.*

Fideicommiſſum clarum eſſe debet, ut poſſeſſio, à Fideicommiſſario propriâ auctoritate capta, ſit manutenibilis, *vot.7. nu. 100.*, & *num. 102. part.1.*

Fideicommiſſum, *purificatâ conditione*, ad Subſtitutos defertur, *vot.1. nu.1. p.1.*

Fideicommiſſum purificatum favore plurium ejuſdem gradus poteſt unus petere, aliis id negligentibus, *vot.28. num.16. p.1.*

In-

Intellige, præſtitâ cautione reſtituendi aliis portiones ſuas, *ibid. & nu.32.*

Secus tamen eſt inter perſonas diſparis gradus, *dict. vot.28. nu.17., & 35. p.1.*

Tunc enim ſi primus Subſtitutus fideicommiſſum non petat, ſecundus non admittitur, *ibid.; Sed vid. num.36. & ſeq., & num.61.*

Procedit maximè contra remotiorem de diverſa linea, *ibid. nu.21., & 62.*

Fideicommiſſum, vel primogenitura deficiunt, non *purificatis caſibus, & conditionibus*, ſub quibus inſtituta ſunt, *vot. 21. nu. 56. p. 1., & vot. 12. nu.53. p.2.*

Procedit, licèt agnatio videatur contemplata, *dict. vot.21. nu.57.*

Ac, etiamſi diſpoſitio cum omnibus clauſulis ſolitis, & neceſſariis concepta fuerit, *ibidem num. 58.*

Fideicommiſſo non purificato, immiſſio non debetur, *vot.28. num.14. p.1.*

Ad *fideicommiſſum*, nonniſi ſub conditione defectus Secundogenitorum vocatus Primogenitus, eâ non purificatâ, nequit admitti, *vot.24. nu.75. part.1.*

Procedit inter filios nedum primi, ſed etiam ulterioris gradus, quoties perpetua eſt diſpoſitio, *ibid. nu.76.*

Fideicommiſſi pendente conditione, heres gravatus ab herede ſimplici non differt, *vot.44. num. 240. p.1.*

Vocationis ad *fideicommiſſum* conditio purificata dici nequit, donec perſonæ de linea prius vocata exiſtant, *vot.28. nu.63. p.1.*

Fideicommiſſi conditio eveniſſe dici nequit, exiſtentibus adhuc perſonis, à certo vocato ſtipite venientibus, *vot.19. num.45. p.1.*

Fideicommiſſi cauſſa finalis ceſſat, ceſſante ratione, ob quam fuit inſtitutum, *vot. 38. num. 97. part.1.*

Ac ipſum etiam fideicommiſſum deficere cenſetur, *ibid. nu.99.*

Finalis autem cauſſa quænam dicatur? *ibid.*

Fideicommiſſi finalem cauſſam fuiſſe rationem conſervandi Bona in familia, oſtendit dictio = *quia* =, cum qua eadem ratio expreſſa fuit, *vot.6. num. 34. p.2.*

Pro *fideicommiſſi* expiratione in dubio reſpondendum eſt, *vot. 16. num. 59., & vot. 40. num. 5. part.1.*

Fideicommiſſum in ultimo herede expirat, *vot. 14. nu.21., vot.34. nu. 62., vot. 40. nu.4., & vot. 42. num.72. p.1.*

Fideicommiſſum ceſſit in illo, qui liberam habuit à Teſtatore facultatem diſponendi de Bonis ſub fideicommiſſo poſitis, *vot.46. nu.37. p.1.*

Fideicommiſſum, ex facultate filio data nominandi unum, & quem vellet ex filiis ſuis, non deſinit in filio nominato, *vot. 14. num. 72., & 73. part.1.*

Præſertim ſi eadem facultas demonſtrativè, non autem taxativè data appareat, *ibid. num. 74. part.1.*

Fideicommiſſum, quoties de illius perpetuitate conſtet, non deficit, licèt heres facultate nominandi non utatur, *vot.14. numer. 77. part.1.*

Fideicommiſſum, deficiente primo ſubſtitutionum gradu, purificatur in ſecundo, *vot. 40. num. 6. part.1.*

Fideicommiſſum, quoties primus Subſtitutus vel quia nolit, vel quia non poſſit, excludatur, ulterioribus defertur Subſtitutis, *vot. 28. nu.57. part.1.*

Et hi jure ſuo capere dicuntur, *ibid.*

De Bonis *fideicommiſſi*, in ejus perſonam expirati, poteſt ultimus heres liberè diſponere, *vot. 33. num.1. p.1.*

Fideicommiſſum ab ultimo herede gravato relinqui dicitur, *vot.22. num.49., & vot. 28. num.7. part.1.*

Ab eoque jus ſucceſſionis dimetiendum eſt, *dict. vot.22., eodem nu.49.*

In *fideicommiſſis* regulariter gravanti, & non gravato ſuccedi dicitur, *vot.28. nu 8. p.1.*

Intellige, non quoad effectum regulandæ ſucceſſionis, *ibid. nu.9.*

In *fideicommiſſo*, nonniſi poſt obitum ultimi poſſeſſoris, defertur ſucceſſionis jus, *vot.13. num. 58. p.1.*

In *fideicommiſſis* attenditur proximitas gravati, non gravantis, *vot.22. num 85. p.1.*

Idque etiam ad effectum, ut fœmina proximior gravato, maſculos ſuperſtites valeat excludere, *ibid. nu.86.*

Intellige, cum res eſt, de potioritate gradus, ſecus in concurſu cum Maſculis, Teſtatori prædilectis, & priùs vocatis, *ibid. nu.87.*

Tunc enim attenditur non proximitas gradus, ſed mens, & affectio Teſtatoris, *ibid.*

Fideicommiſſum Filiæ à Patre relictum *reſervandi* verbo adhibito, dilatum videtur ad tempus, quo ſui juris filia exiſteret, *vot. 30. numer. 14. part.2.*

Fideicommiſſum filio reſtituere rogato Patre herede inſtituto, relictum illud filio cenſetur in tempus, quo exierit è poteſtate Patris, *vot.30. num.15. p 2.*

Fideicommiſſum quis rogatus reſtituere ei, à quo accepit, poſt mortem rogatus intelligitur, *vot. 30. num.16. p. 2.*

Fideicommiſſi reſtitutionem poſt heredis obitum dilatam eſſe, non benè infertur ex verbis illis = *u voler poi conſeguare* = *vot. 30. num. 17. part.2.*

Fideicommiſſi reſtitutio, ſtatim facienda arguitur, cum id præſeferunt teſtamenti verba, *vot.30. nu. 26. p.2.*

Et, ſi aliàs impleri nequiret voluntas Teſtatoris, *ibid. nu.27.*

Fideicommiſſi reſtitutio favorem animæ Teſtatoris reſpiciens, ſtatim ab eo volita cenſeri debet, non autem dilata poſt heredis obitum, *vot. 30. num.28. p.2.*

Fideicommiſſi ſucceſſio nondum purificata, contra

tra ſuccedentem præſcribi nequit, *vot.13.nu.59. part.1.*

Poſterioribus ad *fideicommiſſum* vocatis non nocet præſcriptio, contra unum ex vocatis inducta, *vot.13.nu.56.p.1.*

Ad *fideicommiſſum* venienti jure proprio, anteceſſorum adquieſcentia, ſeù negligentia nocere non poteſt, *vot.13. num.60. p.1.*

Ad *fideicommiſſum* vocatis longa adquieſcentia tùm propria, tùm etiam Anteceſſorum non nocet, *vot.13. num.50. p.1.*

Abſque *fideicommiſſi* ſcientiâ, præſcriptio adverſus vocatum non currit, *vot.13. num.69. p.1.*

Ad *fideicommiſſum* filio poſt Patrem vocato, non currit præſcriptio à die obitus Patris, ſed à die, quo filius major factus eſt, *vot. 13. numer. 65. part.1.*

Fideicommiſſi antiquioris Bona nequeunt à Teſtatore ſubijci novo fideicommiſſo, ab ipſo condito, *vot.29. nu.1. p.2.*

Et de conjecturis ejus voluntatem excludentibus, *ibid. à num.3. ad 12.*

Super *fideicommiſſo*, in perſona heredis expiraturo, gravamen à Teſtatore adponi poteſt, *vot.29. nu.15. p.2.*

Relicto præſertim emolumento nedum æquivalente gravamini, ſed illud excedente, *ibid. nu.17.*

De hac verò æquivalentia quærendum non eſt, quoties diſpoſitionem heres acceptaverit, *ibid. num.21.*

De *fideicommiſſo* diſponere voluiſſe Teſtatorem, inveriſimile eſt, *vot.7. num.5. p.2.*

Præſertim, cum agitur de præjudicio filii, *ibid. num.6.*

Fideicommiſſo Bona ſubjecta eſſe, Teſtator, ſi ſcivillet, de iis non diſpoſuiſſet in præjudicium vocatorum, *vot.21. num.56. p.1.*

Maximè, ſi ex Bonis, quæ ſua eſſe credidit, conſultum ipſis vocatis eſſe voluit, *ibid. numer. 58.*

Cum *fideicommiſſo* à Teſtatore condito concilianda eſt facultas teſtandi, ab ipſo heredi tradita, *vot.42. nu.5. p.1.*

Vel ineffi:ax reputanda, quum præſertim dubia illa eſt, atque è contra fideicommiſſum clarum, *ibid. nu.7., & vot.31. nu.27. p.2.*

Secus tamen in caſu converſo, *dict. vot.42. num. 25., & 26.*

De quocumque *fideicommiſſo* intelligitur facultas condendi fideicommiſſum, heredi à Teſtatore tradita, *vot.42. nu.13. p.1.*

Fideicommiſſi reſtitutione ordinatâ quoad Bona, quæ ſuperfuiſſent, impartita heredi cenſetur facultas alienandi, ſi modò id bona fide, & pro ſuis indigentiis faceret, *vot. 23. numer. 20. part.2.*

Intellige de facultate non libera, atque effrenata, *ibid.*

Et eo caſu fideicommiſſum conditionaliter tantùm ordinatum dici, quatenus nempè alienata Bona non fuiſſent, *ibid. num.23.*

Poſſe tamen heredem ſaltem uſque ad dodrantem diſpone e, quadrante Subſtitutis reſervato, *ibid. nu.23.*

Hæc autem quando, & ex quibus de herede uſufructuario dici nequeant? *ibid. nu.25.*, ac præſertim *nu.26.*

Fideicommiſſo per donationem inter vivos ordinato, non eſt in Donantis facultate vocationem perſonarum, in eo contentarum, irritare, illamque ad maſculos ex maſculis reſtringere, *vot.31. num.35. p.2.*

Tametſi facultatem ſibi reſervaverit rem meliùs ordinandi, explicandique, *ibid. num. 46.*

Fideicommiſſo obnoxia Bona comprehendiſſe cenſetur Teſtator, diſponens de Bonis omnibus, quomodocumque à ſe poſſeſſis, *vot.29. nu.49., & 62. p.2.*

Fideicommiſſo obnoxia Bona ut comprehenſa in diſpoſitione cenſeantur, expreſſa, aut æquipollens eorum mentio requiritur, *vot.29. nu. 50. p.2.*

Hæc autem ſatis reſultat ex verbis illis = *etiam tali, che aveſſero biſogno di particolare, & individua menzione* = *ibid.*

Fideicommiſſo adhuc purificando obnoxia Bona, nequeunt ſub renunciatione cenſeri comprehenſa, *vot.4. nu.14. p.1.*

Maximè, non probatâ in Renunciante ſcientiâ ejuſdem fideicommiſſi, *ibid. num.15.*

Fideicommiſſum, & hereditatem in teſtamento contentam, ut Renuncians comprehendiſſe cenſeatur, ſufficit teſtamenti ſcientia, *vot.4. num. 17. p.1.*

Quę tamen generica non debet eſſe, ſed requiritur ſcientia ſpecifica jurium omnium, Renuncianti competentium, *ibid. num.18.*

Vel ſcientia ſufficit etiam conjecturalis, *ibid. n.18.*

Sed quæ ſit elicita vel ex relatione ad teſtamentum, vel ex fideicommiſſi enunciatione, aut ſimilibus, *ibid. nu.20.*

Etiam *fideicommiſſum* continetur in renunciatione, amplis, & generalibus verbis facta, *vot. 4. nu. 34. ad 36. p.1.*

Et quænam verba id valeant oſtendere? *ibid. nu. 27. ad 43.*

Fideicommiſſum in litem deductum, comprehenſum in renunciatione cenſetur, *vot.20. num.54. part.1.*

Maximè ex ejus Bonorum diviſione facta, abſque præſervatione ullâ, *ibid.*

Illud etenim, ſi comprehendi noluiſſet, fuiſſet præſervatum, *ibid.*

Fideicommiſſum, etiam non expreſſum, comprehenditur in renunciatione facta per viam donationis inter vivos, *vot.4. nu.53. p.1.*

Fideicommiſſum quoque comprehendiſſe cenſetur renuncians ex cauſſa ingreſſus in Religionem, *vot.4. nu.45. p.1.*

Fideicommiſſum quoque in renunciatione fuiſſe comprehenſum, argui valet ex renunciationis cauſſa, ac Renunciantis voluntate, *vot.4. nu. 44. part.1.*

Fideicommiſſum non expreſſum, ut comprehendat renunciatio ex cauſſa ingreſſus in Religionem, ſat

ſat eſt ſcientia illius generica, atque præſumpta, *vot.4. num.56., & 70. p.1.*

Contrariæ auctoritates explicantur, *ibid. nu. 63. 64., & 65.*

Fideicommiſſi ſcientiam in renunciante ex cauſſa ingreſſus in Religionem, non requiri, nonnulli affirmant, *vot.4. num.58. part.1.*

Et ratio eorum eſt, quia Bona temporalia commutat cum æternis, *ibid. num.59.*

Nec proinde oportet, ſollicitum illum eſſe de Bonis ejuſmodi temporalibus, *ibid num.60.*

Idque in praxi etiam ſervatur, *ibid. num.61.*

Fideicommiſſum non expreſſum, comprehenſum non cenſeri in renunciatione facta ex cauſſa ingreſſus in Religionem, procedit, ubi ex verbis, ac veriſimili Renunciantis mente, ad certa Bona appareat reſtricta, *vot.4. nu.55., & 74. p.1.*

Si ſecus, comprehenſum reputatur, *ibidem.*

Fideicommiſſi Bonis facta renunciatio effectum operatur, quod commoditatem fructuum, *vot. 4. num.91. p.1.*

Hæcque ad Renunciatarium, ejuſque heredes, etiam extraneos tranſit, donec Renuncians vixerit, *ibid. num.92.*

Certa res, *Fideicommiſſo* priùs ſubjecta, in poſteriori donatione facilius comprehenſa præſumitur, quando tàm fideicommiſſum, quàm donatio de omnibus Bonis facta eſt; *vot.41. num. 112. p.1.*

Prius *fideicommiſſum* in ſecundo teſtamento præſervatum fuiſſe, concludenter demonſtrandum eſt, *vot.44. num.96. p.1.*

Fideicommiſſum, abſque illius ſcientiâ, remiſſum nequit dici, *vot.21. num.90. p.1.*

Fideicommiſſi certa ſcientiâ requiritur, ut illud in diviſione remiſſum cenſeatur, *vot.4. num.63., & 65. p.1.*

Fideicommiſſi remiſſio ex actu, eam nullimodè inferente, non inducitur, *vot.21. numer.96. part.1.*

Fideicommiſſi remiſſio in contractu diviſionis læſiva poteſt eſſe, *vot.4. num.63. part.1.*

Ac certa proinde illius ſcientiâ requiritur, *ibid. num.65.*

Fideicommiſſi remiſſionem non operatur ſola inter heredes inita diviſio, *vot.10. numer.120. part.1.*

Fideicommiſſi remiſſionem inducit diviſio facta de omnibus Bonis, tamquam hereditariis Patris, *vot.20. num.67. p.1.*

Si modò aderat fideicommiſſi ſcientia, *ibidem num.68.*

Eamdem inſuper remiſſionem inducit facta inter Condividentes promiſſio diviſionis obſervandæ, *ibid. num.70., & 72.*

Mutuaque jurium ceſſio, quà unus invicem alterum in rem propriam Procuratorem conſtituerit, *ibid. num.71.*

De *fideicommiſſi* remiſſione inducenda quando agitur, promiſcuè uſurpantur, eodemque jure cenſentur diviſio, ac tranſactio, *vot.20. num. 79. p.1.*

In utriſque enim remiſſum illud cenſetur, ubi illius ſcientia, aliaque concurrant neceſſaria requiſita, *ibid. num.80.*

Benignior autem diviſioni, quàm tranſactioni tribuenda eſt interpretatio, *ibid. num.81.*

Cum diviſio, licèt ſit quaſi tranſactio, favorabilior tamen ſit, *ibid. num.82.*

Fideicommiſſi remiſſionem operatur diviſio, abſque ullâ reſevatione, facta inter heredes, certam notitiam teſtamenti habentes, *vot.10. nu. 55. p.1.*; Sed vid. *num.120.*

Fideicommiſſa, & aliæ ultimæ voluntates revocari poſſunt teſtantis arbitrio, *vot.44. num.92., & num.100. p.1.*

Fideicommiſſa æquè, ac Legata revocari queunt contrariâ Teſtatoris voluntate, ſivè hæc ſit expreſſa, ſivè tacita, *vot.38. numer.92., & 93. part.1.*

Pro *Fideicommiſſi* revocatione non requiritur ſpecialis illius revocatio ſed ſufficit diverſa poſterior diſpoſitio, *vot.44. num.108. p.1.*

Fideicommiſſum per donationem inter vivos ordinatum, revocari nequit, *vot.31. numer.45. part.2.*

A *fideicommiſſi* vinculo eximuntur Bona, poſtea donata inter vivos, *vot.44. numer.93., & 97. part.1.*

Fideicommiſſum in priori teſtamento ordinatum, ademptum dicitur in ſecundo teſtamento, illud non confirmante, *vot.41. num.94. p.1.*

Fideicommiſſo præcedenter ordinato in finem conſervandi Bona repugnat donatio Bonorum omnium, *vot.38. num.96. p.1.*

Fideicommiſſum in eadem donatione conſtitui, & abrogari, credendum non eſt, *vot.31. numer.58. part.2.*

Fideicommiſſa ſubvertere in heredum poteſtate eſſe non debet, *vot.13. num.53. p.1.*

Fideicommiſſi aviti Bona dicuntur adventitia, *vot. 46. num.27. p.1.*

Nec in hereditatem Patris ſunt conferenda, *ibid. numer.28.*

Limita, ſi effecta erant libera in Patre, & eorum collationem ille præcepit, *ibid. num.30., & ſeq.*

Fideicommiſſi Bona, quæ ob illius expirationem libera in perſona filii effecta erant, conferri voluiſſe, Teſtator, veroſimiliter cenſetur, ſi collationem voluit lucrorum, pariter ad filium pertinentium, *vot.46. num.32., & 34. p.1.*

Fideicommiſſi Bona tunc nequeunt ſubeſſe collationi, quando inter heredes æqualiter debent dividi, *vot.46. num.39. p.1.*

Secus verò, quando heres onus conferendi hàbens, retinet eadem Bona ad computum portionis ſibi debitæ ſuper Bonis mandantis collationem, *ibid. num.40., & ſeq.*, & præſertim *numer.46.*

Fideicommiſſi Bona, gravatus, neque per actum expreſſum, neque per actum negligentiæ alienare poteſt, *vot.13. num.62. p.1.*

Fideicommiſſi non conſervatorii, ſed reſtitutorii alienatio, ſi ſub pœnâ caducitatis non ſit prohibi-

Digitized by Google

hibita, ſuſtinetur, etiam quoad proprietatem, *vol.4.num.93.p.1.*

Intellige, vivente herede gravato, *ibid.*

Et ſolum revocatur per ulteriores Deſcendentes, adveniente conditione, *ibid.num.94.*, ſed vid. *numer.115.*

Fideicommiſsi retentio heredi competit, quoties aliquid ex fideicommiſſo detrahendum ſupereſt, *vol.6.num.62.p.2.*

Fideicommiſsi retentio pro dote ut competat, inventarium, vel alia æquipollens probatio ſtatus hereditarii Fideicommittentis requiritur, *vol.6. numer.18., & numer.82., & 87. part.2.*

Contra *fideicommiſſum*, pro dote principaliter obligatum, agi poteſt, etiam non probato aliorum Bonorum defectu, *vol.6. num.77. p.2.*

Ex *fideicommiſſo* faciendæ ſunt detractiones, antequam illud reſtituatur, *vol.6. numer.64., & 71. part.2.*

Nec ſufficit, reſervari jus detractionum, *ibidem numer.65.*

Fideicommiſsi reſtitutionem poſt hereditatem aditam detrectare heres nequit ſub prætextu Legitimæ detrahendæ, *vol.24. num.141. p.2.*

Concurrente maximè Statuto, conſenſum, & acceptationem heredis inducente ex aditione, *ibid. num.148. 151., & 176.*

Fideicommiſſum ex quacumque petitione, aut animi declaratione agnitum dicitur, *vol.37. num. 97. part.1.*

Fideicommiſſum ſuper ſuis Bonis ordinatum, filius, per aditionem cenſetur adprobaſſe, *vol.24. num.175. p.2.*

Atque univerſum acceptaſſe Patris teſtamentum cum oneribus; ſivè ea ſciverit, ſivè ignoraverit, *ibid. num.176.*

Fideicommiſsi agnitio, ab ejus Anteceſſoribus facta, Actori non ſuffragatur, niſi expreſſa, & ſpecifica fuerit, *vol.28. num.23. p.1.*

Ad *fideicommiſſum* vocatis filiis nocere nequit acceptatio Legati facta à Patre ſub conditione aliud non petendi, *vol.13. num.71. p.1.*

De antiquiori *fideicommiſſo* excipere heres nequit, ſtante acceptatione gravaminis in re propria, ab ejus Auctore facta, *vol.29. nu.32. part.2.*

Ad *fideicommiſſum* jure proprio venientibus filiis eò minus nocet acceptatio gravaminis, facta à Patre, ſi fideicommiſſum ignorabat, *vol.24. num.68. p.1.*

Ad *fideicommiſſum*, qui ſe vocatum dicit, debet id oſtendere, *vol.10. num.3. p.1.*

Fideicommiſſi jure Bona vindicare contendens, vocationem ſuam concludenter probare tenetur, *vol.3. num.16. p.1.*

Probatio autem æquivoca, ac dubia non ſufficit, *ibid. numer.17.*

Fideicommiſsi jure ut vindicari Bona valeant, de eorum identitate concludenter docendum eſt, *vol.37. num.10. p.1.*

Fideicommiſsi jure Bona vindicare contendens, nedum de ſui vocatione, ſed etiam docere debet, illa eſſe fideicommiſſo obnoxia, atque inſuper probare, quæ, qualis, & quanta ſit fideicommiſſi portio, ad ipſum pertinens, *vol.18. num. 65. part.2.*

Ad *fideicommiſſum* ut quis vocatus dicatur, ſufficit, eum de genere vocato eſſe, *vol.28. numer. 27., & 29. p.1.*

Prætertim, cum inter Deſcendentes agitur, tunc enim vocatio levioribus inducitur conjecturis, *ibid. nu.28.*

Ad *fideicommiſſum* vocati ex perſona propria, excludi nequeunt, niſi, æquivalenti emolumento ipſis relicto, *vol.24. num.57. part.1.*

A *fideicommiſsi* poſſeſſione antiquiſſima ut repellantur Legitimati, reſiſtentia voluntatis Teſtatoris concludenter probanda eſt, *vol.8. num.13. part.1.*

Fideicommiſſum non purificatur favore Subſtituti, exiſtentibus Legitimatis, *vol.8. numer.175. part.1.*

A *fideicommiſſo* excluditur natus à Matre nobili, quando deſit gradus nobilitatis Aviæ maternæ, & Teſtator nobilitatem exegerit, ab Ordine *Sancti Stephani* requiſitam, *vol.33. numer.3. part.2.*

Ad *fideicommiſſum* adſpirare poteſt vocatus, qui pollet nobilitate gradus materni, à Teſtatore optatâ, *vol.33. num.1. p.2.*

Non autem alii vocati, ex ignobili Matre progeniti, *ibid. num.2.*

Ad *fideicommiſſum* vocatos maſculos arguit ipſis injuncta fœminarum dotatio ex ejuſdem fideicommiſſi fructibus, *vol 24. num.27. part.1.*

A *fideicommiſſo* pro ſolis maſculis ordinato, fœminæ reijciendæ ſunt, *vol.2. num.33. part.1.*

A *fideicommiſſo* ordinato pro ſolis maſculis, excluduntur fœminæ, etiam ab ultimo poſſeſſore deſcendentes, *vol.14. num.11. p.1.*

Fideicommiſsi conditi pro ſolis Maſculis ex Maſculis validum argumentum præbet enixa Teſtatoris voluntas conſervandi Bona in agnatione, *vol.42. num.52. p.1.*

Ad *fideicommiſſum* in parte diſpoſitiva vocatis tàm Maſculis, quàm fœminis, iſtarum excluſionem operari nequit ratio conſervationis Bonorum ſubinde adjecta in parte prohibitiva, *vol.39. num.58. p.1.*

Licèt prohibitiva ad ſolos Maſculos reſtricta appareat, *ibid. num.59.*

Ad *fideicommiſſum* conſtitutum pro renovanda artificialiter in Cognatis agnatione, iidem æquè veniunt tàm ſi per unum, quàm ſi per multiplex deſcendant medium fœminarum, *vol.45. num 57. p.1.*

Fideicommiſsi perpetuatio obtineri poteſt per Maſculos deſcendentes ex fœminis, etiam ultimo Agnato præmortuis, *vol.36. num.49., & 55. part.1.*

A *fideicommiſſo* ordinato favore Deſcendentium maſculorum, qui heredes eſſent ultimi poſſeſſoris, excluditur, qui non eſt heres, *vol.14. num.19. p.1.*

Et evaneſcit per obitum ſinè filiis ultimi heredis inſtituti, *ibid. num.20.*

Digitized by Google

A *fideicommiſſo* exeluſis filiabus, multò magis ulteriores fœminæ excluſæ cenſentur, *vot. 9. nu.* 122.*p.*1.

In *fideicommiſſis*, & feudis Maſculus ex fœmina excluſa, Agnatis vocatis nequit præferri, *vot.* 1.*nu.*79.*p.*2.

Ad *fideicommiſſum*, ſub filiorum nomine, veniunt ſolum filii primi gradus, *vot.*24. *nu.*33. *part.*1.

Ex Legis tamen interpretatioue, etiam nepotes, *ibid. num.*38.

Quum præſertim de eorum comprehenſione couſtat ex Teſtatoris mente, *ibid. num.*39.

Et maximè in fideicommiſſo Aſcendentis, *ibid. num.*40.

Fideicommiſſi reſtitutorii onus injunctum filio, iſtius etiam filiis impoſitum cenſendum eſt, *vot.* 15. *num.*35. *p.*1., ratio *num.*36.

Ad *fideicommiſſum* inſtitutum cum prohibitione alienationis, ac digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, ſub nomine filiorum veniunt etiam nepotes, *vot.*2. *num.*12., *& ſeq.*, *& vot.* 23. *num.*14. *part.*1.

Sub *fideicommiſſo* comprehenduntur Deſcendentes omnes, in conditione poſiti, *vot.*2. *numer.*8. *part.*1.

Pro inducendo *fideicommiſſo* inter filios in conditione poſitos, iuefficaces ſunt conjecturæ, ſeorſim acceptæ, *vot.*13. 39. *p.*1.

Efficaces vero ſunt, ſi conjunctim accipiantur, *vot.*13. *num.* 40. *p.*1.

A *fideicommiſſi* primo ingreſſu ad illius progreſſum non benè arguitur, *vot.*8.*num.*76. *p.*1.

Fideicommiſſum nou extenditur ultra heredum inſtitutorum filios, *vot.*30. *num.*83. *p.*1.

Fideicommiſſum de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam non exteuditur, *vot.*10. *numer.*7., *& vot.*34. *num.*101. *p.*1.

Fideicommiſſum ad certos gradus, & perſonas reſtrictum, nequit ad alias extendi, concurrente etiam identitate, vel majoritate rationis, *vot.* 3. *num.*34. *p.*1.

Fideicommiſſi gravamen, niſi conjecturæ id ſuadeant, extendendum non eſt, *vot.*14. *num.*47. *part.*1.

Fideicommiſſum ad perſonas non expreſſas non extendit perpetua fœminarum excluſio, *vot.*15. *num.*12. *p.*1.

Item nec reciproca inter Maſculos ordinata, *ibid. num.*13.

Minuſque agnationis contemplatio, ex his deſumpta conjecturis, *ibid. num.*14.

Fideicommiſſum ad caſum non expreſſum haud extendit agnationis contemplatio, *vot.*16. *numer.* 24. *p.*1.

Fideicommiſſum ut inducat, vel extendat agnationis contemplatio, expreſſa debet eſſe, *vot.*16. *num.*31. *p.*2.

Fideicommiſſum ſucceſſivum nec induci, nec extendi poteſt, niſi concurrant unà ſimul contemplatio agnationis, & digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, *vot.*16. *num.*27. *p.*2.

Fideicommiſſum ad caſus non expreſſos non extendit ratio conſervandi Bona in familia, dependens à conditione obitus ſiuè filiis, *vot.*6. *num.* 28. *p.*2.

Fideicommiſſum ultra caſus expreſſos non protrahit ratio conſervandi Bona in familia, quando ea eſt acceſſoria fideicommiſſo prius ordinato, *vot.* 6. *num.*32., *& vot.*14. *num.*38. *p.*1.

Protrahit verò, ſi principaliter, & iudependenter expreſſa fuerit, *vot.*6. *nu.* 33. *p.*2.

Fideicommiſſum novum inducit ratio conſervandi Bona in familia, ſi non ſit acceſſoria priori diſpoſitioni, *vot.*6. *nu.*40.*p.*2.

Fideicommiſſum ad quaſcumque perſonas, comprehenſas ſub ratione conſervationis Bonorum, eadem ratio extendit, præſertim, ſi generaliter, & per modum cauſæ finalis in proemio expreſſa ſit, *vot.*40. *num.*48. *p.*1.

Procedit, licèt ad certas perſonas ſit directa, *ibid. num.*49.

A *fideicommiſſo* non dependens ratio conſervationis Bonorum, dubium quandoque eſſe poteſt an ampliare illud valeat, *vot.* 39. *numer.* 46. *part.*1.

Numquam tamen, an illud reſtringere, aut alterare; id enim certè non poteſt, *ibidem nu.*47.

Fideicommiſſum ab Agnatis ad Cognatos nequit extendere agnationis conſervandæ ratio, *vot.* 34.*nu.*95., *&* 106. *p.*1.

Præſertim, ſi Agnatis deficientibus, Extranei ſint vocati, *ibid.*

Fideicommiſſum ultra caſum diſpoſitum non ampliat prohibitio alienationis, generaliter non concepta, *vot.*15. *num.*18. *p.*1.

Fideicommiſſum præcedenter inſtitutum non extendit, ſed magis confirmat prohibitio alienationis, *vot.*14. *num.*30. *p.*1.

Fideicommiſſo conſectaria dicitur alienationis prohibitio, cum voto conſervationis Bonorum in agnatione, quando facta eſt poſt vocationem, continentem certum ordinem ſubſtitutionum, & perſonarum, *vot.*14. *num.*32. *p.*1.

Fideicommiſſum, ad certos gradus, & perſonas reſtrictum, extendere non valet clauſula = *nullo unquam tempore* =, *vot.*14. *nu.*41. *p.*1.

Sicuti nec etiam clauſula = *perpetuò* = *vot.*3. *num.* 38., *& dict. vot.*14. *nu.*41. *p.*1.

Minuſque aliud quodlibet verbum, tractum ſucceſſivum temporis inducens, *dict. vol.* 14. *num.*43.

Cum clauſulæ ejuſmodi ſint, juxta ſubjectam materiam intelligendæ, *ibid. num.*44.

Et perpetuitatem indeterminatam non præſeferant, ſed ex ſubſtitutione præcedenti circumſcriptam, *ibid. num.*45.

Fideicommiſſum non eſt extendendum ad Tranſverſales remotiores, ac Teſtatori incognitos, *vot.* 3.*nu.*36.*p.*1.

In *fideicommiſſis*, ac primogenituris nil tàm repugnat, quam translatio ſucceſſionis à Deſcendentibus ad remotiores tranſverſales, *vot.* 15. *num.* 72.*p.*1.

Fideicommiſſum extenſionem recipere poteſt ex taci-

Digitized by Google

tacita Defuncti voluntate, *vot. 32. numer. 51. part. 2.*

Fideicommiſsi extenſio non eſt odioſa, cum ex voluntate Teſtatoris ducitur, *vot. 10. numer. 75. part. 1.*

Fideicommiſsum non debet contra Teſtatoris mentem reſtringi, *vot. 25. num. 36. p. 1.*

Fideicommiſsum in actu inter vivos conſtitutum, reſtringi, aut everti non poteſt, *vot. 31. nu. 44. part. 2.*

De *fideicommiſsi* reſtrictione ubi conſtat, Deſcendentes per lineam fœmininam heredum inſtitutorum vocati excluſivè cenſentur, *vot. 3. nu. 40. p. 1.*

Fideicommiſſum ad vitam dumtaxat filiarum ſubſtitutarum duraturum indicant verba = , *etiam ch' elle muojano con figlioli* = *vot. 19. numer. 17. part. 1.*

Excluduntque tacitam earumdem filiorum vocationem, *ibid. num. 18.*

Procedit, licèt agatur de admittendo Extraneo, *ibid.*

Secus tamen eſt, ſi deficiant verba, & clauſulæ taxativæ, *ibid. nu. 75.*

Fideicommiſsi pendentis à ſola conditione obitus, dies veniſſe dicitur, obitu ſecuto, *vot. 19. nu. 1. part. 1.*

Fideicommiſsum ordinatum *in caſu obitus* filiorum *ſinè filiis*, expirat per illorum obitum cum filiis, juxta *Conſil. Oldradi* 21., *vot. 29. num. 34. part. 1.*

Ceſſat tamen idem *Oldradi conſilium*, cum ſubſtitutio non eſt reſtricta ad caſum obitus primorum Inſtitutorum, ſed indeterminata eſt, *ibid. num. 35.*

Fideicommiſsum ex Teſtatoris voluntate inducitur etiam *in caſu obitus* cum filiis, licèt adjecta fuerit conditio : *ſi ſinè filiis*, *vot. 13. numer. 18. part. 1.*

Fideicommiſsum, ex prohibitione alienationis inductum, locum ſibi vindicat etiam *in caſu obitus*, quando prohibitio alienationis concepta eſt, tamquam principalis diſpoſitio, *vot. 14. nu. 83. p. 1.*

Fideicommiſsum, ut extendatur ultra *caſum obitus* primorum heredum ſinè filiis, ſufficit ratio perpetuæ conſervationis Bonorum in familia, etiamſi acceſſoria illa ſit, *vot. 6. nu. 39. part. 2.*

Ex *fideicommiſso* conſervatorio induci poteſt fideicommiſſum reſtitutorium *in caſu obitus*, *vot. 14. nu. 25. p. 1.*

Et ab illo argumentum deſumitur ad hujus extenſionem, *ibid. nu. 26.*

Hæc tamen procedunt, quando vel nullum adeſt præcedens fideicommiſſum inſtitutum in caſu obitus, vel, ſi adeſt, in eo deſignati non ſunt certi gradus, & perſonæ, ad illud vocatæ, *ibid. num. 27.*

Aut quando pars diſpoſitiva ita eſt obſcura, ut ſubſtitutionum explicatio nequeat haberi ſinè ope partis prohibitivæ, *ibid. num. 28.*

Perpetui *fideicommiſsi* ordine *in caſu contraventionis* facta Deſcendentium vocatio, eodem ordine *in caſu obitus* facta cenſetur, *vot. 24. nu. 21. p. 1.*

A *fideicommiſso* ordinato *in caſu contraventionis*, inferri nequit ad fideicommiſſum *in caſu obitus*, *vot. 24. nu. 23. p. 1.*

Intellige, quoties de illo extendendo agatur, ſecus, ſi de interpretatione dumtaxat ab eo deſumenda, *ibid.*

Fideicommiſsi conjecturæ *in caſu obitus* heredum cum filiis, conſiderantur tunc ſolùm, quando expreſſa ſubſtitutio deficit, *vot. 13. numer. 34. part. 1.*

Unius *fideicommiſsi* reſtitutio diſcretivè ab altero facienda eſt, juxta diverſitatem caſuum, & conditionum, ſub quibus fuerunt ordinata, *vot. 14. num. 51. p. 1.*

Fideicommiſſum unum, deficiente aliquâ conditione, deficere, aliud verò ſubſiſtere poteſt, *vot. 14. num. 52. p. 1.*

Fideicommiſſorum dependentia excluditur ex diverſitate perſonarum, & conditionum, *vot. 14: nu. 69. p. 1.*

Ad *fideicommiſsum*, ab altero inſtitutum, trahi nequit conditio, Legato adjecta nihil amplius petendi ex Legantis hereditate, *vot. 13. num. 74. part. 1.*

Fideicommiſsum purificatur favore perſonæ vocatæ, quoties apparet de duratione fideicommiſſi, & ejus caſus advenit, *vot. 6. numer. 61. part. 2.*

Pro excluſione *perpetui fideicommiſsi*, in dubio, judicandum eſt, *vot. 34. num. 89. p. 1.*

Pro duratione *fideicommiſsi*, jam certi, faciliùs judicandum eſt, *vot. 10. num. 91. p. 1.*

Fideicommiſsum, in dubio, *perpetuum* cenſendum eſt, quum agitur de Teſtatore nobili, *vot. 10. 10. nu. 104. p. 1.*

Idem, quum de Teſtatore Bononienſi, *nu. 105.*

Perpetuum nè intercidat *fideicommiſsum*, quælibet capienda eſt interpretatio, *vot. 37. numer. 27. part. 1.*

Perpetuum fideicommiſsum nè intercidat, peculii nomine tota venit hereditas, *vot. 37. num. 28. part. 1.*

Fideicommiſſum perpetuitatem temporis reſpiciens, In ipſo ferè principio intercidere, abſonum eſt, *vot. 35. nu. 39. p. 1., & vot. 31. nu. 21. part. 2.*

Fideicommiſſi excluſiva interpretatio capienda non eſt, quoties pro illius *duratione* urgeat voluntas Teſtatoris, *vot. 40. n. 91. p. 1.*

Pro *perpetuo fideicommiſſo* reſpondendum eſt, ſi aliter impleri nequeat voluntas Teſtatoris, *vot. 24. n. 11. p. 1.*

Fideicommiſſum reſtitutorium inter omnes à primo herede deſcendentes inducitur etiam ex conjecturis, & præſumptionibus, *vot. 2. n. 1. p. 1.*

Pro *fideicommiſſi* duratione concludentes, & neceſſariæ requiruntur conjecturæ, *vot. 16. nu. 22. prrt. 1.*

Quæque ex ipſius teſtamenti verbis eliciantur, *ibid.*

Perpetui fideicommiſſi conjecturam præbet digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus vot. 2. nu. 14., vot. 10. nu.89., vot.16. nu.5. 7., & 8., vot.27. num.122., & vot. 35. n. 10. p.1., & vot.6. numer 43. p.2.

Perpetui fideicommiſſi conjectura deſumpta ex pluribus gradibus ſubſtitutionum, ſuam vim habet, etiamſi illi pendeant ab obitu primorum heredum ſinè filiis, vot.6. n.56. p.2.

Digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, ut perpetuitatem *fideicommiſſi* inducat, debet eſſe activè & paſſivè inter Subſtitutos factus, vot.16. n.39. part.1.

Non per meram vulgarem, ibid. n.40.

Fideicommiſſi perpetuitatem non operatur digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, pendens à ſubſtitutione, cujus conditio deficiat, vot. 16. num.42. p.1.

Perpetuum fideicommiſſum reſultat ex reciproca ordinata inter filios filiarum Teſtatoris ſubſtitutos, vot.34. num.32. p.1.

Atque ex vocatione filiorum, plurali numero facta, ibid. n. 33.

Pro *fideicommiſſi* perpetuitate ſufficiens conjectura non eſt collectiva vocatio plurium graduum, & perſonarum, niſi ex verbis etiam, & clauſulis perpetua, & ſucceſſiva diſpoſitio reſultet, vot.34. n.44., & 45., & 48. p.1.

Perpetuum fideicommiſſum arguit vocatio filiorum ex fœminis, facta in ſtirpes, & non in capita, vot.34. n.26. p.1.

Tum etiam vocatio filiorum naſciturorum, vot. 10. n.81. p.1., & vid. n. ſeq.

Fideicommiſſi perpetui ordinandi voluntas colligitur ex reciproca ſubſtitutione inter primos heredes, vot.6. n.43. p.2.

Perpetuum fideicommiſſum, in omnibus filiorum Deſcendentibus duraturum, ordinaſſe cenſetur Teſtator, ſi nedum Liberos primi gradus, ſed ulteriores etiam vocavit Deſcendentes, vot.29. num.30., & 31. p. 1.

Præſertim, cum agitur de diſpoſitione Aſcendentis, ibid. n.32.

Perpetuum inter omnes primi heredis Deſcendentes *fideicommiſſum* importat diſpoſitio, ſucceſſivi temporis tractum reſpiciens, vot. 22. nu. 19. part.1.

Perpetui fideicommiſſi voluntatem indicat longa, ac benè ordinata ſubſtitutionum ſeries, in longiſſimum tempus collata, vot.13. n.37. p.1., & vot.34. n.26. p.1.

Perpetuis dumtaxat *fideicommiſſis* convenit gradualis ſuccedendi ordo, vot.34. n.21. p.1.

Fideicommiſſi perpetuitas optimè deſumitur ex relatione habita ad perpetuas Majorum diſpoſitiones, vot.24. n.6. p.1.

Fideicommiſſum perpetuum, & abſolutum excluditur, ubi nulla à Teſtatore perpetuitas deſignata fuerit, vot.16. n.20. p. 1.

Fideicommiſſum expiraturum in primo, vel ſecundo Subſtitutorum gradu, *perpetuum* nequit dici, vot.24. n.13. p.1.

Perpetui, & ſucceſſivi *fideicommiſſi* conjecturam præbet agnationis contemplatio, vot.10. n.89., vot. 16. n.3., vot. 24. n.18., & 20., & vot. 23. num.16. p.1., & vot.6. n.48. p.2.

Conjectura ejuſmodi paſſim a Doctoribus rejicitur, quoties agatur de extendendo fideicommiſſo ultra caſus literaliter expreſſos, vot. 26. num.24. p.1.

Pro *fideicommiſſi* duratione excluſâ conjecturâ contemplatæ agnationis, ceteræ omnes conjecturæ corruunt, vot.16. n.38. p.1.

Fideicommiſſi progreſſivitas, deficiente etiam voto conſervandæ agnationis, ex aliis teſtamenti locis poteſt conjici, vot.2. num.26. p.1.

Fideicommiſſum perpetuum tacitum induci nequit ex tacita contemplatione agnationis, deſumpta ex Maſculorum vocatione, vot. 16. n.20. p.2., & num. ſeq.

Fideicommiſſi inter Deſcendentes *perpetuò* duraturi validam conjecturam præbent ſubſtitutiones Extraneorum, vot. 13. n.9., & vot. 22. nu. 22. part.1.

Fideicommiſſum inter omnes Deſcendentes illicò ſupponit vocatio Extranei, poſt Deſcendentes facta, vot.22. n.23. p.1.

Fideicommiſſi perpetuitas optimè deſumitur ex voto conſervationis Bonorum in familia, & agnatione, vot. 24. n. 10., & vot. 27. num. 122., & vot.34. n.22., & 87. p.1.

Perpetuum fideicommiſſum inter perſonas etiam ſuperius non expreſſas, inducit ratio conſervationis Bonorum ampla, & generalis, vot. 45. num.23. p.1.

Præſertim, ſi ratio iſthæc expreſſa fuerit, tamquam finalis cauſâ diſpoſitionis, vot. 34. n. 23. part.1.

Et maximè, ſi agatur de Teſtatore nobili d. vot. 34. num.24.

Fideicommiſſum perpetuum, & ſucceſſivum arguitur ex voto conſervationis Bonorum in agnatione, deſumpto ex inſtitutione, ac ſubſtitutione Maſculorum, cum perpetua fœminarum excluſione, vot. 15. n.62. p.1.

Procedit, licèt non ex verbis expreſſis, ſed ex conjecturis dumtaxat idem votum eliciatur, ibid. n.63.

Perpetuum fideicommiſſum arguit Bonorum conſervatio, verbis in rem directis volita, vot. 24. num.14. p.1.

Abſque *perpetuo fideicommiſſo* perpetua Bonorum conſervatio in familia obtineri non poteſt, vot.14. n.79., vot.38. n.5. p.1., & vot.6. n.21., & 41. p.2.

De *perpetuo fideicommiſſo* cogitare quoque debuit Teſtator, cogitans de perpetua conſervatione Bonorum in familia, vot. 6. n.20. p.2.

Perpetui, & ſucceſſivi *fideicommiſſi* argumentum præbet alienationis prohibitio, vot. 14. nu. 3., vot.24. n.19., vot.32. n.19. p.1., & vot.6. n.16. part.2.

Fideicommiſſum perpetuum arguit alienationis prohibitio nedum ad Inſtitutos, ſed etiam ad Subſtitutos directa, vot.34. n.8., & 14. p.1.

Fideicommiſſi perpetui non conjecturam, ſed certiſſi-

tiſſimam probationem facit alienationis prohibitio, ut Bona in familia remaneant, *vot.6.numer.23.p.2.*

Fideicommiſſum perpetuum an inducatur ex alienationis prohibitione, cauſa, & ratio ipſius prohibitionis ſpectanda eſt, *vot.6. numer. 17. p.2.*

Perpetui fideicommiſſi conjecturam præbet prohibitio cujuſcumque detractionis, *vot. 10. nu.87. part.1.*

Idem excluſio Clericorum, Religioſorum, & Fiſci, *vot. 24. n.17., & vot.34. n.18., & 20. p.1.*

Fideicommiſſi perpetuitatem arguit ſubſtitutio Loci pii in defectum Deſcendentium omnium, *vot.32. n.21. p.1.*

Perpetui fideicommiſſi conjectura eſt qualitas maſculinitatis, in vocatis expetita, *vot. 10. nu.89. 92., & 93., & vot. 24. n.15. p.1.*

Licèt autem hæc ſolam ſexus prædilectionem regulariter importare ſoleat, *ibid. d. vot. 10. numer.93.*

Perpetuum tamen fideicommiſſum importat, quando eam Teſtator perpetuò exoptavit, ac in omnibus gradibus repetivit, *ibid. n.89.*

Legitimitatis, ac naturalitatis qualitas ſæpiùs à Teſtatore expreſſa, ac repetita *perpetuum fideicommiſſum* arguit, *vot.10. n.94., & vot.16. numer.11. part.1.*

Perpetuitatis *fideicommiſſi* levem valde conjecturam præbet adjecta legitimitatis, ac naturalitatis qualitas, *vot.16. n.51. p.1.*

Utpotè adponi ſolita de Notariorum ſtylo, *ibid.*

Eaque conjectura pluries à DD., & *S. Rota* fuit rejecta, *ibid. n. 52.*

Leviſſimaque reputatur, ubi nulla habita ſit ratio conſervationis Bonorum in familia, *ibid. num.53.*

Fideicommiſſum perpetuum arguitur ex demandata, in omni gradu, fœminarum excluſione, *vot.10. num.95., & vot.24. n.25. p.1.*

Fideicommiſſo perpetuo, & deſcenſivo repugnat excluſio fœminarum, à primo herede deſcendentium, *vot.2. n.54. p.1.*

Perpetuum fideicommiſſum arguitur ex onere nominis, & inſignium, *vot. 12. n. 25., & 54., & vot.27. n.121. p.1.*

Perpetuum fideicommiſſum inducunt onus nominis, & inſignium, nec non injunctus primogenituræ ordo, *vot.21. n. 51. p.1.*

Fideicommiſſi perpetuitatem ſimul, & renovationem familiæ, omniumque Bonorum conſervationem penes Primogenitum importare nequit onus deferendi nomen, & inſignia, *vot.12. numer. 55. p.1.*

At poteſt, ſi primogenituræ ordine ſucceſſio eſt conſtituta, *vot. 12. n.56. p.1.*

Fideicommiſſum in omnes primi heredis Deſcendentes *progreſſivum* cenſetur, quando Teſtator de illius progreſſivitate cogitavit inter Subſtitutos omnes, gradatim vocatos, *vot. 2. num. 16. part.1.*

Fideicommiſſum ex gravamine injuncto ultimo gravato reſtituendi proximioribus de domo, & familia, perpetuum, & progreſſivum cenſetur, *vot.19. n.1. p.1.*

Perpetuam *fideicommiſſi* reſtitutionem importam dictiones = *in infinitum* = *in perpetuum* = *ſemper* = *vot.1. n. 85. 86. 89. 90., & 117. p.1.*

Tum dictio = *quandocumque* = *vot.16. numer. 9. part.1.*

Idem præterea importat clauſula = *vulgariter*, *pupillariter*, *& per fideicommiſſum* =, *vot. 10. n.88., vot. 16. n.10., & vot. 34. num.19. p. 1.*

Junctâ præſertim aliâ clauſulâ = *omni meliori modo* =, *d. vot.34. eod. n.29.*

Pro inducendo *perpetuo fideicommiſſo* plurimùm valent dictiones perpetuitatem denotantes, *vot.6. n.24. p.2.*

Prout verba = *remaneant* =, & = *conſerventur* =, *ibid. n.25.*

Dictio = *vel* = nequit excludere perpetuitatem *fideicommiſſi* fundatam in voluntate Teſtatoris, *vot.10. n.111. p.1.*

Fideicommiſſi perpetui conjecturæ unitim conſiderandæ ſunt, *vot.10.n.106. p.1., & vot.34. n.34., & vot. 6. n.59. part.2.*

Non curato, quod earum aliqua ſeorſim à DD. non ſit recepta, *d. vot.10. n.107.*

Idem, cum de reciproco fideicommiſſo res eſt, *ibid. n.130. p.1.*

Fideicommiſſum perpetuum argui non poteſt ex Legatis, à primo herede unicâ vice ſolvendis, *vot.16. n.23. p.2.*

Perpetuum fideicommiſſum non reſultat ex onere etiam perpetuo, quod intrà unius anni terminum poteſt impleri, *vot.16. n.24. p.2.*

Perpetui fideicommiſſi conjecturæ ubi concurrunt, à *Cumani theorica* receditur, *vot. 10. num. 67., vot.22. n.10., & vot. 34. n.5. & ſeq. p.1.*

Maximè in diſpoſitione Aſcendentis, *ibidem numer.11.*

Ex conjecturis *perpetui fideicommiſſi*, ab *Oldradi conſ.21.* receditur, *vot.16. n.12. p.1.*

Faciliùs autem, quum de Aſcendentis diſpoſitione agitur, *ibid.*

Conjecturæ ut receſſum à vulgari inducant, concludentes eſſe debent, *vot. 34. n. 51. p.1.*

Et quæ ad aliud referibiles non ſint, *ibid. nu.52., & num.91.*

Procedit etiam in fideicommiſſo Aſcendentis, *ibid. n.58.*

Pro *fideicommiſſi* perpetuitate ſtabilienda, ac declaranda ſufficit proemialis pars, *vot. 24. num.5. part.1.*

Fideicommiſſum perpetuum faciliùs inductum præſumitur favore deſcendentiæ Teſtatoris, *vot.24. num.4. p.1.*

In *perpetuo fideicommiſſo* ea capienda interpretatio eſt, quâ illius perpetuitas conſervetur, non quâ ſubſtitutio in primo gradu finiatur, *vot. 40. numer.17. p.1.*

Fideicommiſſum tanto ſtudio in pluribus perſonis, & gradibus ordinatum, unà cum heredibus, decedentibus cum filiis, extingui Teſtatorem voluiſſe, credendum non eſt, *vot.1. num.118., vot.7*

vot. 7. num.57., *vot. 40. num.30.*, *vot. 42. n.3. p.1.*, *vot.6. num.55.*, *& 58.*, *& vot. 31. nu. 17. part.2.*

Fideicommiſſi perpetuitas importat perpetuam reſtitutionem inter perſonas omnes contemplatas, *vot.1. n.87. p.1.*

Fideicommiſſi perpetuitas verificari rectè poteſt in Deſcendentibus lineæ vocatæ, *vot. 3. n. 37.p.2.*

Fideicommiſſi perpetuitas poteſt verificari in vita unius hominis, *vot.3. n.39. p.1.*

Fideicommiſſi perpetuitas ſat eſt, quod verificetur in caſibus à Teſtatore præſcriptis, *vot. 16. n. 15. part.2.*

In *perpetuis fideicommiſsis* ordinandis Teſtatores nullâ moveri ſolent ſpeciali affectione ergà certas perſonas, *vot. 37. num.20. p.1.*

In *fideicommiſſis* deſcenſivis *perpetuis* Teſtator proclivior cenſetur eſſe in Maſculos ex Maſculis, quàm in Maſculos ex fœminis, *vot. 23. num.30. part.1.*

Intellige tamen, ut iſti ſemper in ſubſidium admiſſi cenſeantur, niſi apertè conſtet de contraria Teſtatoris voluntate, *ibid. n.31.*

In *fideicommiſſo perpetuo* deficientia gradus intermedii non officit admiſſioni ulteriorum Subſtitutorum, *vot.1.n.160. p.1.*

Nec cenſetur, Teſtator, voluiſſe eorum filiis, & Deſcendentibus per vulgarem providere, *ibid. n.161.*

Fideicommiſſum deſcenſivum *perpetuum* ſemel in unam lineam ingreſſum, ab ea numquam egreditur, quoties ſuperſit Maſculus, etiam ex fœmina, *vot. 23. n.29. p.1.*

In ſolo *perpetuo*, ac progreſſivo *fideicommiſſo* procedit, quod in defectu unius lineæ jus ſuccedendi competat alterius lineæ Deſcendentibus, *vot.29. n.22. p.1.*

In *perpetuo fideicommiſſo* præſumendus Teſtator non eſt voluiſſe in defectu Agnatorum fœminas collaterales, etiam ſibi proximiores, admittere, ſuperſtite adhuc Maſculo de linea prædilecta, *vot.39. n.33. p.1.*

Et contrarium, tamquam abſurdum, vitandum eſt, etiamſi aliquatenus à verborum proprietate deflectendum eſſet, *ibid. n. 34.*

In *perpetuo fideicommiſſo* nepotes, atque ulteriores Deſcendentes veniunt ſub filiorum nomine, *vot.40.n.66.p.1.*

Fideicommiſſum perpetuum, nepotibus, aliiſque ulterioribus Deſcendentibus non comprehenſis ſub filiorum nomine, caducum poſſet fieri, *vot.40. n.67. p.1.*

De *fideicommiſſi* exiſtentia cum non agitur, ſed ſolum de illius duratione, *filiorum* nomen omnes comprehendit Deſcendentes, *vot. 15. n.29. part.1.*

De *perpetuo fideicommiſſo* quando appareat Teſtatorem cogitaſſe, filiorum in conditione poſitorum nomine veniunt etiam Liberi ulterioris gradus, *vot.7. n.60. p.2.*

Perpetuo fideicommiſſo conſtituto inter filios in conditione poſitos, filii tàm primi, quàm ulterioris gradus cenſentur nedum vocati, ſed etiam gravati reſtituere, *vot.13. n.41. p.1.*

Cum *perpetui fideicommiſſi* onere, filio, ejuſque Deſcendentibus donata Bona, nequeunt primogenialia effici, quot es perſonæ vocatæ adhuc ſuperſint, *vot.31. n.17. p.2.*

Fideicommiſſo perpetuo obnoxia ſunt Bona, in quibus, ex Teſtatoris voluntate, ſucceſſio ab inteſtato locum non habet, *vot.6. n.27. p.2.*

Fideicommiſſo perpetuo non aliter locus eſſe poteſt, quàm purificatâ conditione, ſubſtitutionibus adjectâ, *vot.16. n.57. p.1.*

Procedit, licèt digreſſus adſit ad plures ſubſtitutionum gradus, perpetua fœminarum excluſio, vocatio cippi, ac domus, & Loci pii ſubſtitutio, *ibid. n.58.*

Fideicommiſſi perpetui voluntas faciliùs adimpletur per admiſſionem Maſculorum, etiam ex fœminis, *vot.25. n.35.p.1.*

Fideicommiſſi perpetuitas excluderetur, ſi ad illud vocati eſſent ſoli deſcendentes ex fœminis heredum, *vot.3. n.3. p.1.*

Fideicommiſſum perpetuò conſervari volitum in heredibus, ac ſubſtitutis, nequit in Extraneos transferri, *vot.4. n.98. p.1.*

De *fideicommiſſo perpetuo* nequit heres in caſu ejus obitus ſine filiis liberè diſponere, *vot.27.n.119. part.1.*

In *fideicommiſſis* ordinatis etiam cum perpetuitate in omnes Deſcendentes, ſolent Teſtatores in defectu filiorum vocatorum alios filios ſubſtituere, *vot.15. n.65. p.1.*

Fideicommiſſa perpetua inſtituere Bononienſibus familiare eſt, *vot.10. n.105. p.1.*

Perpetui fideicommiſſi repetitio inducta non cenſetur in ſubſtitutione, continente novas perſonas, & gradus, *vot.34. n.54. p.1.*

Maxime, ſi in iiſdem diverſa ratio militet, *ibid. num.55.*

Fideicommiſſi gravamen adjectum proximioribus, quoad remotiores repetitum non cenſetur, *vot. 15. n.21. p.1.*

Intellige, ut *n.70.*, *& 71.*

Fideicommiſſum conditum pro perpetua Bonorum conſervatione in familia, verè *agnatitium* eſt, *vot.11. n.28.*, *& vot.26.n.1.p.1.*

Fideicommiſſum agnatitium efficit ratio agnationis conſervandæ totam diſpoſitionem regens, *vot. 24. n.34. p.1.*

Fideicommiſſum agnatitium reſultat ex non interrupta Maſculorum vocatione, *vot. 9. num. 117. part.1.*

Ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, *ibid. num.118.*

Prohibitione alienationis, *ibid. num. 119.*, *& vot.11. n.28. p 1.*

Ac fœminarum excluſione, *dicto vot. 9. numer.120.*

Præſertim filiarum Teſtatoris, *ibid.*

Fideicommiſſi agnatitii conjectura eſt, ſi Teſtator erat nobilis, *vot.9. n.123. p.1.*

Item, ſi de Bonis agitur, in familia pro ejus de-

decore conſervandis, *vot.9. numer.* 124. *part.*1.

Ad *fideicommiſſum* vocatis Agnatis æquè ac Cognatis, nequit illud *agnatitium* dici, *vot.* 24. *num.*29. *p.*1.

Fideicommiſſum agnatitium, Teſtator, ſi conſervari voluiſſet, donationem Bonorum omnium cum reſervatione certæ ſolius quantitatis non feciſſet, *vot.*38. *num.*105. *part.*1.

Fideicommiſſum agnatitium, ſucceſſivum etiam, & perpetuum cenſendum eſt, *vot.* 24. *num.*32., & 35. *p.*1.

Præſertim, ſi Teſtator *ſolemne* fideicommiſſum condere declaraverit, *ibid. n.*36.

Fideicommiſſum agnatitium expoſcit Bonorum conſervationem in familia, *vot.* 11. *n.* 35. *p.*1.

Ad *fideicommiſſum* pro agnationis contemplatione conditum, vocati, coguntur nomen domus, & arma familiæ retinere, *vot.* 26. *n.* 46. *p.* 1.

Procedit, etiam tali onere non expreſſo, *ibidem*.

A *fideicommiſſo agnatitio* fœminæ excluduntur, *vot.*11. *num.*25., & 50. *p.*1.

In *fideicommiſſo agnatitio* fœmina, nec etiam in ſubſidium admittitur, *vot.* 9. *numer.* 116. *part.*1.

Et neque in concurſu remotiorum Agnatorum, *ibidem*.

Ad *fideicommiſſum agnatitium* fœmina, licèt ex Maſculo, nequit ſuccedere, *vot.*9. *num.*113. *part.*1.

De *fideicommiſſo agnatitio* ubi agitur, fœmina, licèt ex Maſculo, non dicitur de linea, *vot.*9. *num.*114. *part.*1.

A *fideicommiſſo agnatitio* fœmina per Agnatum remotiorem excluditur, *vot.*11. *num.*50., & 51. *p.*1.

Nec venit appellatione deſcendentium ex linea maſculina, ſeù proximiorum de familia, *ibid. num.*52.

In *fideicommiſſo agnatitio* Maſculi etiam remotiores alterius lineæ fœminas excludunt, *vot.*14. *num.*90. *part.*1.

Ad *fideicommiſſum agnatitium* concurrente fœminâ, Legitimatus admittitur, licèt ei reſiſtat voluntas Teſtatoris, *vot.*9. *num.*112. *part.*1.

A *fideicommiſſo agnatitio* fœminæ, ab eiſque deſcendentes Maſculi, excluduntur, *vot.*10. *nu.* 136. *part.*1.

Ad *fideicommiſſum agnatitium* Maſculi ex fœminis vocati non aliter cenſentur, quàm poſt Maſculos ex Maſculis, *vot.*10. *num.*39., & *ſeq.*, & *vot.*23. *num.*28. *p.*1.

Ad *fideicommiſſum* ordinatum favore agnationis, nepotes etiam, ac pronepotes veniunt ſub nomine filiorum, *vot.*24. *num.*21., & *vot.*34. *nu.*25. *p.*1.

In *fideicommiſſis*, & majoratibus *agnatitiis* gradus proximitas ex latere Matris, nuptæ uni de familia, prælationem tribuit Agnato remotiori, *vot.*1. *num.*65. *part.*2.

Hæc opinio inter Doctores controverſa eſt, *ibid. num.*66.

Qui tamen affirmant, agunt de fœmina quæ uni ex proximioribus de genere vocato nupta ſit, *ibid. num.*67.

Sive quando verba Diſponentium non excludunt perſonam Matris, gradum conſtituentis, *ibid. num.*77.

Rodoer. in comment. ad pragmat. 33. *de feud. cap.* 6., & 7. opinio declaratur, *num.*71., & 72.

Sic etiam *Cart. Jun. conſ.*1., *Jaſon. conſ.*17. *lib.*3., *Soccin. Campegg. apud Albert. Bruu conſ. feud. num.*9. 10., & 11. =, *dict. vot.*1. *num.*75., & 76., & *vot.*2. *num.*70. *ad* 76., *ibidemque num.*120.

Fideicommiſſi, etiam *agnatitii*, jura, durante naturali vitâ Religioſi, tranſeunt in Renunciatarium, ejuſque heredes, *vot.*4. *num.*97. *p.*1.

In *fideicommiſſo* etiam *agnatitio* Monaſterium ex perſona Monachi valet ſuccedere, *vot.*4. *nu.* 96. *part.*1.

Declara, id non procedere, quoties de fideicommiſſo agitur, ordinato cum ſtrictiſſima alienationis prohibitione, ut Bona perpetuò in familia remaneant, *ibid. num.*119.

Cum *fideicommiſſo perpetuo*, & *agnatitio* compatibilis eſt facultas alienandi, ac extraneum heredem inſtituendi, *vot.*10. *num.*112. *p.*1.

Fideicommiſſa, etiam *agnatitia*, immunia non ſunt à detractione trebellianicæ, *vot.*28. *num.* 34. *part.*2.

In *fideicommiſſo agnatitio* quando ex Regionis conſuetudine locum habere cenſeatur Legitimatorum admiſſio? *vot.*9. *n.* 128., & *ſeq. p.*1.

In *fideicommiſſo perpetuo*, & *agnatitio* Legitimati, aliis agnatis deficientibus, admittuntur, quamvis à Teſtatore excluſi fuerint, *vot.*9. *num.*133. *part.*1.

Hæcque verior opinio eſt, *ibid. num.* 134.

Fideicommiſſum reciprocum non præſumitur, *vot.* 10. *num.*33. *p.*1.

Conjecturæ inducentes contemplationem agnationis, *reciprocum* etiam *fideicommiſſum* inducunt, *vot.*10., ubi *num.*123. *ad* 126., & *num.* 131., & *ſeq.* eædem conjecturæ adferuntur, *p.*1.

Fideicommiſſum reciprocum conjicitur ex claritate, & nobilitate familiæ Teſtatoris, *vot.*10. *num.* 133. *p.*1.

Fideicommiſſum perpetuum, & *reciprocum* lineare inducit prohibitio alienationis per modum diſpoſitionis facta, & veſtita ratione conſervationis Bonorum in familia, & poſteritate maſculina, *vot.*38. *num.*23. *p.*1., & *num. ſeqq.*, & præſertim *num.*39., & 41.

De *perpetuo*, ac *reciproco* inter omnes Deſcendentes *fideicommiſſo* Teſtatorem, in eorum defectum Extraneum ſubſtituentem, cogitare, neceſſe eſt, *vot.*13. *num.*12. *p.*1.

Teſtatoris voluntas, quod fœminæ ſemper excludantur à Maſculis, nonniſi per *reciprocum fideicommiſſum* impleri poteſt, *vot.*10. *num.*124. *part.*1.

Præſertim, ſi, unà deficiente lineâ alios Agnatos vocavit, *ibid. num.*125.

Et, ſi in Maſculis qualitatem legitimatis requiſivit, *ibid. num.*126.

Fideicommiſſum reciprocum de una ad aliam lineam non conſtituitur, niſi illius concurrant requiſita, vel niſi ex conjecturis clara appareat voluntas Teſtatoris, *vot.10. num.32. p.1.*, & vid. *num.69.*

Et quæ ſint requiſita ejuſmodi? *vid. num.34.*, *& 68.*

Ad *fideicommiſſum* lineare *reciprocum* inducendum, licèt ejus non concurrant requiſita, valere poſſunt conjecturæ deſumptæ ex Teſtatoris mente, *vot.10. nu.69. p.1.*

Procedit etiam inter Tranſverſales, *ibidem numer.70.*

Quo caſu unica ſat eſt conjectura, *ibidem numer.71.*

Fideicommiſſum, tacitè reſultans ex vocatione Deſcendentium, quod ſit *reciprocum*, non benè arguitur, *vot.10. num.29. p.1.*

Sed vocati potius cenſendi ſunt cujuslibet Subſtituti Deſcendentes, *ibid. num.30. 44.*, *& 138.*, & quando ſecus? *num.139.*

Ex *fideicommiſſo* tacito ad *reciprocum* inferre abſurdum eſt, *vot.10. num.29. p.1.*

Fideicommiſſum reciprocum excluditur ex ſubſtitutione facta non in tota expreſſim hereditate, *vot.10. num.34. p.1.*

Et præſertim, ſi nulla hereditatis mentio facta eſt, *ibid.*, *& num.36.*

Fideicommiſſi reciproci excluſiva conjectura eſt facultas diſponendi in Extraneum, ultimo heredi data, *vot.10. num.51. p.1.*

Fideicommiſſum reciprocum in ſecundo gradu non ideo tacitè repetitum cenſetur, quia in primo ſit expreſſim ordinatum, *vot.10. numer.41. part.1.*

Vel quia fœminæ, ex primo vocatis naſcituræ, excluſæ fuerint, *ibid. num 43.*

Et quomodo excluſio hæc intelligenda ſit? *ibidem.*

Fideicommiſſi reciproci tacita repetitio in ſecundo gradu non benè colligitur ex qualitate legitimitatis, in Deſcendentibus requiſita, *vot.10. num.47. p.1.*

Neque ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, *ibid. num.48.*

Aut ex ratione agnationis conſervandæ, *ibid. numer.49.*

Reciprocum ordinatum *fideicommiſſum* inter filios Teſtatoris, eorumque Deſcendentes in infinitum, nepotum comprehenſionem ſub nomine filiorum arguit, *vot.37. numer.16. part.1.*

A *fideicommiſſo* lineari *reciproco* fœminæ excluduntur, *vot.10. num.134. p.1.*

Præſertim, ſi Teſtator in defectu unius lineæ maſculinæ aliam, atque aliam vocavit, ſemper excluſis fœminis, *ibid. num.137.*

A *fideicommiſſo* lineari *reciproco*, eodemque agnatitio fœminæ, extantibus maſculis de quacumque linea ſemper excluduntur, *vot.10. nu. 139. p.1.*

Atque, unâ deficiente lineâ, Maſculi alterius cenſentur ſubſtituti, *ibid. num.140.*

Excluſâ per Agnatum remotiorem fœminâ propinquiore, *ibidem numer.141.*, amplia, ut *numer.143.*

A *fideicommiſſo reciproco* fœminas eſſe excluſas, arguit excluſio propriarum filiarum Teſtatoris, *vot.10. num.135. p.1.*

In *fideicommiſſo reali*, gravamen quoque reale, & perpetuum dicitur, *vot.1. num.98. p.1.*, *& vot.6. num.19. p.2.*

Fideicommiſſum ubi *reale* eſt, progreſſivum dicitur, & perpetuum, *vot.25. num.30. p.1.*

In *fideicommiſſo reali* Bona ſunt perpetuæ reſtitutioni obnoxia, *vot.1. num.99. p.1.*

Apud quemcumque reperiantur; abſque ullâ temporis, caſuum, vel perſonarum diſtinctione, *ibid. num.100*; donec ad ultimum Subſtitutum perveniant, *num.101.*

In *fideicommiſſo reali*, & primogeniali nequit ſubſtitutio eſtricta cenſeri ad ſolum caſum obitus filiorum ſinè Maſculis, *vot.1. num.82. 117.*, *& 120. p.1.*

Fideicommiſſum reale eſſe, elicitur ex Teſtatoris mente, atque ex ejus votis, & verbis, principaliter ad Bona directis, *vot.1. num.91.*, *& 92. p.1.*, ut illa perpetuò in familia, & agnatione conſerventur, *ibidem numer. 93.*, *& numer.95.*

Fideicommiſſum reale inducitur ex alienationis prohibitione, facta pro conſervandis Bonis in familia, *eod. vot.1. num.95.*, *& 118.*, *& vot. 6. nu 18.*, *& 38. p.2.*

Fideicommiſſi realitas elicitur ex verbis perpetuitatem, ac infinitatem temporis importantibus, *vot.25. num.32. p.1.*

Elicitur pariter ex alienationis prohibitione, non in perſonam, ſed in rem directa, *vot.25. num.31. p.1.*

Fideicommiſſi realitas non excluditur ex facta vocatis ipſis prohibitione alienationis, *vot.1. num. 96.*, *& 97. p.1.*

Fideicommiſſi realitas perpetuitatem inducit, etiamſi prohibitio alienationis ad primum heredem directa fuerit, *vot.14. nu.86.*, *& 87. p.1.*

Ad *fideicommiſſi* realitatem arguendam, magis attenditur cauſa, & ratio prohibitionis, quàm iſtius verba, *vot.1. nu.97. p.1.*

In *fideicommiſſo reali* cenſetur Teſtator Maſculos etiam ex fœminis vocare voluiſſe, *vot.25. nu. 34. part.1.*

Fideicommiſſum purè relictum, incontinenti peti poteſt, *vot.30. num.10. part.2.*

In *fideicommiſſis ſimplicibus*, ſecus ac in primogenituris, proximitas attenditur juxta gradum naturalem, *vot.12. nu.113. p.1.*

Utque eſt apertæ ſucceſſionis tempore, *ibid.*

In *fideicommiſſis ſimplicibus* Tranſverſalium, repræſentationi locus non eſt, *vot.12. num.167. part.1.*

Secus in primogenituris, *ibid. num.168.*

Purum, *&* *abſolutum fideicommiſſum* ſuadentibus verbis, & conjecturis, ab *Oldradi conſ.* 21. paſſim receditur, *vot. 35. numer. 1. part.1.*

Fidei-

Fideicommiſſum ſimplex, *&* *abſolutum* novas continet etiam in caſu mortis ſubſtitutiones, *vot. 38. num. 3. p. 1.*

Fideicommiſſum, ex prohibitione alienationis inductum, niſi aliud præcedat fideicommiſſum in caſu obitus, non dicitur conditionale, *vot. 14. num. 80.*, *&* *82. p. 1.*

Sed, tamquam *abſolutum*, efficit, ut Bona gradatim ad omnes de agnatione deferantur, *ibid. num. 81.*

Fideicommiſſum etiam *conditionale* comprehendunt renunciationis verba hæc = *e tutte le altre ragioni, azioni, in qualſivoglia modo, & in qualunque tempo competenti, e da competerſi* = *vot. 4. num. 29. p. 1.*

Fideicommiſſo conditionali repugnat conditio, caſus omnes indefinitè comprehendens, *vot. 38. num 4. p. 1.*

Fideicommiſſo conditionali renunciatum per diviſionem non cenſetur, *vot. 31. nu. 24. p. 1.*

Fideicommiſſi conditionalis tranſmiſſio, quando etiam in Tranſverſalibus locum habere queat? *vot. 37. num. 91. p. 1.*

Fideicommiſſum relativum ſinè abſoluto dari nequit, *vot. 10. num. 27. p. 1.*

Fideicommiſſum, concurrente digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum, *tranſmiſſibile* arguitur, *vot. 37. num. 80. p. 1.*

Sufficit autem digreſſus ad unum dumtaxat gradum, *ibid. num. 81.*

Procedit etiam in Tranſverſalibus, *ibid. nu. 82.*

Arguitur itidem ex quo filii Subſtitutorum fuerint in conditione poſiti, *ibid. num. 83.*

Eademque conjectura etiam in Tranſverſalibus admittitur, *ibid.*

Tranſmiſſibile præterea conijcitur ex volita Bonorum conſervatione in familia, *ibid. num. 85.*

Atque ex mentione perſonarum ad quas tranmiſſio fieri contenditur, *ibid. num. 86.*, & vid. *num. 87.*, *& ſeq.*

Fideicommiſſi tranſmiſſio faciliùs inducitur, quàm ad illud vocatio, *vot. 37. num. 73. p. 1.*

Præſertim, cum de tranſmiſſione agitur, in filium, vel nepotem facienda, *ibidem numer. 75.*, *& 77.*

Et maximè, ſi ad excluſionem non Subſtituti magis dilecti, ſed extranei, *ibid. num. 76.*

Fideicommiſſum tranſmiſſibile ad eum cenſetur, cujus favore veriſimiliter reſpondiſſet Teſtator, ſi interrogatus fuiſſet, *vot. 37. numer. 87. part. 1.*

Hæcque veriſimilitudo maximè attenditur, quando elicitur ex teſtamenti verbis, *ibidem numer. 88.*

Maximè verò, ubi agitur de perſona ab inteſtato ſucceſſura, *ibid. num. 89.*

Ac de excluſione extranei, *ibid. nu. 90.*

Fideicommiſſum per præmorientiam heredis ante illius purificationem, *non tranſmittitur*, *vot. 37. num. 68. p. 1.*

Secùs, quum de contraria Teſtatoris voluntate conſtat, *ibid.*

Quod procedit nedum inter Deſcendentes, ſed etiam inter Tranſverſales, *ibid. num. 70.*, *&* 72., Intellige, ut *num. 71.*

Fideicommiſſum in vita heredis purificatum, etiamſi non agnitum, ad illius heredes *tranſmittitur*, *vot. 37. num. 94. p. 1.*

Maxime, ſi agnitum ſit, *ibid. nu. 96.*

Fideicommiſſum non uti agnitum, ſed uti agnoſcendum *tranſmittitur*, *vot. 37. num. 95. p. 1.*

In *fideicommiſſo* Patrui magni, vel Tranſverſalis, *repræſentationi* locus non eſt, *vot. 36. numer. 35. part. 1.*

In *fideicommiſſo*, quod Teſtator ordine ſucceſſivo deferri voluit, *repræſentationi* locus non eſt, *vot. 36. num. 36. p. 1.*

Ad *fideicommiſſum* jure proprio veniens, *repræſentationis* jure non indiget, *vot. 36. numer. 70. part. 1.*

Fideicommiſſum totius hereditatis, vel quotæ *univerſale* dicitur, *vot. 14. num. 53. p. 1.*

In *fideicommiſſo univerſali* ſola Inventarii omiſſio detractiones legales, & quantitativas non adimit, niſi concurrant ingentes alienationes, *vot. 6. num. 69. 70.*, *& 94. p. 2.*

Intellige, datâ probatione ſtatus hereditarii, *ibid. num. 95.*, *&* 112.

Ad *fideicommiſſum univerſale* vocatæ perſonæ, diverſæ eſſe debent ab aliis, ad fideicommiſſum particulare vocatis, *vot. 14. num. 56. p. 1.*

Quæ tamen perſonarum diverſitas non requiritur, ut ſit materialis, ſed ſufficit, quod ſit formalis, & in futurum ſaltem eventum verificabilis, *ibid. nu. 62.*, *& 63.*

Fideicommiſſi univerſalis domioium in Fideicommiſſarium non tranſit, niſi factâ reſtitutione ſaltem verbali, *vot. 18. num. 1. p. 1.*

In *fideicommiſſo univerſali*, fructus, nonniſi à die motæ litis debent reſtitui, *vot. 25. num. 61. part. 1.*

Secus in fideicommiſſo particulari, *ibidem numer. 72.*

Fideicommiſſa univerſalia num revocari queant per poſteriorem donationem univerſalem, quæſtio eſt apud Doctores, *vot. 38. numer. 78. part. 1.*

Fideicommiſſa univerſalia difficiliùs revocata cenſentur, *vot. 38. num. 20. p. 1.*

Fideicommiſſa univerſalia tacitè revocari queunt, *ibidem.*

Fideicommiſſum particulare Legato æquiparatur, *vot. 18. numer. 3.*, *& 4.*, *& vot. 38. numer. 86. part. 1.*

Fideicommiſſum, quod imponitur ſuper re certâ, ſingulare eſt, *vot. 14. num. 54.*, *& 60.*, *& vot. 38. num. 79. p. 1.*

Fideicommiſſum ad Bona ſtabilia reſtrictum, *particulare* dicitur, *vot. 38. nu. 79. part. 1.*

Fideicommiſſum ordinatum ſuper Bonis alicujus territorii, *particulare* dicitur, *vot. 14. num. 59. part. 1.*

Fideicommiſſum deſumptum ex prohibitione alienationis, comprehendente univerſa Bona ſtabilia, *particulare* dicitur, *vot. 14. numer. 61. part. 1.*

Particulari fideicommiſſo ſolent Teſtatores ſubijcere Bona illa, erga quæ particularem affectionem habent, *vot.14. num.67. p.1.*

Fideicommiſſum particulare indicat majorem Teſtatoris affectionem erga res, particulariter alienari prohibitas, *vot.1. num.83. p.1.*

Fideicommiſſa particularia non veniunt appellatione hereditatis, *vot.9. num.53. p.2.*

Proindeque nec in reſtitutione facienda univerſalis hereditatis comprehenduntur, *ibid.*

In *fideicommiſſo particulari* vocatio cenſetur non tàm per vulgarem, quàm per fideicommiſſariam concepta, *vot.1. num.84. p.1.*

Ex prohibita in *fideicommiſſo particulari* alienatione Bonorum, inducitur omnium in eo comprehenſorum vocatio ad univerſale fideicommiſſum, *vot.29. nu.23. p.1.*

Intellige, ſi in illo perſonæ diverſæ non ſit vocatæ, *ibid. nu.24.*

Quo caſu eadem alienationis prohibitio acceſſoriè, & conſecutivè ad univerſale fideicommiſſum ſtare dicitur, *ibid.*

Fideicommiſſum particulare, ex prohibita in eo Bonorum alienatione, ut perpetuò in familia remaneant, extenditur ad omnes vocatorum Deſcendentes, *vot.29. num.25. p.1.*

Iſtorumque vocationem inducit ad univerſale etiam fideicommiſſum, quoties perſonas diverſas, à vocatis univerſali fideicommiſſo, non continent, *ibid. num.26. & 27.*

Fideicommiſſum particulare ad Fideicommiſſarium, etiam ignorantem, rectâ viâ transfertur, *vot. 18. nu.4. p.1.*

In *fideicommiſſis particularibus* dominium illicò in Fideicommiſſarium transfertur miniſterio Legis, *vot.25. num.90. p.1.*

Fideicommiſſi particularis dominium an ſtatim transferatur, contentio olim fuit, *vot.18. nu.2. part.1.*

Et affirmativa tandem opinio prævaluit, *ibid. & num.3.*

Fideicommiſſi particularis dominium ſtatim in Fideicommiſſarium non transfertur, quando eſt inſtitutum ſuper re non propriâ Teſtatoris, vel quando obſcurum eſt, ac dubium, *vot.18. num. 11. p.1.*

In *fideicommiſſis particularibus* fructus non moræ, vel malæ fidei ratione vindicantur, ſed in ſequelam dominii, *vot.25. num.89. p.1.*

Statim à die purificati *fideicommiſſi particularis* fructus debentur, *vot.18. num.6. p. 1.*

Atque hæc opinio eſt receptiſſima, *ibid. num. 7.*

Intellige in fideicommiſſo claro, ſecùs in obſcuro, ac dubio, *num.10., & 11.*

Turbiditas verò debet ex diſpoſitionis litera non autem ex argumentis reſultare, *ibid. num. 18.*

Diſtinctio *fideicommiſſi* clari ab obſcuro & dubio, quoad effectum reſtitutionis fructuum poſſet nullius momenti demonſtrari, & ex quibus? *vot.18. num.13. ad 16. p.1.*

Sive clarum, ſive turbidum *fideicommiſſum* ſit, Legis operatio non debet ab opinione hominum pendere, *dict. vot.18. eod. nu.13. p.1.*

Et in utroque caſu Lex eodem modo per retrotractionem operatur, *ibid. nu.14.*

De vocatione ad *particulare fideicommiſſum* ſi non aliter, quam ex conjecturis conſtet, dubium & obſcurum illud dicitur, *vot.18. nu. 32. part.1.*

Et poſſeſſor bonæ fidei à reſtitutione fructuum excuſatur, *ibid.*

Præſertim ex juſta qualibet erroris cauſſa, *dict. vot. 18. num. 33., & vot. 25. num.21. p.1.*

Maximè, ſi agatur de purificatione ejuſdem fideicommiſſi non per obitum gravati, ſed ob contraventionem, *dict. vot. 18. numer.34. 35., & 36.*

In *fideicommiſſis* etiam *particularibus* poſſeſſio bonâ fide, pro dominio habetur ad effectum adquiſitionis fructuum, *vot. 18. num. 26. p.1.*

Procedit, ſive de herede agatur, ſive de tertio poſſeſſore, *dict. vot.18. num.25.*

In *fideicommiſſo particulari* fructus uſque ab initio debentur, ubi res eſt non contra tertios titulo oneroſo, ſed contra gravatos titulo lucrativo poſſidentes, *vot.18. num.19. p.1.*

Quibus nec æquitas, nec bona fides ſuffragatur, *ibid. nu.20.*

Immò ex ea nec etiam tertium excuſari poſſe, *deciſit Sacra Rota*, *ibid. nu.21.*

Rectius tamen eadem *Sacra Rota* alteram opinionem, tertio favorabilem amplexa eſt, *ibid. num.23.*

Fideicommiſſo particulari per gravati obitum purificato, Lex ipſa poſſeſſorem interpellat pro effectu reſtitutionis fructuum, *vot.18. num.34. part.1.*

Secus, eo purificato per contraventionem, *ibid. num.35.*

Tunc enim interpellatio, ac etiam declaratio Judicis requiritur, *ibid. num.36.*

De exiſtentia *fideicommiſſi particularis* dubitari amplius non poteſt poſt declarationem Judicis, *vot. 18. nu.15. p.1.*

Fideicommiſſa particularia tàm in teſtamento, quàm extra illud tolli poſſunt, *vot.38. nu. 111. part.1.*

Et ad heredem pertinent, ſi revocata fuerint, *ibid. nu.112.*

Fideicommiſſum particulare, revocatum cenſetur per poſteriorem donationem, *vot.38. num.87., part.1.*

Præſertim, quando agitur de Bonis, priùs alicui legatis, & deindè per donationem in eumdem translatis, *ibid. nu.88.*

Fideicommiſſum particulare per donationem quotæ Bonorum, ſub eodem fideicommiſſo exiſtentium, revocatum in totum non cenſetur, *vot. 38. nu.90. p.1.*

Quæſtio hæc à ſolo facto pendere dicitur, *ibid. num.91.*

Affirmativè tamen reſolvenda eſt, ſi finalis cauſſa ejuſdem fideicommiſſi ſit conſervatio Bonorum in agnatione; tunc enim, ſicuti per talem donationem finalis cauſſa ipſius fideicommiſſi deficere dicitur, *ibid. nu.97.*, ita & ipſum def-

deficere, & in totum revocatum cenſendum eſt, *ibid.nu.94. ad 99.*

In *fideicommiſſo* condito ab *Aſcendente*, benignior ſemper favore Deſcendentium ſumenda interpretatio eſt, *vot.29. num.32. p.1.*

Fideicommiſſi, ab *Aſcendente* conditi, duratio, ex levioribus admittitur conjecturis, *vot.29. nu. 33. p.1.*

In *fideicommiſſo aſcendentali* filia Agnato remotiore prædilecta cenſetur, *vot. 11. nu.7. p.1.*

In *fideicommiſſo Aſcendentis*, ut excluſionem maſculorum ex fœminis conjecturæ ſuadeant, evidentes debent eſſe, *vot.22. nu.6. p.1.*

Omnes autem corruunt, cum deeſt agnationis contemplatio, *ibid. num.7.*

In *fideicommiſſo Aſcendentis* faciliùs admittitur Maſculorum ex fœminis comprehenſio ſub Deſcendentium nomine, *vot.22. numer. 4., & 5. part.1.*

In *fideicommiſſo Aſcendentis* faciliùs ſub nomine *Deſcendentium maſculorum* cenſendi ſunt in ſubſidium comprehenſi maſculi etiam ex fœminis, *vot.28. num.10. p.1.*

Niſi evidentia pro illorum excluſione concurrant argumenta, *ibid. num.11.*

Fideicommiſſum inter Deſcendentes relictum, activam dumtaxat inducit proximiorum vocationem abſque reſtitutionis onere, *vot.10. numer. 17. p.1.*

Et, primis ſuccedentibus, expirat, *ibid.*

In *fideicommiſſo* etiam *Aſcendentis* locum habet conſilium *Oldradi* 21. *vot.13. nu.4. p.1.*

In *fideicommiſſo* etiam *Aſcendentis*, ut *filiorum* nomine comprehenſi nepotes cenſeantur, urgentes requiruntur conjecturæ, *vot. 34. nu. 72. part.1.*

Præſertim, cum agitur de gravamine inducendo, *ibid.*

Et maximè, ſi in præjudicium tertii, qui emit bona fide, *ibid.nu.75.*

Ad *fideicommiſſum Aſcendentis*, ex levibus etiam conjecturis vocati cenſentur nedum primi, ſed ulteriores etiam Deſcendentes, *vot.22. nu.12., & 13. p.1.*

Fideicommiſſum Aſcendentis ut perpetuum, ac reciprocum cenſeatur, leviores conjecturæ ſufficiunt, *vot. 10. num.72., & 73. p.1.*

In *fideicommiſſo Aſcendentis* tacita ſubintelligitur conditio: *ſi ſine filiis* ad excluſionem etiam aliorum Teſtatoris filiorum, & Deſcendentium, reciprocè ſubſtitutorum, *vot. 19. numer. 25. part.1.*

Maximè ad excluſionem extranei Subſtituti, *vot.19. nu.26. p.1.*

Amplia, ut id procedat, etiam ad excluſionem piæ Cauſæ, *ibid.nu.27.*

In *fideicommiſſo*, etiam *aſcendentali* in infinitum, repræſentatio non datur, quando non vacat per obitum alicujus Aſcendentis, vel Patrui, *vot. 22. nu.61., & vot.25. nu.97. p.1.*

Limita, ſi Deſcendentium vocatio facta ſit per verbum commune = *ſubſtituo* = *dict. vot. 22. num.62.*

Item, ſi concurrat tractus temporis ſucceſſivus, *ibid. nu.63.*

Et quoties ſubſtitutio contineat vulgarem anomalam, *ibid. num.68.*

Contrariæ auctoritates procedere declarantur, quando ſucceſſio deferenda eſt ordine inteſtatæ ſucceſſionis, & juxta prærogativam gradus, *ibid. nu.74.*

In *fideicommiſſo Tranſverſali*, ut recedatur ab *Oldradi conſil.* 21., validiores requiruntur conjecturæ, *vot.6. nu.6. p.2.*

In *fideicommiſſo tranſverſali* non procedit diſpoſitio *leg. cum Avus*, & *leg. cum acutiſſimi*, *vot. 11. nu.54. p.1.*

Et contraria opinio reijcienda eſt, *ibid. num. 55.*

In *fideicommiſſo Tranſverſalis* cælibis, fœmina proximior, Agnato remotiore cenſetur prædilecta, *vot.11. nu.8. p.1.*

A *fideicommiſſo Tranſverſalis*, fœmina, ex ſola ratione conſervandi Bona in familia non excluditur, *vot.11. nu.11. p.1.*

Et quando, nec etiam excludatur ex facta, in defectu unius lineæ maſculinæ, alterius ſimilis lineæ vocatione, *dict. vot.11. num.13.*

Minùſque ex repetita in omnibus gradibus qualitate maſculinitatis, *ibid. nu.17.*

FIDEICOMMITTENS.

Fideicommittentis diſpoſitio, licèt abſurda, eſt exequenda, *vot.2. nu.62. p.1.*

Pro interpretanda *Fideicommittentis* diſpoſitione plurimùm obſervantia valet, *vot.2. numer. 45. part.1.*

FIDES.

Fidei cujuſpiam, qui univerſam commiſit ſubſtantiam ſuam, faciliùs minora credidiſſet, *vot. 9 num.26. p.2.*

FIDES BAPTISMATIS.

Fides Baptiſmatis regulariter ſolam ætatem probat, *vot.9. nu.9. p.1.*

Fides Baptiſmatis conjecturam filiationis præbet, *vot.9. nu.8. p.1.*

Fides Baptiſmatis, ex ſe filiationem non probat, *vot.9. nu.13. p.1.*

Eam tamen probat, junctis adminiculis, *ibid.*

Fides Baptiſmatis, ſi in ea Pater Baptizati deſcriptus reperitur præcipuè filiationem probat, *vot. 9. nu.10. p.2.*

FIDES BONA, VEL MALA.

Poſſeſſor quilibet præſumitur *bonæ fidei* pro effectu adquiſitionis fructuum, *vot. 25. numer.63. part.1.*

Bona fides præſumitur in Minore, certas non contrahente nuptias, à Teſtatore præſcriptas, *vot. 20. num.29. p.1.*

Bonæ fidei poſſeſſor lucrari fructus dicitur ex æquitate quadam, *vot.18. nu.28. p.1.*

Bona fides non eſt metienda ex præſenti tempore, ſed ex præterito, *vot.25. num. 87., & 88. part.1.*

Bona fides in donatione ob cauſſam certi Matrimonii exuberare debet, *vot. 44. numer. 119. part.1.*

Bonâ fide conſumptos fideicommiſſi fructus poſſeſ-

ſor reſtituere non tenetur, *vot.* 13. *numer.* 76. *part.* 1.

Bona fides pro excuſando poſſeſſore à reſtitutione fructuum non requiritur, quod poſitiva ſit, ſed ſufficit dubia, ſeù etiam negativa, *vot.* 18. *nu.* 55. *p.* 1.

Bonæ fidei poſſeſſor in fideicommiſſo, etiam particulari, dubio tamen, & obſcuro, excuſatur à reſtitutione fructuum, *vot.* 18. *numer.* 32. *part.* 1.

Prætertim ex juſta qualibet erroris cauſſa, *ibid. num.* 33.

Maximè, ſi agatur de ejuſdem fideicommiſſi purificatione non per obitum gravati, ſed per contraventionem, *ibid. nu.* 34. 35., & 36.

Bonæ fidei poſſeſſor, etiam non translato in eum dominio, fructus lucratur, *vot.* 18. *numer.* 44. *part.* 1.

Ad hunc enim effectum poſſeſſio habetur pro dominio, *ibid.*

Procedit, ſive de herede agatur, ſive de tertio poſſeſſore, *ibid. nu.* 25.

Et tàm in Legatis, quàm in fideicommiſſis particularibus, *ibid. num.* 26.

Bona fides pro effectu adquiſitionis fructuum continuata in poſſeſſore cenſetur, ſtante Judicii nullitate ob inſubſiſtentiam tituli, *vot.* 18. *num.* 66. *part.* 1.

Mala fides concludenter ab allegante probanda eſt, *vot.* 18. *num.* 64. *p.* 1.

Mala fides ſemper abeſſe præſumitur, niſi adfuiſſe probetur, *vot.* 25. *nu.* 68. *p.* 1

Sive poſſeſſor titulum habeat, ſive non, *ibidem nu.* 65., & 66.

Mala fides in re dubia contra poſſeſſorem, ejuſve heredem non inducitur, *vot.* 18. *num.* 49., & 50. *p.* 1.

Mala fides ut in Reo, ac poſſeſſore excludatur, ſufficit cauſſa quælibet, etiam imaginaria, *vot.* 18. *nu.* 72. *p.* 1.

Malâ fide ceſſante, ſola poſſeſſio jus tribuit ad fructus, *vot.* 18. *num.* 37., & *vot.* 25. *numer.* 76. *part.* 1.

Et poſſeſſorem fructus ſequuntur, donec titulus redactus fuerit ad non titulum, *dict. vot.* 18. *eod. num.* 37.

Mala fides alienantis oritur ex ſcientia prohibitionis, à Teſtatore factæ, *vot.* 32. *numer.* 13. *part.* 2.

Mala fides, ac dolus alienantis eum obnoxium facit pœnæ privationis ipſo jure, & abſque interpellatione ullâ, aut declaratione Judicis, *vot.* 32. *num.* 16. *p.* 2.

Mala fides, ac dolus non requiritur, ut caducitatis pœnæ obnoxius fiat alienans Bona contra præceptum Teſtatoris, *vot.* 32. *nu.* 14. *p.* 2.

Sed ſolùm ſufficit contraventionis factum, *ibid. num.* 15.

Mala fides alienantis quamcumque moræ purgationem excludit, *vot.* 32. *nu.* 18. *p.* 2.

Mala fides oriri poteſt ex notitia rei alienæ, etiam extrajudiciali, *vot.* 18. *nu.* 46. *p.* 1.

Mala fides ab ipſo alienationis momento inducitur in poſſeſſore ſciente prohibitionem, & adhuc alienante, *vot.* 18. *nu.* 40. *p.* 1.

Atque ex tunc titulus redactus dicitur ad non titulum, *ibid.*

Idque ad effectum, ut res Domino unâ cum fructibus reſtituenda ſit uſque ab initio, *ibid.*

Vel ab obitu ſaltem poſſeſſoris alienantis, *ibid.*

In *mala fide* conſtituitur heres à die obitus Teſtatoris alienantis, *vot.* 18. *eod. num.* 40. *p.* 1.

In *mala fide* poſſeſſor conſtitutus dicitur à die moti Judicii, *vot.* 18. *num.* 42., & 78. *p.* 1.

Eademque *mala fides* pro effectu reſtitutionis fructuum etiam in illius heredes tranſit, *ibidem num.* 43.

Procedit, obtentis etiam ab eo Judicatis favorabilibus in Judicio tum manutentionis, tum immiſſionis, *ibid. nu.* 44. 45. *ad* 48.

Mala fides, per obtenta medio tempore judicata favorabilia, non extincta, ſed ſolùm conſopita cenſetur, *vot.* 18. *num.* 48. *p.* 1.

Mala fides inducitur ex productione ſcripturarum, *vot.* 18. *nu.* 45., & 77. *p.* 1.

Nec ceſſat ex eo, quod à Judicii obſervatione abſolutus Reus fuerit, *dict. nu.* 45.

Mala fides excluditur, quoties Actor minùs rectè fundaverit intentionem ſuam, *vot.* 18. *num.* 56. *part.* 1.

Malam fidem productio ſcripturarum inducit ſolùm quoad titulum in petitione expreſſum, *vot.* 18. *nu.* 58. *p.* 1.

Malam fidem quoad fideicommiſſum conſervatorium non inducit petitio reſtricta ad ſolum reſtitutorium fideicommiſſum, *vot.* 18. *numer.* 60. *part.* 1.

Maximè, ſi quoad reſtitutorium Actor ſuccubuit, diuque ſiluit, *ibid. num.* 60.

Quo caſu fructus debentur ſolùm à conteſtatione novæ litis ſuper fideicommiſſo conſervatorio, *ibid. nu.* 63., & 64.

Mala fides poſſeſſoris pro effectu reſtitutionis fructuum dimetienda eſt à novis juribus, cum quibus ſuccubuit, non verò à prioribus, cum quibus forſan non ſuccubuiſſet, *vot.* 18. *num.* 70. *part.* 1.

Mala fides ex cauſſa alienationis, quæ in ſecundo ſolùm judicio probata fuerit, nequit in Reo conſiderari à die moti primi Judicii, *vot.* 18. *nu.* 68. *p.* 1.

Procedit, factâ etiam in priori judicio aliquâ ipſius alienationis probatione, quæ tamen dubia eſſet, *ibid. nu.* 69.

In *mala fide* non dicitur fuiſſe qui ſe tamquam heredem ex errore geſſit, *vot.* 25. *numer.* 73. *part.* 1.

Intellige ex errore juris, *ibid. num.* 74.

Bonam inter, & *malam fidem* medium datur, *vot.* 25. *num.* 69. *p.* 1.

Bonam inter, & *malam fidem* intercedens medium, non ſufficit ad uſucapionem, *vot.* 25. *nu.* 75. *p.* 1.

Sufficit tamen ad adquiſitionem fructuum, *ibid. num.* 76.

Bonam inter, & *malam fidem* poſitus poſſeſſor, nec in

: in bona, nec in mala fide eſſe dicitur, *vot.25. nu.70. p.1.*

Fructus tamen perceptos, & conſumptos lucratur, *ibid. nu.71. 72., & 77.*

Bonam inter, & *malam fidem* quando poſitus quis cenſeatur? *vot.25. num.72. p.1.*

Vid. *Fideicommiſſum*, *fructus*, *poſſeſtor*.

FIDUCIALITAS.

Vid. *Inſtitutio*, *heres*.

FILIATIO.

Filiatio reſpectu Patris, quod probetur directè, & concludenter, impoſſibile eſt, *vot.9. num.3. part.1.*

Conceptionis enim punctum ſub ſenſu non cadit, *ibid. nu.4.*

Filiatio quantum ad Patrem, probari certè non poteſt, *vot.9. num.67. p.1.*

Sed tantùm præſumptivè, *ibid.*

Filiationem verè probant actus, qui, cogente naturâ, iu Filium exhibentur, *vot.9. numer. 22. part.1.*

Filiatio ad effectum ſuccedendi probatur ex communiter accidentibus, *vot.9. num.68. p.1.*

Filiatio reſpectu Patris probari poteſt per conjecturas, & præſumptiones, *vot. 9. numer. 5. part.1.*

Præſertim, ubi res eſt de filiatione naturali, & illegitima, *ibid. num.6., & 7.*

Filiatio in Judicio immiſſionis levioribus probatur conjecturis, *vot.9. nu.63., & 64. p.1.*

Ad *filiationem* probandam conjecturæ ſimul junctę conſiderari debent, *vot.9. nu.55. p.1.*

Filiationem duæ conjecturæ ſatis probant, *vot. 9. nu.54. p.1.*

Immò, & una legitimè probata, *ibid.*

Filiationis conjectura deſumitur ex fide Baptiſmatis, *vot.9. num.8. p.1.*

Filiationis vehemens argumentum præbet fides Baptiſmatis, ſi in ea Pater Baptizati deſcriptus reperitur, *vot.9. nu.10. p.1.*

Filiationem ſola fides Baptiſmatis non probat, *vot. 9. num.13. p.1.*

Probat tamen, junctis adminiculis, *ibid.*

Filiationem, etiam ubi deficiat fides Baptiſmi, probant, denominationes, ſeù enunciativæ factæ per Patrem in valde proportionatis actibus, *vot.9. num.14., & 17. p.1.*

Præſertim, ſi geminatæ, *ibid. num.18.*

Filiationem probat denominatio facta à Patre in teſtamento, *vot.9. num.16. p.1.*

Procedit, etiam contra Extraneum, *ibid.*

Filiationem probant tractatus, alicui, uti filio, exhibiti, *vot.9. nu.20. p.1.*

Procedit, licèt in fide Baptiſmatis nomen Patris non ſit deſcriptum & ratio, *ibid. & numer. 21.*

Filiatio alio modo probari nequit, quàm per tractatus in filium junctis adminiculis, *vot.9. num. 65., & 66. p.1.*

Solus *filiationis* tractatus, ad obtinendam hereditatem ſufficit, *vot.9. nu.64. p.1.*

Filiationis probatio elicitur ex tractatu, educatione, & nominatione in filium, *vot. 9. num. 25. part.1.*

Tractatus autem in filium quinam dicendi ſint? *ibid. nu.26. 27., & ſeq.*

Filiatio ex Patris æquè, ac, Fratrum ex atque conſanguineorum tractatu, & denomiuatione probatur, *vot. 9. numer. 34., & 35. part.1.*

Filiationem eò magis probant tractatus in filium, ſi adprobati ab aliis conſanguineis, *vot.9. num.33. part.1.*

Filiationem probant tractatus in filium, à cunctis palam præſtiti, adprobantibus Patre, atque univerſâ familiâ, *vot.9. nu.37. p.1.*

Præſertim, ſi nulla erroris, aut ſimulationis cauſſa allegari valeat, *ibid. num.38.*

Maximè, ſi longiſſimo tempore continuati fuerint, *ibid. nu.39.*

Filiatio probatur ex admiſſione ad publica officia Civitatis, *vot.9. nu.52. p.1.*

Eòque magis ex admiſſione ad ſucceſſionem Patris, *ibid. nu.53.*

Ad *filiationem* probandam fama ſufficit, *vot.9. nu. 40., & 43. p.1.*

Filiatio quod ex fama probari poſſit, multa in Italia edita ſunt Decreta, *vot.9. num.44. p.1.*

Filiationem, in antiquis, ſola fama, vel denominatio probat, *vot.9. nu. 56., & 57. p.1.*

In *filiatione* antiquum dicitur, quod eſt intra centum annos, dummodo ſit ſupra quadraginta, *vot.9. nu.59. p.1.*

Filiationis opinio, & fama eſt quoddam totius Populi teſtimonium, *vot.9. nu.46. p.1.*

Ad *filiationem* probandam ſufficit fama inveterata, licèt adminicula non concurrant, *vot.9. nu. 45. p.1.*

Filiationem maximè probat fama, coadjuvata univocis actibus, atque adminiculis, *vot.9. nu.47. part.1.*

Quod procedit, etiam favore filii naturalis, *ibid. & num.48.*

Filiatio, ex concludentibus reſultans probationibus, probata cenſetur etiam contra tertios, *vot.9. nu.60. p.1.*

Procedit, ſive in poſſeſſorio, ſive etiam in petitorio agatur, *ibid. num.61.*

Filiatio probata non dicitur, ſi non doceatur, Matrem fuiſſe in ſchemate concubinatus retentam, ac ventri cuſtodiam fuiſſe adpoſitam, *vot.9. nu. 2. p.1.*

Et ex quibus probata nihilominùs poſſit videri? *ibid.*

Ad *filiationem* non requiritur probatio cuſtodiæ ventris materni, *vot.9. nu.69. p.1.*

Intellige de jure Canonico, *ibid.*

Ac etiam ex communi uſu, *ibid. nu. 71.*

Præſertim, ſi de muliere agatur honeſtæ conditionis, *ibid. nu.72.*

Ad *filiationem* non requiritur probatio cuſtodiæ ventris, quando alia adminicula concurrunt, *vot.9. nu.74. p.1.*

Niſi Mater fuerit vilis fœmina, omnibus acceſſus præbens, *ibid. num.75.*

Pro *filiatione* ſi tractatus, ac denominatio urgeant, ab Allegante probanda eſt Matris inhoneſtas, ac meretricium de præciſo conceptionis tempore, *vot.9. nu.76. p.1.*

FILIUS.

Filius magis præſumitur, qui uti filius tractatur, quam, qui filius nominatur, *vot. 9. num. 23. part.1.*

In *filium* quem tractare, ac denominare non ita facile ſolent conſanguinei, *vot. 9. numer. 36. part.1.*

Filiorum cum ſit vocatio, Patris & mentio facienda eſt, *vot.40. nu.78. p.1.*

Filius Civitatem Patris non autem domicilium ſequitur, *vot.4. nu.38. p.2.*

Filius ex Patre Belga, Belga eſt, *vot.4. numer.39. part.2.*

Sub nomine *filiarum* di *Spagnuoli Caſtigliani* Teſtatorem voluiſſe comprehendere filias, ab exteris ortas Parentibus, non eſt cenſendum, *vot. 4. num. 23. p.2.*

Filiabus Hiſpanorum Caſtellanorum relictum Legatum, intelligitur de Hiſpanis, verè Caſtellanis, *vot.4. nu.26. p.2.*

Filius adoptivus veram civilitatem adquirit, *vot. 4. nu.28. p.2.*

Ad honores tamen, ſolis naturalibus deſtinatos, non admittitur, *ibid. nu.29.*

Filii gallicâ linguâ appellantur *fils*, non verò *enfans*, *vot.15. num.41. p.1.*

Nomen gallicum *enfans* latinè *Liberi* plurium graduum eſt collectivum, *vot. 21. numer. 34. part.1.*

Filiorum vocatio gallico idiomate facta per verbum *des enfans* omnium Deſcendentium comprehenſiva eſt, *vot. 15. numer. 40., & 41. part.1.*

Filiorum favori famulantes conjecturæ, aliis contrariis præferendæ ſunt, *vot. 9. numer. 33. part.1.*

Filiorum favore ſuſtinetur minùs etiam ſolemnis diſpoſitio, prioris ſolemnis revocatoria, *vot.9. num.6. p.2.*

Ad probandam favore *filiorum* voluntatem Teſtatoris duo ſufficiunt Teſtes, *vot. 9. numer. 1. part.2.*

Præſertim, cum agitur ſolummodò ad illam declarandam, *ibid. num.2., & 7.*

Filiis in utiliorem caſum proſpexiſſe cenſetur Teſtator, *vot.21. nu.75. p.1.*

Filiorum commodo non cedit præceptum certas contrahendi nuptias, *vot. 20. numer. 20. part.1.*

Immò ex eo perſæpè nuptiis prohibentur ſplendidioribus, *ibid. nu.21.*

Filios ab hereditate Parentum ob non contractas nuptias, ab eis præſcriptas, excludi, nimium acerbum eſt, *vot.20. nu.19. p.1.*

Filii civili jure abſque Patris conſenſu nubere non poterant, *vot.44. nu 23. p.1.*

Jure Canonico poſſunt, ſed honeſtè, & decenter non nubunt, *ibid. nu.24.*

Filios, & Deſcendentes privari iis facultatibus, in quibus nati, & educati ſunt, inhumanum eſſet, *vot.43. num.111. p.1.*

In *filiis* emancipatis peculium eſſe non poteſt, *vot. 46. num.90. p.1.*

Filius emancipatus, ſi ei à Patre, adhuc vivente, Bona fideicommiſſaria reſtituta fuerint, tenetur fructus perceptos conferre, ſi modò extent, & ſinè dolo, & culpâ non ſint conſumpti, *vot. 46. nu.91. p.1.*

Inter *filios* tam ſuos, quàm emancipatos nulla eſt differentia in donationibus ob cauſam: & omnes conferre tenentur, *ibid. numer.88.*, Vid. *fructus*.

Filiorum mortem Pater abominatur, *vot.31. num. 36. p.2.*

Filios ſuperſtites habere, Patris votum eſt, *vot.31. num.37. p.2.*

Filiis quoties Pater ſuperſtes eſt, naturæ ordo turbari dicitur, *vot.31. nu.38. p.1.*

De triſti *filiorum* obitu Donatorem cogitaſſe, credi vix poteſt, *vot.31. nu.39. p.2.*

Filii ipſi pro extraneis reputantur quoad jus detrahendi trebellianicam, *vot.28. num.50. p.2.*

Filia dicitur de progenie Patris, non ita Pater de progenie filiæ, *vot.15. nu.83. p.2.*

Donec *filia* vivat, non dicitur defeciſſe Patris linea, *vot.11. num.13. p.1.*

Filiæ omninò debetur dos in Bonis Patris, *vot.15. nu.74. p.2.*

Filia Curialis, Curiali nupta, ex conſtitutionibus *Theodoſii*, & *Juſtiniani* immunis ſervabatur à datione quartæ, *vot.2. num.128. p.2.*

Pro *filiæ* admiſſione ad hereditatem Patris in excluſionem Agnati remotioris ſumenda interpretatio eſt, *vot.11. nu.20. p.1.*

Præſertim, cum non agitur de filia Teſtatoris, aut primi heredis, ſed ulterioris Deſcendentis, *ibid. nu.21.*

In *filiæ* præjudicium non præſumitur ſubſtitutio linearis reciproca, niſi expreſſa ſit, ſit, *vot.11. nu.24. p.1.*

Filiarum favore motus cenſetur Teſtator, quia ſciret, illas vitam religioſam velle ducere, ſi id in earum nominatione expreſſit, *vot.21. nu. 51. p.2.*

Diſpoſitione autem factâ earum favore, juvari nequeunt neptes, in quibus eadem non concurrat ratio, *ibid. nu.54., & 58.*

Filia, quæ profeſſa fuit Legatum Patris, nonniſi in computum ſuæ Legitimæ acceptare, cenſetur onus, ſuper eo impoſitum, acceptare noluiſſe, *vot.46. nu.64. p.1.*

Filia ſupplementum Legitimæ poſtulans, onus habet probandi, dotem, & Legatum, ſibi relictum, non reſpondere integrę Legitimæ, *vot. 46. num.59. p.1.*

Filia, etiam conſtante Matrimonio, dotem ſuam debens conferre, tanto minùs accipere debet de hereditate Patris, quantum in dote ſua eſt, *vot. 46. nu.43. p.1.*

Filia Legatum acceptando, dotem, ſive etiam Legitimam compenſaſſe cum Legato cenſetur, *vot.5. nu.32. p.2.*

Con-

Contrariæ auctoritates procedunt, quando illa reclamaverit, *ibid. nu.* 35.

Filiæ à Patre relictum Legatum ſub conditione Matrimonii, in cauſſam Legitimæ relictum cenſetur, *vot.*5. *nu.*3. *p.*2.

Proindeque purum eſt, atque ad heredes tranſmiſsibile, etiam non ſecuto Matrimonio, *ibid. nu.*5., & 29.

Procedit, licèt filia numquam reclamaverit à Matrimonii onere, *ibid. nu.*6., & 40.

Ac etiamſi Laudum acceptaverit ſuper Legati ſolutione ad normam paterni teſtamenti, *ibid. nu.* 7., Intellige ut *num.*8., & *ſeq.*

A *filia* acceptatum Legatum ſub conditione nuptiarum, tranſmiſsibile ante nuptias nun eſt, *vot.* 5. *nu.*29. *p.*2.

Contrarium quando procedat, declaratur *ibid.*

Filia Legatum acceptans ſub conditione nuptiarum, ſibi in Legitima ejuſque tranſmiſsibilitate præjudicaſſe cenſetur, *vot.* 5. *numer.* 30. *part.*2.

Filiæ ex Legato dotis ſibi ſolvendo nuptiarum tempore, fructus, licèt relicti non debentur, niſi nupſerit, *vot.*5. *nu.*47. *p.*2.

Donec tamen nubat, alimenta, licèt non relicta, eidem præſtanda ſunt, *ibid. num.*48.

Filiabus relictum Legatum in defectu Maſculorum ex filio, illarum excluſionem arguit, *vot.* 12. *nu.*4. *p.*2.

Filia renuncians favore Patris, cenſenda non eſt ſpem etiam ſuccedendi ex teſtamento dimiſiſſe, *vot.*15. *nu.*11. *p.*2.

Filiæ renunciatio favore Parentum eam repellit à jure petendi augmenti dotalis materni, *vot.* 44. *nu.*233. *p.*1.

Sed non efficit, ut Mater, & ab ea cauſſam habentes, augmentum dotale in Bonis viri conſequi nequeant, *ibid. nu.*234.

Filiæ à Patre relictum fideicommiſſum reſervandi verbo adhibito, dilatum videtur ad tempus, quo ſui juris filia exiſteret, *vot.* 30. *numer.* 14. *part.*2.

Filio fideicommiſſum reſtituere rogato Patre herede inſtituto, relictum illud filio cenſetur in tempus, quo exierit è poteſtate Patris, *vot.* 30. *nu.*15. *p.*2.

Filius conferens in uſum paternæ familiæ lucra percepta ex negotiatione, cum Patre geſta, cenſetur ea adquirere noluiſſe, licèt fuerint ſibi à Patre tacitè, vel expreſsè remiſſa, *vot.*46. *num.* 13. *p.*1.

Hinc ea poſt mortem Patris repetere non poteſt, *ibid. nu.*14.

Filiis, & uxori relicta per ultimas voluntates, non compenſantur cum dote, *vot.* 44. *nu.* 221. *p.*1.

Multòque minùs quæ filiis inter vivos donantur, *ibid. nu.*222.

Filio donata inter vivos, ut imputentur, non ſufficit æqualitatis ſervandæ ratio, *vot.*44. *num.*84. *part.*1.

Inter filios licèt inæqualitas deſit, imputatio ceſſare non debet, *vot.*44. *num.*81. *p.* 1.

Filius donatarius quotæ Bonorum, & creditor dotis maternæ, tàm Bona donata, quàm dotem petere poteſt, *vot.*44. *nu.*213. *p.*1.

Cum *filio* de imputatione contendentes extranei, repelluntur, *vot.*44. *num.*79. *p.*1.

Filius, confecto inventario, dotes ſororibus ſolutas, detrahere poteſt ab hereditate Patris, *vot* 23. *nu.* 49. *p.*2.

Intellige, ſi de propriis Bonis eas ſolverit, ſecùs, ſi de fructibus hereditariis, *ibid. nu.*50.

Idem de aliis debitis, ab eo ſolutis, *ibidem num.* 64.

Filius liberè poteſt diſponere de paternis Bonis, ei, abſque ullo fideicommiſſi onere relictis, *vot.*18. *nu.*154. *p.*2.

Inter *filium* heredem teſtamentarium, atque alterum legitimatarium inita tranſactio, jus facit quoad omnes alios filios legitimatarios, *vot.*5. *nu.*15. *p.*2.

Filii declaratio non mutans, ſed ſolùm explicans paternam diſpoſitionem, attendenda eſt, *vot.* 40. *num.*36. *p.*1.

Suppoſitis præſertim diſpoſitioni paternæ Bonis propriis, *ibid. nu.*37.

Filium facultate diſponendi de paternis Bonis uſum fuiſſe, ſuadent plura ab eo relicta onera excedentia ſui patrimonii vires, *vot.*42. *nu.*69. *part.*1.

Filio data facultas nominandi heredem unum, & quem vellet ex filiis ſuis non efficit, ut in filio nominato fideicommiſſum deſinat, *vot.*14. *nu.* 72., & 73. *p.*1.

Præſertim, ſi ea facultas demonſtrativè, non autem taxativè data appareat, *ibid. nu.* 74.

Filiorum maſculorum deficientia verificatur tàm nullis relictis filiis maſculis, quàm illis relictis, ac poſtea defectis, *vot.*1. *nu.*11. *p.*1.

Filios uno eodemque tempore, quo aderant ab iis deſcendentes, ſupereſſe, inveriſimile admodum eſt, *vot.*31. *nu.*14. *p.*2.

Filios ſuperſtitis filii, non ſuperſtitem filiorum lineam appellaſſet Teſtator, ſi in caſum filii ſui præmorientis diſponere voluiſſet, *vot.*31. *nu.*41. *part.*2.

Filiorum filios, non *deſcendentiæ* nomen expreſiſſet Teſtator, ſi de filiis filiorum ſenſiſſet, *vot.* 31. *nu.*16. *p.*2.

De *filiabus* primi gradus ſi in ſuperiori parte Teſtator intellexit, de iis etiam in poſteriori intellexiſſe cenſendus eſt, *vot.*21. *numer.*44., & 46. *p.*2.

Quoad *filios* ſororis non exprimens Teſtator qualitatem legitimitatis, hanc noluiſſe repetere cenſendus eſt, *vot.*8. *nu.*86. *p.*1.

Suos, ac heredis inſtituti *filios* alienæ ſucceſſioni antepoſuiſſe Teſtator cenſetur, *vot.*19. *nu.*28. *p.*1., & *vot.*12. *nu.*23. *p.*2.

Niſi contrarium ſuadeant concludentes, atque efficaces conjecturæ, *dict. vot.*19. *num.* 29.

Præſertim, quando res non eſt inter Deſcendentes Teſtatoris, ſed cum heredibus extraneis, *ibid. nu.*30.

Pro eorum enim excluſione omnis poſſibilis capienda interpretatio eſt, *ibid. nu.* 31.

Filiis favet naturæ, & pietatis ratio, *vol.*19. *num.* 57.*p.*1.

Eorumque excluſio non ſolo conſilio, ſed expreſſis verbis perficitur, *ibid.*

Filios poſt obitum Patris ad fideicommiſſum admitti, eoſque poſtea per mortem Patrui à Primogenito excludi, abſurdum eſt, *vol.*31. *nu.*28. *part.*2.

Filii in ſucceſſione occupant locum, & gradum Patris, non tamen illius perſonam, *vol.*13. *nu.* 72.*p.*1.

Filii, tamquam poſiti, à Lege in gradu filiorum, & tamquam vocati, veniunt ad ſucceſſionem jure proprio, *vol.*13. *nu.*73. *p.*1.

Quilibet ex *filiis* propriam conſtituit lineam, *vol.* 31. *nu.*1.*p.*2.

Filius ſtatim ac prodit in lucem, lineam habitualem conſtituit, *vol.*33. *num.*28. *p.*2.

Et adquirit ſibi, & filiis incommutabilem ſpem ſuccedendi, *ibid. num.*29.

Filii ad primogenituram vocati, conſtituunt lineam, uniuſcujuſque propriam, cum prælatione lineæ Primogeniti, & deinceps Secundogeniti, *vol.*33. *nu.*36. *p.*2.

Filii, & deſcendentes à Secundogenito, in primogenituræ ſucceſſione præferendi ſunt, quemadmodum præferri debuiſſet eorum Pater, ſi ultimo poſſeſſori ſupervixiſſet, *vol.* 33. *num.*31. *part.*2.

Sive agatur de progreſſu ſucceſſionis in eadem linea, ſive de ingreſſu ſucceſſionis in novam lineam, *ibid. nu.*32., *&* 37.

Niſi in novo ingreſſu primogenituræ linea conſtituta dici nequeat ob defectum certæ vocationis perſonarum, quæ lineam componere debuiſſent, *ibid. nu.*33.

Filius poſtea natus, ob prærogativam lineæ, à Subſtituto avocare poteſt Bona primogenialia, *vol.*33. *nu.*50. *p.*2.

Filiæ, ſivè ſorores ultimi poſſeſſoris exiſtentes in linea jam admiſſâ, excludunt filios Teſtatoris, & maſculi, primò inſtituti, *vol.* 40. *num.* 26. *part.*1.

Filium ſuperſtitem ex Deſcendentibus Teſtatoris præferri filiabus illius filiæ præmorientis, abſonum minùs eſt, quàm his extraneos præferri, *vol.*19. *num.*66. *p.*1.

In *filiis* eadem conſideratur gradus incapacitas, quæ in Patre eſt, *vol.*1. *num.*32. *p.*2.

Filiis ad ſucceſſionem ex propria perſona, & jure venientibus non obſtat Parentum excluſio, & incapacitas, *vol.*1. *nu.*11., *&* *vol.*2. *numer.*80. *part.*2.

Obſtat verò, ſi jus ſuccedendi deſumere velint à Patre, vel Matre; tunc enim à medio, & radice infectâ provenire dicuntur, *dict. vol.*2. *numer.*81.

Concluſio, quod incapacitas Parentum non noceat filiis, procedit in excluſione oriente ab odio, & delicto eorumdem Parentum, quæ, tamquam perſonalis, illorum perſonas non transgreditur, *dict. vol.*2. *num.*82.

Non autem in ea incapacitate, quæ oritur ex radice, hæc enim, cum ſit realis, influit in totam lineam, *ibid. num.*83.

Unde in Statuto vocante Agnatos uſque ad certum gradum, & Cognatos excludente, filiis obſtat incapacitas Matris, ab eaque proximitatem deducere non poſſunt, *ibidem numer.*84.

Obſtat pariter incapacitas Patris, à quo agnatitiam qualitatem deſumere non poſſunt, ſi iſte non erat de Agnatis, à ſtatuto contemplatis, *dict. vol.*1. *numer.*69., *& ſeq.*, *& dict. vol.*2. *num.*85.*p.*2.

Deciſiones editæ in cauſa *Firmana ſucceſſionis coram RR. PP. DD. Molines*, *Priolo*, *Muto*, *& Anſaldo*, explicantur, animàdvertendo, quod iſtæ admittunt, ut filii poſſint repræſentare gradum, & non perſonam Matris ad effectum æqualiter ſuccedendi cum aliis Maſculis, non autem ad aſſumendam qualitatem excluſivam fœminarum, quam Mater non habebat, *dict. vol.*2. *num.*86.

Filius non debet melioris eſſe conditionis, quàm Mater, *vol.*43. *numer.*18. *p.*1., *vol.*1. *numer.*6. *part.*2.

In *filiis* minor, quàm in Matre proximitas concurrit, *vol.*1. *num.*42. *p.*1.

In *filiis* maſculis fœminarum ceſſat agnationis conſervandæ ratio, *vol.*34. *num.*93. *p.*1.

Ceſſatque proinde alienationis, atque cujuſcumque detractionis prohibitio, ob eamdem rationem facta, *ibidem num.*94., *&* 100.

Filii ſequuntur agnationem, & familiam Patris, non autem Matris, *vol.*1. *num.*52. *p.*2.

Filii ex Matre excluſa, & ipſi excluſi ſunt cenſendi, *vol.*9. *num.*122. *p.*1., *vol.*1. *num.*41., *& vol.*2. *num.*49. *p.*2.

Filiæ excluſionem clarè præſeferunt verba hæc = *volendo che non poſſa pretendere altro dalla mia eredità, eccetto la legitima ancorchè de jure non li ſi doveſſe* =, *vol.*43. *num.*43. *p.*1.

Filii fœminarum nuptarum in familia ſub Agnatorum nomine includi poſſunt, quando illæ ad hunc præciſum finem vocatæ fuerunt, ut, nubendo Agnatis, Liberos agnatos procrearent, vel quando agitur de diſpoſitione, quæ non ſit verè agnatitia, *vol.*2. *num.*55. *p.*2.

Filii ſororis, licèt de jure poſſint dici Agnati quoad inteſtatas ſucceſſiones, à jure communi regulandas; Agnatorum tamen nomine venire non debent in ſucceſſione ſtatutaria, Agnatos vocante, & Cognatos excludente, *vol.*2. *nu.*74. *part.*2.

Quid ſi ſoror ſit nupta in agnatione, & familia? *ibid. num.*75.

Filii ſororis nuptæ in familia ad ſtatutariam ſucceſſionem tamquam Agnati non veniunt, ſi eadem nupſerit Agnato extra gradus à Statuto contemplatos, *vol.*1. *nu.*22. *p.*2., *& vol.*2. *nu.* 76., *&* 78. *p.*2.

Mi-

Minùſque eis prodeſt proximitas deſumpta à Matre, *vot.1.nu.35.*, *& vot. 2. eodem nu.76.*, *& 78.*

Filia nupta alicui de agnatione, ad majoratum agnatitium debet admitti, nullo exiſtente poſſeſſoris prædefuncti filio, *vot.2. numer.132. part.2.*

Secus eſt in Statuto excludente fœminas non intuitu univerſæ agnationis, ſed favore determinatàrum perſonarum, & graduum; ejus enim diſpoſitio non habet locum, ſi fœmina ſit nupta cum Agnato extra gradum, à Statuto contemplatum, *ibid. nu.113.*

Pegaſ. de excluſion., incluſion., & erection. majorat. Tom.2. cap.14. explicatur *ibid. n.134.*

Filii ac Deſcendentes ſi in portione Patrui, eò magis in portione proprii Parentis ſubſtituti ſunt cenſendi, *vot.22. numer.30.*, *& 36. part.1.*

Maximè, quando concurrat voluntas Teſtatoris, *ibid. nu.32.*

Filii in portione proprii eorum Parentis cenſentur prædilecti, *vot.22. num.36. p.1.*

Filiis ex propria perſona vocatis non nocet hereditatis aditio, à Patre facta, *vot.24. num.72. part.1.*

Nullâ præſertim ab eo obligatione emiſsâ filiorum nòmine, *ibid. nu.73.*

Quo caſu eò magis contra factum Patris poſſunt venire, *ibid.*

Filiis jure proprio ad fideicommiſſum vocatis nocere nequit Legati acceptatio facta à Patre ſub conditione, ne aliud prætendat, *vot.13. n.71. part.1.*

Filio ignoranti nocere non debet Patris culpa, *vot. 27. nu.14. p.1.*

Filii jure proprio venientes affici non debent pœnâ Patris, abſque eorum culpâ, *vot.17. nu.67.*, *& vot.27. num.124. p.1.*

Secus, cum de pœna agitur inflicta toti contravenientis deſcendentiæ, *dict. vot.27. nu.125.*

Tunc enim pœnam ſubire non dicuntur primariò, ex facto Patris, ſed ex diſponentis voluntate, *ibid. nu.126.*, *& 127.*

Intellige hæc de excluſione contravenientis non non perſonali, ſed reali, *ibid. nu.130.*

Filius ex reverentia erga Patrem non parens Teſtatori, etiam ſciens, excuſatur, *vot.27. num. 22. part.1.*

Filios etiam afficit pœna Patris contravenientis, ubi in caſu contraventionis Subſtitutus datus fuerit, *vot.27. num.128. p.1.*

Succedere tamen debent ultimo gravato ex ſubſtitutione proximiorum ipſi facta, *ibidem numer.129.*

Filii excluſi ex contraventione Patris, principaliter ex præcepto Teſtatoris excluſi cenſentur, *vot.17. num.78. p.1.*

Maximè, ſi ex facto ipſius Patris conditio pendebat, *ibid. nu.79.*

Contra *filium* non currit præſcriptio à die obitus Patris, ſed à die, quo ille major factus eſt, *vot.13. num.65. p.1.*

Cum de jure tempus minoris ætatis ad hunc effectum non imputetur, *ibid. nu.66.*

Et, quando etiam præſcriptio completa fuiſſet, adhuc filio eſſet concedenda reſtitutio in integrum ex capite probabilis ignorantiæ, *ibidem numer.67.*

Filiorum nomine per fictionem veniunt Eccleſiæ, & Monaſteria, *vot.19. num.44. p.1.*

Filiorum nomine ex *Statuto Urbis* 142. æquè Maſculi, ac fœminæ comprehenduntur, *vot.37. num.37. p.1.*

Filiorum nomine abſque adjecto maſculinitatis veniunt tàm, maſculi, quàm fœminæ, *vot. 21. nu.25. p.1.*

Et tàm Maſculi, quàm fœminæ comprehenduntur ſub *filiorum*, & *Deſcendentium* nomine, *vot.19. nu.32. p.1.*

Appellatione *filiorum*, *domus*, & *Deſcendentium* Maſculi, & fœminæ continentur, *vot.14. nu. 91. part.1.*

Filiorum, & *Deſcendentium* maſculorum nomine veniunt etiam maſculi ex fœminis, *vot.1. nu. 3.*, *& 144. p.1.*

Filiorum nomine veniunt æquè Maſculi ex Maſculis, ac Maſculi ex fœminis, quoties agnatio contemplata non appareat, *vot.12. numer.65. part.2.*

Procedit ad excluſionem etiam piæ Cauſæ, *ibid. numer.66.*

Ac, etiamſi Maſculus ex fœmina nondum eſſet natus, *ibid. nu.67.*

Filiorum, ac *Liberorum* diſcretiva uſurpatio diverſam Teſtatoris voluntatem indicat, *vot.29. nu.7. p.1.*

Filiorum Deſcendentes omnes comprehenduntur ſub *Liberorum* nomine, *vot.29. numer.4. part.1.*

Filiorum nomen minùs latè patet, quàm nomen *Liberorum*; Cum iſtud comprehendat omnes, qui ex eodem genere orti ſunt, illud filios primi gradus præcipuè deſignet, *vot.15. nu.42.*, *& dict. vot.29. nu.5. p.1.*

Intellige, niſi aliter de voluntate Teſtatoris conſtet, *dict. vot.29.*, *eod. nu.5.*

Et ex quibus non alia ejus voluntas fuiſſe cenſeatur? *ibid. nu.6.*, *& ſeq.*

Filiorum nomine promiſcuè non uſurpato cum nomine *Liberorum*, cenſetur Teſtator utroque fuiſſe uſus in ſua vera, ac propria ſignificatione, *vot.29. nu.7. p.1.*

Filiorum appellatione de ſtricta juris cenſura non veniunt nepotes, *vot.40. nu.62. p.1.*

Filiorum nomen ex propria ejus ſignificatione nepotes, alioſque Deſcendentes non complectitur, *vot.15. numer.5.*, *& vot.34. numer.2. part.1.*

Aliter namque filii, aliter nepotes appellantur, *vot.15. num.6.*, *vot.45. num.6. p.1.*, *& vot.21. nu.7.*, *& vot.12. nu.9. p.2.*

Ab hac tamen regula receditur ex qualibet veriſimilis voluntatis Teſtatoris conjectura, *dict. vot.45. eod. nu.6.*

Filiorum nomen ex propria ejus ſignificatione re-

ſtringitur ad filios primi gradus, *vot.34. num. 59.63., & 67. part.1., & vot.21. numer.20. part.2.*

Sub nomine *filiorum* vocatus nequit dici, qui ultra primùm gradum exiſtat, *dict. vot.34. num. 33.p.1., & dict. vot.21. nu.21.p.2.*

Minùſque extenſio ullâ ex rationis identitate, aut ex veriſimili Teſtatoris mente admitti poteſt, *ibid. nu.22.*

Nomen *filii* non tamquam genus, ſed tamquam ſpecies acceptum, ultra filios primi gradus non porrigitur, *vot.34. nu.66.p.1.*

Inter *filios* primi gradus, ut potè unum gradum conſtituentes, ſucceſſionis ordo dari nequit, *vot.15. num.53.p.1.*

Filiorum appellatione, præſertim in diſpoſitione Tranſverſalis, nepotes non comprehenduntur, *vot.37.nu.4.p.1.*

Filiorum nomine, etiam in fideicommiſſo Aſcendentis non veniunt nepotes, & pronepotes, *vot.34.nu.66., & 69.p.1.*

Appellatione *filiorum* in quacumque diſpoſitione contraria ordini juris, aut naturalis charitatis, numquam nepotes veniunt, *vot.21. numer.32. part.2.*

Filiorum nomine non veniunt nepotes, nec etiam in Statuto vocante filios in conditione poſitos, *vot.21. nu.16.p.2.*

Filios in conditione poſitos vocans *Statutum Urbis*, intelligitur de filiis primi gradus, nec ad nepotes extenditur, *vot.37. nu.5., & 41.p.1., & vot.12.nu.11.p.2.*

Secus eſt, quando concurrat voluntas Teſtatoris, *vot.37. nu.12.42.43., & 49.p.1.*, quod procedit etiam in diſpoſitione Tranſverſalis, *dict. numer.12.*

Et maximè in fideicommiſſo merè activo, non autem paſſivo, *ibid. nu.13.*

Conſtantin. annot.36. art.1. nu.31., & 60. contrarium firmans ex *deciſ. S. Rotæ* 84. *p.9. rec.*, explicatur, & declaratur *à nu.43. ad* 49.

Filiorum nomine ex *Statuto Urbis* 142. faciliùs nepotes admittuntur, cum ad excluſionem agitur non proximioris, ſed extranei, *vot.37. nu.45., & 46.p.1.*

Appellatione *filiorum* in conditione poſitorum ex dicto *Statuto*, non continentur fœminæ, quoties agnatio contemplata fuerit, *vot.37. nu.7. part.1.*

Intellige de vera, & rigoroſa agnatione, *ibidem numer.38.*

Sub *filiorum* appellatione reſtrictâ ad filios, *ex certo Matrimonio natos*, & *naſcituros*, nepotes non comprehenduntur, *vot.43. numer.1. part.1.*

A *filiis* poſſibiliter *naſcituris* ad ulteriores Subſtitutos non benè infertur qualitatis legitimitatis repetitio, *vot.8. nu.75.p.1.*

Filiorum ex certo Matrimonio naſciturorum vocatio excluſionem valet inducere naturalium, quamvis legitimatorum, aut etiam alterius Matrimonii filiorum, *vot.43. num.9. part.1.*

Non verò nepotum, aliorumque legitimorum Deſcendentium, *ibid. num.10.*

Filiorum vocatio his verbis = *che naſceranno da detto mio fratello, ed Antonia ſua moglie* = demonſtrativè poteſt intelligi facta ad eorum originem demonſtrandam, non ad taxativè reſtringendam diſpoſitionem ad filios primi gradus, *vot.43. nu.11.p.1.*

Præſertim ex conjecturata Teſtatoris mente admittendi etiam ulteriores Deſcendentes, *ibid. numer.12.*

Eademque verba ad filios non adeo reſtringuntur, ut alios repellant, *ibid.*

Filiorum, tempore delatæ ſucceſſionis *viventium*, ſubſtitutio *naſcituros* excludit, *vot.33. num.47. part.2.*

Erga *filias* jam *natas* motus majori affectione Teſtator cenſetur, quàm erga neptes *naſcituras*, *vot.21. num. . p.2.*

Et de illis ſolùm, non de his cogitaſſe, veriſimile eſt, *ibid. num.52.*

Ad *filios* immediatas illorum, qui fuerunt ſupra nominati, vocationem coarctant particulæ illæ = *le loro figliuole* = *quelle figlie femine loro* =, *vot.21. num.43.p.2.*

Et perinde habentur, ac ſi propriis nominibus fuiſſent appellatæ, *ibid.*

De *filiis* primi dumtaxat gradus intelligi poteſt legitimitatis qualitas, in ſororis filiis requiſita à Teſtatore, *vot.8. num.84.p.1.*

Idque ratione honeſtatis, in mulieribus ſupponendæ, *ibid. num.85.*

Filiorum dumtaxat favore conſiderata à Teſtatore proximioritatis qualitas, illis dumtaxat ſuffragari debet, *vot.21. num.64.p.2.*

Filiorum favore *taxativè* facta particularis proviſio, ſeù diſpoſitio ceſſat, iis deficientibus, nec ſuffragatur neptibus, *vot.21. num.5.p.2.*

Quando autem, & ex quibus taxativè facta cenſenda ſit? *ibid. num.7, & ſeq.*

Filiis dati Tutores, non intelliguntur dati nepotibus, *vot.21.num.35.p.2.*

Filiorum nomine non veniunt nepotes, quando id ſuadeat ratio ſubjectæ materiæ, ſtrictiſſimè interpretandæ, qualia ſunt Legata, *vot.21. num. 23., & 28.p.2.*

A *filiis* ad nepotes eò minùs extenſio poteſt fieri, quum agitur de Legatis relictis quodam veluti privilegii jure, *vot.21.num.28., & 30.p.2.*

Quod maximè procedit, ubi ejus conceſſio ſit contra jus commune, *ibid. num.32., & 37.*

Filiis relictum Legatum alimentorum, nepotibus non debetur, *vot.21.nu.24.p.2.*

A *Filiis* ad nepotes facultas eligendi, ac nominandi ad fideicommiſſum non extenditur, *vot. 21.num.27.p.2.*

Filiorum nomen non fuiſſe à Teſtatore extenſum ad ulteriores Deſcendentes, arguit facta expreſſio nominis Patris illorum, *vot.15. num.7. part.1., & vot.12. num.59.p.2.*

Adhibitâ præſertim dictione = *detti* = *dict. vot. 15.num.8.*

Argumentum ejuſmodi non valet, ubi agnatio prin-

Digitized by Google

principaliter eſt contemplata, *ibidem numer.65.*

Atque ubi nulla adeſt particula reſtrictiva, *dict. vot.12. num.60.*

Tunc enim expreſſio perſonæ cenſetur, ſolùm demonſtrativè adjecta, ad demonſtrandam nempe originem, *ibid. num.61.*

Filiorum nomen, deficientibus conjecturis pro illius extenſione ad nepotes, & pronepotes, ſtrictè interpretandum eſt, *vot.34. nu.76. p.1.*

Filiorum appellatione, ſi deſit agnationis contemplatio, & digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, nepotes non comprehenduntur, *vot.34. num.87. p.1.*

Filiorum nomine ulteriores Deſcendentes vocati non cenſentur, quoties Teſtator in defectu vocatorum alios ſuos filios ſubſtituit, *vot.15. nu. 10. part.1.*

Hæc tamen conjectura ex eo reijcitur, quod, etiam in fideicommiſſis perpetuis ejuſmodi ſubſtitutiones demandari ſolent, *ibid. nu.66.*

Filiorum nomen ab altero *nepotum* diſcretivè adhibitum, ad ulteriores Deſcendentes non porrigitur, *vot.15. num.9. p.1.*

Intellige ſi diſcretivè ſit adhibitum in parte diſpoſitiva ſecus, ſi in parte ſolùm conditionali, *ibid. n.48.*

Filiorum nomine nepotes non veniunt, quoties heredi libera diſponendi facultas relicta eſt, *vot.12. n.12., & 13. p. 2.*

Filiorum nomen adhibitum cum dictione = *detti* =, taxativè reſtringitur ad filios primi gradus, *vot.15. n.8. p.1.*

Filiarum ulterior mentio, atque individuatio ſi aliàs ſuperflua remaneret, intelligenda eſt adjecta ad coarctandam ſolùm ad illas diſpoſitionem, *vot.21. n.60. p.2.*

Filiorum nomine nepotes veniunt in diſpoſitione, merè favorabili filiis, ac nepotibus; ſecùs, quoties alteri ſit odioſa, atque præjudicialis, *vot. 34. n.74. p.1., & vot.21. n.34. p.2.*

Filiis Lex ſuccurrit, præſumendo per errorem omiſſam illorum ſubſtitutionem: eumdemque errorem ipſa corrigit, *vot.19. n.58. p.1.*

Filiorum nomine ex Legis interpretatione veniunt etiam nepotes, *vot.24. n.38. p.1.*

Quum præſertim de eorum comprehenſione conſtat ex Teſtatoris mente, *ibid.39.*

Et maximè in fideicommiſſo Aſcendentis, *ibid. num.40.*

Amplia, ut, niſi de poſitiva eorum excluſione conſtet, comprehenſi adhuc nepotes cenſeantur, licèt poſiti ſub conditione fuerint filii dumtaxat primi gradus, *vot. 12. n.62. 63., & 69. p.2.*

Filiorum excluſio non tollit pietatis conjecturam ergà neptes, *vot.12. n.36. p.2.*

Et conjectura à filiarum excluſione deſumpta, leviſſima eſt, *vot.12. num. 38., & 40. p.2.*

Maximè in concurſu Extranei, *ibid. num.39.*

Sicuti nec inducit neptum excluſionem, quando in eiſdem diverſa, ac in filiabus concurrit ratio *num. 41.*

Contrarium procedit in nepte, non ex filio, ſed ex filia, *num.42.*

Filias ultimi gravati de linea magis dilecta præteriiſſe Teſtator non eſt cenſendus, quando plures ordinavit ſubſtitutionum gradus tàm maſculorum, quàm fœminarum, ab eis deſcendentium, *vot. 40. num.30. p.1.*

Conjectura autem hæc validiſſimum earum admiſſionis argumentum præbet, *ibib. num.31.*

Et contraria interpretatio eſſet iniqua, *ibid. n.32.*

Filias ſicut ſpecificè excluſit Teſtator, ità quoque neptes excludere non omiſiſſet, ſi voluiſſet, *vot. 12. num. 48. p.2.*

Quod maximè procedit, ſi illis, non autem his providit de dote, ac neceſſariis alimentis, *ibid. num.50.*

Filiarum nomine faciliùs admittitur neptum comprehenſio, *vot. 40. num. 64. p. 1., & vot. 21. num. 10. p. 2.*

Præſertim, cum perpetua diſpoſitio eſt, *dict. vot. 40. num. 64. p. 1.*

Limita in diſpoſitione correctoria juris communis, *vot. 21. num. 11. p. 2.*

Correctoria autem dicitur diſpoſitio, praer, gati vam tribuens, Juri communi contrariamo *ibid. num. 12.*

Ut, ſi remotiores æquiparet proximioribus, *ibid., & num. 34., & 39.*

De *filiabus* cogitans Teſtator, nec tamen illas in conditione ponens, neptes excluſiſſe cenſendus eſt *vot. 12. num. 4. p. 2.*

Declara, id procedere, ſi de fœminis in genere, ſecus, ſi præcisè de filiabus cogitaverit, *ibid. num.45., & vid. vot.19. num.54. p.1.*

Hoc enim caſu ceſſare non dicitur voluntas impediens ſuppletionem Legis, *ibid. n. 46. & ſeq.*

Filiabus immediatè ab herede genitis licèt Teſtator Subſtitutum dederit, earum filii excluſi non cenſentur, *vot. 19. num.53. p. 1.*

Scilicet ob à Lege ſubintellectam, eorum favore, conditionem: *ſi ſinè filiis*, ibid.

Filiarum nomine; quando ex Legis interpretatione veniant etiam neptes, aliæque ab illis deſcendentes, filii earum maſculi nequeunt venire, *vot. 40. num. 81. p. 1.*

Contrarium verius, eadem enim in utriſque ratio militat, *d. vot. 40. num. 84.*

Altograd. jun. contr. 97., nec non *Reſponſum Advocotorum Rom. Curiæ poſt Conſil.1. Gounaver.* reprobatur, *ibid., & n.85., & 86., ibid., & vot.12.*

Etiam *filio* ex nepte prodeſt diſpoſitio *L. Cum Avus*, *ibid., & vot.12. nu.63. 64., & 69. p.2.*

Filiis fœminarum tunc maximè Lex favet, quando deficit agnationis contemplatio, *vot. 19. num. 71. & 73. p. 1.*

Vel quando conſtat, fœminas, earumque Deſcendentes per modum regulæ non eſſe excluſas, *ibid. num. 74.*

Filiæ Deſcendentes maſculos eò magis admiſiſſe Teſtator cenſendus eſt, ſi viros filiarum ex filia in ſubſidium admiſit, *vot.45. num.42. p.1.*

Filiarum favore reciproca ſubſtitutio facta, *etiam ch' elle muojono con figlioli*, indicat fideicommiſſum ad earum dumtaxat vitam duraturum, *vot. 19. num. 17. p. 1.*

Excluditque tacitam earumdem filiarum vocationem, *ibid. num.* 18.

Procedit, licet agatur de admittendo Extraneo, *ibid.*

Secus tamen eſt, ſi deficiant verba, & clauſulæ taxativæ, *ibid. num.* 75.

Filiorum vocatio tacita, ſubintellecta ex diſpoſitione *L. Cum Avus*, & *L. Cum acutiſſimi*, locum non habet in teſtamento Tranſverſalis, *vot.* 16. *num.* 56., & 57. *p.*1.

Secus, ſi ex diſpoſitionis contextu contemplati appareant, *ibid. num.*58.

Quæ autem conjecturæ inferre id valeant, *ibid. num.*59.

Quoad *filios* expreſſim excluſos tacita conditio: *ſi ſinè filiis* nequit ſubintelligi, *vot.* 19. *num.* 16. *part.*1.

Tacitam ſubauditionem conditionis: *ſi ſinè filiis* excludit expreſſa mentio de *filiis* habita, *vot.*19. *num.*9. *p.*1.

Præſertim, ſi Teſtator, cum voluit, eos vocavit, ac etiam in conditione poſuit, *ibid. n.*13., & 15.

Contrarium *ibid. num.* 54., & 55.

Ex *filiorum* excluſione in una ſubſtitutione ad excluſionem in alia, tacitam præſeferente conditionem: *ſi ſinè filiis*, nequit inferri, *vot.* 19. *nu.* 62., & 67. *p.*1.

Præſertim ex rationis diverſitate, *ibid. num.*65.

Nepotum comprehenſio ſub *filiorum* nomine aliud eſt, ſi ex mente Teſtatoris, aliud, ſi ex diſpoſitione *L. Cum Avus*, & *L. Cum acutiſſimi* deſumi contendatur, *vot.* 12. *num.*57. *p.*2.

In primo enim caſu probatio requiritur voluntatis Teſtatoris: in ſecundo ſat eſt, contrariam ipſius voluntatem non concurrere, *ibid. nu.* 58. & 63.

Sub nomine *filiorum*, ex conjecturis, veniunt nepotes, ac ulteriores etiam Deſcendentes, *vot.*15. *num.*27., *vot.*30. *n.*85., *vot.*34. *nu.* 13., & 63., *vot.*35. *num.* 3., *vot.*37. *n.* 25., *vot.*40. *num.* 62., & *vot.*45. *n.*7. *p.* 1., & *vot.* 12. *n.* 8. *p.* 2.

Præſertim, cum de Aſcendentis diſpoſitione agitur, *d. vot.* 45. *num.*41. *p.*1.

Quo caſu leves etiam ſufficiunt conjecturæ, *vot.*23. *num.*12. *p.*1.

Et maxime, cum quæſtio non eſt de fideicommiſſi exiſtentia, ſed de illius dumtaxat duratione, *d. vot.* 15. *n.* 29.

Conjecturæ autem ſuadentes comprehenſionem nepotum ſub *filiorum* nomine, unitim conſiderandæ ſunt, *vot.*37. *nu.*33., & *d. vot.* 45. *n.*54. *part.*1.

Quænam autem illæ ſint? vid. remiſſivè.

Comprehenſionis nepotum ſub *filiorum* nomine conjectura eſt agnationis contemplatio, *vot.* 11. *num.* 12., *vot.*24. *n.*4., & 34., & *vot.* 34. *n.*25. *part.*1.

Sic etiam prohibitio alienationis, ut Bona perpetuò in familia conſerventur, *d. vot.*34. *n.*43., *vot.* 37. *n.*23., & *vot.* 45. *n.* 14. *p.* 1.

Quæ prohibitio magis urget, ſi in res, non in perſonas directa ſit, *d. vot.* 24. *num.* 41. *part.*1.

Concurrentibus præſertim verbis, perpetuitatem temporis importantibus, *d. vot.* 24. *numer.* 45. *part.*1.

Et quidem ſæpiùs repetitis, *ibid. num.* 46.

Sacræ Rotæ deciſiones in contrarium allatæ, declarantur, *ibid. num.*47.

Conjectura pariter eſt, ſi appareat, Teſtatorem de perpetuo cogitaſſe fideicommiſſo, *vot.* 40. *num.*66., *vot.*45. *num.*9., & 10. *p.* 1., & *vot.*6. *num.*60. *p.*2.

Similem pariter conjecturam præbet reciprocum ordinatum fideicommiſſum inter filios Teſtatoris, eorumque Deſcendentes in infinitum, *vot.* 37. *num.* 16. *p.* 1.

Diſpoſitio in incertum, ac remotiſſimum etiam tempus collata, *d. vot.* 37. *num.*19. 22. 24., & 27., *vot.*34. *num.*27., & *vot.* 45. *n.*9., & 10. *p.*1.

Ac digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, *vot.* 23. *num.*14., & *dd. vot.*37. *num.*29., & *vot.*45. *num.* 49. *p.*1.

Quæ conjecturæ præſertim locum habent in concurſu Subſtituti remotioris, *eod. vot.* 37. *n.* 30. 31. 32., & 33.

Potiſſimùm autem urgent, cum de Extranei excluſione agitur favore Deſcendentis, *ibidem num.*34.

Filiorum nomine nepotes comprehenſos præcipuè arguit volita perpetua Bonorum conſervatio etiam in Cognatis maſculis, *vot.*45. *numer.* 28. *part.* 1.

Idem maſculinitatis qualitas à Teſtatore optata, *vot.*34. *num.* 33. *p.*1.

Prohibitio trebellianicæ, *vot.* 45. *num.*50. *p.*1.

Atque excluſio Fiſci, *d. vot.* 34. *num.* 19., & *vot.* 45. *num.* 51. *p.*1.

Faciliùs autem comprehenſi nepotes cenſentur, cum non de includendo, ſed de excludendo agitur, *vot.*43. *num.*6., & 8. *p.*1.

Filiorum appellatione veniunt nepotes, quando Teſtator in defectu filiorum legitimorum, & naturalium, naturales tantum ſubſtituit, verbis perpetuitatem temporis importantibus, *vot.* 35. *num.*4. *p.*1.

Sub nomine *filiorum* indiſtinctè à Teſtatore adhibito, æque filii, ac nepotes veniunt, *vot.*37. *num.* 51. *p.*1.

Sub *filiorum* nomine latè accepto etiam nepotes comprehenduntur, *vot.*37. *n.*34. *p.* 1.

Ex collectiva *filiorum* vocatione admiſſi cenſentur ulteriores etiam illorum Deſcendentes, *vot.*34. *n.*6. *p.*1.

Præſertim, cum de Aſcendentis diſpoſitione agitur, *ibid. n.*7.

Filiorum appellatione comprehenſa neptis cenſenda eſt in concurſu Extranei, *vot.* 37. *n.*36. *p.*1.

Filiorum nomine venire nepotes cenſendi ſunt, quoties aliàs abſonus ſequeretur intellectus, *vot.*37. *num.*23. *p.*1.

Filiorum nomine nepotes venire, cenſendum omninò eſt, quoties per id ceſſant abſurda, meliùſque impletur voluntas Teſtatoris, *vot.* 40. *n.*71. & *vot.* 45. *n.* 46. *p.*1.

Sub

Sub *filiorum* nomine non comprehenſis in perpetuo fideicommiſſo nepotibus, aliiſque ulterioribus Deſcendentibus, illud caducum poſſet fieri, *vot.* 40. *num.*67. *p.*1.

Filiorum oomen ad nepotes porrigi, magis æquum eſt, quàm Extraneum admitti, *vot.* 34. *nu.* 74. *part.*1.

Filiorum, eorumque *Deſcendentium* vocatio omnes comprehendit illorum Deſcendentes, *vot.* 43. *num.* 70. *p.*1.

Sub *filiorum* nomine, promiſcuè cum nomine *Deſcendentium* à Teſtatore adhibito, veniuut nepotes, ac pronepotes omoes, *vot.* 34. *num.* 31. *part.*1.

Filiorum oomen pro ſynonymo cum illo *Deſcendentium* uſurpaſſe Teſtator ceoſetur, eum agitur de Bonis antiqois, ac de feudis, particulari aliquo fideicommiſſo ſubjectis, *vot.*15. *nu.*31., & 32. *p.*1.

Sub nomine *filiorum* & *heredum* comprehenſos omnes Deſcendentes arguit alienatioois facta prohibitio, *vot.*32. *num.*18. *p.*1.

Ac Loci pii ſubſtitutio in defectum Deſcendentium omnium, *ibid.nu.*20.

Filiorum nomioe, quod ex conjecturis veniant oepotes, intelligendum eſt, quando id ſuadet Teſtatoris voluntas, *vot.*35. *num.*3.*p.*1., & *vot.*12. *num.*8. *p.*2.

Secus, quando eadem non concurrat, *dict. vot.* 12. *num.*9., & 57., & *vot.*21. *nu.* 140., & *ſeq. part.*2.

Hæcque communis eſt opinio etiam *Sacra Rota*, *ibid. nu.*10.

Conjecturæ comprehenſionis nepotum ſub nomine filiorum urgentes debent eſſe, *vot.*34. *nu.*71. *part.*1.

Etiam in fideicommiſſo Aſcendentis, *ibidem num.*72.

Præſertim, ſi de gravamine inducendo agatur, *ibid.*

Et maximè, ſi in præjudicium tertii, qui emit bonâ fide, *ibid. num.*75.

Nominis *filiorum* extenſionem ne inducant, conjecturæ, ſufficit, quod reddantur dubiæ, *vot.* 34. *num.*77. *p.*1.

Conjecturæ autem pro illa militantes, aliis contrariis eliduntur, *ibid. nu.*78.

Hæque in conflictu prævalere debent, licèt pauciores, & minus efficaces, *ibid.* & quæ ſint contrariæ ejuſmodi coojecturæ *nu.*79., & *ſeq.*

Ex *filiorum* vocatione activa ad paſſivam nequit inferri, *vot.* 30. *nu.*84. *p.*1.

Filiorum vocatio collectivo oomine facta, ex *Cumani theorica in leg. cum ita* intelligitur per ſimplicem vulgarem, *vot.* 34. *numer.* 1., & 13. *part.*1.

Quæ primis adeuntibus expirat, *ibid.* & *vid. num.* 35., & *ſeq.*

A prædicta *theorica* receditur ex conjecturis, *num.*3.

Præſertim perpetuitatis fideicommiſſi, *num.*5. 6. & 7.; & quæ illæ ſint à *nu.*8. *ad* 34.

Filiis impoſitum reſtitutionis gravamen, cenſetur etiam quoad nepotes repetitum, niſi de contraria Teſtatoris voluntate conſtet, *vot.*15. *nu.*70. *part.*1.

Secus, cum dubia illa eſt, *ibid. num.*71.

Sub nomine *filiorum*, & *heredum* gravati cenſentur non tam filii primi gradus, ſed ulteriores etiam Deſcendentes, *vot.*32. *nu.*6. *p.* 1.

Filii legitimi, ubi diſpoſitio apta eſt compreheodere legitimos æquè ac illegitimos, in coocurſu cum iſtis præferuntur, ſi in pari gradu ſiot, *vot.* 8. *nu.*66., & 99. *p.*1.

Non tamen, ſi in gradu remotiori, tunc enim excluduntur, *ibid. num.*67.

Filius legitimus admittitur, ſublato in Patre defectu illegitimorum oatalium, *vot.*9. *num.*136. *part.*1.

Filios alios, quàm *legitimos* ex nobili, & hooeſtæ conditionis fœmina potuiſſe naſci, iodecorum ſuſpicari eſt, *vot.*8. *num.*83. *p.*1.

Filios habere *naturales* magis in fœminis, quàm in Maſculis turpe eſt, *vot.*8. *nu.*81. *p.*1.

Filii naturales nullo pacto qualitatem legitimitatis habere dicuntur; *Legitimati* verò, per fictionem tantùm, *vot.*8. *num.*7. *p.*1.

Filiis naturalibus, & *legitimatis* reſiſtere dicitur Teſtatoris voluntas, ſi in omnibus Deſcendentibus qualitatem legitimatis exoptavit, *vot.*8. *nu.* 6. *p.*1.

Filiis legitimatis etiamſi oon aſſiſtat voluntas Teſtatoris, ſufficit, quod non reſiſtat, ut ſucceſſio debeatur, *vot.*8. *num.*9. *p.*1.

Filiis naturalibus, ac *legitimotis* ut dicatur reſiſtere voluntas Teſtatoris, debet id conſtare vel per expreſſam illius diſpoſitionem, vel per conjecturas, & præſumptiones deſumptas ex diſpoſitis ab eo in teſtamento, *vot.*8. *nu.*14. *p.*1.

Filiorum naturalium excluſionis conjecturam præbet Signoria, juriſdictio, ac poſſeſſio feudorum, *vot.*8. *nu.*49. *p.*1.

Filiorum naturalium excluſionis ſufficiens conjectura non eſt oobilitas Teſtatoris, *vot.*8. *nu.*45., & 46. *p.*1.

Niſi agatur de Teſtatore, in dignitate conſtituto, vel cujus condito ceteros antecellat, *ibid. numer.* 47.

Et dubium eſt, an ſola ſufficiat magnatitia qualitas, *ibid.nu.*48.

Filiorum naturalium excluſionis conjectura deſumpta ex quo Teſtator honeſta eſſet perſona, nobilis, vel clericus, fabulam ſapit, *vot.*8. *nu.* 52. *p.*1.

Filiorum naturalium excluſioois conjecturam non præbet diſpoſitio ordinata per viam perpetuæ primogenituræ, vel majoratus, *vot.*8. *num.*53. *part.*1.

Filii etiam *naturales* admittuntur in majoratibus, ubi verba apta ſunt illos compreheodere, *vot.* 8. *num.*54. *p.*1.

Atque ubi, vocatis filiis, additum oon fuit *legitimis*, *ibid.*

Intellige, illos admitti, legitimis deficientibus, *ibid. num.*55., & 57.

Concluſio iſthæc in majoratibus Italiæ locum ha-

habet; in majoratibus tamen Hiſpaniæ non item, *ibid. num.56.*, *&* 58.
Filiorum naturalium incluſionem ipſa expoſcit majoratus natura, *vot.8. nu.57. p.1.*
Filii naturales ſucceſſionem continuant, *vot.8. nu. 139. p.1.*
Filii etiam *naturales* comprehenduntur ſub conditione ad excluſionem alterius filii legitimi Teſtatoris, *vot.8. nu.135. 136.*, *&* 137. *p.1.*
Filiorum naturalium excluſionis conjectura quando ex præſumpta repetitione qualitatis legitimitatis nequeat deſumi? *vot.8. nu.68. p.1.*
Teſtator, nullos habens Deſcendentes, cenſendus eſt ſub nomine *ſuorum* Deſcendentium vocare intellexiſſe nepotes ex *filia naturali*, licèt excluſa, *vot.43. nu.52. p.1.*
Filios ex *filia naturali* excluſa, non eſt cenſendus Teſtator præferre voluiſſe Deſcendentibus fratris inſtituti heredis, *vot.43. num.55. p.1.*
Et ſufficit, quod contemplati iſti fuerint in aliqua teſtamenti parte, *ibid. nu.58.*
Ex *filia* etiam *legitima* deſcendentes, in ſententia aliquorum, dici non poſſunt Deſcendentes Avi materni, *vot.43. nu.39. p.1.*
Communiter tamen illorum opinio recepta eſt, quum de pronepote agitur, aut ulteriori Deſcendente, *ibid. nu.40.*
Filiorum, & *Deſcendentium* nomina, *naturalia* ſunt vocabula, *vot.8. nu.26. 28. 43.*, *&* 97. *p.1.*
Idem de nominibus *filii*, ac *Liberi*, *ibid. numer.* 27.
Natura differentiam nullam agnoſcit *filii naturalis*, ac *legitimi*, *vot.8. nu.31. p.1.*
Filiorum, & *Deſcendentium* nomine *filii* etiam *naturales* comprehenduntur, *vot. 8. numer. 32. part.1.*
Atque etiam Libertinus, *ibid. num.33.*
Procedit, & de fœmina naturali, *ibid. num.* 34.
Filiorum nomine etiam *naturales* vocati cenſentur, ſi vocatio ſit per verba *naturalia*, ſecus ſi per verba *civilia*, *vot.8. nu.24.*, *&* 66. *p.1.*
Hæcque diſtinctio a Doctoribus, & *Sacra Rota* eſt adprobata, *ibid. nu.25.*
Quænam autem *naturalia* verba dicantur? *ibid. nu.25.26.*, *&* 27.
Filii illegitimi, nec etiam per poſterius admittuntur, ubi Teſtator per verba *civilia* expreſſerit legitimitatis qualitatem, *vot.8. nu.97. p.1.*
Filiorum nomen acceptum non *naturaliter*, ſed quoad *civiles* effectus, non comprehendit *naturales*, *vot.8. num.37. p.1.*
Et *Ulpiani* ſententia *lib.9.* ad *Sabinum* explicatur *ibid.*
Filiorum nomen propriùs *naturalibus*, quàm *legitimis* convenit, *vot. 8. num. 35. p.1.*, & ratio *num* 36.
Filiorum, ac *Liberorum* appellatione an contineantur *naturales*? quæſtio voluntatis eſt; *vot.* 8. *num.39. p.1.*
Intellige, ubi non de includendis, ſed excludendis illis agitur, *ibid. num.40.*
Idque ex *Ulpiani* ſententia, explicata *eodem num.40.*
Itidemque ex ſententia *Javoleni*, pariter explicata *num.41.*, *&* 42.
Filii naturales, eorumque Deſcendentes, ex *Bononiæ* conſuetudine, velut Agnati, & de familia reputantur, *vot.9. nu.50. p.1.*
Iique legitimati, ad publica admittuntur Civitatis munia, *ibid. nu.51.*
Filii naturales tunc in majoratibus Italiæ non admittuntur, cum nati ſunt ex coitu damnato, *vot.8. nu.60. p.1.*
Vel, cum eis reſiſtit voluntas Teſtatoris, *ibid. num.62.*
Aut, ſi concurrant cum legitimis *nu.61.*, Intellige de legitimis in pari gradu, *num.65.*
Filii ſuſcepti *ex coitu damnato* majora obſtacula quoad effectus tum naturales, tum ſucceſſorios in jure patiuntur, quàm ſimpliciter naturales, *vot.8. nu.61. p.1.*
Excipe, ſi agatur de ſucceſſione ad majoratum perpetuum, *ibid. nu.63.*
Filii in conditione poſiti dicuntur tacitè ſubſtituti, *vot.30. nu.6. p.1.*
Filiorum exiſtentia *in conditione poſita* impedimento eſt ceteris Subſtitutis, *vot.22. numer.38. part.1.*
Verbum *filius* quoties *in conditione* ponitur, latam interpretationem recipit, *vot. 37. numer. 31. part.1.*
Filiorum nomine in *conditionali* parte veniunt nedum filii primi gradus, ſed ulteriores etiam Deſcendentes, *vot.45. nu.4. p.1.*
Filii in conditione poſiti, ſive primi, ſive ulterioris gradus, cenſentur non ſolum vocati, ſed gravati etiam reſtituere, quoties de perpetuo fideicommiſſo Teſtatorem cogitaſſe appareat, *vot. 13. num.41. p.1.*
Filiis Subſtitutorum *in conditione poſitis*, tranſmiſſibile fideicommiſſum arguitur, *vot.37. nu.83. part.1.*
Procedit etiam in tranſverſalibus, *ibid.*
Filii, ut cenſeantur in *conditione poſiti*, Lex plus dictum, quàm ſcriptum præſumit, *vot.19. num. 10. p.1.*
Præſumptio tamen hæc nequit admitti, ſi conſtat, eos fuiſſe conſultò à Teſtatore omiſſos, *ibid. num.11.*
Filiæ ab hereditate excluſæ, nequeunt conſiderari tamquam in conditione poſitæ, *vot.12. num.15. part.2.*
Filii carentes qualitate, à Teſtatore volitâ, nequeunt dici tacitè in *conditione poſiti*, *vot.19. nu. 22. p.1.*
Filiæ ſemel à Teſtatore excluſæ, conſiderari amplius nequeunt tamquam in *conditione poſitæ* pro excludendo Subſtituto *vot.12. nu.5. p.2.*
In *conditione poſiti* hoc ipſo *filii* non ſunt cenſendi, quod expreſſam de iis mentionem Teſtator fecerit, *vot.19. nu.9.*, *&* 54. *p.1.*
Præſertim, ſi, cum voluit, eos vocavit, ac etiam in conditione poſuit, *ibid. num.* 13. *&* 15. ratio *dict. nu.9.*, *&* 54.
Contrarium, *nu.54.*, *&* 56. *&* *vid. vot.12. n.45. p.1.*
Et quod eo caſu minùs ſcriptum, quàm dictum po-

potiùs cenſendum ſit, *ibidem eod. numer.56.*

Filios filiarum non fuiſſe in *conditione poſitos* haud evincit digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, *vot.19. num.71. p.1.*

Sed ad ſummum paſſivam arguit illorum vocationem, *ibid.*

Filii in conditione poſiti, ad terminos *Gloſſ. in L. Lucius la 2. ff. de hered. inſtit.*, non cenſentur diſpoſitivè vocati, *vot.21. num.1. p.1.*

Verba namque conditionalia non diſponunt, *ibid. num.2.*

Filii in conditione poſiti, ex ſtatuto Urbis 142., cenſentur diſpoſitivè vocati, *vot.30. num.4. 5.*, *&* 11., *& vot.37. num.1. p.1.*

Procedit in toto Diſtrictu, *dict. vot.37. numer.2.*

Et æquè in Deſcendentibus, ac in Tranſverſalibus, *ibid. num.3.*

Filii in conditione poſiti quoties à Statuto vocantur, nepotes, concurrentibus filiis non veniunt filiorum nomine, *vot.37. numer.44. part.1.*

Pro excluſione vocationis *filiorum in conditione poſitorum* reſpondendum in dubio eſt, *vot.21. num.80. p.1.*

Procedit etiam in terminis Statuti, vocationem prædictam inducentis, *ibid. num.81.*

Filii in conditione poſiti, ex conjecturis vocati cenſentur, *vot.21. num.3. p.1.*

Pro inducenda vocatione *filiorum in conditione poſitorum* conjecturæ ſimul junctæ conſiderari debent, *vot.21. num.77. p.1.*

Vocatio *filiorum in conditione poſitorum*, ex conjecturis, de ſe imperfectis non valet elici, *vot. 21. num.7. p.1.*

Procedit etiam ad excluſionem Deſcendentium, *ibid. num.8.*

Leves autem, & imperfectæ conjecturæ, licèt ſimul junctæ, non admittuntur, *ibidem numer.78.*

Præſertim, ſi aliis elidantur conjecturis, *ibid. numer.79.*

Pro *filiorum in conditione poſitorum* inducenda vocatione certus præſcriptus non eſt conjecturarum numerus, *vot.13. nu.44. part.1.*

Neque certa, ac determinata regula tradi poteſt, *ibid. nu.45.*, *&* 48.

Sed quot, & quales eſſe debeant conjecturæ, arbitrio Judicis relinquitur, *ibid. num.46.*

Filiorum in conditione poſitorum vocatio levioribus inducitur conjecturis, quum de Aſcendentis diſpoſitione agitur, *vot.19. num.43.*, *vot.21. num.4. p.1.*

Item, quum de eorum vocatione tantùm activa, *vot.21. num.5. p.1.*

Et in Bonis non etiam Patrui, ſed Patris tantùm, *vot.21. num.6. p.1.*

Filiorum in conditione poſitorum vocationem arguit, volita legitimitatis, & naturalitatis qualitas, *vot.21. num.36. p.1.*

Intellige, quoties aliæ concurrant conjecturæ, illaque præſertim agnationis contemplatæ, *ibid. numer.37.*

Filiorum in conditione poſitorum vocationem arguit qualitas maſculinitatis, excluſis fœminis, exoptata, *vot.21. num.45.*, *&* 48. *p.1.*

Intellige, ſi hæc ipſos Filios, non, ſi alios dumtaxat afficiat Subſtitutos, *ibid. nu.46.*

Filiorum in conditione poſitorum vocatio rectè arguitur ex onere deferendi nomen, & inſignia, atque ex primogenituræ ordine injuncto Subſtitutis, *vot.21. num.50. p.1.*

Limita, quoties deficiat agnationis contemplatio, aut aliæ conjecturæ non concurrant, *ibid. num.52.*, *&* 53.

Vocationem *filiorum in conditione poſitorum* non inducit ordo perpetuæ primogenituræ, ac injunctum onus nominis, & inſignium, niſi filiis ipſis injunctum ſit, *vot.21. num.59. part.1.*

Pro vocatione *filiorum in conditione poſitorum* plurimùm à Doctoribus conſideratur conjectura contemplatæ agnationis tum digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, *vot.13. num.31. 36.*, *&* 42., *& vot.21. num.16. p.1.*

Hiſque deficientibus illorum vocatio regulariter non inducitur, *dict. vot.21. eod. nu.16.*

Aliæque conjecturæ inefficaces remanent, *dict. vot.21. num.76.*

Opus tamen non eſt, utramque ſimul conjecturam adeſſe, *dict. vot.13. nu.43. p.1.*

Filii in conditione poſiti, deficiente licèt contemplatione agnationis, ac digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, ex aliis conjecturis vocati dici poſſunt, *vot.21. nu.33. p.1.*, & ex quibus? *num.34.*, *& ſeq.*

Filii in conditione poſiti, ratione prædilectionis, vocati ſunt cenſendi, quoties filii fœminarum pariter in conditione poſiti, vocati fuerint, *vot.21. num.71. p.1.*

Vocatio *filiorum in conditione poſitorum* non eſt à majori, vel minori prædilectione Subſtitutorum dimetienda, *vot.21. num.72. p.1.*

Textus in L. Julius ff. de hered. inſtit. ad rem perpenditur, ac declaratur *ibid.*

Filiorum in conditione poſitorum vocationem inducit ſtrictiſſima alienationis prohibitio, heredibus, & eorum Deſcendentibus injuncta, *vot. 13. num.30. p.1.*

Vocationis conjectura eſt, ſi diſpoſitio ſit realis, *vot.21. num.38. p.1.*

Filiorum in conditione poſitorum vocationem non arguit realis diſpoſitio, quum ad caſum obitus primi heredis ſinè filiis reſtricta eſt, *vot.21. nu. 41. p.1.*

Sic etiam clauſula codicillaris conjecturam vocationis præbet, *dict. vot.21. num.68.*

Sed leviſſimam, *ibid.*, *& nu.69.*

Conjectura pariter eſt, ſi adhibitum à Teſtatore fuerit gallicum nomen *enfans*, plurium graduum collectivum, *dict. vot.21. num.34.*

Filiorum in conditione poſitorum vocatio ex reciproca inter primos vocatos ſubſtitutione certò inducitur, *vot.13. num.28. p.1.*

Præcipuè, quando poſt reciprocam ejuſmodi ſubſtitutionem ſunt invitati Extranei, *ibid. nu.29.*

Conjectura tamen hæc non attenditur, ubi cono-

Digitized by Google

notatio ſucceſſivi temporis deficiat, *dict.vot.21. num.35. part.1.*

Vocatio *filiorum in conditione poſitorum* arguitur ex prohibita Legitimæ, ac trebellianicæ detractione; & quando ſecus? *vot.21. nu.42., & 43. part.1.*

Filiorum in conditione poſitorum vocationem non arguit, Legitimæ, ac trebellianicæ detractio, pendens ab obitu primi heredis ſinè filiis, aliiſque deſtituta conjecturis, *vot. 21. numer. 43. part.1.*

Filii poſiti ſub caſuali *conditione*, pendente à facto Patris, nonniſi ſub tali conditione vocati cenſentur, *vot.17. num.79., & 80. part.1.*

Ejuſdemque conditionis defectus illorum vocationem ceſſare facit, *ibid. nu.81.*

Vocatio *filiorum in conditione poſitorum* ex quibus excludatur conjecturis? *vot.21. numer.9., & ſeq.p.1.*

Filiorum in conditione poſitorum vocatio excluditur ex non injuncto reſtitutionis onere favore illorum, *vot.21. nu.12.p.1.*

Maximè ex vocatione expreſſim facta de Subſtitutis, pariter in conditione poſitis, *ibidem numer.13.*

Filiorum in conditione poſitorum vocationem excludit diſpoſitio in perpetuum non collata, nec de Succeſſoribus, linea, aut familia mentionem faciens, *vot.21. nu.14.p.1.*

Filium ex juris neceſſitate *inſtituere* Pater tenetur, *vot.8. num.3. p.2.*

Quoad *filium* non expreſſo *inſtitutionis* titulo, non ſuſtinetur paternum teſtamentum, *vot.8. num.1. p.2.*

Limita, ſi in Relicto, illi facto, Pater de *inſtitutione* Intellexiſſe videatur, *ibid. num.3.*

Satis autem eſt verba adhibuiſſe, inſtitutioni æquipollentia, *ibid. num.6.*

Filii inſtitutionem plures verborum formulæ importare valent, licèt nominatim illam non exprimant, *vot.8. num.7. part.2.*

Ad directam *filii* inſtitutionem trahi poteſt verbum = *conſeguire* = à Teſtatore adbibitum, *vot. 8. num.23. p.2.*

Filii inſtitutio ex quibuſcumque verbis poteſt concipi, & facta dici, *vot.8. num.5. p.2.*

Ad *filii* inſtitutionem trahi nequeunt paterni teſtamenti verba, quæ ad ipſum filium non ſint directa, *vot.8. nu.2. p.2.*

Filium titulo *inſtitutionis* honoratum arguit ei relicta trebellianica, *vot.8. num.22. p.2.*

Filio relictum quid in cauſſam Legitimæ, præſumitur *inſtitutionis* titulo relictum, *vot.8. num. 14. p.2.*

Filio alimenta, aliaſque præſtationes Pater *inſtitutionis* cauſâ reliquiſſe cenſetur, ſi imputanda eſſe mandavit in id, quod filio de jure deberetur, *vot.8. nu.15. p.2.*

Filius, exceptâ *Legitimâ*, nullum habet jus, ſaltem conſiderabile, in Parentum Bonis, *vot.3. nu. 16. part.2.*

Filius, quidquid præter *Legitimam* conſequitur, nonniſi ex voluntaria Parentum liberalitate obtinere dicitur, *vot.3. num.17. p.2.*

Filio prius quam *Legitima* aſſignetur, dotes ab aſſe hereditario ſunt detrahendæ, *vot.23. num. 81. p.2.*

Filius in *Legitimæ* deductione reputatur jure creditoris, *vot.3. numer.4. p.2.*

Filiis Legitima in alimentorum cauſſam eſt à jure conſtituta, *vot.8. nu.12. part.2.*

Filiis alimenta loco *Legitimæ*, hæc verò alimentorum vice tradi cenſetur, *vot.8. numer.13. part.2.*

Filio magis expedit *Legitimam* in proprietate, quàm totum aſſe in uſufructu habere, *vot.24. num.6., & 183. p.2.*

Filiis Legitima ab omni onere immunis reſervanda eſt, *vot.20. num.11. p.1.*

Filio volente, & adprobante, ſuſtinetur onus ſuper *Legitimâ* à Patre impoſitum, *vot.5. nu.26. part.2.*

Sufficit autem adprobatio facta, generalibus verbis, quæ particulari adprobationi æquipolleant, *ibid. num.28.*

Filio adprobante teſtamentum Patris, adhuc *Legitima*, de qua mentio facta non eſt, præſervata dici poteſt, *vot.8. num.42., & 48. p.2.*

Filium etiam in *Legitima*, Teſtator gravare poteſt, ſervatâ *Soccini* cautelâ, *vot.33. nu.10. p.1.*

Filius paternam diſpoſitionem acceptando abſque certâ, & individua ſcientiâ oneris, ſibi non præjudicat in *Legitima*, *vot.5. numer.17. part.2.*

De qua ſcientia ſi non conſtet, ignorantia præſumitur, *ibid. num.18.*

Maximè in muliere, *ibid.*

In *filio* ex quibus conijci poſſit ſcientia oneris, ſuper *Legitimâ* impoſiti? *vot.24. numer.193. part.2.*

Scientia ejuſmodi adfuiſſe cenſetur, ſi de opulentiſſimo agebatur patrimonio, *ibid.*

Item, ſi filius copiam teſtamenti extrahi curavit, *vot.5. nu.42. p.2., & dict. vot.24. nu.195.*

Maximè, ſi nedum illam penes ſe retinuit, ſed duas alias exarare fecit, *dict. vot.24. numer.19.*

Et, ſi publicum edidit Procuræ mandatum, ſe enunciando heredem Patris, *ibid num.198.*

Si Legata ſolvit, *ibid. num.199.*

Si literis ad Correſponſales datis ſeſe unicum (ut re ipſâ erat) heredem evulgavit, *ibid. numer. 201., & 204.*

Si, quid alteri fratri Pater reliquerat, ſciebat, *ibid. num.203.*

Si prorogationem termini petiit à Principe ad deliberandum de hereditatis aditione, *ibid. numer.205.*

Si fratrem heredem in judicio pulſavit ad inventarii confectionem pro deliberando, an ſibi expediret Legatum acceptare nec ne, *dict. vot.5. num.43. p.2.*

Et, ſi Laudum, mandans Legati ſolutionem ad formam paterni teſtamenti, expreſſim acceptavit, *ibid. num.44.*

In

In *filio*, etiam inſtituto cum *Soccini* cautela, ſcientia oneris, ſuper Legitimâ impoſiti, requiritur, ut hereditatem cum tali onere acceptaſſe dicatur, *vol.5. num.*17., & *vol.*24. *num.*1. 4., & 120. *p.*2.

Quæ ſcientia debet eſſe certa, & poſitiva, non autem præſumpta, *ibidem num.*2.

Maximè, ubi de actu præjudiciali agitur, ac proprii juris abdicativo, *ibid. num.*5.

Filii conſenſus, nou autem Patris ordinatio vim tribuit acceptationi oneris ſuper *Legitimâ*, *vol.* 5. *num.*13. *p.*2.

Filius ſibi imputet, ſi alimenta, ſub conditione ſibi legata, potiùs, quàm Legitimam recipiendo, Legitimæ renunciaſſe videatur, *vol.*5. *nu.* 21. *part.*2.

Filius ex gravamine cum *Soccini* cautela adpoſito ſuper *Legitimâ*, nullum pati præjudicium dicitur, *vol.*24. *num.*124. *p.*2.

Filii conſenſus, ut ſuſtineatur gravamen, ſuper *Legitimâ* impoſitum, debet eſſe expreſſus, vel expreſſo æquipollens, *vol.*24. *numer.*166. *part.*2.

Ejuſmodi cooſenſus, quoties cautela *Soccini* ſervata fuerit, non requiritur pro forma, ſed pro paternæ diſpoſitionis executione, *ibidem num.*174.

Pro hac autem ſufficit legalis ipſius filii conſenſus, ex aditione reſultans, *ibid.*, & *nu.*184.

Et generica ſcientia gravaminis, *ibid. num.*176., & 185.

Super *Filii Legitimâ* impoſitum à Patre gravamen, ut ſuſtineatur, opus eſt, cum voluntate Patris claram concurrere voluntatem filii, *vol.* 24. *num.*160. *p.*2.

Quæ in præjudicialibus non præſumitur, *ibidem num.*161., & 166.

Generalem autem ſcientiam gravaminis junctam cum aditione hereditatis, ſufficere, id procedit, quaodo de clara adeundi voluntate, ac certò de aditione conſtat, *ibid. num.*162.

Declara, hæc locum ſibi vindicare in ſimplici prohibitiooe Legitimæ, facta, non adhibitâ *Soccini* cautelâ, *ibid. num.*163.

Secus, quando ſervata ſit, *ibid. num.*167.

Filius, ut ſibi in *Legitima* relicta cum *Soccini* cautela, præjudicaſſe per aditionem cenſeatur, non requiritur expreſſa acceptatio, aut ſcientia onerum, *vol.*24. *num.*153. *p.*2.

Sed generica eorum cognitio, atque acceptatio ſufficit, *ibidem num.*154.

Etiam per ſimplicem hereditatis aditionem, ac ſinè expreſsâ renunciatione Legitimæ, *ibid. nu.* 158., & *num.*184.

Explicantur *deciſ. Sac. Rot. impreſſa apud Rodulphin. poſt allegat.*115., in quibus expreſſa etiam acceptatio concurrebat, *ibidem numer.*159., & 187.

Aliæ itidem declarantur auctoritates, quæ in contrarium adferri poſſent, *ibid. num.*188.

Procedit maximè principalis concluſio, quoties cautela *Soccini* nou per æquipollens tantùm, ſed formaliter ſervata fuerit, *ibid. num.*155.

Quod tamen formaliter ſervata fuerit, pro effectu antedicto, opus noo eſt, *ibid. nu.*157.

Ex quibus autem generica onerum cognitio atque acceptatio tacita reſultare valeat? *ibidem numer.*156.

Filius paternum teſtamentum cum onere acceptans, Legitimæ jure decidiſſe dicitur, quoties cautela *Soccini* tacite, vel expreſsè fuerit ſervata, *vol.*8. *num.*34. *p.*2.

Procedit etiam de Minore, ac nullis etiam ſolemnitatibus adhibitis, *ibid. nu.*135.

Vel ſufficit, quod factus major, numquam reclamarit, *ibid. num.*36.; Declara, ut *num.*37., & *ſeq.*

A filio minore facta ſimplex acceptatio paterni teſtamenti, eidem, etiam ſervatâ *Soccini* cautelâ, non præjudicat in Legitima, *vol.*8. *num.*45., & 47. *p.*2.

Procedit, licèt de expreſſa acceptatione agitur, facta cum expreſſa etiam Legitimæ meotione, quoties eadem cautela ita explicata appareat, ut nempe filius poſſit, vel menſtruas quaſdam præſtatiohes (reipsâ non correſpondentes fructibus Legitimæ,) vel Legitimam ipſam alternative conſequi, *ibid.*

Quo caſu filio eò minùs præjudicat ſimplex duntaxat acceptatio tacita, *ibid. num.*48.

Præſertim, ſi ignoraverit patrimonii vires, *ibid. numer.*51.

Procedit, licèt, factus major, diù paternam hereditatem poſſederit, *ibid. num.*50.

Filio integrum non eſt paternam ſuſcipere hereditatem, atque onera non agnoſcere, *vol.*24. *nu.*172. *p.*2.

Filius ſcire debuit, ex aditione paternæ hereditatis ad onera ſeſe obſtringi, *vol.*24. *num.*173., & 177. *p.*2.

Filio præjudicat quidem acceptatio gravaminis ſuper Legitimâ, quando facultas ei data fuerit, vel integram Legitimam, vel univerſam hereditatem conſequendi cum gravamine, *vol.*8. *num.*37. *p.*2.

Vel quando ipſi Legata relicta ſint, Legitimam excedentia, *ibid. nu.*38.

Secus tamen eſt, ſi menſtrua quædam aſſignatio, vel Legitima alternativè fuerit relicta, *ibid. num.*39.

Tunc enim ſimplex acceptatio non ſufficit, ſed expreſſa requiritur Legitimæ renunciatio, *ibid. num.*40., ratio *ibid.*, & *vid. num.*45., & *ſeq.*

Filio ſi minùs Legitimâ relictum ſit, cautela *Soccini* non dicitur ſervata, *vol.* 5. *numer.* 14. *part.*2.

Filio relictâ portione, Legitimam non adæquante, præceptum plus non petendi nullum, atque irritum eſt, *vol.*5. *num.*16. *p.*2.

Filio ſuitas eſt pro *aditione*, & in eo continuari dicitur, non adquiri hereditas, *vol.*24. *nu.*13. *part.*2.

In *filium* abſque *aditione* expreſsâ, dominium rerum paternarum continuatur miniſterio Legis, *vol.*23. *nu.*44. *p.*2.

Et, niſi de abſtenſione doceatur, adita ab eo hereditas præſumitur, *ibid. nu.45.*

Filii eſt ſe immiſcere, non autem adire, *vot. 24. nu.20. p.2.*

Filius paternam tranſmittit hereditatem, licèt non adierit, *ibid.*

Filius ſolâ immixtione Bonis Patris heres fit, *vot. 24. nu.11. p.2.*

Et faciliùs miſcere ſe videtur filius, quàm pro herede ſe gerere Extraneus; *ibid. nu.12.*; ratio *nu.13.*, & 14.

Filius ſuus, & heres eſt, *aditione* etiam non factâ, *vot.24. num.21. p.2.*

Atque ante apertas tabulas, *ibid. num.23.*

Etiam pro effectu hereditatis tranſmittendæ, *ibid. num. 22.*

Filius ex neceſſitate quadam paternam acceptare diſpoſitionem tenetur, *vot.24. nu. 16. p.2.*

Jure enim tantùm Prætorio jus abſtinendi habet, & facilè illud amittit, *ibid. num.17.*

Filius, ut jure abſtinendi frui poſſit, paternæ hereditati omninò immiſcere ſe non debet, *vot. 24. nu.18. p.2.*

Filius non efficitur heres Patris, niſi poſt illius mortem, nec poteſt præventivè cogi ad declarandum, ſe heredem eſſe nolle, *vot.24. nu.71. part.1.*

Contra *filium* tamquam heredem ſi non creditores, ſed coheredes agant, faciliùs hereditatis *aditio* excluditur, *vot.24. nu.74. p.2.*

Eoque caſu benignior etiam Statuti capienda eſt interpretatio, *ibid.* & quando ſecus? *num. 80.*

In *filio* faciliùs præſumitur adeundi animus, *vot. 24. num.30. p.2.*

In *filio* ex ſolutione debitorum paternorum ſatis inducta dicitur hereditatis *aditio*, *vot.23. nu.47. part.2.*

Maximè hæc autem arguitur ex Bonorum poſſeſſione, *ibid. nu.48.*

Filio in pupillari ætate conſtituto, paternam ejus nomine hereditatem adiviſſe mater præſumitur, *vot.23. nu.46. p.2.*

Filius licèt hereditatem recuſaverit, poteſt, rebus paternis in eodem ſtatu permanentibus, illam adire, *vot.24. nu.113. 116.*, & *ſeq. part. 2.*, ratio *dict. num.113.*

Filius præcedentem hereditatis *abſtenſionem* revocare poteſt, *vot.24. nu.86. p.2.*

Non ita *aditionem*, ſemel factam, *ibid. nu.87.*, & *111.*, ratio *dict. num.86.*

Filius quando etiam ſimpliciter paternæ hereditati ſe immiſcuerit, nequit deinde, aliquid retinendo pro Legitima, hereditatem repudiare, *vot.24. nu.89. p.2.*

Filio antequam deliberet acceptare, vel repudiare hereditatem, alimenta, nonniſi auctore Prætore, decernenda ſunt, *vot.24. nu.68. p.2.*

Filius in peculio caſtrenſi, aliaque re qualibet, ex propria perſona ad ipſum pertinente, gravari poteſt, *vot.24. nu.170. p.2.*

Gravamen autem convalidatur implicitâ dumtaxat acceptatione, ex aditione reſultante, *ibid. num.171.*

Filium in Legitima gravare ſi potuit Teſtator, eò magis potuit in Bonis illius propriis, *vot.33. nu. 11. p.1.*

Implicita *filii* acceptatio, ex aditione reſultans, ſat eſt ad convalidandum *gravamen*, ſuper caſtrenſi ejus peculio impoſitum, *vot. 24. numer. 170. part.2.*

Filius per aditionem adprobaſſe cenſetur fideicommiſſum, ſuper ſuis Bonis ordinatum, *vot.24. nu.175. p.2.*

Atque univerſum acceptaſſe Patris teſtamentum cum *oneribus*, ſivè ea ſciverit, ſive ignoraverit, *ibid. nu.176.*

Filio ab inteſtato ſinè Liberis decedenti Mater, aut Pater, aut reliqui Aſcendentes, ſi ſoli ſint, in univerſum ſuccedunt; ſolùm autem pro virili, ſi cum eis fratres, aut ſorores concurrant, *vot. 23. num.1. p.2.*

Intellige tamen de fratribus, aut ſororibus utrinque conjunctis, *ibid. num.3.*, & 16.

Vid. *Fideicommiſſum*, *heres*, *Mater*, *ſubſtitutio*, *Teſtator*.

FÆMINA.

Fœmina eſt tamquam parvum nigrum, lineam maſculinam interſecans, *vot. 11. num.78.*, & *vot. 19. num.21. p.1.*

Diciturque finis lineæ maſculinæ, atque initium fœmininæ, *dict. vot.11. num.79.*

Fœmina, licèt aliam incipiat lineam, in linea, ſeu familia Patris continetur, *vot.11. numer. 3. part.1.*

Fœmina, quamvis finis lineæ paternæ, pars ejus tamen dicitur, *vot.11. nu.4. p.1.*

Fœmina, licèt nubat extra familiam, ſemper tamen retinet familiam, & agnationem Patris, *vot.11. nu.10. p.1.*

Fœminæ nuptæ in familia conſervant quidem agnationem, ſed illam de linea viri, non illam de linea ſua, *vot.2. num.54. p.2.*

Fœmina nupta in familia, ad feudi ſucceſſionem reſtituitur vigore gratiæ, excluſionem limitantis ad fœminas, extra familiam nuptas, *vot.1. nu. 71. p.2.*

Intellige, ſi uni ex vocatis nupſerit, *ibid. numer.72.*

Fœmina inter Agnatos numeratur, *vot.11. nu. 33. part.1.*

Agnationem tamen non conſervat; immò perimit, & finit, *vot.9. nu.115.*, & *135.*, *dict. vot. 11. nu.33. p.1.*, & *vot.12. nu.35. p.2.*

Per fœminam agnatio corrumpi dicitur, & generari cognatio, *vot.1. nu. 14.*, & *vot.2. nu.53. part.2.*

Fœmina, licèt proximior de familia, non tamen proximior de agnatione eſt, *vot.11. numer. 53. part.1.*

Fœmina familiam ſuam non propagat, *vot.1. num. 53. p.2.*

Fœmina familiæ ſuæ caput, & finis eſt, *vot.41. nu. 15.*, & *vot.1. nu. 14.* & *51. p.2.*

Per *fœminam* Bona extra familiam tranſeunt, *vot. 11. num. 36.*, & *51. p.1.*

Fœmina non parit Deſcendentes Agnatos, ſed Aſcen-

Digitized by Google

ſcendentes, & Tranſverſales dumtaxat agnatos habet, *vot.1. numer. 51., & vot. 2. numer. 53. part.2.*

Fœminæ artificialem Teſtatoris agnationem conſervare poſſunt per uſum cognominis, & inſignium, *vot.32. num.44., & 47. p.2.*

Fœminarum nomen omnibus diverſorum graduum fœminis commune eſt, *vot.40. nu. 7. p.1.*

Fœminæ æquè, ac Maſculi veniunt proximiorum nomine, *vot.27. nu.53. p.1.*

Etiam *fœminas* comprehendit vocatio Succeſſorum, nominibus, ac verbis indifferentibus concepta, *vot.39. nu.54., & 58. p.1.*

Secus, ſi Teſtator in voto habuit familiæ, & agnationis conſervationem, *ibid. num. 55.*

Quod intellige, ut, exiſtentibus dumtaxat Maſculis, fœminæ excluſæ cenſeantur, *ibid. numer.56.*

Fœminæ ſub vocatione Succeſſorum, factâ verbis indifferentibus, veniunt quaſi per poſteriùs vocatæ, & Maſculis vulgariter ſubſtitutæ, *vot.39. num.57. p.1.*

Fœminæ æquè, ac Maſculi veniunt *Deſcendentium* nomine, *vot.14. nu.8. p.1.*

Appellatione *ſuorum*, *Liberorum*, ac *Deſcendentium* veniunt etiam *fœminæ*, *vot.2. num.46. 47. & 48., & vot.7. nu.85. p.1.*

Fœminas ſub *Deſcendentium* nomine comprehendi, ſuadet præſumpta conformatio diſpoſitioni Juris communis, *vot.41. nu.5. p.1.*

Fœminæ ſub nomine *filiorum*, quos Teſtator vocavit, non comprehenduntur, ſi adſit Statutum fœminas excludens, *vot.41. nu.65. p.1.*

Fœminas, comprehendi ſub *Deſcendentium* nomine, etiamſi Statutum adſit, fœminas excludens, dixit *Marta*, *vot.41. nu.29. p.1.*

Fœminæ, æquè ac Maſculi, ex *Statuto Urbis* 142. appellatione *filiorum* in conditione poſitorum comprehenduntur, *vot.37. nu.7. part.1.*

Fœminæ, ex *Statuto Urbis* non veniunt appellatione *filiorum* in conditione poſitorum, quoties agnatio contemplata fuerit, *vot. 37. num. 37. part.1.*

Intellige de vera, & rigoroſa agnatione, *ibid. num.38.*

Fœminæ, etiam, à filiabus deſcendentes, quoties deficiat agnationis contemplatio, veniunt ſub *Deſcendentium* nomine, *vot.40. nu.19. p.1.*

Filiorum nomen adhibitum abſque adjecto maſculinitatis, *fœminas* æquè ac Maſculos comprehendit, *vot.21. nu.25. p.1.*

Fœminæ ſub vocatione *Deſcendentium maſculorum* venire nequeunt, *vot.25. nu.48., & vot. 27. nu. 132. p.1.*

Stante præſertim agnationis contemplatione, *dict. vot.27. num.133.*

Voto perpetuæ conſervationis Bonorum in familia, *ibid. nu.134.*

Atque expreſsâ illarum excluſione, *ibid. numer. 135.*

Fœminas excludit *lineæ maſculinæ* vocatio, *vot.32. num.53. p.2.*

Fœminis etiam convenit vocatio *Deſcendentium per lineam maſculinam*, *vot. 11. nu.1. 5. & 41., & vot.32. nu.54. p.2.*

Niſi certò conſtet de contraria Teſtatoris voluntate, *dict. vot.11. num.6.*

Fœminæ, quæ in progreſſu oriuntur, procul dubio appellatione *deſcendentium ex linea maſculina* continentur, *vot.11. num.22. p.1.*

Fœminæ non comprehenduntur appellatione *deſcendentium ex linea maſculina*, quoties agnatio contemplata fuerit, *vot.11. num.42.58., & 74. part.1.*

Tunc enim veniunt Maſculi dumtaxat ex Maſculis, *ibid.*

Excluſis quoque Maſculis ex fœminis, *ibidem num.44.*

Procedit, licèt ſimpliciter vocati ſint Deſcendentes, & proximiores de familia, *ibid. numer. 43.*

Fœmina quoad ſucceſſionem ad fideicommiſſum agnatitium non dicitur de lineâ maſculina, quamvis ex Maſculo procedat, *vot.9. nu.114. p.1.*

Fœminæ æquè, ac maſculi de jure communi ad ſucceſſionem veniunt, *vot.1. num.1. p.2.*

Servatâ inter eoſdem proximitatis prærogativâ intra decimum gradum, *ibid. & num. 82.*

Fœminis maſculos præferens Teſtator, eas vocaſſe cenſetur, *vot.41. nu.41. p.1.*

Fœminarum vocatio elidi poteſt ex parte prohibitiva, & privativa in caſu delicti, licet in parte diſpoſitiva vocati fuerint Maſculi primi dumtaxat gradus, *vot.43. nu.84.85.86. p.1.*

Fœminæ cenſentur vocatæ, ſi pro earum excluſione nec conjectura ulla, nec agnationis conſervandæ votum concurrat, *vot.2. nu.49. p.2.*

Fœminarum excluſionem nequit operari ratio conſervationis Bonorum ſubinde adjecta in parte prohibitiva, quoties in præcedenti diſpoſitiva parte, tàm Maſculi, quàm fœminæ vocati ſint, *vot.39. nu.58. p.1.*

Procedit, licèt prohibitiva ad ſolos Maſculos reſtricta appareat, *ibid. nu.59.*

Fœminæ ſubſidiarie tantùm vocatæ cenſentur poſt Maſculos, *vot.2. nu.43. p.1.*

Et, nonniſi poſt illos, admitti poſſunt, *vot.30. num.11. p.1.*

Procedit, licèt diſpoſitio concepta ſit nomine collectivo plurium graduum, & perſonarum, *dict. vot.2. nu.44.*

Ex non ſecuta admiſſione *fœminæ*, ejuſque filiorum juſta capienda eſt diſpoſitionis interpretatio, *vot.41. num.26. p.1.*

Fœminis vocatis non obeſt obſervantia, ſolos maſculos admittens, niſi doceatur, quod eæ ſcientiam habuerint fideicommiſſi, ejuſque purificationis ad earum favorem, *vot. 2. numer. 63. part.1.*

Fœminæ, earumque filii remotiores ſi ad totam hereditatem ſint vocati, magis ad eam vocati ſunt cenſendi Maſculi proximiores, *vot.30. num. 70. part.1.*

Fœminis poſt maſculos vocatis, eò faciliùs maſculi ex fœminis cenſentur in ſubſidium admiſſi, *vot.39. num.62. p.1.*

Fœminis, earumque Deſcendentibus per modum regulæ non excluſis, aut agnatione non contemplatâ, faciliùs favore earum filiorum fit locus diſpoſitioni *L. Cum Avus*, & *L. Cum acutiſſimi*, *vot.19. num. 73.*, & *74. p.1.*

Fœminis fœminarum à Teſtatore vocatis, eò magis *fœminæ ex Maſculis* vocatæ ſunt cenſendæ, *vot. 40. numer. 22. 27.*, & *29.*; ratio *numer. 23.*, & *24.*

Fœminas ex Maſculis deterioris eſſe debere conditionis, quàm *fœminas*, *ex aliis fœminis* progenitas, abſurdum eſt, *vot.40. num.28. p.1.*

In *fœminas ex maſculis*, magis, quàm in *fœminas fœminarum* fertur Teſtatoris affectio, *vot. 40. num.24. p.1.*

Quin etiam magis, quàm in proprias filias, *ibid. num. 25.*

Bonorum conſervationi æquè confert vocatio *fœminarum* tàm à *fœminis*, quàm à *maſculis* deſcendentium, *vot.40. num.23. p.1.*

Fœminæ, nonniſi deficientibus Agnatis maſculis vocatæ, nequeunt, ex conjectura voluntatis Teſtatoris, à Statuto deſumpta, iis extantibus, admitti, *vot.22. n.80.*, & *81. p.1.*

Fœminarum vocatio relativè ad aliquem facta, de illius *filiabus* intelligitur, *vot.40. n.1. p. 1.*

Concurrente præſertim Teſtatoris voluntate, elicitâ ex teſtamenti verbis, *ibid. num. 2.*

Fœminarum alicujus vocatio collata in remotiſſimum tempus, non ſolum immediatas, ſed etiam *ulteriores* illius *fœminas* cenſetur comprehendere, *vot.40. n.51. 56. 69.*, & *74. p.1.*

Procedit, licet poſt fœminas vocati ſint Deſcendentes illarum, *ibid. num.54.*

Et maximè ſi res agatur in ingreſſu, non autem in progreſſu eorum ſubſtitutionis *ibidem numer.55.*

Fœminarum alicujus appellatione, *ulteriores* etiam deſcendentes *fœminas* comprehenſas arguit prohibitio Legitimæ, ac trebellianicæ, *vot. 40. n.58. p.1.*

Idem arguit digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, *ibid. n. 59.*

Atque excluſio Fiſci, & Religionis, *ibid. n.60.*

Argumenta autem hæc unitim accipienda ſunt, *ibid. n.61.*

Fœminarum alicujus vocatio, expreſſo ejuſdem nomine, an *taxativè*, vel *demonſtrativè* intelligenda ſit, à Teſtatoris voluntate pendet, *vot. 40. n.9. p.1.*

Hæc autem ex quibus elici valeat? *ibid. num.10.*

Ejuſmodi vocatio *non taxativè*, ſed *demonſtrativè* debet accipi, conjecturis concurrentibus, & quæ illæ ſint? *ibid. n. 11. 13. & ſeq.*

Fœminarum vocatio facta cum prohibitione alienationis non eſt cenſenda ad fœminas immediatas reſtricta, ſed extenſa ad *ulteriores* Deſcendentes *fœminas*, *vot. 40. n. 46. p.1.*

Stante præſertim ratione conſervationis Bonorum per modum cauſſæ finalis, & quidem in proemio adpoſitæ, *ibid. n. 47.*

Fœminarum ſubſtitutio facta *in caſu obitus* filiorum, & heredum ſinè filiis, an per obitum ultimi ex heredibus inſtitutis cum filiis, juxta *Conſ. Oldradi* 21. expiraſſe dicenda ſit? *vot.32, num.1. & ſeq.*

Fœminarum ſubſtitutio facta *morendo tutti li detti ſuoi Eredi*; debet intelligi in defectu maſculorum omnium utriuſque lineæ, comprehenſorum ſub dicto heredum nomine, *vot. 30. num. 72.*, & *73. p.1.*

Nec poteſt verificari, niſi in caſu obitus ultimi maſculi ex utraque linea, *ibid. n. 74.*

Procedit maximè, quando filiæ non ipſorum maſculorum, ſed Teſtatoris, & quidem in tota hereditate ſubſtitutæ fuerint, *ibid. n. 76.*

Fœminarum ſubſtitutio purificata dici nequit, exiſtente aliquo ex maſculis, prælativè vocatis, *vot. 39. num. 1. p.1.*

Procedit, ſive ſit maſculus ex maſculo, ſive maſculus ex fœmina, *ibid. num. 2.*, Intellige *ut num.3. & ſeq.*

Fœminarum proximiorum, & deficiente lineâ maſculinâ *ſuperſtitum* vocatio non comprehendit illas, quæ ante deficientiam ejuſdem lineæ obierint, *vot.36. num.2.*, & *8. p.1.*

Adeout per iſtarum præmorientiam caducata cenſeatur tùm ipſarum vocatio, tùm ſequens ſubſtitutio filiorum earumdem, *ibid. numer. 31.*, & *41.*

Fœminarum, tempore deficientis lineæ maſculinæ *ſuperſtitum*, & proximiorum vocatio incerta eſt quoad perſonas, & tempus, *vot.36. num.5.*, & *30. p.1.*

Fœminarum ſuperſtitum appellatione venire non poteſt filius præmortuæ, *vot.36. n.10. p.1.*

Fœminas ſuperſtites, ac deinde earum maſculos Teſtator vocans cum onere aſſumendi cognominis, eas non tamquam extremum, ſed tamquam medium reſpexiſſe dicitur, *vot. 36. n.53. part.1.*

Et fœminas non *taxativè*, ſed *demonſtrativè* expreſſiſſe, ad deſignandam nempe originem, *ibid. n. 51.*, & *67.*

Ac proinde earum exiſtentia vim non habet conditionis, ſub quâ vocati ſint cenſendi earum Maſculi, *ibid. n.52.*

Præſertim, ſi vocatio fœminarum, earumque Maſculorum ſit collata in tempus remotiſſimum, *ibid. n.54.*

Fœminarum excluſio, & Maſculorum incluſio in quacumque diſpoſitione, intuitu agnationis facta, & maximè in Statutaria extendi non debet ultra gradus, & perſonas contemplatas, *vot. 1. num.90.*, & *vot.2. num.18. p. 2.*

Fœminæ excluſæ nequeunt melioris eſſe conditionis, quàm maſculi excludentes, *vot.24. nu.27. part.1.*

Fœmina excluſa, donec exiſtant Maſculi, extranea non eſt, ſed verè ſua remanet, *vot.15. n.33. part.2.*

Fœminæ, quarum Deſcendentes Teſtator contempla-

platus fuit, pro extraneis haberi nequeunt, *vot. 44. num. 80. p. 1.*

Fœminas intuitu aguationis excludens Pater, Avus, vel alius Aſcendens, illis de dote, & alimentis providere ſolet, *vot. 12. n. 51. p. 2.*

Excluſis *fœminis*, excluſi dicendi ſunt, etiam Maſculi, ab iis deſcendentes, *vot. 12. num. 7. part. 2.*

Fœminarum excluſio ad earum filios maſculos non extenditur, *vot. 27. num. 136. p. 1.*

Solaque ſpes illorum procreationis impedit, nè Subſtituti remotiores admittantur, *ibid. n. 137.*

Suſpenſâ interim ſucceſſione, ac delatâ Bonorum adminiſtratione heredi heredis gravati, non autem ad Fideicommiſſarium, *ibid. n. 38.*

Procedit etiam in diſpoſitione, per viam primogenituræ ordinata, *ibid. num. 39.*

Fœminis excluſis, adhuc earum filii ad ſucceſſionem adſpirare poſſunt, non ex perſona Matris, ſed ex propria eorum vocatione, *vot. 25. n. 58. part. 1.*

Fœmina à fideicommiſſo excluſa, de re non ſua diſponit, cum res fideicommiſſarias alienat, *vot. 25. num. 59. p. 1.*

Earumque pretium pro reintegratione fideicommiſſi inveſtire tenetur, *ibid. num. 60.*

Fœminæ, licèt excluſæ, vocatæ ſunt cenſendæ in dote, ipſis conſtituenda ex fructibus Bonorum fideicommiſſariorum, *vot. 24. num. 26. p. 1.*

Fœminæ expreſſim excluſæ, juvari nequeunt diſpoſitione *L. Cum Avus*, & *L. Cum acutiſſimi*, *vot. 11. num. 59. p. 1.*

Præſertim, ſi, Maſculis deficientibus, non ipſæ, ſed Maſculi vocati ſint, *ibid. num. 60.*

Fœminas æquè, ac Maſculos comprehendit pietatis ratio, ex diſpoſitione ejuſdem *L. Cum Avus &c.*, *vot. 12. num. 16.*, & *17. p. 2.*

Idque procedit pro excludendo Subſtituto, etiam deſcendente, *ibid. nu. 18.*

Maximè verò pro excludendo extraneo, *ibid. numèr. 19.*

Ac etiam pia Cauſa, *ibid.*

Fœminas, quibus æqualis pietatis, & prædilectionis gratia favebat, Teſtatorem voluiſſe exeludere, præſumendum non eſt, *vot. 41. n. 66. part. 1.*

Fœminis etiam excluſis favet naturalis pietatis, ratio, eaſque, deficientibus Maſculis, admittit, *vot. 19. num. 66. 69.*, & *70. p. 1.*

Præſertim in concurſu Extranei, *ibid.*, & *vot. 12. num. 32. p. 2.*

Et quoties non reſiſtat voluntas Teſtatoris, *dict. vot. 12. num. 34. p. 2.*

Fœminas, deficientibus etiam Maſculis, fuiſſe excluſas, non benè arguitur ex ſola Maſculorum vocatione, *vot. 12. num. 29. p. 2.*

Fœminarum excluſionis pro receſſu à diſpoſitione *L. cum Avus*, & *L. cum Acutiſſimi* ſufficiens conjectura non eſt qualitas maſculinitatis in conditione poſita abſque agnationis contemplatione, aut fideicommiſſi gravamine, *vot. 12. num. 28. p. 2.*

Fœminas in concurſu tantùm cum Maſculis excludere voluiſſe Teſtator cenſetur, ſi eas non per modum regulæ excluſit, nullàque habitâ agnationis contemplatione, Extraneum ſubſtituit, *vot. 12. nu. 33. part. 2.*

Fœminarum perpetua excluſio indicat ſexus prædilectionem non verò operatur fideicommiſſi extenſionem ad perſonas non expreſſas, *vot. 15. num. 12. part. 1.*

Fœminæ, licèt proximiores, ex ſola Maſculorum remotiorum alterius lineæ prædilectione excluduntur, *vot. 10. num. 145. p. 1.*

Maximè, ſi inter Deſcendentes agitur ejuſdem lineæ, *ibid. num. 146.*

Quorum reſpectu opus non eſt reciprocæ linearis probatione, *ibid. num. 147.*

Ex Lege veteris Teſtamenti, *fœminæ* excludebantur tantum per Maſculos ejuſdem gradus, *vot. 2. n. 114. part. 2.*

Fœminarum excluſio in *Lege Moſaica* non proveniebat ex contemplatione agnationis, & optata conſervatione Bonorum in familia, *vot. 2. num. 115. part. 2.*

Et, licèt ultimis fœminis familiæ præciperetur, ut nuberent viris ex Tribu, ſeu familia ſui Patris, id tamen fiebat, nè ſortes Terræ, in Tribus diviſæ, confunderentur, *vot. 2. num. 116. part. 2.*

Fœminas, licèt alioquin in mente habitas, conſultò omiſiſſe Teſtator cenſetur, ſi ſolùm Maſculos in conditione poſuit, *vot. 12. numer. 2. part. 2.*

Eædemque nec per poſterius ſub conditione comprehenſæ dici poſſunt, *ibid.. num. 3.*

Fœminarum excluſiva voluntas in Teſtatore non benè arguitur ex omiſſione illarum, *vot. 12. num. 31. p. 2.*

Fœminarum excluſio ex onere nominis, & inſignium, utpote præferente agnationis contemplationem, rectè deſumitur, *vot. 32. num. 41. part. 2.*

Fœminas, ſecluſis aliis contemplatæ agnationis conjecturis, non excludit onus deferendi nomen, & inſignia, *dict. vot. 32. num. 46.*

Fœminarum excluſionem præcipuè evincit volita Bonorum conſervatio in familia cum ejus cognominis adjecto, *vot. 11. numer. 37. part. 1.*

Accedente præſertim clauſulâ = *e non altrimente* =, *ibidem num. 36.*

Tunc enim fœminæ, nec in ſubſidium admittuntur, *ibidem num. 39.*

Immò nec ad earum vitam, ſi præſertim, deficiente unâ lineâ maſculinâ, altera vocata ſit, *ibid. num. 40.*, & *75.*

Fœminæ à *primogenitura* fictè agnatitia non excluduntur, *vot. 32. numer. 43. p. 2.*

Fœminæ à *primogenitura* non excluduntur ex eo, quod Teſtator vocatos ad primogenituram, vocaverit quoque ad Prioratum S. Stephani, *vot. 32. num. 50. p. 2.*

Fœminæ à *fideicommiſſo agnatitio* excluduntur, *vot. 11. num. 25.*, & *50. p. 1.*

Fœmi-

Fœminæ, ac etiam Maſculi, ab eis Deſcendentes à *fideicommiſſo agnatitio* excluduntur, *vot.10. nu. 136. p.1.*

Intellige, ut *num.139.*

Fœmina in *fideicommiſſo agnatitio* nequit ſuccedere, licet proveniat ex Maſculo, *vot.9. nu.113. part.1.*

Et nec etiam in ſubſidium admitti poteſt, *ibid. num.116.*

Fœmina per Agnatum, etiam remotiorem excluditur ab *agnatitio fideicommiſſo*, *vot.9. num.113.*, & *vot.11. num.50. p.1.*

Nec venit appellatione deſcendentium ex linea maſculina, ſeu proximiorum de familia, *dict. vot.11. nu.52.*

Fœminæ in *fideicommiſſo agnatitio* excluduntur per Maſculos, etiam remotiores alterius lineæ, *vot. 14. num.90. p.1.*

Fœminæ à *fideicommiſſo lineari* excluduntur, *vot. 10. nu.134. p.1.*

Præſertim, ſi Teſtator in defectu unius lineæ maſculinæ aliam, atque aliam vocavit, ſemper excluſis fœminis, *ibid. num.137.*

Intellige, id procedere, exiſtentibus Maſculis cujuſque lineæ, *ibid. num.139.*

Fœminarum excluſio à *fideicommiſſo reciproco* ſatis elicitur ab excluſione propriarum filiarum Teſtatoris, *vot.10. num.135. p.1.*

Fœminarum ex primò vocatis naſciturarum excluſio repetitionem *reciproci fideicommiſſi* non arguit, *vot.10. num.41. p.1.*

Fœminarum perpetua excluſio favore Maſculorum, nonniſi admiſsâ inter eos *lineari reciprocâ*, locum habere poteſt, *vot.30. nu.45.*, & *69. p.1.*

Fœminæ proximiores ultimo gravato, non debent, *in ingreſſu novæ lineæ* ab aliis remotioribus excludi, *vot.40. num.41. p.1.*

Fœminæ, extantibus Maſculis de quacumque *linea*, ſemper excluduntur à *fideicommiſſo lineari reciproco*, atque agnatitio, *vot.10. numer.139. part.1.*

Et unâ deficiente *lineâ*, Maſculi alterius cenſentur ſubſtituti, *dict. vot.10. numer.140.*

Excluſâ per Agnatum remotiorem fœminâ propinquiore, *vot.10. num.141.*, & *143. p.1.*

Fœminæ de *linea* vocata quando excludantur à Maſculo etiam ex fœmina? *vot.2. numer.37.*, & *ſeq. p.1.*, & quando non? *ibid. num.55.*

Fœminæ, licèt *de linea* ultimi poſſeſſoris, repelluntur à fideicommiſſo ordinato prò Deſcendentibus dumtaxat maſculis, *vot.14. numer.13. part.1.*

In hac enim ſpecie vel dicuntur de genere non vocato, *ibid. num.14.*

Vel ipſarum vocatio ſuſpenſa cenſenda eſt, donec exiſtant maſculi, *ibid. nu.15.*

Fœminæ, in diſpoſitione concepta nominibus collectivis plurium graduum, & perſonarum, non excluduntur à maſculis ulterioribus, etiam in Statuto fœminas propter maſculos excludente, *vot.41. nu.63. p.1.*

Secus, ſi diſpoſitio concepta ſit ſub appellativis nominibus, comprehendentibus plures perſonas, non tamen plures gradus, *ibid. numer.64.*

Fœminæ proximiori eſt de jure ſucceſſio deferenda in excluſionem Agnati remotioris, *vot.20. num.1. p.2.*

Secus ex *Statuto Urbis 146.*, *ibid.*

Fœmina proximior gravato Maſculos ſuperſtites à fideicommiſſaria ſucceſſione excludit, *vot. 22. num.86. p.1.*

Intellige, cum res eſt de potioritate gradus, ſecus in concurſu cum maſculis, Teſtatori prædilectis, & prius vocatis, *ibid. nu.87.*

Tunc enim attenditur non proximitas gradus, ſed mens, & affectio Teſtatoris, *ibid.*

Fœmina proximior, in *fideicommiſſo Tranſverſalis cœlibis*, prædilecta remotiori Agnato cenſetur, *vot.2. num.7. p.1.*

Fœmina ex ſola ratione conſervandi Bona in familia, à *fideicommiſſo Tranſverſalis* non excluditur, *vot.11. nu.11. p.1.*

Et quando nec etiam excludatur ex facta in defectu unius lineæ maſculinæ, alterius ſimilis lineæ vocatione? *ibid. num.13.*

Minuſque ex repetita in omnibus gradibus qualitate maſculinitatis? *ibid. nu. 17.*

Fœminarum excluſionis ratio formalis, habita à *Statuto*, ſi fuit favor Maſculorum, non verò earum dotatio, hac deficiente, non ideo ceſſat excluſio illarum, *vot. 15. num. 50. p.2.*

Si verò fuit earum dotatio, fœmina excluditur ab hereditate dotantis, non aliorum, qui non dotarunt, *dict. vot.15. nu.55. p.2.*

Fœminarum excluſio quando eſt correſpectiva ad dotem, hæc, ad effectum excluſionis, debet eſſe conſtituta apertæ ſucceſſionis tempore, *vot. 15. num.57. p.2.*

Fœminas ſicuti *Statutum* non admittit, ita nec Teſtator vocaſſe præſumitur, *vot. 41. numer. 8. part.1.*

Fœminas excludit ſola præſumpta Teſtatoris conformitas cum patriis Legibus, etiam abſque aliis conjecturis, *vot.41. num.13. p.1.*

Pro *fœminarum* excluſione præſumpta conformatio Teſtatoris cum Legibus Patriæ, non ſimplicem præſumptionem, ſed regulam ſtatuit, *vot. 41. num.9.*, & *45. p.1.*

Fœminarum excluſioni ex præſumpta cum *Statuto* conformatione locus eſſe nequit, niſi exiſtentibus Maſculis in gradu, à Statuto contemplato, *vot.41. nu.52.*, & *55. p.1.*

Fœminarum excluſiva *Statuta*, in ea parte, in qua agnationem non reſpiciunt, dicuntur odioſa, *vot.41. nu.61. p.1.*

Fœminæ à *Statuto* excluſæ propter Agnatos certi dumtaxat gradus, his non extantibus, redeunt ad ſucceſſionis jura, *vot.1. nu.24. p.2.*, & *vot. 2. num.18.* & *102.*, & *136. p.2.*

Præſertim, ſi ulteriores Agnati à Statuto tamquam extranei habeantur, *ibid.*

Fœminæ à Statuto excluſæ propter Agnatos in deter-

terminato gradu exiſtentes; non ideò excluſæ cenſentur propter alios remotiores Agnatos, *vot. 2. num.111. p.2.*

Fœminæ propter Maſculos ſexti dumtaxat gradus excluſiſſe cenſetur *Statutum Florentinum*, mandans, ulterioris gradus Maſculos à filio excludi, *vot.1. nu.83. p.2.*

Fęminas propter Maſculos excludens *Statutum*, operatur ſolùm in caſu, quo adſit Maſculus ejuſdem gradus, *vot.41. num.59. p.1.*

Fœminæ à *Statuto* excluſæ propter Maſculos, aut Agnatos, non repelluntur, niſi ſuperſint Maſculi, aut Agnati ſucceſſibiles, *vot.2. num. 3. part.2.*

Fœminarum excluſivo *Statuto* locus eſſe nequit, quum voluntas Teſtatoris illis aſſiſtit, *vot. 41. nu.41. p.1.*

Fęminas earumque Deſcendentes excludens *Statutum*, non prohibet, fœminis earumque Deſcedentibus hereditates, aliaque jura ex teſtamento deferri, *vot.41. num.46. p.1.*

Fœminæ per *Statutum* in capite excluſivo numquam repelluntur, niſi à perſonis, in capite incluſivo deſignatis, *vot.41. nu.54. p.1.*

Fœmina cum venire nequeat ſub *Statuto* vocante Agnatos, ejus etiam filii venire nequeunt, *vot. 2. num.49. p.2.*

Indefinita *fœminarum* excluſio in ultimis voluntatibus æquipollet univerſali, *vot. 30. numer.44. part.1.*

Tamquam generaliter complexiva cujuſcumque lineæ, *ibid.*

Multumque confert ad reciprocam linearem inducendam, *ibid. num. 45.*

Perpetua *fęminarum* excluſio perpetuum, & agnatitium fideicommiſſum arguit, *vot.9. nu. 120.*, *vot.11. nu.58.*, & *vot.24. nu.25. p.1.*

Præſertim, ſi ipſius Teſtatoris filiæ excluſæ fuerint *dict. vot.9. nu.121.*

Fœminarum, a primo herede deſcendentium, perpetua excluſio repugnat fideicommiſſo perpetuo, & deſcenſivo, *vot.2. num. 54. p.1.*

Fœminarum æque, ac Maſculorum indiſtincta comprehenſio repugnat agnationis contemplationi, *vot.21. num.26. p.1.*

Ex *fęminarum* vocatione excluditur agnationis contemplatio, *vot.39. num.29. p.1.*

Fœminarum vocatio, & admiſſio deficientibus dumtaxat maſculis, contemplationi agnationis non repugnat, *vot. 43. numer. 101.*, & *105. part.1.*

Præſertim, quando ab initio ſolùm maſculi vocati apparent, *ibid.*

Contraria procedunt de agnatione, literaliter non expreſſa, vel eruta ex conjecturis, dubiis tantum, & æquivocis, *ibid. dict.num.105.*

Quæ tamen *fœminarum* admiſſio intelligenda eſt de fœminis agnatis, & durante illarum vitâ dumtaxat, *ibid. num.104.*

Fœminarum non factâ excluſione in ulla teſtamenti parte, agnatio contemplata cenſenda non eſt, *vot.25. num.25. p.1.*

Poſt *fœminarum* vocationem expreſſa agnatio, proprie contemplata non dicitur, *vot.37. nu.39. part.1.*

Præſertim, cum de teſtamento agitur, condito à fœmina, *ibid. nu.40.*

Fœmina agnationem contemplaſſe non præſumitur, *vot.16. num.30. p.2.*

Nec præſumitur ſolos Maſculos voluiſſe admittere, *vot.37. num.40. p.1.*

Fęmina diſponens favore Deſcendentium, diſpoſuiſſe cenſetur non contemplatione agnationis, ſed ſolâ ratione ſanguinis, *vot. 19. numer. 72. part.1.*

Procedit, licèt Maſculos prædilexerit, quoties in eorum defectu fœminas, ac etiam Locum pium ſubſtituit, *ibid.*

Fœminæ in pari gradu cum Maſculo, excluduntur juxta conſuetdines, & Statuta, *vot.2. num. 41. part.1.*

Fęminæ in portione Patris ſunt Agnato remotiori prædilectæ, *vot.10. nu.46. p.1.*, *vot.11. num.7. part.1.*

Fœminarum ſimultanea cum Maſculis ſucceſſio admittitur de jure, *vot.2. nu.61. p.1.*

Fœminæ cum maſculis admittuntur ad feuda in Statu Avenionis, *vot.2. num.60. p.1.*

Ad *fęminas* tranſeunt feuda Eccleſiaſtica, licèt de iis nulla fiat mentio in inveſtitura, *vot.2. nu.59. part.1.*

Fęmina capax non eſt obtinendi Prioratum Ordinis S. Stephani, *vot.32. num.48. p.2.*

Diſpoſitio favore *fęminarum*, *che ſi mariteranno, e ſtaranno al ſecolo*, comprehendere cenſetur tam nuptas, quam nubendas, ſi Teſtator duplicis tantùm generis perſonas conſideraſſe videatur, alias in Religione, alias in ſeculo manentes, *vot.14. nu.34. p.2.*

Præſertim, ſi alteri Religionem ingredienti ſubſtituit ſimpliciter *quelle, che ſtaranno al ſecolo*, *ibid. nu.35.*

Fœminæ in ſeculo manentes communiter, & regulariter Matrimonium ineunt, *vot.14. nu.38.*, & *68. p.2.*

Fœminas tàm nuptas, quàm innuptas comprehendit cauſſa decentioris dotationis, expreſſa in excluſione Religioſarum, *vot. 14. num. 36. part.2.*

Immò magis innuptas, quàm nuptas, *ibid.*

Fœminis Religioſis excluſis propter fœminas in ſeculo manentes, tàm nuptæ, quàm innuptæ, in ſeculo manentes, contemplatæ cenſendæ ſunt, *vot.14. nu.59. p.2.*

Fęminis fuiſſe injunctum onus nominis, & inſignium, abſurdum eſt, *vot. 27. nu.55. p.1.*, ratio *ibid.*

Fœminis quoque onus nominis, & armorum non raro imponitur, *vot.27. num.74. p.1.*

Neque id abſurdum debet cenſeri, *ibid. nu.75.*

Fœminæ præſumuntur ignaræ legalis proprietatis verborum, nec juris callere ſubtilitates, *vot.25. nu.80.*, & *vot.37. num.24. p.1.*

Fęmina ex juſta credulitate, excuſatur à reſtitu-

tio-

tione fructuum perceptorum, *vot.25.nu.81.p.1.*
Intellige, ut *num.82.*

Io *fęminis* ſemper honeſtas ſupponeuda eſt, *vot.8. num.84.p.1.*

In *fęminis* major caſtitas exigitur, *vot.8. nu.81., & 85.p.1.*

Et magis in illis, quàm in maſculis turpe eſt filios habere naturales, *ibid.*

Fęmina ob natos ex eis filios naturales non ſolùm proprium honorem, ſed totius familiæ famam denigrare ſolent, *vot.8. num.82. p.1.*

Ex *fœmina* nobili, & honeſtæ conditionis quod potueriut naſci alii filil, quàm legitimi, indecorum ſuſpicari eſt, *vot.8. num.83. p.1.*

Iu ulterioribus *fęminarum* Deſcendentibus non urget honeſtatis ratio, ſicut in filiis primi gradus, *vot.8. nu.85. p.1.*

FORENSIS.

Rari *Forenſes* in Oppidis ſunt, pauciores verò Clerici, Bona ibidem poſſidentes, *vot.27. nu.134. part.2.*

FRATER.

Fratres, ex *Ariſt.*, ſe ſe invicem diligunt, quatenus ex eiſdem nati ſunt, Patrueles verò, & ceteri conjunguntur per Parentes, quatenus ex eiſdem ortum habent, *vot.12. nu.130. p.1.*

Fratres inter, ac ſorores jurgia, diſcordiæque ob inæqualitatem ſolent perſæpè oriri, *vot.14.num. 62.p.2.*

Protres pleni magis, quàm conſanguinei, & uterini, Parentibus dilecti præſumuntur, *vot. 12. nu.131., & 137.p.1.*

Inter *fratres* verificari nequit ſucceſſivus ordo, niſi per diverſorum graduum perſonas, *vot. 15. num.54.p.1.*

Præſertim, ſi de primogenitura agatur, *ibid. nu. 55.*, & ratio *ibid.*

Frater quilibet, ſeu ſoror propriam conſtituit lineam, *vot.33. num.24. p.2.*

Fratri præmortuo ſuperſtites ſuccedunt, *vot. 31. num.1.p.1.*

Fratri, ſinè Liberis ab inteſtato decedenti, an ſimul cum Matre ſuccedere valeant ſorores, ſi ex Statuto excluſæ reperiantur, vel renunciationem emiſerint, dubium eſſe poteſt, *vot. 23. num.2. p.2.*

Dubium tamen ceſſat, quoties non ex utroque latere Defuncto ſint conjunctæ, tunc enim nequeunt concurrere, *ibid. nu.35.*

Frater germanus, quoties contemplata agnatio eſt, non eſt potior fratre conſanguineo, *vot. 12. nu. 101.p.1.*

Intellige, ſi de ſimultanea vocatione agatur, ſecus, ſi de primogenitura, deque ad illam vocatione proximioris, non reſpectu gravaotis, ſed gravati *ibid. num.140., & 142.*

Frater germanus ætate minor Fratri majori conſanguineo præferendus eſt in primogenitura, favore fratrum inſtituta à Tranſverſali, *vot.12. nu.159. p.1.*

Frater conſanguineus, & ipſe dicitur de progenie Patris, *vot.15. num.72., & 80.p.2.*

Frater utrinque conjunctus, ſimul agnatus, & Cognatus eſt; Conſanguineus, tantum agnatus nuncupatur, *vot.1. num.47. p.2.*

Frater utrinque conjunctus, ex Statuto, præferente Agnatos Cognatis, non præfertur conſanguineo, ſed utrique ſimultaneè ſuccedunt, *vot. 1. nu.48.p.2.*

Frater utrinque conjunctus, quoad heredem, dicitur conjunctior, *vot.12.nu.138. p.1.*

Frater cenſetur ad ſucceſſionem admiſiſſe utrinque conjunctos, non heredi, at ſibi ipſi, *vot.12. nu.147. p.1.*

Regula autem eſt, in ſucceſſione fraterna, eum præferri, qui pluribus vinculis conjunctus eſt, *ibid.num.148.*

Concluſio non habet locum, ſi frater non ſui, ſed heredis gravati proximiores ſubſtituit, *ibid. num.149.*

Tunc enim non gravantis, ſed gravati proximitas attenditur, *ibid. nu.150.*

Præſertim, ſi de primogenitura agatur, *ibid. nu. 151.*, & ratio *nu.152.*

Fratres uterini, licèt reſpectu Matris ſint in eodem gradu cum utrinque conjunctis, reſpectu tamen ſucceſſionis non ſunt in eodem gradu, nec proximitatem à Matre mutuare poſſunt, *vot. 2. nu. 69.part.2.*

Ex *fratre* Teſtatoris deſcendentes, de iſtius familia dicuntur, *vot.43. num.93. p.1.*

Erga *fratrem*, ac ejus filios heredes inſtitutos major Teſtatoris affectio præſumitur, quàm erga filiam excluſam, & particularibus relictis honoratam, *vot.43.nu.57.p.1.*

Major itidem erga *fratris* filios legitimos, & naturales, quam erga uepotes ex naturali ipſius Teſtatoris filia, *ibid. nu.58.*

Fratris heredis inſtituti, non verò filiæ excluſæ familiam, & deſcendentiam, Teſtator, ſub Deſcendentium ſuorum nomine vocaſſe cenſendus eſt, *vot.43.num.61. p.1.*

Quod certius dicendum de Teſtatore, nullam habente familiam effectivam, ac legitimam deſcendentiam, *dict.vot.43. num.62.p.1.*

Et maximè, ſi agatur de diſpoſitione intuitu agnaagnationis facta, *ibid. nu.95., & vid. vot. 3. nu. 22., & ſeq. p.1.*

Fratris Deſcendentes ſub nomine *ſuorum Deſcendentium* vocaſſe cenſetur Teſtator, impropriè alibi uſus verbis *lineâ, deſcendentiâ, & familiâ, vot.43. nu.92., & 93.p.1.*

Fratris, eumdem Patrem habentis, deſcendentiam facilius ſub nomine deſcendentiæ ſuæ contemplaſſe cenſetur Teſtator, *vot.43. num.63.p.1.*

Quoad *fratris* Deſcendentes fuiſſe à Teſtatore adhibitum nomen *Deſcendentium ſuorum*, id vel amori erga illos, vel errori, ac imperitiæ ipſius Teſtatoris, aut Notarii tribuendum eſt, *vot.43. nu.89.p.1.*

Fratres, aut ſorores præteriti, aut excluſi in teſtamento fratris, ad ſucceſſionem adſpirare nequeunt, niſi, quàm turpis perſona eſt inſtituta, *vot.23. nu.9. p.2.*

Iidem præteriti, aut excluſi, pro mortuis habeotur, *ibid. nu.11.*

Contra *fratrem*, primogeoituræ jure Bona ſibi vindicare contendentem, reſpondendum in dubio eſt, *vot.31. num.25. p.2.*

Frater, prohibitâ in Extraneos alienatione, non prohibetur in ſororem alienare, *vot.11. num.52. part.1.*

Fratres non teneotur, nec ſolent dotare ſorores, niſi poſt Patris obitum, *vot.15. nu.60. p.2.*

Non *fratris*, ſed Patris onus eſt dotare filias, *vot. 23. nu.42. p.2.*

Limita, ſi Patris heres ille ſit, *eod.vot.23.nu.43. part.2.*

FRATRES MINORES OBSERV. S.FRANCISCI.

Fratres Minores Obſervantiæ S. Franciſci incapaces ſunt Legati annui perpetui, *vot. 10. num. 2. 31., & 32. p.2.*

Fratres Minores Obſervantię S.Franciſci evangelicam paupertatem profitentur, *vot.10. nu.31.p.2.*

Seſeque, nonniſi ex eleemoſynis, alere, ac ſubſtentare debent, *ibid. num. 32.*

Eorum propterea paupertati repugnat Legatum annuum perpetuum, *ibid. & nu.35.*

Fratribus Minoribus Obſervantiæ S. Franciſci relictum Legatum annuum non ad breve tempus, ſed in perpetuum, illicitum dicitur, *vot.10. nu. 36. part.2.*

Breve autem tempus reputatur, quod eſt infra decennium, *ibid.*

Maximè autem dicitur illicitum Legatum, ſi ſinè onere relictum, *ibid. numer. 37., & numer. 68.*

Fratres Minores S. Franciſci tàm *Obſervantes*, quàm *Reformatos* non eſſe capaces annuorum Legatorum ſinè onere, niſi ad effectum illa extinguendi, eorumque proprietatem erogandi io uſus fabricæ, vel ſacriſtiæ, reſolvit *Sacra Concilii Congregatio*, *vot. 10. numer. 39. part.1.*

Modò tamen non cæperint annuas illorum præſtationes exigere, *ibid. num.40.*

Reſolvit itidem, ad præſtanda ejuſmodi Legata heredes noo teneri in foro conſcientiæ, *ibid. num.41.*

Fratribus S. Franciſci tàm *Obſervantibus*, quàm *Reformatis* relicta Legata annua perpetua ſinè onere, caduca efficiuntur favore heredum, *vot. 10. num.42. p.2.*

Intellige quoad civilem, non quoad naturalem obligationem, *nu.62.*

Juxta quam heredes tenentur eadem Legata dare ipſis Fratribus in eleemoſynam, *ibid. numer.63.*

Idque confirmatum eſt Decreto *S. Congregationis Rev. Fabricæ*, *ibid.*

Decreta inſuper ejuſdem *Sacræ Congregationis* ſervanda eſſe, decrevit *S.Congregatio Concilii*, *ibid. nu.64.*

Fratres Minores S. Franciſci noo ſunt Legati annui perpetui ſinè onere incapaces ſimpliciter, ſed ſolùm ratione modi, *vot.10. nu.43. part.2.*

Intellige, ut *nu.44.*, *& ſeq.*

Iidem *Fratres* incapaces non ſunt Legati, in tot panibus, aliàve eleemoſyna, certis temporibus, ipſis præſtandi, *vot.10. nu.44. part.2.*

Si modò non ex jure, ſed ex gratia recipiant, *ibid. num.47. 48., & 70.*

Debeot autem de hoc apertè proteſtari, *ibidem numer.46.*

Sicque vera dicitur ſervari paupertas, *ibid.*, *& numer.71.*

S. Bonaventuræ ſeutentia hæc eſt, *ibidem numer.47.*

Et quidem plurimi facienda, *ibid.*

Pontificiis itidem confirmata Conſtitutionibus, ac generali totius Ordinis conſuetudine, *ibid. numer.49.*

Procedit de Legatis etiam perpetuis, & ſinè onere relictis, *ibid. nu.50., & 51.*

Fratribus Minoribus S. Franciſci relicta Legata annua perpetua, nequeunt ab herede extingui, neque per compoſitionem cum Rev. Fabrica reduci, *vot.10. nu.53. part.1.*

Sed eorum applicatio auctoritate Apoſtolicâ facienda eſt, *ibid. num.54.*

Illa autem non applicata, poteſt heres iiſdem Fratribus dare in eleemoſynam, *ibid. numer.55.*

De proprietate iſtiuſmodi Legatorum Miniſtri Rev. Fabricæ aliter diſponere nequeunt, quàm ad effectum inveſtiendi, *ibid. num.56.*

Fructus verò non ſolutos intra biennium à Teſtatoris obitu poſſunt exigere, *ibid. num.57.*

Immò etiam alios poſt idem biennium oon ſolutos, *ibid. nu.59.*

Quæcumque autem ſuper his prohibetur compoſitio cum herede, *ibid. nu.60.*

Limita, ſi compoſitioni Fratres conſentiant; tunc enim compoſitio fieri poteſt, traditâ iiſdem eleemoſynâ arbitrio *Sac. Congregationis Rev. Fabricæ*, *ibid. num.61.*

Fratribus Minoribus S. Franciſci directè relicta Legata annua perpetua, ut ipſis adquirantur, defectiva in ſubſtantia dicuntur, *vot.10. num. 74. p.2.*

Et caducantur favore heredum, *ibid.*

Fratres Minores S. Franciſci incapaces ſunt Legati annuorum redituum, quando ad illos iidem reditus diriguotur; ſecùs quando ad heredem, *vot.10. num.66. p.2.*

Et quidem ſolvere debentem non ex certo aliquo fundo, ſed ex uoiverſo ſuo patrimonio, *ibid. nu.67.*

Iiſdem *Fratribus* relictum Legatum annuum perpetuum ſinè onere, illicitum eſt, ſolum ſi ad ipſos dirigatur, *vot.10. num.69. p.2.*

Ita autem intelligenda eſſe Decreta *Sacræ Congregationis Concilii*, in hac ſpecie edita, declaratur, *ibid. num.71. ad 74.*

Fratribus Minoribus S. Franciſci vetitum eſt Legata, annuaſque præſtationes petere in Judicio, *vot.10. num.58. p.2.*

Fratribus Minoribus S. Franciſci titulo eleemoſynæ præſtanda Legata annua perpetua, vendi ab eiſdem nequeunt, *vot.10. num.73. p.2.*

Nec peti poſſunt in Judicio, *ibid.*

Fratres Minores S. Franciſci declarari nequeunt incapaces Legati perpetui, donec extet poſſibilitas, ut ipſis in eleemoſynam ab herede tradatur, *vot.10. num.75. p.2.*

Fratribus Minoribus S. Franciſci Legatum annuorum alimentorum ſolveudum eſſe, decrevit, *Sacra Congregatio Rev. Fabricæ*, *vot.10. num. 65. p.2.*

FRAUS.

Fraus ab eo non committitur, qui facultate, ſibi de jure competente, utitur, *vot.13. numer.26. part.2.*

FRUCTUS.

Fructus dominium conſectantur, *vot.18. num.5. part.1.*

Fructuum dominus reſpectu tàm gravati, quàm tertii poſſeſſoris efficitur fideicommiſſarius particularis, translato in eum dominio, *vot.18. num.22. p.1.*

Pro *fructibus* nedum extantibus, ſed etiam pro conſumptis Legatarius, vel particularis fideideicommiſſarius, translato in eum dominio, poteſt agere, *vot.18. n.27. p.*,1. Intelligc,ut *n.28.*

Fructus perceptos, bonæ fidei poſſeſſor, ſuos facit, etiam non translato in eum dominio, *vot. 18. num.24. p.1.*

Procedit, ſivè de herede agatur, ſivè de tertio poſſeſſore, *ibid. num.25.*

Et tàm in Legatis, quàm in fideicommiſſis particularibus, *ibid. num.26.*

Fructus poſſeſſorem ſequuntur, donec titulus redactus fuerit ad non titulum, *vot.18. num.37. part.1.*

Ad *fructuum* adquiſitionem titulus non requiritur, *vot.25. num.66. p.1.*

Si mala fides abſit, *ibid. num.67.*

Pro *fructuum* adquiſitione ſolus ſufficit putativus titulus, licèt injuſtus, *vot.18. num.53. p.1.*

Ad *fructuum* adquiſitionem ſat eſt, malam fidem abeſſe, *vot.25. num.76. p.1.*

A *fructuum* reſtitutione ut poſſeſſor excuſetur, bona fides poſitiva non requiritur, ſed ſufficit dubia, ſeù etiam negativa, *vot.18. num.55.*, *&* 74. *part.1.*

Fructus fideicommiſſi, bonâ fide conſumptos, poſſeſſor reſtituere non tenetur, *vot.13. numer. 76. part.1.*

Pro evitanda *fructuum* conſumptorum reſtitutione ſufficit quælibet juſta credulitas, etiam erronea, *vot.13. num.79.*, *& vot.18. numer.54. part.1.*

Modò affectata non ſit, *dict. vot. num.54.*

A perceptorum *fructuum* reſtitutione juſta credulitas fœminam præcipuè excuſat, *vot.25. num. 81. p.1.*

Fructus ex donatione, ſibi ab uxore facta, vir lucratur, ſi donationem valere crediderit, *vot.25. num.79. p.1.*

A reſtitutione *fructuum*, ex fideicommiſſo perceptorum, juſta credulitatis cauſſa præcipuè excuſat, ſi tacuit, qui adſpirare ad illud poterat, *vot.25. nu.84. p.1.*

A *fructuum* reſtitutione juxta credulitas poſſeſſorem excuſat, quatenus locupletior factus non ſit, *vot.25. num.82. p.1.*

Quoad *fructus* jam perceptos bona fides metienda non eſt ex præſenti, ſed ex præterito, *vot.25. num.87. p.1.*

Ad *fructuum* reſtitutionem à die contraventionis poſſeſſor condemnatur, ſi clara ab initio caducitas, & devolutio fuerit, *vot.18. numer.38. part.1.*

Si ſecùs, à die tantùm motæ litis, *ibidem numer.39.*

Fructus omnes perceptos à die obitus Teſtatoris, Legatarius, non impletâ ſuſpenſivâ conditione, Legato adjectâ, reſtituere tenetur, *vot.26. nu. 64. p.2.*

Fructus ab herede fiduciario percepti, non petuntur tamquam acceſſiones, ſed tamquam pars hereditatis, *vot.9. num.50. p.2.*

Eâdemque actione, qua hereditas, debent reſtitui, *ibid. num.51.*

Fructus perceptos ante advenientem caſum fideicommiſſi heres gravatus ſuos facit, *vot.9. num. 46. p.2.*

Non ita heres fiduciarius, *ibid. num.47.*

Fructus perceptos ante adventum conditionis heres, ſub conditione gravatus, ſuos facit; quos verò poſtea percepit, tenetur reſtituere, *vot.9. num.48. p.2.*

Fructus non à die purificationis fideicommiſſi, ſed à die motæ litis poſſeſſor fideicommiſſario univerſali reddere, tenetur, *vot.13. num.77.*, *& vot.25. num.61. p.1.*

Pro *fructuum* reſtitutione Lex ipſa poſſeſſorem interpellat, purificato particulari fideicommiſſo per gravati obitum, *vot.18. numer.34. part.1.*

Secus, eo purificato per contraventionem, *ibid. num.35.*

Tunc enim interpellatio, ac etiam declaratio Judicis requiritur, *ibid. num.36.*

Fructus particularis fideicommiſſi an à die illius purificationis, vel à die motæ litis debeantur, per quàm difficilis quæſtio eſt, *vot.18. numer.1. part.1.*

Fructus in Legatis, & fideicommiſſis particularibus, nonniſi à die motæ litis, deberi, procedit de re non propria Teſtatoris, *vot.18. nu.8. part.1.*

Fructus ſtatim à die purificati particularis fideicommiſſi debent reſtitui, *vot.18. nu.6. p.1.*

Atque hæc opinio receptiſſima eſt, *ibid. num.7.*

Intellige in fideicommiſſo claro; ſecus in obſcuro, ac dubio, *ibid. num.10.*, *&* 11.

In particulari enim fideicommiſſo non claro, ſed conjecturali, fructus, juſtà credulitate percepti, ſolùm à die motæ litis debent reſtitui, *vot. 25. num.91. part.1.*, ſed *vid. dict. vot.18. numer.13. & ſeq.*

Fructus in fideicommiſſo particulari uſque ab initio

tio debentur, ubi agitur non contra tertios, titulo oneroſo, ſed contra gravatos, titulo lucrativo poſſidentes, *vot.18. num.19. p.1.*

Quibus nec æquitas, nec bona fides ſuffragatur, *ibid. nu.20.*

Immò ex ea, nec etiam tertium excuſari poſſe, deciſit *Sacra Rota*, *ibid. nu.21.*

Rectiùs tamen eadem *Sacra Rota* videtur alteram opinionem, tertio favorabilem fuiſſe amplexa, *ibid. num.23.*

Vid. *fideicommiſſum*, *Fides bona*, *vel mala*.

Ad *fructuum* reſtitutionem uſque à die moti primi Judicii tenetur poſſeſſor, quoties ex juribus tunc productis ſuccubuerit, *vot. 58. numer. 46. part.1.*

Procedit, obtentis licèt medio tempore judicatis favorabilibus, *ibid.*

Non enim attenditur, quid medio tempore acciderit, *ibid.nu.47.*, *& 63.*

Fructus reſtitui debent ſolùm à conteſtatione novæ litis ſuper fideicommiſſo conſervatorio, non autem à litis exordio ſuper reſtitutorio fideicommiſſo, in qua conſervatorium non fuit deductum, *vot.18. num.60. 61.*, *& 62.*

Fructus non tenetur poſſeſſor reſtituere à die moti primi Judicii, ſtante illius nullitate ob inſubſiſtentiam tituli, *vot.18. num.65. p.1.*

Fructuum reſtitutio pendens ex facto alienationis Bonorum fideicommiſſariorum, (ſi hæc non fuit in priori Judicio probata, ſed ſolùm in ſecundo) non debentur uſque à die moti ejuſdem primi Judicii, *vot.58. nu.67. p.1.*

Nec mala fides in Reo conſiderari poteſt ante ejuſdem alienationis probationem, in ſecundo Judicio factam, *vot.18. num.68. p.1.*

Procedit, factâ etiam, in priori Judicio aliquâ probatione, quæ tamen dubia eſſet, *ibid. num.69.*

A *fructuum* reſtitutione favore Coheredis non excuſatur, qui illos, uti ſuos, percepit, coheredem ſciens habere, *vot.25. num.83. p.1.*

Fructus ab alienante ut debeantur, ſat eſt, quod ſciverit, aut ſcire veriſimiliter potuerit, rem ad alium pertinere, *vot.18. num.41. p.1.*

Fructus uſque ab initio debentur, ſi alienans poſſeſſor ſcientiam habuit prohibitæ alienationis, *vot.18. num.40. p.1.*

Vel ſaltem à poſſeſſoris obitu debent reſtitui, *ibidem.*

Sub alienationis prohibitione, quantumvis effrænatâ, *fructuum* commoditas non comprehenditur, *vot.4. nu.90. p.1.*

Bonorum, alienari prohibitorum, facta renunciatio, ſuum operatur effectum quoad commoditatem *fructuum*, *vot.4 nu.91. p.1.*

Eademque commoditas in Renunciatarium ejuſque heredes, etiam extraneos, tranſit, donec Renuncians vixerit, *ibid. nu.92.*

Ad *fructuum* etiam commoditatem extenditur alienationis prohibitio, habens pro cauſſa integram hereditatis reſtitutionem, *vot. 4. nu. 102. part.1.*

Fructuum etiam commoditatis alienatio prohibita à Teſtatore cenſenda eſt, ſi alioquin fraudata ejus voluntas remaneret, *vot.4. nu. 107. part.1.*

Fructuum commoditas quoties penes Extraneos exiſtat, hereditas non dicitur integrè ex Teſtatoris voluntate conſervari, *vot. 4. numer.106. part.1.*

Ad *fructuum* commoditatem trahi nequit renunciatio, reſtricta ad ſortem, *vot.4. num.111.*, *& 112. part.1.*

Ad ſolam *fructuum* commoditatem, nec ex Renunciantis voluntate, reſtricta dici valet renunciatio, facta Bonis omnibus, juribus, & actionibus, *vot.4. num.109. p.1.*

Fructus percepti uſque ad diem impugnati ab herede gravaminis, ad ipſum heredem ſpectant, *vot.33. nu.28. p.1.*

Fructus, quos ex Bonis fideicommiſſi, ſibi à Patre præventivè reſtitutis, filius percepit, ipſi donaſſe Pater cenſetur, *vot.46. numer.77. part.1.*

Fructus, & reditus in hereditate repertos fuiſſe, ab allegante probandum eſt, *vot.44. num. 172. part.1.*

Fructus in Donatoris hereditate reperti, comprehenduntur pro medietate ſub donatione dimidiæ partis Bonorum omnium, *vot.44. num.173 part.1.*

Fructuum amiſſionis damnum emendare debet, qui de evictione tenetur, *vot. 44. numer. 272. part.1.*

Ad *fructuum*, à Teſtatore perceptorum reſtitutionem condemnatus heres gravatus, eos, tamquam æs alienum à fideicommiſſo detrahit, *vot. 44. num.268. p.1.*

Neque commenſare tenetur eum quantitate Bonorum, à Teſtatore ſibi donata, *vot.44. nu.269. part.1.*

Fructus Bonorum fideicommiſſi, à Patre, adhuc vivente, reſtitutorum filio, conferendi ſunt, dummodo extent, & ſinè dolo, & culpâ non ſint conſumpti, *vot. 46. numer. 76.*, *& 91. part.1.*

Fructus percepti à filio ante Patris obitum, immunes ſunt à collationis onere, *vot.46. num.82. part.1.*

Procedit de fructibus etiam profectitiis, quoties fuerint à Patre donati, & donatio per mortem confirmata fuerit, *ibid. à num.77. ad* 83.

Limita in donatione ob cauſſam, facta filio emancipato, *ibid. num.* 84., *&* 85.

Immò reſpectu filii emancipati limitatio locum habet, licèt agatur de donatione ſimplici, *ibid. num.* 87.

In donatione verò ob cauſſam nulla eſt differentia inter ſuos, & emancipatos; omnes enim conferre tenentur, *ibid. num.* 88.

Fructus, pendente conditione fideicommiſſi, ab herede percepti, computandi ſunt in commenſuratione, inter gravamen, atque emolumentum facienda, *vot. 29. num. 18. p.2.*

In reductione Bonorum ad æqualitatem veniunt etiam *fructus*, *vot. 33. num. 34. p.1.*

Non tamen acceſſoriè, ſed principaliter veniunt, *ibid.*
Ideoque debentur à die obitus, *ibid.*
Et cum eiſdem compenſandi ſunt fructus, à poſſeſſore percepti, *ibid. num. 35.*
Ex Legato conditionali nulli debentur *fructus*, *vol. 5. num. 20. p. 2.*
Fructus ex Legato dotis, ſolvendo nuptiarum tempore, filiæ, niſi nupſerit, non debentur, licèt relicti fuerint, *vol. 5. num. 47. p. 2.*
Donec tamen nubat, alimenta licèt non relicta, ipſi praſtanda ſunt, *ibid. num. 48.*

FRUITIO.

Fruitionis titulus, à Teſtatore adhibitus, congruit Bonis, etiam reſtitutioni obnoxiis, *vol. 29. num. 54. p. 2.*

G

GALLIA.

IN *Gallia* Parentes non habent uſumfructum Bonorum adventitiorum filii, *vol. 46. num. 10. part. 1.*

GRADUS.

Gradus in linea, ac ætas in gradu quærenda eſt, *vol. 12. num. 120. p. 1.*
Gradus, *linea*, atque *ætatis* potioritas plurimùm confert ad primogenituram aſſequendam, *vol. 11. num. 49. p. 1.*
Nec *gradus*, nec *linea* curanda eſt, quoties qualitas aliqua moderatrix diſpoſitionis capacitatem ſuccedendi tribuit, *vol. 2. num. 39. p. 1.*
Tres dumtaxat *gradus* ſufficiunt pro digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus inducendo, *vol. 16. num. 5. p. 1.*
Caducato *gradu* intermedio, corruunt etiam ceteri, qui ſequuntur, *vol. 1. num. 150.*, *& vol. 37. num. 8. part. 1.*, & quando ſecus r̃ *d. vol. 37. num. 55.*
Gradus intermedii deficientia, quoties perpetuum ordinatum fuerit fideicommiſſum, ac perpetua Bonorum conſervatio volita, ulteriorum Subſtitutorum admiſſioni non officit, *vol. 1. n. 160.*, *& vol. 37. num. 66. p. 1.*
Primo *gradu* vulgaris ſubſtitutionis, in compendioſa contentæ, caducato ob ſuperviventiæ defectum, non caducantur ceteri, *vol. 36. num. 27. part. 1.*
In uno dumtaxat *gradu* lineæ vocatæ fideicommiſſum debere conſervari, abſurdum eſt, *vol. 19. num. 51. part. 1.*
Maxime quando illud deprehenditur non temporarium, ſed perpetuum, *ibid. num. 52.*
Graduum dinumeratio ex Statuto agnationem contemplante, à perſona Patris facienda eſt, *vol. 1. nu. 37.*, *& vol. 2. num. 65. p. 2.*
In primo *gradu* expreſſim ordinatum fideicommiſſum reciprocum, non ideo in ſecundo repetitum tacitè cenſetur, *vol. 10. numer. 41. part. 1.*
Graduum pluralitas expreſſa in conditionali parte, ineſſe cenſetur etiam in diſpoſitiva, conceptâ verbo *Liberorum*, *vol. 15. numer. 50. part. 1.*
Gradus paterni repræſentatio in tranſverſalibus ultrà fratrum filios non progreditur, *vol. 12. n. 102. part. 1.*
Procedit, etiamſi agatur de primogenitura, *ibid. num. 103. p. 1.*
Intellige, quoties non invitatur certa familia, certo deſignato ſtipite, *ibidem.*
Quo caſu datur repræſentatio in infinitum inter collaterales etiam ejuſdem lineæ, *ibid. num. 104.*
Repræſentatio tamen id non dicitur, ſed tranſmiſſio certæ ſpei in jus ſuccedendi, *ibidem num. 105.*
Vid. *proximitas*, *ſucceſſio*, *ſubſtitutio.*

GRATIA.

Gratiam commutationis voluntatis in præjudicium agnationis Princeps nequit concedere, *vol. 27. num. 92. p. 1.*

GRATIFICATIO.

Gratificationi fit locus favore proximioris utrinque conjuncti, *vol. 12. num. 156. p. 1.*
Ea tamen non ſolius arbitrii, ſed juſtitiæ actus reputatur, *ibid. num. 158.*
Gratificatio, quæ inter Conſanguineum, ac utrinque conjunctum in electione ad Capellanias adhibetur, ſolius arbitrii dicitur, *vol. 12. n. 157. part. 1.*

GRAVAMEN.

Gravamen, ſibi non impoſitum, non tenetur quis aſſumere, *vol. 26. num. 6. p. 1.*
Gravamen arguitur, ubi ceſſat libertatis favor, *vol. 1. num. 130. p. 1.*
Gravamen reale, primogenituram latiùs extendit, *vol. 6. num. 21. p. 1.*
Gravamen reale, ac perpetuum efficit fideicommiſſi realitas, *vol. 1. num. 98. p. 1.*, *& vol. 6. num. 19. p. 2.*
Gravamen reale, Bonis impoſitum, realem diſpoſitionem efficit, *vol. 6. num. 20. p. 1.*
Ex *gravamine* paſſivo activa vocatio infertur, *vol. 2. num. 1. part. 1.*
Paſſivum *gravamen* quoad filiarum fœminarum Deſcendentes nequit ab activa eorum vocatione inferri, *vol. 34. num. 110. p. 1.*
Paſſivum *gravamen* quoad maſculos ex fœminis non benè infertur ex ſimplici eorum vocatione, facta poſt maſculos ex maſculis, *vol. 34. nu. 61. part. 1.*
Gravamen reſtitutionis nequit inferri ex ſubſtitutione reſtricta ad caſum obitus ſinè filiis, *vol. 37. num. 14. p. 1.*
Gravamen reſtitutionis favore Subſtituti, ejuſque Deſcendentium neceſſariò non inferunt agnationis contemplatio, perpetuitas, ac realitas diſpoſitionis, quoties deſumantur ab aliqua teſtamenti parte, in qua generaliter de omnibus Agnatis actum eſt, *vol. 1. num. 125. part. 1.*
Secus, cum à parte, ubi peculiaris eſt habita illorum favore diſpoſitio, *ibid. numer. 126.*, *& 127.*

Gra-

Gravamen reſtitutionis, ſi primis, maximè ulterioribus Deſcendentibus impoſitum cenſetur, *vot. 15. numer. 69.*, *&* *vot. 30. numer.* 48. *part.*1.

Niſi tamen de contraria Teſtatoris voluntate, conſtet, *d. vot. 15. num. 70.*

Gravamen favore ulteriorum Deſcendentium arguitur, ſi de eorum prædilectione conſtet, & ex quibus? *vot.1. num.132. ad 135. p.1.*

Gravamen, licèt ad aliquas reſtrictum perſonas, ad omnes extenditur, ubi eadem concurrat ratio, *vot. 26. num. 29. p.1.*

Quo caſu habetur pro expreſſo etiam in ſubſtitutione, in qua omiſſum ſit, *ibidem numer. 30.*

Gravamen reſtitutionis favore ulteriorum Deſcendentium arguit prohibitio alienationis, *vot. 34. num. 9. p.1.*

Tum & prohibitio cujuſcumque detractionis, *ibid. num.14.*, *&* 98.

Reſtitutionis *gravamen* locum non habet, niſi, eveniente caſu ſubſtitutionis, cui adjectum eſt, *vot. 26. num. 5. p.1.*

Gravamina à fideicommittente impoſita poſſeſſor nequit alterare, reſtringere, aut ampliare, *vot. 5. num. 26. p.1.*

Gravaminis nulla major probatio dari poteſt, quàm gravati confeſſio, *vot. 29. numer. 70. part.*2.

Maximè contra heredes, & ſucceſſores, vel ab eo quomodolibet cauſſam habentes, *ibid. nu.71.*

Gravamen nullum Pater adjicere poteſt Bonis, à filio quærendis independenter ab ipſius Patris perſona, *vot. 5. num. 44. p.1.*

Gravamen in re propria heredis, quoties æquivalens emolumentum ei relictum fuerit, ſuſtinetur, *vot. 7. num. 92. p.1.*, *&* *vot. 29. num. 19. part.*2.

Neque ab ipſo impugnari poteſt, *dict. vot.29. nu.20.*

Secus, quoties ſit majus hereditario emolumento, *dict. vot. 7. num. 93.*, *&* *vot. 33. num.* 13. *part.*1.

Ob *gravaminis* exceſſum irrita in totum diſpoſitio non redditur, *vot. 33. num. 18. p.1.*

Sed reducitur ad menſuram commodi, *ibid.*, *&* *num.* 28.

Gravamini, reſpondere emolumentum præſumitur, *vot. 29. num. 16. p. 2.*

Gravamen in re heredis, ut ſuſtineatur, illius acceptatio, & voluntas Teſtatoris requiritur, *vot. 24. num. 48. p.1.*

Hæc autem ex quibus excludatur? *à num. 50. ad 63.*

Gravamen in propriis heredis Bonis, aditâ ab eo hereditate, ſuſtinetur, licèt emolumento non correſpondeat, *vot. 7. num. 94. p.1.*

Gravamini an emolumentum æquivaleat, non eſt quærendum, quoties heres diſpoſitionem acceptaverit, *vot. 33. num. 19. p. 1.*, *&* *vot. 29. num 21. p.2.*

Gravamen in re propria ab herede acceptatum, ſuſtinetur ex illius voluntate, licèt aliàs corrueret ex poteſtatis defectu in Teſtatore, *vot. 29. num.26. p.2.*

Defectum enim ejuſmodi quodammodo heres ſuppleviſſe, atque onus adprobaſſe cenſetur, *ibid. numer.27.*

A *gravamine*, in re propria acceptato, heres nec ſe, nec proprium heredem præſervare valet, *vot.29. num.45. p.2.*

Gravamen in re propria ſi heres acceptavit, de illius exceſſu nec ipſe, neque ejus heredes exeipere, valent, *vot.33. nu.20. p.1.*, *&* *vot.29. nu.30.*, *&* 31. *p.2.*

Et nec etiam de antiquiori fideicommiſſo valent illi excipere, *dict. vot.29. num.32.*

Præſertim, ſi idem heres nedum inventarium, non confecerit, ſed inſuper diſpoſitioni Teſtatoris ſuam conformaverit, eos vocando, *ibid. nu.33.*

Quod perinde eſt, ac ſi ipſemet de Bonis, in diſpoſitione Teſtatoris comprehenſis, iterum diſpoſuiſſet, ſuoſque heredes in re propria gravaſſet, *ibid. num.34.*, *&* 35.

Gravamen in re propria ut heres acceptaſſe cenſeatur, ſufficit tacitus ipſius conſenſus ex tacita vel expreſſa aditione reſultans, *vot.33. nu.21.*, *&* 22. *part.1.*, *&* *vot.29. num.24.*, *&* *num.36. part.2.*

Gravaminis acceptatio faciliùs ex aditione inducitur in diſpoſitione, intuitu agnationis facta, *vot.29. num.25. p.2.*

Gravaminis, etiam excedentis, acceptatio faciliùs inducitur in diſpoſitione, favore agnationis ordinata, *vot.33. num.23. p.1.*

Ubi præſertim irrationabile non appareat judicium Teſtatoris, *ibid.*

Gravaminis acceptatio, abſque certâ ejus ſcientiâ, non inducitur ex ſola hereditatis aditione, *vot. 29. num.37. p.2.*

Limita, ſi agatur de actu incipiente à lucro, deque diſpoſitione, favorem agnationis reſpiciente, *ibid. num.39.*

Hoc enim caſu certâ, atque individua ſcientiâ non requiritur, ſed generalis qualiſcumque notitia ſufficit, *dict. vot.29. numer.40.*, *&* 43. *part.2.*

Gravaminis acceptatio ex actu, etiam nullo elicicitur, *vot.33. num.21. part.1.*

Ad *gravamen* in re propria heredis ſuſtinendum, requiſita ſcientia, quod res ad heredem pertineret, deficit, ſi de ejuſmodi pertinentia dubitare potuerit Teſtator, *vot.24. num.61. p.1.*

Gravamen in Bonis propriis heres impugnans, hereditatem non debet conſequi, *vot.33. num.26.*, *&* 27. *part.1.*

Gravamen ſuper Legitimâ Lex reiicit, *vot.46. nu. 62.*, *vot.3. nu.6.*, *&* *vot.24. nu.164. p.2.*

Nec vires illud ſumit à voluntate Teſtatoris, *dict. vot.24. eod. num.164.*

Sed ſolùm convalidari poteſt conſenſu filii, *ibid. numer.165.*

Qui

Qui expreſſus, vel expreſſo æquipollens debet eſſe, *ibid. num.166.*, & *ſeq.*

Gravamen, ſervatâ *Soccini* cautelâ, impoſitum ſuper Legitimâ, vires ſumere dicitur à poteſtate Patris diſponentis, *vol.24. numer.168. part.2.*

Gravamen ſuper filii Legitimâ, à Patre impoſitum ut ſuſtineatur, opus eſt, cum voluntate Patris, claram concurrere voluntatem filii, *vol.24. num.160. p.2.*

Quæ in præjudicialibus non præſumitur, *ibidem num.161.*, & *166.*

Generalem autem ſcientiam gravaminis, junctam cum aditione hereditatis, ſufficere, id procedit, quando de clara adeundi voluntate, ac certò de aditione conſtat, *ibid. num.162.*

Declara, hæc locum ſibi vindicare in ſimplici prohibitione Legitimæ, facta, non adhibitâ *Soccini* cautelâ, *ibid. num. 163.*, & *numer. ſeqq.*

Secus, quando ſervata ſit, *ibid. num.167.*

Gravamen, ſervatâ *Soccini* cautelâ, ſuper Legitimâ impoſitum, ut ſuſtineatur, conſenſus filii non requiritur tamquam forma, ſed pro illius dumtaxat executione, *vol.24. nu.174. p.2.*

Pro qua ſufficit legalis ejus conſenſus, ex aditione reſultans, *ibid.*, & *num.184.*

Et generica ſcientia gravaminis, *ibid. num.176.* & *185.*

Gravamen ſuper Legitimâ quoties favore agnationis eſt impoſitum, conſonum naturæ dicitur, atque Parentum votis, *vol.24. num.181. part.2.*

Utileque potiùs, quàm præjudiciale cenſendum eſt, *ibid. num.182.*

Gravamen, ſervatâ *Soccini* cautelâ, impoſitum ſuper Legitimâ, nullum filio præjudicium inferre dicitur, *vol.24. num.152. p.2.*

Et compenſatum cenſetur aliis emolumentis, in filium collatis, *eod. vol.24. num. 151.*, & *179. part.2.*

Vid. *Filius*, *heres*, *Legitima*.

GRAVATUS.

Gravatus reſtituere, vocatus cenſetur, *vol.15. nu. 75. p.1.*

Gravamen enim antecedentem vocationem ſupponit, *ibid.*

Gravatus, expreſsè aliis vocatis præjudicare nequit, *vol.10. num.113. p.1.*

Et neque tacitè per contrariam obſervantiam, *ibid.*

Gravatus neque per actum expreſſum, neque per actum ultimæ voluntatis, fideicommiſſi Bona alienare poteſt, *vol.13. num.62. p. 1.*

Gravati, non gravantis proximitas ſpectata à Teſtatore præſumitur, *vol.12. num. 139. p.1.*

Eaque attendenda eſt, *ibid. nu.143.*, & *144.*

Gravati, non autem gravantis proximitas attenditur in ſucceſſione fratris, quoties hic proximiores gravato heredes ſubſtituit, *vol.12. num. 149.*, & *150. part. 1.*

Præſertim, ſi de primogenitura agatur, *ibid. num.151.*

Gravatis præjudicium non infertur, cum præferuntur proximiores, & magis dilecti, *vol.1. nu. 139. part.1.*

IN CASTRIS SS. GREGORII, & CASAPIS.

In Caſtris *SS. Gregorii*, & *Caſapis* antiquiſſima viget *recadentiarum* conſuetudo, ut Barones ſuccedant in Bonis vaſſallorum, ſinè legitimis heredibus decedentium, *vol. 27. num. 1. part.2.*

Qui autem pro excludendo Barone legitimi heredes dicantur? *ibid.*

Et quæ inter cauſam teſtati, atque alteram inteſtati ſervetur differentia? *ibid.*

In Caſtris *SS. Gregorii*, & *Caſapis* vigere juris *recadentiarum* conſuetudinem, ſatis indicat Oppidanorum effatum illud = *morire à corte* = *vol. 27. nu.43.*, & *63. p.2.*

Neque ad aliud jus, niſi ad ejuſmodi conſuetudinem referri valet clauſula = *ſervatâ medietate Curiæ* =, in teſtamentis Opidanorum adjici ſolita, *ibid. nu.44.*

Ejuſdemque conſuetudinis perſpicua elicitur probatio ex municipali ipſo Statuto, *ibid. num.45.*, & quomodo? *num. ſeqq.*

In Caſtris *SS. Gregorii*, & *Caſapis* ſemper indiſtinctè quoad Clericos, & forenſes obſervatum jus recadentiarum reperitur, *vol.27. num. 113. p.2.*

Idem jus Barones dictorum Caſtrorum ſibi aſſeruerunt non in vim Statuti, ſuper eo conditi, ſed vigore conſuetudinis antiquiſſimæ, *ibid. numer. 114. part.2.*

Ad hanc propterea, non ad illud referendum eſt, *ibid.* Vid. *recadentia*.

H

HABITARE, HABITATIO.

HAbitare quis dicitur in loco, ſi ibi uxorem habet, filios, & familiam, *vol.30. nu. 51. part.2.*

Quod juxta nonnullos procedit, licèt à tali loco abſens ille ſit, *ib d. num.54.*

Habitans partem temporis, totum tempus habitaſſe videtur, quando ex ea parte idem effectus reſultare potuiſſet, *vol.30. nu.53. p.2.*

Habitandi in certo loco conditionem non adimplet, qui habitat majore anni parte, *vol.30. nu. 22.*, & *52. p.2.*

Habitandi in certo loco præceptum intelligitur, de ibidem ſemper habitando, *vol. 30. num. 50. part.2.*

Adeout non ſufficiat aliquo tempore habitare, poſteaque ad alium locum ſe transferre, *ibid.*

Habitatio, *ex Ariſt.*, Civem non facit, *vol. 4. nu.21. p.2.*

Vid. *præceptum*.

He-

HEREDITARIUM JUS.

Hereditarium jus eſt quoad omnes individuum, *vol.24. nu.42.*, *& 81. p.2.*

HEREDITAS.

Hereditas, in dubio, idonea, atque opulenta præſumitur, *vol.18. nu.78.p.2.*

Hereditatis appellatione non veniunt Legata, & fideicommiſſa particularia, *vol. 9. numer. 53. part.2.*

Proindeque nec in reſtitutione facienda univerſalis hereditatis comprehenduntur, *ibid.*

Nomen *hereditatis*, juris habet ſignificationem, Bonorum verò nomen, patrimonii corpora, & res ſpectat, *vol.38. num.67. p.1.*

Hereditas aliud eſt, & aliud ſunt Bona hereditaria, *vol.38. nu.68. p.1.*

Hereditates duæ cum onere aſſumendi cognomen, & inſignia Teſtatorum de diverſa familia, ſunt in eadem perſona incompatibiles, *vol.26.nu.3. part.1.*

Et retentio unius prohibet conſecutionem alterius, *ibid. num.4.*

Incompatibiles non ſunt, quando alienæ familiæ mixtura in iis non eſt prohibita, *ibid. numer. 64.*

Sufficit tamen, quod alterutra prohibitionem ejuſmodi contineat, *ibid.nu.65.*

Hereditate eum poſſe frui, qui gentilitia depoſuerit inſignia, abſurdum eſt, atque adverſatur benè ordinatæ Teſtatoris menti, *vol. 26. nu.40. p.1.*

Sub inteſtatâ *hereditate* gravati heredis Bona fideicommiſſaria non comprehenduntur, *vol.20.nu. 48. p.2.*

In *hereditate* Patris, filia, Agnato remotiore cenſetur prædilecta, *vol.11. nu.7.p.1.*

Procedit etiam quoad Bona Tranſverſalis, qui cælebs fuerit, *ibid. num.8.*

In *hereditate* Donatoris reperti fructus, comprehenduntur pro medietate ſub donatione dimidiæ partis omnium Bonorum, *vol.44. nu. 173. part.1.*

In *hereditate* fructus, & reditus repertos fuiſſe, ab allegante probandum eſt, *vol. 44. num.172. part.1.*

In *hereditate* res pretioſas non extitiſſe, in antiquis, præſumitur, *vol.18. num.45. p.2.*

Et, ſi quæ in ea repertæ præſumi velint, eæ in dimiſſionem Creditorum Defuncti erogatæ ſunt cenſendæ, *ibid. num.97.*

In *hereditate* Patris, etiam ad effectum augendi Legitimam, conferendi ſunt fructus, quos filius percepit ex Bonis fideicommiſſi, præventivè à Patre reſtitutis, dummodò iidem fructus extent, & bonâ fide non ſint conſumpti, *vol.46. nu.91.*, *& 93. p.1.*

In *hereditate* Patris conferenda ſunt Bona, à Patre filio ſive emancipato, ſive non, donata intuitu certi Matrimonii, *vol. 46. num. 87. p. 1. Limita ut num 91.*

In *hereditate* Patris, tamquam profectitii, conferendi ſunt fructus Bonorum fideicommiſſi, quæ Pater adhuc vivens, filio reſtituit, & interim à filio, percepti ſunt, *vol. 46. nu.75.*, *& 76.p.1.*

In *hereditate* Patris conferenda ſunt Bona filii profectitia, *vol.46. num.1.*, *& 76.p.1.*

Patri enim adquiruntur tam quoad proprietatem, quàm quoad uſumfructum, *ibid. num.2.*

In *hereditate* Patris non ſunt conferenda lucra, à filio adquiſita ex negociatione, cum Patre geſta, *vol. 46. nu.7.p.1.*

Cum peculium adventitium filii dicantur, *ibid.*

Procedit etiam quoad fructus ſimilium lucrorum, quos forte in vità Patris filius percepit, *ibid. num.8.*

Univerſæ *hereditatis* relicto emolumento compenſata dici poſſunt onera omnia, Legitimæ impoſita, *vol.8. nu.44. p.2.*

Hereditatem ſibi relictam ſub conditione ſervandæ viduitatis, mulier, ſecundò nubens, retinere nequit, *vol.19.nu.1. p.2.*

Et ſcelus eſſet, ſi eam retineret contra Defuncti voluntatem, *ibid. nu.2.*

Hereditatis portio, in caſu contraventionis caducata, adhuc penes Contravenientem debet manere, ſi nullus alius adſit Subſtitutus, *vol. 19. num.7. p.2.*

Contrarium, quoties heredes adſint, in re certa inſtituti, *ibid. num.8.*

Immò, ſi hi non adeſſent, eadem portio ad heredes ab inteſtato, vel etiam ad Fiſcum, numquam verò ad contravenientem deberet pertinere, *ibid nu. 9.*

Hereditati, etiam per interpoſitam perſonam, ſuccedi dicitur, *vol.12. num.98. p 1.*

Nomen « *hereditas* » indefinitè à Teſtatore prolatum, totam importat hereditatem, *vol.21. nu. 33 p.1.*

Idemque de tota diſpoſuiſſe cenſendus eſt, *ibid. nu.34.*

Procedit, etiam ad effectum inducendi reciprocam linearem in diſpoſitione Tranſverſalis, *ibid. nu 35.*

In tota expreſſim *hereditate* niſi ſubſtitutio facta ſit, excluditur fideicommiſſum reciprocum, *vol.10. nu.34. p.1.*

Præſertim verò, ſi nulla adſit hereditatis mentio, *ibid num.36.*

Ex *hereditatis* mentione indefinita, & ſinè adjecto totalitatis, non inducitur reciproca ſubſtitutio, *vol.10. nu 39 p.1.*

Nec locum tunc habet regula, quod indefinita dictio æquipollet univerſali, *ibid. numer. 40. part.1.*

Secus tamen eſt, quoties inter Deſcendentes agitur, *ibid. nu.121.*

Hereditatis reſtitutio amplis, & generalibus verbis demandata, nedum de Bonis expreſſis, ſed etiam de non expreſſis intelligenda eſt, *vol.29. num.60. p.2.*

Præſertim, ſi nulla adjecta legatur particula reſtrictiva, *ibid nu.61.*

Integram, & ſinè diminutione ullâ reſtitui *heredi-*

Digitized by Google

reditatem, præcipiens Teſtator, de Bonis etiam fideicommiſſariis intellexiſſe cenſendus eſt, *vot. 29. num.63. p.2.*

Cum ſine illis tota non dicatur hereditas reſtitui, *ibid.*

Idem, ſi quamcumque, heredi competentem, detractionem prohibuit, *ibid. num.64:*

Hereditatis reſtitutio integrè, & abſque diminutione à Teſtatore demandata, intelligitur tum de proprietate, tum etiam de uſufructu, *vot. 4. num.103. & 104., & vot.5. num.50. p.1.*

Ad totam *hereditatem* eò magis vocati ſunt cenſendi proximiores maſculi, ſi fuerunt ad illam vocatæ fœminæ, earumque filii remotiores, *vot.30. nu.70. part.1.*

Hereditas non dicitur integrè ex Teſtatoris voluntatè conſervari, quoties commoditas fructuum penes Extraneos remaneat, *vot. 4. num. 106. part.1.*

Hereditatis reſtitutio an, & quando heredi non ſtatím demandata, ſed potiùs dilata cenſeatur in tempus ejus mortis? *vot.30. num.1., & num. ſeqq., & nu.7., & ſeq.*

Ut in tempus mortis dilata cenſeatur, ſufficit, id poſſe conjici ex tacita Defuncti voluntate, *ibid. num 2.*

De hac autem conſtare dicitur, ſi verbis uſus eſt, futurum tempus ſignificantibus, *ibid. num.3.*

Item, ſi quamcumque detractionem vetuit, *nu. 5.* ratio *ibid.*

Contrarium, quod immò ex hujuſmodi prohibitione argumentum potiùs eliciatur, ejuſdem voluntatis excluſivum, *ibid. num.23.*

Hereditatis reſtitutionem non purè, ſed poſt heredis obitum fuiſſe à Teſtatore injunctam, arguitur ex mentione facta, etiam de heredis Bonis, Fideicommiſſario deferendis, *vot. 30. nu.12. p.2.*

Hereditatis reſtitutio injuncta non in diem, nec ſub conditione, ſtatim facienda eſt, *vot. 30. nu. 7. part.2.*

Hereditas Monacho delata, Monaſterio adquiritur, *vot. 4. num.2. p.1.*

Immò rectâ viâ huic delata dicitur, *ibidem num 3.*

Hereditatis aditio non nocet Ignoranti fideicommiſſum, *vot.24. nu.64., & nu.66. p.1.*

Vel ſaltem ei competit reſtitutio in integrum, *ibid. num.67., & 70.*

Minuſque nocet ipſius filiis, ex proprio jure venientibus, *ibid. num.68., & 69.*

Sola *hereditatis* aditio, abſque certâ ſcientiâ gravaminis, ſatis non eſt ad iſtius acceptationem inducendam, *vot.29. nu.37. p.2.*

Limita, ſi agatur de actu incipiente à lucro, deque diſpoſitione, favorem agnationis reſpiciente, *ibid. num.39.*

Hoc enim caſu certa, atque individua ſcientia non requiritur, ſed generalis qualiſcumque notitia ſufficit, *ibid. nu.40., & 43.*

Hereditatis aditionis requiſita enumerantes Juris Interpretes, inter illa non recenſent ſcientiam onerum, *vot.24. num.129. p.2.*

Eam proinde Jure noſtro non requiri, dicendum eſt, *ibid. nu.130.*

Heres ut validè *hereditatem* adeat, requiritur ſolùm ſcientia ejus, quod intrinſecum, non quod extrinſecum eſt aditioni, *vot.24. num.133. part.2.*

Hereditatem cum onere in Legitima, ut dicatur acceptaſſe Filius licèt inſtitutus cum *Soccini* cautela, ſcientia ipſius oneris requiritur, *vot. 24. nu.1. & 4., & num.120. p.2.*

Quæ ſcientia debet eſſe certa, & poſitiva, non autem præſumpta, *ibid. num.2.*

Maximè, ubi de actu præjudiciali agitur, ac proprii juris abdicativo, *ibid. nu.5.*

Per ſimplicem *hereditatis* aditionem, & abſque etiam expreſsâ acceptatione, ac ſcientiâ gravaminis filius ſibi præjudicat in Legitima, quoties cautela *Soccini* ſervata fuerit, *vot.24. à nu. 153. ad 184. p.2.*

Explicantur *Deciſiones Sacræ Rotæ, impreſſæ apud Rodulphin. poſt alleg.* 115., in quibus expreſſa etiam acceptatio concurrebat, *ibid. num. 159., & 187.*

Procedit maximè principalis concluſio, quoties cautela *Soccini* non per æquipollens tantùm, ſed formaliter ſervata fuerit, *ibid. num. 155.*

Quod tamen formaliter ſervata fuerit, pro effectu antedicto, opus non eſt, *ibid. nu.157.*

Ex quibus autem generica onerum cognitio, atque acceptatio tacitâ valeat reſultare? *ibid. nu. 156.*

Hereditate aditâ, cenſetur Filius adprobaſſe fideicommiſſum, ſuper ſuis Bonis ordinatum, *vot. 24. nu.175. p.2.*

Atque univerſum acceptaſſe Patris teſtamentum cum oneribus, ſive ea ſciverit, ſive ignoraverit, *ibid. nu 176.*

Paternam *hereditatem* filius ex neceſſitate quadam acceptare tenetur, *vot. 24. numer. 16. part.2.*

Jure enim tantùm Prætorio jus abſtinendi habet, & facilè illud amittit, *ibid. nu.7.*

Hereditatis aditio in nuda adeuntis voluntate conſiſtere dicitur, & heres fieri quis poteſt ſolâ deſtinatione animi, *vot. 24. numer. 26. part.2.*

Hereditatis adeundæ ſcrupuloſa ſolemnitas ſublata hodie eſt, & non tàm expreſsè, quàm tacitè hereditas poteſt adiri, *vot. 24. numer. 47. part.2.*

Hereditatem adeundi animus faciliùs in filio præſumitur, *vot.24 nu.30. p.2.*

Paternæ *hereditatis* opulentiſſimæ, ejuſdemque nec debitis, nec Legatis oneratæ aditio præſumenda eſt, *vot.24. num.10. p.2.*

Hereditatis aditione expreſsâ non indiget filius, ſed Bonorum dominium in eum continuatur miniſterio Legis, *vot. 23. num. 44., & vot. 24. nu. 13. p.2.*

Et, niſi de abſtenſione doceatur, adita ab eo here-

hereditas præſumitur, *dict. vot.* 24. *numer.* 45.

Hereditatem pateroam filius tranſmittit, licet oon adierit, *vot.*24. *nu.*20. *p.*2.

Hereditati facilius ſe miſcere videtur filius, quàm pro herede ſe gerere Extraneus, *vot.*24. *num.*12. *p.*2., & rat io *nu.*13., & 14.

Hereditatis aditio iu filio inducta dicitur ex ſolutione debitorum paternorum, *vot.*23. *num.* 47. *part.*2.

Maximè autem ex Bonorum poſſeſſinne, *ibid. num.*48. *p.*2.

Hereditas *tacitè* adita ab herede cenſetur, ſi illam non impugnavit iotra terminum, à Teſtatore præſcriptum, *vot.*29. *numer.*21., & *numer.* 23. *part.*2.

Ac etiam *expreſsè*, ſi Teſtatoris diſpoſitioni ſuam omniuò conformaverit, *ibid. numer.*22., & *num.*34.

Hereditatis aditio ſatis deſumitur ex facto, ejuſdem inductivo, juncto cum verbis, exprimentibus aoimum pro herede ſe gerendi, *vot.* 24. *num.*34. *p.*2.

Hereditatis aditionem inducit exactio creditorum hereditariorum; ſic etiam capitalium hereditatis translatio, ceſſio, aliaque ejuſmodi, *vot.* 24. *nu.*35., & 62. *p.*2.

Procedit, etiam quaodo præceſſerit proteſtatio non adeundi, *ibid. num.*36.

Ac, etiamſi heres declaraverit, abſtinere, ſeù repudiare velle hereditatem, *ibid. nu.*37.

Declara *ut nu.*39.

Hereditatis aditionis ubi quæſtio eſt, locum habet regula = *ſingula, quæ non proſunt, juncta juvant*, *vot.*24. *num.*33., & 76. *p.*2.

Hereditatis aditio tum ex verbalibus declarationibus, tùm ex actibus poſſeſſivis, adquiſitivis, aut declarativis inducitur, *vot.*24. *num.*24.32., & 75. *p.*2.

Hereditas, an ex ſolis actibus poſſeſſivis adita cenſenda ſit, quæſtio eſt inter Doctores, *vot.*24. *nu.* 50. *p.*2.

Affirmativa tamen ſententia verior eſt, *ibid. num.*51.

Non curato, an heres declaraverit, ſe uti; heredem poſſediſſe, *ibid. nu.*52.

Nudum enim attenditur factum poſſeſſionis, *ibid. num.*53.

Ex poſſeſſione autem oedum tacita aditionis præſumptio elicitur, *ibid.*

Sed vera inducitur aditio, *ibid. nu.*54.

Hereditatis aditio certa eſt, concurrentibus actibus, qui citra jus, & ;oomen heredis fieri nequiverint, *vot.*24. *num.*71. *p.*2.

Hereditatis aditio non inducitur ex actibus, de ſe inefficacibus, aut æquivocis, ad aliam cauſſam, quàm aditionis referibilibus, *vot.*24. *numer.*73. *part.*2.

Item non inducitur ex actibus, qui alio animo, quàm adeundi, geſti appareant, *ibid.*

Limita, ſi adſit Statutum, aditionem ex nudo poſſeſſionis facto inducens, *ibid. num.*78.

Hereditatis aditio faciliùs excludenda eſt, quando contra filium, tamquam heredem, agitur non à Creditoribus, ſed à Coheredibus, *vot.* 24. *nu.* 74. *part.*2.

Eoque caſu benignior etiam Statuti capienda interpretatio eſt, *ibid.*; & quando ſecus? *numer.*80.

Hereditatis aditionem præferentes actus, geſti cum proteſtatione, eos ſe non animo adeundi facere, an aditionem nihilominùs inducant? inter Doctores diſceptatur, *vot.* 24. *num.*105., & 106. *part.*2.

Contrariæ opiniones conciliantur, ut pro affirmativa ſtandum ſit, ſi quis eos actus faceret, tamquam heres, nec alia ſubeſſe poſſet cauſſa, *ibid. nu.*107.

Aditio autem, tuoc præſertim inducta cenſetur, quando tales actus commodè ad præſervationem aliorum jurium, quàm abſtinendi ab hereditate referri valeaut, *ibidem numer.*108.

Hereditatis aditionem, præcedeotibus actibus ioductam, impedire, aut revocare nequeunt ſubſecutæ contrariæ proteſtationes, *vot.*24. *nu.*110. *part.*2.

Si verò hæ præceſſerint, ſublata earum vis cenſenda eſt ſubſequentibus actibus, aditionem præſeferentibus, *ibid. nu.*112.

Hereditatis aditionem, præcedentibus poſſeſſivis actibus iuductam, tollere nequeunt prorogationes, à Principe obtentæ, ad deliberandum de illius acceptatione, vel repudiatione, *vot.* 24. *nu.*90. *p.*2.

Præſertim, ex Statuto, atteodente ſolum factum poſſeſſionis, *ibid. num.*91.

Et maximè, ſi iidem actus, poſt obtentas etiam prorogationes cootinuati fuerint, *ibid. numer.*93.

Hereditatis aditionem inducentes actus, idem operantur, tàm, ſi intra terminum, à Jure, vel ab homine conſtitutum, quàm, ſi gerantur intra terminum, à Priocipe prorogatum, *vot.* 24. *nu.*98. *p.*2.

Hereditatem qui ſemel adiit, nequit per quemcumque actum deſioere eſſe heres; ſive ſuus, ſive extraneus ille ſit, *vot.*24. *num.*88. *p.*2.

Hereditatis aditio obligat æri alieno: & qui ſemel adivit rectè, poſtea non poteſt repudiare, *vot.* 24. *nu.*132. *p.*2.

Hereditatem licèt recuſaverit filius, poteſt, rebus paternis, in eodem ſtatu permaneotibus, illam adire, *vot.*24. *nu.*113.116., & *ſeq.*, ratio *dict. num.*113.

Hereditatem repudiandi jus difficiliùs ab Extraneo amittitur, *vot.*24. *num.*19. *p.*2.

Utque hereditati obligetur, efficaciores requiruntur probationes, *ibid.*

Hereditatis expreſsè facta repudiatio, revocari poteſt ſive expreſsè, ſive tacitè, *vot.* 24. *num.* 116. *part.*2.

Eòque magis revocari poſſunt proteſtationes, ſeu declarationes de non animo adeundi, *ibid. numer.*117.

Procedit etiam in terminis *Statuti Florentini*, *ibid.nu.*118.

Quod intellige, ſi modò proteſtationes illæ munitæ non ſiut auctoritate Judicis, *ibid num.*119.

Hereditatis præcedens repudiatio ab herede revocata cenſetur, ſi credita poſtmodum exegerit, ac de rebus hereditariis diſpoſuerit, *vot.* 24.*nu.* 41.*p.*2.

Hereditatis repúdiationem, licèt reſpicientem tempus futurum, ſi ſubſequantur actus, cum alio communicati, aditionem iſti inducunt nedum reſpectu ejus, cum quo geruntur, ſed aliorum omnium, *vot.* 24.*num.*42., & *numer.* 92. *part.*2.

Præcedentem *hereditatis* abſtenſionem revocare filius poteſt, *vot.*24. *nu.* 86. *p.*2.

Non ita aditionem, ſemel factam, *ibid. num.* 87. & 111., ratio *num.*86.

Hereditatis aditione jura ſuitatis amittuntur, abſtenſione non item, *vot.*24. *num.*87. *p.*2.

Hereditate aditâ, heres quaſi contraxiſſe dicitur cum Teſtatore, ac ulterioribus vocatis, eorumque favore ſeſe obligaſſe, *vot.*29. *num.*28. *p.*2.

Ex *hereditatis* aditione quaſi contractus reſultare dicitur non ſolùm inter heredem, & Creditores, ſed inter illum, & Legatarios, atque etiam fideicommiſſarios, *vot.* 24. *num.* 83., & *nu.*174. *p.*2.

Hereditate aditâ, detrectari ab herede nequit reſtitutio fideicommiſſorum ſub prætextu Legitimæ detrahendæ, *vot.*24. *nu.*144. *p.*2.

Concurrente maximè Statuto, conſenſum, & acceptationem heredis inducente ex aditione, *ibid.nu.*148. 151., & 176.

Aditio enim eſt quidam heredis conſenſus pro exequendis, quæ Teſtator demandavit, *vot.* 24. *num.*146., & 175. *p.*2.

Hereditatem ſi heres inſtitutus nolit, vel adire nequeat, qui ab inteſtato veniunt, debent capere ex præſumpta Teſtatoris voluntate, *vot.* 19. *num.*23. *p.*2.

De *hereditate* adeunda, quem deliberare volentem, ſcripturas etiam originales retinere velle, abſurdum eſt, *vot.*24. *num.*104. *p.*2.

HERES.

Ex ſola *heredum* vocatione hereditarium feudum conſtituitur, *vot.*6. *num.*31. *p.*1.

Heredes plures unicam relatè ad Teſtatorem lineam conſtituunt, *vot.*30. *nu.* 57. *p.*1.

Heredi inutilis eſt evictionis promiſſio, *vot.*44.*nu.* 136. *p.*1.

Heredes cognitos, & prædilectos, non verò remotiores, & ignotos, favore Extraneorum, gravari à Teſtatore voluiſſe, inveriſimile eſt, *vot.* 13. *num.*15. *p.*1.

Heredis inſtituti filios alienæ ſucceſſoni antepoſuiſſe cenſetur Teſtator, *vot.* 12. *numer.* 23. *part.*2.

Heredi magis dilectos prædilexiſſe Teſtator cenſetur, *vot.*12. *nu.*136. *p.*2.

Deque eis ſub proximiorum nomine ſenſiſſe, *ibid. num.* 137.

Heredi conjunctior dicitur frater utrinque conjunctus, *vot.*12. *num.*138. *p.*1.

Heredis affectio erga utrinque conjunctos major eſt, *vot.*12. *num.*143. *p.*1.

Heres à Legatario diſtingui debet, *vot.* 14. *nu.* 58. *part.*1.

Heres quis ſimul, & Legatarius eſſe nequit, *vot.* 10. *num.*76. *p.*2.

Heredis ſimul, ac Donatarii particularis perſonam gerere quis poteſt, *vot.* 44. *num.*242. *p.*1.

Heres nequit hereditatem adire, & Legatum non adimplere, *vot.*15. *num.*37. *p.*2.

Heredis jus non cenſetur jus alienum; cum Defunctus, & heres eadem perſona cenſeantur, *vot.*11. *num.*20. *p.*2.

Heres repræſentare dicitur perſonam Defuncti, non autem Donatarius particularis, *vot.*44. *nu.* 134. *p.*1.

Ad *heredem*, non verò ad Donatarium pertinent Bona, ad effectum teſtandi reſervata, *vot.* 38. *nu.*81. *p.*1.

Theſauri circa hunc articulum diſtinctio traditur, *ibid. nu.*82.

Ad teſtamentarium *heredem* pertinent Bona reſervata, ſi de eis expreſsè Teſtator non diſpoſuerit, *ibid. num.*84.

Contrarium autem firmantes auctoritates procedunt, quando facultas diſponendi alteri à Domino conceſſa eſt, non verò, quando reſervata eſt per Dominum, *ibid. num.*85.

Heres proprietarius habetur, ac ſi heres ab initio fuerit, licèt invitatus ſit poſt uſufructuarii dumtaxat obitum, *vot.*23. *nu.*59. *p.*2.

Heres proprietarius perſonam Defuncti repræſentat, *vot.* 23. *num.*60., & *vot.* 29. *num.* 32. *p.*2.

Uſufructuarius verò ſingularis ſucceſſor eſt, *dict. vot.*23. *eod. num.*60.

Ille autem, non hic æs alienum Defuncti ſolvere tenetur, *ibid.*

Heres ſimul, & Creditor eſſe quis nequit, *vot.*18. *nu.*149. *p.*2.

Intellige de herede ſimplici, non etiam de beneficiato, *ibid. num.*15 .

Heredis credita ante redditam rationem turbida, atque illiquida dicuntur, *vot.* 18. *numer.* 150. *part.*2.

Ipſa tamen ratio incontinenti reddi poteſt, *ibid. nu.*151.

Heredis jura, ex Bonorum poſſeſſione, confunduntur cum juribus Defuncti, *vot.*24. *num.* 56. *part.*2.

Heres jura, & actiones ſuas adeo cum juribus, & actionibus hereditariis confundit, ut nulla ſive is, ſive cauſſam ab eo habentes, credita allegare contra hereditatem poſſint, *vot.*18.*nu.*71. *part.*2.

Limita, ſi inventarium confecerit, *numer.*72., & 81.

Heres, licèt Creditor Defuncti, nequit, niſi per implicitam hereditatis aditionem exigere credita, ac diſponere de rebus hereditariis, *vot.*24. *nu.*40. *p.* 2.

Heredem ſi quis ſeſe pluries nuncupaverit, aut declaraverit, hereditatem adiviſſe cenſendus eſt, *vot.24. nu.25., & 27.p.2.*

Heredis proteſtatio, ſe non habere adeundi animum minus efficax eſt expreſsâ hereditatis repudiatione, *vot.24. nu.114.p.2.*

Per conceſſam prorogationem ad deliberandum de aditione hereditatis, Princeps, *heredi* non cenſetur ademiſſe facultatem quandocumque adeundi, *vot.24. nu.99.p.2.*

Minùs verò ei conceſſiſſe, ut qualitatem hereditariam, ſemel aſſumptam, poſſet deponere, *ibid. nu.*100., & 186.*p.* 2.

Heres, ſi in termino prorogato adierit, vel pro herede ſeſe geſſerit, omnibus tenetur hereditariis oneribus, *vot.24. nu.186.p.2.*

Heredem ſe quempiam, Principis Reſcripto, dicere, ac negare poſſe in fraudem eorum, quibus ex aditione quæſitum jus fuiſſet, abſurdum reputandum eſt, *vot.24. nu. 103.p.2.*

Heres non probibetur, quominùs intra tempus prorogatum hereditatem adeat, *vot.24. nu.94. part.2.*

Heredis, Legata ſolventis, proteſtatio, ſe id non animo adeundi facere, ad alios effectus debet referri, quàm ad ignorantiam diſpoſitorum in teſtamento, *vot. 24. numer.* 200. *part.2.*

Heredi, antequam deliberet acceptare, vel repudiare hereditatem, facultas non eſt, niſi Auctore Prætore, diſponendi de hereditariis Bonis, *vot.24. num.67., & 70.p.2.*

Præcipuè autem alienare nequit, aut actiones exercere, *ibid. nu.69.*

Heres, per aditionem, obligatur hereditariis oneribus, *vot.24. nu.145. p.2.*

Heres non dicitur, Extraneus, niſi per aditionem, *vot.24. nu.14.p.2.*

Heredis conſenſus cum conſenſu Teſtatoris quodammodò uniri per aditionem dicitur, *vot.24. num.147.p.2.*

Heredes ultra vires hereditarias poſt hereditatem aditam, teneri, licèt onera ignoraverint, vetera diſponebant jura, *vot.24. num.126.p.2.*

Heres beneficiatus eſt verus heres, omniaque jura, & actiones tàm activè, quàm paſſivè in ipſum tranſeunt, *vot.23. num.52.p.2.*

Heres beneficiatus haud ignorans hereditatis debita, illa ex fructibus tenetur ſolvere, *vot.23. num.51. p.2.*

Heredi beneficiato inventarium ſuffragatur, ſolum nè ultra vires hereditarias obnoxius remaneat hereditariis debitis, *vot.23. num.53. p.2.*

Verus *heres* ex vera hereditatis aditione qui eſt, nequit allegare, ſe alio poſſediſſe titulo, *vot.24. num.55.p.2.*

Ut potè ſublato poſſeſſione ipsâ, *num.56.*

Poteſt verò alium titulum allegare is, qui heres eſt, tantùm præſumptus, *num.57.*

Heres Bona hereditaria poſſidere præſumitur hereditario potiùs, quam alio quovis titulo, *vot.18. num.144. p.2.*

In *herede* beneficiato non habet locum hæc præſumptio, *num.145.*

Præſertim, ſi in confectione inventarii propria jura præſervaverit, *num.146.*

Heredis citra jus, & nomen curari poteſt, ut colantur agri, neve Debitorum pereant nomina, ac ſimilia, *vot.24. num.72.p.2.*

In *heredibus* excuſabilis eſt ignorantia Juris: & ignorantiæ facti æquiparatur, *vot.10. num.117. part.1.*

In *herede* onerum ignorantiam ſupponit facultas de aditione deliberandi, *vot.24. num.138. part.2.*

Heres, cum de opulentiſſimo agitur patrimonio, præſumitur minimè inquiſiviſſe de diſpoſitis in teſtamento, *vot.14. num.195.p.2.*

Præſertim, ſi pro illius aperitione Procuratorem conſtituit, ſtatim defuncto Teſtatore, *ibid. numer.196.*

Hereditatis à ſe aditæ an onera ſciverit heres, an ignoraverit, nihil curandum eſt, *vot.24. num.124., & 178.p.2.*

Ab *heredis* voluntate pendet adire, vel non adire, non verò effectus, ab aditione reſultantes, *ibid. numer.135.*

Heres niſi in termino ad deliberandum, ſibi competenti, onera noverit hereditaria, imputet ſibi ipſi, *vot.24. num.134., & 136. p.2.*

Heres ſcire debuit, ex aditione reſultare confuſionem jurium, ſeſeque oneribus hereditariis ſubjici ultra hereditatis vires, *vot.24. num.131. part. 2.*

Heres, ad validè adeundam hereditatem, ſcire debet, an ſit ex teſtamento, vel ab inteſtato heres, non verò, ut ad hereditaria onera teneatur, debet illa ſcire, *vot.24. numer.128., & 133. part.2.*

Heredi, etiam cum juramento alleganti ignorantiam diſpoſitorum in teſtamento, officit ſcientia, ex pluribus reſultans actibus, *vot.24. nu.218. part.2.*

Heres, qui ſciebat præfixionem termini, à Teſtatore ſibi factam pro deliberando de hereditatis aditione, ſciviſſe etiam cenſendus eſt onera, & conditiones, ab illo impoſitas, *vot.24. num.206. part.2.*

Ad præſumendam in *herede* ſcientiam oneris, plurimùm valet veriſimilitudo, *vot.24. num.190. part.2.*

Heres ſcientiam oneris habuiſſe præſumitur, quoties ignorantia eſſet inveriſimilis, ac in Judiciis non admittenda, *vot.24. num.191. p.2.*

In *herede* ſatis per Teſtes probatur ſcientia oneris, *vot.24. num.192. p.2.*

Heredi ad repellendum Subſtitutum non ſuffragatur hereditatis aditio cum beneficio inventarii, niſi id legitimè confectum, deque Bonis hereditariis reddita ratio appareat, *vot.18. num.73. part.2.*

Hæc tamen procedunt, quando heredi res eſt cum Creditoribus, aut Legatariis, *ibid. numer.* 77.

Secus, quando inter ipſum, & Fideicommiſſarium, *ibid. num.*79.

Hoc enim caſu heres, inventario etiam non confecto, jura propria non amittit, *ibidem num.*80. 92. 99., *&* 138.

Heredis jura omnia præſervantur inventarii beneficio, *vot.*18. *num.*72., *&* 145. *p.*2.

Idque ad retentionis effectum, atque ad repellendum Subſtitutum, pro immiſſione agentem, *ibid. dict. nu.*72.

Heres inventarium conficiens, credita ſua petere, ac ſeparare poteſt ab hereditate, *vot.*44. *n.*212. *part.*1.

Heres cum beneficio inventarii petere poteſt, ad æqualitatem redigi diſtributionem Bonorum fideicommiſſariorum, inæqualiter à Teſtatore factam, *vot.*33. *num.*32. *p.*1.

Idem de herede, hereditatem adeunte, non ſimpliciter, ſed cum præſervatione ſuorum jurium, *ibid. numer.*33.

Heres, ex præcepto Teſtatoris juſtè conficit inventarium mobilium, & Bonorum omnium, *vot.* 26. *num.*49. *p.*2.

Heredi obligatio inventarii injuncta à jure reperitur favore præcipuè Creditorum, & Legatariorum, *vot.*18. *num.*77. *p.*2.

Heredi confectionem inventarii Teſtator prohibere poteſt *vot.*24. *num.*37. *p.*2.

Ab *herede* an ſit legitimè nec ne confectum inventarium, ac ritè ab eo reddita ratio, altiorem indaginem id requirere dicitur, *vot.*18. *nu.*74. *part.* 2.

Ab *herede* rationem fuiſſe redditam, argui ex quibus valeat? *vot.*18. *numer.*127., *& numer. ſeqq. p.*2.

Ab *herede* rationem fuiſſe redditam, arguit retentio, ipſi à Judice conceſſa, *vot.*18. *nu.*129., *&* 137. *p.*2.

Heredi retentio non fuiſſet concedenda, ſi de inventarii validitate non conſtitiſſet, *vot.*18. *num.* 85. *p.*2.

Neque beneficiatus heres declarari potuiſſet, *ibid. num.*86.

Heres, redditâ ratione, non prohibetur per viam retentionis opponere ſuorum creditorum deductionem, *vot.*18. *num.*151. *p.*2.

Fortius verò, pro evitanda caducitate, allegare illa poteſt, *ibid. num* 152.

Heres, ut ab omiſſa in inventario mobilium deſcriptione excuſetur, ſufficit, quod potuerit dubitare, an illa deſcribenda eſſent nec ne, *vot.*18. *num.*101. *part.*2.

Heredis abſque dolo, & culpà, omiſſa mobilium æſtimatio, haud officit inventarii validitati, *vot.*18. *num.*102. *p.*2.

In hereditate, nulla ab *herede* reperiri potuiſſe credita, quomodo, & ex quibus demonſtrari valeat? *vot.*18. *num.*115., *&* 116. *ad* 120. *p.*2.

Heres ob merè poſſibilem exiſtentiam aliarum rerum, ab eo non deſcriptarum in inventario, ſuis detractionibus non eſt privandus, *vot.*18. *num.*138. *p.*2.

Præſertim, ſi nullum earum exiſtentiæ documentum adferatur, & contrà veriſimilitudo urgeat? *ibid. num.*139.

Heredis culpæ, aut dolo imputari nequit omiſſa in inventario jurium, & creditorum deſcriptio, quorum nullum adeſſe probatur documentum, *vot.*18. *num.*104. *p.*2.

Heres gravati non poteſt, refuſo heredi fideicommiſſario pretio ſoli, retinere melioramenta, bonâ fide à gravato in domo fideicommiſſaria facta, *vot.*38. *num.*5. *p.*1.

Sed eadem fideicommiſſario adquiruntur, *ibid. numer.*51.

Heres gravatus aliis reſtituere, verè, & propriè eſt heres, *vot.*44. *num.*239. *p.*1.

Heres gravatus, pendente fideicommiſſi conditione, ab herede ſimplici non differt, *vot.*44. *num.*240. *part.*1.

Ad *heredem* Bona etiam reſtituenda pertinere dicuntur, *vot.*29. *num.*57. *p.*2.

Heredis gravati ſua, & *propria* dicuntur fideicommiſſi Bona, dum adhuc illud pendet, *vot.* 42. *num.*58. *p.*1.

Heres gravatus, veluti legalis Adminiſtrator, diligentiam omnem adhibere tenetur pro conſervandis rebus fideicommiſſi, *vot.*44. *num.*204. *part.*1.

Et majorem, quàm ceteri Adminiſtratores, *ibid. numer.*205.

Heres gravatus de rebus, ejus culpà deterioribus factis, rationem reddere tenetur, *vot.*44. *num.* 206. *p.*1.

Heres gravatus rationem reddere tenetur de ſcripturis, ad hereditatem pertinentibus, *vot.*44. *num.*254. *p.*1.

Heres gravatus, ad exhibendas, reddendaſque ſcripturas, in hereditate repertas, cogi poteſt, *vot.*44. *num.*255. *p.*1.

Nec ei proderit excuſatio, quod illæ amplius non reperiantur, *ibidem num.*256.

Heres gravatus ſcripturas, in hereditate repertas, diligenter conſervare tenetur, *ibid. num.*257.

Aliter, adverſus eum locus eſt juramento in litem, *ibid. num.*258.

Heres gravatus hereditarias ſcripturas in inventario diſtinctim deſcribere tenetur, *vot.*44. *num.* 253. *part.*1.

Heres gravatus fructus fideicommiſſi cum ſuis oneribus percipere debet, *vot.*44. *numer.*267. *part.*1.

Heres gravatus ſuos facit fructus omnes perceptos ante advenientem caſum fideicommiſſi, *vot.*9. *num.*46. *p.*2.

Non ita heres fiduciarius, *ibid. num.*47.

Heres gravatus ſub conditione, ſuos facit fructus perceptos antequam conditio evenerit; quos verò poſtea percepit, tenetur reſtituere, *vot.*9. *num.*48. *part.*2.

Heres gravatus non tenetur ad reſtitutionem fructuum, quos bonà fide ex particulari fideicommiſſo percepit, *vot.*18. *num.*23., *&* 24. *p.*1.

Heres gravatus, ad fructuum, à Teſtatore perceptorum

rum reſtitutionem condemnatus, eos, tamquam æs alienum, è fideicommiſſo detrahit, *vot.44. num.268. p.1.*

Neque compenſare tenetur cum quantitate Bonorum, à Teſtatore ſibi donata, *ibidem numer.269.*

Heres gravatus poteſt domum, à ſe emptam, ſeparare ab altera fideicommiſſaria, ſi non ſit incorporata, licèt contigua ſit, *vot.38. numer.46. part.1.*

Illaque non Fideicommiſſario, ſed heredi ipſius gravati debetur in reſtitutione fideicommiſſi, *ibid. num.47.*

Si verò domus empta à gravato, fuit alteri fideicommiſſariæ incorporata, heredi gravati reficiendus eſt juſtus valor, *ibid. nu.48.*

Heres gravatus poteſt uti mobilibus, & detractiones ex aliis Bonis facere, *vot.6. num.11. p.2.*

Heres gravatus de mobilibus, tempore conſumptis, vel quæ conſumpta præſumi poſſunt, rationem reddere non tenetur, *vot.44. num.178. p.1.*

Etiamſi debita in hereditate repererit, *ibid. numer. 179.*

Heres gravatus, pro ſolvendo ære alieno, mobilià vendere non tenetur, *vot.44. num.180. p.1.*

Sed iis poteſt uti, & ex aliis Bonis detractiones facere, *ibid. num.181.*

Heres gravatus debita, ex præcepto Teſtatoris, pretio mobilium, ſolvenda, aliis hereditariis rebus dimittere nequit, *vot.44. numer.190. part.1.*

Heres gravatus de mobilibus, ex Teſtatoris præcepto, in æris alieni diſſolutionem diſtrahendis rationem reddere tenetur, inſpecto tempore obitus Teſtatoris, *vot.44. num.191. p.1.*

Heres gravatus, licèt in ſolemni inventario mobilia non deſcripſerit, ſat eſt, quod ea deſcribat in actu, quo Legatario traduntur, *vot.26. num. 54. part.2.*

Heredi gravato mobilium ſolidioris materiæ uſus illicitus eſt, exiſtente ære alieno, *vot.44. num. 192. p.1.*

Eorumque valor inde imminutus, cedit heredis damno, *ibid. num.193.*

Ipſorum autem valoris incrementum, proveniens ex heredis induſtria, ad eum ſpectat, *ibid. nu.194.*

Dummodo de antiquo illorum ſtatu ex inventario appareat, *ibid. num.195.*

Heres gravatus moderatè rebus fideicommiſſariis uti debet, *vot.44. num.199. p.1.*

Heredi gravato debentur melioramenta, in rebus fideicommiſſi ab eo facta, *vot.44. numer.200. part.1.*

Uti etiam extrinſeca augmenta, ex ejus induſtria provenientia, *vot.44. num.201. p.1.*

Heredi gravato refici debet, quod minùs eſt inter impenſum, & melioratum in rebus mobilibus, *vot.44. num.196. p.1.*

Dummodo meliorationes utiles fuerint, *ibidem numer.197.*

Non verò, ſi merum rei ornatum reſpiciant, *ibid. num.198.*

Heredi gravato, ut expenſas repetat, ſatis eſt, quoquomodo utile negotium geſſiſſe, *vot.44. num.263. p.1.*

Heredi gravato non licet indefenſa fideicommiſſi jura relinquere, *vot.44. num.262. part.1.*

Heres gravatus expenſas litis non repetit, ſi lis fuerit calumnioſa, *vot.44. num.265. p.1.*

Heres gravatus quantitatem, quam ex judicato ſolvere coactus fuit, à fideicommiſſo repetit, *vot.44. num.266. p.1.*

Heres gravatus non temerè litigans, expenſas pro tuendis Bonis, & juribus fideicommiſſi repetit, etiamſi ſuccubuerit, *vot.44. num.261. p.1.*

Heres gravatus, licèt rationem reddere debeat Fideicommiſſario, non tenetur inventarium conficere, niſi eo inſtante, *vot.26. num.55. p.2.*

Limita, ut *num.ſeq.*

Heres gravatus nequit Bona fideicommiſſaria novo ſubijcere fideicommiſſo in præjudicium aliorum, ad illa vocatorum, *vot 29. num.1. p.2.*

Ducto autem à poteſtate ad voluntatem argumento, cenſendus eſt id noluiſſe, *ibidem numer.2.*

Heres gravatus nequit præjudicium inferre vocatis, quando in vita hereditatem reſtituit, quam, nonniſi poſt mortem reſtituere deberet, *vot 7. num.83. p.1.*

Nec poſſeſſionem manutenibilem transfert in eum, quem, poſt obitum, legitimum ſucceſſorem futurum putat, *ibid. num.84.*

Heredis gravati poſſeſſio ad ejus heredes non tranſit, ſed, eo mortuo, reſolvitur, *vot.7. n.82. part.1.*

Heres fiduciarius perinde eſt, ac merus Cuſtos, atque Miniſter, *vot.9. num.11. p.2.*

Heres fiduciarius tenetur hereditatem integrè cum ſuis acceſſionibus vero heredi conſervare, *vot. 9. num.12., & 47. p.2.*

Heres fiduciarius eſt, qui purè, & ſimpliciter, non autem ſub conditione aliquâ incertâ hereditatem reſtituere gravatur, *vot.9. nu.36. p.2.*, & ratio *ibid.*, *& num.37.*

Heredis inſtitutio quod *fiduciaria* non fuerit, ſed plenaria, ac libera, conjecturis, & argumentis evinci poteſt; & ex quibus? *vot.9. num.19., & 20., & ſeq. p.2.*

Plenaria, ac libera evincitur, ſi Teſtator uxorem, heredem inſtitutam, nominavit *dilectiſſimam*, *ibid. num.20.*

Item, ſi ei prohibuit trebellianicæ, & cujuslibet quartæ detractionem, *ibid. num.21.*

Et, ſi heredem eam ſcripſit univerſalem. *ibidem numer.22.*

Similiterque, ſi præcepit, fructus dotales cum hereditatis fructibus commiſcendos eſſe, abſque ullà iſtorum imputatione in cauſſam creditorum dotalium, *ibid. num.23. 24., & 25.*

Si Executores teſtamentarios reliquit, *ibidem numer.26.*

Si verbis non executivis, ſed diſpoſitivis illam inſtituit, *ibid. num.27.*

Heres potiùs *fiduciaria*, quàm vera heres cenſenda eſt ſecunda uxor, quæ non ad ſui, ſed filiorum commodum ſit inſtituta, *vot.22. n.25. p.2.*

He-

Heres eo modo inſtitutus, ut nequeat ſuos facere fructus perceptos, atque integram teneatur hereditatem reſtituere, *fiduciarius* habendus eſt, *vot.22. num 26. p.2.*

Heres fiduciarius fuiſſe dici nequit, qui potuit fructus perceptos ſuos facere, *vot.9. numer.25. part. 2.*

Heres fiduciarius non eſt, qui inſtituitur verbis denotantibus dominii translationem, *vot.9. nu.16. p.2.*

Heres fiduciarius non eſt, qui inſtituitur in omnibus, & ſingulis Bonis mobilibus, & immobilibus, *ibid. num.17.*

Manſ. conſult.173. num.22., contrarium ſentiens, declaratur, *ibid. num.19.*

Heres fiduciarius nullum, licèt minimum, emolumentum ex hereditate poteſt conſequi, *vot.9. num.21. p.2.*

Heredi fiduciario uſusfructus expreſsè prohibitus cenſetur, *vot.22. num.28. p.2.*

Heredi fiduciario, ſi pendente conditione, Subſtitutus decedat, non ideo hereditas adquiritur, ſed hæc transmittitur ad Subſtituti heredes, *vot. 22. num.29. p.2.*

Heres minus, quàm fieri poteſt, gravatus cenſendus eſt *Legati annui* præſtatione, *vot.10.nu. 6.*, & *30. p.2.*

Limita, ſi Legatum reſpiciat favorem animæ Teſtatoris, *ibid. num.31.*

Rem *heredis legare* Teſtator poteſt, *vot.11. num. 2. part.2.*

De *heredis* Bonis *diſponendi* facultate æquè Statutum, ac Teſtator habet, *vot.24. numer.140. part.2.*

Heredem in Bonis propriis Teſtator *gravare* poteſt, *vot.33. numer.28. part.1.*, & *vot.11. numer.1. part 2.*

Heredis gravamen continens diſpoſitio, tacitam continere conditionem intelligenda eſt, tùm favore ipſius heredis, quatenus nempe is tantundem conſequatur, tùm favore Teſtatoris, quatenus nempe ejus præceptum heres adimpleat, *vot.33. nu.29.*, & *30. p.1.*

Heres gravari à Teſtatore poteſt etiam ſuper Bonis fideicommiſſi, in ſui perſona expiraturi, *vot. 33. num.3.*, & *4. part.1.*, & *vot.29. numer.15. part. 2.*

Et præſertim relicto emolumento nedum æquivalente gravamini, ſed illud excedente, *dict. vot.29. num.17.*

Procedit, ſivè Teſtator ſciverit, ſivè etiam ignoraverit, illa ad heredem pertinere, *vot.33. n.6. p.1.*

Et generaliter, pro ejuſmodi effectu ſat eſt ſcientia conjecturalis, *ibid. num.7.*

Heres gravamen impugnans in Bonis propriis, hereditatem non debet conſequi, *vot.33. num.26.*, & *27. part.1.*

Super *heredis* Bonis non ſuſtinetur *gravamen*, cum ipſi adimit teſtandi facultatem, *vot.33. num.12. part.1.*

Item, cum hereditario majus eſt emolumento, *ibidem num.13.*

Heredi injunctum *gravamen* ſuper Bonis propriis, facultatem teſtandi adimere non dicitur, quoties ſub eo non comprehendantur Bona etiam in futurum adquirenda, *vot.33. num.15. p.1.*

Utque eadem facultas adempta non dicatur, ſufſit ei relictus Bonorum uſusfructus, *ibidem numer.16.*

Heres poteſt ex capite excedentis *gravaminis* teſtamentum impugnare, *vot.33. num.14. p.1.*

Heredis acceptatio unà cum Teſtatoris voluntate requiritur, ut in re illius propria *gravamen* ſuſtineatur, *vot.24. num.48. p.1.*

Teſtatoris autem voluntas ex quibus excludatur? *ibid. à num.50. ad 63.*

Heres, poſt hereditatem aditam, impugnare nequit *gravamen*, in re propria adpoſitum, quoties æquivalens emolumentum ipſi relictum fuerit, *vot.7. num.94. p.1.*, & *vot.29. num.19. 20.*, & *21. p.2.*

Ab *herede* in re propria acceptatum *gravamen*, firmum debet manere, *vot.33. num.19. p.1.*

Nec ab ipſo, ejuſque heredibus impugnari poteſt, *ibid. nu.20.*

Acceptatio autem implicita ſufficit, nec requiritur expreſſa, *ibid. nu.21.*

Et ſuſtinetur gravamen, ſaltem quoad menſuram emolumenti, eidem relicti, *vot.7. num.92.*, & *93.*, *vot.33. num.28. part.1.*, & *vot.11. num.3. part.2.*

Computatis in lucrum acceſſionibus, quas idem heres percepit, uſque ad diem impugnationis gravaminis, *dict. vot.33. eod. nu.28.*

Heredi relictum emolumentum, *gravamini* reſpondere præſumitur, *vot.29. num.16. p.2.*

Heres à gravamine, in re propria acceptato, nec ſe nec proprium heredem præſervare valet, *vot. 29. num.45. p.2.*

Heres ſi in re propria *gravamen* acceptavit, nec ipſe, neque ejus heredes excipere valent de gravaminis exceſſu ultra emolumentum, illi relictum, *vot.29. num.30.*, & *31. p.2.*

Et nec etiam de antiquiori fideicommiſſo valent illi excipere, *num.32.*

Ab *herede* in re propria acceptatum *gravamen*, ſuſtinetur ex illius voluntate, licèt aliàs corrueret ex poteſtatis defectu in Teſtatore, *vot.29. num. 26. part.2.*

Defectum enim hujuſmodi quodammodo heres ſuppleviſſe, atque onus adprobaſſe cenſetur, *ibid. num.27.*

Heres ut *gravamen* in re propria acceptaſſe cenſeatur, ſufficit conſenſus tacitus, ex tacita vel expreſſa aditione reſultans, *vot.29. num.24.*, & *36. part.2.*

In *heredum* poteſtate eſſe non debet fideicommiſſa ſubvertere, *vot.13. num.53. p.1.*

Ex *heredum* facto proveniens obſervantia, fideicommiſſi declarativa, multùm attendi debet, *vot.10. num.52. p.1.*

Præſertim, ſi ex facto primorum vocatorum proveniat, *ibid. num.53.*

Heredis obſervantia, & credulitas fideicommiſſum non inducit, ubi non eſt, *vot.10. nu.118. part.1.*

Et

Et ubi adeſt, illud non deſtruit, *ibid.*

Ab *herede* facta declaratio, pro fideicommiſſi qualitate, & duratione declaranda multùm valet, *vot.7. num.74. p.1.*

Heredis confeſſione, ac declaratione fideicommiſſum, quando non adeſt, non inducitur, *vot.11. num.61. p.2.*

Heredis confeſſione, fideicommiſſum quando adeſt, non excluditur, *vot.31. num.62. p.2.*

Heres, qui cum Teſtatore eſt converſatus, præſumitur ſcire, quid Teſtator ſenſerit, *vot.10. num.54. p.1.*

Heredis gravati facto fideicommiſſum non excluditur, *vot.31. num.63. p.2.*

Heres impugnare nequit factum ſui Auctoris, ſed ſervare illud tenetur, *vot.17. num.44.*, *& vot. 29. num.29.*, *& 32. p.2.*

Ab *herede* alienationes factæ non præſumuntur animo intervertendi fideicommiſſi, & de tali animo Subſtitutus docere debet, *vot.23. nu.21. part. 2.*

Heres præſumitur actum reſtitutionis hereditatis non aliter expleviſſe, quàm juxta voluntatem Teſtatoris, *vot.9. num.58. p.2.*

Nec cenſetur in reſtitutione univerſalis hereditatis comprehendiſſe particulare Relictum, quod aliis deferri Teſtator voluit, *ibid. num. 59.*

Heres gravatus, libero ſibi tributo arbitrio reſtituendi, ac eligendi, ordinem ſervare ullum non tenetur, *vot.42. num.17. p.1.*

Eidemque licet, poſt habito Primogenito magis dilecto, Secundo, & Tertiògenitum eligere, *ibid. nu.18.*

Heres, deficiente ipſius declaratione expreſsâ, non cenſetur uſus *facultate* diſponendi de Teſtatoris Bonis, *vot.42. num.54. p.1.*

Maximè, ſi de Bonis ſuis diſponere profeſſus ſit, *ibid. nu.55.*

Contrarium verius, quod, etiam ſinè ejuſmodi declaratione cenſeatur de Teſtatoris Bonis diſpoſuiſſe, *ibid. nu.56.*

Procedit, licèt pronomen adhibuerit = *ſuis*, *& propriis* = *nu.58.*

Præſertim, ſi commixta retinuerat tum propria, tum ipſius Teſtatoris Bona, *num.59.*

Intellige hęc de herede gravato, non de uſufructuario, *num.57.*

Heredis, ampliſſimam habentis facultatem diſponendi de Teſtatoris Bonis, hæc propria dicuntur eſſe, *vot.42. nu.62.*, *& 63. p.1.*

Nec requiritur eorum mentio, ut facultate ejuſmodi dicatur uſus, *ibid.*

Præſertim, ſi illius diſpoſitio verbis univerſalibus concepta fuerit, *ibid. nu.64.*

Heredis diſpoſitio de Teſtatoris Bonis aliter facta, ac Teſtatori placuit, ipſius Teſtatoris diſpoſitionem non alterat, *vot. 42. numer. 11. part.1.*

Heres aliter utens facultate diſponendi de Teſtatoris Bonis, quoad hæc inteſtatus deceſſiſſe dicitur, *vot.42. nu.9. p.1.*

Heredis diſpoſitio facta *de Bonis ſuis*, de ejus duntaxat Bonis intelligenda eſt, *vot. 18. num. 52. part.2.*

Heredem de Bonis tantùm ſuis, & non etiam de Teſtatoris Bonis, licèt inter ea comprehenſis, diſponere intellexiſſe, ex quibus dici queat? *vot.18. nu.60.*, *& ſeq. p.2.*

Heres, qui *de Bonis ſuis* diſponere profeſſus fuit, præſumitur de ſuis, non de Teſtatoris Bonis, alienari prohibitis, diſpoſuiſſe, *vot.18. nu.157. part.2.*

Si præſertim hæc nulla aderant, vel, ſi quæ adfuiſſent, ad heredem ipſum pertinuiſſent pro ſuis detractionibus, *ibid.*

Maximè verò, ſi ſua Bona Teſtatorem, non ita heredem dilapidaſſe, conſtet, *ibidem numer. 158.*

Heredi tradita facultas ligandi arctioris fideicommiſſi vinculo filios ſuos, ſolùm quoad filios primi gradus intelligenda eſt, *vot.42. num.2.3.*, *& 6. part.1.*

Heredi tradita teſtandi facultas, concilianda eſt cum fideicommiſſo, à Teſtatore condito, *vot. 42. num.5. p.1.*

Vel inefficax reputanda, quum præſertim dubia illa eſt, fideicommiſſum clarum, *ibidem numer.7.*

Secus tamen in caſu converſo, *ibid. numer. 25.*, *& 26.*

Heredi injunctâ fideicommiſſi reſtitutione quoad Bona, quæ ſuperfuiſſent, impartita cenſetur facultas alienandi, ſi modò id bonâ fide, & pro ſuis indigentiis faceret, *vot. 23. num. 20 part.2.*

Intellige de facultate non libera, atque effrænata, *ibid. num.22.*

Et eo caſu fideicommiſſum conditionaliter tantùm ordinatum dici, quatenus nempè alienata Bona non fuiſſent, *ibid.*

Poſſe tamen heredem ſaltem uſque ad dodrantem diſponere, quadrante Subſtitutis reſervato, *ibid. nu.23.*

Hæc autem quando, & ex quibus de herede uſufructuario dici nequeant? *ibid. nu.25.*, ac præſertim *num.26.*

Heres, adveniente caſu fideicommiſſi, hereditatem reſtituens, poteſt adhuc uti facultate, ſibi conceſsâ, de particulari Legato diſponendi, *vot. 9. num.52. p.2.*

Id autem verbis, ac menti Teſtatoris conſentaneum quomodo demonſtrari valeat? *num. 54.*, *& ſeq.*

Heredi facultas attributa, ut in Extraneos diſponeret, excluſivam reciproci fideicommiſſi conjecturam præbet, *vot.10. nu.51. p.1.*

Heres, ſecundùm Jurâ *Codicis*, numquam ob *contraventionem*, hereditate privabatur, niſi expreſſum id fuiſſet, *vot. 30. numer. 46. part.2.*

Id quod poſtea innovatum, correctumque fuit Jure *Authenticorum*, *ibid.*

Heredi facta prohibitio, nullâ indictâ pœnâ, aut dato Subſtituto, in merum reſolvitur conſilium,

Digitized by Google

lium, poteſtque impunè ſpern i, *vot.18. nu.44. part.2.*

Limita, ſi adſit perſona, in cujus gratiam facta eadem prohibitio cenſeri poſſit, *ibidem numer.47.*

Procedit, licèt deficiat expreſſa ejuſdem perſonæ ſubſtitutio in caſu contraventionis, *ibid. numer.48.*

Heredis contraventio quia diſpoſuerit de Teſtatoris Bonis, adeſſe non dicitur, ſi in his Bonis jus habebat, &, ſi Bonorum ſuorum nomine uſus eſt, de illis diſponendo, *vot.18. num. 50. 54., & 156. p.2.*

Jure enim ſuo, modo, quo poterat, uſus præſumitur, *ibid. nu.62.*

Heres ut caducitatem non incurriſſe dicatur, quælibet interpretatio poſſibilis capienda eſt, *vot. 18. nu.147. p.2.*

Ac ſufficit, quod actus, ab ipſo geſtus, ad alium, quàm hereditarium titulum poſſit referri, *ibid. num.148.*

Heredi, pro effectu evitandæ contraventionis, & caducitatis, ſufficit ſola inventarii exhibitio, atque oblatio redditionis rationis, *vot.18.n.152. part.2.*

Heres non eſt, abſque propriâ culpâ, privandus commodo detractionum, ſibi competentium, *vot.18. num.112. p.2.*

Cuicumque *heredi*, hereditatem reſtituere gravato, *trebellianica* debetur, *vot. 28. num. 10. part.2.*

Heredi quando *trebellianica* cenſeatur prohibita, vel non? *vot.28. num.8., & ſeq. p.2.*

Heredibus reſtituere gravatis olim hereditates adire recuſantibus, quaſi in præmium aditionis conceſſa fuit *trebellianica* detractio, *vot.28. nu. 11. part.2.*

Heredi in præmium reſtitutionis, ab eo faciendæ, *trebellianica* debetur, *vot. 30. numer. 6. part.2.*

Heres trebellianicam detrahere cupiens, intentionem ſuam fundare dicitur in regula, illam permittente, *vot.28. num.14. p.2.*

Heres extraneus, nullâ facta *trebellianicæ* detractione, pleniùs adimplere dicitur Defuncti voluntatem, *vot.28. nu.9. p.2.*

Heres extraneus rogatus poſt mortem reſtituere, fructibus perceptis *trebellianicam* conſumit, atque *falcidiam*, *vot. 30. numer. 24., & 25. part.2.*

Heres extraneus ſtatim reſtituere rogatus, *trebellianicam* detrahit, *vot.30. num. 23. p.2.*

Donec aliquid *heredi* detrahendum ſupereſt, Subſtituto immiſſio non conceditur, *vot.18. nu.68., & 165. p.2.*

In primo *herede* libera Bona remanent, ceſſante ejus filiorum, ac Deſcendentium ſubſtitutione, *vot.16. nu.4. p.2.*

Heres in caſu ejus obitus ſinè filiis, nequit de fideicommiſſo liberè diſponere, quando perpetuum illud eſt, *vot.27. num.119. 121., & 122. part.1.*

Heredes ad præſtanda Legata annua, ſinè onere relicta Fratribus minoribus *Sancti Franciſci*, non tenentur in Foro conſcientiæ, *vot. 10. nu. 41. p.2.*

Ipſorum *heredum* favore eadem Legata caducantur, *vot.10. nu.42. p.2.*

Intellige quoad civilem, non quoad naturalem obligationem, *ibid. nu.62.*

Juxta quam *heredes* tenentur Legata dare Fratribus in eleemoſynam, *num.63.*

Idque firmatum eſt Decreto *Sacræ Congregationis R. Fabricæ*, *ibid.*

Decreta inſuper ejuſdem *Sacræ Congregationis* ſervanda eſſe, decrevit *Sacra Concilii Congregatio*, *num.164.*

Heres nequit per compoſitionem cum *R. Fabrica* extinguere, ſeù reducere Legata annua perpetua, Fratribus minoribus S. Franciſci relicta, *vot. 10. nu.53. p.2.*

Sed eorum applicatio, auctoritate Apoſtolicâ, facienda eſt, *ibid. num.54.*

Illa autem non applicata, poteſt heres iiſdem Fratribus dare in eleemoſynam, *ibid. num. 55.*

Cum *herede* prohibetur quæcumque compoſitio ſuper fructibus eorumdem Legatorum, non ſolutis poſt effluxum biennium à die obitus Teſtatoris, *ibid. num.57. ad 60.*

Limita, ſi compoſitioni Fratres conſentiant; tunc enim fieri poteſt compoſitio, traditâ iiſdem eleemoſynâ arbitrio *Sacræ Congregationis R. Fabricæ*, *ibid. num.61.*

Heres rectè agit ex jurium ceſſione, ab ejus authore reportata, *vot.15. nu.14. p.2.*

In *heredem univerſalem* perveniſſe præſumuntur omnia Teſtatoris Bona, *vot. 18. numer. 163. part.2.*

Heredis univerſalis inſtitutio augmentum dotale, ad Teſtatricem pertinens, complectitur, *vot. 44. nu.229. p.1.*

Heres in re certa inſtitutus, nullo dato univerſali Coherede, univerſalis efficitur, *vot.44. nu.231. part.1.*

Heres in re certa inſtitutus impenſis ultimæ infirmitatis, & funeris Donantis non ſubjacet, *vot. 44. nu.143. p.1.*

Heredes in re certa, & particulari inſtituti dicendi illi etiam ſunt, quibus jure inſtitutionis relicta eſt pecuniæ quantitas, vel modica, *vot.19. nu.10. p.2.*

Iidemque, licèt mixti, atque anomali heredes dicantur, totam jure accreſcendi hereditatem capiunt, ſi eam nolit, vel habere nequeat univerſalis heres, *ibid. num.11., & 12.*

Heredes in re certa inſtitutos totam jure accreſcendi hereditatem capere, non impedit clauſula = *per tutta quello, che poteſſero pretendere* = *vot.19. nu.13. p.2.*

Adpoſita namque illa cenſetur, ſolùm favore heredis univerſalis, *ibid. nu.14.*

Quo deficiente, eadem ceſſat, *ibid. numer.15.*, nec illi arcentur à jure ejuſmodi, *ibid. num. 16. 20., & ſeq.*

Par-

Particularis *heredis* inſtitutioni adjecta prohibitio, plus non potendi, intelligitur : rebus in eodem ſtatu permanentibus, *vot. 19. numer. 19. part. 2.*

Eademque pro certo effectu adjecta, operativa cenſetur, ſolum ubi talis effectus haberi poteſt, *ibid. nu. 21.*

Heredis particularis inſtitutioni adjecta prohibitio plus non petendi, intelligenda eſt favore heredis univerſalis, ſi heres erit, ſin minùs favore venientium ab inteſtato, *vot. 19. numer. 22. part. 2.*

Excluſo à jure accreſcendi ipſo particulari herede ; quod tamen intellige, ubi heres univerſalis, ex cogitatione Defuncti, in omni ferè caſu eſſe debebat heres, *ibid.*

Heres quod *ſtatim* ſolvere debeat, id cum aliquo temperamento temporis debet intelligi, *vot. 30. num. 21. p. 2.*

Nec enim cum ſacco parato adire debet, *ibid.*

Ad *heredum* nominatorum vitam reſtringunt Legati ſolutionem verba illa = *infraſcripti, ſui heredes* =, *vot. 10. nu. 12. p. 2.*

Limita, ſi ſolutioni, non autem diſpoſitioni adjecta ſint, *ibid.*

Tunc enim *demonſtrativè*, non *taxativè* eadem verba ſtare dicuntur, *ibid. nu. 13.*

Comprehenduntque non ſolùm primos, ſed ulteriores etiam heredes, *ibid.*

Certius, ſi concurrat dictio = *in perpetuum* =, *ibid. num. 14.*

Heredem in Legato ſubſtituere ſi Teſtator voluiſſet, adhibuiſſet verba indicantia non ſolutionem, ſed retentionem, *vot. 10. num. 78. p. 2.*

In ſubſtitutione enim heredis non verificatur ſolutionis terminus, *ibid. num. 79.*

Ad *heredum* primo inſtitutorum *lineam fœmininam* reſtringenda eſt vocatio facta *lineæ fœmininæ* poſt extinctam lineam maſculinam, *vot. 3. nu. 20. p. 1.*

Primorum *heredum* filiis licèt non fuerit adjectum reſtitutionis gravamen, adhuc, pro receſſu *ab Oldradi Conſ. 21.*, poteſt ex conjecturis adjectum dici, *vot. 7. num. 64. p. 1.*

Heredem à Teſtatore gravari voluiſſe, poſitâ conditione : *ſi ſinè filiis*, nonniſi ex urgentiſſimis conjecturis ſuaderi poteſt, *vot. 13. numer. 6. part. 1.*

A primo *herede* ad ulteriores Subſtitutos non benè infertur qualitatis legitimitatis repetitio, *vot. 8. nu. 75. p. 1.*

Heredis nomen *taxativè*, non *demonſtrativè* adhibitum cenſetur, ex dictionibus = *uti* = & = *tanquam* = nec non clauſulis = *dictis medis*, *&* *nominibus*, *vot. 24. nu. 28. p. 2.*

Si præſertim, per modum cauſſæ, adjectæ legantur actibus proportionatis, qui citra jus, & nomen heredis fieri non poſſent, *ibid numer. 29.*

Heredum nomen quando *adjectivè*, non autem *ſubſtantivè* adpoſitum cenſendum ſit ? *vot. 32. nu. 15. part. 1.*

Adjectivè ſtare cenſetur, ſi poſitum poſt ſubſtantivum, ſinè intermediâ dictione = *&* = *ibid. n. 16.*

Subſtantivè, quando illa intermediat, *ibid. numer. 17.*

Heredum nomine, in ultimis voluntatibus, regulariter veniunt primi dumtaxat heredes, non autem ſecundi, aut ulteriores Subſtituti, *vot. 43. num. 71. p. 1.*

Hæcque veriſſima opinio eſt, *ibid. num. 72.*

Heredum nomine propriè non veniunt Subſtituti, *vot. 7. nu. 4.*, *&* *vot. 32. nu. 7. p. 1.*

Præſertim, ubi in ſubſtitutione adſunt verba = *detti ſuoi* = ; & quando ſecus ? *ibid. num. 12. 13.*, *&* 14.

Heredum nomen æquè primis inſtitutis congruit, ac ulterioribus ſubſtitutis, *vot. 32. numer. 10. part. 1.*

Heredum nomine ulteriores Deſcendentes veniunt, quoties præcedens adſit *Deſcendentium* omnium vocatio, ſecus, ſi deficiat, *vot. 32. nu. 3. p. 1.*

Hancque diſtinctionem amplexi ſunt *Doctores*, & *Sacra Rota*, *ibid.*

Illorum autem opinio fundatur non in ſimultanea heredum, eorumque Deſcendentium, ſed in præcedenti iſtorum vocatione, *ibid. num. 4.*

Heredum nomine veniunt maſculi utriuſque lineæ, ſuperius in conditione poſiti, *vot. 30. nu. 67. p. 1.*

Heredum nomine is maximè comprehenditur, cujus expreſſa præceſſerit ſubſtitutio, *vot. 30. nu. 7. p. 1.*

Heredes non ſanguinis, ſed Bonorum, ex Statuto, vocaſſe cenſetur Teſtator, vocans ad multiplici fruitionem *Deſcendentes*, *heredes*, *&* *ſucceſſores* Patris ſui, *vot. 41. nu. 17. p. 1.*

Heredum, & ſucceſſorum nomine in perpetuis diſpoſitionibus veniunt ſoli etiam heredes ſanguinis, non curatâ qualitate hereditariâ Bonorum, *vot. 41. nu. 18.*, *&* *77. p. 1.*

Limita, niſi Teſtator adjecerit nomen *Deſcendentium*, *ibid. nu. 19.*

Præſertim ad effectum, ut utrâque præditus hereditariâ qualitate, ſanguinis, & Bonorum, præferatur unâ tantum qualitate prædito, *ibid. num. 20.*

Heredum, & Succeſſorum nomine veniunt heredes ſanguinis, licèt non ſint heredes Bonorum, quando non agitur de vocatione Deſcendentium alicujus perſonæ, quæ fuerit ad ſucceſſionem admiſſa, *vot. 41. nu. 78. p. 1.*

Uti etiam, quando inter heredes, & ſucceſſores alicujus comprehenduntur perſonæ, quæ in Bonis ei ſuccedere non poterant, *ibid. numer. 79.*

Heredum, & ſucceſſorum nomen quod importet ſolam ſanguinis qualitatem, probatur ex alia ſimili diſpoſitione, ad quam ſe refert Teſtator, *vot. 41. nu. 83. p. 1.*

Heredum, & ſucceſſorum nomen aliquando adponitur ad deſignandam originem, *vot. 41. nu. 82. p. 1.*

Heredis inſtitutio, ut ex Teſtium dictis corruat, ſeptenarius requiritur illorum numerus, *vot. 9. nu.31. p.2.*
Nec pauciores ſufficiunt, licèt in dicto, loco, & tempore conteſtes, *ibid.*
Sin autem ob ſpeciale aliquod privilegium minor admittatur Teſtium numerus, iidem rigoroſiùs examinandi ſunt, *ibid. num.32.*

HISPANIA.

Ex *Hiſpaniæ* conſuetudine, Legitimati, ad munera Nobilium admittuntur, *vot. 9. numer. 129. part.1.*
Hiſpaniæ Leges, ut poſſit quis obtinere Beneficium Regni, requirunt, quod ſit Civis, ex Regno oriundus, *vot.4.nu.49.p.2.*
Talis autem non dicitur, qui ex decennali incolatu Civis effectus eſt, *ibid.*
In *Hiſpania*, tamquam nationalis, admittitur, qui ex Patre, civilitatem adepto, natus eſt, *vot.4. nu.56.p.2.*
Hiſpaniarum moribus non admittitur differentia Incolæ à Cive, *vot.4. num.13. p.2.*
Atque ex ſola decennali habitatione, Exteri, æquè, ac Cives, *naturales*, Legibus, appellantur, *ibid. nu.14.*
Declara, tales Incolas non dici *naturales* ex Regno, aptos ad aſſequenda Regni Beneficia, *ibid. nu.48.*
Hiſpaniæ majoratus alio jure, quàm majoratus Italiæ cenſentur, *vot.8. num. 59. p.1.*

HISPANI.

Hiſpanorum filii dicuntur etiam qui orti ſunt à Parentibus, naturalitatem ex incolatu adeptis, *vot.4. nu.16. p.2.*
Hiſpanorum Caſtellanorum nomen in propria ejus ſignificatione, nonniſi de originariis poteſt intelligi, *vot.4. num.24. p.2.*

HISTORICI.

Hiſtoricis fides adhibetur in probatione deſcendentiæ, *vot.20. nu.33. p.2.*
Cum præſertim alia concurrunt adminicula, *ibid. num.34.*
Et maximè, ſi in omnibus veraces comperti ſint, *ibid. nu.39.*
Eq. Cæſar Magalottus genealogicam conſcripſit hiſtoriam nobilium Familiarum Romanarum, ac totius etiam Status Eccleſiaſtici, *vot. 20.nu. 32.p.2.*

HOMO.

Voluntates *hominum* audiendæ, non jubendæ ſunt, *vot.27. num.97.p.1.*
Supremis *hominum* judiciis nil ſanctius, firmiuſque eſſe oportet, *vot.27. nu.96. p.1.*
Hominis mens naturalis eſt, & facillimè ſequitur naturam, *vot.8.nu.10.p.1.*

HONESTAS.

Honeſtas in mulieribus ſupponenda ſemper eſt, *vot. 8. nu.84. p.1.*
Honeſtatis ratio non, ſicut in filiis primi gradus, urget in ulterioribus fœminarum Deſcendentibus, *vot.8. nu.85. p.1.*

I

IGNORANS, IGNORANTIA.

I*Gnorans* nec conſentire, nec Juri, quod ignorat, renunciare dicitur, *vot.9. numer. 49. part.2.*
Sed cenſetur legitimo impedimento prohibitus jura ſua perſequi, *ibid.*
Ab *ignorante* dubitans non diſtat, *vot.24. num.60. part.1.*
Ignoranti fideicommiſſum non nocet hereditatis aditio, *vot.24. num.64.*, *& 66. p.1.*
Vel ſaltem ei competit reſtitutio in integrum, *dict. vot.24.nu.67.p.1.*
Multa, licèt non neceſſaria, ex *ignorantia*, vel ad abundantiorem cautelam ſiunt, *vot. 17. nu. 28. p.1.*
Ignorantia ex conjecturis probari poteſt, *vot. 24. nu.213. p.2.*
Limita, ſi tamquam fundamentum intentionis adducatur, *ibid. num.214.*
Tunc enim concludenter probanda eſt, nec ſufficit ignorantia, quæ veriſimilis non ſit, ac juſta, ſed craſſa, atque affectata, *ibid.*
Procedit id in actu etiam præjudiciali, & maximè in favorabili, *ibid. nu.217.*
Ignorantia craſſa, atque affectata pro ſcientia habetur, *vot.24. num.215. p.2.*
Ignorantia fideicommiſſi præſumitur, niſi probetur ſcientia, *vot.13. nu.68. p.1.*
Ignorantia juris ſibi delati præſumitur tum in Succeſſore, tum in Minore, *vot. 27. numer. 13. part.1.*
Ignorantiam onerum in herede ſupponit facultas de aditione deliberandi, *vot. 24. numer. 138. part.2.*
Ignorantia oneris præbet inadimplementi excuſationem, *vot.27. nu.12.p.1.*
Ignorantia Juris in heredibus eſt excuſabilis, atque æquiparatur ignorantiæ facti, *vot. 10. num.117. part.1.*
Ex *ignorantia* oneris læſio retrotrahitur ad tempus, quo implendum illud erat, *vot.20. nu.39. part.1.*
Atque ignoranti, ac ſi fuiſſet deceptus, reſtitutio in integrum eſt conceditur, *vot.27. nu.19.*, *& vot.20. nu.40. p.1.*
Nec obeſt ſcientia præſumpta *dict. vot. 27. numer.20.*
Ex probabilis *ignorantiæ* capite reſtitutio in integrum adverſus præſcriptionem Fideicommiſſario conceditur, *vot.13. num.67. p.1.*
Ignorantia conſiſtens in negativa, quoties contrariis conjecturis inducitur poſitiva ſcientia, probabilis non eſt, nec veriſimilis, *vot.24. nu.216. part.2.*
Ignorantia in Teſtatore, quod Bona eſſent heredis propria, excludit voluntatem hunc in re propria gravandi, *vot.24. nu.50. p.1.*
Ignorantia, quod Bona eſſent fideicommiſſaria, po-

poteſt quodammodo dici excluſiva voluntatis gravandi heredem in re propria, *vot.24. nu.53. part.1.*

Secùs, ſi Teſtator ſciverit, ea fideicommiſſaria fuiſſe, perque errorem crediderit, libera in ſui perſona fuiſſe effecta, *ibid.num.54.*

Ignorantia præcepti Teſtatoris tempore prioris donationis excluditur iu eo, qui de præcepto ejuſmodi mentionem fecit in poſteriori donatione, *vot.32. num.11. p.2.*

Ad *ignorantiam* diſpoſitorum in teſtamento referri nequit proteſtatio, in actu ſolutionis Legatorum ab herede emiſſa, ſe id animo non adeundi facere, *vot.24. nu.200. p.2.*

ILLATIO.

Illatio prohibitionis trebellianicæ ex poſteriori ad ſuperiorem teſtamenti partem nequit fieri, *vot. 28. nu.55. p.2.*

Et quando nec per viam relationis, ſive repetitionis, immò nec etiam per viam declarationis? *ibid. num. ſeqq.*

ILLEGITIMUS.

Illegitimis excluſis, Legitimi incluſi reputantur, *vot.19. num.40. p.1.*

Illegitimi, nonniſi deficientibus Legitimis, vocati intelliguntur, *vot.8. num. 111. p. 1.*

Illegitimorum, & ab his deſcendentium excluſionem infert contemplata agnatio, *vot.43. nu.106. part.1.*

Illegitimorum excluſionem agnatio non inducit in iis ſubſtitutionibus, in quibus contemplata non eſt, *vot.8. nu.12. p.1.*

Illegitimos excludere ſat non eſt nobilitas, quæcumque ſit, ubi adhibita leguntur verba naturalia, *vot.8. num.50. p.1.*

Vel ſaltem illos non excludit perpetuò, ſed tantùm exiſtentibus Legitimis, *ibid. num. 51.*

Illegitimi nec etiam per poſterius admittuntur, ubi Teſtator per verba civilia expreſſerit legitimitatis qualitatem, *vot.8. num.97. p.1.*

Illegitimorum ſimplici, & communi nomine à Teſtatore non adhibito, excluſio reſtricta cenſetur ad naturales, qui tempore ipſius mortis reperirentur, *vot.9. num.81. p.1.*

Illegitimi ex linea prædilecta, & priùs à Teſtatore vocata, Legitimos alterius lineæ excludunt, *vot.8. num.112. p. 1.*

Omnes enim ex illa deſcendentes, etiam illegitimos prætuliſſe Teſtator cenſetur, *ibidem numer.23.*

Illegitimorum etiam favore procedit, quod, evacuatâ unâ lineâ, ad aliam non fiat tranſitus, *vot. 8. num.141. p.1.*

Illegitimæ prolis non tanta in ulterioribus Subſtitutis, quanta in proximiori gradu conjunctis abominatio eſt, *vot.8. num.78. p.1.*

IMMEMORABILIS.

Immemorabilis derogat Legibus; Principum privilegia eludit, hominum pacta perimit, dominia immutat; jura omnia, & actiones extinguit contra univerſitates etiam, Minores, & Eccleſiam, *vot.27. num.79. p.2.*

Immemorabilis omnes illos operatur effectus, qui ex Legis, vel Principis poteſtate produci poſſunt, *vot.27. num.91: p.2.*

Immemorabilis rerum omnium humanarum domina reputatur, *vot.27. nu.80. p.2.*

Immemorabilis non indiget tituli adminiculo; & nec etiam centenaria, *vot.27. num.81., & 120. part.2.*

Immemorabilis quemcumque meliorem titulum de Mundo poſſeſſori tribuit, *vot.27. numer.82. part.2.*

Ad *immemorabilem* probandam licèt ætatem requiſitam Teſtes non habeant, validiſſimum adhuc præbent illius argumentum, ſi contra proprium commodum deponant, *vot. 27. num. 62. part.2.*

Maximè, ſi alia concurrant argumenta, *ibid. num.63.*

Ad *immemorabilem* probandam plurimùm valet Priorum Communitatis teſtimonium, *vot. 27. nu.64. p.2.*

Illudque non privatarum perſonarum, ſed ſolemne quodammodo ipſius Communitatis teſtimonium reputatur, *ibid. nu.65.*

Vid. *centenaria*, *conſuetudo*.

IMMISSIO.

Immiſſio eſt remedium hereditarium competens etiam heredi heredis, *vot.17. nu. 98. p.1.*

Immiſſio ex Monachi perſona Monaſterio competit, *vot.4. nu.26. p.1.*

Immiſſio ad Bona fideicommiſſaria ſtatim concedenda eſt vocato, *vot.18. nu.61. p.1., & vot.18. nu.21. p.2.*

Niſi detractionum, aut alia ſimilis exceptio urgeat, *dict. vot.18. eod. nu.21., & 24.*

Immiſſio, ut Fideicommiſſario debeatur, ſat eſt, alium non comparere, qui proximiorem ſeſe probet, *vot.28. nu.29. p.1.*

Præſertim, ſi res non ſit cum aliis vocatis, ſed cum poſſeſſore extraneo, *ibid.nu.30.*

Tunc enim ſat eſt, quod doceat, ſe eſſe in gradu ſucceſſibili, *ibid. & nu.73.*

Procedit, licèt alii adſint de genere vocato, qui negligant fideicommiſſum petere, *ibid. num.32. 33., & 34.*

Immiſſio retardanda non eſt ob exceptionem, quæ altiorem indaginem requirat, *vot.18. num. 75. part.2.*

Immiſſionem petenti Fideicommiſſario incumbit onus probandi, nihil ex fideicommiſſo detrahendum eſſe, *vot.6. nu.63., & vot. 18. nu.66. part.2.*

Immiſſio, ut venienti ex conditionali ſubſtitutione debeatur, docendum eſt, nedum de ſubſtitutione ipſa, ſed ejus etiam caſum eveniſſe, *vot. 18. nu.22., & 23. p.2.*

Adde, ut docendum etiam ſit, nullas à poſſeſſore opponi poſſe detractiones, *ibid. numer. 24.*

His verò non probatis, nec etiam purè Subſtituto immiſſio debetur, *ibidem numer. 24. 68., & 165.*

Ad impediendam Subſtituto *immiſſionem* non ſufficiunt credita turbida, atque illiquida, *vot. 18. num.63. p.2.*

Immiſſio, ut Subſtituto denegetur, non ſufficit hereditatis aditio cum beneficio Inventarii, ab herede facta, niſi id legitimè confectum, deque bonis hereditariis reddita ratio appareat, *vot.18. num.73. p.2.*

Hæc tamen procedunt, quando heredi res eſt cum Creditoribus, aut Legatariis, *ibid. numer.77.*

Secus, quando inter ipſum, & Fideicommiſſarium, *ibid. num.79.*

Hoc enim caſu heres, inventario etiam non confecto, jura propria non amittit, *ibid. nu.80.92. 99., & 138.*

Immiſſio nequit Fideicommiſſario impediri ſub obtentu melioramentorum, niſi eadem liquidata fuerint, *vot.29. nu.75. p.2.*

Immiſſionem Fideicommiſſario impedit dotis detractio, *vot.6. num.66. p.2.*

Etiamſi offeratur cautio pro dotis præſervatione, *ibid. nu.67.*

Immiſſio ex donatione jam reſoluta, concedenda non eſt, *vot.17. nu.6. p.1.*

Immiſſio denegunda eſt, fideicommiſſo non probato, *vot.16. num.1. p.2.*

IMMOBILIA.

Immobilia pro ſolvendo ære alieno diſtrahere nequit heres gravatus, quoties mobilia pretioſa exiſtant, *vot.44. num.189. p.1.*

IMPENSÆ.

Impenſis ultimæ infirmitatis, & funeris Donantis non ſubjacet Donatarius particularis, *vot.44. nu. 132. p.1.*

Sicuti nec heres, in re certa inſtitutus, *ibid. numer.143.*

Impenſæ ultimæ infirmitatis, & funeris fieri poſſunt ex pecuniis, in hereditate repertis, *vot. 44. nu.144. p.1.*

IMPLICANTIA.

Implicantia admitti nequit in eadem clauſula, & periodo, *vot.39. nu.27. p.1.*

IMPUTATIO.

Ex *imputationis* remiſſione inter filios inæqualitas oritur, *vot.44. num.78. p.1.*

Pro *imputatione* inducenda conjecturam præbet evitandæ inæqualitatis ratio, *vot.44. num.82. part.1.*

Sed hæc conjectura levis eſt, *ibid. num.83.*

Imputatie ceſſare non debet, etiamſi deſit inæqualitas inter filios, *vot.44. num.81. p.1.*

Imputationem, etiamſi deſit evitandæ inæqualitatis ratio, aliæ conjecturæ ſuadere poſſunt, *vot. 44. nu.85. part.1.*

Imputationi in Legitimam ex præſumpta Donatoris mente locus fieri cenſetur, quoties Legitimam æquent Bona donata, *vot. 44. numer. 33. part.1.*

Imputationem non excludit ſimplex traditio rei, non veſtita donationis titulo, *vot. 44. num. 66. part.1.*

Sed præſumitur facta ex cauſſa, ob quam Pater dare tenebatur, *ibid. nu.67.*

Pro *imputatione* declaratio hominis, menti juris conformis, plurimùm ſpectanda eſt, *vot. 44. nu.55. p.1.*

Pro *imputatione* in Legitimam plurimùm urget donationis quantitas, illam excedens; *vot. 44. nu.32. p.1.*

Plurimùm etiam urget declaratio Patris, in codicillis facta, *vot.44. nu.49., & nu.153. part.1.*

Excipe, niſi declaratio facta fuerit longo intervallo poſt jam quæſitum jus filio, *ibid. numer. 50.*

Pro *imputatione* rei, purè & ſimpliciter donatæ, parùm urget declaratio Patris, in codicillis longè poſtea conditis, *vot. 44. numer. 51. part.1.*

Pro *imputatione* donationis ob cauſſam certi Matrimonii aliquale admittit adminiculum declaratio Patris, etiam poſt triennium in codicillis facta, *vot.44. num. 54. p. 1.*

Imputationi ſubjacere donationem ob cauſſam certi Matrimonii, non adeò certum eſt, *vot. 44. nu.87. p.1.*

Contra *imputationem* rei donatæ in Legitimam interpretatio facienda eſt, ſi donatio fuerit pura, & ſimplex, *vot.44. num.68. p.1.*

Pro excludenda *imputatione* in ſimplicibus donationibus prodeſt evictionis promiſſio, *vot. 44. nu.70., & 71. p.1.*

Pro excludenda *imputatione* in *Legitimam* plurimùm valet amplitudo verborum donationis, ſi hæc pura ſit, *vat.44. nu.63. p.1.*

Pro *imputatione* rei, filio donatæ inter vivos, non ſufficit æqualitatis ſervandæ ratio, *vot. 44. nu. 84. p.1.*

Imputationi expenſarum pro apparatu nuptiarum filii nullus reſiſtit donationis titulus, *vot.44. nu. 156. p.1.*

Tàm pro inducenda, quàm pro excludenda *imputatione*, Diſponentis voluntas ſpectanda eſt, *vot.44. nu.30. p.1.*

Sive hæc expreſſa ſit, ſive ex indiciis, & conjecturis elicita, *ibid. nu.31.*

Imputatienis effectum operatur illa dumtaxat cauſſa, quæ ſecum habet juris neceſſitatem, *vot. 44. nu.15., & nu.150. p.1.*

De *imputatione* cum filio contendentes, Extranei, repelluntur, *vot.44. nu. 79. p.1.*

INÆQUALITAS.

Inæqualitatem inter Liberos inducens diſpoſitio, ſtrictè, & rigoroſè interpretanda eſt, *vot.14. nu. 23. p.2.*

Ob *inæqualitatem* ſolent perſæpè inter fratres, ac ſorores jurgia, diſcordiæque oriri, *vot.14. nu. 62. part.2.*

INCAPACITAS.

Incapacitas gradus, quæ in Patre eſt, conſideratur & in filiis, *vot.1. nu.32. p.2.*

Incapacitas Parentum non obeſt filiis, ad ſucceſſionem jure proprio venientibus, *vot.1. nu.11., & vot.2. num.80. p.2.*

Sio

Sin autem filii velint jus ſuccedendi à Patre, vel Matre deſumere, tunc iſtorum incapacitas nocet, *dict. vot.2. num.*81.

Concluſio, quod incapacitas Parentum non noceat filiis, procedit in excluſione oriunte ab odio, & delicto eorumdem Parentum, quæ, tamquam perſonalis, eorum perſonas non tranſgreditur *dict. vot.2. nu.*82.

Non autem in ea incapacitate, quæ oritur ex radice; hæc enim, cum ſit realis, influit in totam lineam, *dict. vot.2. nu.*83.

Et pariter obſtat incapacitas Patris; à quo agnatitiam qualitatem deſumere non poſſunt, ſi iſte non erat de Agnatis, à Statuto contemplatis, *dict. vot.1. num.69.*, *& dict. vot.2. num.85. part.2.*

Deciſiones editæ in cauſa *Firmana ſucceſſionis coram RR. PP. DD. Molines, Priolo, Muto, & Anſaldo* explicantur, animadvertendo, quod iſtæ admittunt, ut filii poſſint repræſentare gradum, & non perſonam Matris ad effectum æqualiter ſuccedendi cum aliis Maſculis, non autem ad aſſumeodam qualitatem excluſivam fœminarum, quam Mater non habebat, *dict. vot.2. num.86. part.2.*

INCLUSIO.

Inter *incluſionem*, & *excluſionem* Teſtatoris datur medium, incluſio nempè Legis, *vot.12. nu.64. part.2.*

INCOLA.

Incola habetur pro Cive, æquè ac ſi ibi fuiſſet natus, *vot.4. nu.7. p.2.*

Incola propriè venit appellatione Civis, *vot.4. nu. 3. part.2.*

Incolæ, ac Cives promiſcuè accipiuntur, *vot.4. num.4. p.2.*

Incolæ à Cive differentia, Hiſpaniarum moribus, non admittitur, *vot.4. num.13. p.2.*

Atque ex ſola decennali habitatione, Exteri æquè, ac Cives, *naturales* Legibus appellantur, *ibid. numer.*14.

Declara, tales *Incolas* non dici naturales ex Regno, aptos ad aſſequenda Regni Beneficia, *ibid. num.*48.

INCOLATUS.

Ex *Incolatu* 14. annorum pro Cive quis habetur, *vot.4. num.1. p.2.*

Incolatus etiam, & domicilii ratione competunt privilegia Civium, niſi diſpoſitio expreſſim de Originario loquatur, *vot.4. num.9. part.2.*

INCREMENTUM.

Extrinſeca *incrementa* in Bonis fideicommiſſi, provenientia ex induſtria heredis, ei debentur, *vot.44. num.201. p.1.*

Incrementa, vel decrementa, provenientia ex natura rei in Bonis fideicommiſſi, cedunt commodo, vel incommodo Fideicommiſſarii, *ibid. num.*202.

Modò tamen heres gravatus in rerum decrementis culpà vacet, *ibid. num.*203.

INGENIA'.

Pro *ingeniorum* varietate, rationes, quæ uni infirmæ, alteri prævalidæ videntur, *vot.18. num. 5. p.2.*

INGRESSUS, ET PROGRESSUS SUCCESSIONIS.

In *ingreſſu* novæ lineæ, proximitas attenditur gravati, non gravantis, *vot. 40. numer. 39. part.1.*

In *ingreſſu* novæ lineæ, fœminæ proximiores ultimo gravato, ab aliis remotioribus excludi non debent, *vot.40. num.41. p.1.*

Sivè de *ingreſſu*, ſivè de *progreſſu* ſucceſſionis agatur, ſola lineæ prærogativa ſpectanda eſt inter eos, qui à diverſo columnello procedunt, *vot. 33. num.17., & 18. p.2.*

In *ingreſſu* ſucceſſionis requiſita qualitas aliqua à Teſtatore, non ideo cenſetur etiam in *progreſſu* volita, *vot.18. num.47., & 75. p.1.*

Maximè in concurſu Extranei cum Deſcendentibus lineæ jam admiſſæ, *ibid. num.*48.

In *ingreſſu* expreſſa maſculina qualitas, ſi in *progreſſu* ſit omiſſa, argumentum præbet ſimultaneæ tàm maſculorum, quam fœminarum vocationis, *vot.2. num.56. p.1.*

A primo *ingreſſu* fideicommiſſi ad illius *progreſſum* non benè arguitur, *vot.8. num.76. p.1.*

In *ingreſſu* facta diſpoſitio, non extenditur in *progreſſu* ad ſubſtitutionum gradus, in quibus eadem oon fuit repetita, *vot.2. num.55. p.1.*

INJURIA.

Iniquitas eſt beneficium conferre cum *injuria* alterius, *vot.27. num.111. p.1.*

INNOCENTIANA CONSTITUTIO.

Innocentianæ Conſtitutionis vigore reditus fit ad Leges duodecim tabularum, *vot.20. numer.8. part.2.*

INSTITUTIO.

Ab *inſtitutione*, & Legato reijcitur præceptum habitandi in certo loco, *vot.30. num.29. p.2.*, Sed vid. *num.36. ibid.*

Inſtitutionis titulo quoad filium non expreſſo, non ſuſtinetur teſtamentum Patris, *vot.8. numer.1. part.2.*

Limita, ſi in Relicto, ei facto, de inſtitutione intellexiſſe videatur, *ibid. num.3.*

Satis autem eſt verba adhibuiſſe, inſtitutioni æquipollentia, *ibid. num.6.*

Inſtitutio filii quibuſcumque verbis concipi poteſt, & facta dici, *vot.8. num.5. p 2.*

Inſtitutionem filii plures important verborum formulæ, licèt nominatim illam non exprimant, *vot.8. num.7. p.2.*

Inſtitutionis titulus, licèt non expreſſus, erui poteſt ex ſubſtantia, & clauſulis diſpoſitionis, *vot.8. num.16. p.2.*

Quæ efficiunt, ut pro expreſſo ille habeatur, *ibidem.*

Inſtitutionis titulo quid filio relictum præſumitur, ſi conſtat in cauſam Legitimæ eſſe relictum, *vot.8. num.14. part.2.*

Inſtitutionis cauſâ filio alimenta, aliaſque præſtationes reliquiſſe Pater cenſetur, ſi imputanda eſſe mandavit in id, quod filio de jure deberetur, *vot.8. num.15. p.2.*

Inſti-

Inſtitutionis titulum præſefert mentio trebellianicæ, *vot.8. num.20. p.2.*
Inſtitutionis titulo honoratum filium arguit, ei relicta trebellianica, *vot.8. num.22. p.2.*
Inſtitutionis titulum adeſſe, vel non adeſſe, meram formalitatem ſapit, *vot.8. num.30. p.2.*
Formalis *inſtitutionis* defectum licet clauſula codicillaris ſupplere ſuâpte naturâ nequeat, conſervat tamen contenta in teſtamento, *vot.8. num.21. p.2.*
Inſtitutio fieri non poteſt ſub conditione reſolutivâ, *vot.26. num.68. p.2.*
Bene vero ſub conditione ſuſpenſivâ, *ibidem numer.69.*
Inſtitutio, cui nulla conditio in teſtamento adjecta eſt, non eſt conditionalis, *vot.9. numer.40. part.2.*
Conditionis autem negativa, ex ſola teſtamenti inſpectione probari dicitur, *ibid.*
Inſtitutio favore fratris ex ſe non arguit ſubſtitutionem illius filiorum, ad excluſionem nepotis, expreſſim ſubſtituti, *vot.6. num.61. p.1.*
Præſertim, ſi facta, iſto jam nato, non item illis, *ibid. num.62.*
Inſtitutio, ut *fiduciaria* dici poſſit, cauſſa præcedens, & clara verba copulativè requiruntur, *vot.9. num.14.*, *& 15. p.2.*
Inſtitutionis fiduciariæ cauſſa concludenter probanda eſt, *vot.9. num.15. p.2.*
Utque excludatur, ſat eſt, quod dubia dici poſſit, *ibid.*
Fiduciariam inſtitutionem duo Teſtes ſatis probant, *vot.1. num.3. p.2.*
Licet nulla in verbis fiducia expreſſa fuerit, *ibid. numer.4.*
Procedit maximè, ubi diſpoſitio ſit inter Liberos, *ibid. num.5.*
Ad *fiduciariam* probandam *conventionem* inter Teſtatorem, & heredem ſcriptum ſufficiunt Teſtes, etiam ſingulares, *vot.9. num.8. p.2.*
Simplices itidem ſufficiunt conjecturæ, *ibidem num.9.*
Fiduciaria inſtitutio ſatis reſultat ex quo concurrant Teſtes, fiduciæ cauſſa, probata heredis perſona, &c, ſi de tota hereditate agatur, *vot.9. num.10. part.2.*
Fiduciariam inſtitutionem concludenter probant Teſtes, etiam ſingulares, deponentes de iis, quæ extra teſtamentum Teſtator dixit, *vot.9. num.29. p.2.*
Intellige, cum teſtamenti verba dubia ſunt, & non agitur de probanda illius ſubſtantia, ſed ſolùm de declaratione confidentiæ, obſcuris verbis à Teſtatore expreſſæ, *ibid.*
Secus, ſi confidentia tum claris teſtamenti verbis, tum aliis argumentis excludatur, *ibidem numer.30.*
Tunc enim ſeptenarius illorum numerus requiritur, nec minor ſufficit, *ibidem num.31.*
Sin autem, ob ſpeciale aliquod privilegium, minor admittatur Teſtium numerus, iidem rigoroſiùs examinandi ſunt, *ibid. num.32.*
Auctoritates firmantes, Teſtibus etiam ſingularibus probari poſſe *fiduciariam inſtitutionem*, licèt de revocando priori teſtamento agatur, declarantur, *num.38.*
Inſtitutio fiduciaria excluſa ex teſtamenti verbis, per Teſtes nequit probari, *vot.9. numer.13. part.2.*
Fiduciaria inſtitutio ex dicto ipſorummet Teſtium, de ea deponentium, excluſa oſtenditur *vot.9. num.34.*, *& ſeq. p.2.*
Inſtitutio heredis quod *fiduciaria* non fuerit, ſed plenaria, ac libera, conjecturis, & argumentis evinci poteſt, & ex quibus? *nu.20.*, *& ſeq.*
Plenaria, ac libera evincitur, ſi Teſtator uxorem, heredem inſtitutam, nominavit *dilectiſſimam*, *ibid. num.20.*
Item, ſi ei prohibuit trebellianicæ, & cujuslibet quartæ detractionem, *ibid. num.21.*
Et, ſi heredem eam ſcripſit univerſalem, *ibid. num.22.*
Similiterque, ſi præcepit, fructus dotales cum hereditatis fructibus commiſcendos eſſe, abſque ullà iſtorum imputatione in cauſſam creditorum dotalium, *ibid. num.23. 24.*, *& 25.*
Si executores teſtamentarios reliquit, *ibidem numer.26.*
Si verbis non executivis, ſed diſpoſitivis illam inſtituit, *ibid. nu.22.*
Liberam, ac plenariam heredis *inſtitutionem* important verba = *ſolùm*, & *in totum* =, *vot.9. num.19. part.2.*
Inſtitutionem puram arguunt ſubſtitutiones factæ per verba præſentis temporis, *vot.27. num.30. part.1.*
Præſertim, quando adquiſitionis actus à nullius oneris implemento pendet, *ibid. num.31.*
Inſtitutio purè, *& ſimpliciter* facta, nequit ſtare in ſuſpenſo, donec eveniat conditio, *vot.9. num.37. p.2.*

INTERPELLATIO.

Interpellatio poſſeſſoris, ac Judicis declaratio pro effectu reſtitutionis fructuum requiritur in particulari fideicommiſſo, purificato non per gravati obitum, ſed per contraventionem, *vot.18. num.34. 35.*, *& 36. p.1.*
Sinè *interpellatione*, non debet contraveniens privari emolumento jam quæſito, *vot.27. nu.23.*, *& 38. p.1.*
Procedit, etiam cum tempus eſt adjectum conditionis implemento, *ibid. num.24.*
Interpellatio, aut declaratio Judicis, pro caducitatis effectu, non requiritur contra alienantem cum dolo, & mala fide, *vot.32. num.16. part.2.*
Interpellationem nullam requirit caducitatis pœna, adpoſita pro facto affimativo, puta ſi heres alienaverit, *vot.32. nu.17. p.2.*

INTERPRETATIO.

Interpretatio voluntatis dicitur ſemper ambigua, & difficilis, *vot.26. nu.66. p.2.*
Interpretatio illa voluntatis Teſtatoris, ex qua ſequeretur verborum ſuperfluitas, admittenda non eſt, *vot.14. num.20. p.2.*
Hæc tamen toleranda eſt, potiùs quàm admittatur

Digitized by Google

tur *interpretatio* repugnans Teſtatoris menti, *vot.17. num.62. p.1.*
Procedit, licèt de Juriſperito Teſtatore agatur, *ibidem num.63.*
Quælibet *interpretatio* capienda eſt, per quam teſtamentum, & donatio, priùs facta, concilientur, *vot.31. nu.52. p.2.*
Interpretatio ea ſequenda eſt, ex qua Donator minùs læſus remaneat, *vot.17. num.61. p.1.*

INTESTATUS.

Inteſtatus decedens, præſumitur magis dilectos fuiſſe vocaturus, *vot.12. num.127. part.1.*
In perſonas ab *inteſtato* ſucceſſuras facilius fieri dicitur fideicommiſſi tranſmiſſio, *vot.37. n.89. p.1.*
Inteſtatus deceſſiſſe heres dicitur quoad Bona, de quibus aliter, ac ſibi facultas tradita fuerat, diſpoſuit, *vot.42. num.9. p.1.*
Inteſtatus quis deceſſiſſe dici nequit, factà donatione univerſali cauſsâ mortis, *vot.13. num.2. part.2.*
Inteſtatus deceſſiſſe dici nequit, qui inter vivos, vel cauſsâ mortis donat, *vot. 13. numer. 4. part.2.*

INVENTARIUM.

Inventarium ab inveniendo dicitur, *vot.18. num. 94. part.2.*
Inventarii beneficium erat Juri *Digeſtorum* omnino ignotum, *vot.24. num.141. p.2.*
Inventarium dicitur caput, & fundamentum redditionis rationis, *vot.18. numer.76.*, & *132. part.2.*
In *inventario* deſcribenda ſunt jura omnia hereditaria activa, & paſſiva, etiam eventualia, *vot.26. num.52. p.2.*
Inventarium juſtè conficit heres, ut ejus beneficio juvari poſſit, *vot.26. nu.51. p.2.*
Inventarium Bonorum omnium, & mobilium juſtè conficit heres, ex Teſtatoris præcepto, *vot.26. num.49. p.2.*
Inventarii confectionem Teſtator heredi prohibere poteſt, *vot.24. nu.137. p.2.*
Inventarium omnium mobilium domus heredi impediri nequit ab eorumdem mobilium Legatario, ſi nullum inde ſibi obveniat præjudicium, *vot.26. num.48. p.2.*
Præſertim, ſi Teſtator illud præcepit, & heres conficere velit, *ibid. num.56.*
Inventarii conficiendi obligatio heredi à jure tributa reperitur favore præcipuè Creditorum, & Legatariorum, *vot.18. num.77. p.2.*
Inventarium conficere heres non tenetur, niſi Fideicommiſſarius inſtet, *vot.26. num.55. p.2.*
Limita, ut *num. ſeq.*
Formale *inventarium*, ut detractiones ſalvæ ſint, non requiritur, quando agitur cum Fideicommiſſario univerſali, non cum Creditoribus, aut Legatariis, *vot.6. num.89. p.2.*
Inventarii vicem ſupplet æquipollens probatio ſtatus hereditarii, *vot.6. num.83. p.2.*
Inventarii beneficio ceſſat actionum confuſio, *vot. 44. num.211. p.1.*
Inventarii beneficio præſervantur jura omnia, heredi competentia, *vot.18. nu.72. p.2.*
Idque ad retentionis effectum, atque ad repellendum Subſtitutum, pro immiſſione agentem, *ibidem.*
Inventario legitimè confecto, indubiè à Creditoribus præſervantur Donatarii univerſalis Bona, *vot.21. num.103. p.1.*
Inventarium heres conficiens, credita ſua petere, ac ab hereditate ſeparare poteſt, *vot.44. num. 212. p.1.*
Inventarii, ac probationis ſtatus hereditarii defectus actionum confuſionem inducit, *vot.6. num. 96. part.2.*
Inventario deficiente, paſſim *Sacra Rota* admiſit ſuppletivas probationes, deſumptas ex Bonorum deſcriptione in Libro memoriali, illo rumque diviſione, ac ſimilibus, *vot.18. num.113. part.2.*
Inventarii omiſſio non inducit pœnam privationis detractionum, heredi gravato competentium, *vot.6. nu.19. p.2.*
Inventarii omiſſio legales, & quotitativas detractiones heredi non adimit, *vot.6. num.69. p.2.*
Niſi ingentes concurrant alienationes, ab herede factæ, *ibid. num.70.*, & *num.94.*
Intellige, datà probatione ſtatus hereditarii Fideicommittentis, *ibid. num.95.*, & *112.*
Inventario omiſſo, nec datà probatione ſtatus hereditarii, detractiones turbidæ ſunt, & illiquidæ, *vot.6. num.85.*, & *88.*, & *113. p.2.*
Inventarii omiſſio inducit præſumptionem occultationis Bonorum, *vot.6 nu.80. p.2.*
Sed hæc præſumptio ceſſat, quoties habeatur certitudo ſtatus hereditarii, *ibid. nu.81.*
Inventario omiſſo, nec datà probatione ſtatus hereditarii, ſemper urget præſumptio occultationis Bonorum, *vot.6. num.84.*, & *98. p.2.*
Maximè in familiis nobilibus, atque divitibus, *ibid. nu.99.*
Inventarii exhibitio ab herede facta, excludit malam præſumptionem occultationis Bonorum, *vot.44. num.147. p.1.*
Et onus rigidioris probationis reijcit in allegantem pecunias in hereditate repertas, *vot.44. num.148. part.1.*
Ex omiſſa in *inventario* deſcriptione pecuniarum probatur, eas in hereditate repertas non fuiſſe, *vot.44. num.146. p.1.*
Inventarium ritè, recteque factum, probat negativam exiſtentiæ aliorum Bonorum, *vot.18. nu.133. p.2.*
Inventarium, ſemel validum repertum, atque adprobatum, impugnari amplius nequit, *vot. 18. num.87. p.2.*
Pro *inventarii* validitate præſumptio Juris militat, *vot.18. num.82. p.2.*
Concurrente præſertim lapſu 40. annorum, *ibid. num.83.*, & *88.*
Et maximè, ſi annorum centum, *ibid. num.84.*
Inventarii beneficium heredi adverſus Subſtitutum non ſuffragatur, niſi id legitimè confectum, deque Bonis hereditariis reddita ratio appareat, *vot.18. num.73. p.2.*
Hæc tamen procedunt, quando heredi res eſt

cum

cum Creditoribus, aut Legatariis, *ibidem numer.*77.

Secus, quando inter ipſum heredem, & Fideicommiſſarium, *ibid. num.*79.

Hoc enim caſu heres, inventario etiam non confecto, jura propria non amittit, *ibid. num.*80. *92. 99.*, *&* 138.

Ad *inventarii* validitatem ſufficit deſcriptio jurium, & creditorum relativè ad legalem aliquam ſcripturam, *vot.*18. *num.*106. *p.*2.

Servatur id etiam de Stylo Curiæ.

Inventarium ob ſolam ſuſpicionem doloſæ occultationis jurium, & creditorum, in eo non deſcriptorum, irritum reddi valet, *vot.*18. *nu.* 108. *p.*2.

Ceſſat ejuſmodi ſuſpicio ex relatione ad ſcripturam, unde eorum certitudo poſſit haberi, *vot.* 18. *num.*108. *p.*2.

Quod procedit pro tuendo herede, etiam contra hereditarios Creditores, *ibid. num.*109.

Inventario etiam deficiente, ceſſat ſuſpicio occultationis jurium, & creditorum, quoties de hereditario ſtatu aliunde apparere poteſt, *vot.*18. *num.*110. *p.*2.

In *inventaria* omiſſa jurium, & creditorum deſcriptio, quorum nullum adeſſe probatur documentum, culpæ aut dolo heredis imputari nequit, *vot.*18. *num.*104. *p.*2.

Inventarii validitati non officit minùs diſtincta jurium, & creditorum deſcriptio, quoties veriſimiliter illa non aderant, vel ſaltem ea heredi innotuiſſe, non conſtat, *vot.* 18. *numer.* 121. *part.*2.

Aliarum rerum, in *inventario* non deſcriptarum, mere poſſibilis exiſtentia heredi nocere non debet, *vot.*18. *num.*138. *p.*2.

Præſertim, ſi nullum earum exiſtentiæ documentum adferatur, illaſque non adfuiſſe, veriſimilitudo urgeat, *ibid. num.*139.

In *inventario* res aliquas pretioſas deſcriptas non fuiſſe, opponens, probare tenetur nedum earum exiſtentiam, ſed ad heredem perveniſſe, *vot.*18. *num* 93. *p.*2.

Inventarium, in quo mobilia non deſcribuntur, accurate confectum dicit nequit, *vot.*26. *nu.*50. *part.*2.

Inventarii validitati non officit mobilium æſtimationis omiſſio non ex dolo, & culpa heredis, *vot.*18. *num.*102. *p.*2.

Ad *inventarii* integritatem expreſſio valoris mobilium neceſſaria non erat tempore ante editam, *Sac. Rotæ decis. anno* 1706. *in Romana pecuniaria, ſeù Locorum Montium coram Molines, ead. vot.*18. *dict. num.*102.

Et in poſteriori *deciſ.*, *cor. eod. emanata* 3. *Junii* 1707., norma data eſt, irrita declarandi inventaria, abſque tali expreſſione facta, ſolùm pro futuris, non pro præteritis caſibus, *ibidem numer.*103.

De *inventario* ſuſtinendo, vel non, ubi agitur, rationes non in abſtracto, ſed in concreto conſiderandæ ſunt, *vot.*18. *num.*114. *p.*2.

Inventarium an ſit legitimè confectum nec ne, ac ritè reddita ab herede ratio, altiorem indaginem requirere dicitur, *vot.*18. *num.*74. *p.*2.

De *inventarii* validitate niſi conſtitiſſet, retentio heredi non fuiſſet conceſſa, *vot.*18. *numer.*85. *part.*2.

Nec ipſe beneficiatus heres declaratus fuiſſet, *ibid. num.*86.

In *inventarii* confectione ſi plurimi ex Creditoribus citati fuerint, etiam non citatos illud afficit, *vot.*18. *num.*89. *p.*2.

Inventarii nullitas ex defectu citationis nonnullorum ex Creditoribus allegari nequit ab eo, qui citatus fuerit, *vot.*18. *num.*90. *p.*2.

Inventarii nullitas ex omiſſione aliquarum ſolemnitatum, ſinè dolo, & fraude heredis non inducitur, *vot.*18. *num.*91., *&* 98. *p.*2.

INVESTIMENTUM.

Inveſtimenti ſubrogatio in locum Bonorum alienatorum non ſufficit, quod ſit tacita, ſed requiritur expreſſa, *vot.*17. *num.*36. *p.*1.

INVESTITURA.

Inveſtiturâ duobus fratribus pro ſe, ſuiſque heredibus conceſsâ, portio unius præmortui ejus filiæ, non alteri fratri adquiritur, *vot.*10. *num.* 45. *part.*1.

INVESTITUS.

Inveſtitus de feudo emptitio, diſponere de eo poteſt inſtar allodii, *vot.*6. *num.*41. *p.*1.

Si præſertim ab ipſomet Principe emptum ſit, *ibid. num.*42.

Procedit id maximè in primo adquirente, *ibid.*, *& num. ſeq*

Ad *inveſtiti* beneficium regulariter adponuntur clauſulæ = *nobile*, *ligio*, *gentile*, *antica*, *avito*, *e paterno* =, *vot.* 6. *num.*45. *p.*1.

Et præjudicant dumtaxat Domino directo, non autem Vaſſallo, *ibid. num.*46.

Inveſtitus non eſt præſumendus, quod per clauſulas *nobile*, *ligio*, *avito*, *e paterno* = facultatem de feudo diſponendi ſibi adimere voluerit, *vot.*6. *num.*47. *part.*1.

In primis *inveſtitis* conſumpta virtus clauſulæ *conſtituti*, inefficax quoad alios remanet, *vot.*7. *num.*85. *part.*.1.

JOCALIA.

Jocalium Legatum veſtes non comprehendit, *vot.* 7. *num.*51. *p.*2.

Eæ tamen cedunt Legato, ſi Teſtator nulla alia jocalia habebat, *ibid.*

ITALIA.

Ex *Italiæ* conſuetudine, Legitimati, ad munera nobilium admittuntur, *vot.*9. *nu.*130. *p.*1.

Italiæ majoratus alio jure, quàm Hiſpaniæ majoratus cenſentur, *vot.*8. *num.*59. *p.*1.

In *Italiæ* majoratibus admittuntur etiam filii naturales, *vot.*8. *num.*59. *p.*1.

Contraria declarantur procedere in filiis naturalibus natis ex damnato coitu, *ibid. nu.*60.

Vel quum filiis naturalibus reſiſtit voluntas Teſtatoris, *ibid. num.*62.

Vel etiam quando naturales cum Legitimis concurrunt, *ibidem num.*64.

Intellige de Legitimis in pari gradu, *nu.*65.

In

In *Italia*, multa edita ſunt Decreta, quod filiatio ex fama probari poſſit, *vot.9. nu.44. p.1.*

JUDÆI.

Judæi etiam, ob Loci conſuetudinem Chriſtianos habent ſub ſuo dominio, *vot.27. n.8. p.2.*

JUDEX.

Judicis animum, quæ per ſe non valerent ſuadere, valent, aliis coadjuta, *vot.18. n.4. p.2.*

Judicis arbitrio ex conjecturis, & præſumptionibus determinandum in dubio eſt, vita ne, an potiùs mors debeat præſumi, *vot.30. n.93. p.1.*

Judicis arbitrio relinquitur quot, & quales eſſe debeant conjecturæ vocationis filiorum, in conditione poſitorum, *vot.13. num.46. p.1.*

Judicis eſt diverſas, ac peculiares facti circumſtantias enucleare pro aſſequenda probabiliori Teſtatoris voluntate, *vot.13. num.47. p.1.*

Judex in conjecturali materia certitudinem non aliam aſſequi poteſt, niſi moralem, *vot.28. n.22. p.2.*

Poſt *Judicis* declarationem, de exiſtentia particularis fideicommiſſi dubitari amplius nequit, *vot.18. num.15. p.1.*

JUDICIUM.

In *Judicio* immiſſionis leviores filiationis probationes ſufficiunt, *vot.9. num.63. part.1.*

In *Judicio* poſſeſſorio manutentio non retardatur ex juſtitia, vel injuſtitia tituli, *vot.7. nu.87. p.1.*

Judicii ſtante nullitate ob inſubſiſtentiam tituli, lis pro non conteſtata habetur, *vot.18. n.65. p.1.*

Et continuata in poſſeſſore cenſetur bona fides ad effectum adquiſitionis fructuum, *ibid. nu.66.*

Judicium, & factum Diſpenſatorum multiplici, quibus plenum arbitrium Teſtator dedit, plurimùm valere debet, *vot.41. num.27. p.1.*

JURISPERITUS.

Juriſperitus verba inepta protuliſſe non eſt cenſendus, *vot.17. num.43. p.1.*

Juriſperitus verborum diverſitatem, eorumque ſignificationem intellexiſſe cenſendus eſt, *vot. 32. num.34. p.2.*

Juriſperiti in nominum interpretatione ſæpe falluntur, eademque impropriè accipiunt, *vot.7. num.16. p.2.*

Juriſperitorum diſpoſitiones non raró magis dubiæ ſunt, & obſcuræ, quàm quæ à rudioribus conduntur viris, *vot.17. num.63. p.1.*

Et quò doctiores ſunt, eò minus clarè ſeſe quandoque Teſtatores explicant, *ibid. num.64.*

JURISPRUDENTIA.

Juriſprudentia diſciplina ſinè offenſione dicitur, *vot.26. num.7. p.2.*

JUS.

Omnis receſſus à *Jure* communi odioſus eſt, *vot. 21. num.13. p.2.*

Difficile munus eſt de *Jure* reſpondere, *vot.12. n.1. part.1.*

Jus ſuum unicuique tribuendum eſt, *vot.27. nu. 98. part.1.*

Jus fortius eſt in cauſa, quàm in cauſato, *vot.11. num.45. p.1.*

Plus *juris* in cauſato, quàm in cauſante eſſe nequit, *vot.33. num.42. p.2.*

Jura, & credita non dicuntur corpora, quæ manibus tangi, atque oculis cerni poſſint, *vot. 18. num.105. part.2.*

Jura fideicommiſſaria ad quem non ſpectant, niſi ipſo volente, *vot. 28. numer. 40. part. 1.*

Et, nonniſi ipſo volente, ſunt excluſiva Juris Agentis, *ibid. nu.41.*

De *jure*, quod tertio quæratur ad ejus dumtaxat utilitatem, alius nequit excipere, *vot.28. n.42. p.1.*

Jus nullum ad filios, & Deſcendentes tranſmittere poteſt incapax ſuccedendi, *vot.33. n.41. p.2.*

Jus heredis non cenſetur jus alienum; cum Defunctus, & heres eadem perſona cenſeantur, *vot.11. num.20. p.2.*

Juri ſuo renunciare quiſque poteſt, *vot.5. n.27. p.2.*

Jus ſuum qui ignorat, nec conſentire, nec eidem renunciare dicitur, *vot.9. nu.49. p.2.*

Sed cenſetur legitimo impedimento prohibitus jura ſua perſequi, *ibid.*

Jura propria quis remittens, ſibi præjudicat, *vot. 17. num.38. p.1.*

Jurium appellatione venit etiam facultas diſponendi, *vot.42. num.66. p.1.*

Jus in quolibet judicio metiendum eſt ex parte Actoris, *vot.28. num.18. p.1.*

Jus ſucceſſionis in fideicommiſſo ab ultimo herede gravato deſumendum eſt, *vot.22. num. 49. p.1.*

Jus ſuccedendi ad fideicommiſſum conſolidatur in vocato ſuperſtite, *vot.36. nu.32. p.1.*

Jus ſucceſſionis in fideicommiſſo, aliove ſimili jure, nonniſi poſt mortem ultimi poſſeſſoris defertur, *vot.13. nu.58. p.1.*

Jus fideicommiſſi competens ex perſona, & jure proprio, adimi non poteſt ex facto Patris acceptantis Legatum, *vot.13. nu.70. p.1.*

Jura ſucceſſoria de una in aliam lineam transferri nequeunt, quamdiu ex linea jam admiſſa ſupereſt perſona capax ſucceſſionis, *vot.41. num.33. part.1.*

Jus ſuccedendi in defectu unius lineæ, Deſcendentibus alterius nequit competere, ubi agitur de fideicommiſſo perpetuo, & progreſſivo in qualibet linea, *vot.29. num.22. p.1.*

Jura ſuccedendi in fideicommiſſo difficilè præſcribuntur, *vot.13. num.55. p.1.*

Jus agnoſcendi fideicommiſſum tricenario temporis lapſu præſcribitur, *vot.28. num.25. p.1.*, ſed vid. *num.74.*

Declara, temporis lapſum in vita prædeceſſorum non nocere aliis, jure proprio venientibus, *ibid. numer.75.*

Jus ſucceſſionis, ad Agnatos ex Statuto deferendæ, Leges à conſanguinitate, & prædilectione metiendum voluerunt, *vot.1. num. 17. p.2.*

Et ad perſonas ultra decimum gradum non extendi, *ibid.*

Jus ſuccedendi in Bonis vaſſallorum ab inteſtato decedentium eſt de jure *majorum regalium*, quod competere nequit, niſi vel expreſsè in regalium conceſſione, vel legitimà præſcriptio-

tione adquiſitum fuerit, *vot. 27. numer. 97. part.2.*

Juris recadentiarum conſuetudinem in Caſtris *SS. Gregorii*, *&* *Caſapis* ſatis indicat illud commune Oppidanorum eſſatum = *morire à corte* = *vot.27. num.43.*, *&* *68. p.2.*

Nonniſi ad conſuetudinem ejuſmodi referri valet clauſula = *ſervatá medietate Curiæ* =, teſtamentis Oppidanorum adjici ſolita, *ibidem numer.44.*

Ejuſdemque conſuetudinis perſpicua elicitur probatio ex municipali ipſo Statuto, *ibid. nu. 46.*, & quomodo? *num. ſeqq.*

Juris recadentiarum excluſivum argumentum nequit elici ex omiſſione alicujus ſolemnitatis, quoties ad illud comprobandum antiqui, ac etiam recentes concurrant actus, *vot.27.nu.37. part.2.*

Jura ſuitatis amittuntur hereditatis aditione, non item abſtenſione, *vot.24. nu. 87. p.2.*

Jus abſtinendi filius facilè amittit, *vot. 24. nu. 16. part.2.*

Jus abſtinendi, quod habet filius, eſt contra jus commune, *vot.24. num.17. p.2.*

Jure abſtinendi ut fruatur filius, paternæ hereditati omninò immiſcere ſe non debet, *vot. 24. nu.18. p.2.*

Jus impugnandi prohibitionem Legitimæ, à Patre factam, an tranſmitti queat, inter Doctores quæſtio eſt, *vot.8. num.51. p.2.*

Affirmativam ſententiam ſequitur *Sacra Rota*, & *Romana Curia*, *ibid. nu.52.*

Quæſtio tamen hæc agi ſolet, quando filius, vivens, ſemper paterno adquieverit judicio, *ibid. nu.53.*

Ceſſat proindè, & tranſmiſſibile illud cenſetur, ſi filius reclamarit, *ibid.*

Jus impugnandi remiſiſſe cenſetur filius, ſi Legatum ſub conditione, ſciens, & prudens acceptavit, *vot.5. nu.25. p.2.*

Cenſeturque ſibi, ac ſuis heredibus præjudicaſſe in detractione Legitimæ, *ibid. nu.26.*

Jus detractionum ad heredes primorum heredum tranſmittitur, *vot.6. nu.68. p.2.*

Jus detractionum heredi non adimit inventarii omiſſio, *vot.6. nu.69. p.2.*

Niſi concurrant ingentes alienationes, ab herede factæ, *ibid. nu.70.*

Jura ſibi contra hereditatem competentia, præſervaſſe beneficiatus heres cenſetur, *vot.18. nu. nu.145. p.2.*

Jus accreſcendi favore ſuperſtitis non datur, uno ex duobus coinveſtitis deficiente, *vot.7. num.91. part.1.*

A *Jure accreſcendi* heredes particulariter inſtitutos non prohibet clauſula = *per tutto quello, che poteſſero pretendere* =, *vot.19. nu.13. p.2.*

Adpoſita namque illa cenſetur favore heredis univerſalis, *ibid. num.14.*

Quo deficiente, eadem ceſſat, *ibid. numer.15.*, nec illi arceantur à jure ejuſmodi, *ibid. num. 16. 20.*, *& ſeq.*

A *jure accreſcendi*, etiam deficiente maſculo univerſali herede, excluſa non cenſetur filia per prohibitionem, ne quidquam aliud petat, *vot. 19. num.17. p.2.*

Procedit, inſtituto univerſali herede etiam Extraneo, *ibid. num.19.*

A *jure accreſcendi* heres particularis excluſus cenſetur, quoties heres univerſalis, ex cogitatione Defuncti, in omni ferè caſu eſſe debebat heres, *vot.19. nu.22. p.2.*

Jus alteri *quæſitum*, Reſcripto Principis læſum non cenſetur, *vot.27. nu.93. p.1.*

Juri alieno Princeps præjudicare non debet, *vot. 27. num.98. p.1.*

De *juribus* etiam diverſis ab enunciatis verificatur renunciatio facta ſucceſſionibus, quomodolibet devolvendis, *vot.4. num.33. p.1.*

Jura etiam de *futuro* comprehenduntur in renunciatione facta per verba futuri temporis, *vot. 4. num.32. p.1.*

Jura etiam de *futuro* comprehenſa intelliguntur in donatione, facta pro toto eo, quod Donatarius poſſet prætendere, *vot.17. numer. 11. part.1.*

Ex tranſactione facta cohærenter antiquæ alicui conſuetudini, *jus* non adquiri, ſed ipſum, ejuſque exercitium confirmari dicitur, *vot.27. num. 52. part.2.*

Jurium tranſlatio in Emptorem facta à vocatis, alienationi conſentientibus, argumentum excluſivum præbet ſurrogationis inveſtimenti ad vocatorum commodum, *vot. 17. numer. 39. part.1.*

Ex *jurium* ceſſione ab ejus Authore reportata, heres rectè agit, *vot.15. nu.14. p.1.*

Jura producta intelliguntur relativè ad titulum in monitorio deductum, *vot.18. nu. 59. p.1.*

Vid. *Bona, vel mala fides.*

Jurium, & creditorum minùs diſtincta *deſcriptio*, inventarii validitati non officit, quoties veriſimiliter illa non aderant, vel ſaltem ea heredi innotuiſſe, non conſtat, *vot.24. num.141. part.2.*

Juri Digeſtorum ignotum prorſus erat Inventarii beneficium, *vot.24. nu.141. p.2.*

Vid. *Inventarium.*

JUSPATRONATUS.

Ex *Jurepatronatus* rectè ad fideicommiſſum arguitur, *vot.28. nu.56. p.1.*

Juſpatronatus in uno, eodemque actu in perpetuum pro familia, & Deſcendentibus Fundatoris conſtitui, & poſtea reſtringi ad filios legitimos, & naturales ſui filii, admittendum non eſt, *vot.31. nu.19. p.2.*

JUSTITIA.

Juſtitia, & æquitas mutuò conjungendæ ſunt, *vot.27. num.109. p.1.*

LÆ-

L

LÆSIO.

L*Æſio* reſtitutioni in integrum viam aperit, *vot.*18. *nu.*25. *p.*2.
Læſio non à tempore, quo conditio adimplenda erat, ſed à poſteriori eventu dimetienda eſt, *vot.*20. *num.*38. *p.*1.
Ex ignorantia autem oneris, læſio ad tale tempus retrotrahitur, *ibid. num.*39.
Atque ignoranti, ac ſi deceptus fuiſſet, reſtitutio in integrum conceditur, *ibid. nu.*40.
Læſia pro obtinenda reſtitutione in integrum, certioribus probationibus eſt demonſtranda, *vot.*18. *nu.*20. *p.*2.
Læſio cum abeſt, nec ampliùs impleri poteſt Teſtatoris voluntas, reſtitutioni in integrum locus non eſt, *vot.*20. *num.*35., *&* 36. *p.*1.
Læſio nulla conſideratur in renunciatione ex cauſſa ingreſſus in Religionem, *vot.* 4. *numer.*64. *part.*1.
Licèt renuncians, modico accepto, opulentiſſimam hereditatem remiſerit, *ibid. num.*66.

LEGATARIUS.

Legatarius quis ſimul, & heres eſſe nequit, *vot.* 10. *num.*76. *p.*2.
Legatarius magis in re legata dilectus cenſetur, quàm heres, *vot.*11. *nu.*31. *p.*2.
Legatarii charitas, & neceſſitudo facit intelligi Legatum, etiam contra modum conſuetum, *vot.*25. *num.*74. *p.*2.
Legatarius fretus claris teſtamenti verbis, nullâ eget probatione, quâ doceat, ſibi Legatum eſſe debitum, *vot.*25. *num.*6. *p.*2
Eidemque ſufficit Actoris exceptionem reddidiſſe dubiam, *ibid. nu.*8.
Legatario nocere nequit quævis verborum omiſſio, orta ex imperitia extenſoris teſtamenti, *vot.* 25. *nu.*20., *&* 31. *p.*2.
De *Legatarii* debito non cogitans Teſtator, remiſiſſe illud cenſetur, *vot.*25. *nu.*71. *p.*2.
Præſertim ex verbis, quibus ejus quieti providere, ac in eum liberalitatem exercere voluiſſe, conſtet, *ibid. num.*72.
Maximè verò intercedente neceſſitudine, & conjunctione ſanguinis, *ibid. num.*73.
Et, ſi de opulenta hereditate agatur, *ibid. numer.* 75.
Cum *Legatarii* debito Legatum compenſari ſi Teſtator noluiſſet, dilationem heredi ad illud ſolvendum non conceſſiſſet, *vot.*25. *numer.*66. *part.*2.
Eâ enim non indigebat heres, ſed Legatarius indiguiſſet, *ibid. nu.*67.
Legatarius omnium mobilium poteſt ex oleo venali certam detrahere portionem, quæ ſatis ſit pro uſu domus, & familiæ, *vot.* 26. *numer.* 24. *part.*2.
Id tamen procedit, quando oleum recollectum eſſet ex prædiis Teſtatoris, qui reliquias ſuperextantes uſui domus, vendere conſueviſſet, *ibid. nu.*25.
Hinc ſecus eſt, quando res eſt de oleo empto à Teſtatore, ut illo uteretur in lanificio, cum tunc numeretur inter inſtrumenta tabernæ lanariæ, *ibid. num.* 26.
Limita, ſi eo etiam utebatur pro uſu domus, & familiæ, *ibid. nu.*27.
Quod ſublimita, ſi menſtruum aliud Legatum reliquit pro *pane*, *vino*, *& companatico*, *vot.* 26. *nu.*28. *p.*2.
Legatarius de manu heredis poſſeſſionem Legati debet accipere, *vot.*7. *num.*96. *p.*1.
Limita, ut *num.*97. 98., *&* 100.
In *Legatarium* non ſtatim tranſit dominium rei alienæ, *vot.*18. *num.*9. *p.*1.
Rei verò propriæ Teſtatoris ſtatim tranſit, *ibid.*
Legatarius, tranſlato in eum dominio, valet pro fructibus nedum extantibus, ſed etiam pro comſumptis adverſus poſſeſſorem agere, quatenus hic locupletior effectus ſit, *vot.*18. *nu.*27., *&* 28. *p.*1.
A *Legatario* quando vel non cautio mutiana præſtanda ſit, quæſtio eſt dubia, & nimis ardua, *vot.*26. *nu.*58. *p.*2.
A *Legatario* an ſit præſtanda cautio mutiana, à voluntate Teſtatoris pendet, *vot.*26. *nu.*67., *&* 72. *p.*2.
Legatarius cautionem mutianam præſtare non tenetur in Legatis, ſub conditione reſolutivâ relictis, *vot.*26. *nu* 67., *&* 90. *p.*2.
Procedit etiam de Legato mobilium, *ibid.*
Limita, ſi Teſtator in caſu contraventionis eadem reſtitui mandavit, *ibid.*
Tunc enim cautio mutiana de utendo, & fruendo præſtanda eſt, *ibid. num.*92.
A quolibet *Legatario* datur cautio mutiana de utendo, & fruendo, *vot.*26. *num.*91. *p.*2.
Quæ ſatis eſt, ut præſtetur in actu capiendæ poſſeſſionis, *ibid. nu* 92.

LEGATUM.

Legatum faciliùs inducitur, quàm inſtitutio, aut ſubſtitutio, *vot.*11. *num.*16. *p.*2.
Legata regulariter relinquuntur ob ſpecialem erga Legatarium dilectionem, *vot.* 10. *num.*18. *part.*2.
Legatum quodlibet determinatur à cauſſa, eidem adnexa, *vot.*7. *num.*32. *part.*2.
Legati cauſſa finalis ceſſat, ceſſante ratione, ob quam relictum fuit, *vot.* 38. *num.* 97. *p.*1.
Legati cauſſa finalis non eſt commodum, & favor heredis, quando commodum alterius reſpicit, *vot.*38. *nu.*98. *p.*1.
Unum, idemque *Legatum* ſemel, atque iterum in eamdem cauſſam fuiſſe à Teſtatore, relictum, repugnat Juris regulis, *vot.*26. *num.*30. *part.*2.
Legati annui præſtatione minùs, quàm fieri poteſt, gravatus heres cenſendus eſt, *vot.* 10. *nu.* 6. *p.*2.
Limita in Legato, quod reſpiciat favorem animæ Teſtatoris, *ibid. nu.*31.

Præcedentis *Legati* præſervatio à Donatore facta, non nocet Donatario, ſed heredis onus eſt illud integrè Legatario præſtandi, *vot.44. nu.171. part.1.*

Legata ſinè die, aut conditione relicta, præſentia ſunt, *vot.30. num.9. p.2.*

Legatum alicui præſtandum, donec ad vigeſimum perveniat annum, eo mortuo, ſtatim à Subſtituto peti poteſt, vigeſimo anno non expectato, *vot.31. nu.*8. *p.1.*

Legatis particularia fideicommiſſa exæquata à Jure fuerunt, *vot.18. nu.3. p.1.*

Legata, & fideicommiſſa particularia non veniunt appellatione hereditatis, *vot. 9. num.53. part.2.*

Proindeque nec in reſtitutione facienda univerſalis hereditatis comprehenduotur, *ibid.*

Legatum acceptum è manibus executoris teſtamentarii, cenſetur ab ipſo Teſtatore acceptum, *vot.7. nu.98. p 1.*

Pro *Legato* aſſequeodo non ſufficit vocatio in genere, niſi ulterius concurrat proximioritatis qualitas, à Teſtatore conſiderata, *vot.21. num. 66. p.2.*

In *Legato* adjecta clauſula = *omni meliori modo* = iodicat, illud utiliori modo eſſe relictum, *vot.25. nu.69. p.2.*

Legatum rectâ viâ ad Legatarium, etiam ignorantem transfertur, *vot.18. num.4. p.1.*

In *Legatis*, & fideicommiſſis particularibus fructus non moræ, vel malæ fidei ratione vindicaotur, ſed in ſequelam dominii, *vot. 25. nu. 89. p.1.*

In *Legatis*, & fideicommiſſis particularibus, dominium miniſterio Legis illicò io Legatarium, ac Fideicommiſſarium tranſit, *vot.25. num.90. part.1.*

Tam in *Legatis*, quàm in Fideicommiſſis particularibus poſſeſſio bonâ fide pro domioio habetur, ad effectum adquiſitinnis fructuum, *vot.18. num.26. p.1.*

Procedit ſive de herede agatur, ſive de tertio poſſeſſore, *dict. vot.18. num.25. p.1.*

Legata, & fideicommiſſa particularia revocata cenſentur per poſteriorem rei legatæ dunationem, *vot.38. nu.77. 80., & 87., & vot.44. nu. 166. p.1.*

Legatum, per alienationem partis rei legatæ non corruit in totum, ſed in ea dumtaxat parte, *vot. 38. nu.106. p.1.*

Niſi ex conjecturis conſtet dè contraria Teſtatoris voluntate, *nu.*107.

Pro *Legati* ademptione excludenda plurimùm valet Cauſæ piæ favor, *vot.44. num.167. p.1.*

Iotellige, quando agitur de generali Legatorum ademptione, aut voluntatis mutatione circa inſtitutiooem heredis, *vot. 44. num. 168. part.1.*

Non verò, quando Legati ademptio ex rei legatæ diſtractione deducitur, *ibid. nu.169.*

Niſi res diſtracta, poſtea à Teſtatore redempta fuerit, *ibid. num.170.*

Legati ſtricta interpretatio facienda eſt, *vot. 7. nu. 39., & vot.21. nu.28. p.2.*

Legati interpretatio capienda eſt non ex verbis, ſed ex mente Teſtatoris, *vot.7. nu.7. p.2.*

Et, quod Teſtator ſenſit, non quod ſcriptum eſt, Legatario debetur, *ibid. num.*8.

In *Legati* interpretatione voluntas Teſtatoris ſemper latiùs accipienda eſt, *vot.7. nu. 9. p. 2.*

In *Legatis* conjectura voluntatis Teſtatoris, non ex jure, ſed ex facto quæri debet, *vot.11. nu.*8. *& nu.15. p.2.*

Legati interpretatio largior, ac benignior eſt capienda favore uxoris benemeritæ, *vot. 26. nu. 75. p.2.*

Legatum favore *Cauſæ piæ* latiùs interpretandum eſt, *vot.7. nu.39., & ſeq. p.2.*

Maximè, ſi deſtinatum ad certum conficiendum opus, *ibid. nu.43., & 45.*

Legaſſe Eccleſiæ Teſtator cenſetur, ut animæ contuleret ſuæ, *vot.10. nu.10. p.2.*

Legata favore *Conſanguinei*, ſive *Loci pii*, ne inutilia reddantur, à propria verborum ſignificatione recedendum eſt, *vot.7. nu.50. p.2.*

Pro *Legati pii* adimplemento ſi deſignata quantitas non ſufficiat, heres debet ſupplere, *vot. 7. nu.44. p.2.*

Legatum Conſanguineo, aut *piæ Cauſæ* relictum, debetur, ſive Teſtator ſciverit, ſive ignoraverit, rem ad alium pertinere, *vot.7. nu.67., & 68. p.2.*

In *Legatis Conſanguineo*, vel *Cauſæ piæ* relictis ſpecies, aut certa res expreſſa, oon *taxativè*, ſed *demonſtrativè* ſtare cenſetur, *vot.7. nu. 69. part.2.*

Verbaque ita interpretanda ſunt, ut numquam Teſtatoris voluntas eludatur, *ibid. nu.* 70.

Legati perpetuitas facilius admittitur favore *Cauſæ piæ*, *vot.10. nu.29. p.2.*

Legati ſolutionem ad heredum nominatorum vitam reſtriogunt verba illa = *infraſcripti ſui heredes* = *vot.10. nu.12. p.2.*

Limita, ſi ſolutioni, non autem diſpoſitioni adjecta ſiot, *ibid.*

Tunc enim eadem verba *demonſtrativè*, non *taxativè* ſtare dicuntur, *ibid. num.13.*

Comprehenduntque non ſolùm primos, ſed ulteriores etiam heredes, *ibid.*

Certiùs, ſi concurrat dictio = *in perpetuum* =, *ibid. nu.14.*

Legatum relictum naturalibus alicujus Loci, iis etiam competit, qui ibi per decennium commorati fuerint, *vot.4. nu.10. p.2.*

Legatum dotis factum puellis = *figlie di Spagnuoli Caſtigliani* =, intelligitur de Hiſpanis verè Caſtellanis, *vot.4. nu.26. p.2.*

In *Legatis*, utpotè ſtrictiſſimè interpretandis, filiorum nomine non veniunt nepotes, *vot. 21. nu.23. p.2.*

Præcipue id procedit de Legatis, quodam veluti privilegii jure relictis, *ibid. numer. 29., & 30.*

Legatum alimentorum filiis factum, nepotibus

bus non debetur, *vot.* 21. *numer.* 24. *part.* 2.

Subſequens *Legatum* favore unius Suro:is relictum cenſendum eſt in eodem caſu deficientis lineæ maſculinæ, quo fuit præcedens favore aliarum, *vot.*1. *nu.*27., *&* 31. *p.*1.

In poſteriori *Legato* nequit cenſeri minùs uni ſorori relictum, quàm fuerit in præcedenti favore aliarum, minus dilectarum, *vot.*1. *num.*32., *&* 33. *p.*1.

Legatum ſubſequens, eodem modo, ac præcedens factum, ad iſtius normam liberè, ac pleno jure relictum cenſendum eſt, *vot.* 25. *num.* 68. *part.*2.

Legatum relictum filiabus in defectu Maſculorum ex filio, earum excluſionis argumentum præbet, *vot.*12 *nu.*4. *p.*2.

Legati facti ad favorem filiarum cauſſâ fuiſſe cenſetur, quia nempè Teſtator ſciret, illas vitam religioſam velle ducere, ſi id in earum nominatione expreſſit, *vot.*21. *nu.*51. *p.*2.

Diſpoſitione autem factâ earum favore juvari nequeunt neptes, in quibus eadem non concurrat ratio, *ibid. num.*54., *&* 58.

Legatum factum filiis latiorem interpretationem recipit, *vot.*11. *nu.*29. *p.*2.

Procedit, licèt heres fuerit perſona conjuncta, *ibid. nu.*30.

Legatarius enim cenſetur in re legata magis dilectus, quàm heres, *vot.*11. *nu.*29. *p.*2.

Legatum filiæ relictum, eſt ei liberè ſolvendum, cum Legitimæ pars ſit, *vot.*46. *nu.*95. *p.*1.

Legatum filia, nonniſi in computum ſuæ Legitimæ acceptare declarans, cenſetur onus, ſuper eo impoſitum, acceptare noluiſſe, *vot.* 46. *nu.* 64. *p.*1.

Legati ſimplex acceptatio à filiis facta, impedimento non eſt, quin petere queant Legitimæ ſupplementum, *vot.*46. *num.*65. *p.*1.

Quia, cum onus, ſuper eâ impoſitum, ſtatim miniſterio Legis reijciatur, *ibid. nu.*66.

Tempore acceptationis non adeſſe illud cenſetur, *ibid. nu.*67.

Hinc ſimilis acceptatio facta cenſetur, habito reſpectu ad integram Legitimam, *ibid. numer.*68.

Quam integram eſſe tunc Lex interpretatur, *ibid.*

Legatum, & dotem, ſibi relictam, Legitimæ non reſpondere, probare debet filia, Legitimæ ſupplementum petens, *vot.*46. *num.*59. *p.*1.

Legatum, & dos filiæ à Patre relicta, in Legitimam imputanda ſunt, *vot.*46. *nu.*58. *p.*1.

Cum *Legato* dotem, aut etiam Legitimam compenſaſſe cenſetur filia, Legatum acceptando, *vot.*5. *nu.*32. *p.*2.

Contrariæ auctoritates procedunt, quando filia reclamaverit, *ibid. nu.*33.

Vel quando agatur de ſimplici hereditatis aditione, aut etiam de acceptatione, quæ ad aliud commodè referri poſſit, *ibid. num.* 34., *&* 35.

Legatum ſub conditione, ſciens, & prudens filius acceptans, jus impugnandi remiſiſſe cenſetur, *vot.*5. *num.*21. *p.*2.

Sibique ac ſuis heredibus præjudicaſſe in detractione Legitimæ, *ibid. num.*25., *&* 30.

Legatum filiæ à Patre relictum ſub conditione Matrimonii, cenſetur in cauſſam Legitimæ relictum, *vot.*5. *nu.*3. *p.*2.

Proindeque purum eſt, atque ad heredes *tranſmiſſibile*, etiam non ſecuto Matrimonio, *ibid. num.*5.

Procedit, licèt filia numquam reclamaverit à Matrimonii onere, *ibid. num.*6., *&* 40.

Ac, etiamſi Laudum acceptaverit ſuper Legati ſolutione, ad normam paterni teſtamenti, *ibid. nu.*7.; Intellige *ut nu.*8., *& ſeq.*

Legatum filiæ ſub conditione nuptiarum relictum, ab eaque acceptatum, *tranſmiſſibile* ante nuptias non eſt, *vot.*5. *num.*29. *p.*2.

Contrarium quando procedat, declaratur *ibidem.*

Legatum, ante impletam nuptiarum conditionem decedente filiâ legatariâ, ad heredes *non tra ſmittitur*, *vot.*5. *num.*16., *&* 23. *p.*2.

Legatum dotis nepti relictum cum prohibitione aliud petendi, tamquam naturam Legitimæ aſſumens, purum eſt, atque ad heredes *tranſmiſſibile*, *vot.*15. *num.*25. *p.*2.

Legatum dotis, quoties hæc loco Legitimæ ſuccedat, ad heredes Legatariæ eſt *tranſmiſſibile*, eâ etiam innuptâ decedente, *vot.*15. *num.*39., *&* 42. *p.*2.

Legatorum, neptibus relictorum, *tranſmiſſibilitatem* Teſtator voluiſſe cenſetur, ſicut in una, quæ nupſit, ita in altera, quæ non, *vot.*15. *nu.*26. *part.*2.

Contrarium, ubi Legata ejuſmodi ſint conditionalia, cum par nequeat eſſe ratio implentis & non implentis conditionem, *ibid. num.*27. *part.*2.

Id tamen limitatur in dubio, an purè, vel ſub conditione relicta ſint, *ibid. num.*28.

Legatum ab Extraneo factum puellæ, quando nuptui tradatur, conditionale eſt, *vot.*5. *num.*1. *part.* 2.

Eâque decedente innuptâ, ad heredem *non tranſmittitur*; Secus de Legato relicto à Patre, *ibid. num.*2., Sed vid. *nu.* 16., *& ſeq.*

Legata in cauſſam dotis, regulariter *ſub conditione* nuptiarum relicta cenſentur, *vot.*15. *num.*15. *part.* 2.

Legatum, cujus præſtatio in tempus omnino incertum ſit collata, *conditionale* cenſendum eſt, *vot.*5. *nu.*21. *p.*2

Legatum filiæ relictum, quando nubat, *conditionale* deprehenditur ex onere eam interim alendi, heredibus injuncto, *vot.*5. *num.*22., *&* 46. *p.*2.

Legatum non eſſe ſub *conditione* nuptiarum, arguit fructuum ſolutio, ab Arbitris demandata, donec Legataria nubat, *vot.*5. *num.*19. *p.*2., vid. *num.*45., *&* 46.

Ex *Legato* namque conditionali, ſicque ex re nondum debita nulli debentur fructus, *vot.*5. *nu.* 20. *p.*2.

Ex *Legato* dotis, ſolvendo nuptiarum tempore, filię,

filiæ, niſi nupſerit, non debentur fructus, licèt relicti, *vot.5. num.47. p.2.*

Donec tamen nubat, alimenta, licèt non relicta, eidem præſtanda ſunt, *ibid. num.48.*

Legata relinqui poſſunt ſub *conditione* tàm *ſuſpenſivâ*, quàm *reſolutivâ*, *vot.26. num.70. p.2.*

Legatum in dubio præſumitur relictum potiùs ſub *conditione reſolutivâ*, quàm *ſuſpenſivâ*, *vot.26. num.73. part.2.*

Præſertim, ſi relictum uxori magnoperè dilectæ, *ibid. num.74.*

Legato adpoſita *conditio viduitatis*, illius adquiſitionem ſuſpendit, *vot.26. num.59. p.2.*

Legatum, non ſervatâ *conditione reſolutivâ*, ceſſat, *vot.26. num.65. p.2.*

Legato adjecta *viduitatis conditio*, quando *ſuſpenſiva*, & quando *reſolutiva* dicenda ſit? *vot.26. num.60. 68. 73.*, *& ſeq. p.2.*

Nota, quod in conditione ſuſpenſiva requiritur cautio mutiana, *ibid.*, *& num.71.*

Secùs io reſolutiva, *ibid. num.62.*, *& 90.*, Limita, ut *num.91.*

In prima itidem fit Legati retrotractio, & fructus non à die contraventionis, ſed à die obitus Teſtatoris reſtitui debent, *ibid. num.64.*

In ſecunda verò per contraventionem ceſſat dumtaxat Legatum: & conditio illius durationi, non autem adquiſitioni adpoſita dicitur, *ibid. numer.65.*

Legatum ſub modo *reſolutivo* relictum cenſeri poteſt ex conjecturata Teſtatoris mente, licèt adhibuerit verbum = *conditio* =, *vot.26. numer.81. part.2.*

Maximè, concurrentibus in eadem oratione verbis illis = *vitâ ſuâ durante*, = *ibid. num.82.*

Legatum ſub conditione ſuſpenſivâ uxori à Teſtatore relictum cenſetur, ſi eidem in caſu non ſervatæ viduitatis alia emolumenta reliquit, *vot.26. num.88. p.2.*

Maximè, ſi cogitavit, ſola mobilia ab eadem reſtituenda eſſe, *ibid. num.89.*

Sub *conditione ſuſpenſivâ* relictum dicitur *Legatum* conceptum verbis = *ſi non nupſerit* = *ſi vitam viduilem ſervaverit* =, *vot.26. num.76. p.2.*

Conditio viduitatis, *Legato* adjecta verbis illis gerundiis = *piacende*, *rimanendo*, *è ſervando vita vedovile* = *reſolutiva*, non autem *ſuſpenſiva* dicitur, *vot.26. num.77.*, *& 78. p.2.*

Legati ademptio à Teſtatore facta *in caſu viduitatis non ſervatæ*, ſupponit uſque ab initio Legati adquiſitionem, *vot.26. num.83. p.2.*

Ipſiuſque Legati duratio cenſetur à Teſtatore volita donec uxor viduitatem ſervaret, *ibid. num.84.*

Legatum ſub conditione reſolutivâ relictum cenſetur, quando Teſtator aliud Legatum ſubrogavit loco illius, uxori tranſeunti ad ſecundas nuptias adempti, *vot.26. num.85. p.2.*

Legatum uxori relictum, donec *viduilem vitam ſervaverit*, & poſt ejus obitum alteri, ſtatim, eâ convolante ad ſecundas nuptias, debetur Subſtituto, *vot.31. num.10. p.1.*

A *Legato*, ac inſtitutione reijcitur *præceptum habitandi* in certo loco, *vot.30. numer.29. part.2.*

Legatum corruit, noo impletâ ab herede conditione habitandi in certo loco, injunctâ ex cauſa utili Teſtatoris animæ, *vot.30. n.32. p.2.*

Maximè, ſi res erat de habitando in ſua ipſius Teſtatoris Patria, *ibid. num.34.*

Textus in L. Titio centum 71. §. Titio centum il 2. ff. condit, & demonſtrat., præceptum ejuſmodi à Legato atque inſtitutione reijciens, declaratur, *ibid. num.36.*

In *Legato* adjecta *conditio*: *donec quis in certo loco cum aliquo habitaverit*, iſtius favorem reſpicere cenſetur, *vot.30. num.38. p.2.*

In *Legato*, quod ad Legatarium ipſo jure tranſeat, nudum *præceptum* de *non alienando* nihil valet, *vot.30. num.42. p.2.*

Secus de Legato, quod ab herede præſtandum ſit, *ibidem.*

Iſtud enim à Legatario obtineri nequit, niſi caveat de non alienando, *ibid. num.43.*

Legatum liberationis aliud non eſt, quàm donatio teſtamento relicta, *vot.25. num.15. p.2.*

In *Legato liberationis* non tàm verba, quàm voluntas Teſtatoris ſpectanda eſt, *vot.25. num.1. part.2.*

In *Legato liberationis* remiſſum debitum cenſeri poteſt ex Teſtatoris voluntate, licèt id verba non præſeferant, *vot.25. num.2. p.2.*

Legatum liberationis id continet, quod Teſtatorem voluiſſe, Judex æſtimabit, *vot.25. num.3. part.2.*

Intellige, ſecundùm probationem voluntatis Teſtatoris, à Legatario faciendam, *ibid. num.4.*

Sub *Legato liberationis* quid Teſtator comprehendiſſe cenſerit, Legatarius evidenter probare tenetur, *vot.25. num.5. p.2.*

Non excluſis tamen præſumptivis, & conjecturalibus probationibus, *num.9.*

Legato liberationis facto Adminiſtratori, hic non ſolùm à reliquatu adminiſtrationis, ſed ab omni eo, quod, alio etiam nomine deberet, liberatus cenſendus eſt, *vot.25. num.58. 59.*, *& 60. p.2.*

Amplis præſertim, & generalibus verbis à Teſtatore adhibitis, *ibidem num.62.*

Remiſſæ autem cenſendæ ſunt etiam pecuniæ, à Defuncto, vel herede creditæ Adminiſtratori, vel ab iſto aliis, quibus mutuavit de pecunia Domini, *dict. numer.59.*, *& 60.*, *& numer.63.*

Legatum liberationis, Adminiſtratori factum, ex quibus verbis deprehendi poſſit extenſum etiam ad debita, extra adminiſtrationem contracta? *vot.25. numer.45.*, *& nu. ſeq. part.2.*

Legati liberationis verba = *mi s' intenda ſaldata pienamente il tutto ſino al preſente giorno* =, continuativè ad ſermonem de adminiſtratione habitum prolata, videntur ipſam adminiſtrationem, non alia etiam negocia reſpicere, *vot.25. num.50. p.2.*

Ad ea tamen exteoſionem non reſpuunt, *ibidem num.51. 53. 57.*, *& ſeq.*

Con-

Digitized by Google

Concurrente præſertim Teſtatoris voluntate, & ex quibus? *num.64., & ſiq.*

Legatum ſuo *Debitori* Teſtatorem relinquere voluiſſe, eique totum noluiſſe debitum remittere, veriſimile non eſt, *vot.25. nu.65.p.2.*

Alioquin debitum pro rata ipſi legata potiùs remiſiſſet, *ibid.*

Legata annua, ac hereditaria debita ex fructibus ſolvenda ſunt, *vot.23. num.61. p.2.*, declara, ut *num.62.*

Ex *Legati* perpetuo onere heredibus inſtitutis, & ſubſtitutis impoſito, arguitur fideicommiſſi progreſſivitas, *vot.7. num.70. p.1.*

Ex *Legatis*, ab herede unicâ vice ſolvendis, fideicommiſſum perpetuum argui non poteſt, *vot. 16. num.23. p.2.*

Legatum annuum perpetuum Reipublicæ, Eccleſiæ, aliiſque politicis corporibus relictum, centum annorum præſtatione reſolvitur, *vot.10. num. 1., & num.4. ad 7., & num.23. p.2.*

Contrarium, *num.8., & 9.*

Legatum annuum perpetuum relictum homini, intelligitur ad vitam illius, *vot.10. num.3., & 16. p.2.*

Legatum annuum perpetuum homini relictum, ſuâpte naturâ temporarium eſt, *vot.10. numer.16. part.2.*

Non item, ſi Eccleſiæ relictum ſit, *ibid. num. 17.*, & ratio *num.18., & ſeq.*

Legati annui perpetui par non eſt ratio, quando Eccleſiæ, ac quando perſonæ privatæ relinquitur, *vot.10. num.22. p.2.*

Legati annui perpetui incapaces ſunt Fratres minores obſervantiæ *S. Franciſci*, *vot.10. num.2., & num.31., & 32. p.2.*

Legatum annuum perpetuum repugnat paupertati, quam Fratres Minores obſervantiæ *S. Franciſci* profitentur, *vot.10. nu.35. p.2.*

Legatum annuum Fratribus minoribus obſervantiæ *S. Franciſci* relictum non ad breve tempus, ſed in perpetuum, illicitum dicitur, *vot.10. num. 36. p.2.*

Breve autem reputatur, quod eſt infra decennium, *ibid.*

Maximè autem dicitur illicitum, ſi ſinè onere, *ibidem num.68.*

Legatorum, favore Fratrum minorum *S. Franciſci*, quatuor diſtinguuntur ſpecies, *vot.10. nu. 38. p.2.*

Legatorum annuorum ſinè onere capaces non eſſe Fratres minores *S. Franciſci* tàm Obſervantes, quàm Reformatos, niſi ad effectum illa extinguendi, eorumque proprietatem erogandi in uſus Fabricæ, vel Sacriſtiæ, reſolvit *Sacra Concilii Congregatio*, *vot.10. numer.39. part.2.*

Modò tamen non cœperint annuas illorum præſtationes exigere, *ibid. num.40.*

Reſolvit itidem, ad præſtanda ejuſmodi Legata heredem non teneri in Foro conſcientiæ, *ibid. numer.41.*

Legata annua perpetua ſinè onere relicta Fratribus *S. Franciſci* tàm Obſervantibus, quàm Reformatis, caduca efficiuntur favore heredum, *ibid. num.42.*

Intellige quoad civilem, non quoad naturalem obligationem, *num.62.*

Juxta quam heredes tenentur eadem Legata dare ipſis *Fratribus* in eleemoſynam, *num.63.*

Idque confirmatum eſt Decreto *Sac. Congregationis Rev. Fabricæ*, *ibid.*

Decreta inſuper ejuſdem Sac.Congregationis ſervanda eſſe, decrevit *Sac. Concilii Congregatio*, *num.6.*

Legati annui perpetui ſinè onere *Fratres minores S. Franciſci* incapaces ſimpliciter non ſunt, ſed ſolum ratione modi, *vot.10. num.43. p.2.*

Intellige, ut *num.44., & ſeqq.*

Legati in tot panibus, aliave ſimili eleemoſyna, certis temporibus ipſis præſtandi, iidem *Fratres* incapaces non ſunt, *ibid. dict. nu.44.*

Si modò non ex jure, ſed ex gratia recipiant, *ibid. num.45. 47. 48., & 70.*

Debent autem de hoc apertè proteſtari, *ibidem num.46.*

Sicque vera dicitur ſervari paupertas, *ibid.*, & *numer.71.*

S. Bonaventuræ ſententia hæc eſt, *ibid. num.47.*

Et quidem plurimi facienda, *ibid.*

Pontificiis iidem confirmata Conſtitutionibus, ac generali totius Ordinis conſuetudine, *ibid. numer.49.*

Procedit de Legatis etiam perpetuis, *num.50.*

Ac ſinè onere relictis, *num.51.*

Legatum annuorum alimentorum Fratribus minoribus ſolvendum eſſe, decrevit *Sac. Congregatio Rev. Fabricæ.*, *vot.10. num.65. p.2.*

Legati annuorum redituum incapaces ſunt *Fratres minores S. Franciſci*, quando ad iſtos iidem reditus diriguntur, ſecus, quando ad heredem, *vot.10. num.66. p.2.*

Et quidem ſolvere debentem non ex certo aliquo fundo, ſed ex univerſo ſuo patrimonio, *ibid. numer.67.*

Legatum annuum perpetuum ſinè onere relictum iiſdem Fratribus, illicitum eſt, ſolum ſi ad ipſos dirigatur, *vot.10. num.69. p.2.*

Ita autem intelligenda eſſe Decreta *Sac. Congregationis Concilii*, in hac ſpecie edita, declaratur *ibid. num.71. ad 74.*

Legata annua Fratribus minoribus S. Franciſci directè relicta, ut ipſis adquirantur, defectiva in ſubſtantia dicuntur, *vot.10. numer.74. part.2.*

Et caducantur favore heredum, *ibid.*

Legata annua ab herede præſtanda *Fratribus minoribus S. Franciſci*, ab iſtis vendi nequeunt, *vot.10. num.73. p.2.*

Nec peti poſſunt in Judicio, *ibid.*

Legata, annuaſque præſtationes in Judicio petere Fratres minores *S. Franciſci* prohibentur, *vot. 10. num.58. p.2.*

Legata annua perpetua relicta *Fratribus minoribus S. Franciſci*, nequeunt ab herede extingui, neque per compoſitionem cum *Rev. Fabrica* reduci, *vot.10. num.53. p.2.*

Sed

Sed eorum applicatio, auctoritate Apoſtolicâ, facienda eſt, *ibid. num.54.*

Illa autem. noo applicata, poteſt heres iiſdem *Fratribus* dare in eleemoſyoam, *ibidem numer.55.*

De proprietate ejuſmodi Legatorum Miniſtri *Rev. Fabricæ*, aliter diſponere nequeunt, quam ad effectum inveſtiendi, *ibid.num.56.*

Fructus verò non ſolutos intra biennium poſt Teſtatoris obitum, poſſunt exigere, *ibidem numer.57.*

Immò etiam alios, ultra idem biennium non ſolutos, *num.59.*

Quæcumque autem ſuper his prohibetur compoſitio cum herede, *num.60.*

Limita, ſi compoſitioni Fratres conſentiant; tunc enim traditur iiſdem eleemoſyoa arbitrio *Sacræ Congregationis Rev. Fabricæ*, *ibidem numer.61.*

Legati annui perpetui incapaces declarari nequeunt *Fratres minores S. Franciſci* donec extet poſſibilitas, ut ipſis ab herede tradatur in eleemoſynam, *ibid. num.75.*

Legatum annuum uſuſfructus differt à ſimplici *Legato annuo*, & in quo? *dict. vot.10. num.25.*

Io ſimplici *Legato annuo* integra manet Bonorum utilis proprietas apud heredem; ſecus in *Legato annuo uſuſfructus*, *vot.10. nu.25.p.2.*

Legatum annuum Titio, & ejus heredi relictum, Titii heredibus debetur in infioitum; Secùs de *Legato uſuſfructus*, *nu.27.*

Legatum uſuſfructus ultra primum heredem non porrigitur, *vot.10. num.27. part.2.*

Legata anaua iu alimentorum cauſſàm relicta cenſentur, *vot.10. num.19. p.2.*

Et alimentarii morte finienda ſunt, *ibid.*

Legatum annuum, primo anuo purum eſt, ſequentibus verò conditionale, quateoùs uempe Legatarius ſupervivat, *vot.10. num.20. p.2.*

Deficiente autem conditione, intercidit, nec ad heredem tranſmitti poteſt, *ibid. nam.21.*

Legata annaa perpetua inter immobilia reputaotur, *vot.10. num.34., & 66. p.2.*

Legati perpetuitas, quoad fieri poteſt, vitanda eſt, *vot.10. num.28. part.2.*

Legatum generale non comprehendit ea, quæ mercimonii cauſsâ comparata ſunt, *vot.7. num. 52.p.2.*

Limita, ſi aliàs inutile redderetur, *ibidem numer.53.*

In *Legato* omne id, quod verba importare valent, comprehenſum cenſetur, *vot.7. numer. 55. part.2.*

Idque non eſt extenſio, ſed declaratio conſona verborum proprietati, *ibidem num.56.*

Legatum, quoties id exigit ratio ſermonis generalis, extenditur ad ea omnia, quæ alioquin ſub illo nou venirent, *vot.7. num.24. p.2.*

Præſertim, ſi aliàs inutile redderetur, *vot.11. num.26. p.2.*

Legotum verba generalia extendunt ad ea omnia, quæ ſub iiſdem verbis comprehcudi poteraot, *vot.7. num.10. part.2.*

Legatum conceptum verbis, omnia eredita comprehendentibus, ad particularia oequit reſtringi, *vot.7. num.36. part.2.*

Legatum particulare comprehenſum dici debet in reſtitutiooe hereditatis, ab herede facta, per verba = *omnia dicta Bona*, & *hereditatem*, *vot.9. numer.00. part.2.*; & quando ſecus? *ibidem num. ſeq.*

Io *Legato* ſi comprehenſum eſt quidquid ex altera debebatur cauſſa, *niuna excluſa*, totum comprehenſum debet cenſeri, *vot.7. num.33., & 35. p.2.*

Sub *Legato* cenſuum filiis relicto ooo eſt cenſendus Teſtator comprehendiſſe etiam cenſum uni ex filiis aotea donatum, quoties declaraverit diſponere de Bonis ſuis, *vot.11. nu.23. p.2.*

Limita in caſu, quo, patiente, & ſciente Donatario, ſemper aotea de eodem ceoſu diſpoſuerit, *ibid. num.24.*

Ac præſertim ſi io ſua diſpoſitiooe uſus eſt dictione = *tutti* =, *ibid. num.25.*

Io *Legata jocalium* veſtes noo cootinentur, *vot.7. num.51. p.2.*

Cedunt tamen Legato, ſi nulla alia jocalia habebat Teſtator, *ibid.*

Legatum omnium mobilium comprehendit res omnes, tempore obitus Teſtatoris in domo repertas, ſivè ſint perpetuo domus uſui deſtinatæ, ſivè temporariâ tantùm cauſsâ ibi ſiot mauſuræ, *vot. 26. num.4. p.2.*

Quod ampliatur, ſi Legatum ſit factum perſonæ conjuoctæ, *num.5.*

Legatum Bonarum omnium, ſivè *rerum omnium* comprehendit res tàm proprias Teſtatoris, quam res venales, & accidentaliter in domo ipſius repertas, *vot.26. num.8., & 23. p.2.*

Sub *Legato omnium mobilium* an veniaot ſola mobilia, & ſupellex, perpetuo Teſtatoris domus uſui parata, ſivè potiùs res etiam, caſualiter in ea repertæ, & ex cauſſa tantùm temporia in eadem manſuræ, verborum ſuperficies, formulæ legum, & auctoritatum litera ſpectanda non ſunt, ſed mens Teſtatoris, ex juris prudentiæ regulis ſumenda, unicè attendenda eſt, *vot.26. nam.6. p.2.*

In *Legato mobilium* concepto per dictionem = *tutti* = comprehenſa cenſeutur ea etiam, quæ aliàs noo venirent *mobilium* appellatione, *vot.11. num.21. p.2.*

Ita ut ampliaudum illud cenſeatur ad omuia ea, quæ apta ſuut moveri de loco ad locum, *ibid. numer.22.*

Licèt horum nomine veniant ſolùm, quæ ad ornameutum, & inſtructionem domus parata ſunt, *ibid.*

Legatum factum de *mobilibus* certi loci dictio = *tutti* = non extendit ad res alienas veoales, & accidentaliter in eo loco repertas, *vat.26. numer. 45. p.2.*

Procedit, licèt uxori ſit relictum, *ibid. num.47.*

Limita principalem concluſionem, ſi cooceptum ſit verbis = *quoquamodo*, & *cujuſcumque qualitatis* =, *ibid. num.46.*

Le-

Legatum omnium mobilium, *ſivè ſupellectilium*, nonniſi res, quæ propriæ ſunt Teſtatoris, complectitur, *vot.26. num.9.*, *&* *32. p.2.*

Legatum mobilium, *che ſi troveranno nella caſa*, *dove morirà*, reſtriogitur ad ſola mobilia, ad perpetuum uſum domus deſtinata, *vot.26. nu. 10. p.2.*; Ratio affertur, *num.11.*

Sub *Legato mobilium domus* non continentur quæcumque res, pignori acceptæ, in ea repertæ, *vot.26. num.15.*, *& nu. ſeqq. p.2.*

Legatum omnium prædiorum ampliſſimis etiam conceptum verbis, non comprehendit prædia pignori à Teſtatore accepta, *vot.26. numer.16. par..2.*

Niſi dominium pignore fuerit translatum, *nu.17.*

Legatum ornamentorum muliebrium, à Matræ filiæ factum, uon comprehendit ornamenta, quæ Teſtatrix venalia habuerat, *vot.26. numer.14. part.2.*

Venalia enim non cenſentur eſſe in domo Teſtatoris, *vot.26. num.20. p.2.*

Sub *Legato mobilium* domus non comprehenduntur res venales, quæ à Teſtatore mercimonii cauſſâ in domo retiuebantur, *vot.26. num.18.*, *& nu. ſeqq. p.2.*

Limita, ut *num.21. 22.*, *& 25.*

Legati mobilium nomine non comprehenditur vinum, in domo Teſtatoris repertum cuſtodiæ cauſſâ, *vot.26. num.31. p.2.*

Item ſub ſimili Legato non veniunt res, quæ non erant in dominio Teſtatoris, *nu.33.*, *& 38.*

Sub *Legato mobilium domus* an veniant res alienæ, in domo repertæ, DD. conſiderant perpetuam permanentiam, non autem temporarium rei uſum, ad alium pertinentis, *vot.26. numer.40. part.2.*

Comprehenduntur tamen res alienæ ſub ſimili Legato, ſi couſtet de evidenti Teſtatoris voluntate, *num.41.*

Item, ſi Teſtator verbis ita ampliſſimis uſus eſt, ut, ſalva ratiooe recti ſermonis, nequeant verificari, niſi comprehendendo etiam res alienas, *numer.42.*

Denique, ſi Legatum redderetur inutile, ſejungendo res alienas à propriis Teſtatoris, *num.43.*

Legatario prætendenti, ſub *Legato* mobilium domus comprehendi res alienas, pignora, & alia, promercii cauſſâ in domo retenta, incumbit onus docere de manifeſta Teſtatoris voluntate, *ibid. num.44.*

Legatum rei alienæ, vel heredis valet, *vot.26. num.34. p.2.*

Semper tamen præſumitur non legata, *ibidem numer.35.*

Niſi contrarium ſuadeant conjecturæ, *ibidem numer.36.*

Præſertim, quando non agitur de re aliena, nominatim legata, *ibid. num.37.*

Legatum rei alienæ tenet ſaltem quoad ejus æſtimationem, & pretium, ſi rem alienam eſſe, Teſtator ſciebat, *vot.7. num.57. p.2.*

Et ad mentem Juris relictum idem Legatum cenſetur, *ibid. num.59.*

Legatum rei, quam ad alium pertinere Teſtator ignorabat, non valet, *vot.7. num.65. p.2.*

Limita, ſi favore Cauſæ piæ, vel conjunctæ perſonæ ſit relictum; tunc enim ſivè Teſtator ſciverit, ſivè ignoraverit, tenet ſaltem quoad ejus æſtimatiooem, *ibid. num.67.*, *& vot.11. num.32. p.2.*

Maximè id procedit in Legato rei ipſius heredis, *dict. vot.11. num.33.*

Quo caſu nil refert, heredem æquè conjunctum eſſe Teſtatori, *numer.34.*; & vid. *numer.35.*, *& 36.*

Legat quis faciliùs rem ſuam, quàm alienam emat, vel emi ab herede velit, *vot.11. nu.11. part.2.*

Facilius itidem rem heredis, quàm alienam, *numer.12.*

Et faciliùs, quod ipſe, vel heres habet, quàm quod è longinguo petendum eſt, *nu.13.*

Legatum rei alienæ tamquam propriæ, ex errore à Teſtatore, factum non ſuſtinetur, *vot.11. num. 10. part.2.*

Secus, ſi tamquam ſuam legaverit rem heredis, *numer.12.*

Tunc enim Legatum ſuſtinetur, ſivè ſciverit, ſivè ignoraverit, *nu.14.*, *& 15.*

In *Legato* rei alienæ, ſi hæc à Domino evincatur, Legatario oon competit evictionis actio adverſus heredem, æquè privilegiatum, *vot.11. nu. 35. p.2.*

Secus in Legato reì, ad ipſum heredem pertinentis; hic enim, licèt æquè privilegiatus, à Legatario cogi poteſt, *nu.36.*

LEGITIMA.

Legitima nil aliud eſt, quàm quoddam peculiare patrimonium, filio jure debitum ex ſubſtantia Patris, *vot.24. num.169. p.2.*

Legitima nil aliud eſt, quàm certa, ſtatutaque portio partis hereditariæ, ab iuteſtato obvenientis, *vot.23. nu.15. part.2.*

Legitima debitum eſt neceſſarium, *vot.44. nu.219. part.1.*

Legitima eſt de jure naturæ debita filio, *vot.8. num.40. p.2.*

Legitima in alimentorum cauſſam filiis à Jure conſtituta eſt, *vot.8. num.12. part.2.*

Legitima alimentorum vice, hæc verò Legitimæ loco filiis tradi cenſentur, *vot.8. numer. 13. part.2.*

Legitimam Pater eo titulo reliquiſſe cenſetur, quo de jure relinquenda erat, *vot. 8. numer. 19. part.2.*

Legitima debetur ex univerſo Defuncti patrimonio, *vot.46. num.71. p.1.*

Legitima à Parentis patrimonio ſegregatur non tamquam quota hereditatis, ſed tamquam quota Bonorum, jure naturæ filiis debita, *vot.3. num.2. p.2.*

Legitima amplior eſſe nequit portione hereditariâ, ab inteſtato debitâ, *vot.23. num.18. p.2.*

Aliàs Patri imputari poſſet, cur inteſtatus non deceſſiſſet, id quod abſurdum eſt, *ibidem numer.19.*

Legitima debetur tantùm ex Bonis, quæ morientis fuerunt, *vot. 14. num. 5. p. 1.*
Legitima æquiparatur æri alieno, non ſubjecto Parentum judicio, *vot. 3. num. 3. p. 2.*
In *Legitimæ* deductione filius reputatur jure Creditoris, *vot. 3. nu. 4. p. 2.*
Legitimâ exceptâ, filius nullum habet jus, ſaltem conſiderabile in Parentum Bonis, *vot. 3. num. 16. part. 2.*
Legitimâ filiis relictâ, Parentes liberè de reliquo patrimonio diſponere poſſunt, *vot. 20. n. 11. p. 1., & vot. 3. num. 15. p. 2.*
Præter *Legitimam* quidquid filius conſequitur, nonniſi ex voluntaria Parentum liberalitate, obtinere dicitur, *vot. 3. num. 17. p. 2.*
Legitima filio non debetur, niſi poſt ſoluta omnia paterna debita, *vot. 23. num. 82. p. 2.*
Priùs quàm *Legitima* filio aſſignetur, dotes ab aſſe hereditario detrahendæ ſuut, *vot. 23. num. 81. p. 2.*
Legitima detrahi nequit ex Bonis, in donatione comprehenſis, *vot. 44. num. 88. p. 1.*
Habenda tamen eſt ratio Bonorum donatorum (quoties ea imputationi non ſubjaceant) pro dimetienda quantitate Legitimæ, *vot. 44. num. 89. part. 1.*
In *Legitimæ* calculo ratio habenda eſt etiam de iis, quæ, licet propria filii eſſent, paterno tamen patrimonio accreverunt vigore diſpoſitionis, & collationis, à Patre volitæ, *vot. 46. nu. 72., & 75. p. 1.*
Procedit, etiamſi Teſtator contrarium voluiſſe videatur ex eo, quod filiæ Legatum cum prohibitione plus petendi reliquerit, *ibidem numer. 73.*
In cauſſam *Legitimæ* relictum quid filio, inſtitutionis titulo relictum præſumitur, *vot. 8. nu. 14. part. 2.*
Legitimæ mentione factâ, inſtitutionis jure reliquiſſe Pater cenſetur, *vot. 8. num. 17. p. 2.*
Procedit, licèt de inſtitutionis titulo non meminerit, *ibid. num. 18.*
Legitima eſt iterum aſſignanda; ſi depereat ſinè filiæ culpâ, *vot. 46. nu. 99. p. 1.*
Legitimæ collatio de jure facienda eſt, *vot. 46. nu. 20. p. 1.*
In *Legitimam* imputandnm eſt quidqnid ex hereditate, unde detrahenda eſt, recipitur, *vot. 15. nu. 13. part. 2.*
Relictum per viam ultimæ voluntatis factum præſumitur animo compenſandi cum *Legitima*, *vot. 44. nu. 1. p. 1.*
Ac propterea in illam imputatur, *ibid., & vot. 46. num. 58. p. 1.*
In *Legitimam* imputandi neceſſitas plerumque pendet à Diſponentis voluntate, *vot. 44. nu. 28. part. 1.*
Sive agatur de actibus inter vivos, ſive de actibus ultimæ voluntatis, *ibid. num. 29.*
In *Legitimam* filiæ imputantur pecuniæ, pro ejus nuptiarum apparatu erogatæ à Patre, *vot. 44. numer. 149. part. 1., & vid. numer. 150., & ſeq.*
In *Legitimam* non imputantur donata inter vivos, *vot. 44. nu. 4. p. 1.*
Legitimam æquantia Bona donata, ex præſumpta Donantis voluntate, in illam imputanda ſuut, *vot. 44. nu. 33. p. 1.*
Pro imputatione in *Legitimam* plurimùm urget donationis quantitas, illam excedens, *vot. 44. nu. 32. p. 1.*
De *Legitimo* Patrem ſenſiſſe, indicat donationis magnitudo, *vot. 44. nu. 34. p. 1.*
In *Legitimam* non imputatur donatio contemplatione Matrimonii in genere, *vot. 44. num. 13. part. 1.*
Idem dicendum videtur de donatione, facta contemplatione certi Matrimonii, *ibid. nu. 14., & 18.*
Cum *Legitima* non compenſari donationem, contemplatione certi Matrimonii factam, plures, & graves Auctores ſentiunt, *vot. 44. num. 218. part. 1.*
In *Legitimam* imputari donationem contemplatione Matrimonii factam, verius eſt, *vot. 44. nu. 20. 27. 48. 54., & 86. p. 1.*
In *Legitimam* imputantur donationes ob cauſſam, non verò puræ, & ſimplices, *vot. 44. num. 41. part. 1.*
Pro excludenda imputatione in *Legitimam* plurimùm valet amplitudo verborum donationis, ſi hæc pura ſit, *vot. 44. num. 63. p. 1.*
Legitimæ ſupplementum petitur ex diſpoſitione Legis contra Teſtatoris voluntatem, *vot. 46. nu. 74. part. 1.*
Legitimæ ſupplementum poſtulans filia, probare debet, dotem, & Legatum, ſibi relictum, integræ Legitimæ non reſpondere, *vot. 46. nu. 59. part. 1.*
Legitimæ ſupplementum ſemper debetur filiis in Bonis, hereditate, & ſubſtantia Parentum, *vot. 46. num. 60. p. 1.*
Procedit, licèt relictum ipſis fuerit Legatum, cum prohibitione plus petendi, etiam jure Legitimæ, ac ſupplementi illius, *ibidem numer. 61.*
Legitimæ ſupplementum, defuncto Patre, petere poteſt filia, quæ Legitimâ minorem dotem recepit, *vot. 46. nu. 69. p. 1.*
Maximè, quando conſtat de voluntate Patris dotem loco Legitimæ aſſignandi, *ibid. nu. 70.*
Legitimæ ſupplementum quin peti à filio poſſit, non impedit ſimplex Legati acceptatio, *vot. 46. num. 65. p. 1.*
Quia, cum onus, ſuper eâ impoſitum, ſtatim miniſterio Legis reijciatur, *ibid. num. 66.*
Tempore acceptationis non adeſſe illud cenſetur, *ibid. nu. 67.*
Hinc ſimilis acceptatio facta dicitur habito reſpectu ad integram Legitimam, quam integram eſſe tunc Lex interpretatur, *ibid. numer. 68. part. 1.*
Legitimæ ſupplementum petere non prohibetur filius, niſi eidem expreſsè renunciaverit, *vot. 3. num. 9. 12., & 13. part. 2.*
Generalis quippè acceptatio paternam diſpoſitio-

tionem confirmare quidem valet, *ibidem numer.* 10.

Non tamen filio jus adimere ad integram Legitimam, *ibid. num.* 11.

Legitimam non adæquante portione, filio relictâ, nullum, atque irritum eſt *præceptum plus non petendi*, *vot.* 46. *num.*61. *part.*1., & *vot.*5. *nu.* 16.*p.*2.

Legitima filiis integrè, & abſque ullo *onere* relinquenda eſt, *vot.* 20. *num.*11. *p.*1., & *vot.* 3. *nu.* 1. *part.*2.

Legitima gravamen ullum, aut conditionem non admittit, *vot.*46. *nu.*29.; & 94. *p.*1., & *vot.* 5. *num.*4. *p.*2.

Legitimæ impoſita onera, à Lege improbantur, & pro non ſcriptis habentur, *vot.*46. *nu.*62.66., & 95. *p.*1., *vot.*3. *num.*6., & *vot.*24. *num.*164. *part.*2.

Super *Legitimâ* impoſitum onus, vires non ſumit à voluntate Teſtatoris, *vot.* 24. *eod. num.* 164.

Sed ſolùm convalidari poteſt conſenſu filii, *ibid. num.*165.

Qui expreſſus, vel expreſſo æquipollens debet eſſe, *vot.*46. *nu.*63. *p.*1., & *dict. vot.*24. *nu.*166. Intellige *ut num.*167.

Super *Legitimâ* impoſitum gravamen cum *Soccini* cautela, vires ſumere dicitur à poteſtate Patris diſponentis, *vot.*24. *num.*168. *p.*2.

Legitimam, cum *Soccini* cautela gravans Teſtator, compenſaſſe eam cenſetur aliis emolumentis, in filium collatis, *vot.*8. *nu.*44., & *vot.*24. *nu.*115., & 179. *p.*2.

Super *Legitimà* impoſitum à Patre onus, volente, atque adprobante filio, ſuſtinetur, *vot.*5. *nu.*26. *part.*2.

Sufficit autem adprobatio, generalibus facta verbis, quæ particulari adprobationi æquipolleant, *ibid. nu.*28.

Legitima jure decidiſſe dicitur filius, acceptans teſtamentum Patris cum onere, quoties cautela *Soccini* tacitè, vel expreſſè fuerit ſervata, *vot.*8. *nu.*34. *p.*2.

Procedit etiam de Minore, ac nullis etiam ſolemnitatibus adhibitis, *ibid. num.*35.

Vel ſufficit, quod factus major, numquam reclamarit, *ibid. num.* 36. Declara, *ut nu.* 37., & *ſeq.*

Legitima non cenſetur prohibita, quoties *Soccini* cautela neque expreſſè, neque per æquipollens ſervata fuerit, *vot.* 15. *numer.*1., & 2. *part.*2.

Legitimam excedentis oneris acceptatio, non ſervatâ *Soccini* cautelâ, filio non nocet, niſi clara, individuaque ſit, *vot.*3. *num.*8. *p.*2.

Super *Legitimâ* impoſiti oneris ſcientia requiritur in filio, etiam inſtituto cum *Soccini* cautela, ut hereditatem cum tali onere acceptaſſe dicatur, *vot.*24. *nu.*1.4., & 120. *p.*2.

Quæ ſcientia debet eſſe certa, & poſitiva, non autem præſumpta, *ibid. num.*2.

Maximè, quando agitur de actu præjudiciali, ac proprii juris abdicativo, *ibid. num.* 5.

In *Legitima* ſibi non præjudicat filius acceptando paternam diſpoſitionem, abſque certâ, & individuâ ſcientiâ oneris, *vot.*5. *nu.* 17. *p.*2.

Procedit, ſervatâ etiam *Soccini* cautelâ, *ibid.*

De qua ſcientia ſi non conſtet, ignorantia præſumitur, *ibid. nu.*18., & *vot.*24. *num.* 161., & 166. *eod. p.*2.

Maximè in Muliere, *dict. vot.*5. *eod. nu.*18.

Legitimæ mentione haud factâ à filio, paternum teſtamentum acceptante, eadem præſervata dici poteſt, *vot.*8. *nu.*42., & 48. *p.*2.

Super *Legitimâ* filii impoſitum à Patre gravamen ut ſuſtineatur, opus eſt, cum voluntate Patris claram concurrere voluntatem filii, *vot.*24. *nu.* 160. *p.*2.

Generalem autem ſcientiam gravaminis junctam cum aditione hereditatis, ſufficere, id procedit, quando de clara adeundi voluntate, ac certò de aditione conſtat, *ibid. num.*162.

Declara, hæc locum ſibi vindicare in ſimplici prohibitione Legitimæ, facta, non ſervata *Soccini* cautelâ, *ibid. nu.*163., & *ſeq.*

Secus, quando ſervata ſit, *ibid. nu.* 167., & *vid. vot.*10. *num.*33. *p.*1.

In *Legitima*, ejuſque tranſmiſſibilitate ſibi præjudicaſſe cenſetur filia, ſciens, & prudens, Legatum ſub conditione acceptans, *vot.*5. *num.* 30. *p.*2.

Et Legitimam cum Legato compenſaſſe cenſetur, *ibid. nu.*32.

Contrariæ auctoritates procedunt, quando filia non reclamaverit, *ibid. num.*33.

Vel cum agitur de ſimplici hereditatis aditione, aut adprobatione, quæ ad aliud referri valeat, quàm ad onus ſuper Legitimâ, *ibid. nu.*34.

In *Legitima*, ut ſibi filius præjudicaſſe per aditionem cenſeatur, acceptatio, ac ſcientia onerum expreſſa non requiritur, quoties cautela *Soccini* fuerit ſervata, *vot.*24. *num.*153. *p.*2.

Sed generica eorum cognitio, atque acceptatio ſufficit, *ibid. nu.*154.

Etiam per ſimplicem hereditatis aditionem, ac ſinè expreſſâ renunciatione Legitimæ, *ibid. nu.* 158., & 184.

Explicantur *Deciſiones Sacræ Rotæ*, impreſſæ apud *Rodulphinum* poſt *alleg* 115., in quibus expreſſa etiam paterni teſtamenti acceptatio concurrebat, *ibid. nu.*159., & 187.

Procedit maximè principalis concluſio, quoties cautela *Soccini* non per æquipollens tantùm, ſed formaliter ſervata fuerit, *ibid. num.*155.

Quod tamen formaliter ſervata fuerit, pro effectu antedicto opus non eſt, *ibid. num.*157.

Ex quibus autem generica onerum cognitio, atque acceptatio tacita reſultare valeat? *ibidem num.*156.

Super *Legitimâ* impoſitum gravamen filius acceptando, tunc in ea ſibi præjudicat, quando ſibi facultas data fuerit, vel integram Legitimam, vel univerſam hereditatem conſequendi cum gravamine, *vot.*8. *num.*37. *p.*2.

Vel quando ipſi Legata relicta ſunt, Legitimam excedentia, *ibid. num.*38.

Secus, ſi menſtrua quædam aſſignatio, vel Legitima alternativè relicta ſit, *ibid. num.* 39., *& ſeq.*

Tunc enim ſimplex acceptatio non ſufficit, ſed expreſſa requiritur Legitimæ renunciatio, *ibid. nu.*40., *ratio ibid.*, *& vid. nu.*45., *& ſeq.*

Simplex *Legitimæ* prohibitio ab alia, quæ injungitur, ſervatâ *Soccini* cautelâ, in eo differt, quod prima non valet, ſinè ſpecificâ acceptatione gravaminis, in ſecunda ſufficiat generica adprobatio teſtamenti, *vot.*24. *nu.*3. 149. 150., *&* 151. *part.*2.

Minùs *Legitimâ* ſi filio ſit relictum, cautela *Soccini* non dicitur ſervata, *vot.*5. *nu.* 14. *p.*2.

Legitima detractioni obſtat ejuſdem renunciatio facta à filia, *vot.*15. *nu.*7. *part.*2.

Limita, ſi eam deinde Pater heredem inſtituerit, *ibid. num.*8.

Legitimæ, ac trebellianicæ detractioni obſtat non reddita mobilium ratio, *vot.* 6. *numer.* 103. *part.*2.

Etiamſi illorum exiſtentia probetur in genere, *ibid. nu.*104.

Legitimæ, ac trebellianicæ prohibita detractio, vocationem arguit filiorum, in conditione poſitorum, *vot.*21. *nu.*42. *p.*1.

Legitimæ, ac trebellianicæ prohibitâ detractio, pendens ab obitu primi heredis ſinè filiis, aliiſque deſtituta conjecturis, non arguit vocationem filiorum, in conditione poſitorum, *vot.* 21. *num.*,3. *p.*1.

Legitimæ, ac trebellianicæ prohibita detractio prohibitas tantùm perſonas afficit, *vot.*21. *num.* 44. *part.*1.

Legitimæ loco ſuccedens dos, Mulieri, ſeù ejus heredibus debetur libera ab omni onere, etiam ante nuptias, & unâ eum fructibus à Patris obitu, *vot.*15. *nu.*73. *part.*2.

Legitimæ loco cum dos ex *Statuto* ſuccedit, fœminarum excluſio non propter maſculos, ſed propter dotem cenſenda eſt, *vot.*15. *numer.*66. *part.*2.

Contrarium, quod nempè non implicet dotis ſubrogatio loco *Legitimæ*, atque excluſio propter maſculos, *ibid. num.*68., *&* 69.

Legitima Matri debita in Bonis filii quanta eſſe debeat, diſceptari ſolet, cum de inteſtata ſucceſſione agitur in vim Statuti, eam, ob exiſtentiam fratrum maſculorum, præterquam à Legitima, excludentis, *vot.* 23. *numer.* 4. *part.*2.

Caſu autem Statuti excepto, quæſtio illa tunc ſolùm agi ſolet, cum res eſt de ſucceſſione ex teſtamento, *num.*7.

Legitima Matris in hereditate filii, ab inteſtato defuncti; ſi eadem ob exiſtentiam fratrum maſculorum à Statuto, præterquam à Legitima, excludatur, nonniſi tertia tertiæ poteſt eſſe, *vot.*23. *nu.*6. *p.*2.

Legitima Matris in Bonis filii, cum teſtamento præmortui, tertia totius debet eſſe, *vot.*23. *nu.* 8. *part.*2.

Neque in concurſu extranei heredis minui illa poteſt, *ibid. num.*9..

Minuſque ad eam minuendam, partem facere poſſunt alii filii, *num.*10.

Declara, id procedere, ſi vel præteriti, vel excluſi fuerint, non ſi iidem concurrant, *numer.*12.

Hoc enim caſu ejus *Legitima* cenſenda eſt tertia pars portionis, ipſi ab inteſtato debitæ, non tertia totius, *num.*13., *&* 17.

Atque hæc eſt inconcuſſa Doctorum, & *Sacræ Rotæ* opinio, *ibid. & num.*14.

LEGITIMANDI FACULTAS.

Legitimandi facultatem ampliſſimam habent *DD. Comites de Campegiis* ex Pontificio, ac etiam Imperiali Privilegio, *vot.*9. *num.*90. *p.*1.

Legitimare poſſunt *DD. Comites de Campegiis*, etiam non citatis Subſtitutis, & intereſſe habentibus, *vot.*9. *nu.*91. *p.*1.

Extenditur autem ipſorum facultas etiam ad Spurios, Adulterinos, ac natos ex damnato coitu, *num.*92.93.94.101. *&* 102.

Legitimandi facultatem habet archivium Romanæ Curiæ, etiam in Statu infeudato, *vot.*8. *nu.*185. *part.*1.

Legitimandi facultas quoad Archivium Romanæ Curiæ nequit controverti, *vot.* 8. *numer.*178. *part.*1.

Et valet etiam in Ditione ſubjecta immediato Dominio S. Sedis, *ibid. nu.*179.

Legitimare in Territorio infeudato, nec ipſe Princeps poteſt, *vot.*8. *num.*182. *p.*1.

Quatenus tamen Princeps legitimare valeat, poteſt etiam, qui facultatem ab illo habet, *ibid.*

LEGITIMATIO.

Legitimationes factæ ab habentibus facultatem à Supremo Principe, eodem jure cenſentur, ac illæ ab ipſo Principe factæ, *vot.*8. *nu.* 180. *p.*1.

Et ab eo factæ dicuntur, *ibid. nu.*181.

Inter *Legitimationes* factas à Principe, ac alias factas ab habente ab eo facultatem, non admittitur diſtinctio, *vot.*8. *num.*183. *p.*1.

Legitimationes factæ ab Archivio Romanæ Curiæ ſemper validæ, & firmæ habendæ ſunt, *vot.*8. *nu.*177. *part.*1.

Tamquam roboratæ Summi Pontificis auctoritate, *ibid.*

Legitimationi mens Diſponentis repugnare non dicitur, ſi uſus eſt verbis, aptis comprehendere tàm naturales, quàm Legitimatos, *vot.*8. *num.* 194. *part.*1.

Legitimatio, quod *ex Conſtitut. S. M. Pii IV.* vim non habeat in præjudicium tertii, procedit, ubi de jure quæſito agitùr, *vot.*9. *nu.*110. *part.*1.

Vel quum Legitimatis clarè reſiſtit voluntas Teſtatoris, *ibid. nu.*111.

Et quando hæc reſiſtentia non ſufficiat? *ibid. nu.* 112., *& ſeq.*

In *Legitimatione* facta ante purificatam ſubſtitutionem, vel nullum, vel ſaltem leve eſt præjudicium Subſtituti, *vot.8. num. 191. p. 1.*

Ideoque nec præſervatum remanet per clauſulam = *S. P. venientium ab inteſtato* = *ibid.*, & ratiu *num.192.*

Legitimatio vim præſertim habet cum agitur de jure quærendo, *vot.9. nu.109. p.1.*

LEGITIMATUS.

Legitimati videntur ſuis juribus, ac naturæ reſtituti, *vot.9. num.108. p.1.*

Legitimati qualitatem legitimitatis dicuntur habere per fictionem tantum, *vot.8.nu.7.p.1.*

Legitimati à Legitimis nil differre dicuntur, *vot.8. num.171. p.1.*

Legitimatus à DD. de Campegiis habetur prò verè legitimo ad effectum ſuccedendi, *vot.9. nu. 89. part.1.*

Legitimati à DD. de Campegiis cenſentur ab ipſo Principe legitimati, *vot.9. nu.95. p.1.*

Legitimatus à Principe ſuccedit non ex legitimatione, ſed ex Lege, *vot.9. num. 106. p.1.*

Legitimati continentur appellatione Legitimorum, & naturalium, *vot. 9. num. 99.*, & *135. part.1.*

Procedit, etiamſi agatur de excludendo alio filio Teſtatoris, *ibid.nu.104.*

Et ſunt propriè legitimi quoad omnes Juris effectus, *vot.9. nu.100. p.1.*

Legitimati comprehenduntur nedum ſub nomine *filiorum*, & *Deſcendentium*, ſed etiam appellatione *Legitimorum*, & *naturalium*, *vot.8.nu. 168. p.1.*

Ad excluſionem etiam proprii filii Teſtatoris, *ibid.nu.169.*

Et ſuccedunt in fideicommiſſis, & majoratibus ordinatis pro Legitimis, & naturalibus, niſi nominatim ſint excluſi, *ibid. num.170.*

Legitimati eò facilius in parte conditionali dicuntur ſub nomine *Legitimorum* comprehenſi, *vot. 8. num.172. p.1.*

Hæcque opinio ſequenda omninò eſt, *ibid. numer.103.*

Præſertim, quando in conditione poſita fuit *linea*, *ibid. nu.104.*

Legitimati nedum dicuntur de *linea*, ſed etiam *de familia*, & *agnatione* Patris, *vot. 8. num. 174. part.1.*

Præſertim ad impediendam purificationem fideicommiſſi favore Subſtituti, *ibid. num. 175.*

Procedit etiam de legitimatis ab Archivio Romanæ Curiæ, *ibid. nu.176.*

Legitimati continentur ſub generali *Agnatorum* appellatione, ſed tamen non veniunt ſub *Statuto*, vocante Agnatos, *vot.2. num. 33.*, & *34. part.2.*

Legitimatus, licèt ei reſiſtat voluntas Teſtatoris ad fideicommiſſum agnatitium admittitur, ſolâ concurrente fœminâ, *vot.9. num. 112.*, & *135. part.1.*

Legitimatis ut dicatur reſiſtere voluntas Teſtatoris, debet id conſtare vel per expreſſam illius diſpoſitionem, vel per conjecturas, & præſumptiones, deſumptas ex diſpoſitis ab eo in teſtamento, *vot.8. num.14. p.1.*

Contra *Legitimatos* allegans reſiſtentiam voluntatis Defuncti, illam tenetur probare concludenter, *vot.8. num.8. p.1.*

Præſertim, ſi agat ad eorum ſucceſſionem impediendam, *ibid. num.10.*

Et maximè, ſi ad eos repellendos ab antiquiſſima fideicommiſſi poſſeſſione, *vot. 8. num. 13. part.1.*

Legitimatis etiamſi voluntas Teſtatoris non aſſiſtat, ſi tamen de illius reſiſtentia non doceatur, ſucceſſio danda eſt, *vot.8. nu.9.p.1.*

Legitimatis reſiſtere dicitur voluntas Teſtatoris, ſi in omnibus Deſcendentibus legitimitatis qualitatem exoptavit, *vot.8. nu.6. p.1.*

Legitimationi ſi non repugnet Diſponentis voluntas, clauſula *S. P. venientium ab inteſtato Legitimato* nihil officit, *vot.8. num.193. p.1.*

Legitimatus, etiam cum clauſula *S.P. venientium ab inteſtato*, Subſtitutum excludit, *vot.8.num. 187. p.1.*

Ab hac ſententia variavit aliquando *Sacra Rota*, *ibid. num.188.*

Retinenda tamen eſt, quoties aſſiſtit, vel non reſiſtit voluntas Teſtatoris; immò etiam cum eſt dubium, an reſiſtat, vel non, *ibid. numer. 189.*

Vid. *Legitimatio*.

Legitimati, aliis deficientibus Agnatis, admittuntur in fideicommiſſo perpetuo, & agnatitio, quamvis à Teſtatore excluſi, *vot. 9. num. 133. part.1.*

Hæcque verior opinio eſt, *ibid. num. 134.*

Legitimatorum admiſſio ad fideicommiſſum, pro Legitimis relictum, quando ex conſuetudine Regionis locum habere dicenda ſit? *vot. 9. nu. 128.* & *129.*, & *ſeq. p.1.*

Legitimati, ad munera Nobilium admittuntur, ex Hiſpaniæ conſuetudine, *vot. 9. numer. 129. part.1.*

Eademque conſuetudo viget etiam in *Italia*, *ibid. numer. 130.*

Præſertim *Bononiæ*, *ibid. nu.131.*

Legitimati, in *Lombardia*, ac præſertim *Bononiæ* paſſim reputantur, & ſunt idonei ad agnationem conſervandam, *vot.42. num.53. p.2.*

LEGITIMITAS.

Legitimitatis qualitatem nullo pacto filii naturales habere dicuntur; Legitimati verò, per fictionem tantùm, *vot.8. num.7. p.1.*

Legitimitatis, & maſculinitatis qualitas in omnibus Inſtitutis, ac Subſtitutis requiſita, conjecturam præbet vocationis filiorum, ac Deſcendentium, in conditione poſitorum, *vot.13.nu. 23.p.1.*

Præcipuè, quando ſæpiùs hujus qualitatis mentio facta eſt, *ibid. num.25.*

Legitimitatis qualitas ſæpius à Teſtatore repetita, enixum perhibet agnationis conſervandæ votum, *vot.10. num.94. p.1.*

Aguationis conſervandæ ratio inducta ex volita *Legitimitatis* qualitate, communiter reijcitur, *vot.16. num.22. p.2.*

Legitimitatis qualitas in Maſculis volita, ſæpiùſque repetita, perpetuum fideicommiſſum arguit, *vot.24. num.25. p.1.*

Legitimitatis, & naturalitatis ſæpiùs expreſſa qualitas, perpetui fideicommiſſi conjecturam præbet, *vot.16. num.11. p.1.*

Sed levis ea conjectura eſt, *ibid. nu.51.*

Utpotè adponi ſolita de Notariorum ſtylo, *ibid.*

Eademque pluries à *DD. & Sacra Rota* fuit rejecta, *ibid. nu.52.*

Leviſſimaque reputatur, ubi nulla habita ſit ratio conſervationis Bonorum in familia, *ibidem num.53.*

Ex ſæpiùs repetita qualitate *Legitimitatis* tacita reciproci fideicommiſſi repetitio non benè arguitur, *vot.10. nu.47. p.1.*

Qualitas de *legitimo Matrimonio* primæ ſubſtitutioni adjecta, non cenſetur in aliis repetita, *vot. 9. num.83. p.1.*

Secus, cum de majoratu agitur, *ibid. num.* 84.

Legitimitatis qualitas, à Teſtatore volita inter ſuos *Deſcendentes*, in omnibus gradibus repetita cenſetur, *vot.9. nu.87. p.1.*

Maximè in Majoratibus, quando nobilis Fundator eſt, *ibid. num.88.*

Legitimitatis qualitas in una ſubſtitutione expreſſa, quando non cenſeatur in aliis repetita? *vot. 8. num.69., & ſeq.*

Legitimitatis qualitatem *demonſtrativè* ſolùm expreſſiſſe cenſetur Teſtator provectæ ætatis, loquens de filiis poſſibiliter naſcituris, *vot. 8. nu. 77. part. 1.*

Demonſtrativè itidem illam adjeciſſe cenſetur quoad filios ex Sorore jam natos, ſi hos, non item filios, ex ipſis naſcituros, vocavit cum tali qualitate, *ibid. nu.79.*

Legitimitatis qualitas ſi adjecta non eſt quoad omnes Deſcendentes unius lineæ, eò minùs argui poteſt ejus repetitio in alia linea, *vot.8. numer. 89. p.1.*

Legitimitatis qualitate per verba civilia à Teſtatore expreſsâ, Illegitimi nec etiam per poſteriùs admittuntur, *vot.8. num.97. p.1.*

Legitimitatis qualitatis repetitione in omnibus vocatis non admiſsâ, abſurdum ſequi poſſet, quod naturalis tantùm, quandoque Legitimis preferretur, *vot.8. num.110. p.1.*

Nullum tamen abſurdum ſequi poteſt, quando res eſt inter Legitimos, & Illegitimos; hi namque, nonniſi deficientibus Legitimis, vocati intelliguntur, *ibid. nu.111.*

Sic etiam quando res eſt inter illegitimos unius lineæ prædilectæ, ac priùs vocatæ, & Legitimos alterius lineæ, poſtea vocatæ, hi namque excluduntur ex præſumpta Teſtatoris mente, *ibid. num.112.*

Legitimitatis qualitas primæ ſubſtitutioni adjecta, communiter non cenſetur in aliis repetita, *vot. 9. nu.83. p.1.*

Secus, cum de majoratu agitur, *ibid. num.84.*

Legitimitatis qualitas quoad Sororis filios à Teſtatore adjecta, poteſt rectè intelligi de filiis primi dumtaxat gradus, *vot.8. num.84. part.1.*, ratio *ibid.*

LEGITIMUS.

Legitimis minùs propriè, quàm naturalibus convenit filiorum nomen, *vot.8. num.35. p.1.*

Legitimi à Lege; naturales à natura ſunt, *vot.8. nu. 36. p.1.*

Legitimi, & *illegitimi* differentia à Jure ſcripto eſt introducta, *vot.9. nu.97. p.1.*

Ac eam ſubmovere Princeps poteſt, *ibid. numer. 98.*

Legitimi agnationem conſervant, non item naturales, *vot.8. num.116. p.1.*

Legitimos æquè, ac illegitimos ubi diſpoſitio comprehendere apta eſt, Legitimi in concurſu præferuntur, ſi in pari gradu ſint, *vot.8. num.66., & 99. p.1.*

Non tamen, ſi in gradu remotiori, *ibid. numer. 67.*

Legitimorum natalium defectus in Patre, an obſit filio ejus legitimo, quæſtio eſt inter Doctores, quorum alii adfirmant, *vot.9. nu. 79. p.1.*, alii negant, *ibid. num.*80.

Legitimorum natalium defectu ſublato in Patre, filius ejus legitimus admittitur, *vot.9. nu.136. part.1.*

LEX.

Apud *Legem* nil dubium, & obſcurum, ſed clara omnia, & aperta ſunt, *vot. 18. nu.16. p.1.*

Leges non verbis, ſed rebus ſunt impoſitæ, *vot.20. nu.16. p.1.*

Tacitus *Legis* favor non operatur in iis, quæ factum, & expreſſam requirunt voluntatem hominis, *vot.17. num.37. p.1.*

Legum, & Tribunalium præcipua cura eſt in ſcrutanda, atque exequenda voluntate Defunctorum, *vot.40. nu.80. p.1.*

Illique contrariam interpretationem reijciunt, etiam contra veriorem verborum ſenſum, *ibid. nu.61.*

Teſtatorum voluntati *Lex* favet, *vot.26. num. 59. part.1.*

Præcipitque, adimpleri ea, quæ ab ipſis ſunt diſpoſita, *ibid. num. 61., & vot.30. numer.* 44. *part.2.*

Leges famulantur Teſtatoris menti, *vot.10. nu.59. part.1.*

Leges veriſimilem Teſtatoris voluntatem juvant, *vot.19. nu.37. p.1.*

Præſumendo plus dictum, & minùs ſcriptum, *ibid.*

Lex filiis ſuccurrit, præſumendo per errorem omiſſam illorum ſubſtitutionem, *vot. 19. num. 58. part. 1.*

Eumdemque errorem ipſa corrigit, *ibidem numer.63.*

Lex plus dictum, quàm ſcriptum præſumit, ut in conditione poſiti filii cenſeantur, *vot.19. nu.10. part.1.*

Præ-

Præſumptio tamen hæc nequit admitti, quoties conſtet, eos fuiſſe conſulto à Teſtatore omiſſos, *ibid.*

Eidem præſumptioni prævalere ſemper debet contraria Teſtatoris voluntas, *vot. 19. numer. 8. part. 1.*

Et levibus etiam conjecturis præſumptio illa elidi poteſt, *ibid.*

Lex ceſſat, quoties concurrit hominis proviſio, *vot.12. nu.1. p.2.*

Ubi *Lex* clara Teſtatoris adeſt, ceſſat omnis quæſtio, *vot.24. num.74. p. 1.*

Lex clara, atque expreſſa tradita in priori teſtamenti parte, normam præbet ad alias declarandas, *vot.27. nu.70. p. 1.*

A *Lege* per contrahentes ſibi indicta recedere integrum non eſt, *vot.44. num.227. p.1.*

Ex *lege* ſuccedit, qui à Principe legitimatus eſt, *vot.9. num.106. p.1.*

Lex ipſa poſſeſſorem ad reſtituendos fructus interpellat, purificato particulari fideicommiſſo per gravati obitum, *vot.18. num.34. p.1.*

Secus, eo purificato per contraventionem, *ibid. num.35.*

Tunc enim interpellatio, ac declaratio Judicis requiritur, *ibid. nu. 36.*

Lex eodem modo per retrotractionem operatur, ſive clarum, ſive turbidum fideicommiſſum ſit, *vot.18. num.14. p.1.*

Leges contrarias juri communi, ac publico Bono Civium ferre Univerſitates prohibentur, *vot.27. nu.54. p.2.*

Lex, *Princeps*, *Civitas* de privilegiis, quæ ab ipſis ſunt conceſſa Civibus, poſſunt diſponere, *vot.4. nu.46. p.2.*

Secus de privilegiis debitis ex peculiari Reſcripto, vel diſpoſitione hominis, *ibid.*

Leges civiles de concubinatu non ampliùs attenduntur, *vot.9. num.70. p.1.*

Ex *Lege veteris teſtamenti* fœminæ excludebantur tantùm per maſculos ejuſdem gradus, *vot.2. nu.114. p.2.*

Fœminarum excluſio *in Lege Moſayca* non proveniebat ex contemplatione agnationis, & optata conſervatione Bonorum in familia, *ibid. num.115.*

Et licèt ultimis fœminis familiæ præciperetur, ut nuberent viris ex Tribu, ſeu familia ſui Patris, id tamen fiebat, ne ſortes Terræ in Tribus diviſæ, confunderentur, *ibid. nu.116.*

Diſpoſitio *L. cum Avus* juvat quoſcumque Deſcendentes, *vot.12. num.55. p.2.*

Etiam in præjudicium piæ Cauſæ ſubſtitutæ, *ibid. num.56.*

Diſpoſitioni *L. cum Avus*, & *L. cum acutiſſimi* maximè fit locus ex Teſtatoris voluntate, *vot. 19. nu.34.*, & *num.42. p.1.*

Beneficio *L. cum Avus* deficit fideicommiſſi conditio, & res relinquitur ſub diſpoſitione Juris, *vot.12. num.73. p.2.*

Adeout neptes, quidquid habent, à proprio Patre habere dicantur, *ibid.*

Diſpoſitio *L. cum Avus*, & *L. cum acutiſſimi* non patitur, per Extraneum excludi filios, & Deſcendentes Teſtatoris, quoties ipſius verba in alium ſenſum detorqueri poſſunt, *vot. 12. num. 62. part. 2.*

Et, licèt à Teſtatore ſub conditione poſiti fuerint filii dumtaxat primi gradus, comprehenſi adhuc cenſentur ulteriores Deſcendentes, niſi de poſitiva eorum excluſione conſtet, *dict. vot. 12. nu.63.*, & *69. p. 2.*

Diſpoſitio *L. cum Avus* prodeſt filio ex nepte, *vot. 12. nu.54. p.2.*

Diſpoſitione *L. cum Avus*, & *L. cum acutiſſimi* juvari nequeunt fœminæ, expreſsè excluſæ, *vot. 11. num.59. part.1.*

Præſertim, ſi, Maſculis deficientibus, non ipſæ, ſed maſculi vocati ſint, *ibidem numer.60.*

Ex diſpoſitione *L. cum Avus*, & *L. cum acutiſſimi* fœminæ licèt excluſæ, Maſculis deficientibus, admittuntur, quoties non reſiſtat voluntas Teſtatoris, *vot. 12. num.34. p.2.*

Ex diſpoſitione *L. cum Avus*, & *L. cum acutiſſimi* ſub intellecta tacita conditio: *ſi ſinè filiis* æquè maſculos, ac fœminas comprehendit, *vot. 12. num. 16. p.2.*

Idque procedit pro excludendo Subſtituto etiam deſcendente, *ibid. num.18.*

Maximè verò pro excludendo Extraneo, *ibid. num. 19.*

Ac etiam pia Cauſa, *ibid. num. 21.*

Diſpoſitioni *L. cum Avus*, & *L. cum acutiſſimi* faciliùs favore filiorum ex fœminis locus ſit, quando deficit agnationis contemplatio, *vot.19. num.73. p.1.*

Vel quando fœminæ, earumque Deſcendentes per modum regulæ non ſint excluſæ, *ibid. numer.74.*

Diſpoſitio in *L. cum Avus*, & *L. cum acutiſſimi* locum dumtaxat habet, ubi de voluntate quæritur, *vot.19. num.3. p.1.*

Ceſſat diſpoſitio hujuſmodi, quando obſtat voluntas Teſtatoris, *ibid. num.4.*

Diſpoſitio *L. cum Avus*, & *L. cum acutiſſimi* locum non habet in teſtamento Tranſverſalis, *vot. 6. numer. 56.*, & *vot. 11. num. 54.*, & *55. part.1.*

Niſi ex conjecturis appareat de contraria Teſtatoris mente, *dict. vot.6. num.59.*

Et quales ad hunc effectum conjecturæ requirantur? *ibid. num.59.*, & vid. *vot. 3. num. 28.*, & *ſeq. ead. p.1.*

A diſpoſitione *L. cum Avus*, & *L. cum acutiſſimi* ne in concurſu extranei recedatur, omnis poſſibilis capienda interpretatio eſt, *vot. 12. num.37. part.2.*

A diſpoſitione *L. cum Avus*, & *L. cum acutiſſimi* receditur, quoties ex conjecturis conſtat de contraria Teſtatoris voluntate, *vot.12. numer.24. part.2.*

Hæ tamen concludentes, atque efficaces debent eſſe, *ibid. num.25.*

Præ-

Digitized by Google

Preſertim, ſi cum hērede extraneo, vel pia Cauſa agatur, *ibid. num.26.*

Diſpoſitio *L. quamvis ff. de adq. hered.* locum non habet, quando ſubſtitutio facta eſt in uno caſu, & ſub una conditione, ad certum tempus reſtricta, *vot.36. num.29. part.1.*

Ex diſpoſitione *L. hac edictali Cod. de ſecundis nuptiis* conjux biuubus prohibetur plus ſecundo conjugi relinquere, quàm uni ex filiis prioris Matrimonii, *vot.22. num.2.p.2.*

Si quid autem plus reliquerit, id habetur pro non ſcripto, ac filiis tum primi, tum ſecundi Matrimonii æquàliter defertur, *ibid. num.3.*

Sic etiam corruit inſtitutio ſecundæ uxoris, facta cum onere reſtituendi filiis ſecundi Matrimonii, *ibid. num.4.*

Procedit nedum quoad illius inſtitutionem, ſed etiam quoad fideicommiſſum, eorum favore conditum, *ibid. num.5.*

Prohibitio *L. hac edictali Cod. de ſecundis nuptiis* locum non habet in diſpoſitione, in qua ſecundæ uxori nullum obveniat commodum, *vot.22. num.6. p.2.*

Eidem prohibitioni non ſubjacet diſpoſitio tendens ad filiorum, non ad Parentum commodum, *vot.22. num.21. p.2.*

Hæcque communis eſt opinio, *ibid. numer. 22. & 24.*

Procedit, ſive purè, ſive ſub conditione eadem diſpoſitio concepta ſit, *ibid. num. 27.*

Prohibito *L. hac edictali* non, ſicut in teſtamento condito à Matre binuba, locum habet in teſtamento condito à Patre binubo, *vot.22. num.10. part.2.*

Contrarium, quod æquè in utriſque locum habeat, *ibid. num.12., & 13.*

Prohibitionis *L. hac edictali Cod. de ſecundis nuptiis* ratio, & finis eſt, ne Parentes amore novi Conjugis Liberos privent ſuos, *vot.22. num.13. part.2.*

Quę ratio non ſolùm in Matre, ſed in Patre etiam procedit, *ibid. num.14.*

Patres enim amore novercarum ſuos exheredare filios, quotidiana docet experientia *ibid. numer.15.*

In fraudem dictæ prohibitionis facta cenſetur diſpoſitio, qua ſæcundæ uxori, in viduitate permanenti, nedum Bonorum adminiſtratio, ſed etiam diſpoſitio fructuum hereditariorum relicta fuerit, *vot.22. num.7. p.2.*

Idem, ſi in caſu prædeceſſus filiorum proprietas quoque pertinere ad illam potuiſſet, *ibid. numer. 8.*

Et, ſi commiſſa ei fuit filiarum tutela, cum plena liberatione à redditione rationis, atque à reliquatus præſtatione, *ibid. num.16.*

Excluditur fraus, quoties uxor heres tantùm fiduciaria inſtituta fuerit, *ibid. num.29.*

Et, ſi ſpes ſuccedendi in proprietate ſit ſolùm remotiſſima, *ibid. num.30.*

Nec benè infertur fraus ex liberatione uxoris à rationis redditione; cum id ſolùm arguat fiduciam, quam de uxoris probitàte habebat Teſtator, *ibid. num.32., & 33.*

Diſpoſitio *L. hac edictali Cod. de ſecundis nuptiis* inſtitutionem exeeſſivam Patris binubi non annullat in totum, ſed in eo, quod excedit, *vot.22. num.36. p.2.*

Lex municipalis, utpote nobiſcum nata, dicitur eſſe ſecundùm mentem Civium, & Jus commune illius Civitatis, *vot.41. num.11. p.1.*

Et potentiùs imperat eorum voluntatibus, quàm Jus commune, *ibidem num.12.*

Leges municipales Civitatis Januæ fœminas propter Maſculos excludunt, *vot.41. num.2. p.1.*

Leges Hiſpaniæ, ut poſſit quis obtinere beneficia Regni, requirunt, quod ſit Civis, ex Rgno oriundus, *vot.4. num.49. p.2.*

Talis autem non dicitur, qui ex decennali incolatu Civis effectus eſt, *ibid.*

LIBERALITAS.

Liberalitas Patris donantis ſita eſt in aſſignatione Legitimæ ante mortis tempus, *vot.44. num.34. part.1.*

Liberalitatem à donatione facta contemplatione Matrimonii non excludit amor Parentum in Matrimonia, & commoda filiorum, licèt eidem donationi occaſionem præbuerit, *vot.44. num. 12. p.1.*

Liberalitatem excludit donatio facta filio, ut onera Matrimonii ſuſtentare poſſet, *vot.44. nu.39., & 47. p.1.*

Non ex pura *liberalitate*, ſed ex neceſſitate facta videtur donatio, Matrimonii contrahendi cauſſâ, *vot.44. num.25. p.1.*

Liberalitatis exercendæ animum excludit, aut minuit reſervatio uſusfructus omnium Bonorum, *vot.44. num.42. p.1.*

LIBERATIO.

Liberationis Legatum Adminiſtratori factum, quomodo ex ejus verbis deprehendi poſſit extenſum etiam ad debita extra adminiſtrationem contracta? *vot. 25. numer. 45., & ſeq. part.2.*, vid. *Legatum*.

Liberatio Tutoris à redditione rationis, de ſcrupuloſa dumtaxat intelligitur, *vot.22. num.34. part.2.*

Et reliquatus futurus Tutori non cenſetur remiſſus, niſi ceſſante dolo, *ibid.*

Liberatio Adminiſtratoris facta à muliere ſinè ſolemni redditione rationis inutilis prorſus eſt, *vot.7. num.46. p.2.*

Præſertim, ſi Statutum adſit, certas præſcribens ſolemnitates in contractibus mulierum, *ibid. numer.47.*

Uxoris tutricis *Liberatio* à redditione rationis nequit dici facta in fraudem filiorum, quoties ei Teſtator omne prohibuit commodum, ex hereditate percipiendum, *vot.22. num.35. part.2.*

Generalem *liberationem* præſefert dictio = *pienamente* =, *vot.25. num.54., & 62. p.2.*

Idem dictio = *il tutto* =, *ibidem numer.55., & numer.62.*

LIBERI.

Inter *Liberos* æqualitas ſervanda eſt, *vot.14. nu. 1. p.2.*

Inter *Liberos* inæqualitatem inducens diſpoſitio, ſtricte, & rigoroſe interpretanda eſt, *vot.14. num.23. p.2.*

Tàm *Liberorum*, quàm *linea* nomen collectivum eſt plurium graduum, & perſonarum, *vot.29. num.2. p.1.*

Liberorum nomen magis latè patet, quàm illud *filiorum*, cum iſtud præcipuè deſignet filios primi gradus, illud omnes, qui ex eodem genere orti ſunt, *vot.15. num.42.*, *vot.21. num.34.*, *vot.29. num.4.*, *& 5. part.1.*

Intellige, niſi de contraria Teſtatoris voluntate conſtet, *dict. vot.29. eod. num.5.*

Conjecturæ comprehenſionis omnium Deſcendentium ſub nomine *Liberorum* adferuntur, *ibid. nu.6.*, *& ſeq.*

Liberorum appellatione veniunt etiam fœminæ, *vot.2. num.47. part.1.*

Liberorum nomine apud *Gallos* comprehenſi omnes Deſcendentes intelliguntur, *vot.15. n.43. p.1.*

Niſi de primis Liberis expreſsè Teſtator fuerit locutus, *ibid. num.44.*

Procedit, licèt de Liberis ſuperviventibus mentionem fecerit in parte conditionali, *num.45.*, & ratio *num. ſeq.*

Liberorum nomine omnes Deſcendentes comprehenſos arguit reciproca ſubſtitutio, inter Patruos, ac Nepotes ordinata, *vot.29. num.21.*, *& 22. p.1.*

Idem arguit agnationis contemplatio etiam tacita, *vot.29. num.11. p.1.*

Ac præſertim expreſſa, *ibid. num.12.*

Tacita autem, vel expreſſa ex quibus inducatur? *ibid. num.13.*, *& 14.*

Liberorum nomen, ſtante dictione = *quandocumque* = omnes comprehendit filiorum Deſcendentes, *vot.29. num.10. p.1.*

Liberorum nomine promiſcuè non uſurpato cum nomine *filiorum*, cenſetur Teſtator utroque uſus fuiſſe in ſua recta, ac propria ſignificatione, *vot.29. num.7. p.1.*

Liberorum, *ac filiorum* nominis diſcretiva uſurpatio diverſam Teſtatoris voluntatem arguit, *vot.29. num.8. p.1.*

Liberorum, *ac filiorum* nomina naturalià ſunt vocabula, comprehenduntque filios etiam naturales, *vot.8. nu.27. p.1.*

Liberorum, *ac filiorum* appellatione an contineantur naturales? quæſtio voluntatis eſt, *vot.8. nu.39. p.1.*

Intellige, facti, & voluntatis conjecturas requiri, ſolum quando res eſt de illis excludendis, non quando de illis includendis agitur, *ibidem numer.40.*

Idque ex *Vlpiani* ſententia, *ibidem* explicata.

Itidemque ex ſententia *Javoleni*, pariter explicata *nu.41.*, *& 42.*

LIBERTAS.

Libertatis gratiâ faciliùs contra fideicommiſſum reſpondetur, *vot.1. nu.131. part.1.*

LINEA.

Lineam propriam quilibet ex filiis vocatis conſtituit, *vot.31. num.1. p.2.*

Lineam habitualem conſtituit filius, ſtatim ac prodit in lucem, *vot.33. num.28. p.2.*

Et adquirit ſibi, ac filiis incommutabilem ſpem ſuccedendi, *vot.33. num.29. p.2.*

Lineam propriam quilibet frater, & ſoror conſtituit, *vot.33. num.24. p.2.*

Lineam unicam, relatè ad Teſtatorem heredes plures conſtituunt, *vot.30. num.57.*, *& 59. part.1.*

Lineam, uniuſcujuſque propriam, cum prælatione lineæ Primogeniti, & deinceps Secundogeniti conſtituunt filii, ad primogenituram vocati, *vot.33. num.36. p.2.*

Linea nulla cauſatur ex infecta, aut vitioſa origine, *vot.43. num.35. p.1.*

De eadem *linea* ſunt omnes Deſcendentes reſpectu ejus, qui deſignatus fuit tamquam ſtipes *vot.33. num.19. p.2.*

In *linea* non comprehenditur, qui deſignatus fuit tamquam ſtipes, *vot.33. num.20. p.2.*

Linea in primogenituræ ſucceſſione conſideratur habito reſpectu non ad eum, qui deſignatus fuit tamquam ſtipes, ſed ad ejus filios, & Deſcendentes, *vot.33. num.21. p.2.*

Itaut *linea* Deſcendentium dividatur in plures, *ibid. num.22.*

Inter perſonas de una, eademque *linea* nequit admitti exceptio non purificatæ conditionis, ob exiſtentiam perſonarum de diverſa linea, *vot.29. num.64. p.1.*

Inter illas etenim ſolùm de proximitate gradus contendi poteſt, *ibid. num.67.*, *& ſeq.*

Linearum numquam fit diſcretio, quando repugnant conjecturæ, *vot.10. num.144. part.1.*

Nec *linea*, nec gradus curandus eſt, ubi qualitas aliqua moderatrix diſpoſitionis capacitatem ſuccedendi tribuit, *vot.2. num.39. p.2.*

Linea nomen coerceri non debet ad perſonas filiorum, primò vocatorum, *vot.31. num.4. p.2.*

Linea filiorum primò vocatorum non ab ipſis, ſed ab eorum filiis initium ſumit, *vot.31. numer.5. part.2.*

Linea nunquam incipit ab ea perſona, cujus linea eſſe dicitur, *vot.31. num.6. p.2.*

Linea eſt collectio plurium perſonarum, ab eodem ſtipite deſcendentium, diverſos gradus continens, & numeros diſtinguens, *vot.31. num.7. p.2.*

Tàm *lineæ*, quàm *Liberorum* nomen collectitium eſt plurium graduum, & perſonarum, *vot.29. num.2. p.1.*

Verbum *linea* porrigitur in infinitos gradus, *vot.22. numer.25. part.1.*, *& vot.31. numer.8. part.2.*

Et fideicommiſſariam importat, *ibid.*

Sub *linea* nomine veniunt etiam naturales, *vot.8. num.125. p.1.*

Præſertim in parte conditionali, *ibid. num.128.*

Verbum *linea* in parte conditionali, comprehendit etiam perſonas, in diſpoſitiva non expreſſas, *vot.8. num.128. p.1.*

In *linea*, ſeù *familia* Patris continentur fœminæ licet aliam incipiant lineam, *vot.11. numer.3. 1 part.1.*

nea Patris, donec filia nubat, defeciſſe non dicitur, *vot.11. num.13. p.1.*

Lineæ, ac deſcendentiæ nomine concepta ſubſtitutio, compendioſa dicitur, *vot.22. num.64. part.1.*

Tametſi deficiat verbum = *quandocumque* =, *ibid. numer.65.*

Verbis *lineà, deſcendentià, & familià* impropriè uſus Teſtator in una teſtamenti parte, cenſetur, & in aliis, *vot.43. num.92. p.1.*

Sicque appellatione *ſuorum Deſcendentium* in aliis partibus intellexiſſe Deſcendentes fratris, *ibid. numer.93.*

Per directam *lineam* deſcendere dicuntur tàm qui per Maſculos, quàm qui per fœminas ex eodem ſtipite deſcendunt, *vot.39. numer.9. part.1.*

Linea maſculina à Maſculis inchoatur, atque in eorum deſinit ultimo, *vot.11. num.79. p.1.*

Linea maſculina inchoatur à Maſculis, & finitur in fœminis, *vot.32. num.55. p.2.*

Lineæ maſculinæ vocatio fœminas excludit, *vot. 39. num.12. p.1., & vot.32. num.53. p.2.*

Sub nomine *lineæ, & deſcendentiæ filiorum maſculorum*, etiam Maſculi ex fœminis comprehenduntur, *vot.22. num.37. p.1.*

Ita quidem ut iſtorum exiſtentia in conditione poſita, impedimento ſit ceteris Subſtitutis, *ibid. num.38.*

De *linea maſculina* propriè dici nequeunt Maſculi ex fœminis, *vot.1. num.147. p.1.*

Linea maſculina Maſculos ex fœminis excludit, *vot.32. num.56. part.2.*

Lineæ maſculinæ appellatione veniunt ſolùm Maſculi ex Maſculis, *vot.11. num.76., & vot.39. num.12. part.1.*

Linea maſculina accepta pro linea qualitatis, Maſculos ex Maſculis æquè, ac Maſculos ex fœminis comprehendit, *vot.39. numer. 13. part.1.*

Lineæ maſculinæ vocatio, deficiente agnationis contemplatione, prædilectionem Maſculorum tàm Agnatorum, quàm Cognatorum importat, *vot.39. num.31. p.1.*

Subſtitutis præſertim fœminis proximioribus non heredi gravato, ſed Teſtatori, *ibidem numer.32.*

Linea maſculina exponitur pro ſexu maſculino quum deficit agnationis contemplatio, *vot.39. num.31. p.1.*

Lineà maſculinà ſemper vocatâ, atque agnationis contemplatione habitâ, Maſculi ex fœminis excluduntur, *vot.1. num.146.*

Lineæ maſculinæ ſubſequens appellatio præcedentem genericam omnium Deſcendentium Maſculorum vocationem non reſtringit, *vot.39. num.40. p.1.*

Præſertim quando ejus mentio adeſt ſolùm in prohibitiva, & conditionali parte, *ibidem numer.44.*

Poſt tres inſtitutas, & ſubſtitutas *lineas* inducenda non eſt *maſculinitatis* repetitio, *vol.32. num.37. p.2.*

Linea fœminina inchoatur à fœmina, *vot.3. num. 5. part.1.*

Lineæ fœmininæ vocatio in defectu lineæ maſculinæ, reſtringenda eſt ad lineam fœmininam, provenientem ex ſolis heredibus primò inſtitutis, *vot.3. num.21. p.1.*

Deſcendentes per *lineam fœmininam* heredum inſtitutorum, excluſive cenſentur vocati, quum de fideicommiſſi reſtrictione conſtat, *vot.3. num.40. p.1.*

Linea actualis comprehendit poſſeſſorem primogenituræ, *habitualis* verò quemlibet habentem jus, & ſpem ſuccedendi, *vot.33. num.27. part.2.*

Lineà contentivà in genere vocatâ omnes de ipſa lineâ vocati intelliguntur, nullâ factâ diſtinctione particularium linearum, *vot.3. n.11. p.1.*

Lineæ effectivæ, ac tranſverſalis proximæ, & remotæ Deſcendentibus maſculis vocatis, adeſſe dicitur digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, *vot.7. num.55. p.1.*

Eoque concurrente, fideicommiſſum cenſetur repetitum inter omnes vocatos, *ibid. numer.56.*, ratio *num.57.*

Lineam contentivam, & non *effectivam* vocaſſe cenſetur Teſtator filios non habens, *vot.3. num.8. part.1.*

Linea contentiva proxima heres inſtituta à Teſtatore, prole carente, jure potius *effectivæ* cenſetur, *vot.3. num.28. p.1.*

Et favore deſcendentium ex primis heredibus inſtitutis locus fieri dicitur diſpoſitioni *L. cum Avi, & L. cum acutiſſimi, ibidem numer.29., & 32.*

Linea prædilecta non minùs in tranſverſalibus, quam in filiis legitimatis, & adoptivis conſiderata cenſeri debet, *vot.12. num.179. p.1.*

Lineæ ſola prærogativa ſpectatur inter eos, qui à diverſo columnello procedunt, *vot.33. nu.17. part.2.*

Sive agatur de progreſſu, ſivè de ingreſſu ſucceſſionis, *ibid. num.18.*

Linea magis dilecta, ſemper præferri debet, *vot. 12. num.178. p.1.*

Linea magis dilecti, ob majorem conjunctionem, cenſetur & ipſa prædilecta, *vot.12. num.164. part.1.*

Linea utrinque conjuncta, in ſucceſſione inteſtata, non utrinque conjunctæ præfertur, *vot.12. num. 146. p.1.*

Lineæ magis dilectæ prælatione admiſſâ, jus proximiorum alterius lineæ non alteratum, ſed ſuſpenſum dicitur, *vot.12. num.182. p.1.*

In *Linea tranſverſa* prælatio conſanguinei, ex utroque latere conjuncti, non tranſit ultra fratrum filios, *vot.12. num.99., & 161. p.1.*

Lineæ, quæ ſuum principium non habuit, prælatio dari non poteſt, *vot.33. num.26. part.2.*

Lineæ ingreſſus, vel progreſſus, in primogenituris, non inſpicitur, quando agitur de linea

utroque latere conjuncta, ac Teſtatori prædilecta, *vot.12. num.171. p.1.*

Quo caſu, nec de proximitate materiali, nec de vi repræſentationis agendum eſt, *ibid. num.172.*

Minúſque, an proximitas gravati, an illa gravantis debeat attendi, *ibid. num.173., & 174.*

Lineæ prærogativa vincit parem nobilitatis gradum, à Teſtatore optatum, *vot.33. num.5., & 43. part.2.*

Secundùm *lineæ* prædilectæ prærogativam, non ſecundùm ſanguinem, & gradum eſt intelligenda vocatio proximioris, *vot.12. nu.107. p.1.*

Procedit tàm inter Deſcendentes, quàm inter tranſverſales; atque invitato proximiore tàm ſimpliciter, quàm in gradu, ac juxta diſpoſitionem juris, *ibid.*

Lineæ prærogativa inſpicitur præcipuè in diſpoſitione per viam *primogenituræ* regularis ordinata, *vot.8. num.140. p.1.*

Itaut, unâ lineâ non evacuatâ, ad aliam non fiat tranſitus, *ibid.*

Procedit etiam favore illegitimorum, *ibid. num. 141. p.1.*

Lineæ, *ætatis*, atque *gradus* potioritas plurimùm confert ad primogenituram aſſequendam, *vot. 12. num.89. p.1.*

Ob *lineæ* prærogativam poteſt filius, poſtea natus, primogenialia Bona avocare à Subſtituto, *vot.33. num.50. p.2.*

Lineæ prærogativa in primogenitura regulari omnes alias prærogativas vincit, *vot.33. numer.6. part. 2.*

Linea Primogeniti extinctâ, Secundogenitus, ejuſque Deſcendentes prædilecti cenſentur in primogenituræ ſucceſſione, atque aliis præferri debent, *vot.33. num.14. p.2.*

Etiam non curatâ qualitate ſexus, ſi eam Teſtator non requiſivit, *ibid. num.15.*

Priorum *linearum* extinctio expectanda eſt, ut illi de linea tertiogeniti ad primogenituram poſſint admitti, *vot.33. num.13. p.2.*

Ad aliam *lineam* primogenitura tranſire nequit, non extinctâ Primogeniti lineâ, *vot.15. numer. 58. p.1.*

Ex *linea* Primogeniti donec aliquis exiſtat, à primogenitura ſecundò, vel tertiògenitus excluditur, *vot.33. num.25. p.1.*

Ad *lineas* inferiores tranſitus fieri nequit, donec ſuperſint filii, & deſcendentes à Secundogenito, etiam ante ſucceſſionem præmortuo, *vot. 33. num.30. p.2.*

Ex *linea* Secundogeniti ſuperſtes præfertur aliis conſtitutis in linea inferiori, *vot.33. numer.23. part.2.*

Lineas à filiis inſtitutis promanantes in mente habuiſſe cenſendus eſt Donator, diſponens in caſum, quo unica linea ſupereſſet, *vot.31. num. 40. p.2.*

Lineæ poſſeſſoris continuandæ ratio, alterius ingreſſui prævalere debet, *vot.28. num.13. p.1.*

Unius *lineæ* duratio aliam excludit, & omnes, qui in ea non ſunt, *vot.15. num.73. p.1., & vot.28. num.12. p.1.*

Durationem unius *lineæ* aliam excludere, tritum axioma eſt, *vot.41. num.34. p.1.*

In *linea* poſſeſſoris ratio continuationis prævalet alterius ingreſſui, *vot.15. num.74. p.1.*

Linea ſemper durat, donec ſuperſunt perſonæ, à primo ſtipite deſcendentes, *vot.3. num.6. p.1.*

In unam *lineam* ingreſſo fideicommiſſo perpetuo, ab ea numquam egreditur, quoties ſuperſit Maſculus, etiam ex fœmina, *vot.23. num.29. p.1.*

Quandiu ex *linea* jam admiſſa ſupereſt perſona, capax ſucceſſionis, jura ſucceſſionis ad aliam lineam transferri nequeunt, *vot.41. nu.33. p.1., & vot.31. num.30. p.2.*

Pro exiſtente in *linea* jam admiſſa in dubio reſpondendum eſt, *vot.31. num.31. p.2.*

In *linea* à ſe dilecta primogenituram manere debere, Teſtator reſponderet, *vot.12. n.181. p.1.*

Lineæ, in quam primogenitura nondum ingreſſa eſt, ut habenda ſit ratio, neceſſaria eſt vocatio certæ perſonæ, quæ lineam efformare potuiſſet, *vot.33. num.34. p.2.*

Linea in *primogenituris* etiam coutentivè ſumitur, *vot.12. num.175. p.1.*

Et durat in ejuſdem Deſcendentibus, *ibidem numer.176.*

Cum jure arcendi proximiores ex alieno ſtipite, *ibid. num.177.*

Lineæ antea expreſſæ nomine ſenſiſſe de filiis immediatis non eſt cenſendus Teſtator, primogenituram inſtituens in deſcendentia filiorum, quæ ſupereſſet, *vot.31. num.15. p.2.*

Unicam lineam ſupereſſe dici nequit, exiſtentibus pluribus filiis alicujus, ad fideicommiſſum vocati, *vot.31. num.2. p.2.*

Unius dumtaxat *lineæ* ſuperexiſtentiam reſpiciens primogenituræ erigendæ reſervatio, non reſpicit caſum, quo unicus dumtaxat ſuperſit Donatoris filius, *vot.31. num.35. part.2.*

In *unicam lineam* prædium redigi per obitum filii, ad fideicommiſſum non vocati, dici nequit, *vot.31. num.10. part.2.*

In *unicam lineam* redigi Bona, filio, ejuſque Deſcendentibus relicta, id ſignificat, ut priùs Bona ingrediantur in lineam filii, & deinde diviſa in plures lineas ſubalternas, rurſus in unam confluant, *vot.11. num.11. p.2.*

Duplicem lineam ab initio deſignaſſe cenſetur Teſtator, inſtitutis ab eo heredibus in determinatis Bonis filio, ac nepote, *vot.30. num.51. p.1.*

Duplici lineâ à Teſtatore ab initio conſtitutâ, reciproca non de linea ad lineam, ſed diſcretivè in unaquaque linea intelligenda eſt, *vot.30. num.52. p.1.*

Secus, eâ duplici lineâ per modum unius conſideratâ, *ibid. num.54.*

Intelligitur autem per modum unius, ſi Teſtator hereditatem ſuam ſingulari numero expreſſit, *ibid. num.55.*

Item, ſi in *poſteritate*, non in *poſteritatibus* Bona conſervari, præcepit, *ibid. nu.59.*

Et, ſi alteri ex heredibus, ſinè filiis decedenti ſubſtituit ſuperviventem, vel ejus filios, *ibid. num.58.*

LIS.

Lis pro non conteſtata habetur, ſtante Judicii nullitate ob inſubſiſtentiam tituli, *vot.18. num. 65. p.1.*

Et continuata in poſſeſſore cenſetur bona fides, ad effectum adquiſitionis fructuum, *dict. vot.18. nu.66. part.1.*

LITERA.

Non cum *litera*, ſed cum ratione procedendum eſt, *vot.8. nu.27. p.2.*

LOCUS.

Inter eodem *Loco* natos naturalis quædam cognatio dari dicitur, *vot.4. num.33. p.2.*

Domicilii potiùs, quàm originis ratione de aliquo *Loco* quis dicitur, *vot.4. num.2. p.2.*

Locus, & ordo quoties diſcretivè à Teſtatore eſt aſſignatus, nequit alterius locus occupari, *vot. 4. num.40. part.2.*

LOCUTIO.

Locutio univerſalis operatur comprehenſionem etiam eorum, quæ aliàs non comprehenderentur, *vot.12. num.141. p.1.*

Loquendi uſus in quacumque diſpoſitione ſpectandus eſt, *vot.26. num.12. p.2.*

LUCRUM.

Lucri magni amiſſio æquiparatur pœnæ, *vot.20. num.18., & 24. p.1.*

Maximè in lucro jam quæſito, *ibid. nu.22.*

Lucri ademptio perſæpè eſt acerbior pœnâ graviſſimâ, *vot.20. num.17. p.1.*

Pro *lucri* amiſſione, ſcientia præſumpta non ſufficit, *vot.27. num.21. p.1.*

Lucrum qui dat, poteſt etiam ſivè ſub conditione, ſivè ſub modo pœnam privationis adjicere, *vot.20. numer.14. p.1.*

Simplex *lucri* amiſſio in caſu certi non ſecuti Matrimonii, hujus non lædit libertatem, *vot.20. num.8. p.1.*

Lucrum ſtatutarium non unam dumtaxat habet rationem onerum Matrimonii, *vot.13. num.14. part.2.*

Lucra à filio adquiſita ex negotiatione, cum Patre geſta, dicuntur peculium adventitium, *vot.46. num.5., & nu.6. p.1.*

Eaque proinde in hereditatem Patris minimè conferenda ſunt, *ibid. num.7.*

Quod locum habet etiam quoad fructus ſimilium lucrorum, quos fortè in vita Patris filius percepit, *ibid. num.8.*

Lucra percepta ex negociatione, cum Patre geſta, filius in uſum familiæ conferens, cenſetur ea adquirere noluiſſe, licèt fuerint ſibi à Patre tacitè, vel expreſsè remiſſa, *vot.46. numer.13. part.1.*

Hinc ea poſt mortem Patris repetere non poteſt, *ibid. nu.14.*

Lucrorum filii collatio cenſetur à Teſtatore volita, ſi præcepit collationem ſummæ, in qua tàm lucra, quàm Legitima continentur, *vot.46. nu. 19., & 23. part.1.*

Aliàs inutiliter, mandaſſet collationem ſoliùs Legitimæ; cum hæc de jure collationi ſubſit, *ibid. num.20.*

Et inutiliter prælegatum coheredibus reliquiſſet in caſu reluctantiæ nepotis, quum neceſſariò iſte teneretur Legitimam conferre, *ibid. num. 21., & 26.*

Procedit principalis concluſio, ubi præſertim Teſtator verbis generalibus, & indefinitis uſus eſt, *numer.22.*

Et ubi verba ſint apta comprehendere etiam lucra, & Teſtatoris voluntas collationi faveat, *ibid. num.24.*

Lucrorum, quæ propria erant filii, collationem demandans Teſtator, veroſimiliter cenſetur voluiſſe etiam collationem Bonorum, quæ ob expirationem fideicommiſſi libera, & propria ejuſdem filii effecta erant, *vot.46. num.32., & 44. part.1.*

M

MAGISTRATUS.

MAgiſtratuum ſententiæ ſi ſint legibus mitiores, corruptæ videntur eſſe, *vot.27. num. 79. part.1.*

MAJORATUS.

In *Majoratibus*, & primogenituris magnam quæſtionum perplexitatem agnovit *Sacra Rota*, *vot. 12. num.68. p.1.*

Remque hanc non minùs bellis, & pugnis ſingularibus agitatam dixit *Grot. de Jur. bell., & pac.*, *ibidem.*

Majoratuum natura, & finis eſt familiarum decus, *vot.12. num.14. p.1.*

Majoratus, licèt non expreſſus, faciliùs in Bonis juriſdictionalibus inducitur, *vot.12. numer.66. part.1.*

Majoratui facti valdè reſiſtit Juris præſumptio, *vot.12. numer.69. p.1.*

Pro *majoratus* natura agnoſcenda, maximi momenti reputatur onus nominis, & inſignium, *vot.12. num.5. p.1.*

Majoratus plures quum inſtituti apparent, onus deferendi nomen, & inſignia non iufert unius dumtaxat Primogeniti vocationem, *vot.12. num.26. p.1.*

Unicus dumtaxat *majoratus*, ſeù primogenitura ut dicatur inſtituta, graviſſimis opus non eſt probationibus, *vot.12. numer.38., & 41. p.1.*

Hæ tamen requiruntur, ſi de ea tacitè inducenda agatur, & plurium ſit facta ſubſtitutio, *ibid. numer.39.*

In *majoratibus*, & fideicommiſſis agnatitiis gradus proximitas ex latere Matris, nuptæ uni de familia, prælationem tribuit Agnato remotiori, *vot.1. num.65. p.2.*

Hæc opinio inter Doctores controverſa eſt, *vot. 1. num.66., & vot.2. num.120. p.2.*

Qui tamen affirmant, agunt de fœmina, quæ uni ex proximioribus de genere vocato nupta ſit, *dict.vot.1. n.67., & dict.vot.119., & 120. p.2.*

Sivè, quando verba Diſponentium non excludunt perſonam Matris, gradum conſtituentis, *dict. vot.1. num.77.*

Ro-

Rodoer. in commentar. ad pragmat. 33. *de feud. Cap.*6., & 7. opinio declaratur *dict. vot.*1. *num.*71., & 72.

Sic etiam *Curt. Jun. Conſ.*1., *Jaſon. conſ.*17. *lib.*3., *Soccin. Campegg. apud Albert. Brun. conſ. feud. nu.*9. 10., & 11., ibid. *nu.*7., & 76.

In *Majoratu* agnatitio, ſi de tempore, quo aperitur ſucceſſio, adeſt filia poſſeſſoris, nupta alicui de agnatione, hæc ſuccedere debet, nullo exiſtente ipſius poſſeſſoris filio, *vot.*2. *num.*132. *part.*2.

Secus autem dicendum eſt in Statuto excludente fœminas non intuitu univerſæ agnationis, ſed favore determinatarum perſonarum, & graduum, quia ejus diſpoſitio locum non habet, ſi fœmina ſit nupta cum Agnato, extra gradum, à Statuto contemplatum, *ibid. num.*133.

Pegas de excluſion. incluſion. ſucceſſion., & *erectiion. majorat. Tom.*2. *cap.*14. explicatur *ibid. numer.*134.

In *Majoratibus*, filii etiam naturales admittuntur, ubi verba apta ſunt illos comprehendere, *vot.*8. *num.*54. *p.*1.

Semper autem admittuntur, ubi, vocatis filiis, additum non fuit *Legitimis*, *ibid.*

Intellige de illorum admiſſione, Legitimis deficientibus, *ibid. nu.*55., & 57.

Concluſio iſthæc in Majoratibus Italiæ locum habet, in Majoratibus tamen Hiſpaniæ non item, *ibid. num.*56., & 57.

Majoratus natura ipſa expoſcit incluſionem filiorum naturalium, *vot.*8. *num.*57. *p.*1.

In *Majoratibus* ordinatis pro Legitimis, & naturalibus, etiam Legitimati ſuccedunt, niſi nominatim ſint excluſi, *vot.*8. *num.*170. *p.*1.

In *majoratu* perpetuo, filii, nati ex coitu damnato, majora obſtacula non patiuntur, quàm filii ſimpliciter naturales, *vot.*8. *num.*63. *p.*1.

In *majoratibus*, & primogenituris univerſalibus locum habere trebellianicæ detractionem, verius eſt, *vot.*28. *num.*36. *p.*2.

In *majoratu*, ex Bonis uxoris fundato pro ejus, ac viri conſangineis, viri conſanguineus præfertur, *vot.*12. *num.*160. *p.*1.

Majoratus Italiæ alio jure, quàm Majoratus Hiſpaniæ cenſentur, *vot.*8. *num.*59. *p.*1.

MAJOR.

Ad *majorum* ſuorum Bona tacito naturæ cenſenſu omnes eorum poſteri vocautur, *vot.*15. *num.*30. *part.*1.

MANUMISSIO.

Manumiſſione, *origine*, atque *allectione* propriè Civis quis efficitur, *vot.*4. *nu.*37. *p.*2.

MANUTENTIO.

Manutentia à poſſeſſione metienda eſt, *vot.*7. *nu.* 79. *part.*1.

Manutentio ei debetur, qui primò poſſeſſionem cœpit, *vot.*7. *num.*80. *p.*1.

Manutentio præcipuè debetur ex poſſeſſione capta in adimplementum præcepti Teſtatoris, *dict. vot.*7. *num.*81.

Manutentio anteriori poſſeſſori eò magis debetur, ſi bonum jus concurrat, *vot.*7. *nu.*95. *p.*1.

Manutentio in poſſeſſorio judicio non retardatur ex juſtitia, vel injuſtitia tituli, *vot.*7. *num.*87. *part.*1.

Cum nemo ſuà poſſeſſione debeat privari, donec diſcutiatur titulus, *ibid. num.*88., & *ſeq.*

Niſi clarus ita ſit, ut abſorbeat poſſeſſorium, *ibid. num.*89.

MASCULINITAS.

Maſculinitatem inter, & agnationem differentia intercedit non modica, *vot.*10. *num.*24., *vot.*21. *num.*17., *vot.*26. *num.*33., & *vot.*41. *num.*76. *part.*1.

Ex requiſita *maſculinitatis* qualitate in vocatis colligitur voluntas perpetui fideicommiſſi ordinandi, *vot.*6. *num.*54. *part.*2.

Maſculinitatis qualitate à Teſtatore volitâ, ejus voluntas, nonniſi per fideicommiſſum reciprocum, impleri poteſt, *vot.*10. *num.*126. *p.*1.

Requiſitæ *maſculinitatis*, & legitimitatis conjectura, in fideicommiſſo aſcendentali, argumentum præbet reciprocæ, etiam de linea ad lineam, *vot.*30. *num.*46., & 60. *p.*1.

Maſculinitatis qualitas a Teſtatore volita, ſexus, prædilectionem importat, non verò perpetuum fideicommiſſum; & quando ſecus? *vot.*10. *nu.*23., & 89. *p.*1.

Maſculinitatis qualitas in Deſcendentibus, ac deſcendentia ſua, à Teſtatore exoptata, ſexus maſculini prædilectionem indicat, non in via generativa, ſed in termino generato, *vot.*42. *num.*31. *part.*1.

Vel ad ſummum prælationem Maſculorum ex Maſculis, non verò, his etiam deficientibus, excluſionem operatur maſculorum ex fœminis, *ibid. num.*32., & 33.

Maſculinitatis qualitas volita à Teſtatore cenſetur cautativè favore agnationis, utque in Agnatis Bona conſerventur, *vot.*24. *num.*16. *p.*1.

Ex non adjecta *maſculinitatis* qualitate excluditur agnationis contemplatio, *vot.*21. *num.*24. *p.*1.

Maſculinitatis qualitas votum præſefert agnationis conſervandæ, *vot.*21. *num.*48. *p.*1.

Maſculinitatis qualitas ſæpiùs repetita, agnationem contemplatam indicat, *vot.*16. *numer.*4., *vot.*24. *num.*15., *vot.*42. *nu.*18. *p.*1., & *vot.*6. *num.*50. *p.*2.

Maſculinitatis qualitas, tametſi pluries repetita, ſufficiens agnationis contemplatæ conjectura non eſt, *vot.*11. *num.*18., & *vot.*21. *n.*19. *p.*1.

Niſi graviora argumenta urgeant, *vot.*16. *nu.*31. & 32., & *dict. vot.*21. *num.*49. *p.*1.

Maſculinitatis qualitas, licèt pluries repetita, ad ſimplicem prædilectionem ſexus referenda eſt, non ad contemplationem agnationis, niſi etiam conſtet, ipſius conſervationem fuiſſe volitam, *vot.*16. *num.*35., & *vot.*21. *num.*21. *p.*1.

Maſculinitatis qualitas, licèt ſepiùs repetita, cenſetur non agnationis contemplatione, ſed favore dumtaxat Subſtituti adpoſita, *vot.*16. *nu.*34. *part.*1.

Ne ſcilicet excludatur à fœminis, *ibid.*

Deciſiones *Sacræ Rotæ* contrarium admittentes, declarantur *ibid. num.*35.

Ma-

Maſculinitatis qualitas conſtanter, perpetuòque à Teſtatore exoptata, ac in ſingulis gradibus repetita, non ſexus prædilectionem, ſed agnationis votum perhibet, *vot.10. nu.89.*, *vot.11. numer.32. p.1.*

Maſculinitatis qualitas expreſſa in parte conditionali, vehemens argumentum præbet agnationis contemplatæ, *vot.11. nu.49. part.1.*

Maſculinitatis qualitas, in parte conditionali adjecta, diſpoſitionem non alterat, in qua lineæ maſculinæ Deſcendentes ſimpliciter vocati ſunt, *vot.11. nu.14. p.1.*

Eademque qualitas expreſſa in parte diſpoſitiva, non cenſetur in parte conditionali repetita *num.16.*, & quando ſecus? *num.46.*

Qualitas *maſculinitatis* expreſſa in parte conditionali, ſubintelligitur in diſpoſitiva, quoties de eiſdem agitur perſonis, *vot.11. numer.46.*, *&* *47. part.1.*

Sic etiam è converſo, *num.48.*

Maſculinitatis qualitas prioribus ſubſtitutionibus adjecta, præſumi debet in poſterioribus repetita, *vot.32. num.26. p.2.*

Contrarium verius, *vot.32. num.27. p.2.*

Niſi ex verbis, vel ex conjecturis appareat, Teſtatorem ad ſolos Maſculos reſpexiſſe, *ibidem numer.28.*

Maſculinitatis qualitas faciliùs in filiis ejuſdem perſonæ, cui adjecta eſt, quàm in aliis vocatis repetita præſumitur, *vot.32. nu.29. p.2.*

Præſertim, ſi alii vocati, ſint deſcendentes ex fœminis, *ibid. numer.30.*

Maſculinitatis qualitas in diverſo, & independenti ſubſtitutionis gradu repetita non cenſetur, *vot.32. num.11. p.2.*

Maſculinitatis qualitas à Teſtatore prædilecta, vel in alia diſpoſitionis parte repetita numquam præſumitur, *vot.41. num.32. p.1.*

Maſculinitatis repetitionem diſcretivus loquendi modus excludit, *vot.32. num.32. p.2.*

Maximè, ſi adhibitus fuerit à nobili, & Juriſperito, *ibid. num.13.*

Maſculinitatis repetitionem diſcretivus loquendi modus excludit, etiamſi nulla ſubſit diverſitatis ratio, *vot.32. nu.35. p.2.*

Maſculinitatis repetitio poſt tres lineas inſtitutas, & ſubſtitutas inducenda non eſt, *vot.32. numer. 37. part.2.*

Maſculinitatis repetitionem non inducit ſubſtitutio cum iiſdem conditionibus, & oneribus expreſſis in præcedenti ſubſtitutione, *vot.32. num. 38. p.2.*

Præſertim, ſi Teſtator perſpicuè deſignaverit, ea, quæ ſub nomine conditionum, & onerum intellexit, *vot.32. nu.38. p.2.*

Maſculinitatis qualitas in ingreſſu expreſſa, ſi in progreſſu ſit omiſſa, argumentum præbet ſimultaneæ vocationis tum Maſculorum, tum fœminarum, *vot.2. numer.56. p.1.*

Maſculinitatis qualitas in conditione poſita abſque agnationis contemplatione, aut fideicommiſſi gravamine, ſufficiens conjectura non eſt excluſionis fœminarum, *vot.12. nu.28. p.2.*

Præſertim in concurſu extranei, *ibid. num.32.*

Maſculinitatis qualitas conjecturam præbet comprehenſionis nepotum ſub filiorum nomine, *vot. 34. nu.33 p.1.*

Maſculinitatis qualitas, excluſis fœminis, exoptata, filiorum in conditione poſitorum vocationem arguit, *vot.21. nu.45. p.1.*

Intellige, ſi ejuſmodi qualitas ipſos afficiat filios, non ſi alios dumtaxat Subſtitutos, *ibid. nu.47.*

MASCULUS.

A *Maſculis* linea maſculina inchoatur, & finitur in fœminis, *vot.32. nu.55. p.2.*

Maſculorum vocatio iudicat prædilectionem ſexus, *vot.16. num.32. p.2.*

Per *Maſculos*, licèt naturales, agnatio conſervatur, *vot.9. nu.125. p.1.*

Procedit in naturalibus etiam non legitimatis, *ibidem.*

Primis *Maſculis* eſt naturaliter inſitum onus aſſumendi cognomen, & inſignia Teſtatoris, *vot. 26. num.33. p.1.*

Primis *Maſculis* non adijciens Teſtator onus nominis, & inſignium, cenſetur illud adijcere ſuperfluum judicaſſe, *vot.26. num.32. p.1.*

Idemque onus in illis præſuppoſuiſſe, *ibid. num. 34.*, *&* *39.*

Poſt *Maſculos* vocatis fœminis abſque expreſſâ mentione ejus, à quo hereditas reſtituenda ſit, onus reſtitutionis ultimo Maſculo adjectum cenſetur, *vot.30. num.9. p.1.*

Ac ſi eidem facta eſſet ſubſtitutio, *ibid. num.10.*

Maſculorum incluſionem, & fœminarum excluſionem ratiò agnationis conſervandæ non extendit ultra gradus, ac perſonas expreſſas, *vot.1. num.89. p.1.*

Solos *Maſculos* vocaſſe cenſetur Teſtator, qui Bona in ſua domo conſervari voluit, *vot.14. num.5.*, *& 7. p.1.*

Ad *maſculorum* lineam ſuàpte naturâ reſtringitur Bonorum conſervatio, *vot.42. num.20. p.1.*

Solis *Maſculis* ad fideicommiſſum vocatis, excluduntur fœminæ, etiam ab ultimo poſſeſſore deſcendentes, *vot.14. nu.13. part.1.*

Cum fœminæ tunc dicantur de genere non vocato, *ibid. num.14.*

Vel earum vocatio ſuſpendatur, donec extent Maſculi, *ibid. num.15.*

Maſculi, & fœminæ veniunt *Deſcendentium* nomine, *vot.41. nu.1. p.1.*

Soli *Maſculi* ſub nomine *Deſcendentium* vocati cenſentur, ſi patrium adſit *Statutum*, excludens fœminas propter Maſculos, *vot.41. num. 3. part.1.*

Ex *Maſculorum* vocatione deſumpta agnationis contemplatio tacita, receſſum à *Conſil. Oldrad. 21.* nequit inducere, *vot.7. num.29. p.1.*

Ex *Maſculorum* non interrupta vocatione agnatitium fideicommiſſum reſultat, *vot.9. num.118. part.1.*

Maſculi etiam remotiores alterius lineæ in fideicommiſſo agnatitio, fœminas excludunt, *vot. 14. num.90. p.1.*

Ex ſola *Maſculorum* vocatione non benè arguitur, fœ-

fœminas, deficientibus etiam Maſculis, fuiſſe excluſas, *vot.12. nu.29. part.1.*

Maſculis dumtaxat in conditione poſitis, Teſtator, cenſetur conſultò omiſiſſe fœminas, licèt alioquin in mente habitas, *vot.12. nu.2. part.2.*

Eædemque nec per poſterius ſub conditione comprehenſæ dici poſſunt, *ibidem num.3.* & quando ſecus? *num.33.*

Maſculis æquè, ac fœminis favet pietatis ratio pro conſequenda pia redituum largitione, à Teſtatore demandata, *vot.41. nu.43. p.1.*

Maſculis dumtaxat priùs vocatis, de iis nequeunt intelligi ſequentia verba = *è lora Deſcendenti* =, æquè fœminas, ac Maſculos comprehendentia, *vot.43. num.80. p.1.*

Solos *Maſculos* agnatos vocatos priùs fuiſſe, argumento eſt ſubſequens vocatio Agnatorum, *vot. 6. nu.52. p.2.*

Solos *Maſculos* vocans Teſtator in priori diſpoſitionis parte, de iiſdem dumtaxat in poſteriori ſenſiſſe dicendus eſt, *vot.14. num.9. p.1.*

Cum pars una teſtamenti alteram declaret, *ibid. numer.10.*

Procedit, licèt concurrat fœmina, ab ultimo poſſeſſore deſcendens, *ibid. num.11.*

Maſculis primi dumtaxat gradus in diſpoſitiva vocatis, fœminarum, vel ulteriorum Deſcendentium vocatio elici adhuc poteſt ex aliis partibus, *vot.43. num.84. part.1.*

Ut ſunt *prohibitiva*, & *privativa* in caſu delicti, *ibid. nu.85.*, & 86.

Maſculorum mentio indefinita in prima dumtaxat ſubſtitutione, ad omnes refertur Maſculos, in aliis etiam ſubſtitutionibus comprehenſos, *vot. 45. num.18. p.1.*

Maſculus quoties in fideicommiſſo præfertur fœminæ, reſpectu ſucceſſionis proximior dicitur, licèt talis non ſit reſpectu ſanguinis, *vot.2. nu. 70. part.2.*

Maſculi ordine ſcripturæ priùs nominati, priùs vocati cenſentur, *vot.43. num.102. p.1.*

Maſculos inter, & fœminas alternativè vocatas, quoties ordinata aliqua conſiderari valet Teſtatoris affectio, gradualis ſuccedendi ordo inductus intelligitur, *vot.43. num.103. p.1.*

Maſculis ex Maſculis ſemper invitatis, volita principaliter cenſetur agnationis conſervatio, *vot.26. nu.8. p.1.*

Maſculorum omnium indefinita vocatio ad primogenituram Maſculos etiam comprehendit, qui non ſint de Primogeniti linea, *vot.6. num.27. part.1.*

Maſculorum deſcendentium nomine ad primogenituram veniunt Maſculi ex linea nedum Primogeniti, ſed aliorum etiam de familia, *vot. 6. num.19.*, & 28. *p.1.*

Maſculus agnatus fœminas excludere prætendens, debet conjunctim habere qualitates, à Statuto præſcriptas, *vot.2. num.6. p.2.*

Solos *Maſculos* admittere voluiſſe fęmina non præſumitur, *vot.37. num.40. p.2.*

Maſculorum deſcendentium prædilectio in diſpoſitione fęminæ contemplatam agnationem non arguit, quoties in eorum defectum fęminæ, ac etiam Locus piùs Subſtituti fuerint, *vot.19. nu. 72. part.1.*

Maſculorum prælatio quoad fęminas diſcretivè in unaquaque linea intelligenda eſt, ubi Teſtator plures ab initio inſtituit lineas, *vot.38. num.18. part.1.*

Ex ſola *maſculorum* alterius lineæ prædilectione proximiores fęminæ excluduntur, *vot.10. num. 145. p.1.*

Maximè, ſi inter Deſcendentes agitur ejuſdem lineæ, *dict. vot.10. numer.146.*

Quorum reſpectu opus non eſt reciprocæ linearis probatione, *ibid. num.147.*

In *Maſculos ex Maſculis* proclivior, quàm in Maſculos ex fœminis reputatur Teſtatoris voluntas, cum de perpetuo, ac deſcenſivo fideicommiſſo agitur, *vot.23. nu.30. p.1.*

Intellige tamen, ut iſti ſemper in ſubſidium admiſſi cenſeantur, niſi de contraria Teſtatoris mente apertè conſtet, *ibid. num.31.*

Maſculus ex fœmina excluſa, Agnatis, ad feudum vel fideicommiſſum vocatis nequit præferri, *vot.1. nu.79. p.2.*

Maſculos ex fœminis linea maſculina excludit, *vot. 32. num.56. p.2.*

Maſculi ex fœminis ſunt de aliena familia, *vot.12. num.50. p.1.*

Maſculi ex fœminis, & ipſi comprehenſi dicendi ſunt ſub illarum excluſione, *vot.12. num.7. p.2.*

Maſculi ex fœminis non aliter ad fideicommiſſum agnatitium vocati cenſentur, quàm poſt Maſculos ex Maſculis, *vot.23. num.28. p.1.*

Maſculi ex fœminis eò facilius admiſſi in ſubſidium cenſentur, quando fœminæ ſunt poſt Maſculos vocatæ, *v.39. num.62. p.1.*

In *Maſculis cognatis* volita Bonorum conſervatio, verificari nequit, ſinè illorum vocatione, *vot. 45. num.31. p.1.*

In *Maſculis* etiam ex *fœminis* per aſſumptionem nominis, & inſignium agnatio conſervatur, *vot. 12. num.51. p.1.*

Sed eſt quodammodo adoptiva, & in uno dumtaxat ſolet conſtitui, *ibid. nu.52.*

Maſculos etiam ex *fœminis* vocaſſe cenſendus eſt Teſtator, qui perpetuam ſuorum Bonorum conſervationem voluit, *vot.22. nu.44. p.1.*

Maſculorum etiam ex *fœminis* admiſſio plurimùm conſervationi Bonorum confert, *vot.42. nu.19. part.1.*

Per admiſſionem *Maſculorum* etiam ex *fœminis* faciliùs adimpletur voluntas Teſtatoris, perpetuum fideicommiſſum ordinantis, *vot.25. nu.3. part.1.*

Maſculos etiam *ex fœminis* vocare voluiſſe cenſetur Teſtator, cum de reali fideicommiſſo agitur, *vot.25. nu.34. p.1.*

Maſculorum ex fœminis excluſionem, in fideicommiſſo Aſcendentis, ut ſuadere valeant conjecturæ, evidentes debent eſſe, *vot.22. numer. 6. part.1.*

Omnes autem corruunt, cum deeſt agnationis contemplatio, *ibid. nu.7.*

Per

Per *Maſculos* deſcendentes *ex fœminis*, etiam ultimo agnato præmortuis, obtineri poteſt fideicommiſſi perpetuatio, *vot. 36. numer. 49., & 55. part.1.*

Maſculi ex fœminis, etiam non ſuperſtitibus tempore obitus ultimi Maſculi agnati, in vocatione comprehenſi cenſentur, quando Teſtator prius ſubſtituit omnes fœminas agnatas tunc ſuperviventes in ſtirpes, & non in capita, *vot. 36. nu.42. part.2.*

Maſculi ex duplici etiam *medio fœminino* deſcendentes, habere dicuntur qualitatem maſculinitatis, à Teſtatore volitam, *vot. 23. numer. 26. part.1.*

Excipe tamen, quum Teſtator in maſculis ex fœminis ſemiagnatitiam qualitatem optavit, *ibid. nu.27.*

Maſculos ex duplici etiam *medio fœminino* deſcendentes comprehendit ſubſtitutio Maſculorum ex fœminis, *vot.23. num.25. p.1.*

Maſculi ex fœminis tàm ſi per unum, quàm ſi per multiplex deſcendant medium fœmininum, æquè admittuntur in fideicommiſſo conſtituto pro renovanda artificialiter agnatione in Cognatis maſculis, *vot.45. num.57. p.1.*

Maſculi ex fœminis agnatis artificialem renovare valent agnationem, etiam cum à duplici procedunt fœmina, *vot.45. num.59. p.1.*

Maſculi ex fœminis vocati poſt Maſculos ex Maſculis, iſtorum reſpectu dicuntur per fideicommiſſariam vocati, *vot.34. num.60. p.1.*

[Non inde tamen ad paſſivum illorum gravamen poteſt inferri, *ibid. nu.61.*

Maſculis ex ſuis filiabus præferri à Teſtatore voluiſſe illegitimos, aut fœminas extraneas, veroſimile non eſt, *vot.22. num.43. p.1.*

Maſculi ex fœminis, reſpectu Patris, veniunt Agnatorum nomine, *vot.1. nu.21. p.2.*

Maſculos ex fœminis comprehendit *deſcendentia* nomen, *vot. 2. num. 34., & vot. 42. num. 29. part.1.*

In Inſtitutione *Deſcendentium* comprehenduntur etiam *maſculi cognati*, *vot. 2. num. 28., & 30. part.1.*

Præſertim, poſtquam deſierunt maſculi omnes agnati, *ibid. & nu.34.*

Limita, quando Teſtator taxativè maſculos agnatos vocavit, *ibid.nu.29.*

Maſculi ex fœminis ſub *Deſcendentium* nomine comprehenduntur, etiamſi adjecta fuerit qualitas maſculinitatis, *vot.32.nu.23. p.2.*

Maſculi etiam *ex fœminis* veniunt ſub nomine *Deſcendentium maſculorum*, *vot.1. numer.3., & 144., vot.22. nu.1., vot.25. num. 9. & 95., vot. 28. num.1., vot.39. num.3., & vot.42. num. 27. part.1.*

Niſi per verba expreſſa, aut expreſſis æquipollentia excluſi fuerint, *dict. vot. 22. eod. num. 1. part.1.*

Et æquè veniunt, ſive paris, ſive imparis ſint gradus, *dict.vot.25. nu.95. p.1.*

Sive etiam ab unica, ſive à duplici fœmina procedant, *dict. vot.28. num.2. p.1.*

Maſculi ex fœminis, etiam excluſis, appellatione *Deſcendentium maſculorum* comprehenduntur, *dict. vot.25. nu.57. p.1.*

Scilicet non ex perſona Matris, ſed ex propria ipſorum vocatione, *ibid. num.96., & 98.*

Principalis concluſio locum non habet, ſi de contraria Teſtatoris voluntate conſtet, *dict. vot.39. num.4., & 14.*

Quod tamen intellige, ut de ea apertiſſimè conſtare debeat, *ibid.num.6.*

Præſertim, quando agitur de diſpoſitione Collateralis, & maſculus ex fœmina non concurrit cum maſculo ex maſculo, *ibid. nu.7.*

Maſculi ex fœminis facilius ſub nomine *Deſcendentium maſculorum* comprehenduntur, quum in ſubſidium agitur, *dict. vot.22. nu.3., & dict. vot.25. nu.6. p.1.*

Maximè in fideicommiſſo Aſcendentis, *dict. vot. 22. num. 4., & 7.; eodemque vot. 25. numer.7., & 10.*

Quo caſu pro eorum excluſione evidentia requiruntur argumenta, *dict.vot.25. nu.11.*

Ad *maſculorum ex fœminis* ſubſidiariam admiſſionem ſufficit illorum comprehenſio in diſpoſitiva ſub collectivo *maſculorum Deſcendentium* nomine, *vot.39. num.53. p.1.*

Maſculi ex fœminis vocati in parte conditionali, etiam in diſpoſitiva vocati cenſentur, *vot. 22. nu.39. p.1.*

Cum pars conditionalis plurimùm conferat ad diſpoſitivam declarandam, *dict. vot.22. nu.40., & vot.39. num.45. p.1.*

Ex facta *maſculorum ex fœminis* ſubſtitutione in parte conditionali, illorum vocatio in diſpoſitiva excluditur, *vot. 42. numer. 41. p.1.*, & ratio *num.42.*

Præſertim ex diſcretiva nominis *deſcendentiæ maſculinæ*, ac *deſcendentiæ fœmininæ* uſurpatione in eadem conditionali parte, *ibid. nu.44.*

Maſculi ex fœminis appellatione *Deſcendentium maſculorum* non veniunt, quando agnatio eſt contemplata, *vot.42. nu.46. p.1.*

Quando autem contemplata non eſt, ſub eo nomine veniunt æquè maſculi ex maſculis, ac maſculi ex fœminis, *vot. 25. num.12., & 13. part.1.*

Maſculorum ex fœminis comprehenſionem ſub nomine *Deſcendentium maſculorum* non excludit agnationis votum, niſi ſit evidentiſſimum, *vot. 42. num.35. p.1.*

Maſculis ex fœminis, niſi fœminæ, earumque deſcendentes perpetuò, & per modum regulæ excluſi fuerint, non obſtat agnationis contemplatio, etiam expreſſa, *vot.25. numer. 26., & 27. part.1.*

Maſculorum ex fœminis excluſionem, ſolùm in concurſu cum Agnatis inducit agnationis contemplatio, quoties illæ, earumque Deſcendentes per modum regulæ non ſint excluſi, *vot.22. num.9. p.1.*

Tàm *in maſculis ex maſculis*, quàm *in maſculis ex fœminis* volitam Bonorum conſervationem arguit facta utriſque alienationis prohibitio, *vot. 34. num.*

34. *num.* 11. *part.* 1., ſed *vid. numer.* 92., *& ſeq.*

Vocatis *maſculis*, *per lineam directam* deſcendentibus, vocati cenſentur etiam qui deſcendunt per medium fœminarum, *vot.* 39. *numer.* 8. *part.* 1.

Menoch. Conſil. 326. *num.* 83. contrarium ſentiens reprobatur, *ibid. & num. ſeqq.*

Ejuſdem opinio numquam in Foro, aut Tribunalibus recepta fuit, *ibid. nu.* 10.

Maſculi etiam ex *fœminis* continentur ſub nomine *lineæ*, *& deſcendentia* filiorum *maſculorum*, *vot.* 22. *nu.* 37. *p.* 1.

Maſculi ex fœminis nequeunt propriè dici de *linea maſculina*, *vot.* 1. *num.* 147. *p.* 1.

Neque agnationem rigoroſe conſervant, *ibid. num.* 148.

Maſculi tantùm ex Maſculis veniunt nomine *lineæ maſculinæ*, *vot.* 39. *num.* 12. *p.* 1.

Secus, quando linea maſculina pro linea qualitatis accepta ſit, *ibid. nu.* 13.

Maſculorum tum *agnatorum*, tùm *cognatorum* prædilectionem importat vocatio *lineæ maſculinæ* quoties deficiat agnationis contemplatio, *vot.* 39. *num.* 30. *p.* 1.

Subſtitutis præſertim fœminis proximioribus non heredi gravato, ſed ipſi Teſtatori, *ibid. numer.* 32.

Maſculis tum *agnatis*, tum *cognatis* in diſpoſitiva vocatis, alienationis prohibitio, & ſubſequens etiam conditionalis pars de utriſque intelligenda eſt, *vot.* 39. *nu.* 24. *p.* 1.

Et clauſula = *deficiente verò lineâ maſculinâ* = debet eo caſu referri ad Deſcendentes maſculos tum Agnatorum, tum Cognatorum, *ibid. numer.* 25.

Præſertim, ſi ipſa alienationis prohibitio non in ſolos maſculos directa ſit, *ibid. nu.* 27.

Maximè autem, ſi deficiat agnationis contemplatio, *ibid. nu.* 28.

Ad *Maſculos* de *domo Teſtatoris* directa ratio conſervationis Bonorum, Cognatos non comprehendit, *vot.* 45. *nu.* 24. *p.* 1.

Sub nomine *Maſculorum de domo Teſtatoris* comprehenſos etiam Cognatos arguit onus nominis, & inſignium, eiſdem Cognatis à Teſtatore injunctum, *vot.* 45. *num.* 26. *p.* 1.

Maſculi de domo poſt tres lineas inſtitutas, & ſubſtitutas difficilius reperiuntur, *vot.* 32. *numer.* 36. *part.* 2.

Maſculi ex fœminis æquè, ac *maſculi ex maſculis* veniunt nomine *filiorum in conditione poſitorum*, quoties agnatio contemplata non appareat, *vot.* 12. *num.* 65. *p.* 2.

Procedit ad excluſionem etiam piæ Cauſæ, *ibid. num.* 66.

Ac, etiamſi maſculus ex fœmina nondum eſſet natus, *ibid. num.* 67.

Maſculorum, *ex fœminis* deſcendentium excluſionem operatur conditio: *ſi ſinè filiis maſculis*, quoties *lineæ maſculinæ* vocata ſemper eſt, & contemplata agnatio, *vot.* 1. *num.* 145. *p.* 1.

Maſculi etiam ex *fœminis* comprehenſi dici debent ſub conditione deficientiæ tàm Legitimorum, quàm Illegitimorum, *vot.* 22. *num.* 41. *p.* 1.

Proindeque diſpoſitivè vocati, *ibid. nu.* 42.

Ex ſimplici *Maſculorum* ex *fœminis* vocatione facta deficientibus maſculis ex maſculis, ad paſſivum illorum gravamen inferri nequit, *vot.* 1. *nu.* 143. *p.* 1.

Maſculis ex fœmina exiſtentibus, conditio: *ſi ſinè filiis maſculis* purificata dici nequit, *vot.* 1. *num.* 22. *p.* 1.

Maſculorum appellatione in *Statuto*, ad favorem agnationis condito, veniunt ſolùm maſculi ex maſculis, *vot.* 2. *nu.* 12. *p.* 2.

Maſculi ex fœminis admitti nequeunt, quoties à *Statuto* ſoli agnati ſint vocati, *vot.* 1. *nu.* 15. *p.* 2.

Maſculi ex fœmina non remanent perpetuò à *Statuto* excluſi, quando fœminæ fuerunt in aliquo caſu à Statuto conſideratæ, & quando ipſa fœmina, ſi viveret, non excluderetur à ſucceſſione, *vot.* 2. *nu.* 45. *p.* 2.

Maſculi ex fœminis exiſtentes ultra gradum, à *Statuto* contemplatum, pro extraneis habentur, *vot.* 1. *nu.* 16. *p.* 2.

Maſculi ex fœminis non exiſtentes intra ſextum agnationis gradum, à *Statuto Florentino* contemplatum, nequeunt ex perſona Patris venire ſub Agnatorum nomine, *vot.* 1. *nu.* 22. *p.* 1.

Favore *maſculi ex fœmina* nupta in familia interpretatio ſumenda eſt, ad excluſionem Subſtituti remotioris, *vot.* 1. *nu.* 80. *p.* 2., & quando ſecus? *nu.* 78. & 82., & *vot.* 2. *num.* 126. *p.* 2.

Vid. *Mater*, *Statutum*, *Teſtator*.

MATER.

In *Matre* major, quàm in filiis eſt conjunctio ſanguinis, *vot.* 1. *num.* 42. *p.* 2.

Et minor in filiis, quam in *Matre* proximitas concurrit, *ibid.*

Matre à Statuto excluſâ, etiam filii excluſi ſunt cenſendi, *vot.* 1. *nu.* 9. & 41. *p.* 2.

Qui, nonniſi, tamquam Matris imagines poſſunt venire, *dict. vot.* 1. *num.* 10., & *dict. vot.* 2. *nu.* 48., & 56. *p.* 2.

Mater propter Agnatos à *Statuto* excluſa, nullum efformare poteſt vinculum favore filii, *vot.* 1. *nu.* 40. *p.* 2., & *vot.* 2. *nu.* 58. *p.* 2.

Matris vinculum neglectum penitùs cenſetur à *Statuto*, fœminas, Cognatoſque propter Agnatos excludente, *vot.* 1. *num.* 43. 44. 46., & 47. & *vot.* 2. *num.* 74. *p.* 2.

Matris vinculum impertinens eſt ad conſtituendum agnationis gradum, à Statuto contemplatum, *vot.* 1. *n.* 34. & 70. & *vot.* 2. *nu.* 56. 63. 67., & 78. *part.* 2.

Doctores firmantes, quod gradus proximitas, proveniens ex latere *Matris*, nuptæ in familia, tribuat prælationem Agnato, licèt remotiori ex latere Patris, recenſentur, *vot.* 1. *nu.* 65. *p.* 1. & *vot.* 2. *nu.* 120. *p.* 2.

Qui contrariam defendunt opinionem, adducuntur, *dict. vot.* 1. *nu.* 76., & *dict. vot.* 2. *nu.* 121. *p.* 2.

Pro concordia tamen diſtinguendum eſt; Aut enim agitur de vocatione Agnatorum, factâ cum deſignatione graduum, & linearum, in qui-

quibus agnatio conſervari debeat, & hoc caſu maſculi ex fœmina nupta in familia, ſequetur deſumere proximitatem à Matre, ad effectum excludendi alios de linea vocata *dict. vot. 1. nu. 68., & 78. dict. vot. 2. num. 122.*

Aut verò agitur de diſpoſitione, in qua, omiſsâ rigorosâ agnationis contemplatione, ſimpliciter ſunt vocati vel ipſa familia, vel proximiores de familia, & tunc Maſculo remotiori ſuffragari poteſt proximitas lateris materni, *dict. vot. 1. num. 77., & vot. 2. num. 123., & 127.*

Et hac diſtinctione retentâ, ſi Statutum excludat fœminas non propter Agnatos in genere, ſed propter Agnatos certi gradus, tunc Agnatus excludere volens, nequit deſumere gradum à Matre, etiamſi nupta in familia, *vol. 1. dict. nu. 78., & ſeq., & vot. 2. num. 126., & 131. p. 2.*

Matris incapacitas nequit obeſſe filiis, jure proprio ad ſucceſſionem venientibus, *vot. 1. nu. 11. p. 2., & vot. 2. num. 80. p. 2., ſed vid. num. ſeqq.*

Matris inhoneſtas, ac meretricium de præciſo conceptionis tempore probari debet, ſi pro filiatione tractatus, ac denominatio urgeant, *vot. 9. nu. 76. p. 1.*

Matris inhoneſtatis exceptio, uti altioris indaginis, ad petitorium rejicienda eſt, *vot. 9. nu. 77. part. 1.*

Matri debita Legitima in Bonis filii quanta eſſe debeat, diſceptari ſolet, cum de inteſtata ſucceſſione agitur in vim Statuti, eam, ob exiſtentiam fratrum maſculorum, præterquam à Legitima excludentis, *vot. 23. nu. 4. p. 2.*

Caſu autem Statuti excepto, quæſtio illa tunc ſolum procedit, cum res eſt de ſucceſſione ex teſtamento, *ibid. nu. 7.*

Mater ab inteſtata filii ſucceſſione ob exiſtentiam fratrum maſculorum à *Statuto* excluſa, præterquam à Legitima, hoc nomine, nonniſi tertiam tertiæ poteſt prætendere, *vot. 23. num. 6. part. 2.*

Matris Legitima in Bonis filii, cum teſtamento præmortui, tertia totius debet eſſe, *vot. 23. nu. 8. p. 2.*

Neque in concurſu extranei heredis minui illa poteſt, *ibid. nu. 9.*

Minuique ad eam minuendam, partem facere poſſunt alii filii, *ibid. nu. 10.*

Declara, id procedere, ſi vel præteriti, vel excluſi fuerint, non ſi ad hereditatem concurrant, *ibid. num. 12.*

Hoc enim caſu Matris Legitima cenſenda eſt tertia pars portionis, ipſi ab inteſtato debitæ, non tertia totius, *ibid. nu. 13., & 17.*

Atque hæc eſt inconcuſſa *Doctorum*, & *Sacræ Rotæ* opinio, *ibid. num. 14.*

MATRIMONIUM.

Matrimonii libertatem tuentur Pontificiæ, Civileſque Leges, *vot. 20. num. 7. p. 1.*

Eamque ſicut perimere videtur incuſſus pœnæ metus, *ibid.*

Ità non lædit ſimplex lucri amiſſio, in caſu certi non ſecuti Matrimonii, *ibid. nu. 8.*

Ratio, quia hæc pœnæ nomine non venit, *ibid. num. 9.*

Conditionale *Matrimonium* efficit expreſſa illius mentio, licet per viam modi adjectum ſit, *vot. 14. num. 4. p. 2.*

Matrimonium per viam conditionis adjectum eſſe, quæ jam oſtendant verba? *vot. 14. nu. 12. 13., & 14. p. 1.*

Matrimonio non per viam conditionis expreſſo, ſola ſufficit permanentia in ſeculo, *vot. 14. nu. 40. part. 2.*

Matrimonii, ac permanentiæ in ſeculo utraque conditio implenda eſt, ſtantibus verbis = *che ſi mariteranno, e ſtaranno al ſecolo* = *vot. 14. nu. 7., & 8., p. 2.* ratio *nu. 31.*

Eadem verba = *e ſtaranno al ſecolo* = poſt verba illa = *che ſi mariteranno* = adjecta cenſeri poſſunt ad indicandum tempus fruitionis hereditatis, ejuſque durationem poſt contractum Matrimonium ipſum, itidemque ad excluſionem earum, quæ Religionem velint ingredi poſt contractas nuptias, *vot. 14. num. 21., & 53. p. 2.*

Contrarium, verius, cum ejuſmodi verba conditionem Matrimonii importare minimè videantur, utpotè ampliativè, & augmentativè adjecta ad omnes comprehendendas fœminas, in ſeculo manentes, *ibid. nu. 54., & 55.*

Et caſus ingreſſus in Religionem conſtante Matrimonio, tamquam raró accidens, inveriſimile eſt, quod fuerit à Teſtatore conſideratus, *ibid. num. 56.*

MEDIA.

Media ita ſemper interpretanda ſunt, ut præcedentibus conſonent, ac ſubſequentibus, *vot. 43. nu. 83., & 94. p. 1.*

MELIORAMENTA.

Melioramenta, bonâ fide facta in domo fideicommiſſaria à gravato, amiſſa non dicuntur, *vot. 38. num. 49. p. 1.*

Non tamen poteſt heres gravati ea retinere refuſo heredi fideicommiſſario pretio ſoli, *ibid. numer. 50.*

Sed iſti acquiruntur, cum ædificium ſolo, cui affixum eſt, cedat, *ibid. num. 51.*

Melioramenta in rebus fideicommiſſi ab herede gravato facta, ei debentur, *vot. 44. num. 200. part. 1.*

Uti etiam extrinſeca augmenta, ex ejus induſtria provenientia, *ibid. nu. 201.*

Quæ verò ex natura rei proveniunt incrementa, vel decrementa, cedunt commodo, vel incommodo fideicommiſſarii, *ibid. nu. 202.*

Modò tamen heres gravatus in rerum decrementis culpâ vacet, *ibid. nu. 203.*

Pro *melioramentis*, ab herede gravato factis, reſici ei debet quod minùs eſt inter impenſum, & melioratum, *vot. 38. nu. 52., & 60., & vot. 44. nu. 196. p. 1.*

Dummodo melioramenta utilia fuerint, *dict. vot. 44. nu. 197.*

Non verò, ſi merum rei ornatum reſpiciant, *ibid. num. 198. p. 1.*

Melioramenta facta in domo pro ampliatione, & majori commoditate habitantium, tamquam non neceſſaria, reficienda non ſunt, *vot. 38. nu. 53. part.1.*

Limita, ſi domus ex ampliatione nedum commodior, ſed pretioſior, & majoris valoris effecta ſit, *vot.38. nu.54. p.1.*

Melioramenta facta in domo pro conſtructione novarum manſionum, dicuntur utilia, & ſunt reficienda, *vot.38. num.55., & 57. p.1.*

In *melioramentorum* refectionis materia ſemper inſpicienda eſt illa æquitatis ratio, prohibens locupletionem de alieno, *vot.38. nu.56. p.1.*

Melioramenta pro novarum vitium ſubrogatione, in locum demortuarum facta in prædiis fideicommiſſariis à gravato, non ſunt ei reficienda, *vot.38. nu.58. p.1.*

Secùs, ſi novas conſeruerit vites in perpetuam fundi utilitatem, *num. ſeq.*

Melioramentorum refectionis onus ad Uſufructuarium ſpectat, *vot.23. nu.65. p.1.*

Ita quidem, ut ſubmoveri poſſit ab uſufructu, ſi reficere nolit, *ibid. nu.66.*

Eoque dumtaxat caſu reficere non eſt cogendus, quando paratus eſt uſumfructum dimittere, *ibid. num.67.*

Declara, hæc non procedere in impenſis neceſſariis, vel etiam utilibus, *ibid. nu.69.*

Has enim ſi fecerit, repetit à proprietario, *ibid. num.70.*

Stante etiam contrario pacto, *ibid. num. 71.*

Quæ tamen de magnis impenſis, non autem de modicis intelligenda ſunt, *ibid.nu.76.*

Melioramenta niſi liquidata fuerint, fideicommiſſario nòn eſt deneganda immiſſio, *vot.29. num. 75. p.2.*

MEMORIA.

Memoria, ac nomen familiæ Teſtatoris conſervari nequit, niſi ex nominis, & armorum delatione, *vot.26. num 45. p.1.*

Memoria familiæ Teſtatoris poſſet deleri, Agnatis ad alienas familias commigrantibus, *vot.26.nu. 22. part.1.*

MENS.

Mens hominis naturalis eſt, & facillimè ſequitur naturam, *vot.8. num.30. p.1.*

Mens primariò ſpectanda eſt, etiam neglecto verborum ſenſu, *vot.43. num.117. p.1.*

Non mens verbis, ſed verba menti famulari debent, *vot.23. num.34. p.2.*

Tametſi ab eorum ſignificatione recedendum eſſet, *ibid.nu.35.*

MERCIMONIUM.

Mercimonii cauſsâ quæ comparata ſunt, Legatum generale non comprehendit, *vot. 7. numer. 52. part.2.*

Limita, ſi inutile aliàs redderetur, *ibid. num. 53.*

MINOR.

Minor renuncians, non præſumitur antiqui fideicommiſſi ſcientiam habuiſſe, *vot.4. num.22., & 23. part.1.*

In *Minore* certas non contrahente nuptias, à Teſtatore præſcriptas, bona fides præſumitur, *vot. 20. nu.29. p.1.*

Ac ignorantia præcepti ejuſmodi, *ibid.*

Etiam in *Minore* præſumitur delati ſibi juris ignorantia, *vot.27. num.13. p.1.*

MOBILIA.

Mobilia lapſu temporis conſumpta præſumuntur, *vot.6. num.107. p.2.*

Mobilium conſumptio præſumitur ex decurſu longiſſimi temporis, *vot.18. nu.96., & vot.44. nu. 182. p.1.*

Etiamſi tempus non fuerit centum annorum, *ibid.nu.183.*

Mobilia eo temporis ſpatio conſumpta præſumuntur, quo veriſimiliter conſumi potuerunt, *vot. 44. nu.185. p.1., & vot.6. nu.110. p.2.*

Mobilia, quæ non ſunt ſolidioris materiæ, decennio conſumi præſumuntur, *vot. 6. numer.* 108. *part.2.*

Alia verò ſolidioris materiæ, ſpatio triginta annorum, *vot.44. nu.184. p.1.*

Immò quindecim, & etiam minori, *dict. vot. 6 num.109. p.2.*

Mobilia, quando agitur de familiis nobilibus, & divitibus, adfuiſſe præſumuntur tempore obitus Fideicommittentis, *vot.6. nu.100. p.2.*

Etiam argentea, & alia ſolidioris materiæ, quæ non ita facilè corrumpuntur, *ibid. nu.101.*

Mobilibus poteſt uti heres gravatus, & detractiones ex aliis Bonis facere, *vot. 6. numer. 111. part.2.*

Mobilia, ſi Teſtator præcepit, in detractiones imputantur; *vot.44. num.188. p.1.*

Pro ſolvendo ære alieno nequit immobilia diſtrahere heres gravatus, ſi *mobilia* pretioſa exiſtant, *vot.44. nu.189. p.1.*

Mobilia pro ære alieno ſolvendo vendere heres gravatus non tenetur, *vot.44. nu.180. p.1.*

Sed iis poteſt uti, & ex aliis Bonis detractiones facere, *ibid. nu.181.*

Mobilia, quæ Teſtator æſtimari, eorumque pretio æs alienum diſſolvi juſſit, heres conſervare tenetur, vel æſtimationem perſolvere, *vot.44. nu.187. p.1.*

Mobilium ſolidioris materiæ uſus heredi gravato illicitus eſt, exiſtente ære alieno, *vot.44. num. 192. p.1.*

Eorumque valor, inde imminutus, cedit heredis damno, *ibid. num.193. p.1.*

Ipſorum autem valoris incrementum, ex ipſius heredis induſtria, ad eum ſpectat, *ibid. numer. 194.*

Dummodo de antiquo illorum ſtatu ex inventario appareat, *ibid. nu.195.*

Mobilium pretio, ex præcepto Teſtatoris, ſolvenda debita, heres gravatus, aliis hereditariis rebus dimittere nequit, *vot.44. num. 190. part.1.*

De *mobilibus*, ex Teſtatoris præcepto, in æris alieni diſſolutionem diſtrahendis, *rationem reddere* tenetur heres, inſpecto tempore obitus Teſtatoris, *vot.44. num.191. p.1.*

De *mobilibus* num heres *rationem reddere* debeat, ex circumſtantiis facti judicandum eſt, *vot.* 44. *num.*186. *p.*1.

Ex non reddita *mobilium* ratione reſultat præſumpta conſumptio, *vot.*6. *num.* 102. *p.*2.

Mobilium non reddita ratio obſtat detractioni Legitimæ, & trebellianicæ, *vot.*6. *numer.* 103. *part.*2.

Etiamſi illorum exiſtentia probetur in genere, *ibid.nu.*104.

Mobilium occultatio ad reddendas turbidas *detractiones*, levioribus argumentis probatur, *vot.*6. *num.*105. *part.*2.

Mobilia pro conſumptione detractionum computari, aliqui negant, *vot.*6. *num.* 106. *part.*2.

Omiſſâ *mobilium* deſcriptione, *inventarium* accuratè confectum dici nequit, *vot.* 26. *numer.* 50. *part.*2.

Mobilia deſcribenda ſunt in *inventario*, ut ajunt, cum pondere, numero, & menſura, *vot.* 26. *num* 53. *part.*2.

Mobilia in ſolemni *inventario* non deſcripta, ſat eſt, ab herede deſcribi in actu, quo Legatario traduntur, *vot.*26. *nu.*54. *part.*2.

A *mobilium* deſcriptione, in inventario omiſſa, ut heres excuſetur, ſufficit, quod potuerit dubitare, an deſcribenda eſſent nec ne, *vot.*18.*nu.* 101. *part.*2.

Mobilium æſtimationis omiſſio non ex dolo, & culpa heredis, haud officit inventarii validitati, *vot.* 18. *num.*102. *part.*2.

Mobilium valoris expreſſio ad integritatem inventarii neceſſaria non erat tempore ante editam *Sac. Rot. deciſ. anno* 1706. *in Romana pecuniaria, ſeù Locorum Montium coram Molines*, *eod. vot.*18. *dict. num.*102.

Et in poſteriori *deciſ. cor. eod. emanata* 3. *Junii* 1707., norma data eſt irrita declarandi inventaria, abſque tali expreſſione facta, ſolùm pro futuris, non pro præteritis caſibus, *ibid. numer.* 103.

Mobilium, & Bonorum omnium inventarium juſte heres conficit ex Teſtatoris præcepto, *vot.*26. *num.*49. *part.*2.

Mobilium domus nomine ſecundùm communem Italiæ uſum, nonniſi ſupellex, & utenſilia domus intelliguntur, *vot.*26. *num.*13. *p.*2.

Et hic uſus *Romæ* etiam invaluit, *num.* 14.

Sub Legato *mobilium*, concepto per dictionem = *tutti* = comprehenſa cenſentur ea etiam, quæ aliàs non venirent *mobilium* nomine, *vot.* 11. *num.*21. *p.*2.

Ita ut ampliandum illud cenſeatur ad omnia ea, quæ apta ſunt moveri de loco ad locum, *ibid. num.*22.

Licèt horum nomine veniant ſolùm, quæ ad ornamentum, & inſtructionem domus paratæ ſunt, *ibid.*

Vid. *heres*, *melioramento*.

MODUS.

Modus, & *conditio* perfectam adquiſitionem æquè impediunt, *vot.*20. *nu.*13. *p.*1.

Modus à *conditione* in eo differt, quod modus, etiam poſt quæſitum emolumentum adimpleri poteſt, *vot.*27. *num.*36. *p.*1.

Modum potiùs, quàm *conditionem* importare *onus nominis*, & *armorum*, præſumitur, *vot.*27. *nu.* 27. *part.*1.

Idem de alio quocumque onere, *ibid.num.*28.

MOLESTIÆ.

Moleſtias inferre Teſtatoris filiis prohibito *in inſtitutum* Loco pio, vehemens inde argumentum elicitur, quod ejus ſubſtitutio, licèt demandata in caſu illorum obitus ſinè filiis, expirare non deberet, ubi cum filiis illi obiiſſent, *vot.* 35. *nu.*10. *p.*1.

MONACHUS.

Ad *Monachum* delata hereditas, Monaſterio adquiritur, *vot.* 4. *nu.*2. *p.*1.

Immò rectâ via huic delata dicitur, *ibid. numer.*3.

A *Monacho* facta renunciatio, Monaſterio nihil nocet, *vot.*4. *num.*10. *p.*1.

Vid. *Monaſterium*.

MONASTERIUM.

Monaſterio capaci Bonorum in communi, immiſſio competit ex perſona Monachi, in eo profeſſi, *vot.*4. *nu.*26. *p.*1.

Monaſterium ex perſona Monachi capax eſt ſuccedendi in fideicommiſſis, etiam agnatitiis, *vot.* 4. *num.*96. *p.*1. Intellige ut *num.*118.

Monaſterium non ſuccedit, quando reſiſtit voluntas Teſtatoris, *vot.* 4. *num.*123. *p.*1.

Monaſterii adquiſitio ad vitam Religioſi adverſatur Bonorum conſervationi in familia, *vot.*4.*nu.* 121. *p.*1.

Monaſterii capacitas nil prodeſt adverſus ampliſſimam renunciationem, à Monacho emiſſam, *vot.*4. *nu.*78. *p.*1.

MONETA.

Monetæ ſpecies in contractum deducta ſi non extet ſolutionis tempore, ſolutio eſt juxta antiquam ipſius monetæ æſtimationem, ſeu valorem intrinſecum facienda, *vot.*44. *nu.*124. *p.*1.

Si verò extet, tunc ſolvenda illa ſpecies, vel monetæ valor, inſpecto ſolutionis tempore, *ibid. nu.*125.

MORA.

Moræ purgatio, & in integrum reſtitutio, ſunt remedia, Legis æquitate impoſita, *vot.*32. *num. num.*19. *p.*2.

Moræ quamcumque purgationem excludit alienantis mala fides, *vot.*32. *nu.*18. *p.*1.

A *Mora* quis melius per realem, quàm per verbalem oblationem liberatur, *vot.* 27. *numer.* 7. *part.*1.

MORS.

Mors ab eam allegante probanda eſt, *vot.* 30. *num.* 88. *p.*1.

Conjecturis tamen, & præſumptionibus probari poteſt, *ibid. nu.*89.

Præcipuè, cum de re agitur ignota, atque incerta, *ibid.*

Tunc enim non aliter, quàm conjecturis, & præ-

præſumptionibus probari poſſe dicitur, *ibid. num.90.*

Contrariæ auctoritates declarantur procedere in re gravis præjudicii, ſecus quando leve illud eſt; *ibid. nu.91.*

Quo caſu recipitur etiam probatio per publicam vocem, & famam, *ibid. nu.92.*

Poſt *Mortem* reſtituere rogatus extraneus heres, trebellianicam non detrahit, *vot.30. numer.23. part.2.*

Poſt *Mortem* reſtituere rogatus extraneus heres, fructibus perceptis trebellianicam conſumit, atque falcidiam, *vot.30. num.24., & 25. p.2.*

MORTUUS.

Mortuus quod locum faciat conditioni, impoſſibile eſt, *vot.31. nu.12. p.2.*

MULIER.

Mulieres non debent indotatæ remanere, *vot. 23. num.38. p.1.*

Mulieris favore hypothecata ſunt omnia viri Bona, *vot.23. nu.39. p.2.*

Mulieri datur electio Bonorum, ſuper quibus dotale creditum conſequatur, *vot. 23. numer. 40. part.2.*

Quoad *Mulierem* honeſtæ conditionis probatio cuſtodiæ ventris non requiritur pro effectu filiationis, *vot.9. num.72. p.1.*

De *Muliere* ſi agatur, publicæ non expoſita libidini, ſpurietas excluditur, etiam non probatâ ventris cuſtodiâ, *vot.9. num.73. p.1.*

In *Muliere*, certas non contrahente nuptias, à Teſtatore præſcriptas, dolus excluditur, dum alias contrahat auctoritate Patris, *vot.20. num. 30. p.1.*

Vel ſaltem adverſus prætenſam incurſam pœnam ei reſtitutio in integrum eſt concedenda, *ibid. nu.31.*

Pœnam autem non incurrit, niſi interpellata ſit, *ibid. nu.33.*

Sententia, *Mulieri* eo caſu denegans reſtitutionem in integrum, plures contradictores babet, *ibid. num.37.*

A *Muliere* donatio facta viro, non valet quoad adquiſitionem dominii, *vot.25. nu. 78. p.1.*

Prodeſt tamen, ut is lucretur fructus, ſi donationem valere crediderit, *ibid. nu.79.*

Facta à *Muliere* Adminiſtratoris liberatio ſinè ſolemni redditione rationis, inutilis prorsùs eſt, *vot.7. nu.46. p.2.*

Præiertim, ſi *Statutum* adſit certas præſcribens ſolemnitates in contractibus mulierum, *ibid. num.47.*

Mulier conditioni ſervandæ viduitatis non parendo, nedum ab hereditate decidit, ſed reſtituere tenetur, niſi de contraria Defuncti voluntate concludenter conſtet, *vot.19. num.5. p.2.*

Hæcque opinio tùm exterorum Tribunalium, tum *Sacræ Rotæ* auctoritate confirmata eſt, *ibid. num.6.*

N

NATIO.

N*ationis* nomen regulariter ad genus gentis, & hominum refertur, *vot.4. nu.51., & 59. part.2.*

Nationis nomen ſignificat genus hominum, qui non aliunde venerunt, ſed ibi nati ſunt, *vot.4. num.60. p.2.*

Nationis nomen non ad Patrem relativè adhibitum, verificari etiam in eo poteſt, qui Patrem habet exterum, *vot.4. num.62. p.2.*

NATURALIS.

Natura differentiam nullam agnoſcit filii *naturalis*, atque legitimi, *vot. 8. nu.31. p.1.*

Etiam per *naturales* agnatio conſervatur, *vot.9. nu. 125. p.1.*

Sive ſint legitimati, ſive non, *ibid. nu. 126.*

Naturales etiam veniunt ſub nomine *lineæ* = *vot. 8. num. 125. p.1.*

Præſertim in parte conditionali, *ibid. nu. 126.*

Naturalis ex eo ſolùm, quod poſitus ſit ſub conditione, repellit Subſtitutum, *vot.8. num.165. part.1.*

Et licèt non vocatus, conditionem facit deficere, *ibid. nu.166.*

Naturales non comprehendit filiorum nomen, acceptum non naturaliter, ſed quoad civiles effectus, *vot.8. num.37. p.1.*

Ulpiani ſententia Lib. 9. ad Sabinum explicatur, *ibid.*

Naturales etiam veniunt *filiorum*, & *Deſcendentium* nomine, *vot.8. num.32. p.1.*

Procedit, & de fœmina tantummodò naturali, *ibid. nu.34.*

Naturalibus propriùs, quàm *Legitimis* convenit *filiorum* nomen, *vot.8. num.35. p.1.*

Naturales filii ſunt à natura, legitimi à Lege, *ibid. num.36.*

Naturalibus alicujus Loci relictum Legatum, iis etiam competit, qui ibi per decennium commorati fuerint, *vot.4. nu.10. p.2.*

Naturalibus quum debentur Beneficia, *naturalis* nomen de Stylo accipitur pro *nato*, *vot. 4. num. 57. part.2.*

Vid. *Filius*, *Liberi*.

NATUS.

Natus qui nondum eſt, nec gratus nec ingratus poteſt eſſe Teſtatori, *vot.37. num.21. p.1.*

NEGLIGENTIA.

Negligentia anteceſſorum nocere non poteſt venienti ad fideicommiſſum jure proprio, *vot.13. num.60. part.1.*

NEGOTIA.

Negotiorum non exitus, ſed initium ſpectandum eſt in iis, quæ neceſſaria ſunt, *vot. 44. nu.264. part.1.*

NEMO.

Nemo in eo, quod competit, quatenus ob alio datur, poteſt plus ſibi arrogare, quàm datum

tum ſuerit, *vot. 41. numer. 12. part. 1.*
Etiamſi agatur de majori ad minùs, & a minùs probabili ad magis probabile; *ibid.*
Nemo mediocriter diligens rem ſuam negligere cenſetur ſpatio temporis longiſſimo, *vot. 18. nu. 10. p. 2.*

NEPOS.

De *Nepotibus* quod dicitur, habet locum in Pronepotibus, & ulterioribus Deſcendentibus, *vot. 35. nu. 5. p. 1.*
Nepotum favor ſi concurrat cum præjudicio alterius, hoc magis ſpectari, ac prævalere debet, *vot. 21. nu. 36. p. 2.*
Nepos per repræſentationem fit æqualis proximitatis cum Patruo, *vot. 12. num. 169. p. 1.*
Nepotes legitimi ex filio naturali, pro nepotibus non habentur, ſed pro extraneis, *vot. 13. num. 37., & 54. p. 1.*
Nepotes ex fœminis dicuntur, & ſunt de Avi deſcendentia, *vot. 42. nu. 30. p. 1., & vot. 32. num. 24. part. 2.*
Etiam *nepos* naſci dicitur de corpore Avi, *vot. 43. nu. 5. part. 1.*
Nepotum, aut Pronepotum nomine non veniunt deſcendentes legitimi ex filia Spuria, *vot. 43. num. 38. p. 1.*
Nepotes ex filia, licèt excluſa, vocaſſe cenſetur, Teſtator, nullos Deſcendentes habens, *vot. 43. nu. 52. p. 1.*
Contrarium quando? *ibid. nu. 53. & ſeq.*, & *vid. num. 87.*
Nepotes, ac ulteriores Deſcendentes in conditione poſiti, *ex Statuto Urbis* 142. vocati cenſentur, *vot. 37. nu. 52. p. 1.*
Nepotes ſub nomine filiorum quando comprehendantur vel non? Vid. *Deſcendens*, *filius*.
Quando itidem nepotum appellatione veniant æquè Maſculi ex Maſculis, ac Maſculi ex fœminis, & quando ſecus? Vid. *Maſculinitas*, *Maſculus*.

NEPTIS.

Neptis in concurſu Extranei cenſenda eſt comprehenſa ſub filiorum nomine, *vot. 37. nu. 36. p. 1.*
Neptes eò minùs in conditione poſitæ cenſendæ ſunt à Teſtatore, ſi nec poſuit in conditione proprias filias, quantumvis in mente habitas, *vot. 12. nu. 4. 5. 6. p. 2.*
Declara, id procedere, ſi in mente habuerit fœminas in genere, ſecùs ſi de ſolis filiabus cogitaverit, *ibid. num. 45., & ſeq.*
Neptis quod non debeat melioris eſſe conditionis, quàm filia, quando procedat, vel non?, *vot. 12. nu. 42., & nu. ſeqq. p. 2.*
Raro *neptes* dotatæ reperiuntur tempore mortis Avi, *vot. 15. num. 58. p. 2.*
Nepti ditiſſimæ quod dotem de proprio Avus relinquere voluerit, non eſt cenſendum, *vot. 29. num. 69. p. 2.*
Vid. *filius*, *Teſtator*.

NOBILIS.

Nobilis viri diſpoſitio præſumenda eſt per fideicommiſſariam potiùs, quàm per vulgarem factam, *vot. 22. numer. 27. part. 1.*
Nobilium perſonarum ultimæ diſpoſitiones reſpicere ſolent ad Bonorum conſervationem in familia, *vot. 22. num. 18. p. 1.*
Ad eamque aſſequendam fideicommiſſaria, non autem vulgaris conferre poteſt, *ibid. nu. 29.*
Nobiles ſolent maſculos illegitimos filiabus præferre, etiam in Dignitatibus, *vot. 9. num. 127. part. 1.*
Ad *nobilium* munera, Legitimati, admittuntur ex *Hiſpaniæ* conſuetudine, *vot. 9. num. 129. part. 1.*
Eademque conſuetudo viget in *Italia*, *ibid. numer. 130.*
Præſertim *Bononiæ*, *vot. 9. num. 131.*

NOBILITAS.

Nobilitas majores animo ſtimulos admovet pro nominis perpetuitate, ac familiæ conſervatione, *vot. 10. num. 103. p. 1.*
Nobilitas Teſtatoris non plurium, ſed unius Primogeniti vocationem ſuadet, *vot. 12. num. 62. part. 1.*
Nobilitas Teſtatoris conjecturam agnatitii fideicommiſſi præbet, *vot. 9. nu. 123. p. 1.*
Nobilitas familiæ Teſtatoris reciprocum fideicommiſſum arguit, *vot. 10. nu. 13. p. 1.*
Nobilitate gradus materni à Teſtatore optatâ, ad fideicommiſſum adſpirare poteſt, qui eâ præditus eſt, *vot. 33. num. 1. p. 2.*
Non ita alii, ex ignobili Matre progeniti, *ibid. num. 2.*
Nobilitatem requiſitam ab *Ordine Sancti Stephani* ſi Teſtator exegerit, ad fideicommiſſum non admittitur natus à Matre nobili, quoties gradus nobilitatis Aviæ maternæ deficiat, *vot. 33. nu. 3. part. 2.*
Nobilitatis gradu, à Teſtatore præſcripto, carens Primogenitus, non excludit alios lineæ præcedentis, eâ nobilitate præditos, *vot. 33. num. 40. part. 2.*
Parem *nobilitatis* gradum à Teſtatore optatum lineæ prærogativa vincit, *vot. 33. nu. 5., & 43. part. 2.*
Nobilitas, quæcumque ſit, apta non eſt Illegitimos excludere, ubi adhibita leguntur verba naturalia, *vot. 8. num. 50. p. 1.*
Vel ſaltem illos perpetuò non arcet, ſed tantùm exiſtentibus Legitimis, *ibid. num. 51.*
Vid. *filius*, *Illegitimus*, *Legitimus*.

NOMEN.

Nomen appellativum ſingulariter prolatum, *nominis proprii* vim aſſumit, *vot. 12. numer. 36. part. 1.*
In *nominibus* interpretandis perſæpè etiam Juriſperiti falluntur, eademque impropriè accipiunt, *vot. 7. nu. 16. p. 2.*
Pro *nominis* perpetuitate majores animo ſtimulos nobilitas admovet, *vot. 10. numer. 103. part. 1.*
Ex diverſo *nomine*, & *inſignibus* familiæ diſtinguuntur, *vot. 26. num. 43. p. 1.*
Nomen, & *memoria* Teſtatoris conſervari nequit, niſi

nisi ex nominis, & armorum delatione, *vot.26. num.45.p.1.*

Nominis, & *familiæ* conſervandæ votum impleri non dicitur, ſi admittantur, qui alienæ familiæ nomen, & inſignia deferant, *vot.26. num. 16. p.1.*

Nomen, & *inſignia* agnationem, originem, ac familiam arguunt, *vot.26. nu.14. p.1.*

Vox *nomen* ſuâpte naturâ pertinet ad ſolos Agnatos, per quos nomen Defuncti conſervatur, *vot.26. nu.55. p.1.*

Nomen, & *inſignia* familiæ à vocatis dimitti nequeunt, *vot.26. nu.15. p.1.*

Nomen domus, & *arma* familiæ retinere coguntur vocati ad fideicommiſſum, pro agnationis conſervatione conditum, *vot.26. num.46. p.1.*

Procdit, tali etiam onere non expreſſo, *ibid.*

Gerentes *nomen*, & *inſignia* alienæ familiæ, familiam Teſtatoris conſervare non dicuntur, *vot. 26. nu.12., & 41. p.1.*

De *nominis*, ac *inſignium* aſſumptione ubi res eſt, illa præjudicat contraventio, quæ delicti ſpeciem habet, *vot.27. nu.15. p.1.*

Quamque nec error excuſare valet, *ibid.*

Nominis, & *inſignium* aſſumptionis declaratio non requiritur, quando non eſt injuncta, *vot.27. nu. 1., & 8. p.1.*

Nominis, & *inſignium* delatio continuata præſumitur, niſi intermiſſa probetur, *vot. 27. nu. 4. part.1.*

Ipſaque continuatio ſupplet quamcumque eorum aſſumptionis faciendam declarationem, *dict.vot. 27.nu.5.p.1.*

Nominis, & *inſignium* alterius familiæ delatio regulariter vel non ſit, vel non permittitur abſque præcedenti titulo, *vot.27. nu.10. p.1.*

Stante autem præcepto Teſtatoris, ad illud referenda eſt, *ibid. nu.11.*

NOMINATIO.

Nominationi in ejus perſonam faciendæ locum factum eſſe, Actor probare debet, *vot. 45. num.1. part.1.*

Et conditione non adhuc purificatâ, repellendus eſt, *ibid. nu.2., & 53.*

NOTARIUS.

Notarii, & *Teſtatores* verbis, & clauſulis abundare conſueverunt, *vot.41.nu.81. p.1.*

NUMERUS.

Numerus ſingularis unam, & non plures complectitur perſonas, *vot.12. nu.2. p.1.*

Singularis numerus per ſequentia *pluralia verba* declaratur, *vot.12. num.11. p.1.*

Singulari, ac *plurali numero* eadem eſt virtus, quoties non læditur Teſtatoris voluntas, *vot.12. nu.10. p.2.*

Numerus ſingularis aliquando alterari debet, *vot. 12. nu.58. p.1.*

Non tamen, ſi refiſtat voluntas Diſponentis, *ibid.*

Numeri ſingularitas in Primogeniti vocatione, cenſetur conſultò à Teſtatore adhibita ad unum deſignandum Primogenitum, *vot. 12. num. 59. part.1.*

Neque impropriaanda, ſed coadjuvanda eſt, *ibid.*

Procedit, etiamſi pluralia ſubſequantur verba, quoties hæc tàm ad primum, quàm ad alios ſucceſſivos Primogenitos referri valeant, *ibid. num.60.*

Eademque verba declarationem recipere debent ab ipſa primogenituræ natura, plures eodem tempore non admittentis, quamvis connotati aliquo adjuncto pluralis numeri legantur, *ibid. nu.62.*

Plurali numero factam Primogeniti vocationem ipſa majoratus natura in ſingularem convertit, *vot.12. nu.63. p.2.*

O

OBLATIO

Oblatione reali meliùs, quàm verbali quis à mora liberatur, *vot.27. num.7. p.1.*

OBLIGATIO.

In *obligationibus* etiam, & contractibus quoties dies non adponitur, præſenti die pecunia debetur, *vot.30. num.11. p.1.*

Obligatio Bonorum, cenſuum conſtitutio, & his ſimilia comprehenduntur ſub alienandi prohibitione, amplis, & effrenatis verbis conceptâ, *vot.32. nu.5. p.2.*

Obligationem Bonorum, & cenſuum conſtitutionem prohibens, multò magis prohibere cenſetur actum donationis inter vivos, *vot.32. nu.6. part.2.*

Quamvis Donanti integer uſusfructus reſervetur, *ibid. num.7.*

OBSERVANTIA.

Obſervantia multùm valet pro declaranda Teſtatoris voluntate, *vot.14. nu.46. p.1.*

Obſervantia multùm confert ad interpretandam Fideicommittentis diſpoſitionem, *vot.2. nu. 45. part.1.*

Obſervantia diuturna diſpoſitionem interpretatur, *vot.8. nu.198. p.1.*

Obſervantia octuaginta annorum optimè declarat, quid fuerit in renunciatione comprehenſum, *vot. 30. numer. 17., & vot. 20. numer. 63. part.1.*

Immò ſufficit, ſi annorum ſit octodecim, *dict. vot.20. num.64.*

Obſervantia declarativa fideicommiſſi, ex facto heredum proveniens, multùm attendenda eſt, *vot.10. numer.52. part.1., & vot.41. numer.22. part.1.*

Præſertim, ſi ex facto primorum vocatorum proveniat, *dict. vot.10. num.53.*

Obſervantia interpretativa in dubio declarat, fideicommiſſum non adeſſe, *vot.21. nu.87. p.1.*

Obſervantia interpretativa promanans ex facto ſucceſſorum ſufficit pro declaranda mente Teſtatoris, *vot.41. num.24. p.1.*

Etiamſi ex unico actu deſumatur, *ibid. num.25.*

Obſervantia, cum agitur de interpretanda Teſtatoris mente, non requiritur, quod ſit præſcriptiva,

ptiva, ſed exuberat interpretativa promanans ex facto ſucceſſorum, *vot.41. nu.23., & 24. part.1.*

Obſervantia interpretativa elicitur ex actibus geſtis a perſonis veroſimiliter informatis de Teſtatoris mente, *vot.21. num.86.*

Obſervantia, & credulitas heredis fideicommiſſum non inducit, ubi non eſt, *vot.10. num.118. part.1.*

Nec ubi adeſt, illud deſtruit, *ibid.*

Per contrariam *obſervantiam* nequit gravatus tacitè aliis vocatis præjudicare, *vot.10. num.13. p.1.*

Obſervantia excluſiva fideicommiſſi inducta ex facto heredis, corruit ex contrario actu, *vot.10. num.116. p.1.*

Obſervantia valet pro interpretanda dumtaxat re dubia, *vot.13. num.51. part.1.*

Obſervantia poteſt quidem fideicommiſſum dubium declarare, non verò illud clarum evertere, *vot.2. num.64. part.1., & vot.13. num.52. part.1.*

Obſervantiæ conjectura ſuperat voluntatem Teſtatoris, ex aliis conjecturis elicitam, *vot.10. num. 114. p.1.*

Obſervantia erronea, vel æquivoca nil prodeſt, *vot.41. num.90. p.1.*

Obſervantia, fideicommiſſi excluſiva ex quibus inducatur? *vot.21. numer.85. part.1.*

Obſervantia non nocet vocatis, jus ex perſona propria deſumentibus, *vot.10. num.115. p.1.*

Obſervantia, ut noceat, debet eſſe cum ſcientia ſui juris, & ex actibus univocis, *vot.41. nu.89. part.1.*

Obſervantia ex taciturnitate, vocatis nocere non poteſt, niſi habuerint ſcientiam teſtamentariæ diſpoſitionis, *vot.41. nu.87. part.1.*

Præſertim, ſi aliqua probabilis cauſſa eſſe potuerit, cur tacuerint, *ibid. nu.88.*

Obſervantia ſolos Maſculos ad ſucceſſionem admittens, non obeſt fœminis vocatis, niſi doceatur, quod ex ſcientiam habuerint fideicommiſſi, ejuſque purificationis ad earum favorem, *vot.2. numer.63. p.1.*

OCCULTATIO.

Doloſæ jurium, & creditorum *occultationis* ſola ſuſpicio ſufficit, ut inventarium irritetur, *vot. 18. nu.107. p.2.*

Ceſſat ejuſmodi ſuſpicio ex relatione habita ad ſcripturam, unde eorum certitudo haberi poſſit, *ibid. num.*108.

Quod procedit pro tuendo herede, etiam contra hereditarios Creditores, *ibid. nu.109.*

Occultationis jurium, & creditorum ſuſpicio, deficiente etiam inventario, ceſſat, quoties de hereditario ſtatu aliunde apparere poteſt, *vot. 18. nu.110. p.2.* Vid. *Inventarium.*

ODIUM.

Ex *Odio* irrationabili tranſitum Bonorum in certas perſonas prohibens diſpoſitio, non ſuſtinetur, *vot.18. nu.43. p.2.*

Probanda tamen eſt cauſſa talis odii irrationabilis, *ibid. nu.45.*

Aliàs ex ſola irrationabilitate non irritatur diſpoſitio, *ibid. num.46.*

In *odioſis*, & pœnalibus ſtrictè, & propriè proceditur, *vot.21. nu.38. p.2.*

In *odioſis* alii, præter expreſſos, non comprehenduntur, *vot.9. num.82. p.1.*

OFFICIA.

In *officiis* exhibendis, præſtandiſque ordines, & & gradus quoſdam ſervare debemus, *vot.4. nu. 31. p.2.*

OLEUM.

Oleum à Teſtatore emptum, ut eo uteretur in lanificio, enumeratur inter inſtrumenta artis Lanariæ, *vot.26. nu.26. p.2.*

ONUS.

De *onere* ubi quæſtio eſt, ſtrictiſſima capienda eſt interpretatio, *vot.27. nu.2. p.1.*

Onus à Teſtatore non expreſſum, adiici ab eo noluiſſe cenſetur, *vot.27. nu.46. p.1.*

Onera à Teſtatore minimè adpoſita, non ſunt ſubintelligenda in præjudicium heredis, *ibid.*

Præſertim, quando Teſtator ad certa taxativè onera ſeſe retulit, novumque induceretur onus contra mentem Juris, *ibid.*

Onus impleri debet, nonniſi ab iis, quibus expreſsè injunctum eſt, *vot.27. nu.43. p.1.*

Onus per viam non conditionis, ſed modi injunctum, per viam pœnæ injunctum dicitur, *vot. 27. nu.25. p 1.*

Pœna autem ex contraventione non incurritur, niſi præcedat interpellatio, *ibid., & nu.37.*

Oneris inadimplementum perfectæ adquiſitioni ſemper obſtat, ſivè per viam modi, ſivè per viam conditionis onus injunctum ſit, *vot.20. nu.13. part.1.*

Onus implendum poſt adeptam hereditatem, adquiſitionis actum reſpicere non dicitur, *vot.27. nu.32. p.1.*

Onera Subſtitutis injuncta, ſub iiſdem intelligi debent conditionibus, ſub quibus eorum ſubſtitutiones factæ ſunt, *vot.21. nu.54. p.1.*

His autem non purificatis, eadem onera evaneſcere cenſentur, *ibid. num.55.*

Ex *onere* heredi impoſito interim alendi filiam, conditionale deprehenditur Legatum, filiæ præſtandum quando nubat, *vot.5. num.22., & 46. p.2.*

Ex *oneribus* indefinitè heredi injunctis, perpetuum fideicommiſſum poteſt argui, *vot.16. num.23. part.2.*

Ex injuncto heredibus inſtitutis, ac ſubſtitutis *perpetuo* Legati *onere*, arguitur fideicommiſſi progreſſivitas, *vot.7. nu.70. p.1.*

Ex *onere* etiam *perpetuo*, quod intra unius anni terminum impleri poteſt, fideicommiſſum non reſultat, *vot.16. nu.24. p.2.*

Onera realia, ut potè Bonis infixa, cum Bonis ipſis ad quemcumque ſucceſſorem tranſeunt, *vot.27. num.124. p.2.*

Etiamſi Bona à Laico tranſeant in Clericum, *ibid. nu.25.*

Onus reſtitutionis liberam de Bonis donatis diſponendi facultatem excludit, *vot.17. numer.45. part.1.*

Onus ultimo morienti adjectum cenſetur, ſi nullus alius

allus expreſſus ſit, vot.11. numer.70. part.1.

Onus ſuper Legato impoſitum acceptare nolniſſe ccnſetur filia, quæ oonniſi in computum Legitimæ Legatum acceptare declaraverit, vot. 46. num.64. p.1.

Oneris acceptatio tacita facta à filio in re propria, eidem non præjudicat, licèt factus major, diù pateroam hereditatem poſſederit, vot.8. num. 50. p.2.

Onera Legitimæ adjecta filius impugnare poteſt, vot.3. nu.5. p.2.

Ad *onus*, quod non ſit ſupra Legitimam, filius tenetur, vot.3. nu.14. p.2.

Onus ſuper Legitimà ſuſtinetur, quando ſervata fuerit *Soccini* cautela, vot.5. nu.12. p.2.

Oneris in Legitima impoſiti ratificatio reſultat ex numquam impugnata à filio diſpoſitione Patris, vot.8. num.36. p.2.

Ejuſmodi autem ratificatio tollit præcedentis acceptationis nullitatem, ibid.

Ab *onere* ſuper Legitimâ non reclamando filia, non ideo illud adprobaſſe cenſetur, ac ſibi in Legitima præjudicaſſe, vot.5. num.6. p.2.

Adprobationem *oneris* ſuper Legitimâ inducere ſola taciturnitas ſufficiens non eſt, vot.5. numer. 40. part.2.

Juncta tamen cum præcedenti adprobatione paternæ diſpoſitionis, acceptati oneris argumentum præbet, ibid. num.41.

Onus in Legitimam imputandi nihil adimit Donatario, vot.44. num.77. p.1.

Onus in Legitimam imputandi res ob cauſſam certi Matrimonii donatas, non excluditur ex facta obligatione evictionis præſtandæ, vot.44. numer. 76. part.1. Vide *filius*, *Legitima*.

Ob impoſitum ſibi *onus nominis*, & *inſignium* heres tenetur ſub pœnà caducitatis, licèt non ſit expreſſa, vot.26. num.63. p.1.

Onus aſſumendi *nomen*, & *inſignia* Teſtatoris, per illorum aſſumptionem ſatis adimpletum dicitur, vot.27. num.1., & 3. p.1.

Etiam nullâ ejus rei declaratione factâ, quoties hæc à Teſtatore non ſit injuncta, ibid. num.8.

Onus nominis, atque *armorum* præſumitur potiùs per viam modi, quàm conditionis injunctum, vot.27. num.27. p.1.

Procedit, & de alio quocumque onere, ibidem numer.28.

Onus nominis, & *armorum* per viam licèt conditionis explicatum, in præceptum reſolvitur, vot. 27. num.31. p.1.

Ex *onere* deferendi *nomen*, & *inſignia* rectè arguitur vocatio filiorum in conditione poſitorum, vot.21. nu.50. p.1. Declara ut num.52.

Onus aſſumendi *nomen*, & *inſignia*, niſi filiis in conditione poſitis injunctum fuerit, ipſorum vocationem non inducit, vot.21. num.59. p.1.

Onus aſſumendi *nominis*, & *inſignium* conſervationem alienationis, ac perpetuum fideicommiſſum arguit, vot.27. nu.121. p.1.

Onus aſſumendi *nomen*, & *inſignia*, nec non injunctus primogenituræ ordo perpetuum inducuot fideicommiſſum, vot.21. num.51. p.1.

Onus aſſumendi *nomen*, & *inſignia* aliquam agnatioois præſumptiooem facit, vot.32. numer.45. part.2.

Fœminas tamen, ſecluſis aliis conjecturis, non excludit, ibid. num.46.

Onus nominis, & *inſignium* injunctum poſt naturalem extioctam agnationem, ejus cooſervandæ votum in primis perbibet, vot.26. nu.10., & vot.27. num.54., & 133. p.1.

Cum onere *nominis*, & *inſignium* ſi poſt agnatos extranei vocati ſunt, volita agnationis conſervatio cenſetur modo priùs naturali, ac deinde artificiali, vot.26. num.74. p.1.

Onus nominis, & *inſignium* ſufficiens argumentum non eſt agnationis contemplatæ, vot.21. nu.21., & 22., vot.26. num.67. p.1.

Onus aſſumendi *nomen*, & *inſignia* Teſtatoris impoſitum præſumitur pro ſola ipſius nominis memoria non intuitu agnationis, quoties aliæ deficiant conjecturæ, vot.21. num.22. p.1.

Et maximè, ſi in cootrarium conjecturæ urgeant, ibid. num.23.

Ex ejuſmodi *onere* non benè infertur agnationis contemplatio in caſu, quo, poſthabitis Agnatis, Extranei cum tali onere vocati ſunt, ſecus in caſu priùs factæ Agnatorum vocationis, vot. 26. numer. 69. 70., & 71. part.1.

Et juxta hanc diſtinctionem explicantur *Deciſiones* relatæ dict. numer.67., & vid. numer.72. & ſeq.

Onus cognominis, & *inſignium*, uni dumtaxat impoſitum, agnationis contemplationem excludit, vot.12. num.13. p.1.

Onus aſſumendi *cognomen*, & *inſignia* Teſtatoris multùm confert dignoſcendæ majoratus naturæ, vot.12. num.5. p.1.

Onus ejuſmodi ſi non aliis filiis, & proximioribus, licèt vocatis, ſed ſolum *Primogenito* adjectum ſit, ejus dumtaxat vocationem ad primogenituram arguit, dict. vot.12. num.6. p.1.

Onus deferendi *nomen*, & *inſignia* uni tantùm, ac *Primogenito* poteſt convenire, vot.12. numer.7., & num.52. p.1.

Intellige, ſi cum expreſſione primogenituræ injunctum ſit, ibid. num.10., & 53.

Illud autem unicam deſignat primogenituram, ibid. num.8.

Præſertim, cum ſingulariter facta legitur vocatio Primogeniti, ibid. num.9.

Onus deferendi *nomen*, & *inſignia* non iofert unius dumtaxat *Primogeniti* vocationem, cum agnatio eſt contemplata, vot.12. numer.22., & 24. part.1.

Onus ejuſmodi, nec etiam tacitè in fideicommiſſo primogenituram inducit, ibidem numer. 25.

Niſi urgentes concurrant conjecturæ, num.30., & ſeq.

Et ſolam reſpicit fideicommiſſi perpetuitatem, ibid. num.25., & 54.

Onus nominis, & *inſignium* nequit ſimul importare fideicommiſſi perpetuitatem, renovationem familiæ, omniumque Bonorum conſervationem pe-

penes Primogenitum, *vot.12. numer.55. part.2.*

At poteſt, ſi primogenituræ ordine ſucceſſio eſt conſtituta, *ibid. num.56.*

Onus aſſumendi *cognomen*, & *inſignia* Teſtatoris eſt primis Maſculis naturaliter initum, *vot.26. num.33. p.1.*

Onus nominis, & *inſignium* primis Maſculis non adiiciens Teſtator, cenſetur illud adiicere ſuperfluum judicaſſe, *vot.36. num.32. p.1.*

Idemque onus in illis præſuppoſuiſſe, *ibid. num. 34.*, & *39.*

Onus aſſumendi *cognominis*, & *inſignium* magis Agnatis, quàm Cognatis convenit, *vot.26. nu. 25. p.2.*, & ratio *ibid.*, & *num. ſeqq.*

Onus nominis, & *inſignium* non ſolùm *Cognatis*, ſed etiam *Agnatis* adjeciſſe, Teſtator, præſumitur, *vot.26. num.38. p.1.*

Onus aſſumendi *cognomen*, & *inſignia* Cognatis à Teſtatore injunctum, etiam *Agnatos* afficere cenſetur, ſtante agnationis conſervandæ voto, *vot.26. num.11.*, & *num.19.*, & *21. p.2.*

Onere nominis, & *inſignium* Cognatis à Teſtatore injuncto, hic nomine ſuæ *domus* artificialem etiam domum contemplaſſe cenſetur, *vot.45. num.27. p.1.*

Onus nominis, & *inſignium* Cognatis à Teſtatore injunctum, horum comprehenſionem arguit ſub nomine *Maſculorum de Teſtatoris domo*, *vot. 45. nu.26. p.1.*

Onus nominis, & *armorum* non rarò etiam fœminis imponitur, *vot.27. nu.74. p.1.*

Neque id abſurdum debet cenſeri, *ibid. num.75.*

Onus aſſumendi *cognomen*, & *inſignia* impoſitum cenſendum eſt, donec Agnati exiſtant, *vot.26. num.27. p.2.*

Onus ejuſmodi eos omnes comprehendere cenſendum eſt, quibus mens Teſtatoris convenire poteſt, *ibid. num.28.*

Idem *onus* non egreditur perſonas, quibus non eſt injunctum, *vot.26. numer.68. p.1.*

Nec tacitè reſultare valet, *ibid.*

Onus in translatione rei de uno in eumdem, repetitum cenſeri non poteſt, *vot.38. nu.89. p.1.*

Onus in primi ſubſtitutione expreſsè adjectum, cenſetur etiam in aliis repetitum, *vot.27. num. 72. p.1.*

Concurrentibus præſertim clauſulis illis, = & *cum iiſdem vinculis*, & *conditionibus*, *ut ſupra* & *non aliàs* =, *ibid. num.72.*

Onus nominis, & *inſignium*, ex adjecto in omnibus ſubſtitutionibus agnationis voto, in omnibus repetitum cenſetur, *vot. 27. numer.65. part.1.*

Præſertim, ſi in parte, quæ ſit velut norma totius diſpoſitionis, adjectum illud legatur, *ibid. num.69.*

OPINIO.

In conflictu communis *opinionis* parvi facienda eſt contraria nonnullorum ſententia, *vot.24. num. 189. p.2.*

Opinio erronea tàm in facto, quàm in jure, modò affectata non ſit, ac ſubdola, poſſeſſorem à fructuum reſtitutione excuſat, *vot.18. n.54. p.1.*

Opinio, & fama filiationis eſt quoddam totius Populi teſtimonium, *vot.9. num.46. p.1.*

IN OPPIDIS.

In *oppidis* rari ſunt Forenſes, pauciores verò Clerici, Bona ibidem poſſidentes, *vot.27. numer. 134. p.2.*

ORATIO.

Oratio indefinita æquipollet univerſali, *vot.15. num.38. p.1.*

Sub una, eademque *oratione* plures ſubſtitutiones quomodo oſtendi valeant comprehenſæ? *vot. 27. num.60. p.2.*

Oratio non deſinit eſſe una, atque eadem, cum ab uno non regitur dumtaxat verbo, *vot.27. numer.61. p.1.*

Orationem unicam, aut diverſam arguit contextus, forma, ipſaque dicendi ratio, *vot.27. nu. 62. part.1.*

Ordinata *Oratio* plerumque res multas uno verbo regi, non permittit, *vot.27. num.63. p.2.*

In *oratione*, ex ſe perfecta, relatio quandoque nil operatur, *vot.8. num.107. p.1.*

ORDO.

Idem ſuccedendi *ordo* repetitus cenſetur per verba = *ſervato l' ordine come ſopra* =, *vot.23. num. 7. p.1.*

Gradualis ſuccedendi *ordo* ſolùm perpetuis fideicommiſſis convenit, *vot.34. num.21. p.1.*

Succeſſivus *ordo* in primogenitura expreſſus, nil aliud indicat, quàm ſpectandam eſſe prærogativam gradus, *vot.15. num.24. p.1.*

Et inæqualis gradus perſonas non eſſe ſimultaneè admittendas, *ibid.*

Succeſſivus *ordo* inter fratres verificari nequit, niſi per diverſorum graduum perſonas, *vot.25. num. 54. part.1.*

Præſertim, ſi de primogenitura agatur, *ibidem numer.55.*

Scripturæ *ordo* efficit, ut primò nominati, primò cenſeantur ſubſtituti, *vot.12. num.67.*, *vot.43. num.102. p.1.*

Procedit etiam ubi par eſt affectio, gradus, ætas, linea, *dict. vot.12. eod. nu.67.*

Succedendi *ordo*, à Teſtatore præſcriptus, ſervandus eſt, *vot.2. num.128.*, & *vot.14. n.12. p.1.*

Novus *ordo* non eſt conſtituendus ultra illos, à Teſtatore præſcriptos, *vot.2. nu.31. p.1.*

Ordinem, à Teſtatore deſignatum, ſervare non tenetur heres, quoties ampliſſimam teſtandi facultatem à Teſtatore habuerit, *vot.42. num.15. part.1.*

Ordinem ſervare nullum tenetur hæres gravatus, libero ſibi tributo arbitrio reſtituendi, ac eligendi, *vot.42. num.27. p.1.*

Eidemque licet, poſthabito Primogenito magis dilecto, Secundò, ac tertiògenitum eligere, *ibid. num.18.*

ORDO S. STEPHANI.

Obtinendi Prioratus *Ordinis S. Stephani* capax fœmina non eſt, *vot.32. num.48. p.2.*

Ordinis Sancti Stephani Statuta nobilem quoque Aviam exponunt, *vot.33. num.4. p.2.*

ORI-

ORIGO.

Origine, manumiſſione, atque allectione propriè Civis quis efficitur, *vot.4. num.37. p.2.*

Originis ratione, ac domicilii voluntate quiſque ad civilia vocatur munera, *vot.4. num.5. p.2.*

Non *Originis*, ſed domicilii potius ratione, de Loco aliquo quis dicitur, *vot.4. nu.2. p.2.*

Ex infecta, aut vitioſa *origine*, nulla cauſatur legitima conſequentia, nec linea, *vot.43. nu. 35. part.2.*

ORIGINARIUS.

De *Originario* intelligitur, quùm *Romanus*, ſivè *Florentinus* vocatur, *vot.4. nu.25. p.2.*

Originarius Civis dicitur quis natus ex Patre, civilitatem adepto, *vot.4. num.55. p.1.*

P

PACTUM.

PActa ſunt omnino cuſtodienda, *vot.17. nu. 43. part.2.*

Pacta omnia famulari cenſentur actui principali, non ab eo diſcordare, *vot.17. num.53. p.1.*

Pacta dant legem contractui, *vot.17. numer.14. part.2.*

Pacta ſunt ſtricti juris, *vot21. nu.94. part.1.*

Nec ultra expreſſa extendi valent, *ibid. num.95., & 96.*

Pacta non ſunt extendenda favore aliorum, contra apertam mentem Contrahentium, *vot.21. num.93. 97. 100., & 101. p.1.*

Per *Pactum* negativum efficacius declaratur Agentis voluntas, *vot.27. num.9. p.1.*

Pactum reſtituendæ dotis in certa quantitate, quæſtionem omnem ſummovet, *vot.44. num.228. part.1.*

Pactum, quod Uſufructuarius ad expenſas utiles, & neceſſarias teneatur, contractus naturæ repugnare dicitur, *vot.23. num.71. p.2.*

Pactum reverſivum donationi adjectum, pars illius ſubſtantialis fieri dicitur, & rei donatæ irrevocabiliter inhærere, *vot.17. numer.11., & 20. part.2.*

Donata res cum *pacto reverſivo*, obligata pro iſtius executione cenſetur ab ipſo aſſignationis actu, *vot.17. num.12. p.2.*

Atque in Donatarium cum tali onere tranſire, *ibid. num.13.*

Pactum reſolutivum, quoad certas perſonas donationi adjectum, ad illas dumtaxat reſtrictum cenſendum eſt, *vot.17. num.40., & 42. p.1.*

Pactum reſolutivum donationis, congruè referibibile ad perſonas dumtaxat expreſſas, ad eas reſtrictum cenſeri debet, *vot.17. num.70. p.1.*

Præſertim in diſpoſitione Juriſperiti, *ibidem numer.71.*

Et maximè, ſi id magis conſonum ejus menti comperiatur, *ibid. num.72.*

Pactum reverſivum ſuper Bonis, in titulum patrimonii Sacri ad vitam aſſignatis, vel donatis, quouſque ſufficiens quis Beneficium aſſequatur, de jure ſuſtinetur, *vot.17. num.18. p.2.*

Pacti reſolutivi eveniente caſu; reſolvitur donatio, *vot.17. nu.5. p.1.*

Bonaque donata ad Donantem redeunt, *vot.17. nu.19., & vot.31. nu.2., & 19. p.1.*

Pactum accollationis debitorum inter *Dividentes* initum, novam non parit obligationem favore Creditorum, *vot.21. nu.100. part.1.*

Et, tamquam reſtrictum ad commodum Dividentium, favore Creditorum extendi nequit, *ibid., & num.101.*

Per *pactum* liberè de ſua portione diſponendi, inter *Dividentes* initum, renunciatum non cenſetur conditionali donationi, *vot.31. numer.26. part.1.*

Sed *pactum* ejuſmodi debet intelligi, rebus in eodem ſtatu permanentibus, *ibid. numer.27.*, & quando ſecus? *numer.28.*

Eodemque modo, non autem de renunciatione dictæ donationi intelligenda eſt promiſſio ipſam diviſionem habendi ratam firmam, ac perpetuò obſervandam, *ibid. num.29.*

Sic etiam ad reſciſſionem præcedentis donationis referri nequit pactum de ſolvendo ex communi aſſe ære alieno, *ibid. num.31.*

PARENTES.

Parentes, relictâ filiis Legitimâ, de reliquo patrimonio pro libito diſponere poſſunt, *vot.20. num.11. part.1., & vot.3. nu.15. p.2.*

Parentes naturali affectione impelluntur ad donandum filiis, ut aptè, & honorificè nubant, *vot.44. num.37. part.1.*

Parentes ex cauſa neceſſaria ſumptus faciunt pro apparatu nuptiarum filii, *vot.44. num.151., & 157. p.1.*

PAROCHUS.

Parochus non præſumitur quæmpiam, uti alicujus filium deſcribere voluiſſe, niſi Pater dixerit, vel notoria res fuerit, *vot.9. num.12. p.1.*

PARS.

Pars ona teſtamenti aliam declarat, *vot.14. num. 75., vot.21. numer.45., & vot.23. numer.31. part.2.*

Proemialis pars regulariter in diſpoſitionibus rationem habet cauſſæ finalis, ceteras partes declarantis, *vot.24. nu.5. p.1.*

Et ſufficit pro conſtabilienda fideicommiſſi perpetuitate, *ibidem num.15.*

Pars diſpoſitiva comprehendere dicitur totum id, quod in *narrativa* expoſitum eſt, *vot.17. nu.30. part.2.*

Et ab iſta regulari, informari, atque interpretationem recipere, *ibid.*

Univerſam *diſpoſitivam* afficit declaratio, ſeù proteſtatio, in *proemio* emiſſa, *vot.17. numer. 40. p.2.*

In *diſpoſitiva* licèt repetitum non ſit, comprehenſum intelligitur, quod in *prefatione* continetur, *vot.17. num.35. p.2.*

Pars diſpoſitiva quoad ſolum vocationis effectum ſpectanda eſt, *vot.8. num.167. p.1.*

A *parte diſpoſitiva* reliquæ omnes partes declarari debent, *vot.39. num.22. part.1.*

In ſuperiori *parte diſpoſitiva* comprehenſi Deſcen-

dentes omnes contineri in *conditionali* quoque parte cenſentur, *vot.32. numer.5. p.1.*

Pars diſpoſitiva principalior in diſpoſitione eſt; *pars verò conditionalis* acceſſoria, & conſecutiva, *vot.39. nu.18. p.1.*

Alienationis autem prohibitio, & pars conditionalis ſolam firmitatem actus reſpiciunt, *ibid.*, *& num.23.*

Pars conditionalis, & alienationis prohibitio junctæ principali diſpoſitioni per particulam *ita quod*, ab illa pendere dicuntur, *vot.39. nu.19.*, *& 23. p.1.*

Pars conditionalis quoad eum, qui eſt ſub conditione comprehenſus, pendere à *diſpoſitiva* non dicitur, *vot.8. nu.166. p.1.*

Pars conditionalis, *& probibitiva*, potiùs, quàm *diſpoſitiva*, impropriè eſt accipienda, *vot.39. num.21. p.1.*

Ex *parte probibitiva* elici debet voluntas Teſtatoris, cum dubia eſt *diſpoſitiva*, *vot.14. num.29. part.1.*

In *parte conditionali* benigniùs vocabula accipienda ſunt, *vot.8. 126. p.1.*

Ut comprehendat eos etiam, qui in parte diſpoſitiva non ſunt vocati, *ibid.*

Pars conditionalis plurimùm ad declarandam *diſpoſitivam* confert, *vot.22. nu.40.*, *vot.42. num. 45.*, *& vot.45. num.3. p.1.*

In *parte conditionali* vocati Maſculi ex fœminis, etiam in *diſpoſitiva* vocati cenſentur, *vot.22. num.39. p.1.*

Ex facta in *parte conditionali* ſubſtitutione Maſculorum ex fœminis, illorum vocatio in *diſpoſitiva* excluditur, *vot.42. num.41. p.1.*

Pars conditionalis repetitiva eſt omnium graduum, & perſonarum, in diſpoſitiva contemplatarum, *vot.15. num.49. p.1.*

Graduum autem pluralitas in conditionali expreſſa, ineſſe reputatur etiam io diſpoſitiva, *ibid. num.50.*

Quod idem eſt, ac ſi fuerint iidem gradus expreſſim in diſpoſitiva comprehenſi, *ibidem numer.51.*

Procedit maximè, ſi Teſtator gradualem ſucceſſivum ordinem expreſſerit, *ibid. num.52.*

In *parte conditionali* adjecta maſculinitatis qualitas, *diſpoſitivam* non alterat, in qua lineæ maſculinæ Deſcendentes ſimpliciter vocati ſunt, *vot. 11. num.14. p.1.*

Eademque qualitas expreſſa in *parte diſpoſitiva*, non cenſetur in *parte conditionali* repetita, *ibid. numer.16.*, & quando ſecus? *num.46.*

In *parte conditionali* expreſſa *maſculinitatis* qualitas majus argumentum præbet agnationis contemplatæ, *vot.11. num.49. p.1.*

In *parte conditionali* expreſſa *maſculinitatis* qualitas, ſubintelligitur etiam in *diſpoſitiva*, quando inter eaſdem perſonas agitur, *vot.11. nu.46. part.1.*

Sic etiam è converſo, *ibid.*; ſed vid. *vot.8. numer. 127.*, *& ſeq. eod. p.1.*

Pars conditionalis, vel ratio prohibitioni adjecta, licèt alios caſus, & perſonas ultra expreſſas in *diſpoſitiva*, contineat, iſtam non idcirco extendit, *vot.39. num.42. p.1.*

Neque in caſu converſo eam alterat, aut reſtringit, *ibid. num.43.*

Facta in ſuperiori *parte diſpoſitiva* vocatio *Cognatorum* adimi nequit ex *Agnatorum* dumtaxat mentione in *probibitiva*, *& conditionali parte*, *vot.39. num.37. p.1.*

In præcedenti *parte diſpoſitiva* mentione habitâ de *Agnatis* ſimul, & *Cognatis*, mentio dumtaxat Agnatorum in *conditionali*, & prohibitiva parte, abſque dictione ullâ taxativâ, *demonſtrativè* potiùs, quàm *taxativè* ſtare cenſetur, *vot.39. num.48. p.1.*

In *diſpoſitiva* vocatis tum Agnatis, tum Cognatis Maſculis, alienationis prohibitio, & ſubſequens etiam *conditionalis pars* de utriſque intelligenda eſt. *vot.39. num.24. p.1.*

Et clauſulâ = *deficiente verò lineâ maſculinâ* = debet eo caſu referri ad Deſcendentes Maſculos tum Agnatorum, tum Cognatorum, *ibidem numer.25.*

Præſertim, ſi ipſa alienationis prohibitio non in ſolos Maſculos directa ſit, *num.27.*

Maximè autem, ſi deficiat agnationis contemplatio, *ibidem num.28.*

Mentio autem Agnatorum habita in conditionali dumtaxat parte, operari ſolùm poteſt, ut Agnati in concurſu debeant præferri, *ibid. num.51.*

Non verò excluſionem Cognatorum, ipſis etiam Agnatis deficientibus, *ibid. num.52.*

Vocatis in *parte diſpoſitiva* tàm *Maſculis*, quàm *fœminis*, iſtarum excluſionem nequit operari ratio conſervationis Bonorum in agnatione, ſubiude adjecta in *parte probibitiva*, *vot.39. num.58. part.1.*

Procedit, etiam quando ad ſolos Maſculos hæc ſit reſtricta, *ibid. numer.59.*

In *parte conditionali*, non ſit repetitio qualitatis alicujus reſtrivæ, *vot.8. num.127. p.1.*

Quandn præſertim reſtricta illa non eſt ad qualitates, in diſpoſitiva adjectas, *dict. vot.8. numer. 155. part.1.*

A *parte conditionali* ut repetitio qualitatis *legitimitatis* excludatur, ſufficit probabilis quælibet diverſitatis ratio, *vot.8. nu.156. p.1.*

Et quando hæc adeſſe cenſeatur? *ibid. num.157.*

In *parte diſpoſitiva* vocatis *Legitimis* dumtaxat, non inde infertur eorum dumtaxat vocatio in *parte conditionali*, *vot.8. num.146. p.1.*

Pars conditionalis legitimos dumtaxat in *diſpoſitiva* vocatos comprehendit, cum ad illos reſtricta eſt, *vot.8. num.147. p.1.*

Secus, quando magis latè patet, continetque verba, apta comprehendere etiam illegitimos, *ibidem.*

In *parte conditionali* eò faciliùs Legitimati comprehenſi dicuntur ſub nomine *Legitimorum*, *& naturalium*, *vot.8. num.172. p.1.*

Ut ſcilicet deficere faciant conditionem, *ibid.*

Hæcque opinio ſequenda omnino eſt, *num.173.*

Præſertim, quando in conditione poſita fuit *linea*, *numer.174.*

In *conditinali parte* nedum filii primi gradus, ſed ulteriores etiam Deſcendentes veniunt ſub *filiorum nomine*, *vot.45.num.4. part.1.*

In *parte conditionali* naturales præcipuè veniunt ſub nomine *lineæ*, *vot.8. num.126. p.1.*

In *parte conditionali* verbum = *linea* = comprehendit etiam perſonas, in *diſpoſitiva* non expreſſas, *vot.8. num.128. p.1.*

In *parte conditionali* exiſtens verbum *linea* comprehendit illegitimos, in *diſpoſitiva*, vel non comprebenſos, vel non apertè excluſos, *vot.8. num.148. p.1.*

In *parte* ſive *conditionali*, ſive *diſpoſitiva* ſub nomine *Lineæ maſculina* non comprehenduntur *fœminæ*, *vot.11. nu.77. p.2.*

In *parte diſpoſitiva* vocatis Maſculis primi dumtaxat gradus, *fœminarum*, vel ulteriorum deſcendentium vocatio elici adhuc poteſt ex aliis partibus, *vot.43. nu.84. part.1.*

Ut ſunt *probibitiva*, & *privativa* in caſu delicti, *ibid. num.85.*, & 86.

Pars probibitiva, ſicut etiam *privativa* in caſu delicti Deſcendentes omnes æque *Maſculos*, *ac fœminas* complectuntur, *vot.43. nu.85. p.1.*

Pars probibitiva dependens à præcedenti fideicommiſſo, licèt illud non extendat, declarat tamen, perſonas, in ipſa expreſſas, ſub eodem comprehendi, *vot.43. num.15. p.1.*

Per ſe autem ſtans, fideicommiſſum extendit, etiam ultra perſonas, in eo vocatas, *ibidem numer. 16.*

PARTICULA.

Particula = & = ita extrema conjungit, ut omnium concurſus requiratur, *vot.14. numer.9.*, & 41. *part.2.*

Maximè, quum nulla intercedit terminorum incompatibilitas, *ibid. num.10.*

Ejuſdemque particulæ vis, & efficacia non debet minui, *ibid. nu.11.*

Particula = & = plerumque ponitur inter res diverſas, quarum una ſinè aliâ eſſe poteſt, *vot. 14. num.42. p.2.*

Et tunc non eſt accipienda *copulativè*, ac tamquam requirens utriuſque copulati concurſum, *ibid. nu.43.*

Sed *ampliativè* ad res, & perſonas etiam non expreſſas, *ibid. num. 44.*, & 45.

Poſitâ inter perſonas diverſi generis *particulâ* = & = ſufficit exiſtentia alterutrius generis perſonarum, ut purificata conditio dici poſſit, *vot. 14. nu.46. p.2.*

Particula = & = an copulativè, an ampliativè ſit accipienda, qualitas ſubjectæ materiæ ſpectanda eſt, *ibid. nu.47.*

Particula = & = in odioſis copulativè, & reſtrictivè; in favorabilibus, ampliativè, & augmentativè ſtare cenſetur, *vot.14. num.48. p.2.*

Particulæ illæ = *Le loro figliuole* = *quelle figlie femine loro* = vocationem coarctant ad filias immediatas illorum, qui ſupra nominati fuerant, *vot.21. nu.43. p.2.*

Particula = *Ita quod* = præcedentibus ſubſequentia conjungit, iſtaque ab illis dependere, connotat, *vot.39. num.20. p.1.*

PATER.

Pater eſt, qui actus paternos gerit, *vot.9. nu. 24. part.1.*

Judicium *Salomonis* in celebri duarum Matrum de filio contentione refertur, *ibid.*

Pater filiorum mortem abominatur, *vot.31.num. 36.p.2.*

Patris votum eſt, ut filios habeat ſuperſtites, *ibid. num.37.*

Naturæ ordo turbari dicitur, quoties *Pater* filio ſuperſtes eſt, *ibid. num.38.*

Pater ſicuti filiis denegare poteſt, ita & illis concedere qualificatè, & ſub juſtâ conditione certas contrahendi nuptias, *vot. 20. num. 12. part.1.*

Patri uſus, & commoditas competit ſuper uſufructu, filio debito, *vot.24. nu.9. p.2.*

Ad *Patrem* pertinet uſusfructus Bonorum adventitiorum filii, *vot.46. nu.9. p.1.*, & *vot.24.num. 9. p.2.*

Pater tum tacitè, tum expreſsè poteſt filio remittere uſumfructum Bonorum adventitiorum, *vot.46. nu.12. p.1.*

Patre ſciente, & patiente perceptus à filio uſusfructus Bonorum adventitiorum, tacitè ipſi à Patre remiſſus cenſetur, *vot. 46. numer. 11. part.1.*

Immò expreſsè dicitur à Patre remiſſus per donationem eorumdem Bonorum, filio factam, *ibid. nu.12.*

Pater præventivè reſtituens filio Bona fideicommiſſaria, & iſtorum fructus eum percipere permittens, cenſetur eos filio donaſſe, *vot.46.nu. 77. p.1.*

Patris locum, & gradum, non tamen perſonam, filii, in ſucceſſione occupant, *vot.13. num. 72. part.1.*

Pater non ita dicitur de progenie filiæ, ſicuti filia de progenie Patris, *vot.15.num.83. p.2.*

Patris incapacitas conſideratur, & in filiis, *vot.1. nu.32. p.2.*

Patris incapacitas, & excluſio non obeſt filiis, jure proprio venientibus, *vot.1. nu.11.*, & *vot. 2. nu.80. p.2.*

Secùs, quando jus ſuccedendi à Patre metiri velint, *dict. vot.2. nu.81.*

Declara, ut eodem *vot.2. num.82.*, & *ſeq.*

Patris culpa filio ignoranti nocere non debet, *vot. 27. num.14. p.1.*

Ex facto *Patris*, Legatum acceptantis, adimi nequit jus fideicommiſſi, competens filio ex perſona, & jure proprio, *vot.13. nu.70. p.1.*

Pater acceptans Legatum ſub conditione, nè aliud prætendat, ſibi, non autem filiis, ad fideicommiſſum vocatis nocere poteſt, *vot.13. num. 71. p.1.*

Patris declaratio in codicillis facta, plurimùm pro imputatione rei donatæ inducenda valet, *vot.44. nu.49.*, & 153. *p.1.*

Excipe, niſi declaratio facta fuerit longo interval-

vallo poſt jam quæſitum jus filio, *ibid. numer.*50.
Patris declaratio in codicillis longè poſtea conditis parùm urget pro imputatione rei, purè, & ſimpliciter donatæ, *vot.*44. *nu.*52. *p.*1.
Patris declaratio in codicillis facta, etiam poſt triennium, aliquale admittit adminiculum pro donatione ob cauſſam certi Matrimonii imputanda, *vot.*44. *nu.*54. *p.*1.
Pater morti proximus filio præjudicare voluiſſe non præſumitur, *vot.*44 *nu.*60. *p.*1.
Pater non diſponendo ad commodum alterius, propriis filiis reliquiſſe dicitur, *vot.*12. *num.*74. *part.*2.
Patri defuncto æqualiter, & in capita ſuccedunt filii tum primi, tùm ſecundi Matrimonii, *vot.* 15. *nu.*43 *p.*2.
Et tàm mares, quàm fœminæ, *ibid. nu.*44.
Ex *Patris* teſtamento vocati cenſentur tàm utrinque conjuncti, quàm conſanguinei, *vot.*12.*nu.* 147. *p.*1.
Patris Bona unicum patrimonium filii per aditionem efficiuntur, *vot.*42. *num.*61. *p.*1.
In *Patris* portione fœmina remotiore Agnato prædilecta eſt, *vot.*10. *num.* 46. *p.*1.
Pater filium, & filiam Matrimonio collocare tenetur, *vot.*44. *num.*22. *p.*1.
Pater ad donationem contemplatione Matrimonii non tenetur, *vot.*44. *nu.*16. *p.*1.
Et illa meræ Patris liberalitati adſcribenda eſt, *ibid. nu.*17.
Pater ex juris neceſſitate inſtituere tenetur filium, *vot.*8. *num.*3. *p.*2.
Patris teſtamentum abſque expreſſâ inſtitutione filii non ſuſtinetur, *vot.*8. *num.*1. *p.*2.
Limita, ſi in Relicto, ei facto, de inſtitutione intellexiſſe videatur, *ibid. nu.*3.
Satis autem eſt, verba adhibuiſſe, inſtitutioni æquipollentia, *ibid. nu.*6.
Pater de Legitima mentionem faciens, inſtitutionis jure reliquiſſe cenſetur, *vot.* 8. *numer.*17. *part.*2.
Procedit, licèt de inſtitutionis titulo non meminerit, *ibid. num.*18.
Pater Legitimam reliquiſſe cenſetur eo jure, quo relinquenda erat, *vot.*8. *num.*19. *p.*2.
Pater alimenta, menſtruaſque præſtationes quando non aliter, quàm inſtitutionis jure filio reliquiſſe cenſeatur? *vot.*8. *num.*11.12., & *ſeq. part.*2.
Pater, *Avus*, vel alius quilibet *Aſcendens* quum fœminas intuitu agnationis excludit, illas de dote, & alimentis providere ſolet, *vot.*12.*nu.* 51.*p.*2.
Pater, ſervatâ *Soccini* cautelâ, filium in Legitima gravare poteſt, *vot.*8. *nu.*32. *p.*2.
Procedit, licèt ſolùm per æquipollens ſervata fuerit, *ibid. num.* 33. Vid. *filius*, *Legitima*.
Pater Bonis, filio quærendis independenter ab ejus perſona, gravamen nullum poteſt adjicere, *vot.* 5. *nu.*44. *p.*1. Vid. *gravamen*, *heres*.
Pater collationis onus imponere poteſt etiam ſuper Bonis, quæ de jure ei non ſubeſſent, *vot.*46. *num.*15. *p.*1.
Patrem de Legitima ſenſiſſe indicat donationis magnitudo, *vot.*44. *nu.*34. *p.*1.
Patris donantis liberalitas ſita eſt in aſſignatione Legitimæ ante mortis tempus, *vot.*44. *num.*35. *part.*1.
Pater, ſibi à filia renunciatione factâ, jus ſuum illi poteſt cedere, *vot.*15. *num.*9. *p.*2.
A *Patre* ſi heres filia inſtituta fuerit, eidem non obſtat renunciatio facta Legitimæ, *vot.*15. *nu.*7., & 8. *p.*2.
Pater à filia renunciatione acceptâ, cenſendus non eſt ſibi jus voluiſſe adimere illam heredem relinquendi, *vot.*15. *num.*12. *p.*2.
Pater inſtituendo fœminas, à Statuto excluſas, recedere ab eo voluiſſe cenſetur, *vot.* 15. *num.* 5. *part.*2.
Pater binubus prohibetur plus ſecundæ uxori relinquere, quàm uni ex filiis prioris Matrimonii, *vot.*22. *nu.*2. *p.*2.
Si quid autem plus reliquerit, id habetur pro non ſcripto, ac filiis tùm primi, tum ſecundi Matrimonii æqualiter defertur, *ibid. nu.*3.
Sic etiam corruit inſtitutio ſecundæ uxoris, facta cum onere reſtituendi filiis ſecundi Matrimonii, *ibid. nu.*4.
Procedit nedum quoad illius inſtitutionem, ſed etiam quoad fideicommiſſum, eorum favore conditum, *ibid. nu.*5.
Declara, hæc locum habere, ſi aliquod uxori commodum indè obveniat *num.*23.
Si ſecus, ſuſtinetur diſpoſitio, *nu.*6., & 21.
Pater binubus non prohibetur, ſalvâ Legitimâ filiorum prioris Matrimonii, plus filiis ſecundi Matrimonii relinquere, *vot.* 22. *numer.* 17. *part.*2.
Pater binubus nil nocet filiis prioris Matrimonii, ſi ad favorem filiorum ſecundi diſponens, utatur miniſterio Matris, nullum inde commodum ſentientis, *vot.*22. *num.*18. *p.*2.
Cum etiam Extraneo uti poſſit, *ibid.*
Pater binubus non ita facilè ſeducitur amore uxoris, ut iſta amore viri in præjudicium filiorum prioris Matrimonii, *vot.*22. *nu.*11. *p.*2.
In *Patre* binubo æquè, ac in Matre binuba urget ratio *Legis hac Edictali*, ne ſcilicet Liberos privent ſuos, *vot.*22. *num.*14. *part.*2.
Patres enim amore novercarum ſuos exheredare filios, quotidiana docet experientia, *ibid. numer.*15.

PATERNUS AMOR.

Paternus amor nec ſupprimi, nec diſſimulari poteſt, *vot.*9. *nu.*32. *p.*1.

PATRIA.

Magna erga *Patriam* præſumitur Teſtatoris affectio, *vot.*30. *nu.*35. *part.*2.

PATRUELES.

Patrueles conjunguntur per Parentes, quatenus ex eiſdem ortum habent, *vot.* 12. *numer.* 130. *part.*1.

PAU

PAUPERTAS.
Paupertati, quam profitentur *Fratres Minores Obſervantiæ S. Franciſci*, repugnat Legatum annuum perpetuum, *vot.10. nu.35.p.2.*
Vid. *Fratres Minor. Obſervant. Sancti Franciſci, Legatum.*

PECULIUM.
Peculii nomine, ne fideicommiſſum intercidat, tota in dubio veoit hereditas, *vot. 37. num. 28. part.2.*
In *peculio Caſtrenſi* gravari filius poteſt, *vot. 24. nu.170. p.2.*
Peculii adventitii jure cenſentur lucra, à filio adquiſita ex negociatione, cum Patre geſta, *vot. 46. nu.5., & 6.*
Eaque proinde in hereditatem Patris minimè conferenda ſunt, *ibid.*
Quod locum habet etiam quoad fructus ſimilium lucrorum, quos fortè io vita Patris filius percepit, *ibid. num.8.*
Peculium eſſe non poteſt in filiis emancipatis, *vot. 46. num.90. p.1.*
Vid. *filius, gravamen, lucrum.*

PECUNIÆ.
Pecuniæ, à Patre erogatæ pro apparatu nuptiarum filii, in ejus Legitimam imputantur, *vot. 44. nu.149. p.1.*
Pecuniæ, à Defuncto, vel herede Adminiſtratori creditæ, vel ab iſto aliis, quibus mutuavit de pecuoia Domini, veniunt ſub Legato liberationis, Adminiſtratori facto, *vot.25. nu.59., & 60. p.2.*
Eædemque remiſſæ ſunt cenſendæ, *ibid., & numer.61.*
Allegans, *pecunias* in hereditate repertas, id probare tenetur, *vot.44. num.145. p.1.*
Pecunias in hereditate repertas non fuiſſe, probatur ex omiſſa deſcriptione io ioventario, *vot.44. nu.146.p.1.*
Vid. *Inventarium, Legatum.*

PERPETUITAS, PERPETUUM.
Perpetuitas fideicommiſſi fit eſt, quod verificetur in caſibus, à Teſtatore præſcriptis, *vot.16. nu. 15. part.2.*
Perpetuitatem denotantes dictiones, plurimùm valent pro perpetuo ioducendo fideicommiſſo, *vot.6. num.24. part.2.*
Prout verba = *remaneant* =, & *conſerventur*, = *ibid. nu.25.*
Perpetuitatem temporis importantia verba ſi adſint, primogenitura, conſervanda io Maſculis *de virili agnatione*, ad omoes Maſculos de eadem agnatione extenditur, *vot.6. num. 18., & ſeq. part.1.*
Perpetuitas ubi nulla à Teſtatore deſignata fuit, excluditur fideicommiſſum perpetuum, *vot.16. nu.20. p.1.*
Perpetuitatem indeterminatam non præſeferunt clauſulæ = *nullo unquam tempore = perpetuò*, = ac ſimilia, ſed ſolùm circumſcriptam ex ſubſtitutione præcedenti, *vot.14. nu. 45. p.1.*
Perpetuum propriè dicitur illud, quod oullâ temporis definitione circumſcribitur, *vot.10. nu.15. part.2.*

PERSONÆ.
Quot ſunt *perſonæ* contemplatæ, tot eſſe donationes dicuntur, *vot.31. nu.43. p.2.*
Duplicem *perſonam*, Donatarii nempè particularis, & heredis, quis gerere poteſt, *vot. 44. nu. 242. p.1.*
Non poteſt quis gerere *perſonam* Legatarii ſimul, & heredis, *vot.14. num.58. p.1., & vot.10. nu. 76. part.2.*
Repræſentans duplicem *perſonam*, utriuſque jura exercere poteſt, *vot.44. nu.214. p.1.*
Perſonæ vocatæ in relato, etiam vocatæ cenſentur in diſpoſitione referente, *vot. 44. numer. 238. part.1.*
Vocatio *perſonæ*, ubi adeſt ejus incertitudo, ad eam perſonam refertur, quæ per eventum conditionis certificatur, *vot.36. num.6. p.1.*
Ceſſante *perſonâ*, cujus favore probibitio facta eſt, ipſa etiam prohibitio ceſſat, *vot. 19. nu.18. part.2.*
Perſonæ vocatæ ad fideicommiſſum uoiverſale, diverſæ eſſe debeot ab aliis, ad fideicommiſſum particulare vocatis, *vot. 14. numer. 56. part.1.*
Una, eademque *perſona* ad utrumque, univerſale, & particulare fideicommiſſum vocari poteſt, *vot.14. nu.62. part.1.*
Sufficit autem perſonarum diverſitas, in futurum ſaltem eventum verificabilis, *ibid. numer. 63.*
Perſonæ contentæ in una diſpoſitione, non item in alia, diverſæ reputantur, *vot.9. nu.57. p.2.*
Perſonas diverſas connotat dictio = *aliorum* =, *vot. 9. nu 56. part.2.*
In *perſonis* diverſis diverſa concurrere poteſt Teſtatoris affectio, *vot.8. nu. 92. p.1.*
In *perſonis*, & gradibus diverſis excluditur qualitatis legitimitatis repetitio, *vot. 8. numer. 72. part.1.*
Perſonæ quando mutantur, clauſula = *ut ſupra* = non repetit præcedentes qualitates, *vot. 8. num. 16., & 149. p.1.*
Inter eaſdem *perſonas* faciliùs admittitur qualitatis Legitimitatis repetitio, *vot. 8. numer. 91. part.1.*
A *perſonis* magis dilectis ad minùs dilectas non benè infertur qualitatis Legitimitatis repetitio, *vot.8. nu.74. p.1.*
In *perſonis* minùs dilectis arguitur qualitatis Legitimitatis repetitio, quando in perſonis magis dilectis eadem qualitas requiſita fuit, *vot. 8. nu. 94. part.1.*
Intellige, ſi diſpoſitio concepta fuit per verba civilia, non ſi per verba naturalia, *num.95. & 97.*
Fideicommiſſi prorogationi de uno ad aliud minùs dilectum *perſonarum* genus adverſantur omnes Juris regulæ, *vot.7. nu.9. p.1.*
In certas *perſonas* tranſitum Bonorum prohibens diſpoſitio, pœnæ odium continere non dicitur,
quo-

quoties heredi contravenienti nihil adimat, *vot. 18. num. 42. p. 2.*
Diſpoſitio hujuſmodi non ſuſtinetur, ſi facta ex irrationabili odio, *vot. 18. nu. 43. p. 2.*
Probanda tamen eſt cauſſa talis odii irrationabilis, *ibid. nu. 45.*
Alias ex ſola irrationabilitate diſpoſitio non irritatur, *ibid. num. 46.*
Conjunctæ *perſonæ* relictum Legatum rei alienæ, ſuſtinetur ſaltem quoad illius æſtimationem, ſivè ſciverit Teſtator, ſivè ignoraverit, rem alienam eſſe, *vot. 11. num. 32. p. 2.*
Maximè procedit in Legato rei ipſius heredis, *ibid. nu. 33.*
Quo caſu nil refert, heredem æquè conjunctum eſſe Teſtatori, *ibid. num. 34.*, & vid. *num. 35.*, *& 36.*

PETITIO.

Petitio in monitorio reſtricta ad fideicommiſſum reſtitutorium, malam fidem non gignit, quoad conſervatorium, non deductum, *vot. 18. nu. 60. part. 1.*
Maximè, ſi quoad reſtitutorium Actor ſuccubuit, diuque ſiluit, *ibid. nu. 61.*
Quo caſu fructus debentur ſolùm à conteſtatione novæ litis ſuper fideicommiſſo conſervatorio, *ibid. & nu. 63.*, *& 64.*
Petitio Actoris, ſi contrariâ ſententiâ non eliditur, redditur ſaltem dubia, *vot. 18. numer. 14. part. 2.*
Vid. *Fideicommiſſum, bona vel mala fides, fructus.*

PŒNA.

Pœna tunc inflicta dicitur contravenienti, quum ei aliquid de proprio ſubtrahitur patrimonio, *vot. 20. nu. 10. p. 1.*
Pœnam ſentire dicitur contraveniens ex amiſſione rei, jam propriæ effectæ, *vot. 20. numer. 23. part. 1.*
Maximè, ſi de re gravi agatur, *ibid.*
Pœnæ odium continere non dicitur diſpoſitio, heredem privans in caſu contraventionis, *vot. 18. nu. 41. p. 2.*
Præſertim, ſi contravenienti nihil adimat, ſed ſolùm prohibeat, ne favore certarum perſonarum, moriens, diſponat, *ibid. nu. 42.*
De onere ubi agitur, impoſito per viam non conditionis, ſed modi, ademptio in caſu contraventionis fieri dicitur per viam *pœnæ*, *vot. 27. nu. 25. p. 1.*
Caducitatis *pœnæ*, licèt non expreſſa, reſultare valet ex verbis, identitate rationis, atque ex clara Teſtatoris mente, *vot. 26. nu. 58. p. 1.*
Pœnam alienæ culpæ ſubire quis non debet, *vot. 17. num. 47. p. 1.*
Pœnâ Patris, abſque eorum culpâ, affici non debent filii, venientes jure proprio, *vot. 17. num. 67.*, *& vot. 27. nu. 124. p. 1.*
Secus, cum de pœna agitur, inflicta toti contravenientis deſcendentiæ, *dict. vot. 27. num. 125.*
Tunc enim pœnam ſubire non dicuntur primariò ex facto Patris, ſed ex Diſponentis voluntate, *ibid. num. 126.*, *& 127.*
Intellige hæc de excluſione contravenientis non perſonali, ſed reali, *ibid. num. 130.*
Pœna Patris contravenientis afficit etiam filios, quando in caſu contraventionis ſubſtitutus datus fuerit, *vot. 27. nu. 128. p. 1.*
At, licet non ſuccedant tamquam ſubſtituti eorum Patri, ſuccedere tamen debent ultimo gravato ex ſubſtitutione proximiorum, ipſi facta, *ibid. nu. 129.*
Pœna incuſſus metus perimere Matrimonii libertatem videtur, *vot. 20. nu. 7. p. 1.*
Pœnæ verò nomine non venit ſimplex lucri amiſſio in caſu certi non ſecuti Matrimonii, *ibid. num. 9.*
Pœnam non meretur, quod malo animo non fit, *vot. 18. num. 100. p. 2.*
In *pœnalibus* ſtrictè, & propriè proceditur, *vot. 21. num. 38. p. 2.*
Vid. *Contraventio, interpellatio.*

SUMMUS PONTIFEX.

Summus Pontifex utrumque juriſdictionis gladium in ſua Ditione habet, *vot. 27. num. 107. part. 2.*
Pontifex non minùs ſpiritualis, quàm temporalis poteſtatis plenitudine pollet, *vot. 27. num. 89. part. 1.*
In eoque ſolùm de voluntate quærendum eſt, *ibid.*
Soli *Pontifici* convenit derogare Teſtatorum voluntatibus, *vot. 27. num. 78. p. 1.*

POPULUS.

In univerſum *Populum* violentias, & concuſſiones à Baronibus fuiſſe exercitas, nequit præſumi, *vot. 27. num. 104. p. 2.*
Univerſi *Populi* error, idemque frequens ſpatio duorum ſeculorum, in re, omnibus maximè præjudiciali, veroſimilis nullo modo eſt, *vot. 27. num. 96. p. 2.*

PORTIO.

Ad *portiones* aliorum quaſi ſub conditione coheres vocatus cenſetur, *vot. 28. num. 50. p. 1.*
Ad *portiones* aliorum coheres, uti Curator immitti debet, *vot. 28. nu. 52. p. 1.*

POSSESSIO.

Poſſeſſio propriè intelligitur quoad Bona, quæ detinentur titulo, ſeu dominio irreſolubili, *vot. 29. nu. 9. p. 1.*
Poſſideri propriè non dicuntur Bona, cadentia ſub alieno fideicommiſſo, *vot. 29. nu. 8. p. 2.*
Poſſeſſio bonâ fide, pro dominio habetur, ad effectum adquiſitionis fructuum, *vot. 18. num. 24. part. 1.*
Procedit, ſive de herede agatur, ſive de tertio poſſeſſore, *ibid. nu. 25.*
Sola *poſſeſſio* jus poſſeſſori tribuit ad fructus, ceſſante malâ fide, *vot. 18. num. 37. p. 1.*
Et poſſeſſorem fructus ſequuntur, donec titulus redactus fuerit ad non titulum, *ibid.*
Suâ *poſſeſſione* nemo privari debet, donec diſcutiatur titulus, *vot. 7. nu. 88. p. 1.*
Niſi clarus ita ſit, ut abſorbeat poſſeſſorium, *ibid. nu. 89.*

Poſ-

Poſſeſſio gravati ad ejus heredes non tranſit, ſed, eo mortuo, reſolvitur, *vot.7. nu.* 82. *p.1.*

A *poſſeſſione* manutentio dimetienda eſt, *vot.7. nu.* 79. *p.1.*

Poſſeſſionem qui primò cæpit, manutenendus eſt, *vot.7. num.*81. *p.1.*

Manutentio autem præcipuè debetur ex poſſeſſione capta in adimplementum præcepti Teſtatoris, *dict.vot.7.eod. nu.*81.

Maximè verò, ſi bonum jus concurrat, *ibid.*

Poſſeſſionem manutenibilem gravatus non transfert in eum, quem poſt obitum putat legitimum Succeſſorem, ad excluſionem alterius, de ſucceſſione contendentis, *vot.7. num.* 84. *p.1.*

Poſſeſſio à fideicommiſſario capta, ut ſit manutenibilis, fideicommiſſum clarum eſſe debet, *vot.* 7. *nu.*100., & 102. *p.1.*

Poſſeſſio Bonorum in eum, qui filiationem impugnat, onus transfert probationis, *vot.9. nu.* 78. *part.1.*

Poſſeſſionem Legati de manu heredis Legatarius debet recipere, *vot. 7. nu.96. p.1.*

Limita, ut *num.*97. 98., & 100.

Ex *poſſeſſione* Bonorum Defuncti jura heredis cum ipſius Defuncti juribus confunduntur, *vot.* 24. *nu.*56. *p.2.*; Vid. *Poſſeſſor.*

POSSESSOR.

Poſſeſſoris extranei nil intereſt huic, vel illi ex vocatis reſtituere, *vot.*28. *num.* 60. *p.1.*

Vocatorum verò intereſt, Bona apud Extraneos non remanere, *ibid.*

Poſſeſſor nequit alterare, reſtringere, aut ampliare gravamina, à Fideicommittente impoſita, *vot.* 5. *nu.*26. *p.1.*

Lapſus temporis neque *Poſſeſſori* prodeſſe, neque Fideicommiſſario nocere poteſt, *vot.* 13. *nu.*63. *p.1.*

Etiamſi ſit duorum ſeculorum, *ibid. nu.* 64.

Poſſeſſoris bonæ fidei favore plurimùm ſemper valuit æqui, boniqueratio, *vot.* 18. *numer.*17. *part.1.*

Poſſeſſori adverſus agentem jure fideicommiſſi juſtum, ac legitimum retentionis titulum tribuunt credita liquida, atque ſubſiſtentia, *vot.* 18. *num.*64. *p.2.*

Poſſeſſor bonæ fidei fructus lucrari dicitur ex quadam æquitate, *vot.*18. *num.*28. *p.1.*

Poſſeſſor ut fructus faciat ſuos, ſat eſt juſta credulitas, & titulus ſaltem coloratus, *vot.*18.*nu.* 51. *part.1.*

Poſſeſſori ad adquirendos fructus ſufficit putativus ſolus titulus, licèt injuſtus, *vot.* 18. *numer.* 53. *part.1.*

Ac etiam opinio erronea, modò affectata non ſit, *ibid. nu.*54.

Poſſeſſor, ut à reſtitutione fructuum excuſetur, bona fides poſitiva non requiritur, ſed ſufficit dubia, ſeu etiam negativa, *vot.*18. *nu.*55., & *nu.*74. *p.1.*

Poſſeſſor, bonam inter & malam fidem poſitus, nec in bona, nec in mala fide eſſe dicitur, *vot.* 25. *num.*70. *p.1.*

Fructus tamen perceptos, & conſumptos lucratur, *ibid. num.*72., & 77.

Poſſeſſor. bonæ fidei ſerum repellit petitorem, *vot.*18. *nu.*11. *p.2.*

Poſſeſſoris bonum jus Actor confirmaſſe, ſuumque agnoviſſe malum jus cenſetur, ſi contrario diu adquievit judicato, *vot.* 18. *num.* 13. *part.2.*

Contra *poſſeſſorem*, ejuſve heredes mala fides in re dubia non inducitur, *vot.* 18. *num.* 49., & 50. *part.1.*

Poſſeſſoris, ac Rei favore, in excluſionem malæ fidei, ac reſtitutionis fructuum, ſemper in dubio reſpondendum eſt, *vot.*18. *nu.*71. *p.1.*

Poſſeſſori, in conjecturalibus quæſtionibus, ſat eſt, Judicis animum titubare, *vot.* 8. *num.* 22. *part.1.*

Poſſidenti ſufficit nuda facti poſſeſſio, tametſi jure, & titulo deſtituta, *vot.*28. *nu.* 20. *p.1.*

Modò tamen Actor bonum jus non foveat pro eo excludendo, *ibid.*

Fideicommiſſariorum Bonorum *poſſeſſor*, nonniſi poſt motam litem, in mala fide conſtituitur, *vot.*13. *nu.*78. *p.1.*

In *poſſeſſore* ſciente prohibitionem, & adhuc alienante, mala fides ab ipſo alienationis momento inducitur, *vot.*18. *nu.*40. *p.1.*

Atque ex tunc titulus redactus dicitur ad non titulum, *ibid.*

Idque ad effectum, ut res Domino unà cum fructibus reſtituenda ſit uſque ab initio, *ibid.*

Vel ab obitu ſaltem poſſeſſoris alienantis, *ibid.*

A *poſſeſſore* alienante ut debeantur fructus, ſat eſt, quod ſciverit, aut ſcire veriſimiliter potuerit, rem ad alium pertinere, *vot.*18. *nu.*41. *part.1.*

Poſſeſſoris alienantis mala fides incipit à die moti judicii, *vot.*18. *nu.*42. *p.1.*

Eademque pro effectu reſtitutionis fructuum, etiam in illius heredes tranſit, *dict. vot.* 18. *nu.* 43. *p.1.*

Procedit, obtentis etiam ab eo Judicatis favorabilibus in Judicio tùm manutentionis, tùm poſſeſſionis, *ibid. nu.*44., & 45. *ad* 48.

Vid. *Alienatio*, *fideicommiſſum*, *Bona vel mala fides*, *fructus.*

POSSESSORIUM.

Poſſeſſorium unà cum *petitorio Sacra Rota*, juxta ejus praxim, & ſtylum, ſolet diſcutere, *vot.* 7. *nu.*99. *p.1.*

POSTERI.

Poſteri omnes tacito naturę conſenſu vocantur ad Majorum ſuorum Bona, *vot.*15. *num.*30. *p.1.*

Poſterorum, ac *Deſcendentium* nomen, ex propria ejus ſignificatione, omnes, & quoſcumque maſculos, ſive Agnatos, ſive Cognatos complectitur, *vot.*39. *nu.*15. *p.1.*

Poſterorum nomine veniunt Tranſverſales, quum diſpoſitio effectum nequit habere in Deſcendentibus, *vot.*43. *num.*22. *p.1.*

Quo caſu veniunt etiam appellatione *progeniei*, *prolis*, ac *ſtirpis*, *ibid. nu.*23.

POSTERITAS.

Poſteritatis nomine comprehenſa à Teſtatore cenſetur utraque ab eo efformata linea, filii, & nepotis, *vot.30. nu.26.p.1.*

Eorumque vocati Deſcendentes, *ibid.*, *& numer. 27.*

POSTERIORA.

Poſteriora in quibuſcumque humanis actibus, qui non ſint irrevocabiles, prioribus derogant, *vot. 44. num.91. p.1.*

PRÆCEDENTIA.

Præcedentia, expreſſam determinatiooem habentia, à ſubſequeotibus determinari, abſurdum eſt, *vot.28. nu.68.p.2.*

PRÆCEPTUM.

Præceptum qui ignorat, dolo vacare dicitur, *vot. 7.nu.63.p.2.*

Præcepti ignorantia in Minore præſumitur, *vot. 20. nu.29.p.1.*

Præceptum Teſtatoris ignoraſſe tempore prioris donationis non dicitur, qui de eo mentionem fecit in poſteriori donatione, *vot.32. numer.11. part.2.*

Nudum *præceptum* de non alienando nil valet, quando agitur de Legato, quod ad Legatarium tranſit ipſo jure, *vot.30. num.42.p.2.*

Non quando illud de manu heredis debet recipere, *ibid.*

Tunc enim conſequi illud oequit, niſi caveat dé non alienando, *ibid. nu.43.*

Præceptum habitandi in certo loco, nullâ contravenienti adjectâ pœnâ, nulloque dato Subſtituto, nndum eſt, & in merum reſolvitur conſilium, *vot.30. num.30. p.2.*, & quando ſecus? *num.40.*

Præceptum habitandi in certo loco, quoties certa cauſa expreſſa fuerit, nudum non eſt dicendum, *vot.30. num.40. p.2.*

Sed veſtitum; quod religiosè ſervandum eſt, *ibid. nu.41.*

Præceptum habitandi in certo loco, uti continens ſpeciem, rejicitur ab inſtitutione, atque Legato, *vot.30. num.29. p.2.*, & *vid. nu.36.*

Limita, quando alterius favorem reſpiciat, *ibid. num.37.*

Ut, ſi dictum ſit = *donec in tali loco cum tali habitaverit* =, tunc iſtius favorem reſpicere videtur, *ibid. nu.38.*

Præceptum habitandi in certo loco, habens pro cauſſa faciliorem, tutioremque eleemoſynarum erogationem, favorem animæ Teſtatoris reſpicere dicitur, *vot.30. nu.48.p.2.*

Præceptum habitandi in certo loco ex cauſſa utili Teſtatoris animæ, omninò implendum eſt, *vot. 30. num.31. p.2.*

Si ſecus fiat, Legatum omne, aut fideicommiſſum, veluti deficiente conditione, corruit, *ibid. nu.32.*

Maximè, ſi in ſua ipſius Patria Teſtator habitari, juſſit, *ibid.*

Textus in L. Titio centum 71. §. Titio centum il 2. ff. de condit., *& demonſtrat.* præceptum ejuſmodi à Legato, atque inſtitutione rejiciens, declaratur, *ibid. nu.36.*

Præceptum habitandi in certo loco, de ibidem ſemper habitando intelligitur, *vot.30. num. 50. part.2.*

Adeout non ſufficiat ibi aliquo tempore habitare, poſteaque ad alium locum ſe transferre, *ibid.*

Præcepto habitandi in certo loco ſatisfecit quis, ſi habitet majore anni parte, *vot. 30. numer. 52. part.2.*

PRÆDILECTIO.

Filiorum in conditione poſitorum vocatio à majori, vel minori *prædilectione* non eſt metienda, *vot.21.nu.72. p.1.*

Confirmatur id ex diſpoſitione *Textus in leg. Julius ff. de hered. inſtit.*, *ibid. nu.73.*

PRÆFATIO.

Ex *præfatione* mens habetur, atque intentio Contrahentium, *vot.17. nu. 37. p.2.*

Præfatio diſpoſitioni lumen, & intellectum præſtat, *vot.17. nu.36. p.2.*

Omnia in *præfatione* expreſſa, neceſſariò includit adprobatio, & ratificatio *di tutte le coſe &c.*, *nella narrativa &c. contenute &c.*, *vot. 17. nu. 41. p.2.*

PRÆJUDICIUM.

De *præjudicio* conſiderabili intelligitur clauſula *S. p. venientium ab inteſtato*, *vot.8. numer. 192. part.1.*

Præjudicium Subſtituti ex legitimatione facta antè purificatam ſubſtitutionem, vel nullum, vel leve ſaltem eſt, *vot.8. num.191. p.1.*

Ideoque nec præſervatum remanet per clauſulam *S.p. venientium ab inteſtato*, *ibid.*

In *præjudicialibus* ſcientia vera requiritur, nec ſufficit præſumpta, *vot.24. nu.207.p.2.*, *vid. nu. 209.*, *& ſeq.*

PRÆLATIO.

Prælatio tribuenda ſemper eſt perſonis expreſsè vocatis, excluſis aliis, ex tacita, atque impropria tantùm vocatione venientibus, *vot.21.num. 73.p.2.*

Prælatione à Teſtatore datâ proximioribus, hi priùs admittendi ſunt, *vot. 21. numer. 68. part.2.*

Prælatio conceſſa maſculis in activa diſtributione fructuum multiplici, ſupponit mares, & fœminas coæquales quoad alia, *vot.41. numer. 42. part.1.*

Prælatio deficit, deficiente vocatione, *vot. 33. num.35. p.2.*

Prælatio dari non poteſt lineæ, quæ ſuum principium non habuit, *vot.33. nu.26. p.2.*

Ex *prælatione* lineæ prædilectæ, prælatio arguitur omnium, ex ea deſceudentium, etiam illegitimorum, *vot.8.nu.113.p.1.*

PRÆLEGATUM.

Prælegatum, deficientibus perſonis, ad illud vocatis, expirat, Bonaque efficiuntur libera, *vot. 15.num.1. p.1.*

Præſertim favore Creditorum, eadem Bona obliga-

Digitized by Google

ligata habentium ex cauſa onerosa, *vot. 15. nu. 2. part. 1.*

PRÆMORIENTIA.

Ob *præmorientiam* Subſtituti deficit quoad ejus filios ſubſtitutio, in caſu deficientiæ filiorum Teſtatoris ſinè maſculis demandata, *vot. 1. nu. 4., & nu. 149., & 150. p. 1.*

Per *præmorientiam* heredis fideicommiſſum non tranſmittitur, *vot. 37. nu. 68. p. 1.*

Secus, quum de contraria Teſtatoris voluntate conſtat, *ibid.*

Quod procedit nedum inter Deſcendentes, ſed etiam inter Tranſverſales, *ibid. num. 70., & 72.* Intellige, *ut num. 71.*

Vid. *Fideicommiſſum, gradus, Subſtitutio, Teſtator.*

PRÆPOTENTIA.

Præpotentiæ ſuſpicio locum non habet in Barone, qui non ſit Ordinis magnatitii, *vot. 27. nu. 103. part. 2.*

Præpotentia Baronum conſiderari valet quoad perſonas ipſis ſubditas, atque Incolas, non quoad forenſes, *vot. 27. num. 102. p. 2.*

PRÆSCRIPTIO.

Præſcriptio juris ſuccedendi in fideicommiſſo difficilè inducitur, *vot. 13. num. 56. p. 1.*

Præſcriptio contra fideicommiſſarium induci nequit, nondum purificatâ ſucceſſione, *vot. 13. nu. 59. p. 2.*

Præſcriptio non currit non valenti agere, *vot. 13. num. 57. p. 1.*

Præſcriptio filio, poſt Patrem ad fideicommiſſum vocato, non currit à die obitus Patris, ſed à die, quo ille major factus eſt, *vot. 13. num. 65. part. 1.*

Ad *præſcriptionem* tempus minoris ætatis non imputatur, *vot. 13. num. 66. p. 1.*

Præſcriptio, abſque ſcientiâ fideicommiſſi, adverſus vocatum non currit, *vot. 13. numer. 69. part. 1.*

Præſcriptio, etiam millenaria non nocet vocatis, jus ſuum ex propria perſona deſumentibus, *vot. 20. nu. 115. p. 1.*

Ut nec etiam obſervantia, *ibid.*

Præſcriptio, ſi quæ inducta eſt contra unum ex vocatis ad fideicommiſſum, non nocet aliis poſterioribus vocatis, *vot. 13. numer. 56. part. 1.*

Adverſus *præſcriptionem* Fideicommiſſario datur in integrum reſtitutio ex capite probabilis ignorantiæ, *vot. 13. nu. 67. p. 1.*

PRÆSUMPTIO.

Præſumptio veritati debet cedere, *vot. 18. nu. 121. part. 2.*

Juris *præſumptio* militat pro validitate actus, *vot. 18. num. 141., & 161. p. 2.*

Juris *præſumptio* ſemper urget pro excludendo delicto, atque contraventione, *vot. 18. nu. 160. p. 2.*

Præſumptio urget veritatis omnium eorum, quæ in inſtrumento continentur, rejectâ prorſus quacumque erroris exceptione, niſi de illo per evidentes probationes doceatur, *vot. 27. n. 94. p. 1.*

Maximèque urget eodem præſumptio, ſi aliis coadjuvetur probationibus, *ibid. num. 95.*

Potentiorem *præſumptionem* diſponendi juxta patrias Leges Statutum inducit, *vot. 41. num. 7. part. 1.*

Præſumptio conformationis diſpoſitioni juris communis à Statuto tolli dicitur, *vot. 41. num. 6. part. 1.*

Præſumptionum multiplicatio pro inducenda agnationis contemplatione admitti non debet, *vot. 41. num. 75. p. 1.*

Præſumptio præſumptionis, ac *tacitum ex tacito* implicant, *vot. 11. num. 63. p. 1.*

Secus, ſi unum, ſive una veniat in conſequentiam alterius, *nu. 64.*

Præſumptio reſultans ex cauſa ingreſſus in Religionem non inducit generalem renunciationem ſucceſſionibus omnibus = *unde liberi* = *unde agnati* = *unde cognati*, = *vot. 4. num. 9. p. 1.*

PRIMITIVUM.

Primitivis infectis, infecta cenſentur etiam derivativa, *vot. 43. num. 49. p. 1., & vot. 1. num. 59. part. 2.*

PRIMOGENIALIA BONA.

Primogenialia nondum fiunt *Bona*, inter quatuor diviſa eâ lege, ut in ultimo ab illis deſcendente efficerentur primogenialia, dum non unus, ſed plures ſuperſunt, *vot. 31. num. 3. p. 2.*

Primogenialia effici *Bona* donata filio, ejuſque deſcendentibus cum onere perpetui fideicommiſſi, quoties perſonæ vocatæ ſuperſunt, abſonum eſt, *vot. 31. num. 17. p. 2.*

Primogenialia Bona filius poſteanatus poteſt ob lineæ prærogativam avocare à Subſtituto, *vot. 33. nu. 50. p. 2.*

PRIMOGENITURA.

In *primogenituris*, & majoratibus magnam quæſtionum perplexitatem agnovit *Sacra Rota*, *vot. 12. nu. 68. p. 1.*

Remque hanc ait *Grot. de jur. bell., & pac.* non minùs bellis, & pugnis ſingularibus agitatam, *ibid.*

Primogenialis controverſiæ deciſio non ſemel militibus armatis potius, quàm Juriſperitis commiſſa fuit, *vot. 12. num. 91. p. 1.*

Primogenitura res eſt à Jure communi exorbitans, *vot. 12. num. 27. p. 1.*

Primogenitura, velut juri communi contraria, odioſa eſt, & reſtringenda, *vot. 31. numer. 24. part. 2.*

Ne inducatur *primogenitura*, ſuperfluitas potiùs, quàm inſtantanea correctio præſumenda eſt, *vot. 31. num. 23. p. 2.*

Pro excluſione *primogenituræ* in dubio reſpondendum eſt, *vot. 31. num. 25. p. 2.*

Contrarium quando? Vid. *vot. 6. num. 9., & vot. 12. num. 38. p. 1.*

Primogenitura introducta eſt ad ſplendorem, decuſque familiarum conſervandum, *vot. 6. num. 7. part. 1.*

Primogenitura publicam reſpicere utilitatem dicitur, *vot. 6. num. 8. p. 1.*

Primogenitura, tum favorabilis, tum Teſtatori gratior cenſenda eſt, *vot.12. nu.44. part.1.*, & ratio *ibid.*

In *primogeniturís* ſola Teſtatoris voluntas ſpectanda eſt, *vot.33. num.46. p.2.*

Ad *primogenituram* vocatio, licèt non expreſſa, ſuppletur ex diſpoſitionis natura, ac Teſtatoris mente, *vot.6. num.24. p.1.*

Maximè, cum de admiſſione Deſcendentium agitur, *ibid. nu.25.*

A *primogenituræ* natura voluiſſe recedere Teſtator non eſt cenſendus, *vot.40. numer.34.*, *& 69. part.1.*

Ad *primogenituræ* ſucceſſionem ſpes ſemel parta, jus facit; neque ex poſt facto ceſſat, *vot.12. num. 80. part.1.*

In *primogeniturís* repræſentatio gradus paterni, etiam quoad Tranſverſales perpetuò locum habet, *vot.12 num.168. part.1.*

Primogenituræ regulari potiùs, quàm ſaltuariæ favet juris præſumptio, *vot.33. nu.9. p.2.*

Omnis capienda interpretatio eſt, ne *primogenitura* per ſaltum admittatur, *vot.33. num.10. p.2.*

Primogenitura licèt non expreſſa, levibus etiam conjecturis in fideicommiſſo inducitur, *vot.12. num.42. p.1.*

Ipſaque rei dubietas ei favere dicitur, *ibid. nu.43.*

Primogenituræ inſtitutio ſatis reſultat ex verbo = *Primogenitus* =, à Teſtatore adhibito, *vot.12. num.33. p.1.*

Primogenitura juris, non facti conſtituta cenſetur ex his verbis = *vada al più proſſimo parente maſchio; con peſo però, & ordine di primogenitura*, *vot. 12. num.106. p 1.*

Primogenituræ conſtitutioni repugnat retrogradus ſuccedendi ordo, *vot.40. nu.33. p.1.*

In *Primogeniturís* verba juxta earum naturam interpretari debent, licet eſſent improprianda, *vot.40. num.35. part.1.*

Primogenitura unum tantùm habilitat, & plurimorum ſucceſſioni opponitur, *vot.12. num.37.*, *& 40. part.1.*

Primogenitura unicum expoſcit ſucceſſorem, *vot. 12. nu.4.*, *& 46. p.1.*

Unicâ inſtitutâ primogeniturâ, meliùs agnatio conſervatur, *vot.12. numer.12. p.1.*

Primogenitura non ad unum, ſed relatè ad plures conſtituta, primo admiſſo, non expirat, *vot. 23. num.8. p.1.*

Ad *primogenituram* ſingulari numero facta nominatio, de ſingularibus perſonis intelligitur, *vot. 12. num.3. 9.*, *& 34. p.1.*

Primogeniturum unam, & non plures Teſtator inſtituere voluiſſe cenſetur, *vot.12. num.12. 15.*, *& 46. part.1.*

Unica *Primogenitura*, vel majoratus ut dicatur inſtitutus, graviſſimis opus non eſt probationibus, *vot.12. nu.38.*, *& 41. p.1.*

Hæ tamen requiruntur, ſi de ea tacitè inducenda agatur, & plures ſubſtituti fuerint, *ibidem numer.39.*

Primogenituras plures, & non unam fuiſſe conſtitutam, arguitur ex collectivè facta Agnatorum vocatione, *vot.12. nu.16.*, *& ibid. n.17.*, *& ſeq.*, *& num.29. part.1.*

Limita, ſi eorum vocàtio adſit in alia teſtamenti parte, *ibid. numer.47.*

Et, ſi diverſa concurrat ratio, *ibid. nu.48.*

Primogenituræ inſtitutio cum onere nominis, & inſignium, uni tantùm, & Primogenito convenire poteſt, *vot.12. nu.7. p.1.*

Atque unicam deſignat primogenituram, *ibidem numer.54.*

Primogenituræ injunctus ordo, itemque onus aſſumendi nomen, & inſignia perpetuum inducunt fideicommiſſum, *vot.12. num.54.*, *& vot.21. num.51. p 1.*

Primogenituram nec etiam tacitè in fideicommiſſo inducit onus cognominis, & inſignium, *vot.12. num.25. p.1.*

Niſi urgentes concurrant conjecturæ, *ibid. num. 30.*, *& ſeq.*

Primogenitura eſt de genere fideicommiſſorum, eique convenit definitio fideicommiſſi, *vot.28. num.37. p.2.*

Primogenitura in hoc ſolùm à fideicommiſſo differt, quod in illa, uno ſolo admiſſo, ceteri excluduntur, *vot.28. nu.38. p.2.*

Primogenituræ tempus dubium conciliari omninò debet cum præcedenti claro fideicommiſſo, *vot. 31. nu.25. p.2.*

Primogenitura conſtituit jus reale, nec ab unius perſona pendere poteſt, *vot.23. nu.9. p.1.*

Primogenitura perpetua inſtituta cenſetur ex ſola Primogeniti vocatione, *vot. 23. numer.5. part.1.*

Primogenituras perpetuas, non autem *temporales* eſſe decet, *vot.6. num.10. p.1.*

Primogenitura temporaria, & ad certas perſonas reſtricta, improbata non eſt, *vot.15. num.23. part.1.*

Primogenituram reale gravamen latiùs extendit; *vot.6. num.21. p.1.*

Primogenitura extenditur ad quoſcumque ſub generali ejus ratione comprehenſos, *vot.6. num.4. part.1.*

Ad *primogenituram* indefinita Maſculorum omnium vocatio Maſculos etiam, qui non ſint de Primogeniti linea, comprehendit, *vot.6. num. 27. part 1.*

Primogenituræ extenſio favore Tranverſalium difficiliùs admittitur, *vot.6. nu.30. p.1.*

In *primogeniturís*, ac fideicommiſſis nil tàm repugnat, quàm tranſlatio ſucceſſionis à Deſcendentibus ad remotiores tranſverſales, *vot.15. numer.72. part.1.*

Primogenituræ inter Deſcendentes conſervandæ extenſio faciliùs admittenda eſt, *vot.6. nu.15.*, *& 30. p.1.*

Concurrente præſertim Teſtatoris voluntate, ex conjecturis elicitâ; & ex quibus? *ibid. num.16.*, *& ſeq.*

Ad *primogenituram* vocatus cenſetur, qui in meliori gradu eſt conſtitutus, *vot.12. numer.109. part.1.*

In *primogeniturís* linea magis delicti ob majorem con-

conjunctionem, cenſetur & ipſa prædilecta, *vot.12. num.164. part.1.*

Ille autem vocatus cenſendus eſt, qui Defuncto ab inteſtato ſucceſſiſſet, ſivè nepos, ſivè pronepos ipſe ſit; *ibid.*

Io *primogenitura* ſucceſſurus, utitur principaliter non jure repræſentationis, ſed ſuæ *lineæ* potioritate, *vot.12. num.168. part.1.*

Primogenitura regularis ſecumfert *lineæ* prærogativam, *vot.33. num.44. p.2.*

Regularis *primogenituræ* ordinem important verba = *de Primogenito in Primogenitum* =, *vot.12. num.70. p.1.*

In *primogenitura* regulari *lineæ* prærogativa omnes alias vincit, *vot.33. nu.6. p.2.*

Ad *primogenituram* aſſequendam plurimùm conſert prærogativa *lineæ*, ætatis, atque gradus, *vot. 12. num.39. p.1.*

In *primogenitura* expreſſus ſucceſſivus ordo, nil aliud indicat, niſi ſpectandam eſſe prærogativam gradus, *vot.15. nu.24. p.1.*

Et inæqualis gradus perſonas non eſſe ſimultaneè admittendas, *ibid.*

Primogenituræ ordine ſucceſſionem eſſe deferendam, idem eſt, ac juxta *lineæ* prærogativam, & regularis primogeoituræ inſtitutionem, *vot. 33. numer.7. p.2.*

Accedente præſertim onere aſſumendi cognomen, & inſignia, *ibid. num.8.*

In *primogenituræ* ſucceſſione *linea* conſideratur habito reſpectu non ad eum, qui deſignatus fuit tamquam ſtipes, ſed ad ejus filios, & Deſcendentes, *vot.33. num.21. p.2.*

Ita ut linea Deſcendentium dividatur in plures, *ibid. num.22.*

In *primogenituris linea* ſumitur etiam contentivè, *vot.6. nu.14.*, & *vot.12. num.175. part.2.*

Et durat in ejuſdem Deſcendentibus, *dict. vot.12. num.176.*

Cum jure arcendi proximiores ex alieno ſtipite, *ibid. nu.157.*

Primogenituræ ordo in ſucceſſione præſcriptus diſpoſitionem extendi poſtulat, *vot.1. nu.103.*, & *vot.15. num.55. p.1.*

Primogenitura de ſe expoſcit actualem Primogeniti, ſimulque habitualem omnium illius Deſcendentium incluſionem, *vot.15. numer.57. p.1.*

Primogenitura ſecumfert plurium graduum, ac perſonarum collectionem, *vot.15. num.55. p.1.*

Ac perpetua eſt inter omner Deſcendentes, neque ad primi gradus perſonas reſtrictionem patitur, *ibid.*

Repugnant autem ſucceſſivus primogenituræ ordo, iſtiuſque circumſcriptio in primo, aut ſecundo gradu, *ibid. nu.56.*

Primogenituræ natura eſt, ut, defectâ primogeniti lineâ, ſuccedat ſecundògenitus, & deindè tertiògenitus, *vot.31. num.57. p.2.*

Primogenituræ ordo hic eſt, ut ſucceſſio primùm ad Primogenitum, ejuſque Deſcendentes, deinde ad Secundògenitum, ejuſque Deſcendentes, & ſic deinceps deferatur, *vot.33. num.12. part.2.*

Itaut expectanda ſit priorum linearum extinctio, *vot.33. num.13. p.2.*

Ad *primogenituram* vocati filii, conſtituunt lineam uniuſcujuſque propriam cum prælatione lineæ Primogeniti, & deinceps Secundògeniti, *vot.33. num.36. p.2.*

A *primogenitura* in defectu Primogeniti nequit cenſeri excluſus alter filius, ejuſque Deſcendentes, *vot.6. num.23. p.1.*

Primogenitura, non admiſſo Secundògenito in locum Primogeniti, difficilius poteſt eſſe diuturna, *vot.12. num.88. p.1.*

In *primogenituræ* ſucceſſione prædilecti cenſentur Secundògenitus, ejuſque Deſcendentes, extinctâ Primogeniti lineâ, *vot.33. num.14. p.2.*

Iidemque præferuntur, etiam non curatâ qualitate ſexus, ſi eam Teſtator non requiſivit, *ibid. num.15.*

In *primogenituræ* ſucceſſione filii, & deſcendentes à Secundògenito præferendi ſunt, quemadmodum præferri debuiſſet eorum Pater, ſi ultimo poſſeſſori ſupervixiſſet, *vot.33. n.32. p.2.*

Sivè agatur de progreſſu ſucceſſionis in eadem linea, ſivè de ingreſſu ſucceſſionis in novam lineam, *ibid. nu.32.*, & 37.

Niſi io novu ingreſſu primogenituræ linea conſtituta dici nequeat ob defectum certæ vocationis perſonarum, quæ lineam componere debuiſſent, *ibid. num.33.*

Primogenituram Teſtator inſtituens in deſcendentia filiorum, quæ ſupereſſet, nec nomine *Lineæ*, antea expreſſæ de filiis immediatis, nec nomine *deſcendentiæ* de filiis filiorum intellexiſſe cenſendus eſt, *vot.31. num.15. p.2.*

Primogenituræ erigendæ reſervatio in eum caſum collata, quo unica linea ſupereſſet, non reſpicit caſum, quo unicus dumtaxat ſuperſit Donatoris filius, *vot.31. num.35. part.2.*

Ad *Primogenituram* Teſtator vocaſſe cenſeodus eſt non ſolum deſcendentes ex Primogenitis, verùm etiam alios de ipſius familia, *vot.6. nu.11. part.1.*

Procedit, ſivè nullo deſignato Succeſſore, ſivè etiam vocatis Primogenitis, eorumque Deſcendentibus, *ibid. num.12.*

Amplia, ut id procedat etiam de primogenitura, in perſonis alienæ familiæ conſtituta, *ibid. nu.13.*

Ad *primogenituram* debere admitti Secundogenitum potius, quàm filium Primogeniti defuncti, repugnat, oec præſumendum eſt, *vot.15. num. 59. p.1.*

Immò in dubio, pro Primogenito ultimi Poſſeſſoris eſſet capienda interpretatio, *ibid. num.60.*

Secus tamen eſſe poſſet, expirato primogenituræ onere, aut quando Teſtator ad lineam reſpexerit non ſubſtantiæ, ſed qualitatis, *ibid. num.61.*

Primogenitura nequit ad aliam lineam tranſire, Primogeniti lineâ non extinctâ, *vot.15. n.58. p.1.*

A *primogenitura* Secundò, vel Tertiògenitus excluditur, donec extat aliquis ex Primogeniti linea, *vot.33. num.25. part.2.*

Primogenituræ ſucceſſio, donec ſpes adſit, ut ex linea prædilecta prodeat perſona capax ſucceden-

Digitized by Google

dendi, in ſuſpenſo manere debet, vel alteri per ſpeciem adminiſtrationis interea deferri, *vot. 33. num.48. p.2.*

Primogenituræ ſucceſſio, ſecùs ac Majoratuum Hiſpaniæ, in ſuſpenſo manere poteſt, vel alteri per ſpeciem adminiſtrationis interea deferri, *vot.33. num.49. p.2.*

Regularis *primogenituræ* natura eſt, ut in unam lineam ingreſſa, ab ea egredi non debeat, donec non ſit extincta, niſi aliter de voluntate Teſtatoris conſtet, *vot.12. num.71., & 74., & vot.40. num.38. part.1.*

Procedit nedum de progreſſu in linea Primogeniti, ſed etiam de primo in illam ingreſſu, *dict. vot.12. num.72., & 100.*

Idemque eſt effectus primogenituræ in ſpe, ac illius, quæ in unam lineam ingreſſa ſit, *dict. numer.100.*

Tantum enim habitus, quantum actus hac in re operari dicitur, *ibid. num.73., & 108.*

Declara, hæc procedere favore Deſcendentium Primogeniti, qui poſt eum vocati ſint; ſecùs, ſi nec ipſius Deſcendentes adſint, *ibid. num.74., & 76. ad 78.*

In *primogenituris* proximioritas materialis attenditur in ingreſſu; in progreſſu verò ſpectatur lineæ potioritas, ſpes, tranſmiſſio, & repræſentatio, etiam inter tranverſales, *vot.12. n.170. part.1.*

De ingreſſu tamen, vel progreſſu non quæritur, ubi res eſt de linea utroque latere conjuncta, ac Teſtatori prædilecta, *ibid. num.171.*

Quo caſu nec de proximioritate materiali, nec de vi repræſentationis agendum eſt, *ibid. num.172.*

Minùſque, an proximitas gravati, an illa gravantis debeat attendi, *ibid. num.173.*

Eaque linea conjunctior dicitur, quæ Teſtatori eſt prædilecta, *ibid. num.174.*

Ad *primogenituram* nomine *proximioris* is vocatus cenſetur, qui gradu materiali, vel naturali propinquior eſt, *vot.12. num.92. p.1.*

Non attento, an de Primogenito juris, vel facti Teſtator ſenſerit, *ibid.*

Quæ præſertim locum habent, ſi agatur de habente qualitatem majoris natu, & de *primogenitura*, in progreſſu conſtituta, *ibid. n.93., & 94.*

Et maximè, ſi de linea prædilecta, *ibidem num.95.*

Proximioris nomine in *primogenitura* quis comprehenſus non cenſetur ex non comprehenſione alterius, æquale jus habentis, *vot.12. n.116. p.1.*

Comprehenſus itidem is non cenſetur, cujus poſterior adeſt vocatio, eveniente conditione aliquâ, *ibid. num.117.*

Et ſub proximioris vocatione collata in tempus remotiſſimum comprehenſus non intelligitur, qui jam erat natus, ac Teſtatori cognitus, *vot. 12. num.119. p.1.*

In *primogenitura* favore agnationis conſtituta, frater germanus potior eſt fratre conſanguineo, quoties *proximior* non reſpectu gravantis, ſed gravati ad illam ſit vocatus, *vot.12. numer.140., & 142. p.1.*

In *primogenituris* non materialiter, ſed civiliter conſiderata dicitur gravati *proximitas*, *vot.12. num.166. part.1.*

In *primogenituris* non attenditur *proximitas* juxta naturalem gradum, *vot.12. num.113., & 167. part.1.*

Ad *primogenituram* vocatis *proximioribus* heredis gravati, cenſetur Teſtator quodammodo voluntatem heredis in locum ſuæ mentis ſuſcepiſſe, *vot.12. num.150., & 151. p.1.*

Et ſub nomine *proximiorum* illos vocaſſe, quos heredi prædilectos novit, *ibid. num.152.*

In *primogenituris* non debet attendi *proximioritas* alterius extra lineam prædilectam, *vot.12. num. 165. part.1.*

In *primogenituris* quænam *proximitas* attendi debeat, pendet ex diſponentium voluntate, *vot. 12. num.114. p.1.*

Hæc autem ex cauſſis, ipſam moventibus, poteſt deſumi; & quomodo? *ibidem numer.116., & ſeq.*

In *primogenitura*, favore fratrum inſtituta à tranſverſali, frater germanus ætate minor, fratri majori præferendus eſt, *vot.12. numer.159. part.1.*

Ad *primogeniturom* ſub nomine *Deſcendentium maſculorum*, veniunt Maſculi ex linea nedum Primogeniti, ſed aliorum etiam de familia, *vot.6. num.19., & 28. p.1.*

Primogenitura conſervanda in Maſculis *de virili agnatione*, ad perſonas dumtaxat nominatas non reſtringitur, *vot.6. num.17. p.1.*

Sed porrigitur ad omnes Maſculos de eadem agnatione, *ibid. num.18.*

Præſertim, ſi verba adſint perpetuitatem temporis importantia, *ibidem numer.20. 21. 22., & 30.*

Primogenituræ conditionem per mortem unius ex filiis immediatis exſtere noluiſſe, dicendus eſt Teſtator, qui defeciſſe ſuppoſuit non ſolùm filios, ſed etiam eorum Deſcendentes, *vot.31. num.13. p.2.*

Primogenitura inſtituta ſub conditione: *ſi heres Teſtatori prædecedat*, evaneſcit, Teſtatore præmortuo, *vot.14. num.1. p.1.*

Primogenitura, vel fideicommiſſum deficiunt, non purificatis caſibus, & conditionibus, ſub quibus fuerunt inſtituta, *vot.21. nu.56. p.1.*

Procedit, licèt agnatio videatur contemplata, *ibid. num.57.*

Ac, etiamſi diſpoſitio cum omnibus clauſulis ſolitis, & neceſſariis concepta fuerit, *ibid. n.58.*

Primogenituræ, vel majoratus ordinatio conjecturam non præbet excluſionis filiorum naturalium, *vot.8. num.53. p.1.*

Teſtator non cenſetur ad *primogenituram* vocaſſe filios civiliter mortuos, quorum mentionem numquam fecit in aliis teſtamenti partibus, *vot. 6. num.5. p.1.*

Minùſque eorum filios, ſi nec de obitu vocatorum ſinè filiis cogitavit, *ibid. num.6.*

Perpetuæ *primogenituræ* ordo trebellianicæ prohibitionem arguit, *vot.28. num.3. part.2.*

In *primogeniturís*, & majoratibus univerſalibus locum habere trebellianicæ detractionem, verius eſt, *vot.28. num.36. part.2.*

Perpetuæ *primogenituræ* ordo non repetitus in ſecunda ſubſtitutione, in ea non cenſetur inſtitutus, *vot.23. num.2. p.1.*

Præſertim, non vocatis ulterioribus Deſcendentibus, nec diſpoſitione in perpetuum collatâ, *ibid. num.3.*

Talis autem ſubſtitutio per Subſtituti prædeceſſum caducatur, *ibid. num.4.*

Primogenitura per viam donationis cauſsâ mortis conſtituta, nedum expreſsè, ſed etiam tacitè revocari poteſt, *vot.17. num.7., & 26. p.1.*

A *primogenituræ* vinculo eximuntur Bona, poſtea donata inter vivos, *vot.44. num.97. p.1.*

Primogenitura, ſi heres non utatur facultate nominandi Primogeniti, ſibi datâ, ad alios à Lege, vel ab homine vocatos devolvitur, *vot.14. num.76. part.1.*

PRIMOGENITUS.

Ex verbo = *Primogenitus* =, à Teſtatore adhibito, ſatis reſultat primogenituræ inſtitutio, *vot.12. num.33. part.1.*

Primogeniti vocatio ſingulariter facta, in uno tantùm verificatur, *vot.12. nu.34. p.1.*

Et primogenitoræ, licèt non expreſſæ, argumentum præbet, *vot.35. nu.12. p.1.*

Primogeniti vocatio ſingulari numero cenſetur conſultò à Teſtatore facta, *vot.12. numer.59. part.1.*

Nec ſingularitas ejuſmodi eſt improprianda, ſed potiùs coadjuvanda, *ibid.*

Procedit, etiamſi pluralia ſubſequantur verba, quoties hæc tàm ad primùm, quàm ad ſucceſſivos Primogenitos referri valeant, *ibidem numer.60.*

Primogeniti vocationem pluraliter factam, natura ipſa majoratus in ſingularem convertit, *vot. 12. num.63. p.1.*

Primogeniti unius, & non plurium vocationem ſuadet Teſtatoris nobilitas, *vot.12. numer.64. part.1.*

Et qualitas Bonorum, quæ juriſdictionalia ſint, *ibid. nu.65.*

Primogenitis duobus admiſſis, optimè agnatio conſervatùr, & familia, *vot. 22. numer. 21. part.5.*

Primogenitæ ſubſtitutio ad ejus Deſcendentes maſculos non extenditur, ex regula, quod fœmininum non concipit maſculinum, *vot.23. num. 22. part.1.*

Ab hac regula receditur ex veriſimili Teſtatoris mente, *ibid. num.23.*

Primogenitæ nomine, ubi agitur de evitanda fideicommiſſi caducatione, etiam Primogeniti maſculi vocati reputantur, *vot.23. numer.24. part.1.*

Primogeniti vocatio omnes alios excludit, *vot.54. num.64. p.1.*

Primogenitus, ſtatim ac naſcitur, actualiter ſibi, habitualiter verò omnibus, ab ipſo deſcendentibus jus adquirit, *vot.52. num.75. p.1.*

Intellige, ut quoad eos gradualis ſuccedendi ordo ſervari debeat, *ibid. num.76., & 77.*

Primogenitæ nomen à Teſtatore non reſtrictum ad ſolas filias immediatè naſcituras, ad nepotes etiam extenditur, *vot.23. nu.15. p.1.*

Præſertim, ubi agitur de diſpoſitione Aſcendentis, *ibid. num.12.*

Solum *Primogenitum*, actu exiſtentem, non conſideravit Teſtator, ſi eum proprio nomine nuncupare omiſit, *vot.12. num.84. p.1.*

Sub nomine *Primogeniti* in civili ſignificatione accepto, veniunt nepotes etiam, ac pronepotes, ex Primogenito deſcendentes, *vot.23. num.19. part.1.*

Ac etiam Secundògenitus, *vot.12. numer. 86. part.1.*

Primogenitum vocans Teſtator cum relatione ad futurum tempus, conſideraſſe dicitur exiſtentiam Primogeniti, etiam civili modo, *vot.52. num.85. part.5.*

Primogeniti vocatio in remotiſſimum tempus collata comprehendere dicenda eſt tùm Primogenitos immediatè naſcituros, tùm èos, qui aderunt ſucceſſionis tempore, *vot.23. numer.21. part.1.*

Primogeniti nomen cenſetur à Teſtatore adhibitum, ut in aliis teſtamenti locis, in ſenſu non naturali, ſed civili, *vot.23. num.17. p.5.*

Primogeniti nomine à Teſtatore accepto in ſenſu naturali, ſubſtitutio per prædeceſſum unius caducatur, aliis etiam extantibus Primogenitis, *vot.23. num.18. p.1.*

Primogenito ſtipitis vocati deficiente, Secundògenitus in ejus ſuccedit locum, *vot. 12. numer.82. part.1.*

Intellige, etſi non naturaliter, tamen civiliter & ex Lege, *ibid. num.83.*

Quod maximè procedit, concurrente Teſtatoris voluntate, *ibid.*

Primogeniti nedum, ſed etiam *Secundògeniti* vocationem arguit natura ipſa primogenituræ, de ſe perpetuæ, *vot.12. num.87. p.1.*

Si præſertim adſint verba = *in infinitum* = *de Primogenito in Primogenitum*, *ibid.*

Et præceptum aſſumptionis armorum, *ibid.*

Primogenitus carens nobilitatis gradu, à Teſtatore præſcripto, non excludit alios lineæ præcedentis, eâ nobilitate præditos, *vot.33. nu.40. part.2.*

Primogeniti nominandi facultas non efficit, ut primogenitura deſinat in primo nominato, *vot. 14. num.75. p.1.*

PRINCEPS.

Princeps eſt Legibus ſolutus, & poteſt etiam, quæ ſunt contra jus, *vot.27. num.81. p.1.*

Principes decet juris inflectere ſeveritatem, *vot. 27. num.80., & 503. p.1.*

Juſtus *Princeps* æquitatem à Juris Civilis ratione numquam ſejungit, *vot.27. num. 90. part.1.*

Principes ſeſe Legibus alligatos profitentur, *vot.27. 99. part.1.*

Et principatum Legibus ſubmittere majus imperio eſſe, gloriantur, *ibid.*

Prin-

Principis poteſtas, quantacumque ſit, juſtâ ratione eſt moderanda, *vot.27. num.105. p.1.*

Et quæ *Principem* non decent, Princeps non poſſe dicitur, *vot.27. num.105. p.1.*

Principem non ſemper decet facere, quod abſolutè poteſt, *vot.27. num.104. p.1.*

Princeps juri alieoo præjudicare non debet, *vot. 27. num.98. p.1.*

Principis beneficium non debet in alterius injuriam, & præjudicium verti, *vot.9. numer.105. part.1.*

Principis Reſcriptum nemini captioſum debet eſſe, *vot.24. num.102. p.2.*

Principis Reſcripto jus, alteri quæſitum, læſum non cenſetur, *vot.27. num.93, p.1.*

Maximè, ſi inde everteretur ſubſtantia ipſa diſpoſitionis, *ibid. num.95.*

Princeps in præjudicium juris, tertio quæſiti, gratiam, ſciens, non conceſſiſſet, *vot.24. nu. 219. p.2.*

Principis Reſcripto poſſe ſe quempiam heredem dicere, ac negare, fruſtrando eos, quibus ex aditione quæſitum jus fuiſſet, abſurdum reputandum eſt, *vot.24. nu.103. p.2.*

Princeps per prorogationem heredi conceſſam ad deliberandnm de aditione hereditatis, facultatem quandocumque adeundi præripuiſſe non cenſetur, *vot.24. num.99. p.2.*

Minùs verò ei conceſſiſſe, ut qualitatem hereditariam ſemel aſſumptam poſſet deponere, *ibid. num.100.*, *&* 186., vid. *heres*, *prorogatio*.

Princeps non eſt cenſendus civilis, ac municipalis Legis regulas delere voluiſſe, *vot.24. num.101. part. 2.*

Princeps an ſupremas hominum voluntates commutare poſſit, inter Doctores controverſum eſt, *vot.27. num.81. p.1.*

Alii enim adfirmant, alii negant, *ibid. num.82. ad* 87.

Poteſtas tamen ejnſmodi hodie in Principe de Stylo præſupponitur, *ibid. num.*88.

In *Principe* inductus ſtylus voluntates commutandi, jus facit, *vot.27. num.*88. *p.1.*

Maximè in *Summo Pontifice*, *ibid.*

Princeps nequit gratiam commutationis voluntatis concedere in præjudicium agnationis, *vot.27. num.92. part.1.*

Princeps, Lex, Civitas de privilegiis, quæ ab ipſis ſunt conceſſa Civibus, poſſunt diſponere, *vot.4. num.46. p.2.*

Secus de privilegiis debitis ex peculiari Reſcripto, vel diſpoſitione hominis, *ibid.*

Princeps ſummovere poteſt Legitimi, ac Illegitimi differentiam, *vot.9. num.98. p.1.*

A *Principe* legitimatus ſuccedit non ex legitimatione, ſed ex Lege, *vot.9. num.106. p.1.*

Princeps legitimare nequit in Territorio infeudato, *vot.8. num.182. p.1.*

Quatenùs tamen legitimare ille valeat, poteſt etiam, qui facultatem ab ipſo habet, *ibid.*

Princeps ſua facit ea omnia, quibus auctoritatem ſuam impartitur, *vot.9. num.96. p.1.*

PRIOR.

Priorum Communitatis teſtimonium plurimùm valet ad probandam immemorabilem conſuetudinem, *vot.27. num.64. p.2.*

Illudque non privatarum perſonarum, ſed ſolemne quodammodo ipſius Commnoitatis teſtimouium reputatur, *ibid.*, *&* *num. ſeq.*

Priores Communitatis totam Univerſitatem repræſentant, *vot.27. num.65. p.2.*

PRIORATUS.

Prioratus, & Commendæ ſucceſſio regulam ſumit à Lege, præſcripta in ejus fuodatione, *vot. 32. num.49. p.2.*

Prioratus natura diverſa omninò eſt à jure fideicommiſſariæ ſucceſſionis, *vot.32. num.50. p.2.* & in quo? *num.51.*, *&* 52.

Obtinendi *Prioratus* Ordinis *S. Stephani* capax fœmina non eſt, *vot.32. num.48. p.2.*

PRIVATIO.

Privatio ſupponit habitum, & præcedentem adquiſitionem, *vot.43. num.69. p.1.*

Quæ ſinè vocatione dari nequit, *ibid.*

PRIVILEGIUM.

Privilegium eſt ſtricti juris, & à filiis oon extenditur ad nepotes, *vot.21. num.29. p.2.*

Præſertim, ubi res eſt de conceſſione contra jus commune, *ibid. num.32.*, *&* 67.

Privilegium non extenditur ad perſonas, in eo non expreſſas, etiam ex ideutitate rationis, *vot.21. num.31. p.2.*

Privilegium conceſſum *Capuanis* de ſolis originariis intelligitur, *vot.4. num.27. p.2.*

Privilegia Civium etiam ratione iocolatus, & domicilii competunt, niſi diſpoſitio expreſſim de originario loquatur, *vot.4. num.9. p.2.*

Privilegia Civium Leges impartiuntur Exteris, *vot.4. num.45. p.2.*

Privilegiis Civium fruuntur etiam qui Cives ſunt ex privilegio, *vot.4. nu.11. p.2.*

Procedit in iis, quæ de jure communi competunt, ſecus in iis, quæ ex Reſcripto, vel particulari diſpoſitione, *ibid. nu.*44.

Privilegium conceſſum Ordini Curialium, eorum ordine abolito, ceſſat, nec amplius allegari poteſt, *vot.2. num.130. p.2.*

Inter æquè privilegiatos neuter *privilegio* ſuo adverſus alterum uti poteſt, *vot. 11. numer. 34. part.2.*

Et quando ſecus? *num.36.*

PROBATIO.

Probatio major dari nequit illâ, reſultante ex propria judiciali confeſſione, *vot. 17. numer. 31. part.1.*

Probatio dubia, in conjecturalibus quæſtionibus, exceptione etiam dubiâ repelli poteſt, *vot.8. nu. 21. p.1.*

Probatio evidens ex conjecturis etiam, & præſumptiooibus poteſt elici, *vot. 25. numer. 11. part.2.*

Evidens autem *probatio* quoties de jure requiritur, ſufficit, quod ex legalibus oriatur conjecturis, & præſumptionibus, *ibid. nu.12.*

Probatio peccans vitio petitionis principii, reijcien-

cienda omninò eſt, *vot. 43. numer. 53. part. 1.*

PROCLAMA.

Proclamatum, & denunciationum præmitti ſolitarum io contractibus vaſſallorum *SS. Gregorii, & Caſapis*, omiſſio, ſi quæ contigerit, eſt tribuenda mutationi Baronum, & Miniſtrorum, *vot.27. num.34. p.2.*

Hinc autem reſultare dici nequit talis uſus abrogatio, niſi etiam de impedimento Miniſtris præſtito, eorumque adquieſcentia conſtet, *ibid. & num.107.*

PROEMIUM.

Proemium, ſeù verba proemialia intentionem demonſtraot, ac ſunt veluti totius diſpoſitionis regula, *vot.17. nu.31. p.2.*

PROGENIES.

De *progenie* alicujus is dicitur, qui ab illo deſcendit, & mediatè, vel immediatè progenitus eſt, *vot.15. nu.82. p.2.*

De *progenie* filiæ Pater non dicitur, ſicuti filia de progeuie Patris, *vot.15. num.83. p.2.*

PROHIBITIO.

Probibitio, & conditio non fiunt propter ſe, ſed propter priucipalem diſpoſitionem, *vot.39. nu. 45. p.1.*

Directè *probibitum*, indirectè permitti, abſurdum eſt, *vot.13. num.61. p.1.*

Probibitio ceſſat, deficieute perſonâ, in cujus favorem facta eſt, *vot.19. num. 18. p.2.*

Probibitio in rem ordioata, efficit, ut cum ſuo onere ad quemcumque res tranſeat, ac reciprocè devolvatur, *vot.38. num.29. p.1.*

Alienationis *probibitio*, ut Bona in familia conſerventur, realis, & perpetua cenſenda eſt, *vot. 14. nu.89. part.1.*

Probibitio alienationis, quando realis eſt, diſpoſitioui præordinatæ iu caſu obitus acceſſoria non dicitur, *vot.14. nu.31. p.1.*

Probibitio alienationis intelligenda ſemper eſt de voluntariis, non autem de legalibus, quoties deficiunt clauſulæ, totalitatem reſtitutionis importantes, *vot.28. nu.80. part.2.*

Probibitio alienationis non extenditur ad alienationem commoditatis fructuum, *vot.4. nu.90.*, *& vot.5. nu.9. p.1.*, & quando ſecus *dict. vot.4. nu.102.*, *& 105.*, *& dict. vot.5. nu.48.*

Probibitio alienationis, uni ſubſtitutioni adjecta, ad perſonas, in aliis ſubſtitutionibus comprehenſas, exteodi nequit, *vot. 28. numer. 81. part.2.*

Maximè, ſi concepta verbis non complectentibus caſus, tempora, & perſonas omnes, *ibid.*

Probibitio alienandi amplis, & effrænatis verbis concepta, comprehendit omnes actus, per quos aliquando ſequi poteſt alienatio, nimirum obligationem, cenſuum conſtitutionem, & his ſimilia, *vot.32. nu.5. p.2.*

Probibens obligationem Bonorum, & ceuſus conſtitutionem, multò magis prohibere cenſetur actum donationis inter vivos, *vot.32. nu.6. part.2.*

Quamvis Donanti integer uſusfructus reſervetur, *ibid. num.7.*

Probibitio alicnandi ob expreſſam cauſſam perpetuò conſervandi Bona pro vocatis, comprehendit quamcumque alienatiouis ſpeciem, ſive per donationem inter vivos, ſive per actum ultimæ voluntatis, *vot.32. num.8. p.2.*

Prout etiam per donationem cauſſâ mortis, *ibid. num.9.*

Intellige, quando ex prohibitione, facta in favorem alterius, reſultat fideicommiſſum etiam in caſum mortis, *ibid. numer. 10.*, Vid. *alienatio*.

Probibitio, ne quidquam aliud filia habere poſſit, adpoſita cenſetur favore Maſculi, univerſalis heredis, non ad illam excludendam à jure accreſcendi, deficiente Maſculo, *vot.19. numer.17. part.2.*

Procedit, ioſtituto univerſali herede, etiam extraneo, *ibid. num.19.*

Probibitio, *quod plus petere non poſſit*, particularis heredis inſtitutioui adjecta, intelligitur, rebus in eodem ſtatu permanentibus, *vot.19. nu. 19. p.2.*

Eademque pro certo effectu à Teſtatore adjecta, operativa ſolùm cenſetur, ubi talis effectus poteſt haberi, *ibid. num.21.*

Probibitio plus pĕtendi adjecta inſtitutioni heredis particularis, intelligenda eſt favore heredis univerſalis, ſi heres erit, ſin minùs favore veoientium ab inteſtato, *vot.19. num.22. part.2.*

Excloſo à jure accreſcendi ipſo particulari herede; quod tamen intellige, ubi heres univerſalis, ex cogitatione Defuncti, in omni ferè caſu eſſe debebat heres, *ibid.*

Probibitio heredi facta, ne favore certarum perſonarum, moriens, diſponat, pœnæ odium continere noo dicitur, quoties eidem contravenienti nihil adimat, *vot.18. nu. 42. p.2.*

Probibitio ejuſmodi non ſuſtinetur, ſi facta ex irrationabili odio, *dict. vot.18. num.43. p.2.*

Probanda tamen eſt cauſſa talis odii irrationabilis, *ibid. num.45.*

Aliàs ex ſola irrationabilitate non irritatur diſpoſitio, *ibid. nu.46.*; Vid *heres*.

Probibitio trebellianicæ reſultare debet ex illa teſtamenti parte, ſeù vocatione Subſtitutorum, quibus facta prætenditur, *vot. 28. numer. 71. part.2.*

Probibitio trebellianicæ numquam extenditur de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, *vot.28. nu.72.*, *& 73. p.2.*

Procedit, etiamſi perſona, detrahere prohibita, eſſet magis propinqua, & dilecta Teſtatori, *ibid. num.74.*

Immò ex trebellianicæ prohibitione facta in uno caſu, vel uni perſonæ, conjectura elici dicitur, quod in ceteris caſibus, ceteriſque perſonis permiſſa fuerit, *ibid. num.75.*

Maximè autem non debet admitti ejuſdem prohibitionis extenſio de perſona ad perſonam,

quando Teſtator diverſo diſponendi modo uſus eſt inter unum, & alterum perſonarum genus, *ibid. nu.76.*

Prohibitionis trebellianicæ extenſio ab una ad aliam diſpoſitionem ut per viam declarationis poſſit fieri, concludentia omninò requiruntur argumenta, *vot.28. num.77. p.2.*

Prohibitionem trebellianicæ de una ad aliam ſubſtitutionem inferri poſſe, non efficit alienationis prohibitio, *vot.28.nu.79.*, *& ſeq.*, ac præſertim, *nu.8.p.2.*

Vid. *Trebellianica*.

PROLES.

Prolis illegitimæ non tanta in ulterioribus Subſtitutis, quanta in proximiori gradu conjunctis abominatio eſt, *vot.8. num.78. p.1.*

PROMISSIO.

Sola *promiſſio* dotis non ſufficit, ut Statuto excluſivo fœminarum propter dotem locus fiat, *vot. 15. num.62. p.2.*

PROPRIETAS.

Proprietas abſque fructibus remanet titulus inutilis, ac nomen vacuum, *vot.4. nu.105.*, *& vot. 5.num.51.p. 1.*

PROROGATIO.

Prorogationes à Principe obtentæ ad deliberandum de acceptatione, vel repudiatione hereditatis, nequeunt hujus aditionem, præcedentibus inductam poſſeſſivis actibus, de medio tollere, *vot.24. num.90. p.2.*

Præſertim ex Statuto attendente ſolum factum poſſeſſionis, *ibid. num.91.*

Et maximè, ſi iidem actus, poſt obtentas etiam prorogationes continuati fuerint, *ibid. num.93.*

Prorogatio temporis facta intelligitur cum iiſdem omnino qualitatibus, quæ tempori prorogato ine ant, *vot.24. nu.96. p.2.*

Per *prorogationem* heredi conceſſam ad deliberandum de aditione hereditatis, Princeps non cenſetur ei ademiſſe facultatem quandocumque adeundi, *vot.24. num.99. p.2.*

Minus verò ei conceſſiſſe, ut qualitatem hereditariam, ſemel aſſumptam, poſſet deponere, *ibid. nu.100.*, *& 185. p.2.*

PROTESTATIO.

Proteſtatio, ſeù declaratio in próemio emiſſa, univerſam diſpoſitivam afficit, *vot. 17. numer.40. part.2.*

Proteſtationes præſervativæ operantur ſolùm quoad non expreſſa, non autem quoad expreſſa, ſive ea, quæ per neceſſarium veluti conſequentiam veniunt, *vot.24. num.109. p.2.*

Proteſtatio, ſe nolle eſſe heredem eliditur contrario ſubſecuto facto, quod citra nomen heredis fieri non potuit, *vot.24. num. 38. p.2.*

Limita, ſi actum ipſum comitata eſt, *ibidem num. 39.*

Subſecutæ contrariæ *proteſtationes*, nequeunt hereditatis aditionem, præcedentibus inductam actibus, impedire, aut revocare, *vot. 24. nu. 110. p.2.*

Si verò eædem præceſſerint, ſublata earum vis cenſenda eſt ſubſequentibus actibus, aditionem præſeferentibus, *ibidem numer. 112.*

Proteſtatio in actu ſolutionis Legatorum, ab herede emiſſa, ſe id animo non adeundi facere, ad alios effectus debet referri, quàm ad ignorantiam diſpoſitorum in teſtamento, *vot. 24. nu.200. p.2.*

Proteſtatio heredis, ſe non habere adeundi animum, minùs efficax eſt expreſſâ hereditatis repudiatione, *vot.24. num.114. p.2.*

Cum ejuſmodi proteſtationes plerumque ab herede fiant, antequam deliberet, *ibid.*

Expreſſa verò abdicatio deliberatum ſecumferat repudiandi animum, *ibid. num.115.*

Proteſtationes, ſeù declarationes de non animo adeundi revocari poſſunt, *vot.24. numer. 117. part.2.*

PROVISUM.

Ubi clarè de aliquo *proviſum* eſt, voluntas diſponendi quoad omiſſa excluditur, *vot. 44. num. 208. p.1.*

PROVINCIALIS.

Provinciales illi dicendi ſunt, qui in Provincia domicilium habent, non qui ex Provincia ſunt oriundi, *vot.4. nu.1. p.2.*

PROXIMIOR.

Proximiores, & magis dilectos à Teſtatore præferri, juſtum eſt, *vot.1. nu.137. p.1.*

Proximiores, & magis dilecti quum præferuntur, gravatis præjudicium non infertur, *vot.1. nu.139. p.1.*

Proximior ad ſocceſſionem debet admitti, remotiore excluſo, *vot.1. nu.81. p.2.*

Idque ex pietatis conjectura, à Jure inducta; Secus tamen, ubi eadem conjectura ceſſet, *ibid. nu.82.*

Proximior, ſecluſo repræſentationis beneficio, remotiorem ab inteſtata ſucceſſione excludit, *vot. 25. num.93. p.1.*

Secus eſſe poteſt in ſucceſſione teſtata, *ibid. numer.94.*

Proximiores, ac prædilecti nequeunt à remotioribus, & minùs dilectis excludi, *vot.1. num.142. part.1.*

Proximioris propter remotiorem excluſio eſt contra ordinem naturalis charitatis, *vot.21. nu.33. part.2.*

Proximioribus remotiores, itemque Conſanguineis Extraneos præferri, eſſet abſurdum, nullo pacto ferendum, *vot.45. num.43. p.1.*

Contraria autem interpretatio barbara, atque iniqua eſſet, *ibid. nu.44.*

Proximiores remotioribus præferre voluiſſe, Teſtator cenſetur, *vot.1. nu.141.*, *& vot.45. nu.5. part.1.*

Proximior utrinque conjunctus, Juris, & naturæ nexu fretus dicitur, *vot.12. numer.153. part.1.*

Et verè *proximior* dicitur ſecundùm ſermonis proprietatem, *ibid. nu.154.*

Fretus itidem dicitur cauſâ teſtati, ac inteſtati, *ibid. num.155.*

Tacito quodam ordine ejus favore ſubintellecto, *ibid.nu.156.*

Præ

Præſertim ex pari affectione Teſtatoris, ac heredis gravati, *ibid. num.*157.

Illiuſque favore locus fit gratificationi, *ibid.*

Quæ tamen actus juſtitiæ non ſolius arbitrii reputatur, *ibid. nu.*158.

Sub nomine Deſcendentium heredis ejus *proximior* vocatus dicitur, & poſt eum ulteriores etiam Deſcendentes, *vot.*2. *nu.*4. *p.*1.

Proximioris nomine ad primogenituram vocatus intelligitur, qui gradu materiali, vel naturali propinquior eſt, *vot.*12. *num.*92. *p.*1.

Non attento, an de Primogenito Juris, vel facti Teſtator ſenſerit, *ibid.*

Præſertim, ſi agatur de habente qualitatem majoris natu, & de primogenitura, in progreſſu conſtituta, *ibid. nu.*93., *&* 94.

Et maximè, ſi de linea prædilecta, *ibid.num.* 95.

Proximiorem heredis eum vocaſſe Teſtator cenſetur, qui heredi ipſi eſſet ab inteſtato ſucceſſurus, *vot.*12. *nu.*96. *p.*1.

Intellige, ſi proximitatem civilem, non ſi materialem tantùm conſideraverit, *ibid. numer.* 97.

Proximioris vocatio intelligenda eſt, non ſecundum ſanguinem, ſed ſecundùm prærogativam lineæ prædilectæ, *vot.*12. *nu.*107. *p.*1.

Procedit tàm inter Deſcendentes, quàm inter tranſverſales, atque invitato proximiore tàm ſimpliciter, quàm in gradu, ac juxta diſpoſitionem Juris, *ibid.*

Proximioris non reſpectu gravantis, ſed gravati vocatione factâ ad primogenituram, favore agnationis conſtitutam, frater germanus potior eſt fratre conſanguineo, *vot.* 12. *num.*141., *&* 142. *p.*1.

Proximiorum heredis nomine eos Teſtator intellexiſſe cenſetur, qui heredi conjunctiores erant, *vot.*12. *num.*137. *p.*1.

Proximiorum heredis nomine eos Teſtator vocaſſe cenſetur, quos heredi ipſi prædilectos novit, *vot.* 12. *nu.*150. *p.*1.

Proximiore exiſtente, poteſt Actori Reus opponere exceptionem illam *quoad te liberas ædes habeo*, *vot.* 28. *nu.*19. *p.*1.

Proximior licèt exiſtat, ſemper tamen jus ab Actore metiendum eſt, *vot.*28. *nu.*37. *p.*1.

Et poteſt hic ad ſolidum agere, præſtitâ tamen cautione de reſtituendo eidem vocato portionem ſuam, *ibid. nu.*48., *& ſeq.*

Proximior gradu, idem eſt, quod non extet, ac quod extet, & non agnoſcat, *vot.* 28. *num.* 59. *part.*1.

Proximiore ad fideicommiſſum non agente, remotiorem admittendum non eſſe, firmantes auctoritates, declarantur, ut ſcilicet procedant in remotiore non de eadem, ſed de diverſa linea, ſecundò vocata, *vot.*28. *nu.* 61., 62. *ad* 64. *p.*1.; Vid. *Actor*, *fideicommiſſum*.

Proximioribus adjectum fideicommiſſi gravamen, quoad remotiores repetitum non cenſetur, *vot.* 7. *nu.*40. *p.*1.

Proximiorum vocationem activam dumtaxat inducit fideicommiſſum, inter Deſcendentes relictum, *vot.*10. *nu.*17. *p.*1.

Et, primis ſuccedentibus, expirat, *ibid.*

Proximiorum nomine veniunt fœminæ æquè ac maſculi, *vot.*27. *nu.*53. *p.*1.

Proximioribus ultimo gravato vocatis, etiam filiæ ultimi gravati maſculi vocatæ ſunt cenſendæ, *vot.*40. *nu.*40. *p.*1.

Proximiores vocante Statuto, utrinque uniti vincunt, *vot.*12. *nu.*124. *p.*1.

PROXIMITAS.

Proximitas minor in filiis, quàm in Matre concurrit, *vot.*1. *num.*42. *p.*1.

Proximitate qui pollet, à Teſtatore volitâ, alteri, eâ carenti, præferendus eſt, *vot.* 21. *num.* 3. *part.* 2.

Injuſta autem eſſet ſententia, prælationem concedens remotiori, proximiore excluſo, *ibid.*

Proximioritatem habens, tacitam dumtaxat, & conjecturalem, cum habente veram, ac certam nequit concurrere, *vot.*21. *nu.*70. *p.*2.

Proximioritatis qualitas favore dumtaxat filiarum conſiderata à Teſtatore, illis dumtaxat ſuffragari debet, *vot.*21. *num.* 64. *p.*2.

Proximitas gradus ex Sorore Teſtatoris dimetiri poteſt, *vot.*1. *num.*134. *p.*1.

Proximitas gradus in materia ſucceſſionis ſumenda eſt ab eo latere, ex quo capitur, & defertur ſucceſſio, *vot.*2. *nu.*65. *p.*2.

Proximitas ex parte Matris non attenditur pro regulanda ſucceſſione, à Statuto delata Agnatis, licèt Mater cum Agnato nupſerit, *vot.*2. *nu.*67., *&* 68. *p.*2.

Proximitas ex latere Matris, nuptæ uni de familia, prælationem Agnato remotiori tribuit in fideicommiſſis, & majoratibus agnatitiis, *vot.* 1. *nu.*65., *& vot.*2. *nu.* 120. *p.*2.

Hæc opinio inter Doctores controverſa eſt, *ibid. dd. vot.*1., *&* 2.

Qui tamen affirmant, agunt de fœmina, quæ uni ex Agnatis proximioribus de genere vocato nupta ſit, *dict. vot.*1. *numer.*67., *& dict. vot.* 2. *num.* 122.

Sive quando verba Diſponentium non excludunt perſonam Matris, gradum conſtituentis, *dict. vot.*1. *nu.*77. *p.*2.

Proximitas gradus conſiderata à Statuto dicitur ex latere Agnati, quoties reſtrictivè ad certum gradum agnatio contemplata eſt, *vot.*1. *nu.* 78., *& vot.*2. *num.*59. *p.*2.

Et tunc gradus Matris excluſus dicitur, *dict. vot.* 1., *eod.num.*78.

Proximitatem à Matre nupta uni ex Agnatis, non tamen de genere vocato, filium metiri poſſe, nemo, qui affirmet, eſt, *vot.*1. *nu.*68. *p.*2.

Gradus *proximitas* à cognatione metiendum non eſt, quando jus commune, ac Statutum reſiſtat, *vot.* 1. *numer.* 100. *part.* 2., Vid. *Mater*, *vinculum*.

Proximitas in fideicommiſſis, ſecus ac in *primogenituris*, attenditur juxta naturalem gradum, *vot.*12. *nu.*113., *&* 167. *p.*1.

Utque eſt apertæ ſucceſſionis tempore, *ibid.*
Proximitas gravati, non gravantis, ſpectata à Teſtatore præſumitur, *vot.* 12. *numer.* 139. *part.*1.
Proximitas ultimo gravato, non gravanti attenditur in ſucceſſione, deferenda ſecundum prærogativam gradus, *vot.*28. *nu.*6. 14. 22., *&* 65. *p.*1.
Proximitas gravati, non autem gravantis in fideicommiſſis attenditur, *vot.*12. *nu.*143., *&* 144., *& vot.*22. *num.*85. *p.*1.
Idque etiam ad effectum, ut fœmina proximior gravato, valeat ſuperſtites Maſculos excludere, *dict. vot.*22. *nu.*86.
Intellige, cum res eſt de potioritate gradus, ſecus in concurſu cum maſculis, Teſtatori prædilectis, & prius vocatis, *ibid. nu.* 87.
Tunc enim attenditur non proximitas gradus, ſed mens, & affectio Teſtatoris, *ibid.*
Proximitas quænam in primogenituris attendi debeat, pendet ex Diſponentis voluntate, *vot.*12. *nu.*114. *p.*1.
Hæc autem ex cauſſis, ipſam moventibus, poteſt deſumi; & quomodo? *ibid. numer.*26., *&* 115.
Proximitas gravati in primogenituris non materialiter, ſed civiliter conſiderata dicitur, *vot.* 12. *nu.*166. *p.*1.
Proximitas materialis in primogenituris attenditur in ingreſſu; in progreſſu verò ſpectatur lineæ potioritas, ſpes, tranſmiſſio, & repræſentatio, etiam inter tranverſales, *vot.* 12. *nu.* 170. *part.*1.
De *proximitate* gravantis, vel gravati in primogenituris non quæritur, quando res eſt de linea, utroque latere conjuncta, ac prædilecta, *vot.*12. *num.*173. *p.*1.
Tunc enim ſolùm mens, & affectio Teſtatoris attenditur, *ibid.*
Proximitas alterius extra lineam prædilectam in primogenituris attendi non debet, *vot.* 12. *num.* 165. *part.*1.

Q

QUÆSTIO.

Q*Uæſtio* omnis ex conjecturis pendens, dubia ſemper eſt, *vot.*40. *nu.*89. *p.*1., *& vot.*14. *nu.*77. *part.*2.
In *quæſtione* conjecturali difficile eſt certum judicium, ſententiamque ferre, *vot.* 14. *num.* 78. *part.*2.
In *quæſtionibus* conjecturalibus probatio Actoris dubia, exceptione etiam dubiâ repelli poteſt, *vot.*8. *nu.*21. *p.*1.
Et, ſi non conſtet de jure petitoris, non curatur de jure poſſeſſoris, *vot.*8. *num.* 22. *p.*1.
Huicque ſat eſt, animum Judicis titubare, *ibid.*
In *quæſtionibus* conjecturalibus ſemper ſibi invicem obviant contrariæ conjecturæ, *vot.*8. *num.* 20. *p.*1.
At illæ debent prævalere, quæ co adjuvantur juris præſumptione, quæque favent Reo, *ibid.*
Quæſtio voluntatis dicitur quæſtio facti, non juris, *vot.*8. *nu.*15. *p.*1.
Et facti opus habet indiciis, *ibid.*
In *quæſtione* facti perraro intentio Actoris probata dici poteſt, *vot.*8. *num.*16. *p.*1.
Quæſtio facti ubi verſatur, & contraria reſiſtit juris regula, Actor efficaciores adferre debet conjecturas, *vot.*8. *nu.*18. *p.*1.
Quæſtio præjudicialis in primis examinanda eſt, *vot.*9. *num.*1. *p.*1.

QUALITAS.

Ex *qualitate*, modo, & forma procedendi benè colligitur Agentis animus, *vot.*17. *numer.*21. *part.*2.
Juxta *qualitatem*, & naturam rei, de qua agitur, verba interpretanda ſunt, licèt eſſent improprianda, *vot.*40. *num.*35. *p.*1.
Qualitates plures requirente Teſtatore, alteram tantùm habere non ſufficit, *vot.* 26. *num.* 2. *part.*1.
Qualitates plures quando in diſpoſitivis copulantur non reſpectu unius, ejuſdemque ſubjecti tantùm, concurſus ùtriuſque copulati non requiritur, *vot.*14. *num.*50. *p.*2.
Qualitas non afficiens omnes Deſcendentes illius lineæ, in qua fuit requiſita, eò minùs poteſt afficere Deſcendentes alterius lineæ, prorsùs diſtinctæ, *vot.*8. *nu.*90. *p.*1.
Præſertim, quando concurrit diverſitas rationis, *ibid.*
Qualitas aliqua moderatrix diſpoſitionis quoties capacitatem ſuccedendi tribuit, tunc nec linea, nec gradus curandus eſt, *vot.*2. *nu.*39., *vot.*16. *nu* 16. *p.*1.
Qualitatis alicujus reſtrictivæ repetitio non fit in conditionali parte, *vot.*8. *nu.*127. *p.*1.
Qualitates præcedentes non repetit clauſula = *ut ſupra* =, quando mutantur perſonæ, *vot.*8. *num.* 106., *&* 149. *p.*1.
Agnatitia qualitas non à natura, ſed à jure proficiſcitur, *vot.*34. *nu.*57. *p.*1.
Qualitatem agnatitiam in ſuos nequit quis transferre, niſi talem, qualem habet, *vot.*1. *nu.*27., *&* 30. *p.*2.
Qualitatem maſculinam ſimul, & *agnatitiam* requirens Statutum, non comprehendit venientes ex latere Matris, *vot.*1. *nu.*50., *&* 59., *& vot.* 2. *num.*11. *p.*2.
Qualitas maſculina, in ingreſſu expreſſa, ſed in progreſſu omiſſa, argumentum præbet ſimultaneæ tùm maſculorum, tùm fœminarum vocationis, *vot.* 2. *num.*56. *p.* 1.
Qualitas ſuperviventiæ quoad Liberos à Teſtatore expreſſa, æquè filiis primi gradus, ac aliis congruit Deſcendentibus, *vot.*15. *nu.*46. *p.*1.
Qualitas ſuperviventiæ adjecta verbo futuri temporis *Subſtituit*, verificari debet ſecundùm tempus verbi, *vot.*36. *num.*14. *p.*1.
Sicque tempore obitus primò vocatorum, *ibid. nu.*15. *p.*1.

Qua-

Qualitas magnatitia, dubium eſt, an ex ſe ſola ſit ſufficiens conjectura excluſionis filiorum naturalium, *vol.8.nu.48.p.1.*

Qualitas hereditaria contemplata dici nequit in eo, cui illa inhærere non poterat, *vol. 41. nu.80.p.1.*

QUANTITAS.

Quantitatis, ſeu ſummæ nomine Bona non veniunt, *vol.46. nu.46. p.1.*, limita *ut nu.53.*

QUIETANTIA.

Per modum finalis, ac generaliſſimæ *quietantiæ* ſi diviſio concepta fuerit, nihil peti poteſt, quantumvis deberetur, *vol.17. num. 45.p.2.*

Quod ab initio non valuit, nequit tractu temporis convaleſcere, *vol.6. num.53.p.1.*

In conditionibus regula hæc non procedit, *ibid.*

R

RADIX.

Ex *Radice* infectâ fructus non naſcitur, *vol.43. nu.37.p.1.*

Radice excluſâ, excluſi cenſentur omnes, qui germinantur ab illa, *vol.43. nu. 44.p.1.*

Communis eſt autem opinio hæc, etiamſi quis ex perſona ſua velit ſuccedere, *ibid.nu.45.*

RATIFICATIO.

Ratificatio tollit præcedentis acceptationis nullitatem, *vol.8. num.36. p.2.*

Ratificatio oneris, ſuper *Legitimâ* impoſiti, ſatis reſultat ex numquam impugnata à filio diſpoſitione Patris, *ibid.*

RATIO.

Ratio docet diſtinguere mores, & tempora, *vol. 8. nu.28.p.2.*

Pro ingeniorum varietate *rationes*, quæ uni infirmæ, alteri prævalidæ videntur, *vol. 18. nu. 5.p.2.*

Ratio ubi eadem eſt, ibi eadem debet eſſe Juris diſpoſitio, *vol.20. num.46. p.1.*

Ex *rationis* identitate, res ejuſdem qualitatis, & naturæ æquali jure ſunt cenſendæ, *vol.46. num. 33. part.1.*

Ex *rationis* identitate idem in altero etiam caſu diſpoſiturus fuiſſe Teſtator cenſetur, *vol.18. nu. 33. part.2.*

In quibus æqualis *ratio*, & affectio conſideratur, æqualis etiam ſucceſſio eſſe debet, *vol. 45. nu. 60.p.1.*

Affectionis *ratio* non eadem conſideratur in Aſcendente, ac in Tranſverſali, *vol.17.nu. 73. part.1.*

Ratio eadem affectionis conſideratur in Cognatis, tàm ſi per unum, quàm ſi per multiplex deſcendant medium fœmininum, *vol. 45. numer. 58. part.1.*

Ratio eadem ubi in omnibus gradibus, & perſonis viget, gravamen ad aliquos reſtrictum, ad omnes protrahendum eſt, *vol. 26. numer. 29. part.1.*

Illudque, licèt in aliqua ſubſtitutione omiſſum, pro expreſſo haberi debet, *ibid. numer. 30.*

Ob *rationis* diverſitatem diverſa militat juris diſpoſitio, *vol.12. nu.43. p.2.*

Ratio ubi diverſa militat, non inducitur qualitatis legitimitatis repetitio de una diſpoſitione ad aliam, *vol.8. num.73.p.1.*

Ex *rationis* probabili quacumque diverſitate excluditur qualitatis legitimitatis repetitio, *vol. 8. nu.93. p.1.*

Immò neque ex *rationis* identitate admitti poteſt, *ibid.*, *eod. nu.93.*

Sub *ratione generali* caſus omnes, quibus ea congruit, dicuntur comprehenſi, *vol.30. num. 38. part.1.*

Ratio generalis omnes complectens, quoad omnes effectum debet operari, *vol.17.num.68.p.1.*

Ratio à Statuto excluſivo contemplata, licèt generalis, & generaliſſima, non debet extendi ad alias perſonas, quàm in Statuto expreſſas, *vol.2. nu. 105. p. 2.*

Ratio Statuti, & *Legis* non attenditur, quando illius deciſio eſt clara, & tunc literæ ſtandum eſt, *vol.2. nu.93. p.2.*

A *rationis* majoritate ductum argumentum in ſtatutariis ſucceſſionibus paſſim apud Doctores recipitur, *vol.20. nu.6. p.2.*

Declara ut *num.28.*

Ratio, cur ita Teſtator diſpoſuerit, rectè ex veriſimili ipſius mente deſumi poteſt, *vol.21.nu. 65.p.1.*

Veriſimilis diſponendi *ratio*, ſat eſt, ut evitetur extenſio de caſu expreſſo ad omiſſum, *vol. 21. nu.65. p.1.*

Ratio continuationis in linea poſſeſſoris, alterius ingreſſui prævalere debet, *vol.28.nu.13.part.1.*

Ratio conſervandi Bona in familia, & agnatione expreſſam agnationis contemplationem exhibet, *vol.6. nu.53. p.2.*

Ratio conſervationis Bonorum in Maſculis de domo Teſtatoris, Cognatos non comprehendit, *vol.45. num.24.p.1.*

Et quando ſecus *ut nu.26.*, *& 27.*

Ex *ratione* contemplatæ agnationis receditur à regula diſcretivæ in quolibet columnello, *vol.10. num.112. p.1.*

Ratio perpetuæ Bonorum conſervationis pro inducenda trebellianicæ prohibitione ſufficiens conjectura non eſt, quoties non adſint verba integralitatis, & totalitatis, quamcumque hereditatis diminutionem excludentia, *vol.28.nu. 33 p.2.*

Ratio conſervationis Bonorum deſumpta ex inſtitutione, ac ſubſtitutione Maſculorum, nec non perpetua fœminarum excluſione, fideicommiſſum perpetuum, & ſucceſſivum arguit, *vol.15. nu.62. p.1.*

Procedit, licèt ex conjecturis dumtaxat eliciatur, *vol. 15. nu.63. p.1.*

Ratio conſervationis Bonorum in agnatione, ſimplici prohibitioni alienationis appoſita, perpetuum non inducit fideicommiſſum, *vol.38. nu. 6. part.1.*

Limi-

Digitized by Google

Limita, ſi prohibitio alienationis veſtita erat pœnâ caducitatis, *ibid. nu.7.*, & 8.

Item, ſi poſt ratiooem conſervandi Bona in poſteritate maſculina, indicta fuit alienatiouis prohibitio, *ibid. nu.10.*

Præſertim, ubi Teſtator eam verbis inculcatis percepit, *ibid. num.9.*

Ratio, ut Bona in agnatione conſerventur adjecta prohibitioni alienationis, conſecutivè ſtat ad præcedentia, *vot.14. nu.37. p.1.*

Ratio, ut Bona cooſerventur in familia, conſecutivè ſtat, quando Teſtator ſimpliciter alienationem prohibuit, *vot.38. nu.11. p.1.*

Secus, ſi Teſtator dixerit, *& hoc ideo fecit*, *quia voluit*, tunc enim ſubſtitutio diſpoſitivè ſtare dicitur, *ibid. num.12.*

Quod eò fortiùs procedit, ubi nulla præceſſit diſpoſitio, *ibid. num.13.*

Ratio conſervationis Bonorum expreſſa dictionibus relativis ad perſonas nominatas in fideicommiſſo, ordinato in caſu obitus, alligata cenſetur iiſdem perſoois, & conditionibus, ſub quibus idem fideicommiſſum ordinatum fuit, *vot.14. nu.36. p.1.*

Ratio conſervandi Bona in familia non eſt ſamulativa ad caſum & conditionem, ſub qua expreſſa ſubſtitutio facta eſt, *vot. 6. numer. 31. part.2.*

Ratio conſervationis Bonorum perſonas non vocatas oon includit, *vot.15. nu.19. p.1.*

Ratio conſervandi Bona in familia, dependens à conditione obitus ſine filiis fideicommiſſum non extendit ad caſus non expreſſos, *vot. 6. nu.28. p.2.*

Ratio conſervaodi Bona in familia quoties acceſſoria non eſt priori diſpoſitioni, fideicommiſſum uovum inducit, *vot.6. num.40. p.2.*

Ratio conſervandi Bona in familia fideicommiſſum ultra caſus expreſſos non protrahit, quando ea acceſſoria eſt fideicommiſſo, priùs ordinato, *vot.6. num.32. p.2.*

Protrahit verò, ſi principaliter, & indepeodenter expreſſa fuerit, *ibid. nu.33.*

Ratio perpetuæ Bonorum conſervationis, licèt acceſſoria, ſat eſt fideicommiſſum extendere ultra caſus expreſſos, *vot.6. nu.39. part.2.*

Ratio conſervationis Bonorum efficit, ut à caſu contraventionis ad caſum obitus argumentum valeat, *vot.30. nu.36. p.1.*

Ratio conſervationis Bonorum ſi ſtet independenter à fideicommiſſo, dubium quandoque eſſe poteſt, ao ampliare illud valeat, *vot.39. num. 46. part.1.*

Numquam tamen, an illud reſtringere, aut alterare; id enim certè non poteſt, *ibid. nu. 47.*

Ratio conſervandi Bona in familia expreſſa per dictionem *quia* oſtendit, hanc fuiſſe cauſſam finalem ordioandi fideicommiſſi, *vot. 6. num. 34. part.2.*

Ratio conſervandi Bona in familia, ſi eſt cauſſa finalis ordinandi fideicommiſſi, principalis, & diſpoſitiva dicenda eſt, *vot.6. num. 36. part. 2.*

Præſertim, quando amplis verbis concepta ſit, *ibid. nu.37.*

Ratio conſervationis Bonorum cum generaliter adjecta eſt, diſpoſitio principaliter ad Bona directa dicitur, *vot.45. num.3. part.1.*

Ratio perpetuæ Bonorum conſervationis, generaliter adjecta in prima ſubſtitutiooe, ſequentes etiam ſubſtitutiones afficit, *vot.45. num.17. part.1.*

Sub *ratione* conſervandi Bona in Maſculis, generaliter adjecta in prima ſubſtitutione, veniunt omnes Maſculi, etiam in ulterioribus ſubſtitutionibus comprebenſi, *vot. 45. numer. 19. part.1.*

Procedit, licèt primæ dumtaxat ſubſtitutioni adjecta ſit, *ibid. nu.21.*

Ratio conſervationis Bonorum ampla, & generalis, cenſetur priocipaliter adjecta ad totam informandam diſpoſitionem, *vot.45. num. 22. part.1.*

Et ad perpetuum ioducendum fideicommiſſum inter perſouas omnes, ſub eadem ratione comprehenſas, *ibid. nu.23.*

Ratio conſervationis Bonorum comprehendens æquè primos inſtitutos, ac Subſtitutos, iſtorum non minus, quàm illorum vocationem inducit, *vot.45. num. 32. p.1.*

Ratio conſervationis Bonorum generaliter, & per modum cauſſæ finalis io proemio expreſſa, fideicommiſſum ampliat ad quaſcumque perſonas, ſub eadem ratione comprehenſas, *vot. 40. num.48. part.1.*

Procedit, licèt ad certas expreſſim perſouas relata ſit, *ibid. nu. 49.*, Intellige, *ut. nu. 50.*

Ratio conſervationis Bonorum adjecta poſt omoes ſubſtitutiones, totam diſpoſitionem informare dicitur, *vot.30. nu.34. p.1.*

RATIONUM REDDITIO.

Rationis redditio, ex parte heredis facienda, nil aliud eſt, quàm firmatio ſtatus hereditarii, ſubductio onerum, ac debiturum, nec non detractionum, ipſi heredi competentium, *vot. 18. nu. 128. part.2.*

Rationem reddere heres gravatus tenetur de rebus, ejus culpâ deterioribus effectis, *vot.44. numer. 206. p.1.*

Rationem reddere de mobilibus, tempore conſumptis, vel quæ conſumpta præſumi poſſunt, heres gravatus oon tenetur, *vot.44. numer.178. part.1.*

Etiamſi debita in hereditate repererit, *ibid. numer.179.*

Rationem reddere de mobilibus, ex Teſtatoris præcepto io æris alieni diſſolutionem diſtrahendis, heres gravatus tenetur, ioſpecto tempore obitus Teſtatoris, *vot.44. 191. p.1.*

Ex non reddita *ratione* mobilium reſultat præſumpta conſumptio, *vot.6. num.102. part.2.*

Rationis redditio poſt lapſum 109. annorum facta ab herede cenſenda eſt, *vot.18. num. 122. p.2.*

Pro *rationis* redditione actio de jure præſcribitur tri-

Digitized by Google

tricenario temporis lapſu, *vot.18. num.123. part.2.*

Rationis redditio, ex Statuto urbis, ex ſolo lapſu 16. annorum præſumenda eſt, *vot.18. numer.126. part.2.*

Rationis redditio, ſtante lapſu temporis longiſſimi, minutatim, & rigoroſè exigenda non eſt, *vot.18. num.135. p.2.*

Ac prudenti arbitrio Judicis debet remitti, *ibid. num.136.*

Ante *rationem* redditam, heredis credita turbida, atque illiquida dicuntur, *vot.18. n.150. part.2.*

Ipſa tamen ratio incontinenti reddi poteſt, *ibid. num.155.*

Rationibus adhuc non redditis, turbidæ detractiones dicuntur, confecto etiam inventario, *vot. 6. num.155. p.2.*

Ante *rationes* redditas Fideicommiſſarium repellere nequeunt gravatus, & ab eo cauſſam habentes, *vot.6. num.116. part.2.*

Pendente *rationis* redditione, caducitas non adhuc incurſa dici valet ab herede, qui prohibitus, diſpoſuit de Teſtatoris Bonis, *vot.18. num.153. part.2.*

Rationis redditæ ab herede quænam argumenta adferri valeant? *vot.18. numer.127., & num. ſeqq. p.2.*

Ratio reddita cenſenda eſt, ſi de illius defectu aliàs, & quando in Judicio opus fuiſſet, oppoſitum non fuit, *vot.18. num.124. part.2.*

Stante præſertim lapſu longi temporis poſt contrariam paſſam Sententiam, *ibid. nu.125.*

Nonniſi redditâ *ratione*, heres beneficiatus quis declarari per ſententiam potuiſſet, *vot.18. num. 130. p.2.*

Rationum redditionem factam ſupponit retentio, heredi à Judice conceſſa, *vot.18. num.129., & 137. p.2.*

Ratio ſemel reddita, ampliùs iteranda non eſt, *vot.18. numer.131. part.2.*

RAVENNA.

In *Ravenna* Civitate Bona emphyteutica poſſunt in extraneos transferri titulo alienationis, ac etiam fideicommiſſo ſubiici, *vot.7. nu.90. p.1.*

REALITAS.

Pro dignoſcenda *realitate* diſpoſitionis ejus cauſſa ſpectanda eſt, *vot.14. num.88. p.1.*

RECADENTIÆ.

Recadentiarum onus reale cenſetur, ipſiſque Bonis infixum, *vot.27. nu.123. p.2.*

Recadentiarum jus conſuetudine quæſitum dici poteſt, *vot.27. nu.39. p.2.*

Recadentiarum conſuetudines ubique Locorum, in quibus Pontificiæ, ac Cæſareæ Leges, juraque, & conſuetudines feudales ſervantur, ſunt permiſſæ, vimque Legis municipalis obtinent, ſi modò legitimè ſint introductæ, atque præſcriptæ, *vot.27. num.2. 5. 8. 11. 14. & 17. p.2.*

Recadentiarum jura quoad Dominos Territoriorum ſunt in omnibus ferè Chriſtiani Orbis Regionibus uſu recepta, *vot.27. numer.6., & 13. part.2.*

Recadentiarum conſuetudo non eſt ſingularis, nec irrationabilis, aut iniqua, *vot.27. numer.89. part.2.*

Recadentiarum conſuetudines *Sac. Rota*, aliaque Romanæ Curiæ Tribunalia ſervandas eſſe, declararunt, *vot.27. nu.13., & nu.15. p.2.*

Recadentiarum jus ex conſuetudine competens Baroni, referendum eſt ad univerſalis dominii jus, ab origine eidem quæſitum, & conceſſionem, ab ipſo factam Subditis, cum recadentiarum onere, *vot.27. nu.7. 16. 23. & 121. p.2.*

Recadentiarum jus ex conſuetudine in Clericis prohibitum, ſpecialiter de Laicis conceſſum intelligitur, *vot.27. num.9. p.2.*

Recadentiarum oneri, inducto ex conſuetudine, vel Statuto, ſubeſſe nequeunt Clericorum Bona, *vot.27. num.110. p.2.*

Limita, ut *nu.111., & 112.*, ac itidem declara, ut *num.116., & ſeq.*

Recadentiarum ſtante conſuetudine, Bona non aliter, etiam Clericis, quàm ſub illarum onere conceſſa reputantur, *vot.27. num.122. p.2.*

Recadentiarum jus quoties ex conſuetudine ſibi competat, poteſt Baro ſuis ſubditis dicere id, quod *Levitici 25. = Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea eſt, & vos advenæ, & coloni mei eſtis =*, *vot.27. numer.11., & 12. part.2.*

Recadentiarum conſuetudines, tamquam contrariæ juris diſpoſitioni, quantum fieri poteſt, explodendæ, eliminandæque ſunt, vel rigide ſaltem interpretandæ, *vot.27. num.83. p.2.*

Firmiter tamen obſervandæ, ſi certæ legitimæque concurrant probationes, *ibid. num.84.*

Recadentiarum conſuetudo ſi ſit immemorabilis, nulla incapacitas quoad illarum jus, & quoad Baronem, illud exercentem, conſiderari poteſt, *vot.27. nu.85. part.2.*

Recadentiarum jus ut conſuetudine quæſitum dicatur, non requiritur immemorabilis, ſed centenaria, vel etiam quadragenaria ſufficit, *vot.27. num.42. part.2.*

Recadentiarum jus, vetuſtiſſimâ confirmatum conſuetudinè, eſt, velut priſcus mos patriùs, conſervandum, *vot.27. num.86. part.2.*

Procedit, licèt eadem conſuetudo non ſit in publicas Curiæ tabulas illata, *ibid. num.87.*

Valet autem in vim pacti, *ibidem nu.88.*

Recadentiarum conſuetudo reſultans ex actibus, præambulum titulum univerſalis, ac fundiarii dominii præſeferentibus, legitima dicitur, atque omnino ſervanda eſt, *vot.27. num.24. p.2.*

Recadentiarum conſuetudo non per errorem, aut abuſum, ſed communi totius Populi conſenſu, & moribus obſervata, retinenda omnino eſt, licèt juri communi deroget, *vot.27. num.18. p.2.*

Recadentiarum jus fuiſſe à Baronibus uſurpatum, opponi nequit poſt lapſum temporis immemorabilis, *vot.27. num.55. p.2.*

Præſertim, ſi Incolæ ſcire debuerint, ſe privari non poſſe liberâ facultate ſuper eorum Bonis, *ibid. nu.56.*

Et maximè, ſi eis facilis patebat recurſus ad ſupremum Principem, *ibid. n.57.*

Re-

Recadentiarum conſuetudo; ſeu titulus; univerſale dominium Baroni tribuens, probatur communibus probationibus, *vot.27. num.25. p.2.*

Et iu his etiam Cauſis locum habet regula = *ſingula, qaæ non proſunt, juncta juvant* =, *ibid.*

Ad *recadentiarum* jus aſtruendum favore Baronis plurimum valent Teſtes, optimam eorum dicti rationem reddentes, *vot.27. num.59. p.2.*

Duo autem Teſtes ſufficiunt, *ibid.*

Pro *recadentiarum* jure probando auctoritate rerum judicatarum non indiget Baro, fretus immemorabili conſuetudine, *vot.27. numer.71. part.2.*

Recadentiarum jure Barones jugiter gaviſos fuiſſe, manifeſtum fit ex venditionibus, pluries per eos factis *cum omnibus juribus, nec non Bonorum devolutionibus, & recadentiis*, *vot. 27. nu.38. p.2.*

Recadentiarum jus in omnibus enunciatum publicis actibus, ac documentis, communique loquendi uſu, veluti notorium, circumlatum, ex publica voce, & fama reſultare dici debet, *vot.27. num.68. p.2.*

Recadentiarum onus; licèt plurimi actus geſti appareant cum enunciatione, quod Bona eſſent libera, & nonnulla ex eiſdem Bonis reſponſione annuâ favore Locorum piorum gravata reperiantur, ablatum nihilominùs cenſeri non poſſe, oſtenditur, *dict. vot.27. num.138.*, *& num. ſeqq. p.2.*

De *recadentiarum* jure favore Baronis ſatis conſtare dicendum eſt, ubi Statuto præſcriptæ reperiantur, *vot.27. num.48.*, *& 52. p.2.*

Recadentiarum jus, Statuto agnitum, jam viguiſſe cenſendum eſt, *vot. 27. num. 50.*, *& 57. p. 2.*

Recadentiarum conſuetudo niſi jam antea inoleviſſet, Statutum de eis Incolæ non condidiſſent, *vot. 27. num. 53. part.2.*,

Recadentiarum conſuetudo quoad Barones *Sanctorum Gregorii, & Caſapis* ſatis probata dicitur, ex quo Bona Vaſſallorum, ab inteſtato, & ſinè legitimis heredibus decedentium, ſemper ab illis occupata fuerunt, *vot. 27. num. 29. p. 2.*

Atque ex dictorum Bonorum poſſeſſione, jure proprio ab ipſis capta, *num. 30.*

Item ex quo in præjudicium Baronis diſponere Vaſſalli non conſueverint, niſi impetratâ priùs ab illo facultate, *num. 31.*, *& num. 99.*

Et ex quo irriti declarati fuerint actus, ſinè tali facultate geſti, *num. 32.*

Sic etiam ex quo in actibus, Baroni præjudicialibus, mos fuerit, ut priùs proclamata, & denunciationes fierent, *n. 33.*

Recadentiarum jus in caſtris *SS. Gregorii, & Caſapis* ſemper indiſtinctè quoad Clericos, & forenſes obſervatum reperitur, *vot. 27. num. 113. part. 2.*

Idem jus Barones dictorum Caſtrorom ſibi aſſeruerunt non in vim Statuti, ſuper eo conditi, ſed vigore conſuctudinis antiquiſſimæ, *ibidem num. 114.*

Ad hanc propterea, non ad illud referendum eſt, *ibid.*; Vid. *Conſuetudo.*

RECIPROCATIO.

Reciprocatio ſinè terminis reciprocantibus non datur, *vot. 10. num. 26. p. 1.*

REDUCTIO.

In *reductione* Bonorum ad æqualitatem veniunt etiam fructus, *vot. 33. num. 34. part. 1.*

Non acceſſoriè, ſed principaliter, *ibid.*

Ideoque a die obitus debentur, *ibid.*

Compenſandi autem cum iis ſunt fructus percepti, *ibid.. num. 35.*

REFERENS.

Non *referens*, ſed relatum attendendum eſt, *vot. 7. num. 78. p. 1.*

De *Referentis* voluntate ubi conſtat, omnis ceſſat quæſtio, *vot. 28. num. 41. p. 2.*

Referens reſtringitur ad perſonas, præcedenter in relato expreſſas, *vot. 14. num. 15. p. 1.*

Referens ad terminos relati intelligendum eſſe, efficit clauſula = *ut ſupra* =, *vot. 8. num. 108.*, *& vot. 41. num. 84. part. 1.*

REGNUM.

Regnum, ex præſumpta Populi voluntate, individuum debet eſſe, *vot.. 12. num. 45. p. 1.*

Regnum in uno firmius futurum eſt, *vot.. 12. n. 46. part. 1.*

REGULA.

A *regulis* juris, & a verborum proprietate in dubio recedendum non eſt, *vot. 8. num. 196. part. 1.*

Regula verè illi favere dicitur, cui verba diſpoſitionis, & eorum ſignificatio conveniunt, *vot. 8. num. 19. part. 1.*

Regula illa = *quod ab initio non valuit, nequit tractu temporis convaleſcere* = non procedit in conditionibus, *vot. 6. num. 53. part. 1.*

Regula, quod *indefinita dictio æquipollet univerſali*, locum non habet in ſubſtitutione facta cum indeſinita mentione hereditatis, *vot. 10. n. 40. part. 1.*

Niſi inter Deſcendentes agatur, *ibid. num. 121.*

A *Regula*, quod *fœmininum non concipit maſculinum*, receditur ex veriſimili Teſtatoris voluntate, *vot. 23. num. 23. part. 1.*

A *regula* diſcretivæ in quolibet columnello receditur, quoties apparet contemplata agnatio, *vot. 10. num. 142. p. 1.*

Regula, quod ſubſtitutio deficiat, deficiente conditione: *ſi ſine liberis &c.*, in dubio inhærendum eſt, etiamſi ageretur de fideicommiſſo ordinato ab Aſcendente, *vot. 6. num. 3. part. 2.*

Regula, quod *jura ſucceſſoria de una in aliam lineam transferri nequeant*, locum quoque habet in annua diſtributione fructuum multiplici, pro certis perſonis ordinati, *vot. 41. num. 37. p. 1.*

Et hæc regula naturali æquitati maximè congruit, *ibid. num. 38.*

RELATIO.

Relatio ſinè relato non datur, minùſque reciprocatio ſinè terminis reciprocantibus, *vot. 10. nu. 26. part. 1.*

Relatio quandoque nil operatur, quando ex ſe perfecta oratio eſt, *vot. 8. num. 167. part. 1.*

Relatio, & repetitio eiſdem regulis, eodemque jure cenſetur, *vot. 28. num. 56. part. 2.*

Omnis *relatio*, aut repetitio tacita promanat vel

ex

ex conjunctione, atque connexitate diſpoſitionum, vel ex ratione verbi, totam orationem regentis, vel ex rationis identitate, *vot.* 27. *nu.* 57. *part.* 1., & *vot.*28. *num.* 57. *part.* 2.
Quæ ſi deficiant, omnis ceſſat relatio, aut repetitio, *ibid. num.* 62.
Nec ulla admittitur extenſio, *ibid. num.* 59.
Et repetitio non expreſſa, habetur pro conſultò omiſſa, *ibid.*
Relatio quælibet ceſſat in diſpoſitionibus diverſis, ac ſeparatis, *vot.* 28. *num.* 62. *p.*2.
Et unaquæque diſpoſitio ſuis debet eſſe contenta qualitatibus, *ibid. num.* 63.
Procedit, licet ſint conjunctæ per dictionem=&=, *ibid. num.*64.
Relatio, aut repetitio difficiliùs inducitur in diſpoſitionibus, novas, & diverſas perſonas, diverſaque tempora reſpicientibus, *vot.* 34. *nu.*54. *p.* 1. & *vot.* 28. *num.* 66. *p.* 2.
Præcipuè, ſi diverſa etiam ratio militet, *d. v.*34. *num.* 55.
Multò autem minùs induci poteſt a ſubſequentibus ad præcedentia, quæ pariter diverſas contineant perſonas, *ibid. num.* 67.
Pro *relatione* ſi regula una affirmativa, cum altera negativa pro illius excluſione concurrat, hæc prævalere debet, *vot.* 28. *num.* 60. *part.*2.
Sic etiam in concurſu conjecturarum, quarum aliæ illam ſuadeant, & aliæ excludant, *ibidem num.* 61.
Conjecturæ autem illam excludentes quænam ſint? *ibid.*, & *nu. ſeqq.*
Relatio fieri poteſt vel indefinitè ad omnia contenta in relato, vel limitatè, quoad perſonas nempe, res, vel alium modum, in relato contentum, *vot.* 24. *num.* 7. *p.* 1., & *vot.* 28. *n.* 40. *part.*2.
Relatio in dubio, indefinitè habita cenſetur, *vot.* 28. *num.* 5., & *vot.* 32. *num.* 58. *p.*2.
Ejuſque vigore cenſetur relatum cum omnibus ſuis qualitatibus ineſſe referenti, *ibid.*
Ac ſi unica ſcriptura, unicaque eſſet confecta diſpoſitio, *ibid.*
Relationem non eſſe extenſam ad omnes relati partes, quænam verba oſtendant? *vot.* 28. *num.* 43. *part.* 2.
Relatio cum ſpeciali proviſione, & determinatione ad unum ex contentis in relato, ad cetera nequit extendi, *vot.* 28. *num.* 44. *p.* 2.
Certiùs, ſi adſint clauſulæ limitativæ, & quæ? *ibid. num.* 45., & *nu. ſeqq.*
Relationem ad rem dumtaxat, & partem expreſsè deſignatam coarctant verba = *S'intenda ſolamente* = nec non clauſula = *non altrimente* =, *vot.*28. *num.* 46. 47., & 48.
Relatio habita ad aliam diſpoſitionem, ſi nequeat nec quoad perſonas, nec quoad res verificari, quoad modum intelligenda eſt, *vot.* 24. *num.* 8. *part.* 1.
Ex *relatione* ad aliam diſpoſitionem, cum trebellianicæ prohibitione factam, ſatis inducta dicitur trebellianicæ prohibitio, *vot.* 28. *num.* 4. *part.* 2.
Præſertim, ſi Teſtator omnia in eadem diſpoſitione contenta, pro repetitis haberi voluit, *ibid. num.* 6., & 39.; Vid. *Trebellianica*.
Ex *relatione* ad aliam ſimilem diſpoſitionem probatur, *heredum*, & *ſucceſſorum* nomen ſolam importare ſanguinis qualitatem; *vot.* 41. *nu.* 83. *part.* 1.
Relatio habita ad perpetuas Majorum diſpoſitiones, fideicommiſſi perpetui conjecturam præbet, *vot.* 24. *num.* 6. *p.* 1. Vid. *Repetitio*.

RELATUM.

Relatum in *Referente* eſſe cenſetur, *vot.* 4. *nu.* 53. *part.* 2.
Relatum cum omnibus ſuis qualitatibus ineſſe in *Referente* cenſetur ex clauſula = *calli medeſimi peſi, condizioni, o danni* =, *vot.* 44. *num.* 24. *p.*1.
In *Relato* vocatæ perſonæ, etiam in *Referento* vocatæ cenſentur, *vot.* 44. *num* 238. *part.* 1.
Relatum, non *referens* attendendum eſt, *vot.* 7. *num.* 78. *part.* 1.

RELICTUM.

Relicta per ultimas voluntates uxori, & filiis, non compenſantur cum dotis debito, *vot.* 44. *n.*221. *part.* 1.
Multòque minùs, quæ filiis inter vivos à Patre donantur, *ibid. num.* 212.
Relictum in ultima voluntate præſumitur animo compenſandi cum Legitima, *vot.* 44. *num.* 1. *part.* 1.
Ac propterea in illam imputatur, *ibid. num.* 2. Vid. *Imputatio*, *Legitima*.

RELIGIO PP. THEATINORUM.

Religio Clericorum Regularium Theatinorum capax eſt Bonorum, ad effectum ſaltem vendendi, *vot.* 4. *num.* 1. *part.* 1.
Religio PP. Theatinorum, etſi non prohibeatur Bona adquirere, ac poſſidere, ſpontè tamen abſtinet a Bonorum poſſeſſione, *vot.* 4. *n.* 48. *p.* 1.
Immò extremam paupertatem iidem PP. profitentur, *ibid. num.* 49.
Nec quæritant oſtiatim eleemoſynam, ſed ex ſpontè oblatis vitam agunt, *ibid. num.* 50.

RELIGIOSUS.

Religioſus Bona in familia non conſervat, *vot.* 4. *num.* 120., & 121. *part.* 1.
Religioſus, quamdiù vivit, jura agnationis, & familiæ retinet, *vot.* 4. *num.* 95., & *vot.* 5. *n.* 62. *part.* 1.
Ex ejuſque perſona Monaſterium capax eſt ſuccedendi in fideicommiſſis etiam agnatitiis, *d. v.* 4. *num.* 96.; Intellige ut *num.* 118.
Religioſi vitâ naturali durante, jura fideicommiſſi, etiam agnatitii, tranſeunt in Renunciatarium, ejuſque heredes, *vot.* 4. *num.* 97. *part.* 1.
Religioſus jura familiæ retinere non dicitur, ubi res eſt de fideicommiſſo agnatitio, ac perpetuò conſervari volito penes Subſtitutos, *vot.* 4. *n.* 119. *part.* 1.
Religioſus, ex ejuſque perſona Monaſterium nequit, eo vivente, jus habere ad uſumfructum in Bonis, perpetuò in familia conſervandis, *vot.* 4. *num.* 122. *part.* 1.
Religioſus, aut Monaſterium non ſuccedit, quando reſiſtit voluntas Teſtatoris, *vot.* 4. *num.* 123. *part.* 1.

REMISSIO.

Ex *remiſſione* imputationis inter filios inæqualitas oritur, *vot.* 44. *num.* 78. *part.* 1.

Remiſſio fideicommiſſi ex actu, eam nullimodè Inferente, non inducitur, *vot.* 21. *num.* 96., & 98. *part.* 1.

Remiſſionem fideicommiſſi inducit acceptata à vocatis donatio illius Bonorum, horumque diviſio inter ipſos facta, *vot.* 21. *num.* 85., & 88. *p.* 1.

Remiſſionem fideicommiſſi operatur diviſio, abſque ullà reſervatione, facta inter heredes, certam notitiam teſtamenti habentes, *vot.* 10. *num.* 55. *part.* 1.

Remiſſionem fideicommiſſi non operatur ſola inter heredes inita diviſio, *vot.* 10. *num.* 120. *part.* 1.

Remiſſio fideicommiſſi in contractu diviſionis læſiva poteſt eſſe, *vot.* 4. *num.* 63. *part.* 1.

Ob idque certa illius ſcientia requiritur, *ibidem num.* 65., & *vot.* 21. *num.* 90. *part.* 1.

Vide *Diviſio*, *Renuncians*, *Renunciatio*, *Revocatio*.

RENUNCIANS.

Ad renunciationis validitatem ſcientia ejus jurium in *Renunciante* requiritur, *vot.* 4. *num.* 16. *part.* 1.

Renuncians ut comprehendiſſe dicatur hereditàtem, & fideicommiſſum, in teſtamento contentum, ſufficit ipſius fideicommiſſi cognitio, per oculos mentis immiſſa, etiam ſinè inſpectione teſtameoti, *vot.* 4. *num.* 17. *part.* 1.

Quæ tamen cognitio generica eſſe non debet, ſed ſpecifica propriorum jurium ſcientia requiritur, *ibid. num.* 18.

Immò ſcientia ſufficit etiam conjecturalis, *ibidem*.

Sed quæ ſit elicita vel ex relatione ad teſtamentum, vel ex fideicommiſſi enunciatione, aut ſimilibus, *ibid. num.* 20.

In *Renunciante* ſcientia fideicommiſſi ſufficit, quod ſit generica, aut præſumpta, *vot.* 4. *n.* 57. *part.* 1.

Eaque arguitur ex renunciationis verbis amplis, ac generalibus, *ibid.*

Renuncians verbis generalibus, ſibi imputet, ſi non cogitavit, ſub iiſdem verbis omnia comprehendi, *vot.* 4. *num.* 73. *p.* 1.

In *Renunciante* ſcientia fideicommiſſi regulariter non præſumitur, *vot.* 4. *num.* 21. *part.* 1.

Præſertim, ſi de Minore agatur, *ibid. num.* 22.

Renunciantis perſonâ velut è medio ſublatâ, ſucceſſio iis defertur, qui vel ex hominis diſpoſitione, vel miniſterio legis vocantur, *vot.* 44. *num.* 235. *p.* 1.

Renuncians ex cauſſa ingreſſus in Religionem non impeditur, quominus jura ſua in quempiam transferat, effectum habitura, etiam in heredibus Renunciatarii, *vot.* 5. *num.* 5. *p.* 1.

Renuncians ex cauſſa ingreſſus in Religionem cenſetur Bona etiam fideicommiſſaria, licèt non expreſſa, comprehendere voluiſſe, *vot.* 4. *nu.* 45. & *vot.* 5. *num.* 5., & *ſeqq. p.* 1.

Renuncians ex cauſſa ingreſſus in Religionem, omnem terrenarum rerum curam abjeciſſe cenſetur, *vot.* 4. *num.* 46., & *vot.* 5. *num.* 4. *part.* 1.

In *Renunciante ex cauſſa ingreſſus in Religionem*, nonnulli adfirmant, ſcientiam fideicommiſſi non requiri, *vot.* 4. *num.* 58. *p.* 1.

Et ratio eorum eſt, quia Bona temporalia commutat cum æternis, *ibid. num.* 59.

Nec proinde oportet, ſollicitum eum eſſe de Bonis hiſce temporalibus, *ibid. num.* 60.

Idque in praxi etiam ſervatur, *ibid. num.* 61.

Renuncians ex cauſſa ingreſſus in Religionem præſumitur, quod, habitâ etiam ſcientiâ fideicommiſſi, huic expreſsè renunciaſſet, *vot.* 4. *nu.* 62. *p.* 1. ; Vid. *Renunciatio*.

RENUNCIARE.

Renunciare juri ſuo non dicitur, qui illud ignorat, *vot.* 9. *num.* 49. *p.* 2.

RENUNCIATIO.

Renunciatio quælibet ſtrictiſſimè interpretanda eſt, *vot.* 4. *num.* 4., & *num.* 25. *p.* 1.

In *renunciatione* aliud non dicitur deductum, quàm, quod oculis corporeis expreſſum legitur, *vot.* 4. *num.* 5. *p.* 1.

Etiam ad *renunciationes* extenditur diſpoſitio *Textus in leg. de bis ff. de tranſact.*, quod non poſſit tranſigi de controverſiis, quæ ex teſtamento pendent, niſi cognitis, inſpectiſque teſtamenti verbis, *vot.* 4. *num.* 68. *p.* 1.

In *renunciatione* comprehenſa ea Bona non cenſentur, quorum comprehenſio Renunciatario non prodeſſet, ac Renuncianti caducitatem pareret, *vot.* 5. *num.* 29. *p.* 1.

Renunciatio non comprehendit Bona, nominatim non expreſſa, *vot.* 4. *num.* 6. *part.* 1.

Renunciatio, quoties id exigat generalis ſermonis ratio, debet extendi ad illa etiam, quæ ſub ipsâ non venirent, *vot.* 4. *num.* 42. *p.* 1.

Renunciationis verba ampla, atque effrænata reſtrictionem nullam valent recipere, *vot.* 4. *n.* 28. *part.* 1.

In *renunciationibus* ſequenda verborum potiùs amplitudo eſt, quàm hæc ſuperflua remaneant, *vot.* 4. *num.* 40. *p.* 1.

Renunciatio ampliſſimis verbis concepta, ſideicommiſſum, licèt non expreſſum, comprehendit, *vot.* 5. *num.* 45. *part.* 1.

Renunciatio quod Bona etiam fideicommiſſaria, licèt non expreſſa, complectatur, argui valet ex illius cauſſa, atque ex veriſimili Renunciantis mente; & quomodò? *vot.* 4. *num.* 44. 45., & *ſeq. part.* 1.

In *renunciatione* facta per viam donationis inter vivos comprehenditur fideicommiſſum, etiam non expreſſum, *vot.* 4. *num.* 53. *p.* 1.

Renunciationem per viam irrevocabilis donationis inter vivos factam præſeferunt verba hæc = *Cedè, rinunciò, & irrevocabilmente tra i vivi donò in forma ampliſſima, e per titolo di pura donazione* =, *vot.* 4. *num.* 51. *p.* 1.

Et quidem donationis non conſecutivæ, ſed æquè principalis, *ibid. num.* 52

Sub *renunciatione* comprehenſa cenſeri nequeunt Bona obnoxia fideicommiſſo adhuc purificando, *vot.* 4. *num.* 14. ; & *num.* 24. *part.* 1.

Maximè non probatâ in Renunciante ſcientiâ ipſius fideicommiſſi, *ibid. num.* 15.

Renunciatio facta aliis etiam ſucceſſionibus, quomodolibet devolvendis, verificari nequit, niſi in juribus diverſis ab enunciatis, *vot. 4. nu. 33. p. 1.*

Sub tali autem verborum amplitudine fideicommiſſum etiam continetur, *ibid. num. 34. 35., & 36.*

Renunciatio generalis, juramento munita, complectitur etiam fideicommiſſum conditionale, *vot. 4. num. 54. p. 1.*

Renunciationis verba hæc = *tutte le altre ragioni, azioni, in qualſivoglia modo, & in qualunque tempo competenti, e da competerſi* = nequeunt reſtringi ad Bona dumtaxat indifferentia, & præſentia, *vot. 4. num. 29. part. 1.*

Sed etiam differentia, & jura fideicommiſſi conditionalis complectuntur, *ibid. num. 30., & 32.*

Procedit, licèt ſpecialis ejus mentio non ſit facta, *ibid. dict. num. 30.*

In *renunciatione* per verba futuri temporis, jura etiam de futuro comprehenduntur, *vot. 4. n. 32. part. 1.*

Renunciationem conditionali donationi ex ſe non importat pactum liberè de ſua portione diſponendi, inter dividentes initum, *vot. 31. num. 26. part. 1.*

Debetque illud intelligi, rebus in eodem ſtatu permanentibus; & quando ſecus? *ibid. n. 27., & 28.*

Eodemque modo, non autem de renunciatione dictæ donationi intelligenda eſt promiſſio ipſam diviſionem habendi ratam, firmam, ac perpetuò obſervandam, *ibid. num. 29., & 30.*

Renunciatum itidem eidem donationi non cenſetur per pactum de ſolvendo, ex communi aſſe, ære alieno, *ibid. num. 32.*

Et nec etiam ex generali quietantia de adminiſtratis, ſi ea tempus reſpiciat ante donationem ipſam, *ibid. num. 32.*

Minùſque ex clauſulis generalibus in diviſionis inſtrumento adpoſitis, *ibidem numer. 33.*, & ratio *num. 34. ad 37.*

Eademque renunciatio nec valet argui ex venditione tertiæ partis domus, in donatione comprehenſæ, facta ab uno ex dividentibus, *ibid. num. 38.*

Excluditur itidem ex renunciatione facta aliis Bonis, quàm donatis, *ibid. num. 39.*

Illam verò importat diviſio directè contraria donationi, facta antequam conditio adimpleretur, *ibid. num. 40., & 43.*

Item diviſio, inæqualiter contra leges donationis facta, *ibid. num. 44.*

Renunciationis vigore nequeunt in Extraneos tranſferri Bona, arctiſſimam alienationis prohibitionem habentia, *vot. 4. num. 102., & vot. 5. nu. 36., & 47. part. 1.*

Renunciatio cum clauſula = *Pro ſe, heredibus, & Succeſſoribus* = heredes etiam extraneos comprehendit, *vot. 4. num. 88., & vot. 5. num. 23. part. 1.*

Renunciationis ſtipulatio cum clauſula = *pro ſe heredibus, & Succeſſoribus* = operatur Extraneorum comprehenſionem quoad Bona tantùm indifferentia, *dict. vot. 4. num. 99., & dict. vot. 5. num. 24. part. 1.*

Quo verò ad Bona differentia illos comprehendere intelligitur, qui jus habent ex teſtamento, *d. vot. 4. num. 100., & d. vot. 5. num. 25.*

Horum enim Bonorum reſpectu intelligitur pro heredibus ſanguinis, *d. vot. 5. num. 26., & ſeq.*

Procedit id, ſtante etiam conſenſu viventium, ſeù Patris acceptatione, *ibidem num. 27., & 28.*

Renunciatio, à Monacho facta, Monaſterio nihil nocet, *vot. 4. num. 10. p. 1.*

Renunciatio ex cauſſa ingreſſus in Religionem plures operatur peculiares effectus, *vot. 4. numer. 7. part. 1.*

At non eſt apta comprehendere Bona, ſeù jura non expreſſa, *vot. 4. num. 8. p. 1.*

Renunciatio ingredientis Religionem, idealiter tantùm diſtinguitur ab altera in *Seculo nubentis*, *vot. 4. num 11. part. 1.*

Renunciatio Ingredientis Religionem ab altera *nubentis in Seculo* diſtinguitur, quòd hæc latiſſimè, illa ſtrictiſſimè interpretanda eſt, *vot. 4. num. 75. p. 1.*

Nec de una ad aliam argumentum valet, *ibid. num. 76.*

Hacque diſtinctione contrariæ ſententiæ conciliantur, *ibid. num. 77.*

Renunciatio ex cauſſa ingreſſus in Religionem ampliſſimè concepta, extenditur ad omnia jura, etiam non cogitata, *vot. 4. num. 72. p. 1.*

Contrariæ auctoritates, firmantes, in ejuſmodi renunciationibus fideicommiſſum, non expreſſum, non comprehendi, loquuntur, ubi deficiat verborum amplitudo, *ibid. num. 74.*

Renunciatio facta ex cauſſa ingreſſus in Religionem fideicommiſſum, non expreſſum, non comprehendit, ubi ad certa Bona, ex verbis, ac veriſimili Renunciantis mente, reſtricta eſt, *vot. 4. num. 55. p. 1.*

Si ſecus, ad illud etiam extenditur, *ibid.*

Renunciatio ex cauſſa ingreſſus in Religionem, ut fideicommiſſum comprehendat, ſat eſt ſcientia illius generica, & præſumpta, *vot. 4. num. 56. p. 1.*

Contrariæ auctoritates explicantur, *num. 63. 64., & 65.*

In *renunciatione ex cauſſa ingreſſus in Religionem* nulla conſideratur læſio, *vot. 4. nu. 64. p. 1.*

Licèt renuncians, modico accepto, opulentiſſimam hereditatem remiſerit, *ibid. num. 66.*

In *renunciationibus ex cauſſa ingreſſus in Religionem* ceſſat, juxta nonnullos, diſpoſitio *Textus in L. de his ff. de de tranſact.*, *vot. 4. numer. 69. part. 1.*

Utque ceſſet dicti *Textus* diſpoſitio, ſat eſt ſcientia generica, ac præſumpta, *ibid. num. 70.*

Præſertim, ſi omni Legum auxilio renunciatum fuerit, & juramentum acceſſerit, *ibid. nu. 71.*

Amplia, ut *num. 72., & 73.*

Renunciationem hoc ipſo, quod facta ſit *ex cauſſa ingreſſus in Religionem*, comprehendere jura omnia, Renuncianti competentia, abſurdum eſt, *vot. 4. num. 13. p. 1.*

Generalem *renunciationem ſucceſſionibus* omnibus *unde Liberi*, *unde Agnati*, *unde Cognati* non inducit ſola præſumptio, reſultans *ex cauſſa ingreſſus in Religionem*, *vot.4. num.9. p.1.*

Contra *renunciationem* ampliſſimam, à Monacho factam, Monaſterii capacitas obtendi nequit, *vot.4. num.78. part.1.*

Neque ex ipſius Monachi perſona Monaſterium valet ſuccedere, *ibid. num.79.*

Per *renunciationem*, *à Monacho* emiſſam, licèt transferri nequeant Bona fideicommiſſi, expreſſim alienari prohibita, eadem tamen renunciatio ſuum operatur effectum quoad commoditatem fructuum, *vot.4. num.91.*, *& vot.5. num.10. part.1.*

Hæcque ad Renunciatarium, ejuſque heredes, etiam extraneos transfertur, donec Renuncians vixerit, *dict. vot.4. nu.92.*

Maximè, quum res eſt non de conſervatorio, ſed de ſimplici reſtitutorio fideicommiſſo, *ibidem num.93.*

Contrarium *dict. vot.4. num.102.*, *& ſeq.*, *& dict. vot.5. num.45. 46. 47.*, *& 55.*, *ac num.61. 62.*, *& 63.*

Auctoritates in contrarium allatæ, declarantur *dict. vot.5. num.62.*, *& 63.*

Renunciatio facta omnibus Bonis, juribus, & actionibus, reſtricta non cenſetur ad ſolam *fructuum commoditatem*, *vot.4. num.109.*, *& vot.5. num.55. part.1.*

Renunciatio reſtricta ad ſortem, trahi nequit ad *fructuum commoditatem*, de qua Renuncians nec ſenſerit, nec ſit locutus, *vot.4. num.111.*, *& 112.*, *vot.5. num.58. 59.*, *& 61. p.1.*

Renunciatio nequit dici eximere renunciantem à Bonis renunciatis, niſi *translativa* ſit, *vot.5. nu.42. part.1.*

Per *renunciationem translativam* jus Renunciantis in Renunciatarium, ejuſque heredes, etiam extraneos, transfertur, *vot.4. num.86.*, *& vot.5. num.42. p.1.*

Præſertim, ſi *pro ſe*, *heredibus*, *& ſucceſſoribus* renunciatio facta ſit, *vot.4. num.87. p.1.*

Renunciatio translativa, nonniſi in Bonis jam quæſitis, ac delatis verificari poteſt, *vot.5. nu.11. p.1.*

Renunciatio translativa nequit verificari, niſi de juribus ſubſtantiatis in perſona Renunciantis, *vot.5. num.66. p.1.*

Renunciatio quoad Bona fideicommiſſaria, expreſſim alienari prohibita, *abdicativa*, atque *extinctiva* cenſenda eſt, *vot.5. num.19. p.1.*

De *Renunciatione abdicativa*, atque *extinctiva* agere voluiſſe Partes cenſentur, ſi res erat de ſimplici ſpe nondum radicata, *vot.5. num.13. part.1.*

Procedit, licèt adhibitæ fuerint clauſulæ, ceſſionem, & translationem præſeferentes, *vot.5. num.13. part.1.*

Renunciatio Bonorum maternorum, Renuncianti jam delatorum, facta favore Patris, *translativa* dicitur, *vot.5. num.37. p.1.*

Translativa etiam dicitur *renunciatio* facta Bonis Avunculi, nonniſi ex perſona Patris, ad fratrem renunciatarium deferendis, *vot.5. num.7. p.1.*

Renunciatio Bonorum Avunculi, Renuncianti deferendorum, facta favore fratris, *abdicativa*, atque *extinctiva* cenſenda eſt, *vot.5. numer.40. part.1.*

Renunciatio favore Patris facta de ipſius Patris hereditate, *abdicativa* cenſetur, atque *extinctiva*, *vot.5. num.38. p.1.*

Translativa enim ejus juris, quod filius non habet, nequit eſſe, *ibid. num.39.*

De *renunciatione* factâ favore venientium ab inteſtato, dubitari poteſt, an *translativa* ſit, *vot. num.7. p.1.*

Renunciatio, quæ non ſit facta uni ex coheredibus, aut immediatè ſucceſſuro, *translativa* eſt, *vot.5. num.41. p.1.*

Renunciatio ex verbis = *Ponendoli reſpettivamente nel luogo, è ragioni ſue* = *translativa* debet dici, *vot.4. num.80. p.1.*

Accedente præſertim clauſulâ *conſtituti*, *ibidem num.81*

Renunciatio quoad Bona in futurum devolvenda, *abdicativa*, atque *extinctiva* cenſetur, *vot.5. num.12. p.1.*

Renunciationis clauſulæ, ceſſionem, & translationem præſeferentes referri debent ad Bona jam quæſita, non ad quærenda, *vot.5. num.15. part.1.*

Renunciatio una, atque eadem *realis* poteſt eſſe, ac *translativa*, *vot.4. num.83. p.1.*

Renunciatio translativa, quoad effectus compatibilis eſt cum renunciatione, *abſtentiva*, atque *abdicativa*, *vot.4. num.85. part.1.*

Renunciatio una, atque eadem, non repugnat, quod *realis*, *abſtentiva*, atque *abdicativa* ſit reſpectu Renunciantis, quo verò ad perſonas contemplatas, *translativa*, *vot.5. num.3. p.1.*, & vid. *num.34.*, *& 35.*

In eodem *renunciationis* Inſtrumento poteſt, ratione diverſorum Bonorum, duplex dari renunciationis ſpecies, *translativa*, atque *extinctiva*, *vot.5. num.17.*, *& 18. part.1.*

Renunciatio ſimul *extinctiva*, atque *translativa* non repugnat, quando ita accipitur, ut extinctiva dicatur quoad Bona quærenda, translativa verò quoad Bona jam quæſita, *vot.5. num.34. part.1.*

Vel cum, admiſſâ translativâ renunciatione etiam quoad Bona quærenda, res ita temperetur, ut extraneis prodeſſe nequeat, *ibid. nu.35. & 36.*

Renunciatio Bonorum fideicommiſſi quoad Renunciatarium, illorum dominium, nil aliud præſefert, quàm juris, à Renunciante ſperati, remiſſionem, ſeù extinctionem, *vot.5. num.68. part.1.*

Renunciatio facta à filia favore Parentum, eam repellit à jure petendi augmenti dotalis materni, *vot.44. num.233. part.1.*

Sed non efficit, ut mater, & ab ea cauſſam haben-

ben-

bentes, augmentum in Bonis viri conſequi nequeant, *ibid. num.234.*

Renunciatio Legitlmæ facta à filia, illius detractionem impedit, *vot.15. num.7. part.2.*

Limita, ſi eam doinde heredem Pater instituerit, *ibid. num.8.*

Renunciatio Legitimæ facta à filia, ex ejus mente judicanda eſt, *vot.15. num.10. p.2.*

RENUNCIATARIUS.

In *Renunciatarium*, ejuſque heredes, durante naturali vitâ Religioſi, tranſeunt fideicommiſſi, etiam agnatitii jura, *vot.4. num.97. p.1.*

Renunciatarius extraneus cò minùs ex perſona Monachi renunciantis poteſt ſuccedere, ſi nec ipſum poſſet ſuccedere Monaſterium, *vot.4. num.124. part.1.*

REPETITIO.

Repetitio, & relatio omnis ſemper fieri debet quoad compatibilia, non quoad incompatibilia, *vot.28. nam.69. p.2.*

Atque ita interpretanda eſt, ut ex ea contrarietas non ſequatur, *ibid. num.70.*

Repetitio conditionis, abſurdo locum faciens, cenſetur conſultò à Teſtatore omiſſa, *vot.27. num.56. p.1.*

Repetitio ceſſat, ubi diſtinctæ ſubſtitutiones, ac ſeparata oratio eſt, *vot.8. num.72.*, & *vot.27. num.59. p.1.*

Repetitioni conditionis, reſultanti ex teſtamenti verbis, obiici nequit abſurdi exceptio, *vot.27. num.77. p.1.*

Repetitionem conditionis dictiones illæ *=cum iiſdem vinculis*, & *conditionibus*, *ut ſupra* = non inducunt, quum diverſitas adeſt graduum, & perſonarum, *vot.27. num.50. p.1.*

Et potiùs ad modum ſuccedendi referendæ ſunt, *ibid. num.51.*

Dicuntur autem ſtare *demonſtrativè*, ſeù *declarativè*, *ibidem num.52.*

Repetitio regulariter non fit in parte conditionali, *vot.8. num.154. p.1.*

Præſertim, ſi hæc ex mente Teſtatoris reſtricta non appareat ad qualitates, in diſpoſitiva adjectas, *ibid. num.155.*

Repetitio ut excludatur a parte conditionali, ſufficit probabilis quælibet diverſitatis ratio, *vot.8. num.156. part.1.*

Repetitio qualitatis *legitimitatis* de una ad aliam diverſam diſpoſitionem non admittitur, *vot.8. num.69.*, & *152. part.1.*

Eamque excludit diverſus Teſtatoris loquendi modus, *ibidem*, & *num.98.*

Repetitio qualitatis *legitimitatis* de una diſpoſitione ad aliam, ubi diverſa ratio militat, non inducitur, *vot.8. num.73. p.1.*

Repetitio qualitatis *legitimitatis* non benè infertur à perſonis magis dilectis ad minùs dilectas, *vot. 8. num.74. p.1.*

Itidemque nec à filiis poſſibiliter naſcituris, vel à primo etiam herede ad ulteriores Subſtitutos, *ibid. num.75.*

Repetitio qualitatis *legitimitatis* arguitur in perſonis minùs dilectis, ſi in perſonis magis dilectis eadem qualitas requiſita fuit, *vot.8. numer.94. part.1.*

Intellige, ſi diſpoſitio fuit concepta per verba civilia, non, ſi per verba naturalia, *ibid. num. 95.*, & *97.*

Repetitio qualitatis *legitimitatis*, inter perſonas diverſas, excluditur ex veriſimili quacumque, ſeu probabili rationis diverſitate, *vot.8. num.93. part.1.*

Immò neque ex rationis identitate admitti poteſt, *ibidem.*

Repetitio qualitatis *legitimitatis* facilè admittitur, quaodo inter eaſdem perſonas agitur, ſecùs, quando inter diverſas, vel in diverſo gradu exiſtentes, *vot.8. num.72. 73.*, & *91. part.1.*

Hæcque diſtinctio ſervatur à *Sacra Rota*, *ibid. dict. num.91.*

Repetitio qualitatis *legitimitatis* valet argui ex facta Agnatorum ſubſtitutione, *vot.8. num.115. p.1.*

Intellige, ſi inde agnatio noſcatur contemplata, non tamen ſi ſecus, *num.16.*, & *17.*

Repetitio qualitatis *legitimitatis* ex eo deſumpta, quod fuerit expreſſa in aliis teſtamenti partibus, locum habet, quando Teſtator eam perpetuò qualitatem exoptavit, *vot.8. num.100. p.1.*

Vel, cum id ſuadet rationis identitas, vel Teſtatoris voluntas, *ibid. num.101.*

Repetitio qualitatis *legitimitatis* excluditur quoad filios ſororis ſuperſtitis, non cum ea qualitate à Teſtatore connotatos, *vot.8. num.86. p.1.*

Repetitionem qualitatis *legitimitatis* inducere nequit clauſula *=ut ſupra* =, quoties ad eam qualitatem non referatur, *vot.8. num.103. p.1.*

Idem, ſi referatur ad extinctionem lineæ, vel ad qualitatem maſculinitatis, *ibid. num.104.*

Vel, ſi ad perſonas non vocatas cum tali qualitate, aut ad perſonas etiam diverſas, *ibid. num.105.*, & *106.*

Repetitio qualitatis *legitimitatis* non inducitur ex verbis = *omnia ejus Bona tranſeant perpetuò in perſonas laicas*, & *aptos ad Matrimonium* =, *vot. 8. num.123. part.1.*

Adjecta enim cenſentur ſolùm ad excludendas perſonas eccleſiaſticas, *ibidem.*

Repetitio maſculinitatis excluditur, niſi ex conjecturis appareat, Teſtatorem ad ſolos Maſculos reſpexiſſe, *vot.32. num 26. p.2.*

Repetitio maſculinitatis facilius præſumitur in filiis ejuſdem perſonæ, cui dicta qualitas adjecta eſt, quàm in aliis vocatis, *vot.32. num.29. p.2.*

Præſertim, ſi alii vocati, ſint deſcendentes ex fœminis, *ibid. num.30.*

Repetitio maſculinitatis excluditur in diverſo, & independenti ſubſtitutionis gradu, *vot.32. num. 31. p.2.*

Eam itidem excludit diſcretivus loquendi modus, *ibid. num.32.*

Maximè, ſi adhibitus à Nobili, & Juriſperito, *ibid. num.33.*

Ejuſmodi *repetitionem* excludit diſcretivus loquendi modus, etiamſi nulla ſubſit diverſitatis ratio, *ibid. num.35.*

Repetitio maſculinitatis poſt tres lineas inſtitutas, & ſub-

& ſubſtitutas indncenda non eſt, *vot.32.nu.37. part.2.*

Repetitionem maſculinitatis non inducit ſubſtitutio eum iiſdem conditionibus, & oneribus expreſſis in præcedenti ſubſtitutione, *vot. 32. nu. 38. p.2.*

Præſertim, ſi Teſtator perſpicuè deſignaverit ea, quæ ſub nomine conditionum, & onerum intellexit, *ibid. nu.39.*

Vid. *diſpoſitio, qualitas, maſculinitas, relatio.*

REPRÆSENTATIO.

Per *repræſentationem* nepos æqualis redditur proximitatis cum Patruo, *vot.12.nu.169.p.1.*

Repræſentationis jure non indiget veniens ad fideicommiſſum jure proprio, *vot.36. numer. 70. part.1.*

Repræſentationi locus non eſt, quando Teſtator fideicommiſſum deferri voluit ordine ſucceſſivo, *vot.36.nu.36.p.1.*

Repræſentationi locus non eſt, niſi in hereditatibus, & fideicommiſſis Aſcendentium, vel Patrui, *vot.36.nu.34.p.1.*

Neque locus eſt, ſi agatur de Patruis magnis, aliiſque tranſverſalibus, *vot.12.nu.167.*, *& dict. vot.36.nu.35.p.1.*

Repræſentatio gradus paterni in primogenituris, etiam quoad Tranſverſales locum habet, *vot.12. nu.168.p.1.*

Repræſentatio gradus paterni in Tranſverſalibus ultra fratrum filios non progreditur, *vot.12.nu. 102.*, *& 162.p.1.*

Procedit, etiamſi agatur de primogenitura, *ibid. num.103.*

Intellige, quoties ad eam non invitatur certa familia, certo deſignato ſtipite, *ibid.*

Quo caſu datur repræſentatio in infinitum inter collaterales, etiam ejuſdem lineæ, *ibid. numer. 104.*

Ea tamen verè repræſentatio non dicitur, ſed tranſmiſſio certæ ſpei in jus ſuccedendi, *ibid. num.105.*

De vi *repræſentationis* in primogenituris quærendum non eſt, quando agitur de linea, utroque latere conjuncta, ac Teſtatori prædilecta, *vot. 12.num.172.part.1.*

Repræſentatio non datur, neque in fideicommiſſo aſcendentali in infinitum, quando non vacat per obitum alicujus Aſcendentis, vel Patrui, *vot.25.nu.97.p.1.*

Repræſentatio gradus paterni etiam in fideicommiſſo Aſcendentis non admittitur, quando illud, excepto Patruo, vacat per obitum alterius Tranſverſalis remotioris, *vot.22.num.61.*, *& num.71.p.1.*

Limita, ſi Deſcendentium vocatio facta ſit per verbum commune = *ſubſtituo* =, *ibid. nu.62.*

Item ſi concurrat tractus temporis ſucceſſivus, *ibid. nu.63.*

Et quoties ſubſtitutio contineat vulgarem anomalam, *ibid. num.68.*

Contrariæ *auctoritates* procedere declarantur, quando ſucceſſio deferenda eſt ordine inteſtatæ ſucceſſionis, & juxta prærogativam gradus, *ibid. nu.74.*

RES.

In *re* evidente, nulla eſſe poteſt quæſtio, *vot. 25. nu.10.*, *& 33. part.2.*

Res ex eventis metienda non eſt, *vot.31. num.32. part.2.*

Res mea, quod mea ampliùs fieri poſſit, & per alium ad me transferri, repugnat, *vot.5. num. 67.p.1.*

Res aliena, vel heredis legari poteſt, *vot. 26. nu. 34.p.2.*

Semper tamen præſumitur non legata, *ibid. num. 35.*

Niſi contrarium ſuadeant conjecturæ, *ibid. numer. 36.*

Præſertim, quando non agitur de re aliena, nominatim à Teſtatore legata, *ibid. num.37.*

Res venales, & accidentaliter in domo Teſtatoris repertæ an comprehendantur ſub Legato Bonorum, ſive rerum omnium?, *vot.26. nu. 8.*, *& ſeq. p.2.*

Item an ſub eodem Legato, vel ſub Legato *omnium mobilium* veniant *res*, pignori à Teſtatore acceptæ, aliæque mercimonii, ſeù qualibet ſimili cauſsâ retentæ in ipſius Teſtatoris domo? *ibid. à num.9. ad 47.*, Vid. *Legatum*, *mobilia.*

Rerum pretioſarum inexiſtentiæ præſumptio in antiquis militat, *vot.18. num.95. p.2.*

Et, ſi quæ repertæ in hereditate præſumi velint, eæ in dimiſſionem Creditorum Defuncti erogatæ ſunt cenſendæ, *ibid. num. 97.*, Vid. *Inventarium.*

RES JUDICATA.

Res judicata penitùs perimit Actoris jura, *vot. 18. nu.15.p.2.*

Rei judicatæ pondus addit temporis diuturnitas, *vot.18. nu.2.p.2.*

RESERVATIO.

Reſervatio facultatis rem meliùs ordinandi, explicandique, in fideicommiſſo per viam donationis inter vivos ordinato, refertur ad accidentalia, non ad ſubſtantialia diſpoſitionis, *vot.31. nu.47.p.2.*

Proindeque ejus vigore nec novæ perſonæ adjici, nec jam vocatæ excludi poſſunt, *ibid. numer. 48.*

RESTITUTIO.

Bona etiam *reſtitutioni* obnoxia, ad heredem pertinere dicuntur, *vot.29. num.87.p.2.*

Reſtitutio hereditatis quando vel non in tempus obitus heredis dilata cenſeatur? *vot. 30.nu.1.*, *& ſeq. p.2.*

Reſtitutionis adjectum onus excludit liberam de Bonis donatis diſponendi facultatem, *vot.17.nu. 45.p.1.*

Vid. *fideicommiſſum*, *gravamen*, *hereditas*, *onus.*

RESTITUTIO IN INTEGRUM.

Reſtitutio in integrum, & moræ purgatio ſunt remedia, Legis æquitate impoſita, *vot.32. nu.19. part.1.*

Reſtitutio in integrum ex capitè probabilis ignoraotiæ conceditur, *vot.13. num.67., & vot. 27. num.19. p.1.*

Nec obeſt ſcientia præſumpta, *dict.vot.27. nu.20.*

Reſtitutioni in integrum ſola læſio viam aperit, *vot. 18. nu.25. part.2.*

Reſtitutioni in integrum locus nequit eſſe, quum nequit amplius adimpleri voluntas Teſtatoris, *vot.20. num.35. p.1.*

Si præſertim læſio abſit; declara tamen *ut nu. 38., & 40.*

Reſtitutio in integrum adverſus contrariam Sententiam intra quadrieouium petenda eſt, *vot.18. num.19.p.2.*

Utque, eo elapſo, obtineri valeat, certioribus, læſio, probationibus eſt demonſtranda, *ibidem num.20.*

Reſtitutioni in integrum adverſus Sententiam, in Judicatum tranſactam, ex quibus locus eſſe nequeat? *vot.18. num.1., & ſeq. p.2.*

Vid. *Bona, vel mala fides, Scientiâ.*

RETENTIO.

Retentio fideicommiſſi heredi competit, quoties aliquid ex fideicommiſſo detrahendum eſt, *vot. 6. num.62. p.2.*

Juſtum, ac legitimum *retentionis* titulum poſſeſſori tribuunt credita liquida, ac ſubſiſtentia, *vot.18. nu.64. part.2.*

Retentio heredi non fuiſſet conceſſa, niſi de ioventarii validitate conſtitiſſet, *vot.18. nu.85.p.2.*

RETRODONATIO.

In *retrodonatione* facta à filio de omnibus Bonis, ac juribus, antea ſibi à Patre donatis, comprehenſa dici debent Bona quæcumque, ipſi donata, tàm inter vivos, quàm etiam cauſsâ mortis, *vot.17. num.22. p.1.*

Retrodonatio uiſi de alia donatione verificari queat, debet ad donationem cauſsâ mortis, de qua conſtat, non ad alias merè poſſibiles referri, *vot.17. nu.27. p.1.*

Accedente præſertim obſervantiâ, *num. 29.*

In *retrodonatione* quid comprehenſum fuerit, optimè declarat obſervantia, *vot.17. nu.30. part.1.*

Vid. *Donatio.*

RETROGRADATIO.

Retrogradatio ſucceſſionis non admittitùr, *vot.31. num.29.p.2.*

RETROTRACTIO.

Per *retrotractionem* eodem modo Lex operatur, ſiyè clarum, ſivè turbidum fideicommiſſum ſit, *vot.18. nu.14. p.1.*

Retrotractio in Legatis, ſub conditione ſuſpenſivâ relictis, locum babet, & fructus non à die contraventiouis, ſed à die obitus Teſtatoris reſtitui debent, *vot.26. nu.64. p.2.*

Juris, vel facti veritate detectâ, *retrotractio* in præjudicium poſſeſſoris non admittitur, *vot.25. nu.88. p.1.*

REVERENTIA.

Ex *Reverentia* erga Patrem non parens filius voluntati Teſtatoris, etiam ſciens, excuſatur, *vot. 20. nu30. ad 37., & vot.27. nu.22. p.1.*

REVOCATIO.

Revocatio fideicommiſſi non requiritur, quod ſit ſpecialis, ſed poſterior diverſa diſpoſitio ſufficit, *vot.44. nu.108. p.1.*

Præſertim, ſi facta ex intervallo, *ibid. num.109.*

Vid. *Remiſſio.*

REUS.

Rei, ac *Poſſeſſoris* favore, in excluſionem malæ fidei, ac reſtitutionis fructuum, ſemper in dubio judicandum eſt, *vot.8. nu.195., & vot. 18. nu.71. part. 1.*

Sufficit autem cauſſa qualibet, etiam imagioaria, *ibid. num. 72., & 73.*

Reo faventes conjecturæ prævalere debent, *vot. 8. nu.20. p.1.*

Rei favore plura præſumi poſſe, efficit temporis diuturnitas, *vot.18. num.3. p.2.*

Reo, ac poſſidenti diuturnitas temporis multùm favet contra Actorem, *vot.18. num. 9. p.2.*

Reo ad repellendum Actorem ſat eſt, quod ſe doceat in conditiooe poſitum, licèt de ſui vocatione iu parte diſpoſitiva non doceat, *vot. 8. num.4. p.1.*

Reo ad repellendum Actorem, ſat eſt, ejus actionem reddidiſſe dubiam, *vot.8. nu.2. part.1., & vot.18. num.8. part.2.*

Reus abſolvitur, Actore nou probante, *vot. 8. nu. 3. part.1.*

Reo, & poſſeſſori ſufficit vincere per non jus Actoris, *vot. 16. num. 55., & vot. 18. numer. 7. part.2.*

SACRA ROTA.

Sacræ Rotæ judicium plurimi faciendum eſt, *vot. 18. num.31. p.1.*

Sacra Rota ceterorum Tribunalium magiſtra dicitur, *vot.27. num.15. p.2.*

Sacra Rota, juxta ejus praxim, & ſtylum, ſolet poſſeſſorium unâ cum petitorio diſcutere, *vot.7. nu.99. part.1.*

Sacra Rota ſolet, probato hereditario ſtatu, pro detractionibus quantitativis corpus aliquod hereditarium reſervare, & io reliquis immiſſionem fideicommiſſario decernere, *vot.6. nu.93. part.2.*

S

SANGUIS.

Ex conjunctione *Sanguinis* ſucceditur ad decimum uſque gradum, *vot.1. nu.19. p.2.*

Sanguinis quodcumque vinculum abolitum præſumitur in perſonis, ultra decimum gradum exiſteotibus, *vot.1. num.18., & vot.2. num. 25. part.2.*

Sanguinis conjunctio major in Matre eſt, quàm in filiis, *vot.1. num.42. part. 2.*

Et minor in filiis, quàm in Matre proximitas concurrit, *ibid.*

SCIENS.

Sciens, coheredem ſeſe habere, non excuſatur à reſtitutione fructuum, *vot.25. nu.83. part. 1.*

Ei,

Ei, qui *ſcienter* præceptum Teſtatoris ſprevit, ſuccurrendum non eſt, *vot. 32. nu. 20. part. 2.*

SCIENTIA.

Scientiam non habet ignarus, aut dubius, *vot. 21. num. 91. part. 1.*

Ex *Scientia* contrariæ voluntatis dolus proficiſcitur, *vot. 7. num. 64. part. 2.*

Ex *Scientia* rei alienæ, etiam extrajudiciali, mala fides oriri poteſt, *vot. 18. num. 46. p. 1.*

Malam fidem in alienante inducit *ſcientia* prohibitæ alienationis, *vot. 32. nu. 13. p. 2.*

Et fructus uſque ab initio reſtituendi ſunt, *vot. 18. num. 40. p. 1.*

Vel ſaltem ab ipſius poſſeſſoris obitu, *ibid.*

Scientia præſumpta non ſufficit pro amiſſione lucri, *vot. 27. nu. 21. p. 1.*

Scientia vera in præjudicialibus requiritur, nec ſufficit præſumpta, *vot. 24. nu. 207. p. 2.*

Scientia præſumpta delatæ ſucceſſionis eſt, quæ deducitur ex cohabitatione, conjunctione, & ſimilibus, *vot. 27. num. 20. part. 1.*

Scientia gravaminis ficta, & à Lege præſumpta, ſufficit ad validitatem actus, à lucro incipientis, *vot. 24. nu. 180.*, *&* 210. *p. 2.*

Scientia præſumpta oneris, cum jure delati, non officit reſtitutioni in integrum, *vot. 27. num. 19. part. 1.*

Scientia probari poteſt etiam præſumptionibus, & conjecturis, *vot. 24. nu. 209. p. 2.*

Eademque ita probata, non dicitur ſcientia præſumpta, ſed vera ſcientia efficax ad quoſcumque etiam præjudiciales effectus *dict. vot. 24. nu. 210. part. 2.*

Præſertim, quando non ex genericis tantùm præſumptionibus, ſed ex facti etiam circumſtantiis deſumitur, *ibid.*

Ex *Scientia* partis ſcientia totius nequit inferri, *vot. 24. nu. 208. p. 2.*

Contrarium verius etiam in præjudicialibus, *ibid. num. 211.*

Præſertim, quando ſcientiam totius fundatur in realitate facti, *ibid. nu. 210.*

Scientia vocationis filiorum ad fideicommiſſum habuiſſe cenſetur Teſtator, ſi ex ejus juribus judicium introduxit, *vot. 33. nu. 8. p. 1.*

Et, ſi diſpoſuit de ipſius Bonis, *ibid. nu. 9.*

Scientiam fideicommiſſi, ſi non certam, aliqualem tamen habuiſſe videtur Teſtator, de eo conditionaliter diſponens, quatenus nempè ad ſe liberè pertineret, *vot. 29. num. 42. p. 2.*

Conjecturalis etiam *ſcientia* pertinentiæ Bonorum ad heredem generaliter ſufficit, ad validitatem diſpoſitionis, de iis factæ, *vot. 33. numer. 7. part. 1.*

Scientia pertinentiæ Bonorum ad heredem, ſtante dubietate, deficit, *vot. 24. nu. 61. p. 1.*

Abſque *ſcientiâ* fideicommiſſi, præſcriptio adverſus vocatum non currit, *vot. 13. numer. 69. part. 1.*

Scientiam teſtamentariæ diſpoſitionis niſi habuerint vocati, obſervantia ex taciturnitate eis nocere non poteſt, *vot. 41. num. 87. p. 1.*

Præſertim, ſi aliqua probabilis cauſſa eſſe potuerit, cur tacuerint, *ibid. nu. 88.*

Scientia fideicommiſſi niſi probetur, ignorantia præſumitur, *vot. 13. nu. 68. p. 1.*

Scientia ejus juriùm in Renunciante requiritur, *vot. 4. nu. 16. p. 1.*

Scientiam antiqui fideicommiſſi Minor renuncians habuiſſe non præſumitur, *vot. 4. nu. 23. p. 1.*

Scientia fideicommiſſi generica, atque præſumpta arguitur ex renunciationis verbis amplis, & generalibus, *vot. 4. num. 57. p. 1.*

Scientia fideicommiſſi in Renunciante regulariter non præſumitur, *vot. 4. num. 21. p. 1.*

Præſertim in Minore, *ibid. num. 22.*

Scientia ejus jurium, etiam conjecturalis ſufficit ut quis in renunciatione comprehendiſſe dicatur hereditatem, & fideicommiſſum contentum in teſtamento, *vot. 4. nu. 19. p. 1.*

Quæ tamen *ſcientia* debet eſſe elicita, vel ex relatione ad teſtamentum, vel ex fideicommiſſi enunciatione, aut ſimilibus, *ibid. nu. 20.*

Scientiam fideicommiſſi in Renunciante ex cauſſa ingreſſus in Religionem non requiri, nonnulli adfirmant, *vot. 4. num. 58. p. 1.*

Et ratio eorum eſt, quia Bona temporalia commutat cum æternis, *ibid. nu. 59.*

Nec proindè oportet, ſollicitum eum eſſe de Bonis hiſce temporalibus, *ibid. num. 60.*

Idque in praxi etiam ſervatur, *ibid. nu. 61.*

Scientia certa gravaminis requiritur, ut ejus acceptatio inducta ex aditione cenſeatur, *vot. 29. num. 37. p. 2.*

Abſque *ſcientiâ* oneris filius paternam diſpoſitionem acceptando, ſibi in Legitima non præjudicat, *vot. 5. num. 17. p. 2.*

Procedit, ſervatâ etiam *Soccini* cautelâ, *ibid.*

De qua *ſcientia*, ſi non conſtet, ignorantia præſumitur, *ibid. nu. 18.*

Maximè in Muliere, *ibid.*

Scientia oneris, ſuper Legitimâ impoſiti, in filio, etiam inſtituto cum *Soccini* cautela, requiritur, ut hereditatem cum tali onere acceptaſſe dicatur, *vot. 24. nu. 1. 4.*, *&* 120. *p. 2.*

Quæ *ſcientia* debet eſſe certa, & poſitiva, non autem præſumpta, *ibid. nu. 2.*

Maximè, ubi agitur de actu præjudiciali, ac proprii juris abdicativo, *ibid. nu. 5.*

Scientia, & acceptatio onerum expreſſa non requiritur in filio, ut ſibi in Legitima, relicta cum *Soccini* cautela præjudicaſſe per aditionem cenſeatur, *vot. 24. nu. 153. p. 2.*

Sed generica eorum cognitio, atque acceptatio, ſufficit, *ibid. num. 154.*

Etiam per ſimplicem hereditatis aditionem, ac ſinè expreſsâ renunciatione Legitimæ, *ibid. nu. 158.*, *&* 184.

Explicantur *deciſ. Sacræ Rotæ*, impreſſæ apud *Rodulphin. allegat.* 115., in quibus expreſſa etiam paterni teſtamenti acceptatio concurrebat, *ibid. nu. 159.*, *&* 181.

Aliæ itidem declarantur auctoritates, quæ in contrarium adferri poſſent, *ibid. nu. 188.*

Pro-

Digitized by Google

Procedit maximè principalis concluſio, quoties caute la *Soccini* non per æquipollens tantùm, ſed formaliter ſervata fuerit, *ibid. nu.155.*

Quod tamen formaliter ſervata fuerit pro effectu antedicto, opus non eſt, *ibid. nu.157.*

Ex quibus autem generica onerum cognitio, atque acceptatio tacita reſultare valeat? *ibid. numer. 156.*

Scientia onerum in herede, ut ad illa teneatur, non requiritur, *vot.24. num.124. 128., & 133. part.2.*

Scientiam onerum inter alia aditionis hereditatis requiſita non recenſent juris Interpretes, *vot.24. nu.129. p.2.*

Eam proindè non requiri, dicendum eſt, *ibid. num.130.*

Scientiam onerum hereditariorum niſi in termino ad deliberandum, ſibi competenti, heres habuerit, imputet ſibi ipſi, *vot.24. numer. 134. part.2.*

In herede requiritur *ſcientia* ejus dumtaxat, quod intrinſecum, non quod extrinſecum eſt aditioni, *vot.24. num.133. p.2.*

Scientiam oneris habuiſſe heres præſumitur, quoties ignorantia eſſet inveriſimilis, ac in Judiciis non admittenda, *vot.24. nu.191. p.2.*

Scientia oneris in herede ex quibus reſultare poſſit? *vot.24. num.193. p.2.*

Scientia ejuſmodi adfuiſſe cenſetur, ſi de opulentiſſimo agebatur patrimonio, *ibid.*

Item, ſi heres copiam teſtamenti extrahi curavit, *vot.5. nu.42., & dict. vot.24. num.195. p.2.*

Maximè, ſi nedum illam penes ſe retinuit, ſed duas alias exarare fecit, *dict. vot.24. num. 197.*

Et, ſi publicum edidit Procuræ mandatum, ſe enunciando heredem Patris, *ibid. nu. 198.*

Si Legata ſolvit, *nu.199.*

Si literis ad correſponſales datis ſeſe unicum (ut re ipſâ erat) heredem evulgavit, *numer. 201., & 204.*

Si, quid alteri fratri Pater reliquerat, ſciebat, *num. 203.*

Sique demum prorogationem termini petiit à Principe ad deliberandum de hereditatis aditione, *nu.105.*

Scientia itidem oneris in filio legatario arguitur, ſi fratrem heredem in judicio pulſavit ad inventarii confectionem pro deliberando, an ſibi expediret Legatum acceptare nec ne? *dict. vot.5. nu.43. p.2.*

Et, ſi Laudum, mandans Legati ſolutionem ad formam paterni teſtamenti, expreſſim acceptavit, *ibid. num.44.*

Scientiam individuam partium teſtamenti habuiſſe cenſendus eſt, qui nedum dixit, ſed ſe pro herede univerſali geſſit in vim ipſius teſtamenti, enunciando diem, annum, ac Notarium, de eo rogatum, *vot.24. nu.212. p.2.*

Ex *Scientia* præfixionis termini, à Teſtatore dati ad deliberandum de aditione, infertur in herede ſcientia etiam onerum, *vot. 24. num. 206. part.2.*

Scientia oneris in herede ſatis per Teſtes probata dici poteſt, *vot.24. nu.192. p.2.*

Ad *Scientiam* oneris in herede præſumendam, plurimum valet veriſimilitudo, *vot.24. nu.190. part.2.*

Scientia diſpoſitorum in teſtamento, ex pluribus reſultans actibus, vim adimit ipſimet juramento heredis, ignorantiam allegantis, *vot.24. nu. 218. p.2.*

SCRIPTURÆ.

Scripturas hereditarias diſtinctim in inventario deſcribere heres gravatus tenetur, *vot. 44. nu. 253. p.1.*

De *Scripturis*, ad hereditatem pertinentibus, tenetur heres gravatus rationem reddere, *vot. 44. nu.254. p.1.*

Ad exhibendas, reddendaſque *Scripturas*, in hereditate repertas, heres gravatus cogi poteſt, *vot.44. num.255. p.1.*

Nec ei proderit excuſatio, quod illæ amplius non reperiantur, *ibid nu.256.*

Scripturas, in hereditate repertas, heres gravatus, tenetur diligenter conſervare, *ibid. nu.257.*

Secus, adverſus eum locus eſt juramento in litem, *ibid. num.258.*

Scripturas originales quem, de hereditate adeunda deliberare volentem, retinere velle, abſurdum eſt, *vot.24. num.104. p.2.*

Scripturæ ordo efficit, ut primò nominati, primò cenſeantur ſubſtituti, *vot. 12. numer. 67. part.1.*

Procedit, ubi etiam par eſt affectio, gradus, ætas, linea, *ibid.*

Ex productione *Scripturarum* mala fides inducitur, *vot.18. num.45., & 57. p.1.*

Nec ceſſat ex eo, quod à Judicii obſervatione Reus abſolutus fuerit, *ibid. num.45.*

Scripturarum productio malam fidem inducit ſolum quoad titulum, in petitione expreſſum, *vot.18. nu.58. p.1.*

SECUNDOGENITUS.

Secundogenitus, ecluſâ ſpeciali diſpoſitione Patris, nec alimenta, nec quid aliud de manu Primogeniti recipere tenetur, ſed ſe tamquam coheredem poteſt gerere, *vot. 24. numer.201. part.2.*

Secundogenitus, deficiente ſtipitis vocati Primogenito, in ejus ſuccedit locum, *vot.12. nu.82. part.1.*

Intellige, etſi non naturaliter, tamen civiliter & ex Lege, *ibid. num.83.*

Quod maximè procedit, concurrente Teſtatoris voluntate, *ibid.*

Secundogeniti ſimul, & non tantùm Primogeniti vocationem arguit natura ipſa primogenituræ, de ſe perpetuæ, *vot.12. num.87. p.1.*

Si præſertim adſint verba = *in infinitum = de Primogenito in Primogenitum =*, *ibid.*

Et præceptum aſſumptionis armorum, *ibid.*

Etiam ad *Secundogenitum* reſpexiſſe Teſtator cenſetur, quoties Primogenitum vocavit cùm relatione ad futurum tempus, *vot.12. nu.86. p.1.*

Secundogeniti niſi in locum Primogenitorum admittantur, primogenitura difficiliùs eſſe poteſt diuturna, *vot.12. nu.89. part.1.*

Secundogenitus, ejuſque Deſcendentes quoad primogenituræ ſucceſſionem, extinctâ Primogeniti lineâ, prædilecti cenſentur, & aliis præferuntur, *vot.33. nu.14. p.2.*

Etiam non curatâ qualitate ſexus, ſi eam Teſtator non requiſivit, *ibid. num.15.*

Ex *Secundogenito*, etiam antè ſucceſſionem præmortuo donec ſuperſunt Deſcendentes, tranſitus nequit fieri ad inferiores lineas, *vot.33. nu. 30. part.2.*

Secundogenito ſubſtitutis illius filiis, omnes pro æquali debent admitti, non illius dumtaxat Secundogenitus, *vot.27. nu.131. p.1.*

Vid. *Primogenitura*.

SEMIAGNATITIA QUALITAS.

Semiagnatitia qualitas eſt merum commentum, ac ſubtilitas à Doctoribus inventa, *vot.25. nu.46. port.1.*

Nec ullo numero babenda, niſi graviores circumſtantiæ urgeant, *ibid. nu.47.*

SENTENTIA.

Sententiæ Magiſtratuum, ſi ſint Legibus mitiores, corruptæ videntur eſſe, *vot.27. numer.79. part.1.*

Per *Sententiam* rejecta Doctorum conſilia, attendi non debent, *vot.40. nu. 88. p.1.*

Sententia latæ cum legitimo contradictore, jus, & ſtatum faciunt quoad alios quoſcumque, *vot. 27. nu.72. p.2.*

Sententia quoad unum lata, ſtatum quoad aliud firmare nequit, *vot.27. num.73. p.2.*

Sententia indifferenter utrumque territorium reſpiciens, quoad utrumque lata cenſenda eſt, *vot. 27. num.74. p.2.*

Injuſta eſſet *ſententia*, concedens prælationem remotiori, excluſo eo, qui polleat proximioritate à Teſtatore volita, *vot.21. numer.3. part.2.*

Bonorum comprehenſionem in donatione impugnare nequis is, contra quem per *ſententiam* declaratum fuit, ea Bona comprehendi, *vot. 32. num.12. part.2.*

Sententia caducitatis declaratoria requiritur, ut quis privetur hereditate jam quæſitâ, *vot.27. num.39. part.1.*

SERMO.

Sermo univerſalis tantum operatur quoad omnia comprebenſa ſub genere, quantum *ſpecialis* quoad comprehenſa ſub ſpecie, *vot.42. num.65. part.1.*

SERVITUS.

Servitus ſervitutis dari non poteſt, *vot.24. numer. 7. p.2.*

SEXUS.

Sexus maſculini prædilectio majoris ubique momenti eſt, *vot.12. num.134. p.1.*

Sexus prædilectio apta non eſt filiam à ſucceſſione Patris excludere in concurſu Agnati remotioris, *vot.11. num.19. p.1.*

Sexus qualitas, nonniſi inter Deſcendentes ejuſdem gradus, & lineæ ſpectanda eſt, *vot.33. num.16. p.2.*

SINGULA.

Singula ſingulis, & congrua congruis referenda ſunt, *vot.5. num.16. p.1.*

Singula, quæ non proſunt, juncta juvant, *vot.9. num.28. p.2.*

Etiam pro arguenda hereditatis aditione, *vot.24. num.33., & 76. p.2.*

SOCIETAS.

Societatis hominum, *ex Cicer.*, plures ſunt gradus, *vot.4. num.32. p.2*

SOCCINUS.

Soccini cautela nil aliud importat, quàm quod filius cum ſuo triente libero emat, quod ſibi à Patre relinquitur, *vot.8. num.46. p.2.*

Soccini cautela ſita eſt in electione tributa Legitimario conſequendi, vel integram Legitimam abſque onere, vel totam hereditatem cum gravamine in Legitima, *vot.3. num.12. p.2.*

Soccini cautela ſervata non dicitur, ſi filio, non acceptanti Legatum cum onere, minùs Legitimâ relictum ſit, *vot.5. num.14. p.2.*

Cum *Soccini* cautela explicata voluntas Teſtatoris, æquè adimpletur, tàm ſi filius Legitimam detrahat, quàm ſi eam per fideicommiſſum reſtituat, *vot.8. num.41. p.2.*

SOLIDATIO.

Solidationis verba = *il tutto ſino al preſente giorno* = omne intereſſe, omneque præcedens tempus complectuntur, *vot.25. num.56. p.2.*

SOLUTIO.

Solutio, licèt ſit quid facti, conjecturis, & præſumptionibus induci poteſt, *vot.44. numer.243. part. 1.*

Solutionis conjectura oritur ex inveriſimilitudine, quod ea facta non ſit, *vot.44. numer.244. part.1.*

Solutionis veriſimilitudinem præbet Debitor opulentus, & creditor ejus conditionis, ut, ſinè incommodo, ſolutionis dilationem ferre non poſſet, *vot.44. num.245. p.1.*

Solutio ex longi temporis lapſu conjicitur, *ibidem num.246.*

Solutionis conjectura ex longi temporis lapſu vehemens eſt, *ibidem num.248.*

Præſertim, quando ſolutionis petitio diù poſt mortem debitoris delata eſt, *ibid. num.249.*

Solutionem ex longi temporis decurſu præſumi, pluribus municipalibus Legibus cautum eſt, *ibid. num.247.*

Solutiones inter conjunctas perſonas brevi manu, & minutatim abſque ſcripturâ fieri ſolent, *vot. 44. num.251. part.1.*

Et ob id facilè præſumuntur, *ibid. num.252.*

Solutio facienda eſt ſecundùm antiquam æſtimationem, ſeu valorem intrinſecum monetæ, in contractum deductæ, ſi ea nunc deſit, *vot.44. num.224. part.1.*

Si verò ea nunc extet, vel ejus ſpecies ſolvenda eſt, vel æſtimatio ſecundùm tempus ſolutionis, *ibid. num.225.*

SOROR.

Sorores dicuntur, quaſi *ſeorſim* naſcantur à familia noſtra, *vol.1. num.54. part.2.*

Soror quælibet, ſeu frater propriam conſtituit lineam, *vol.33. num.24. p.2.*

Soror Teſtatoris agnata illi eſt, *vol.1. numer.57. part.1.*

Sorores, earumque filii à *Juſtiniano Imp. in L. Meminimus §. Cum igitur C. de legit. hered.* inter Agnatos adſciſcuntur, *vol.1. num.56.*, & *vol.2. num.35. p.2.*

Intellige de Agnatis impropriè acceptis, *dict. vol. 1. num.57.*

Sororis filii, licèt de jure poſſint dici Agnati quoad inteſtatas ſucceſſiones, à jure communi regulandas, tamen Agnatorum nomine venire non debent in ſucceſſione vocante Agnatos, & Cognatos excludente, *vol.2. num.74. p.2.*

Quid, ſi *Soror* ſit nupta in agnatione, & familia? *ibid. num.75.*

De jure *Soror* ſuccedit fratri, *vol.2. numer.94. part.2.*

Sororem propter fratres excludens Statutum, dicitur exorbitans à jure, *ibid. num.95.*

Strictè propterea interpretandum eſt, &, quantum fieri poteſt, ad Juris terminos reducendum, *ibid. num.96.*

Unde, ſi Statutum excludat Sororem, & vocet Agnatos uſque ad certum gradum, non eſt trahendum ad filios fœminæ nuptæ cum Agnato, exiſtente ultra gradus, à Statuto contemplatos, *ibidem num.97.*

Sorores dotatæ an, ſi ex Statuto excluſæ reperiantur, vel renunciationem emiſerint, adhuc in Bonis fratris, ſinè Liberis ab inteſtato defuncti, unà cum Matre concurrere valeant? quæſtio eſſe poteſt, *vol.23. num.2. p.2.*

Ceſſat hæc tamen, quoties non ex utroque latere Defuncto ſint conjunctæ; tunc enim nequeunt concurrere, *ibid. num.3.*; Vid. *Statutum.*

Soror nupta in familia, dilecta Teſtatori præſumitur, *vol.1. num.28. p.1.*

Sororem ſuperſtitem, Teſtatori cognitam, excludi à naturali Deſcendente alterius Sororis prædefunctæ, abſonum eſt, *vol.8. numer.88. part.1.*

Dilectæ *Sorori*, ac piæ Cauſæ inutiliter legare voluiſſe Teſtatrix præſumenda non eſt, *vol.7. nu. 98. p.2.*

SPECIES.

Subſequens expreſſio unius ex pluribus *ſpeciebus* non contentis ſub præcedenti genere, non cenſetur adjecta excluſivè ad alias ſpecies, *vol.39. num.49. p.1.*

Præſertim, quando genus per verba diſpoſitiva, ſpecies autem expreſſa fuit per verba enunciativa, à principali diſpoſitione dependentia, *ibid. num.80.*

SPES.

Spes ſemel parta ad primogenituræ ſucceſſionem, jus facit, neque ex poſt facto ceſſat, *vol.12. num.80. p.1.*

Spes vendi valet, donari, atque transferri, ex *Text. in L. Spem Cod. de donat.*, *vol.5. num.30 part.1.*

Ex eodem tamen *Textu* non benè infertur, poſſe in Extràneum transferri ſpem Bonorum, alienari prohibitorum, *ibid.*

Et *Card. de Luc. de renunc. diſc.4.* contrarium ſuſtinens, reprobatus fuit à *Sacra Rota*, *ibid. num.31.*, & *65.*

Alibi verò idem Auctor ab hac ſententia receſſiſſe videtur, *ibid. n.33.*, & *66.*

Spei nondum radicatæ renunciatio abdicativa, atque extinctiva cenſetur, *vol.5. num.13. part.1.*

Procedit, licèt adhibitæ fuerint clauſulæ ceſſionem, & translationem præſeferentes, *ibidem num.14.*

Donec *ſpes* adeſt, ut ex linea prædilecta prodeat perſona capax ſuccedendi, primogenituræ ſucceſſio in ſuſpenſo manere debet, vel alteri per ſpeciem adminiſtrationis interea deferri, *vol.33. num.48. p.2.*

Filia renuncians favore Patris, *ſpem* etiam ſuccedendi ex teſtamento remiſiſſe non cenſetur, *vol. 15. num.11. p.1.*

SPURIETAS.

Spurietas, etiam non probatâ ventris cuſtodiâ, excluditur, ſi de muliere agatur, publicæ non expoſita libidini, *vol.9. num.79. p.1.*

STATIM.

Licet quid *ſtatim* debeatur, cum aliquo tamen temperamento temporis intelligitur, *vol.30. nu. 20. p.2.*

Statim à Teſtatore volita cenſetur fideicommiſſi reſtitutio, quoties favorem ipſius animæ reſpiciat, *vol.30. num.28. p.2.*

Statim facienda fideicommiſſi reſtitutio arguitur, ſi verbis, expreſſam hanc, atque efficacem Teſtatoris voluntatem præſeferentibus, injuncta fuerit, *vol.30. nu.26. p.2.*

Præſertim, ſi alias Teſtatoris voluntas non impleretur, *ibid. num.27.*

STATUENTES.

Statuentium potiùs voluntas attendenda eſt, quàm verborum ordo, *vol.14. num.52. part.2.*

Cum ex eo ſimplex dumtaxat conjectura deſumi poſſit, *ibid.*

Statuentes impropriè fuiſſe locutos, veriſimile non eſt, *vol.13. num.22. p.2.*

Statuentes verbum nullum ſuperfluè, aut inconſultò adpoſuiſſe, cenſendi ſunt, *vol.24. nu.85. part.2.*

Statuentes caſibus communiter accidentibus proſpicere voluiſſe, præſumuntur, *vol.15. num.59. part. 2.*

STATUS.

Status infeudatus mediatè ſubjectus dicitur, *vol. 8. num.185. part.1.*

In *Statu* infeudato nec ipſe Princeps legitimare poteſt, *vol.8. num.182. part.1.*

Quatenùs tamen poſſit, poteſt etiam, qui facultatem ab illo habet, *ibid.*

Archivium Romanæ Curiæ legitimare poteſt in *Statu* etiam infeudato, *vol.8. num.284. part.1.*

STATUTUM.

Statuta Locorum nil aliud ſunt, quàm conſuetudines, diù obſervatæ, & poſtea in ſcriptum redactæ, *vol. 27. num. 47. part. 2.*

Statutum æquè, ac Teſtator facultatem habet diſponendi de heredis Bonis, *vol. 24. num. 140. p. 2.*

Statutum potentiorem præſumptionem inducit diſponendi juxta patrias Leges, *vol. 41. num. 7. p. 1.*

A *Statuto* tolli dicitur præſumptio conformationis diſpoſitioni Juris communis, *vol. 41. num. 6. p. 1.*

A *Statuto* deſumpta voluntatis conjectura, extendi non debet ultra caſus, & perſonas, à Statuto expreſſas, *vol. 41. num. 56. p. 1.*

Præſumptam Teſtatoris conformationem cum patrio *Statuto* levem eſſe conjecturam, plures ſentiunt, *vol. 41. num. 44. part. 1.*

Præſumpta cum *Statuto* conformatio, ut obtineat, oportet primum, Defunctum eſſe ex perſonis, à quarum ſucceſſione quis excluditur, *vol. 41. num. 49., & 57. part. 1.*

Nec locum habet, deficientibus perſonis, & caſu, de quo *Statutum* diſponit, *ibid. num. 50.*

Immò tunc urget contraria præſumptio, *ibidem num. 51.*

Præſumpta cum *Statuto* conformatio locum non habet, niſi exiſtentibus Maſculis in eo gradu, in quo, ad fœminarum excluſionem, à *Statuto* vocantur, *vol. 41. num. 52., & 55. part. 1.*

A *Statuto* deſumpta voluntatis conjectura, nequit efficere, ut fœminæ non vocatæ, niſi deficientibus Agnatis maſculis, his etiam extantibus, admitti valeant, *vol. 22. num. 80., & 81. part. 1.*

Teſtator in diſpoſitionibus perpetuis, & progredientibus per plures gradus, & perſonas, ſub *Statuto* non comprehenſas, non præſumitur Statuto ſe conformare voluiſſe, *vol. 41. num. 62. part. 1.*

Statuto excludenti fœminas propter maſculos ſe conformaſſe non creditur Teſtator, nullum prædilectæ agnationis indicium præbens, *vol. 41. num. 70. part. 1.*

Nec ille, qui Deſcendentes ex fœminis vocavit, etiam prorſus extraneis, *ibid. num. 71., & 73.*

Statutum ita interpretari debet, ut ejus diſpoſitio ſit magis conſona juri communi, & naturali æquitati, *vol. 2. num. 23., & 107. part. 2.*

Statuta inteſtatam ſucceſſionem contra Juris communis diſpoſitionem regulantia, ſtrictè interpretanda ſunt, *vol. 2. num. 1. part. 2.*

Statutum ita ſemper interpretandum eſt, ut minùs, quàm fieri poteſt, jus commune lædatur, *vol. 1. num. 92., & vol. 2. num 1. part. 2.*

Rejectâ quâcumque extenſione de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam, etiam ex majoritate rationis, *d. vol. 1. num. 100. p. 2.*

A *Statuto* omiſſus caſus, ſub Juris communis diſpoſitione remanet, *vol. 1. num. 94., & vol. 2. num. 98., & 100., & vol. 20. num. 19. part. 2.*

Statutum Juri communi prævalet, *vol. 20. n. 2. p. 2.*

Statutum, non Jus commune, in regulanda ſucceſſione attenditur, *vol. 15. num. 79. part. 2.*

A *Statuto* qui non eſt comprehenſus, ejus diſpoſitione juvari nequit, *vol. 2. num. 7., & vol. 15. num. 84. part. 2.*

Quando *Statutum* limitatè, & qualificativè loquitur, perſona ex illius diſpoſitione venire contendens, debet probare qualitatem, à Statuto volitam, *vol. 2. num. 6. part. 2.*

Statutum, quoad perſonas, ab ipſo non contemplatas, nihil operatur, *vol. 41. num. 58. part. 1.*

Statuta tantum diſponunt, quantum loquuntur, *vol. 42. num. 53. part. 1.*

Verba *Statuti* ſunt interpretanda ex ratione, & fine, ad quem Statuentes reſpexerunt, *vol. 2. n. 92. part. 2.*

Statuti verba dum clara ſunt, ab illis recedendum non eſt, neque ejus inveſtiganda ratio, *vol. 2. num. 93., & vol. 13. num. 19. part. 2.*

Et tunc literæ ſtandum eſt, *d. vol. 2. num. 93.*

In *Statutis* argumentum à contrario ſenſu locum non habet, *vol. 1. num. 98. part. 2.*

Præcipue, cum tendit ad correctionem, & Juris communis derogationem, *ibid. num. 99.*

Statutum loquens de decedente ab inteſtato, non intelligitur de eo, qui inter vivos donat, vel cauſâ mortis, *vol. 13. num. 5. part. 2.*

Statutum loquens in cauſſa teſtati, ad cauſſam inteſtati trahi nequit, *vol. 13. num. 7. part. 2.*

Statutum præcisè reſtrictum ad cauſſam teſtati, ad cauſſam inteſtati nequit extendi, *dict. vol. 13. num. 23. part. 2.*

Quæ maximè procedunt de *Statuto* Juris communis correctorio, *d. vol. 13. num. 10.*

Statuti, præcisè non loquentis de cauſſa aut teſtati, aut inteſtati, extenſio de una ad aliam ex identitate rationis poteſt fieri, *d. vol. 13. num. 17.*

Secus, quando una, vel altera ex his cauſſis determinatè à Statuto exprimatur, *ibid. num. 18.*

Statutum quænam verba ad cauſſam inteſtati reſtrictum oſtendant? *d. vol. 13. num. 20., & 21.*

Statutum de inteſtata ſucceſſione loquens, nequit in fideicommiſſaria locum habere, *vol. 22. nu. 77. part. 1.*

Neque ex eo deſumi valet conjectura voluntatis Teſtatoris, *ibid. num. 78.*

Statutum correctorium Juris communis, nec etiam ex identitate rationis, de caſu ad caſum extendi poteſt, *vol. 13. num. 11. part. 2.*

Quandoque ex rationis identitate poteſt extendi, ſi modò identitas clara ſit, *ibid. num. 12.*

Secus, ſi quoquomodo eadem ſit dubia, *ibidem num. 13., & 15.*

Statutum de uno caſu ad alium trahi nequit ex identitate rationis, quæ expreſſa non legatur, *vol. 13. num. 16. part. 2.*

Statuti extenſio ex identitate, vel majoritate rationis admittitur, ſolùm cum de capite excluſivo, ſecus cum de incluſivo agitur, *vol. 2. n. 108. & 109., & vol. 20. num. 26. part. 2.*

In *Statutariis* ſucceſſionibus argumentum à rationis majoritate ductum, paſſim apud Doctores, recipitur, *vol. 20. num. 6. part. 2.*

Declara, ut *num. 28.*

Statuti correctorii Juris communis quando ex rationis identitate, vel majoritate extenſio fit, potiùs comprehenſio dicitur, *vol. 13. num. 12., & vol. 20. num. 7. part. 2.*

Statutum loquens de Cive, propriùs de Domicilia-

Digitized by Google

liario, quàm originario intelligitur, *vot.4.nu.*8. *part.*2.

Statuto agnitum Recadentiarum jus, jam antea viguiſſe cenſendum eſt, *vot.* 27. *num.*50., *&* 57. *part.*2.

Statutum de recadentiis non condidiſſent Incolæ, niſi earum conſuetudo jam antea inolevillet, *vot.*27. num.53., *& numer. ſeqq. part.*2.

Statuto inductum recadentiarum onus, Clericos nequit afficere, *vot.*27. *num.*110. *part.*2.

Limita, ut *num.*111., *&* 112., ac itidem declara ut *num.*116., *& ſeq.*

Statuto mandante, mulierem ab aliquo ex nominatis dotatam, aliud non poſſe petere, Legatum dotis purum cenſendum eſt, *vot.*15. *num.* 20. *part.*2.

Tamquam loco Legitimæ ſubrogatum, *ibidem num.*21.

Præſertim, ſi idem *Statutum* filiæ, donec nubat, de alimentis non provideat, *ibid. num.* 22.

Statuti ea non eſt capienda interpretatio, per quam filia dote, & alimentis privari poſſet, *vot.* 15. *num.* 23. *part.*2.

Fœminarum excluſionis ratio formalis à *Statuto* habita, quando fuit earum dotatio, fœmina excluditur ab hereditate Dotantis, non aliorum, qui non dotarunt, *vot.*15. *num.*55. *part.*2.

Statuto fœminas excludente propter maſculos, non abſolutè, & independenter ab earum dotatione, poteſt adhuc earum dos ſuccedere loco Legitimæ, *vot.*15. *num.*35. *part.*2.

Statutum ob unicam dotem, conſtitutam a quacumque ex perſonis, in eo nominatis, fœminas excludens, principaliter reſpicere cenſetur favorem maſculorum, non dotem, à muliere receptam, *vot.*15. *num.* 54. *part.*2.

Statutum fœminas principaliter propter maſculos, non propter dotem excludere, arguitur, ſi earum demandet excluſionem ab hereditate Avi, *v.* 15. *num.*56. *part.* 2.

Item, ſi excludat fœminas, à fratribus dotatas, *num.* 60.

Et, ſi illas etiam excludat, quibus dos non conſtituta, ſed ſolùm promiſſa fuerit. *ibidem num.* 61.

Statutum excludens fœminas dotatas abſque mentione congruitatis dotis, actum potiùs, quàm modum dotationis conſideraſſe dicitur, *vot.* 15. *num.*63. *part.* 2.

Et non dotem, ſed favorem maſculorum primariò contemplaſſe, *ibid. num.* 64.

Statuti vigore ſi dos loco Legitimæ ſuccedat, fœminarum excluſio non propter maſculos, ſed propter dotem cenſenda eſt, *vot.*15. *num.* 66. *p.* 2.

Contrarium, quod nempe non implicet dotis ſubrogatio loco Legitimæ, atque excluſio propter maſculos *ibid. num.* 67.

Dos ex *Statuto* ſuccedit loco Legitimæ, quando illud à dotatione incipit, *vot.*15. *num.* 29. *p.* 2.

Item, quando mandat, mulierem dote, ſibi conſtitutâ, vel promiſsâ ab aliquo ex nominatis, contentam eſſe, *ibid. num.*30.

Sic etiam, quando mulieri de dote, & alimentis non providet, donec nubat, *ibidem numer.* 31.

Tum denique, quando fœminas temporaliter ſolum excludit, & donec extant maſculi, *ibidem num.*32.

Statutum excluſivum fœminarum propter dotem ut locum habeat, non ſufficit ſola dotis promiſſio, *vot.*15. *num.*62. *part.*2.

Statutum excludens fœminas, dummodò dotatæ ſint, locum non habet, quoties delatæ ſucceſſionis tempore dotatæ non reperiantur, *vot.* 15. *num.* 46., *& num.* 62. part. 2.

Limita, ſi unâ ſimul reſpiciat favorem Maſculorum, *num.*48.

Quod tamen intellige, ſi primariò eorum favorem, ſecus, ſi primariò reſpiciat fœminarum dotationem, *ibid. nu.*49.

Et quomodo hæc valèant deſumi? *numer.*54., *& ſeq.*

De *Statuto* ubi agitur excludente fœminas propter Maſculos, dotatio non requiritur apertæ ſucceſſionis tempore, ſecus, quum dos loco Legitimæ ſuccedit, *vot.*15. *nu.*68. *p.*2.

Intelligè, hoc caſu dotem quandocumque peti poſſe, fœminarum tamen excluſionem non ceſſare, licèt conſtituta dos non fuerit, *ibidem num.*69.

Poteſt enim conſtitui etiam poſt delatam hereditatem, *ibid.*, *& num.*66.

Statuta excluſiva dicuntur Leges municipales, & & teſtamenta Civitatum, *vot.*2. *nu.*24. *p.*2.

Statuta excluſiva, ad literam intelligenda ſunt, *vot.*20. *nu.*30. *p.*2.

Statutum excluſivum ita interpretari debet, ut quælibet contradictio, & contrarietas in ejus verbis, & diſpoſitione evitetur, *vot.*2. *nu.*14. *part.*2.

Ad hoc ut habeat locum *Statutum excluſivum*, tria requiruntur, quod ſcilicèt Defunctus, & tàm Maſculus, quàm fœmina ſint de perſonis, in Statuto expreſſis, *vot.*2. *nu.*5. *p.*2.

Per *Statutum* in capite *excluſivo* numquam repelluntur fœminæ, niſi à perſonis, in capite incluſivo deſignatis, *vot.*41. *num.*54. *p.*1., *& vot.*2. *num.*4. *p.*2.

Statuta excluſiva fœminarum propter Maſculos, eas à ſucceſſione non repellunt, niſi ſuperſint Maſculi ſucceſſibiles, *vot.*2. *num.*3. *p.*2.

Idem reſpectivè de Statutis excluſivis propter Agnatos, *ibid.*

Statutum fœminarum *excluſivum* propter Maſculos locum non habet favore fratris tantùm conſanguinei, *vot.*15. *num.*70. *p.*2.

Et quando ſecus? *num.*71., *&* 72.

Statuto ob exiſtentiam Maſculi ex perſonis nominatis excludente fœminas, filiæ tàm primi, quàm ſecundi Matrimonii à Maſculo ex ſecundis nuptiis excluduntur, *vot.*15. *num.*45. *p.*2.

Statutum fœminas propter Maſculos *excludens*, ſub nomine Deſcendentium ſolos Maſculos vocare cenſetur, *vot.*41. *nu.*3. *p.*1.

Statutum ſi non admittat fœminas, nec Teſtator admiſiſſe cenſetur, *vot.*41. *nu.*8. *p.*1.

A *Statuto* licèt fœminæ excludantur, vocatio deſcen-

ſcendentium ex fœmina deſcendentes etiam fœminas comprehendit, *vol.41. num.47. p.1.*

A *Statuto* licet fœminæ excludantur propter Maſculos, fœminæ ab ulterioribus Maſculis non excluduntur à diſpoſitione, concepta nominibus collectivis plurium graduum, & perſonarum, *vol.41. num.63. p.1.*

Secus, ſi diſpoſitio concepta ſit ſub appellativis nominibus, comprehendentibus plures perſonas, non tamen plures gradus, *ibid. nu.64.*

Fœminæ à *Statuto* excluſæ non comprehenduntur, ſub oomine *filiorum*, à Teſtatore vocatorum, *vol.41. num.65. p.1.*

Statuta fœminas propter Maſculos excludentia, et am Maſculos ex fœminis excludunt, *vol.1. numer.5. part.2.*, & *vol.2. numer.36.*, & *56. part.2.*

Tamquam à radice infecta procedentes, *ibidem dict. vol.1.*, & *2.*

A *Statuta*, fœminas proptes Maſculos excludentie, excluſi cenſentur, qui à fœmina proveniunt, licèt ſint Maſculi, *vol.2. nu.44. p.a*

Provenientes à fœmina non remanent perpetuò ab hujuſmodi *Statutis* excluſi, quando fœminæ fuerunt in aliquo caſu à Statuto conſideratæ, & quando ipſa fœmina, ſi viveret, non excluderetur à ſucceſſione, *vol.2. nu.45. p.2.*

Et in his caſibus medium fœmioinum impertinens non dicitur, *ibid.*

Intellige tamen, ad hoc, ut deſcendentes à fœmina poſſint, deficieotibus perſonis, à Statuto cootemplatis, reintegrari ad ſucceſſionem ſecundum juris communis cenſuram, noo autem ad hoc ut veniant tamquam perſonæ, à Statuto vocatæ, *ibid. nu.46.*, & *nu.50.*

Statutum Sororem propter fratrem excludens, dicitur exorbitans à jure, *vol.2. nu.95. part.2.*

Propteteaque ſtrictè iuterpretandum eſt: &, quantum fieri poteſt, ad juris termioos reducendum, *ibid. nu.96.*

Unde, ſi excludat Sororem, & vocet Agnatos uſque ad certum gradum, non eſt trahendum ad filios fœminæ ouptæ cum Agnato exiſtente ultra gradus, à Statuto contemplatos, *ibidem num.97.*

Statutum excludens fœminas propter Maſculos operatur ſolùm in caſu, quo adſit Maſculus ejuſdem gradus, *vol.41. num.59. part.1.*

Statutariæ excluſiones ultra caſus expreſſos extendendæ non ſunt, *vol.20. num.18. part.2.*

Statutum excludens Matrem à ſucceſſione filii, ad ſucceſſionem filiæ non exteoditur, *vol.20. nu.14. p.2.*

Statutum excludens ab hereditate fratris, non excludit ab illa Sororis, *ibid. nu.16.*

Statutum, filias exclùdens ob exiſtentiam filiorum, ac nepotum, non habet locum, aliis concurrentibus Agnatis remotioribus, *ibidem num.17.*

Statuta excluſiva, tamquam exorbitantia, non admittunt extenſionem, licèt concurreret identitas, vel majoritas rationis, *vol.2. numer.104. part.2.*

Ac etiamſi ratio, à Statuto contemplata, eſſet generalis, & generaliſsima, *ibid. nu.105.*

Proindeque ratio agnationis, iu dictis Statutis habita, non debet extendi ad alias perſonas, quàm in Statuto expreſſas, *ibid. nu.106.*

Statutum excluſivum fœminarum licèt ſit favorabile, trahi non debet ultra caſus, & perſonas expreſſas, *vol.2. nu.112. p.2.*

Tuuc autem poteſt dici favorabile, quando excludit fœminam concurre ntemcum Maſculis de èadem liuea, vel cum collateralibus proximis uſque ad tertium, vel quartum gradum, non autem, ſi eam repellat propter Maſculos remotiſsimos; nam tali caſu dicitur odioſum, & irrationabile, *ibid. num.113*

Statuti excluſio, ut Bona in familia conſerventur, perpetua eſt, *vol.2. num.47. p.2.*

Statutum excludens fœminas propter Maſculos reſpicit agnationis favorem, *vol.41. nu.14.*, & *69. p.1.*

Statuta excluſiva fœminarum, in ea parte, in qua reſpiciunt agnatiooem, dicuntur odioſa, *vol.41. num.61. p.1.*

A *Statuto* non expreſſim habita, ſed ſolùm ſubintellecta agnationis ratio, ad caſus dumtaxat reſtringitur literaliter expreſſos, *vol.20. num.20. part.2.*

A *Statuto* ſolis vocatis Agnatis, Maſculi ex fœminis uequeunt admitti, *vol.1. nu.15.*, & *vol.2. num.63. p.2.*

Statutum præferens Agnatos, de verè, & propriè Agnatis intelligendum eſt, *vol.1. num.58.*, & *vol.2. num.37. p.2.*

Statutum excluſivum reſpiciens favorem *agnationis*, Maſculos dumtaxat ex Maſculis comprehendit, *vol.1. nu.13.*, & *vol.2. nu.13. p.2.*

Præſertim, quando repellit nedum fœminas, ſed etiam deſcendeotes ab eis, *ibidem utrobique.*

Sub *Statuto* requirente agnatitiam qualitatem intra certum gradum, non comprehenduntur deſcendentes ex fœminis, ultra talem gradum exiſtentes, *vol.1. numer.24.*, & *vol.2. num.15. part.2.*

A *Statuto* contemplatum certum agnationis gradem Maſculi ex fœminis conſtituere valent, adjuti Matris proximitate, atque agnatitiâ qualitate Patris, *vol.1. num.33. p.2.*; & quando ſecus? *n.34.*, & *ſeq.*, & *vol.2. n.60.*, & *ſeq. p.2.*

Statutum fœminas, Cognatoſque excludendo favore Agnatorum cenſetur agnationem dumtaxat contemplaſſe, Cognatis penitus neglectis, ac Matris vinculo, *vol.1. num.43.*, & *num.44. 46.*, & *47.*, & *vol.2. num.9. p.2.*

In ſucceſsione, ex *Statuto* deferenda, illud dumtaxat attenditur *vinculum*, quod Statuentes voluerunt, *vol.1. num.45. p.2.*

Duplici autem ſimul concurrente *vinculo*, non ideo utrumque validius efficitur, ſed ſuas ambo qualitates retinent, *ibid. num.46.*, & *61.*

Statuto propter *Agnatos* Matrem excludente, non attenditur Cognatorum proximitas ex parte Matris, *vol.1. nu.8.*, & *nu.45. p.2.*

Sta-

Statuto excludente *Matrem* propter *Agnatos*, nullum cenſetur poſſe à Matre efformari vinculum favore filii, *vot.1. numer.40., & vot.2. numer. 63. p.2.*

xclusâque Matre, filii eò magis excluſi ſunt cenſendi, *dict. vot.1. num.41., & dict. vot.2. num.49. p.2.*

Statutum utramque ſimul requirens qualitatem, *maſculinam*, & *agnatitiam*, non comprehendit venientes ex latere Matris, *vot.1. num.50., & 59., & vot.2. num.11. p.2.*

Statutum vocando Agnatos, conjunctionem ex parte non *Matris*, ſed *Patris* conſideraſſe dicitur, *vot.1. num.36., & vot.2. num.59., & 72. part.2.*

Statuto agnationem contemplante, quodcumque, ex eo non proveniens, vinculum extraneum reputatur, *vot.1. num.38., & vot.2. num. 135. p.2.*

Nullaque haberi poteſt ratio vinculi ex parte Matris, *dict. vot.1. num.39., & vot.2. num.63. part.2.*

Statuto requirente agnatitiam qualitatem intra certum gradum, conſtituere hunc nequeunt Maſculi ex fœmina, licèt nupta in fāmilia, *vot.1. numer.28. part.2., & vot.2. numer.60. part.2.*

Sub *Statuto*, agnationem contemplante, minimè comprehenſus dicitur caſus agnationis conſervatæ, reſultans, ex quo fœmina in familia nupſerit, *vot.1. num.95. p.2.*

Statuti, agnationem contemplantis vocatio reſtricta ad certum Agnatorum gradum, interpretanda eſt favore etiam Maſculi ex fœmina, Agnato remotiori nupta, *vot. 1. numer. 84. part.2.*

Intellige, ſi nupſerit Agnato de vocatorum genere, *ibidem num.85., & vot.2. numer.64., & 76. p.2.*

Statutum excludens fœminas non intuitu univerſæ agnationis, ſed favore diverſarum perſonarum, & graduum, filiam, licèt nuptam alicui de agnatione, à majoratu agnatitio excludit, nullo etiam exiſtente poſſeſſoris prædefuncti filio, *vot.2. nu.132. p.2.*

Pegas de excluſion., incluſ., & erect. majorat. Tom. 2. cap. 14. explicatur, *dict. vot.2. numer.134.*

Statuta agnationem contemplante, graduum enumeratio à perſona Patris facienda eſt, *vot.1. nu. 37. p.2., & vot.2. num.72. p.2.*

Statuto requirente agnatitiam qualitatem intra certum gradum, hunc Maſculi ex fœminis mutuare nequeunt à Patre, ultra talem gradum exiſtente, *vot.1. numer.16., & vot.2. num.64. part.2.*

Sed pro extraneis habentur, *ibid.*

Statutum fœminas excluſiſſe cenſetur propter Maſculos certi dumtaxat gradus, ab ipſo expreſſos, non propter ulteriores Maſculos, *vot.1. num.90. & vot.2. num.18. p.2.*

Et quoad iſtos cenſetur ſe potiùs conformaſſe diſpoſitioni juris, *dict. vot.1. nu.91. p.2.*

Statutum in una parte vocationem Agnatorum reſtringens ad octavum gradum, non eſt cenſendum in altera parte intellexiſſe de Agnatis late ſumptis ultra decimum gradum, *vot.2. nu. 42. p.2.*

Statutum ſi Maſculos ultra ſextum gradum à Fiſco excludi voluit, fœminas excluſiſſe cenſetur propter Agnatos ſexti dumtaxat gradus, *vot.1. num.83. p.2.*

Statutum ulteriores Agnatos, quos à Fiſco excludi voluit, pro extraneis habuiſſe cenſetur, *vot. 1. nu.25., & vot.2. num.9. p.2.*

Quando *Statutum* excludit fœminas propter Agnatos, in determinato gradu exiſtentes, non poteſt dici, quod eadem ratio Statuti militet etiam quoad Agnatos remotiores, *vot.1. num. 97., & vot.2. num.111. p.2.*

Statutum fœminas excludens, non prohibet, fœminis, earumque Deſcendentibus hereditates, aliaque jura ex teſtamento deferri, *vot.41. nu. 46. part.1.*

Statuto fœminas excludenti locus eſſe nequit, facto teſtamento, minùſque ſi Teſtatoris voluntas fœminis aſſiſtat, *vot.41. numer.48., & vot.15. num.4. p.2.*

Quo caſu cenſetur Pater à Statuto recedere voluiſſe, *dict. vot.15. num.5. p.2.*

Statutum fœminarum excluſivum locum non habet in filia inſtituta, licèt gravata per fideicommiſſum reſtituere, *vot.15. nu.6. p.2.*

Statutum vocans *filios in conditione poſitos*, declaratorium ſimpliciter eſt, atque interpretativum Juris communis, non autem correctorium, *vot.21. num.25. p.2.*

Proindeque non odioſum, nec reſtringendum, *ibid.*

Nec tamen in eo ſub filiorum nomine nepotes veniunt, *ibid. nu.26.*

Ex *Statuto* vocante *filios in conditione poſitos*, non veniunt nepotes, quando concurrunt filii, *vot. 37. num.44. p.1.*

Statuti, vel Teſtatoris diſpoſitio, heredi inventarium prohibens, tamquam rediens ad jus antiquum, favorabilis cenſenda eſt, *vot. 24. nu. 142. p.2.*

Statutum prohibens Matri, ne diſponat extra filios, etiam nepotibus ſuffragatur, *vot.37. num. 53. p.1.*

Statutum de duabus ſententiis conformibus locum non habet, quoties invalidæ, ac injuſtæ detegantur, *vot.21. num.1. p.2.*

Illud enim de validis, ac juſtis intelligitur, *ibid. num.2.*

Statuto vocante proximiores, utrinque uniti vincunt, *vot.12. num.124. p.1.*

Sub *Statuto* vocante Agnatos non veniunt *adoptivi*, & *legitimati*, licèt ſub generali Agnatorum appellatione veniant, *vot.2. nu.33., & 34. part.2.*

Statutum loquens per verbum = *quomodocumque* =, non admittit reſtrictivam interpretationem, quam aliàs admittere potuiſſet, *vot. 2. num. 90. part.2.*

Statuta unius Regionis, & Civitatis deſerviunt pro ioterpretatione illius de alia Civitate, & poſſunt allegari ad deciſiones Cauſarum, tamquam Reſponſa Prudentum, & doctrinæ magiſtrales, *vot.2. num. 41.p.2.*

Statutum ſpecialiter à *S. Sede Apoſtolica* confirmatum præſumitur, ſtante immemorabili vel duorum ſeculorum decurſu, *vot. 27.num.111. part.2.*

Eique propterea ſubijciuntur etiam Clerici, *ibid. num.112.*

Ex *Statute Bononiæ*, fœminæ, ſemel à maſculis exeluſæ, ſemper excluſæ remanent, *vot.22. nu. 45.p.1.*

Sic etiam earum Deſceodentes, *ibid. num.46.*, *&* 83.

Intellige, donec extent maſculi agnati, ſecus, ceſſante eorum favore, *ibid. nu.* 47.

Nec fœminis per modum regulæ à Teſtatore exclusis, *ibid. nu.*48.

Statutum Bononiæ, licèt favore Patrui excludat ab hereditate nepotis deſcendentes ex fœminis, ipſas tamen noo excludit, immò unâ cum Patruo admittit, *vot.22. nu.* 74., *&* 82. *p.1.*

Statuta Florentina nou cum juris ſubtilitatibus, ſed minùs diligeuter condita fuere; unde in eorum interpretatione naturalis ſenſus, & non legales fictiones debent attendi, *vot.2.num.2. p.2.*

Statutum Florentinum ad inteſtatam ſucceſſionem vocat proximiores uſque ad octavum gradum incluſivè, &, iis non extantibus, Fiſcum, *vot.2. nu.39.p.2.*

Statutum Florentinum Sororem, ejuſquo filios excludit ab inteſtata ſucceſſione fratris, exiſtentibus ejuſdem filiis, nepotibus, ſive fratribus, eorumque filiis, vel Patruo, *vot. 1. numer. 2. part.2.*

Idem *Statutum* in vim reformationis anui 1620. extenſum fuit favore Agnatorum uſque ad ſextum gradum incluſivè, *vot. 1. numer. 3.*, *&* 4. *part.2.*

Statutum Florentinum ad alios ultra ſextum gradum non exteuditur, *vot. 2. num.* 22., *&* 110. *part.2.*

Statutum Florentinum non exeludit Matrem propter maſculum exiſtentem in quinto gradu, *vot. 2. num.10. p.2.*

Statutum Florentinum, excluſis fœminis, vocat non familiam, ſed Agnatos maſculos, *vot. 1. num.73. p.2.*

Statutum Florentinum à ſucceſſione excludit non tantùm fœminas, ſed etiam omnes, per eaſdem fœminas quomodolibet Defuncto coojunctos, *vot.2. nu.87. p.2.*

Et talis excluſio referri debet etiam ad illos, qui proveniunt à fœmina, oupta io familia, *ibid. num.88.*, *&* 91.

Statuti Florentini vigore exeluduntur Maſculi ex fœminis, etiam de eadem familia cum Defuncto, quoties intra ſextum agnationis gradum, à Statuto contemplatum, nou exiſtant, *vot. 1. num. 9. & ſeq.*, *& vot. 2. nu.* 87., *&* 88. *p.2.*

Statutum Florentinum diſponit, hereditatem aditam cenſendam eſſe, niſi ſucceſſor intra 15. dies ab obitu Defuncti judicialiter declaraverit, ſe alio titulo, quàm hereditario poſſidere, *vot.24. nu.44. p.2.*

Ex ejuſdem *Statuti* mente hereditatem ex quocumque actu poſſeſſivo, ad quoſcumque juris effectus, aditam eenſeri, docuerunt Auctores relati *ibid. nu.45. 46.*, *&* 121.

Qui ipſum *Statutum* ita ſemper interpretatum, atque obſervatum fuiſſe, teſtantur, *dict. num.45. 47.*, *&* 48.

Hujuſmodi *Statuto* ſubjecti ſunt Procuratores etiam, & Coloui, non ſuo, ſed alterius nomine poſſidentes, *ibid.nu.49.*

Ex *Statuto Florentino*, heredi poſt 15. dies ab obitu Defuncto non ſuffragatur, quod alio titulo poſſederit, *vot.24.nu.58. p.2.*

Etiamſi juſto, & valido, *ibid. nu.59.*

Et licèt Decreto Judicis in poſſeſſione continuaverit, *ibid. nu.60.*

Amplia, ut, niſi præceſſerit expreſſa repudiatio, cum ſubſecuta aſſignatione Bonorum, heredi facta Auctore Prætore, eidem nec etiam proſint quæcumque hereditatis abſtenſiones, ſive repudiationes, *ibid. & num.66.*, *&* 123.

Atque ita ſemper in praxi obſervatum fuiſſe, advertunt Doctores relati per *Rot. Florent. dec.51. nu.117. & ſeq.*, *ibid. num.61.*

Ex ejuſdem *Statuti* cenſurâ, pendente termino ad acceptaodam, vel repudiandam hereditatem, hæc jacens habenda eſt, *vot. 24. num. 64. part.2.*

Statutum Florentinum ex ſola poſſeſſione verum heredem efficit, *vot.24. nu.122. p.2.*

Diſponens autem, quod heres, poſt hereditatem aditam, ad hereditaria ooera teneatur, cenſendum eſt, ad jus antiquum redire voluiſſe, *dict. vot.24. num.127.*, *&* 136. *p.2.*

Sic etiam, cum heredi poſt certum poſſeſſionis tempus inventarii beneficium ademerit, cenſendum eſt diſpoſuiſſe de re heredis, eumque ex ſolo aditionis facto gravare voluiſſe, ultra etiam hereditarias vires, *ibid. numer. 139.*, *&* 143.

Statutum Florentinum omnes eomprehendit caſus, in quibus alicujus intereſt, hereditatem à filio fuiſſe aditam, *vot.24. num.80. p.2.*

Et filium heredem efficit tàm quoad Creditores, quàm quoad omnes ceteros, quorum id intereſt, *ibid. nu.*82.

Idem *Statutum* differentiam omnem tollit ioter ſuos, & extraneos, *vot.24. num. 63. p.2.*

Statutum Florentinum agnationis eontemplatione editum eſt, *vot.1. num.12.*, *& vot.2. numer.22. part.2.*

Statutum Fulginei diſponit, quod, Muliere decedente ab inteſtato ſinè filiis, quarta pars dotis eedat commodo viri, *vot.13. nu.1. p.2.*

Ex *Statute* ipſo *Caſtrorum SS. Gregorii*, *& Caſapis* optima elicitur probatio antiquæ recadentiarum conſuetudinis favore Baroois; & quomo-

modo? *vot. 27. num. 46.*, *& num. ſeq. part. 2.*

Statutum Januenſe à ſucceſſione Avunculi non excludit filias Sororis prædefuncti, exiſtentibus filiis maſculis ejuſdem, *vot. 41. numer. 60. part. 1.*

Statuto Medioleni cavetur, ut ſub appellatione Agnatorum veniant omnes de nomine, & parentela; ſed in materia ſucceſſionis illi Agnati intelligantur, qui ſunt uſque ad ſeptimum gradum, *vot. 2. num. 42. p. 2.*

Statutum Piſarum diſponit, quod, Muliere inteſtatâ, & ſinè filiis decedente, maritus medietatem dotis lucretur, reliquum verò ad dotantem revertatur, *vot. 13. numer. 24. part. 2.*

Statutu Ordinis S. Stephani nobilem quoque Aviam expoſcuot, *vot. 33. num. 4. p. 2.*

Statutum Trebii fœminas dotatas à ſucceſſione excludit, *vot. 15. nu. 3. p. 2.*

Statutum Trebii Mulierem à ſucceſſione Avi, Patris, Matris, Fratris, Sororis, Avunculi, & Patrui excludit, quoties ab eorum aliquo dotata ſit, *vot. 15. num. 17.*, *& 18. p. 2.*

Ex dicto *Statuto* Legatum dotis nequit cenſeri ſub nuptiarum conditione, *vot. 15. nu. 19. p. 2.*

Sed purum, *ibid. num. 20.*

Statutum Trebii fœminas propter maſculos excludit, *vot. 15. nu. 34. p. 2.*

Nou tamen abſolutè, & iodependenter ab earum dotatione, *ibid. nu. 35.*

Statutum Trebii incipit à dotatione, & fœminas excludit, quatenùs ſint dotatæ, *vot. 15. nu. 47. part. 2.*

Statutum Trebii fœminas principaliter propter maſculos excludit, oon propter dotem, *vot. 15. nu. 53. p. 2.*

Statutum Trebii favore Maſculorum eſſe conditum, firmavit *Sacra Rota*, *vot. 15. numer. 65. part. 2.*

Ex eodem *Statuto* fœminæ, utpotè excluſæ propter Maſculos de progenie Avi, Patris, Matris &c., excluſæ dici debent etiam favore fratris conſanguinei, *vot. 15. nu. 71.*, *& 75. p. 2.*, ratio *num. 72.*

Ex *Statuto Trebii* Avus maternus excluſus cenſendus eſt à fratre conſanguineo, *vot. 15, nu. 80. part. 2.*

Ille oamque non eſt Maſculus de progenie, à Statuto conſiderata, *ibid. nu. 81.*

Ex *Statuto Urbis*, poſt lapſum anoorum 16., reddita ratio præſumenda eſt, *vot. 18. numer. 126. part. 2.*

Filii in conditione poſiti ex *Statuto Urbis*, 142. diſpoſitivè vocati cenſentur, *vot. 30. nu. 4. & 65.*, *& vot. 37. num. 1. p. 1.*

Et veniunt etiam heredum nomine, *dict. vot. 30. num. 5.*

Statutum Urbis vocans filios in conditione poſitos, intelligitur de filiis primi gradus, nec ad nepotes extenditur, *vot. 12. num. 11. p. 2.*

Filiorum in conditione poſitorum nomine, ſub tali *Statuto* nepotes non veniunt, niſi & ipſi ſub expreſſo nepotum nomioe in conditione poſiti fuerint, *vot. 37. num. 41. p. 1.*

Limita, ſi conſtet de Teſtatoris voluntate eos comprehendendi; tunc enim à *Statuto* quoque comprehenſi cenſentur, *ibid. nu. 42.*

Statutum Urbis 142. merè declaratorium eſt, *vot. 37. num. 42. p. 1.*

Et vocationem deſumit ex præſumpta Teſtatoris voluntate, *ibid. nu. 49.*

Idem *Statutum* nullam inter unum, & alterum Deſcendentium gradum differentiam conſtituit, *vot. 37. num. 53. p. 1.*

Statutum Urbis 145. locum ſibi vindicat io hereditate Aſcendentis, *vot. 20. num. 12. p. 2.*

Statutum Urbis 146., locum ſibi vindicans in hereditate Collateralis, ad certos caſus, & perſonas reſtringitur; Ejus verba *ibid. numer. 13, & 14.*

Statutum Urbis 146., ſublatâ quâlibet ſexus, agnationis, cognationiſve differentiâ, hereditatem defert proximiori, *vot. 20. nu. 20. p. 2.*

Idem *Statutum* Matrem ab inteſtata filii ſucceſſione ob exiſtentiam fratrum maſculorum excludit, Legitimâ tamen eidem reſervatâ, *vot. 23. nu. 5. p. 2.*

Statutum Urbis 146. favore agnationis conditum eſt, *vot. 20. nu. 3. p. 2.*

Et fœminas, etiam proximiores, Matrem nempè, ac Sorores excludit propter agnationem, *ibid. num. 4.*

Maximè verò remotiores, *ibid. num. 5.*

Reſtringitur tamen ad caſus, & perſonas, in eo nominatim expreſſas, *ibid. num. 21.*

Ita ut Agnati extra gradum, ab eo præſcriptum, oec pro Agnatis habeantur, *ibid. numer. 22.*

Idem *Statutum* non ſimpliciter propter Agnatos fœminas excludit, ſed aliquas dumtaxat fœminas excludit favore certorum Maſculorum, agnationis ratioue non quidem expreſsè habitâ, ſed ſolùm ſubintellectâ, *ibid. nu. 24.*

Vid. *agnatio, dos, filius, fœmina, maſculi.*

STIPES.

Ab eodem deſcendentes *ſtipite*; ſive ſint ex maſculis, ſive ex fœminis, per directam lineam deſcendere dicuntur, *vot. 39. nu. 9. p. 1.*

Certo non deſignato *ſtipite*, datur repræſentatio in infinitum inter Collaterales, etiam ejuſdem lineæ, *vot. 12. nu. 104. p. 1.*

Certo *ſtipiti* ad primogenituram vocato jus adquiritur, tranſmiſibile ad univerſam lioeam, *vot. 12. nu. 79. p. 1.*

Ad lineam ſcilicet, ſive qualitatis, ſive etiam ſubſtantiæ, *nu. 81. & 180.*

Et Secundogenitus, deficiente *ſtipitis* vocati Primogenito, in ejus ſuccedit locum, *nu. 82.*

Intellige, etſi oon naturaliter, tamen civiliter, atque ex Lege, *ibid. nu. 83.*

Quod maximè procedit, concurrente Teſtatoris voluutate, *ibid.*, & ex quibus? *nu. 84.*

STIPULATIO.

Stipulatio qualitatibus omnibus, in narrativa expreſ-

preſſis, conformata dici debet, *vot.17. nu. 38. part.2.*

STIRPS.

Stirps conficitur ex ſerie plurium graduum, *vot. 34. nu.28. p.1.*

In *Stirpes* autem facta vocatio filiorum ex fœminis, ad omnes porrigitur earum Deſcendentes, *ibid.*

SUBINGRESSUS.

Subingreſſus Subſtitutorum in grado caducato optime confert perpetuitati, & conſervationi Bonorum in familia, *vot.1. nu.162. p.1.*

Præſertim in diſpoſitione ordinata per viam perpetuæ primogenituræ, *ibid. num.163.*

SUBROGATIO.

Subrogatio Bonorum alienatorum facienda à Donatario, ſuppleta cenſetur ex onere aſſumpto illorum pretii inveſtiendi, *vot. 17. numer.33. part.1.*

Intellige, id procedere, ſi cetera ſint paria, *ibid. num.34.*

Concluſio tamen locum non habet, aſſumpto inveſtiendi onere dumtaxat ad Emptoris commodum, *ibid. num. 35.*

Subrogatio inveſtimenti in locum Bonorum alienatorum non ſufficit, quod ſit tacita, ſed requiritur expreſſa, *vot.17. nu.36. p.1.*

Subrogatio inveſtimenti ad vocatorum commodum excluditur, conſenſu ab eis alienationi præſtito cum translatione jurium favore Emptoris, *vot.17. num.39. p.1.*

Subrogatio annui reditus in locum Bonorum, cauſsâ mortis donatorum, facta per correſpectivam donationem inter vivos, ipſam donationem cauſsâ mortis revocatam arguit, *vot.17. nu. 9. p.1.*

SUBSEQUENTIA.

Subſequentia ab antecedentibus perfectis declarantur, *vot.31. nu.51. p.2.*

SUBSIDIUM.

Ad *ſubſidia* dotalia, diſtribuenda inter puellas *hiſpanas*, admitti poteſt nata *Matriti* ex Patre extero, *vot.4. nu.54. p.2.*

Intellige, niſi debeant diſtribui puellis ex Patre *hiſpano*, *ibid. & nu.62.*

SUBSTITUTIO.

Subſtitutio, ſeù diſpoſitio, prout jacet, attenditur, *vot.8. nu.132. p.1.*

Subſtitutiones ſpectandæ ſunt non ex earum verbis, ſed ex mente Diſponentis, *vot.1. nu.5., & vot.24. nu.1. p.1.*

Subſtitutio favorabilis, latè interpretanda eſt, *vot. 18. num.27. p.2.*

Subſtitutiones omnes æqualiter reſpicit clauſula *omni meliori modo*, in fine poſita, *vot. 37. num. 65. p.1.*

Subſtitutio una alteram declarat, *vot.23. num.15. p.1., & vot.16. nu. 42. p.2.*

Subſtitutio clara alteram dubiam interpretatur, *vot.16. nu.43. p.2.*

Poſtremâ vigente ſubſtitutione proximiorum, eò magis vigere debet vocatio Deſcendentium, prælativè facta, *vot. 29. num. 39. part.1.*

Subſtitutio ubi eſt expreſſa, opus non eſt tacitâ, ex conjecturis elicitâ, *vot. 1. numer. 111. part.1.*

Subſtitutio tacita operatur, ubi deficit conditio; & onus reſtituendi non eſt expreſſè injunctum, *vot.1. nu.112. p.1.*

Subſtitutio tacita, ex præſumpta Teſtatoris voluntate, defectum ſupplet conditionis, & gravaminis, *vot.1. nu.113. p.1.*

Subſtitutio, nonniſi ſecunda inſtitutio eſt, *vot. 32. nu.11. part.1.*

In *Subſtitutione* repetitum cenſetur verbum = *inſtituo* =, quando totam diſpoſitionem regit, *vot. 16. nu.5. p.2.*

Subſtitutionem conformare voluiſſe cenſetur Teſtator præcedenti univerſali inſtitutioni, *vot.30. nu.15. p.1.*

A ſucceſſione excluditur, cui objici poteſt = *Subſtitutio de te non loquitur*, = *vot. 15. nu. 3., vot. 14. nu.117., & vot.23. nu.1. p.1.*

Subſtitutio ultra gradus, & perſonas expreſſas non extenditur, *vot.14. num.18., & vot.15. nu. 4. part.1.*

Subſtitutionem trahere ad caſus oppoſitos abſurdum eſt, *vot.42. nu.4. p.1.*

Pro tranſitu inducendo ad novum *ſubſtitutionis* gradum graviores requiruntur conjecturæ, quàm pro activa, aut paſſiva vocatione, *vot.16. num. 17. part.1.*

Subſtitutionem ad ſolum caſum expreſſum reſtringunt verba = *tunc & eo caſu* =, *vot.8. numer.164. part.1.*

In *ſubſtitutione* concepta indefinitis verbis, quodcumque tempus, & caſum comprehendentibus, dictio = *tunc* =, vel alia ſimilis accipitur non reſtrictivè, ſed declarativè, *vot.36. nu.63. part.1.*

Etiamſi eſſet geminata, *ibid. nu.64.*

Excipe, niſi aliæ dictiones adſint coercentes *ſubſtitutionem* ad unum caſum, *ibid. num.65.*

Poſteriorem *ſubſtitutionem* ad ſuperioris normam redigunt verba = *ſervato l'ordine, come ſopra*, = *vot.23. nu.6. p.1.*

Subſtitutioni deſcendentium à primis Inſtitutis purificata cenſetur ſubſequens ulteriorum Deſcendentium ſubſtitutio, facta cum particula = *ut ſupra* = *vot.45. nu.34. p.1.*

Ulterioribus *ſubſtitutionibus* adjecta clauſula = *ut ſupra* = repetit, quæ in prima diſpoſita ſunt, *vot.45. nu.35. p.1.*

In priori *ſubſtitutione* præſcriptus ſuccedendi modus, in ſecunda repetitus cenſetur, ſi eam Teſtator ſcripſerit *con le medeſime condizioni, e carico* =, *vot. 33. nu.11. p.2.*

In aliqua *ſubſtitutione* omiſſum gravamen, pro expreſſo haberi debet, ubi eadem, ac in aliis ſubſtitutionibus ratio concurrat, *vot.26. nu.30. part.1.*

Inter *ſubſtitutionem*, & *conditionem* diverſa ratio eſt, *vot.8. nu.131. p.1.*

Diſtinctæ ubi ſunt *ſubſtitutiones*, ac ſeparatæ ora-

oratio, diverſa poteſt eſſe voluntas Teſtatoris, *vot.27. nu.58. p.1.*

Nec repetitio admittitur, *ibid. nu.59.*

In *ſubſtitutionibus* ſufficit facti, & materialis caſus diverſitas, nè conditio repetita cenſeatur, *vot.27. nu.45. p.1.*

Præſertim, ſi concurrat diverſitas perſonarum, & mutatio tùm illarum, tùm graduum, *ibid. num.48.*

Procedit, concurrentibus etiam dictionibus illis repetitivis = *cum iiſdem vinculis, & conditionibus, ut ſupra* =, *ibid. num.49.*

Hæ namque repetitionem conditionis non inducunt, cum diverſitas adeſt graduum, & perſonarum, *ibid. num.50.*

Et potiùs ad modum ſuccedendi referendæ ſunt, *ibid. num.51.*

Dicuntur autem ſtare *demonſtrativè*, ſeù *declarativè*, *ibid. nu.52.*

Primæ *ſubſtitutioni* adjecta *legitimitatis* qualitas, non cenſetur in aliis repetita, *vot.9. numer.83. part.1.*

Secùs, cum de majoratu agitur, *ibid. nu.84.*

Prioribus *ſubſtitutionibus* adjecta *maſculinitatis* qualitas, præſumi debet in poſterioribus repetita, *vot.32. nu.26. p.2.*

Contrarium verius eſt, *ibid. num.27.*

Niſi ex verbis, vel conjecturis appareat, Teſtatorem ad ſolos maſculos reſpexiſſe, *ibid. nu.28. part.2.*

In diverſo, & independenti ſubſtitutionis gradu qualitas maſculinitatis repetita non cenſetur, *vot.32. nu.31. p.2.*

Subſtitutio facta cum iiſdem vinculis, & conditionibus expreſſis in præcedenti ſubſtitutione, maſculinitatis repetitionem non inducit, *vot.32. num.38. p.2.*

Præſertim, ſi Teſtator perſpicuè deſignaverit ea, quæ ſub nomine conditionum, & onerum intellexit, *ibid. nu.39.*

In omnibus *ſubſtitutionibus* adjecto agnationis voto, repetitum etiam in omnibus cenſetur *onus nominis, & inſignium*, *vot.27. numer.68. part.1.*

Præſertim, ſi in parte, quæ ſit velut norma totius diſpoſitionis, injunctum illud legitur, *ibid. numer.69.*

In primi *ſubſtitutione* expreſsè adjectum onus nominis, & inſignium, cenſetur & in aliis repetitum, *vot.27. num.71. p.1.*

Concurrentibus præſertim clauſulis illis = *& cum iiſdem vinculis, & conditionibus, ut ſupra,* & *non alias* =, *ibid. nu.72.*

Non repetitus in ſecunda *ſubſtitutione* ordo perpetuæ primogenituræ, in ea inſtitutus non cenſetur, *vot.23. nu.2. p.1.*

Præſertim, non vocatis ulterioribus Deſcendentibus, nec diſpoſitione in perpetuum collatâ, *ibid. num.3.*

Talis autem ſubſtitutio per Subſtituti prædeceſſum caducatur, *ibid. nu.4.*

De una *ſubſtitutione* ad aliam inferri nequit *agnationis* contemplatio, *vot.8. numer.120. part.1.*

Subſtitutionum multiplicationem favor agnationis nequit inducere, *vot.7. num.22., & vot.15. nu.15. p.1.*

Sufficit enim, ut effectum ſuum operetur juxta caſus expreſſos, *dict. vot.7. nu.23., & 26., & dict. vot.15. num.16. p.1.*

Juxta præcedentis *ſubſtitutionis* terminos intelligenda eſt ratio agnationis conſervandæ, *vot.7. num.25., & ſeq. p.1.*

In prima *ſubſtitutione* generaliter adjecta ratio conſervationis Bonorum in maſculis, ſequentes etiam ſubſtitutiones afficit, *vot.45. num.17. part.1.*

Sub eâque veniunt omnes maſculi, in ulterioribus ſubſtitutionibus comprehenſi, *ibid. numer.20.*

Uni *ſubſtitutioni* adjecta alienationis prohibitio, ad perſonas, in aliis ſubſtitutionibus comprehenſas extendi nequit, *vot.28. nu.81. p.2.*

Maximè, ſi concepta verbis, non complectentibus caſus, tempora, & perſonas omnes, *ibid. & num.82.*

Subſtitutionis reſtrictio ad filium maſculum, & heredem non tollitur per prohibitionem alienationis, *vot.14. nu.22. p.5.*

Subſtitutio pendens à conditione aliqua, eâ purificatâ, evanuiſſe dicitur, *vot.21. nu.54. p.1., & vot.18. nu.26. p.2.*

Sic etiam evanuiſſe dicuntur onera, eidem ſubſtitutioni adjecta, *dict. vot.21. nu.55.*

Subſtitutiones omnes continuativè ad primam factæ per copulam = *&* =, deficiunt, eâ deficiente, *vot.16. nu.44. p.1.*

Verba autem perpetuitatem temporis importantia, intelliguntur, quatenus primæ illius ſubſtitutionis conditio purificetur, *ibid. nu.45.*

Secùs, ſi non ſtent continuativè, ſed independenter, ac ſeparatè, *ibid. nu.46.*

Subſtitutiones omnes, quæ pendeant à conditione obitus heredis *ſinè filiis*, pro unica ſubſtitutione habentur, *vot.7. num.36., vot.16. num.41., & vot.21. nu.29. p.1.*

Eâque non purificatâ, evaneſcunt, ac ſi factæ non fuiſſent, *dict. vot.7. num.37., & dict. vot.21. eod. nu.29.*

Subſtitutiones plures momentaneæ conditioni: *ſi ſinè filiis* alligaſſe Teſtator non præſumitur, *vot.2. nu.59., & vot.7. num.59. p.1.*

Præſertim, ubi eæ factæ fuerint etiam Deſcendentibus primis heredis, *ibid. num.20., & ſeq.*

Subſtitutionum longam, ac benè ordinatam ſeriem in longiſſimum tempus protrahendum, à momentaneo caſu obitus *ſinè filiis* pendere, abſurdum eſt, *dict. vot.2. num.19., & vot.13. num.37. part.1.*

Subſtitutiones plures à conditione: *ſi ſinè filiis* tunc pendere dici poſſunt, quando in una, eademque oratione factæ ſunt, *vot.7. num.60. p.5.*

Secus verò, quando fuerunt factæ in ſeparata oratione, & verbo, *ibid. num.61.*

Et tunc adeſſe dicitur rigoroſus ille digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, ſuadens receſſum ab *Oldradi* conſilio, *ibid. num.62., & 63.*

Quomodo autem ſub unâ oratione comprehenſæ oſtendi valeant? *vot.27. nu.60. part.1.*

Digreſſus ad plures *ſubſtitutionum* gradus ut receſſum ſuadeat ab *Oldradi* conſilio, oportet, quod *activè*, & *paſſivè* factus ſit, *vot.17. numer.33. part.1.*

Activè autem, & *paſſivè* factus non dicitur, quando ſubſtitutiones omnes pendent à conditione: *ſi ſinè filiis*, *ibid. num.34.*; ratio redditur, *num.35.*

Subſtitutiones plures quando pendent à conditione obitus primi heredis *ſinè filiis*, per vulgarem reſolvuntur in activam dumtaxat plurium perſonarum vocationem abſque paſſivo gravamine de una in aliam perſonam, ac de uno in alium gradum, *vot.2. nu.17. part.1.*

Ex pluribus *ſubſtitutionum* gradibus deſumpta perpetui fideicommiſſi conjectura, ſuam vim habet, etiamſi illi pendeant ab obitu primorum heredum *ſinè filiis*, *vot.6. nu.56. p.2.*

Subſtitutio ſub conditione: *ſi ſinè filiis &c.* deficit, filiis exiſtentibus, *vot.1. num.2., vot.7. num.1., vot.13. num.2., & 17., vot.16. num.1., & 13., vot.37. num.15. part.1., & vot.6. num.12. part.2.*

Etiamſi poſtea decedant, *dict. vot.6. eodem nu.10.*

Præſertim, quando Teſtator reſtrixit gravamen ad primos heredes, *dict. vot.7. num.2.*

Procedit etiam in tacita conditione: *ſi ſinè filiis*, deſumpta ex *Textu in L. cum Avus ff. de condit., & demonſtrat., dict. vot.16. num.14.*

Et, licèt agatur de Subſtitutis deſcendentibus, *ibidem.*

Maximè verò, ſi res non ſit de inducenda ex conjecturis activa, aut paſſiva filiorum vocatione, ſed de tranſitu ad novum ſubſtitutionis gradum, *num.17.*

Idem, ſi nulla adſit alienationis prohibitio, *ibid. num.18.*

Verbaque deficiant, perpetuitatem temporis importantia, *ibid. num.19.*

Et, ſi Teſtator perſonas ſibi cognitas, non earum etiam Deſcendentes invitavit, *ibid. num.21.*

Subſtitutio concepta ſub conditione: *ſi ſinè filiis*, & cum conditionibus = *tunc, & eo caſu* =, deficit eo ipſo momento, quo alter ex heredibus inſtitutis cum filiis deceſſit, *vot.6. nu.9. part.2.*

Subſtitutionem ad caſum. *ſi ſinè Liberis* reſtringunt dictiones = *tunc, & eo caſu* =, *vot.7. nu.5. part.1.*

Fortiùs, quum geminatæ ſunt, *ibid. nu.6.*

Subſtitutionis extenſionem non impedit clauſula = *tunc, & eo caſu* = quando Teſtator voluit, Bona conſervari in familia, *vot.6. num.46. p.2.*

Subſtitutio tacita deſumpta ex ratione conſervandi Bona in familia, non deficit, deficiente conditione obitus: *ſinè filiis*, ſub quâ expreſſa ſubſtitutio facta eſt, *vot.6. num.30. p.2.*

Subſtitutio ſub conditione deficientiæ filiorum *ſinè Maſculis*, ceſſat tunc ſolùm, cum ad ſolum caſum obitus filiorum ſinè Maſculis reſtricta eſt, *vot.1. num.6. part.1.*

Atque ubi ita concepta eſt, ut pro illius purificatione opus ſit, filios Maſculos Teſtatoris omninò mori ſinè filiis maſculis, *vot. 1. numer. 7. part.1.*

Subſtitutio cum non eſt reſtricta ad caſum obitus primorum inſtitutorum, locum non habet *Oldradi conſ.11., dict. vot.1. num.42., & vot.29. num.35. p.1.*

Subſtitutio facta in caſu non exiſtentiæ maſculorum, ſi non ſit ad præciſum illum caſum reſtricta, locum habet etiam in caſu exiſtentiæ, ac poſtea deficientiæ illorum, *vot.1. nu.12. part.1.*

Præſertim, ſi facta verbis comprehendentibus quodcumque tempus, *ibid. nu.13.*

Nec per eam Teſtator voluiſſe cenſetur, ut Subſtituti, ſolum in caſu inexiſtentiæ maſculorum admitterentur, *ibid. nu.14., & 15.*

Subſtitutio ordine perpetuæ primogenituræ, deficientibus filiis maſculis filiorum Teſtatoris, demandata cum declaratione, quod Bona ad Subſtitutos tranſire, in eiſque ſemper conſervari deberent, nequit dici reſtricta ad ſolùm caſum obitus filiorum ipſius Teſtatoris *ſinè Maſculis*, *vot.1. nu.21. p.1.*

Sed locum habere debet, ſivè iidem Maſculi deficiant per non exiſtentiam, ſivè per exiſtentiam, & poſtea deficientiam, *ibid. nu.22.*

Præſertim ſtante dictione = *ſempre* =, *num.23.*

Subſtitutio in caſu obitus filiorum *ſinè Maſculis*, quod non ſit ad eorum dumtaxat obitum ſinè Maſculis reſtricta, poteſt ex conjecturis argui; & ex quibus? *vot.1. num.44. 45. ad 104. p.1.*

Subſtitutio in caſu obitus filiorum *ſinè Maſculis*, non cenſetur ad eum dumtaxat caſum reſtricta, ſtante agnationis contemplatione, etiam tacitâ, *vot.1. num.45., & 47. p.1.*

Ac digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, *ibid. nu.46. 81., & 116.*

Subſtitutionem factam in caſu obitus filiorum *ſinè Maſculis*, etiam ultra eumdem caſum extendit agnationis contemplatio expreſſa, *vot.1. n.48. p.1.*

Ac ſucceſſionem reſervat, etiam quando filii cum Maſculis decedant, *ibid. nu.49.*

In *ſubſtitutione* facta in caſu obitus filiorum *ſinè Maſculis*, votum agnationis conſervandæ, perpetuitas, & realitas diſpoſitionis, non inducunt neceſſitatem admittendi Subſtitutum, ejuſque Deſcendentes, *vot.1. num.107. p.1.*

Cum locum habere poſſint quoad alios Agnatos expreſsè vocatos, *ibid. nu.108.*

Subſtitutio in caſu obitus filiorum *ſinè Maſculis* cenſeri nequit ad eum dumtaxat caſum reſtricta, ubi res eſt de fideicommiſſo particulari, perpetuo, reali, & primogeniali, *vot.1. nu.82. 117., & 120. part.1.*

Subſtitutio in caſu obitus filiorum *ſinè Maſculis*, non cenſetur ad eum ſolum caſum reſtricta; ſi perpetuæ primogenituræ ordo ſit injunctus, *vot. 1. nu.102., & 117. part.1.*

Excluditur itidem reſtrictio ejuſmodi, quando adeſt indefinita alienationis prohibitio, datis Sub-

Subſtitutis in caſu contraventionis, *dict. vot.1. num.104.*, *& nu.118.*, *& 119. p.1.*, *& vot.6. nu.22. p.2.*

Subſtitutio poſt plures inſtitutiones, ac ſeparatim facta, nequit dici reſtricta ad obitum primorum dumtaxat heredum *ſinè filiis*, *vot.30. numer.78. part.1.*

Præſertim, ſi facta ſub conditione obitus omnium heredum, *ibid. nu.79.*, *& 80.*

Subſtitutio licèt ſi facta in caſu obitus filiorum *ſinè Maſculis*, Teſtator præſumitur optaſſe, atque ſperaſſe filiorum obitum cum Maſculis, *vot,1. num.121. p.1.*

Id autem excludit diſpoſitionis reſtrictionem ad prædictum dumtaxat caſum, *ibid. nu.122.*

Subſtitutio facta in caſu obitus filiorum *ſinè Maſculis* locum habere dicenda eſt, etiam ſecuto illorum obitu cum Maſculis, quoties hereditatem comprehendat, aſſequendam à Subſtitutis poſt extinctam eorumdem filiorum lineam maſculinam, *vot.1. nu.136. p.1.*

Subſtitutionem ad caſum obitus heredis, *ſinè filiis* reſtrictam non eſſe, arguit ſubſtitutio Extraneorum, *vot.13. nu.9.*, *& 10. p.1.*

Subſtitutio proximiorum facta poſt omnes, & quoſcumque Deſcendentes, reſtricta dici nequit ad caſum obitus filiorum *ſinè filiis*, *vot. 29. nu. 38. p.1.*

Subſtitutio Loci pii demandata in caſu obitus filiorum *ſinè filiis*, cum prohibitione, ne iis *in infinitum* moleſtiæ inferantur, non expirat, ſi cum filiis illi obierint, *vot.35. num.10. part.1.*, & ratio *ibid.*

Subſtitutio concepta verbis = *quandocumque decedentibus ſinè filiis* = nequit reſtringi ad momentaneam conditionem, & tempus, quo heredes ſinè filiis decedant, *vot.7. nu.47. p.1.*

Præſertim, quando ipſi ſubſtitutioni adjectæ ſunt clauſulæ in ſtirpes, & non in capita, *ibidem numer.48.*

Subſtitutio facta *quandocumque decedenti ſinè Liberis maſculis*, perinde eſt, ac deficiente lineâ, ac omnibus Deſcendentibus pariter Maſculis, *vot.29. num.3.*, *& 36. p.1.*

Subſtitutio, an defecerit, deficiente conditione: *ſi ſinè Liberis*, quæſtio eſt facti potiùs, & voluntatis, quàm juris, *vot.6. nu.15. p.2.*

Subſtitutio facta in caſu obitus filiorum *ſinè Maſculis* an ad ſolum illum caſum ſit nec ne reſtricta, conjecturæ non ſeorſim, ſed unitim debeut ſumi, *vot.1. nu.105. p.1.*

Ex *ſubſtitutione* reſtricta ad caſum alicujus obitus *ſinè filiis* ad gravamen reſtitutionis nequit inferri, *vot.37. nu.14. p.1.*

Subſtitutio fœminarum facta in caſu obitus *filiorum*, *& heredum ſinè filiis maſculis* an per obitum unius ex heredibus inſtitutis cum filiis expiraverit nec ne, pendet ab examine, an verbum illud *heredum* ad filios primi dumtaxat gradus, vel ad omnes referatur Deſcendentes, *vot.32. num.1. part.1.*

Quænam autem ad id perpendi valeant? *ibidem numer.2.*, *& ſeq.*

Ulteriori *ſubſtitutioni* locus non fit, niſi abſumptis præcedentibus, *vot.45. num.53. p.1.*

Subſtitutio Primogeniti ex linea ſuperſtite, poſt eum, qui ultimò moreretur, locum non habet, niſi lineæ omnes primorum heredum ad unicam perſonam redactæ ſint, *vot.31. num.55. part.2.*

Sequens verò *ſubſtitutio* Secundògeniti, & Tertiògeniti, eorumque Deſcendentium primogenitorum intelligenda eſt de Deſcendentibus à Primogenito perſonæ ſuperſtitis ex lineis omnibus primorum heredum, *ibid. nu.56.*

Subſtitutio facta in caſu deficientiæ filiorum Teſtatoris *ſinè Maſculis*, evaneſcit quoad filius Subſtituti, ob illius præmorientiam, *vot.1. nu. 4. 149.*, *& 150. p.1.*

Limita, quoties eadem ſubſtitutio per vulgarem concepta appareat, *ibid. nu.153.*, *& 154.*, *& vot.36. nu.27. p.1.*

Subſtitutio quum facta eſt in uno caſu, & ſub unâ conditione, reſtricta ad certum tempus, locus eſſe nequit diſpoſitioni *L. quamdiù ff. de adquir. hered.*, *vot.36. num.29. p.1.*

Subſtitutio filiorum, & Deſcendentium concepta per verba = *ſin minùs* =, reſtricta cenſetur ad caſum non *ſuperviventiæ* primi heredis, *vot.16. num.40. p.2.*

Sicque per ejus ſuperviventiam corruit, *ibidem numer.41.*

Agnationis artificialis per Maſculos ex fœminis conſervandæ finis efficit, ut illorum *ſubſtitutio* non pendeat à conditione *ſuperviventiæ* fœminarum, primò vocatarum, *vot. 36. numer.48. part.1.*

Subſtitutio ne pendeat à conditione *ſuperviventiæ*, primi vocati, ſatis eſt, nullam adeſſe hujus dependentiæ rationem, *vot.36. nu.56. p.1.*

Multò magis, reſiſtente voluntate Teſtatoris huic dependentiæ, *ibid. nu.57.*

Pluribus à Teſtatore *ſubſtitutionibus* ordinatis, cum voto perpetuæ Bonorum conſervationis, caducatio gradus intermedii non officit ulterioribus Subſtitutis, *vot.1. num.160.*, *& vot.37. num.68. p.1.*

Subſtitutio ſuperſtitum frequens eſt, & habet tractum in futurum, *vot.36. nu.12. p.1.*

Subſtituere ſuperſtites, vel, ſi *ſupereſſent*, idem eſt, *vot.36. num.13. part.1.*

Subſtitutio Primogenitæ, quomodo per ejus prædeceſſum caducata dici nequeat, ſed adhuc durare in Maſculis, etiam per duplex medium fœmininum ab ipſa deſcendentibus? *vot.23. à nu. 10. ad 24. p.1.*

Subſtitutionum caducationis quæſtio tota pendet à voluntate Defuncti, *vot.36. nu.69. p.1.*

Subſtitutio filiorum tempore delatæ ſucceſſionis viventium, naſcituros excludit, *vot.33. nu.47. part.2.*

Ex *ſubſtitutione* ſuperviventis facta alteri ex heredibus, *ſinè filiis* decedenti, tota unius hereditas alteri debet accreſcere, *vot.30. nu.58. p.1.*

Subſtitutioni naſciturorum ex filiis Teſtatoris adjecta dictio = *in infinitum* =, ſucceſſivum tractum tem-

temporis importat, *vot.37. numer.17. part.1.*

Et nedum nepotes, ſed ulteriores etiam Deſccodentes comprehendit, *ibid. num.18.*

Subſtitutio Primogenitæ non extenditur ad ejus Deſcendentes maſculos, ex regula, quod *fœmininum non concipit maſculinum*, *vot.23. num.22. part.1.*

Ab hac regula receditur ex veriſimili Teſtatoris voluntate, *ibid. num.113.*

Subſtitutio deſcendentium maſculorum ex fęmina comprehendit Maſculos, etiam ex duplici medio fęminino deſcendentes, *vot.23. numer.25. part.1.*

Ex *ſubſtitutione* Loci Pii, ordinata in defectu omoium Deſceodentium, omnes Deſcendentes gravati cenſentur reſtitutionis onere ad illius favorem, *vot.32. num.22. p.1.*

Et maximè ad favorem fęminarum, earumque Deſcendentium priùs vocatorum, *ibid. nu.25.*

Subſtitutio Piæ Cauſæ non tollit conditionem = *ſi ſinè filiis* =, à Lege ſubintellectam, *vot.12. num.22. part.2.*

Subſtitutio fęminarum purificata dici nequit, exiſtente aliquo ex Maſculis, prælativè vocatis, *vot.39. num.1. p.1.*

Procedit, ſivè ſit maſculus ex Maſculo, ſivè Maſculus ex fœmioa, *ibid. nu.2., & 3., & ſeq.*

Ob purificatam *ſubſtitutionem* immiſſio decernenda eſt, *vot.18. nu.21. p.2.*

Niſi detractionum, aut alia ſimilis exceptio urgeat, *ibid., & nu.24.*

Ante purificatam *ſubſtitutionem* ſi legitimatio fiat, Subſtituti præjudicium vel nullum, vel leve ſaltem eſt, *vot.8. num.191. part.1.*

Idcoque nec præſervatum remaoet per clauſulam *S. p. venientium ab inteſtato* =, *ibid.*, & ratio *num.192.*

Subſtitutione purificatâ favore plurium ejuſdem gradus, poteſt unus fideicommiſſum petere, aliis id oegligentibus, *vot.28. nu.16. p.1.*

Intellige, præſtitâ ab eo cautione reſtituendi aliis portiones ſuas, *ibid., & nu.32.*

Secùs tamen eſt inter perſonas diſparis gradus, *ibid. nu.17., & 35.*

Tunc enim, ſi primus Subſtitutus fideicommiſſum non petat, ſecundus non admittitur, *ibid.;* ſed vid. *nu.36., & ſeq., & nu.61.*

Procedit maximè contra remotiorem de diverſa linea, *ibidem num.21., & 62.*

Subſtitutio fœminarum facta = *morendo tutti li detti ſuoi Eredi* = debet intelligi io defectu maſculorum omnium utriuſque lineæ, comprehenſorum ſub dicto *heredum* nomine, *vot.30. nu.72., & 73. part.1.*

Nec poteſt verificari, niſi in caſu obitus ultimi Maſculi ex utraque linea, *vot.30. numer.74. part.1.*

Procedit maximè, ſubſtitutis filiabus non ipſorum maſculorum, ſed Teſtatoris, & quidem in tota hereditate, *ibidem nu.76.*

Subſtitutio fœminarum ſuperſtitum *conditionalis* eſt, *vot.36. nu.11. part.1.*

Subſtitutioni maſculorum deſcendentium ex fœminis primò vocatis, licèt ſit expreſsè adjecta conditio earum ſuperviventiæ, *conditionalem* illam non reddit, *vot.36. num.60. p.1.*

In *ſubſtitutione conditionali* ſufficit capacitas, tempore habili ſuperveniens, *vot.6. nu.54. p.1.*

Subſtitutio Actoris impeditur ex eo ſolùm, quod de facto exiſtat perſona in conditione poſita, licèt ſucceſſura non ſit, *vot.8. num.5., & 161. part.1.*

Ex *ſubſtitutione conditionali* veniens, nedum ſubſtitutionem ipſam, ſed ejus etiam caſum eveniſſe, probare debet, ut immiſſionem obtineat, *vot.18. nu.22., & 23. p.2.*

Addè, ut etiam docere debeat, nullas à poſſeſſore opponi poſſe detractiones, *ibid. nu.24.*

His verò non probatis, oec etiam purè Subſtituto immiſſio debetur, *ibid.*

Subſtitutioni tacitè inhęrens conditio, eam *conditionalem* non reddit, *vot.36. nu.20. part.1.*

Nec, ſi deficiat, caducos efficit ſequentes ſubſtitutionum gradus, *ibid. nu.21.*

Intellige, quando conditio neceſſaria, vel quæ tacitè ineſt, nominatim à Teſtatore non adiiciatur, *ibid. nu.22.*

Subſtitutiones factæ per verba præſentis temporis, inſtitutionem *puram* arguunt, *vot.27. num.30. part.1.*

Præſertim, quando adquiſitionis actus à oullius oneris implemento pendet, *ibid. nu.31.*

Subſtitutionis realis qualitas conſideratur pro inducenda vocatione filiorum in conditione poſitorum, *vot.21. num.38. p.1.*

Inefficax tamen eſt, quando eſt reſtricta ad caſum obitus primi heredis ſinè filiis, *ibidem numer.41.*

Ad probandam *realem ſubſtitutionem* non ſufficiunt verba, principaliter directa ad Bona, quoties deficiant alienationis prohibitio, & ratio conſervatioois Bonorum penes vocatos, *vot.8. nu.39. p.1.*

Subſtitutio ut *realis* dicatur, unicè attenditur Bonorum conſervationis ratio, *vot.21. numer.40. part.1.*

Subſtitutio in dubio *directa* cenſenda eſt, *vot.16. num.9. p.2.*

Vel ſaltem præſumenda potiùs per *vulgarem*, quàm per *fideicommiſſariam* facta, *ibid. nu.10.*

Subſtitutionem directam reſpectu primi vocati; *fideicommiſſariam* verò quoad ejus filios important directa verba, *vot.10. nu.86., & vot.22. nu.16. p.1.*

Per ſimplicem *vulgarem* intelligitur vocatio filiorum collectivè facta, *vot.10. nu.9. 12., & 25., & vot.34. num.1., & 13. p.1.*

Secus eſt, ſi contrariæ adſiot conjecturæ, *dict. vot.34. nu.3.*

Præſertim perpetuitatis fideicommiſſi, *ibid. num.5. 6., & 7.;* & quæ illæ ſint? *à num.8. ad.34.*

Per *vulgarem* vocati cenſentur Maſculi ex fœminis, ſi vocatio ſit ſimpliciter poſt omnes Deſcendentes Maſculos, *vot.34. num.36. p.1.*

Amplia, ut *num.37., & 38.*

In *ſubſtitutione* facta per dictionem disjunctivam,

= *vel*

= *vel* = excluditur fideicommiſſum deſcenſivum, *vot.10. nu.13. part.1.*

Eademque ſubſtitutio *vulgaris* intelligitur, *ibid. num.14.*, & quando ſecus? *num.108.*

Subſtitutionem fideicommiſſariam non inducunt verba = *poſt eum* =, cum *vulgari* convenire poſſint, *vot.16. nu.13.*, & *38. p.2.*

Pro *vulgari* ſubſtitutione inducenda conſideratur clauſula = *iſto*, & *omni alio meliori modo* =, *vot. 37. num.62. p.1.*

Ad *vulgarem directam* trahuntur verba communia, *vot.10.nu.18. p.1.*

Ad *fideicommiſſariam* verba communia facilè trahuntur, *vot.10. nu.85. p.1.*

Subſtitutionem directam in *fideicommiſſariam* detorquet verbum commune = *ſoſtituiſco* =, *vot.22. nu.14.*, & *15. p.1.*

Subſtitutionem non eſſe merè *fideicommiſſariam*, oſtendit verbum = *ſubſtituit* =, quod non merè obliquum, ſed commune eſt, *vot.1. nu.152.*, & *153. p.1.*

Subſtitutio fideicommiſſaria non inducitur verbis communibus, & generalibus, *vot.37. num.64. part.1.*

Subſtitutio licèt concepta per verbum = *Relinquo* =, aut alia ejuſmodi verba, merè communia, per *vulgarem*, non per *fideicommiſſariam* facta intelligitur, *vot.34. nu.37.*, & *vot.37. nu.56.*, & *64. part.1.*

Hæcque communior eſt opinio, *dict. vot.34.*, *eod. num.37.*

Procedit, etiamſi facta eſſet nominibus collectivis plurium graduum, & perſonarum, *ibidem numer.38.*

Per *vulgarem* præterea intelligitur etiam cum facta eſt inſtitutio heredis, ejuſque Succeſſorum, *ibid. nu.41.*

Ac etiam adhibitis clauſulis *ſucceſſivè* =, *vel* = *ordine ſucceſſivo* =, vel = *poſt eum* =, *numer.42.*

Declara, hæc procedere, niſi adſint verba expreſsè importantia tractum temporis ſucceſſivum; hic autem ex quibus reſultare dicatur? *num.43. 44.*, & *ſeq.*

In *ſubſtitutione vulgari*, adhibito licèt collectivo nomine plurium graduum, & perſonarum, nequit conſiderari tractus temporis ſucceſſivus, *vot.34. nu.47. p.1.*

Subſtitutio tractum præſeferens ſucceſſivi temporis, *fideicommiſſaria* cenſetur, *vot.10. num.83. p.1.*, amplia, ut *nu.84.*

De *ſubſtitutione vulgari* ſenſiſſe Teſtator cenſendus non eſt, pluribus ab eo factis ſubſtitutionibus, *vot.10. nu.78.*, & *79. p.1.*

Subſtitutio vulgaris excluditur, ſi verba adſint ſucceſſivum tractum temporis importantia, *vot. 16. nu.19. p.1.*

Subſtitutio concepta verbis = *linea* =, & *deſcendentia* =, tractum ſucceſſivum temporis denotantibus, compendioſa dicitur, *vot.22. numer.64. part.1.*

Tametſi deficiat verbum = *quandocumque* =, *ibid. num.65.*

Eademque ſub ſe vulgarem anomalam continet, *ibid. nu.66.*

Præſertim, quando concurrit clauſula = *vulgariter*, *pupillariter*, & per *fideicommiſſum* =, *ibid. num.67.*

Quo caſu dicitur vulgaris non tacita, ſed expreſſa, *ibid.*, & *vot.37. nu.63. p.1.*

Conjectura deſumpta ex vocatione collata in remotiſſimum tempus, quando deſtituitur clauſulis importantibus tractum ſucceſſivum, & gradualem ſuccedendi ordinem de Subſtituto in Subſtitutum, activam dumtaxam vocationem importat, *vot.34. nu.107.*, & *108. p.1.*

Quæ activa vocatio facta ſemper dicitur per meram *vulgarem*, *ibid. nu.109.*

Vulgarem ſubſtitutionem excludit dictio = *quandocumque* =: & compeodioſam, ſeù fideicommiſſariam continet, *vot.16. num.9. p.1.*, intellige *ut num.47.*

Vulgarem ſubſtitutionem in *compendioſam* reſolvit dictio = *quandocumque* =, adjecta poſt verbum = *ſubſtituit* =, *vot.16. nu.47. p.1.*

Tunc enim nedum primò vocatos reſpicit, ſed omnes etiam Subſtitutos, *ibid.*

Secus, ſi primis heredibus ſit adpoſita, *ibid. numer.48.*

Quo caſu *fideicommiſſariam* inter ipſos, at non etiam inter eorum Deſcendentes poteſt inducere, *ibid.*

Vulgarem expreſſam præſeferunt verba hæc = *alli quali Signori volgarmente*, *e per fidecommiſſo ſoſtituiſco il ſuo figlio &c.*, *e ſucceſſivamente li figliuoli* =, *vot.1. nu.158. p.1.*

Subſtitutionem vulgarem in *fideicommiſſariam* clauſula = *vulgariter*, *pupillariter*, & *per fideicommiſſum* = no: immutat, *vot.16. num.50. p.1.*

Subſtitutionem vulgarem excludit ſæpius expreſſa legitimitatis, & naturalitatis qualitas, *vot.16. nu.11. p.1.*; limita, *ut nu.31.*

Subſtitutio vulgaris ſub *compendioſá* continetur, *vot. 37. nu.60. part.1.*

Atque etiam ſub *fideicommiſſariá*, *vot.1. num.18.*, & *dict. vot.37. num.61. part.1.*, & *vot.16. num. 13. p.2.*

Si modò hæc per verba merè obliqua non ſit inducta, *dict. vot.37. eod. num.61.*

A *vulgari* ut receſſum ſuadeant perpetui fideicommiſſi conjecturæ, concludentes eſſe debent, *vot. 34. num.51. p.1.*

Et quæ ad aliud referibiles non ſint, *ibid. num. 51. nu.91.*

Procedit etiam in fideicommiſſo Aſcendentis, *ibid. num.52.*

Subſtitutio per *vulgarem* concepta, expirat, primo hereditatem adeunte, *vot.10. nu.1.*, & *16. p.1.*, & *vot.16. num.3. p.2.*

Subſtitutio, quod in una parte hereditatis per *vulgarem*, in altera per *fideicommiſſariam* à Teſtatore quoad eaſdem perſonas demandata fuerit, non eſt cenſendum, *vot.16. nu.44. p.2.*

Fideicommiſſariam importat verbum = *Linea* =; Idem de verbo = *deſcendenza* =, *vot.22. nu.25.* & *26. p.1.*

Ad

Digitized by Google

Ad *fideicommiſsariam* nou trahitur *clauſula codicillaris*, quando hereditas eſt jam delata, *vot.*10. *num.*19. *p.*1.

Subſtitutio ut potiùs *perpetua*, quàm *vulgaris* cenſeatur, ſatis eſt agnationis contemplatio, aliis etiam conjecturis deficientibus, *vot.*10. *nu.*101. *part.*1.

Per *fideicommiſſariam* potiùs, quàm per *vulgarem* diſpoſitio viri nobilis ordinata cenſetur, *vot.*22. *nu.*27. 28., & 29. *p.*1.

Nonniſi per *fideicommiſsariam* ordinata cenſetur diſpoſitio, continens vocationem Extranei poſt Deſcendentes omnes, *vot.*22. *nu.*22. *p.*1.

Fideicommiſsaria, non autem *vulgaris* conferre poteſt ad Bonorum conſervationem in familia, *vot.*22. *nu.*29. *p.*1.

Subſtitutio fideicommiſſaria excluditur, ſi alienationis prohibitio, Fiſci excluſio, aliaque ejuſmodi deficiant, *vot.*16. *nu.*37. *p.*2.

Subſtitutio merè fideicommiſſaria non eſt, niſi reſtitutionis gravamen ſit nominatim injunctum, *vot.*1. *num.*154. *p.*1.

Et verba ſubſtitutionis alium nequeant ſenſum habere, quam meræ fideicommiſſariæ, *ibid.*, & *vot.*37. *nu.*64. *p.*1.

Subſtitutio quoties non eſt explicata per verba obliqua, & præſeferentia præciſam adeundi neceſſitatem quoad primos vocatos, antequam ulterior Subſtitutus admittatur, toties in *fideicommiſſaria* continetur *vulgaris tacita*, ſeu *anomala*, *vot.*1. *num.*155. *p.*1.

Vulgaris tacitæ, ſeu *anomalæ* effectus eſt, ut Subſtituti loco præmortuorum admittantur, *vot.*1. *num.*156. *p.*1.

Per *vulgarem anomalam* remotior fit gradu æqualis proximiori, *vot.*22. *nu.*70. *p.*1.

Vulgaris anomalæ, ſeù repræſentationis beneficio ulterior Subſtitutus in locum gradus caducati admittitur, quoties ſubſtitutio merè fideicommiſſaria non eſt, *vot.*37. *nu.*55. *p.*1.

Vulgaris anomala à repræſentatione differt, *vot.*22. *nu.*72. *p.*1.

Subſtitutioni vulgari anomalæ faciliùs fit locus, quando agitur de ingreſſu in plures lineas proximiorum, æqualiter vocatorum, *vot.*22. *nu.*69., & *vot.*37. *num.*61., & *ſeq. p.*1.

Subſtitutio vulgaris anomala reſultat ex verbo communi = *ſubſtituit* =, ac ſimilibus, *vot.*37. *nu.*56. *p.*1.

Caducato ob ſuperviventiæ defectum primo gradu ſubſtitutionis *vulgaris*, in *campendioſa* contentæ, non caducantur ceteri, *vot.*36. *num.*27. *part.*1.

Secos in ſubſtitutione *fideicommiſſaria*, cui ut locus eſſe poſſit, verificari priùs oportet conditionem, præcedenti ſubſtitutioni adpoſitam, *ibid. nu.* 28.

Subſtitutionis diverſa ſpecies *per fideicommiſſariam* induci nequit, *vot.*7. *nu.*16. *p.*1.

Compendioſam ſubſtitutionem efficit iodefinita mortis conditio, *vot.*37. *nu.*57. *p.*1.

Etiam, cum non reſpicit quodcumque tempus, *ibid. nu.*58.

Et maximè, ſi quodcumque tempus complectatur, *ibid. nu.*59.

Subſtitutio reciproca non præſumitur, *vot.*11. *nu.*23. *part.*1.

Maximè in teſtamento tranſverſalis, *ibid.*

Reciproca non præſumitur, niſi expreſſa ſit, vel neceſſariò ab expreſſis inferatur, *vot.*10. *nu.*50. *part.*1.

Subſtitutionem reciprocam ſi, qoaodo Teſtator voluit, hoc dixit, quando non dixit, noluiſſe cenſetur, *vot.*10. *nu.*42. *p.*1.

Reciproca Subſtitutio in una, *eademque linea* faciliùs inducitur, *vot.*10. *num.*46. *p.*1.

Minuſque odioſa dicitur, *ibid. nu.*148.

Subſtitutio linearis reciproca, niſi expreſſa ſit, non præſumitur io præjudicium filiæ, *vot.*11. *num.*24. *p.*1.

Reciproca linearis inducitur, ſi hæc tria concurrant requiſita, omnium vocatio, ſubſtitutio facta ultimo morienti, eademque in tota hereditate, *vot.*11. *à nu.*67. *ad* 73., *vot.*22. *nu.*51., & *vot.*30. *num.*2. *p.*1.

Reciprocæ linearis requiſita, ſufficit, ſi per æquipollens impleantur, *vot.*30. *nu.* 16. *p.*1.

Reciproca linearis licèt non adſit expreſſa, tacitè reſultare valet, *vot.*30. *nu.*1. *p.*1., & ex quibus? *ibid.*

Reciproca linearis; licèt non concurrant ejus tria requiſita, conjecturis, & argumentis induci poteſt, *vot.* 30. *num.*17., & *vot.*38. *numer.*14. *part.*1.

Etiam in diſpoſitione Tranſverſalis, *dict. vot.*30. *num.* 20.

Declara, graviores requiri conjecturas in diſpoſitione Tranſverſalis; quàm in diſpoſitione Aſcendentis, *ibid. nu.*21.

Ubi verò præſumptiones, & conjecturæ vagæ ſunt & æquivocæ, non eſt à regula de fideicommiſſis non multiplicandis recedendum, *dict. vot.*38. *nu.*16., & 38. *p.*1.

Conjecturæ pro *lineari reciproca* in diſpoſitione Tranſverſalis adferuntur *dict. vot.* 30. *num.*23., & *ſeq.*

Reciprocam linearem arguit excluſio Fiſci in caſu delicti, *vot.*30. *nu.*61. *p.*1.

Item digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, *ibid. nu.*62.

Tum etiam Inſtitutorum, & Subſtitutorum vocatio facta cum clauſula = *in ſtirpes*, & *non in capita* =, *ibid. nu.*65.

Maximè autem illam arguit ſubſtitutio filiarum ipſius Teſtatoris, in defectu omnium heredum ſinè maſculis ordinata, *ibid. numer.* 66., & 68.

Quando præſertim eſt in tota hereditate, *dict. nu.* 68., & *nu.*70.

Ad *reciprocam linearem* inducendam inter maſculos, valdè confert indefioita excluſio fœminarum, *vot.*30. *nu.*44., & 45. *p.*1.

Tamquam generaliter complexiva cujuſcumque lineæ, *ibid.*

Reciprocæ inter maſculos ex maſculis argumentum præbet vocatio deſcendentium ex fœminis

Digitized by Google

nis, nonniſi poſt extinctam Maſculorum lineam, *vot. 22. nu. 50. p. 1.*

Sinè *reciproca lineari* locum habere nequit fœminarum excluſio favore maſculorum, neque Bonorum apud eos conſervatio, *vot. 30. num. 45., & 69. p. 1.*

Subſtitutio linearis reciproca ex agnationis conſervandæ voto infertur, *vot. 11. num. 61. p. 1.*

Concurrentibus præſertim prohibitione alienationis, notâ perpetuitatis, & collectivo nomine plurium perſonarum, & graduum, *ibidem num. 62.*

Subſtitutio reciproca linearis ut cenſeatur ex agnationis contemplatione inducta, neceſſe eſt, ut voluntas Teſtatoris aliter impleri nequeat, *vot. 38. num. 19. p. 1.*

Reciproca inter maſculos *utriuſque lineæ* inducta cenſetur ex maſculorum utriuſque lineæ vocatione, *vot. 30. num. 67. p. 1.*

Reciprocam voluiſſe cenſetur Teſtator prohibens Bonorum alienationem in Extraneos, ut perpetuò in familia remaneant, *vot. 30. num. 29., & vot. 38. nu. 24 p. 1.*

Præſertim, ubi in ejuſmodi prohibitione uſus eſt nominibus collectivis *familiæ*, & *poſteritatis ſuæ maſculinæ*, *dict. vot. 38. nu. 25.*

Relictum enim pluribus ſub nomine collectivo, debetur omnibus ſub illo comprehenſis, donec aliquis ſuperſtes eſt, *ibid. nu. 26.*

Quod fortiùs procedit, quando Deſcendentes maſculi collectivè, & ſub unicâ oratione vocantur verbis indefinitis, ſæpiùs inculcatis, *ibid. num. 27.*

Pro inducenda *reciproca de linea ad lineam* conjecturæ unitim conſiderandæ ſunt, *vot. 38. nu. 33. part. 1.*

Et faciliùs eam inducunt in fideicommiſſo, ab Aſcendente condito, *ibid. nu. 34.*

Immo unica, & quidem levis conjectura ſufficit, *ibid. nu. 35.*

Deciſioni in *Romana fideicommiſſi de Cecchinis*, in objecto allegatæ, reſpondetur, *ibid. num. 36., & ſeq.*

Reciprocam de linea ad lineam ut inter Tranſverſales inducant conjecturæ, urgentiores eſſe debent, *vot. 38. nu. 37. p. 1.*

Reciproca ſubſtitutio ex collectivo plurium nomine, *linearis* non intelligitur, ſed potiùs *diſcretivè*, *vot. 11. nu. 80. p. 1.*

Præſertim in Tranſverſalibus, *ibid.*

Secùs, ſi habita eſt ratio agnationis conſervandæ, cum perpetua alienationis prohibitione, *vot. 11. nu. 81. p. 1.*

Tunc enim fœmina in ſua linea proximior excluditur per Agnatum alterius lineæ remotiorem, *ibid. nu. 82., & 83.*

Quod maximè procedit, ſi plures lineæ maſculinæ ſub nomine collectivo vocatæ, & ſubſtitutæ fuerint, *ibid. num. 84.*

Reciproca non de *linea ad lineam*, ſed *diſcretivè* in unaquaque linea debet cenſeri inducta, quoties duplicem ab initio lineam Teſtator conſtituerit, *vot. 30. nu. 52. p. 1.*

Secùs, eâ duplici lineâ per modum unius conſideratâ, *ibid. num. 54.*

Intelligitur autem per modum unius, ſi Teſtator hereditatem ſuam ſingulariter expreſſit, *ibid. num. 55.*

Item, ſi in *poſteritate*, non in *poſteritatibus* Bona conſervari, præcepit, *ibid. num. 56.*

Et, ſi alteri ex heredibus, ſinè filiis decedenti, ſubſtituit ſuperviventem, vel ejus filios, *ibid. num. 58.*

Reciproca linearis à Teſtatore inducta cenſetur, ex volita ab eo, in poſteritate ſua, integra Bonorum conſervatione, *vot. 30. numer. 23., & 25. part. 1.*

Reſultatque ex ipſomet adhibito *poſteritatis* nomine, *ibid. nu. 26. 27. 28., & 57.*

Elicitur etiam ex vocatione alterius ſucceſſoris in caſu delicti, *ibid. numer. 30.*, & ratio *numer. 31.*

Reciproca inter ulteriores maſculos *utriuſque lineæ* eò magis volita cenſenda eſt, quoties in defectu maſculorum fœminæ, earumque filii ad totam hereditatem vocati fuerint, *vot. 30. nu. 71. p. 1.*

Reciprocæ, etiam de *linea ad lineam* in fideicommiſſo aſcendentali argumentum præbet requiſita maſculinitatis, & legitimitatis qualitas, *vot. 30. nu. 46., & 60. p. 1.*

Subſtitutio reciproca linearis, non excluditur ex eo, quod Teſtator plures inſtituerit filios, ſicque plures conſtituerit ab initio lineas, *vot. 38. nu. 42. p. 1.*

Reciprocam linearem non impedit inſtitutio ab initio facta de pluribus, quando nulla à Teſtatore facta fuit Bonorum diviſio, nec diſcretivè conſiderati filii, & contrà pro ea inducenda legitimæ concurrunt conjecturæ, *vot. 38. num. 44. p. 1.*

Et hoc faciliùs procedit favore Deſcendentium, *ibid. num. 45.*

Subſtitutio reciproca linearis faciliùs volita à Teſtatore cenſetur ſuper Bonis particularibus ob peculiarem affectionem erga illa, *vot. 38. num. 32. part. 1.*

Reciproca linearis faciliùs in diſpoſitione reali admittitur, *vot. 30. num. 39. p. 1.*; Quando autem realis ſit? *à nu. 40. ad 43.*

Reciproca volita à Teſtatore cenſenda eſt, etiam de *linea ad lineam*, quoties aliter ejus voluntas nequiret adimpleri, *vot. 30. nu. 22., & 53., & vot. 38. pariter num. 22. p. 1.*

Procedit, non curato etiam, an ab initio unam, vel plures lineas conſtituerit, *dict. numer. 30. num. 53.*

Ad *reciprocam linearem* inducendam requiſita *omnium vocatio*, ſatis reſultat ex his verbis = *morendo tutti li detti ſuoi eredi ſenza figli maſchi* =, *vot. 30. num. 3. p. 1.*

Subſtitutione expreſſim non factâ in *totâ hereditate*, fideicommiſſum reciprocum excluditur, *vot. 10. nu. 34. p. 1.*

Præſertim verò, ſi nulla hereditatis mentio facta eſt, *ibid. nu. 36.*

Reciprocu ſubſtitutio non inducitur ex mentione *hereditatis indefinita*, & ſinè adjecto totalitatis, *vot.10. nu.39. p.1.*

Nec locum tunc habet Regula, quod *indefinitu dictio æquipollet univerſali*, *ibidem numer.* 40.

Secus tamen eſt, quoties inter Deſcendentes agitur, *ibid. nu.*121.

Reciprocu ſubſtitutio in *totalitate* reſtitutionis fundatur, *vot.10. nu.38., & 51. p.1.*

Subſtitutio ſi non eſt in *tota hereditate*, debet intelligi facta in portione ultimi dumtaxat morientis, *vot.10. nu.35., & 37. p.1.*

Subſtitutio quando in *tota hereditate* cenſeatur facta? *vot.30. num. 12. 18., & ſeq. p.1.*

Subſtitutio facta cohærenter ad univerſalem inſtitutionem, in *tota hereditate* facta dicitur, *vot. 11. nu.71. p.1.*

Subſtitutio fœminarum facta abſque ſpecificatione quotæ, ad quam eſſent ſubſtitutæ, in *totu hereditate* arguitur, *vot. 30. numer.13. part.1.*

Si præſertim univerſalis praceſſerit heredum inſtitutio, *ibid. num.*14.

Subſtitutio in tota hereditate, etiam interpretative reſultare poteſt, *vot.22. nu.52. p.1.*

Et præſertim ex indefinita totius hereditatis expreſſione, *ibid. nu.*53.

Maximè autem, ſi ſtet continuativè ad inſtitutionem, *de tota hereditate* factam, *ibid. numer.* 54.

Subſtitutio in tota hereditate favore Extraneorum, & non etiam favore Deſcendentium repugnat, *vot.22. nu.55. p.1.*

Subſtitutio quod ſit facta *ultimo morienti*, quibus ex verbis demonſtrari valeat? *vot.30. numer.* 8. *part.1.*

Subſtitutio ut cenſeatur *ultimo morienti* facta, ſat eſt, id æquipollenter poſſe colligi, atque interpretativè, *vot. 11. nu.69. part.1.*

Quin etiam *ultimo morienti* adjectum intelligitur reſtitutionis onus, ſi nullus alius expreſſus ſit, *ibid. nu.* 70.

Subſtitutio ultimo morienti, quando agitur de Deſcendentibus, ſatis colligitur ex conjecturis, *vot.22. nu.56. part.1.*

Atque ex eo, quod ſit facta in defectu lineæ, ſeù deſcendentiæ, *ibid. nu,*57.

Subſtitutionem ultimo morienti perhibent verba = *e mancando eſſo Signore &c. ſenza figli* = *vot. 11. nu.68. part.1.*

Subſtitutio, non deſignato maſculo, à quo hereditas reſtituenda ſit, *ultimo maſculo* facta cenſetur, *vot.30. nu.19. p.1.*

Reciproca expreſſim inter primos inſtitutos ordinata, faciliùs inter ulteriores vocatos *repetitu* cenſetur, *vot. 10. numer. 127., & vot. 30. num. 47. part. 1.*

Accedentibus præſertim verbis his = *& prædictas ſubſtitutiones fecit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum* = *dict. vot.10. nu.*126.

Maximè, ſi ordinata expreſsè fuerit etiam favore filiorum præmorientis, *ibid. nu.*50.

Quo caſu *repetita* cenſetur inter filios, ac nepotes cujuſque lineæ, ſeù columnelli, *ibid.*

Expreſsè autem ordinata quibus ex verbis dicenda ſit? *nu.*49.

Subſtitutio reciproca ordinata inter primos heredes cognitos & dilectos, volita etiam cenſetur quoad eorum Deſcendentes remotos, atque incognitos, *vot.29. nu.18., & 20. part. 1.*

Præſertim, ſi reſtricta non fuerit ad filios inſtitutos, ſed extenſa etiam ad filios præmorientium, *ibid. nu.*19.

Ex *reciproca* à Teſtatore expreſſa in primis, atque ultimis ſubſtitutionibus, eadem in intermedia ſubſtitutione conijcitur reciprocandi voluntas, *vot.30. nu.82. part.1.*

Subſtitutio reciproca non habet vim prorogandi fideicommiſſi, cum, nonniſi activam vocationem inter ulteriores in conditione poſitos inducat, *vot.7. nu.38. part.1.*

Ex *ſubſtitutione reciproca* arguitur fideicommiſſi progreſivitas, *vot.7. nu.69. p.1., & vot.6. nu.43., & 47. p.2.*

Reciprocu ordinata inter filios filiarum Teſtatoris ſubſtitutos, perpetui fideicommiſſi conjecturam præbet, *vot.34. nu.32. p.1.*

Ex *reciproca ſubſtitutione* inter primos vocatos, certò inducitur vocatio filiorum in conditione poſitorum, *vot.13. num.28. p.1.*

Præcipuè, quando poſt reciprocam illam ſubſtitutionem ſunt invitati Extranei, *ibid. numer.* 29.

Reciproca ordinata inter filios fœminarum, nec tamen in eorum filiis repetita, ſufficiens conjectura non eſt comprehenſionis nepotum ſub filiorum nomine, *vot.34. num.114. p.1.*

Subſtitutio reciproca favore filiarum facta, *etiam che elle muojano con figliuoli*, indicat fideicommiſſum ad earum dumtaxat vitam duraturum, *vot.19. nu.17. p.1.*

Excluditque tacitam earumdem vocationem, *ibid nu.*18.

Procedit, licèt agatur de admittendo Extraneo, *ibid.*

Secùs tamen eſt, ſi deficiant verba, & clauſulæ taxativæ, *ibid. nu.*75.

Reciproca ſubſtitutio inter maſculos ordinata, non operatur fideicommiſſi extenſionem ad perſonas non expreſſas, *vot.15. nu.13. p.1.*

A *reciproca* ordinata in caſu delicti, benè ad *reciprocam* infertur in caſu obitus, *vot.30. nu.31. part.1.*

Saltem per viam declarationis, ſive interpretationis voluntatis Teſtatoris, *ibid. num.* 32.

Præſertim, ſi diverſa ratio inter utrumque caſum aſſignari nequeat, *ibid. numer.* 33., *& 35.*

A *reciprocu* ordinata in caſu delicti, benè ad reciprocam infertur in caſu obitus in diſpoſitione principaliter directa ad Bona conſervanda, *vot. 30. nu.35. p.1.*

Vid. *Subſtitutus.*

SUB-

SUBSTITUTUS.

Subſtitutus quis ſibi ipſi eſſe nequit, *vot. 22. num. 89., vot.42. num. 42. part. 1., & vot.4. nu. 41. part.2.*

Subſtitutum quem eſſe ſibi ipſi, abſurdum eſt, *vot.12. num.118.p.1.*

Subſtitutus dici nequit, qui ante caſum ſubſtitutionis moritur, *vot.36. nu.9.p.1.*

Subſtituti cenſendi ſunt tàm primi, quàm ulterioris gradus filii, ubi nulla dignoſcitur diſcriminis ratio, *vot.36. nu.58. p.1.*

Subſtituti non veniunt ſub nomine primorum heredum, *vot.7. nu.4. p. 1.*

Subſtituti propriè heredes non ſunt, *vot. 43. num. 73. part.1.*

Ad *Subſtitutos* trahi nequit agnationis conſervandæ ratio, quoad inſtitutos conſiderata, *vot. 34. num.94. part.1.*

Ad ulteriores *Subſtitutos* nequeunt referri verba = *miei eredi* = quoties illa alia ſubſequantur verba = *e loro Deſcendenti* =, *vot.43. nu.75. part.1.* ratio *ibid. & nu.76., & 77.*

Subſtituti propriè *heredum* nomine non veniunt, præſertim quando in ſubſtitutione adſunt verba = *detti ſuoi* = *vot.32. nu.7.8., & 9.*

Subſtitutis æquè, ac primis inſtitutis congruit *heredum* nomen, *vot.32. nu. 10. part. 1.*

Subſtituti dicuntur veri, ac proprii heredes, *vot. 32. num.21. p.1.*

Verbaque illa = *detti ſuoi* = ſi adjecta poſt vocationem Deſcendentium omnium, etiam ad ſubſtitutos referuntur, *ibid. nu.12.*

Subſtituti omnes, præter Aſcendentes, & Deſcendentes, dicuntur extranei in concurſu cum Deſcendentibus alterius lineæ, priùs admiſſæ, *vot.8.num.158. part.1.*

Ulterior ne admittatur *Subſtitutus*, ſufficit, ſi, ex præcedenti ſubſtitutione veniens, alius exiſtat, *vot.45. nu.54.part.1.*

Etiam ſimpliciter in conditione poſitus, *ibid.*, & ratio *nu.55.*

Subſtitutus ut excludatur, ſufficit ſola exiſtentia perſonæ ſub conditione comprehenſæ, *vot. 12. nu.71. p.2.*

Subſtitutus ſub conditione extinctionis alicujus lineæ, non admittitur, niſi eam penitùs extinctam probet, *vot.8. nu.160. p.1.*

Ulteriorem *Subſtitutum* excludit non ſucceſſio, aut capacitas ſuperviventis, ſed defectus conditionis, *vot. 8. numer. 163., & vot.45. nu.55. part.1.*

Præſertim, quando ſubſtitutio concepta eſt per verba *tunc, & eo caſu*, *dict. vot.8. num. 164.*

Subſtitutum quis valet excludere, licèt non ſit capax ſuccedendi, *vot.45. num.56.p.1.*

Subſtituto oppoſita exceptio exiſtentiæ proximioris, eſt quoad ipſum Subſtitutum exceptio juris incerti, *vot.28. nu.39. p.1.*

Nec poteſt eſſe ejuſdem intentionis excluſiva, *ibid. num.46., & ſeq.*

Præſertim, quia tale jus pendet ab ipſius proximioris voluntate, *ibid.nu.1.*

Eoque non opponente, nequit opponi, *num.41.* amplia *ut nu.46.*

Subſtitutus, licèt incapax tempore teſtamenti, ſat eſt, quod capax ſit, quando purificatur ſubſtitutio, *vot.2. numer.27., & vot.6. numer.50. p.1., & num. ſeq.*

Excluſo primo, vel quia nolit, vel quia non poſſit, res ulterioribus defertur *ſubſtitutis*, *vot. 28. num.57. p.1.*

Et hi jure ſuo capere dicuntur, *ibid.*

Ulteriorum *Subſtitutorum* admiſſioni non officit deficientia gradus intermedii, quoties perpetuum ordinatum fuerit fideicommiſſum, ac perpetua Bonorum conſervatio volita, *vot. 2. num.160. p.1.*

Subſtitutorum ſubingreſſus in gradum caducatum valde confert conſervationi Bonorum, à Teſtatore volitæ, *vot.1. nu.162., & vot.37. num. 67. part.1.*

Præſertim in diſpoſitione ordinata per viam perpetuæ primogenituræ *dict. vot. 1. numer.163.*

Subſtituti ſuperexiſtentia quod requiratur tempore mortis heredis gravati, voluntarium omninò eſt, *vot.36. num.24. p.1.*

Subſtitutus contendens, adquiſitiones à Teſtatore fuiſſe factas, debet id probare, *vot.18.num. 117. p.2.*

Subſtitutus in uno caſu, retractare nequit alienationes, in aliis caſibus factas, *vot.18. nu. 159. part.2.*

Subſtituto immiſſio danda non eſt, niſi doceat, nullas heredi competere detractiones, *vot. 18. num.66.p.2.*

Eaque non conceditur, donec aliquid heredi detrahendum ſupereſt, *ibid. nu. 68., & 165.*

Pro deneganda *Subſtituto* immiſſione ſufficit ſola poſſibilitas detractionum, ab herede faciendarum, *vot.18. nu.166.p.2.*

Præſertim, quando res eſt cum *Subſtituto*, agente vigore contraventionis, atque caducitatis, ab herede incurſæ, *ibid. nu.167.*

Subſtituto agenti ex contraventione heredis, diſponentis de Teſtatoris Bonis, incumbit onus probandi, nullum heredi jus ſuper iiſdem Bonis competiiſſe, *vot. 18. numer. 49., & 165. part.2.*

Pro deneganda *Subſtituto* immiſſione non ſufficiunt credita turbida, atque illiquida, *vot. 18. num.63. p.2.*

Subſtitutus Legatum alicui præſtandum donec ad vigeſimum perveniat annum, *ſtatim*, eo mortuo, poteſt petere, vigeſimo anno non expectato, *vot. 31. num.8. part.1.*

Subſtituto ſtatim debetur uſusfructus, uxori ad decennium relictus, licèt ante decennium uxor decedat, *vot.31. nu.9. p.1.*

Legatum uxori relictum, donec vidualem vitam ſervaverit, & poſt ejus obitum alteri, *Subſtituto*, ſtatim poſt tranſitum uxoris ad ſecundas nuptias, debetur, *vot.31. nu.10. p.1.*

Subſtitutis etiam facta trebellianicæ prohibitio, argu-

argumentum præbet fideicommiſſi perpetui, *vol.34. nu.8.*, *&* *14. part.1.*

Ejuſdem detractionis probibitio, *Subſtitutis* facta, inutilis oon remaoet; & quare? *ibid. numer.17.*

Ex injuncto *Subſtitutis* primogenituræ ordine rectè arguitur vocatio filiorum io conditione poſitorum, *vol.21. nu.50. part.1.*; Declara ut *num. 52.*, *&* *53.*

SUCCEDERE.

Succedendi capacitatem tribuit qualitas moderatrix diſpoſitionis, nullâ habitâ ratiooe lineæ, & gradus, *vol.14. nu.16. p.1.*

Succedendi incapax, jus nullum tranſmittere poteſt ad filios, & Deſcendentes, *vol. 33. numer. 41. part.2.*

Succedere quis licèt non valeat, Subſtituti admiſſionem poteſt impedire, *vol.12. nu.72. p.2.*

Succedendi ordo à Teſtatore præſcriptus, ſervandus eſt, *vol.28. num.5. p.1.*

Succedendi modus, à Teſtatore præſcriptus, indoli etiam fideicommiſſi repugnans, ſervandus eſt, *vol. 1. nu. 128.*, *&* *vol.14. nu. 72. p.1.*

Succedendi modus in priori ſubſtitutione præſcriptus, in ſecunda repetitus cenſetur, ſi eam Teſtator ſcripſerit = *con le medeſime condizioni, e carichi* =, *vol.23. nu.11. p.2.*

Modus *ſuccedendi* = *per ordine di primogenitura* = idem eſt, ac juxta lineæ prærogativam, & regularis primogenituræ inſtitutionem, *vol. 33. num.7. p.2.*

Accedente præſertim onere aſſumendi cognomen, & inſignia familiæ, *ibid. nu.8.*

Succedere in ſtirpes, & *ſuccedere in capita* opponuntur inter ſe, *vol.25. num. 41. p. 1.*

Succedi in ſtirpes dicitur, quando non capitum, ſed ſtirpium ratio habetur, *vol.25. nu.42. p.1.*

Hoc eſt, quando non virilis portio cuique tribuitur, ſed filii unius dimidiam partem ferunt, alteram verò dimidiam filii alterius, licèt oumero pauciores, *ibid. nu.43.*

Frater fratri ab inteſtato *ſuccedit*, *vol.27. nu. 42. p.1.*; Vid. *Succeſſio*.

SUCCESSIO.

In *Succeſſionibus* primum locum occupat linea, ac io ea gradus, *vol.28. nu.10. p.1.*

Succeſſio in unam lineam ingreſſa, ab ea non egreditur, dooec ſupereſt perſona ſucceſſionis capax, *vol.2. nu.57.*, *vol.28. nu.11.*, *&* *66. p.1.*, *&* *vol.31. nu.30. p.2.*

Succeſſio, quouſque io linea gravati adſunt Deſcendentes, continuare in illis debet, *vol.43. nu. 110. p.1.*

Succeſſio per gradus deferenda, de uoo io alium gradum debet decurrere, *vol.1. nu.31.*, *&* *vol. 2. nu.57. p.2.*

Uno autem non poſito, aliorum non datur graduum continuatio, *ibid. dict. vol.1.*, *&* *2.*

Succeſſio de gradu in gradum verificatur ſolùm de filio in filium, & de Deſcendeote in Deſcendentem, *vol.43. nu.67. p.1.*

In *Succeſſionibus* deferenda ſecundùm prærogativam gradus, proximitas ultimo gravato, non gravanti attenditur, *vol.28. num.6.14.22.*, *&* *65. part.1.*

In *Succeſſionibus* prima, & potior cauſſa eſt illa Liberorum, *vol.43. nu.108. p.1.*

Sive de legitima, ſive de teſtamentaria diſpoſitione agatur, *ibid.*

Succeſſionem continuaot etiam filii naturales, *vol. 8. nu.139. p.1.*

Ad *Succeſſionem* contra mentem Teſtatoris non debet quis admitti, *vol.16. nu.15. p.1.*

A *Succeſſione* excluditur, cui objici poteſt exceptio illa = *ſubſtitutio de te non loquitur* =, *vol. 14. nu.17.*, *vol.15. nu.5.*, *vol.19. nu.2.*, *&* *vol. 23. num.1. p.1.*

Succeſſio ei defertur, qui Defuncto cariſſimus fuiſſe creditur, *vol. 12. numer. 122.*, *&* *125. part.1.*

Succeſſio delata ex diſpoſitione hominis, eſt favorabilis, & exteoſivam interpretationem recipit, *vol. 2. nu.125. p.2.*

Ad *Succeſſionem* admittuntur illi de *domo*, *&* *familia*, quamvis io diverſis Civitatibus, & Provinciis commorentur, *vol.20. nu.47. p. 2.*

Succeſſio eſt de jure communi deferenda fœminæ proximiori, in excluſionem Agoati remotioris, *vol.20. nu.1. p.2.*

Secùs ex *Statuto Urbis 146.*, *ibid.*

Succeſſio in vim vocationis, collectivæ factæ, ſucceſſivo ordine, non ſimultaneè defertur, *vol. 28. num.1. p.1.*

Accedente præſertim Teſtatoris voluntate, *ibid. num.4.*

Succeſſionis regula ducenda eſt à perſona, deſignata à Teſtatore, *vol.41. num.21. p.1.*

Succeſſionis irregularem ordinem Teſtator præſcribere poteſt, *vol.2. nu.3. p.1.*

Et ordo ita præſcriptus, eſt ſervandus, *ibid. num. 36.*

Succeſſiones pactis, legibus, ac Regionum moribus variari poſſunt, *vol.27. nu.3. p.2.*

In *Succeſſionibus* conſuetudo, quantum Lex ipſa ſcripta, valet, niſi expreſsè prohibita reperiatur, *vol. 27. num.4. p.2.*

Succeſſio ex conjunctione ſanguinis defertur ad decimum uſque gradum, *vol.1. nu.19. p.2.*

In *Succeſſionibus* ex voluntate Teſtantium, ſeù, ex Statuto, Agnatis deferendis, agnatitii tantùm vinculi ratio habenda eſt, poſthabito prorſus gradu cognatitio, *vol.2. num.66. p.2.*

Doctrinæ loquentes de *ſucceſſione* iu fideicommiſſis, & majoratibus maſculinis, & agnatitiis, non ſunt applicabiles, ubi agitur de inteſtata ſucceſſione, ex Lege *Statuti* deferenda, *vol. 2. num.117. part.2.*

In *Succeſſione*, ex *Statuto* deferenda illud dumtaxat attenditur vinculum, quod Statuentes voluerunt, *vol.1. num.44. part.2.*

Duplici autem ſimul concurrente vinculo, non ideo validius unumquodque efficitur, ſed ambo ſuas qualitates retinent, *ibid. nu.45.*, & *vid. nu. 61.*, *&* *ſeq.*

Du-

Duplex qualitas, ſeù vinculum in *ſucceſſionibus* tunc attenditur, cum unumquodque ſufficiens eſt ſeorſim ſumptum, *vot.1. nu.61.*, & *vot. 2. num.26.p.1.*

In *Succeſſione* fraterna is præfertur, qui pluribus vinculis conjunctus eſt, *vot.12. numer. 148. part. 1.*

Concluſio non habet locum, ſi frater non ſui, ſed heredis gravati proximiores ſubſtituit, *ibid. num.149.*

Tunc enim non gravantis, ſed gravati proximitas attenditur, *ibid. nu.150.*

Præſertim, ſi de primogenitura agatur, *ibid.nu. 151.*, ratio *nu.152.*

A *Feudi ſucceſſione* regulariter fœminæ repelluntur, *vot.6. num.34. part.1.*

Succeſſio ad *Prioratum Ordinis S. Stephani* reſtringenda eſt ad caſum expreſſum, *vot.32. numer.52. part.2.*

Succeſſio Commendæ, & *Prioratus* regulam ſumit à lege præſcripta in ejus fundatione, *vot.32. nu. 49. p.2.*

In *ſucceſſione* præſcriptus *primogenituræ* ordo, diſpoſitionem extendi poſtulat, *vot.1. numer.103. part.1.*

Succeſſio fideicommiſſaria dominium transfert in gravatum, pro tempore ſuccedentem, *vot.41. num.35. p.1.*

Succeſſio fideicommiſſaria ab ultimo moriente, non autem à Teſtatore deferri dicitur, *vot.28. num. 7. p.1.*

Succeſſio fideicommiſſaria æqualiter dividenda eſt inter perſonas, ultimo defuncto pari gradu conjunctas, *vot.22. num.59. p.1.*

Succeſſio fideicommiſſaria eſt ad normam inteſtatæ ſucceſſionis deferenda, *vot.22. num.58.*, & *vot. 43. num.109. p.1.*

Succeſſio ab inteſtato nil aliud eſt, quàm tacitum teſtamentum ex voluntatis conjectura, *vot.22. num.126. part.1.*

Succeſſionem ab inteſtato impedit quæcumque alienationis ſpecies, quæ exprimi, aut cogitari poſſet à Teſtatore prohibita, *vot.6. num.26. part.2.*

In *ſucceſſione inteſtata*, ſecluſo repræſentationis beneficio, proximior remotiorem excludit, *vot.25. num.93. p.1.*

Secus eſſe poteſt in ſucceſſione teſtata, *ibidem num.94.*

In *ſucceſſione inteſtata* Linea, utrinque conjuncta, non utrinque conjunctæ præfertur, *vot.12. num. 146. p.1.*

In *ſucceſſione inteſtata*; Conſobrini, ſeù Patrueles, Patruo non concurrente, Amita, vel Avunculo, in ſtirpes non ſuccedunt, ſed in capita, *vot. 25. num.38. p.1.*

Secus in *ſucceſſione* ex *teſtamento*, quo contrarium diſponatur, *ibid. num.39.*

Succeſſionis retrogradatio non admittitur, *vot.31. nu.29. p.2.*

Succeſſionem in ſuſpenſo manere non vult, qui ſubſtituit filios, & Deſcendentes, tempore delatæ ſucceſſionis viventes, *vot.33. num.45. part.2.*

Ad certas *ſucceſſiones* renunciationem non reſtringit facta illarum enumeratio, *vot.4. numer.37. part.1.*

Si præſertim verba adſint generalia, *ibidem numer.39.*

Enumeratio ejuſmodi fieri ſolet de Notariorum Stylo, *ibid. num.38.*

Succeſſio in capita excluditur ex verbis = *ad invicem in ſtirpes ſubſtituit* = *vot.25. nu.40. p.1.*

Succeſſio in ſtirpes, & *in capita* diſparitatem gradus, & concurſum à duplici, diverſoque Aſcendente præſupponit, *vot.30. num.65. p.1.*

Talis autem ordinata ſucceſſio validiſſimum linearis reciprocæ argumentum præbet, *ibidem*.

SUCCESSIVUS ORDO.

Succeſſivus ordo inter filios primi gradus, utpotè unum gradum conſtituentes, dari nequit, *vot. 15. nu.52. part.1.*

Succeſſivus ordo inter fratres verificari nequit, niſi per diverſorum graduum perſonas, *vot.15. nu. 54. p.1.*

Præſertim, ſi de primogenitura agatur, *ibid. nu. 55.*; & ratio *ibid.*

Succeſſivus ordo reſultans ex nomine plurium graduum collectivo, activus dumtaxat eſt, *vot.34. nu.48. p.1.*

Nec ſufficit ad fideicommiſſum inducendum, *ibid.*, & *num.90.*

SUCCESSOR.

In *Succeſſorem* univerſalem tranſit univerſum jus activum, & paſſivum Defuncti, *vot.14. num. 55. p.1.*

Succeſſorum vocatio nominibus, & verbis indifferentibus, ſuâpte naturâ nedum Maſculos, ſed etiam fœminas comprehendit, *vot.39. num.54.*, & *58. part.1.*

Secus, ſi Teſtator in voto habuit familiæ, & agnationis conſervationem, *ibid. num.55.*

Quod intelligè, ut fœminæ, exiſtentibus dumtaxat Maſculis, excluſæ cenſeantur, *ibidem num.56.*

Succeſſores in fideicommiſſo expenſas pro tuendis Bonis, & juribus fideicommiſſi heredi gravato reficere tenentur, *vot.44. num.259. p.1.*

SUITAS, SUUS.

Suitatis jura amittuntur aditione, non item abſtenſione, *vot.24. nu.87. part.2.*

Suitas filio eſt pro aditione, *vot.24. num.13. p.2.*

Suorum appellatione veniunt etiam fœminæ, *vot. 2. num.46. p.1.*

Pronomeo *ſuoi* comprehendit omnes Deſcendentes, ſeu heredes ſanguinis, *vot.2. num.10. p.1.*

SUMMA.

Summæ, ſeù *quantitatis* nomine Bona non veniunt, *vot.46. num.46. p.1.*; Limita, *ut num.53.*

Tàm *ſummam*, quàm Bona contenta in contractu Matrimonii, à filio initi, comprehendiſſe cenſetur Teſtator, generaliter mandans collationem eorum, quæ filius in eodem contractu acceperit, *vot.46. num.50. part.1.*

Amplia, *ut nu. ſeq*

Verbum *ſumma* referri debet ad ſummam, in contractu expreſſam, ſi ad aliam referri nequit, *vot.46. nu.18. p.1.*

SUPEREXISTENTIA.

Superexiſtentia Subſtituti quod requiratur tempore mortis heredis gravati, voluntarium omnino eſt, *vot.36. num.24. p.1.*

Superexiſtentia deſcendentium ex filiis uno eodemque tempore, quo iſti aderant, inveriſimilis eſt, *vot.31. num.14. part.2.*

Superexiſtentiam unicæ lineæ reſpiciens primogenituræ erigendæ reſervatio, non reſpicit caſum, quo unicus dumtaxat ſuperſit Donatoris filius, *vot.31. num.35. p.2.*

SUPERFLUITAS, SUPERFLUUM.

Superfluitas in omni diſpoſitione vitanda eſt, *vot. 34. num.84. part.1.*

Superfluitas ut evitetur, omnis capienda interpretatio eſt, *vot.17. num.132. p.2.*

Præſertim in contractibus, *ibid.*

Superfluitas verborum potiùs toleranda eſt, quàm ſit recedendum à Teſtatoris voluntate, *vot.14. num.70. part.2.*

Superfluitas potiùs toleranda eſt, quàm ſit admittenda interpretatio repugnans Teſtatoris menti, *vot.17. num.62. part.1.*

Procedit, licèt de Juriſperito Teſtatore agatur, *ibid. num.63.*

Superfluitas potiùs, quàm inſtantanea correctio præſumitur, *vot.31. num.22. p.2.*

Præſertim, ſi ex correctione induci velit primogenitura, *ibid. nu.23.*

A *ſuperfluitate* ſumptum argumentum tamquam nimis debile à Doctoribus reiicitur, *vot.14. nu. 66. p.2.*

Argumentum ejuſmodi eò minùs valet, quando, alio etiam intellectu admiſſo, ſuperfluitas ſequatur, *vot.14. num.67. part.2.*

Superfluum id non dicitur, quod aliquid operatur, etiam minimum, *vot.14. num.69. p.2.*

Superfluo dici nequeunt verba, adjecta ad exprimendum, quod communiter ſolet accidere, *vot.14. num.68. p.2.*

SUPERSTES.

Superſtitum ſubſtitutio frequens eſt, & habet tractum in futurum, *vot.36. num.12. part.1.*

Subſtituere *ſuperſtites*, vel *ſi ſupereſſent* idem eſt, *ibid. num.13.*

Superſtitum fœminarum ſubſtitutio conditionalis eſt, *vot.36. num.11. part.1.*

Sub vocatione fœminarum *ſuperſtitum* venire non poteſt filius præmortuæ, *vot.36. numer.10. part.1.*

Filios *ſuperſtitis* filii, non *ſuperſtitem* filiorum lineam appellaſſet Teſtator, ſi in caſum filii præmorientis diſponere voluiſſet, *vot.31. num. 41. p.2.*

SUPERVIVENTIA.

Superviventiæ qualitas adjecta verbo futuri temporis *ſubſtituit*, verificari debet ſecundùm tempus verbi, *vot.36. num.14. p.1.*

Superviventiæ conditionem dictio = *tunc* = alligat certo tempori, ab ipſa connotato, *vot.36. num. 17., & 61. part.1.*

Supervivens an ſit capax, vel non, in conditionibus non attenditur, ſed ſola illius exiſtentia, & an conditio evenerit, *vot. 8. numer. 162. part. 1.*

Superviventis capacitas non eſt, ſed conditionis defectus, qui excludit Subſtitutum, *vot.7. num. 163. part.1.*

T

TACERE.

T*Acuiſſe* quis præſumitur ob ſcientiam ſui mali juris, *vot.8. num.199. p.1.*

Juſta credulitas excuſat à reſtitutione fructuum, ſi *tacuit*, qui ad fideicommiſſum adſpirare poterat, *vot.25. num.82. part.1.*

TACITUM.

Tacitum ex tacito eliciendum non eſt, *vot.16. nu. 21. p.2.*

Tacitum ex tacito, ac *præſumptio præſumptionis* implicant, *vot.11. nu.63. p.1.*

Secus, ſi unum, ſivè una veniat in conſequentiam alterius, *ibid. num.64.*

In *tacitis*, & occultis conjecturæ dicuntur liquidiſſimæ probationes, *vot.7. nu.38. p.2.*

TACITURNITAS.

Sola *taciturnitas* ſufficiens non eſt ad inducendam adprobationem oneris in Legitima, *vot.5. nu. 40. p.2.*

Juncta tamen cum præcedenti adprobatione paternæ diſpoſitionis, acceptati oneris argumentum præbet, *ibid. num.41.*

TEMPERAMENTUM.

Licèt quid *ſtatim* debeatur, cum aliquo tamen *temperamento* temporis intelligitur, *vot.30. nu. 20. p.2.*

TEMPUS.

Cum præcedenti claro fideicommiſſo dubium primogenituræ *tempus* conciliandum eſt, *vot.31. nu. 26. part.2.*

Temporis ſpatium à ſtipulata fundi traditione, ad traditionem ipſam concedendum eſt, *vot.30. nu. 22. part.2.*

Conceptionis *punctum* ſub ſenſu non cadit, *vot.9. nu.3. part.1.*

De conceptionis *tempore* præciſo probanda ab allegante eſt inhoneſtas, ac meretricium Matris, quoties tractatus, ac denominatio pro filiatione urgeant, *vot.9. num.76. part.1.*

Temporis prorogati natura eſt, ut idem cum primo tempore reputetur, *vot.24. num.95. part.2.*

Temporis prorogatio facta intelligitur cum iiſdem omninò qualitatibus, quæ tempori prorogato inerant, *vot.24. nu.96. p.2.*

Heres non prohibetur, quominùs intra prorogatum *tempus* hereditatem adeat, *vot.24. num.92. p.2.* vid. *terminus.*

Temporis tractum ſucceſſivum preferens ſubſtitutio, fideicommiſſaria cenſetur, *vot.10. nu.83. p.1.*, amplia, *ut nu.84.*

Temporis tractum ſucceſſivum reſpiciens diſpoſitio, omnes complectitur primi heredis Deſcendentes, *vot.22. nu.18. p.1.*

Perpetuumque inter eos fideicommiſſum efficit, *ibid. num.19.*

Tra-

Tractus *temporis* reſpiciens primò vocatum, ad alias perſonas porrigendum non eſt, *vot.16. nu. 49. part.1.*

Tractus *temporis* ſucceſſivus ſufficit, ſi implicitè, & per ſolas conjecturas deſignetur, *vot.22. nu. 20. p.1.*

Tractus *temporis* ſucceſſivus ex conjecturis, non niſi concludentibus valet induci, *vot.34. nu.50. part.1.*

Idem ſatis reſultat ex vocatione Extranei poſt Deſcendentes omnes, *dict. vot.22. nu.21. p.1.*

Poſtque extinctam eorum *lineam*, & *deſcendentiam*, *ibidem nu.24. ad 26.*

Temporis tractum ſucceſſivum importat ſubſtitutio filiorum naſciturorum, *vot.10. num.81. p.1.*

Idem de vocatione aliorum, poſt Deſcendentes facta, *ibid. num.82.*

Ac de volita Bonorum conſervatione in familia, *ibid. nu.102.*

Temporis tractum ſucceſſivum importat digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, *vot.10. num. 80. p.1.*

Temporis tractum ſucceſſivum important verbum = *linea* =, & verbum = *deſcendentia* =, *vot.22. num.64. part.1.*

Temporis tractum ſucceſſivum importat dictio = *quandocumque* =, *vot.16. num.9. p.1.*

Temporis perpetuitatem, infinitatemque ſignificant dictiones = *in infinitum* =, *& perpetuò* =, *vot.14. nu.40., & vot.25. nu.33. p.1.*

Tractus *temporis* ſucceſſivus non importatur per nomina ſimpliciter collectiva plurium graduum, & perſonarum, *vot.34. nu.44. part.1.*

Niſi activa nedum, ſed etiam paſſiva vocatio ex verbis, & clauſulis reſultet, *ibid. n.45., & 46.*

Temporis diuturnitas efficit, ut Rei favore plura præſumi poſſint, *vot.18. num.3. p.2.*

Temporis diuturnitas Reo, ac poſſidenti multùm favet contra Actorem, *vot.18. num.9. p.2.*

Præſertim ex longa Actoris adquieſcentia contrario Judicato, *ibidem num.12.*

Temporis lapſus neque poſſeſſori prodeſſe, neque fideicommiſſario nocere poteſt, *vot.13. num. 63. p.1.*

Etiamſi ſit duorum ſeculorum, *ibid. num.64.*

Per *temporis* longiſſimi ſpatium nemo, mediocriter diligens, rem ſuam negligere cenſetur, *vot. 18. num.10. p.2.*

TERMINUS.

In *termino* prorogato geſtus actus, perinde habetur, ac ſi in primo termino factus fuiſſet, *vot.24. nu. 97. p.2.*

Vocatis ad fideicommiſſum præfigi debet *terminus* ad declarandum, an velint agnoſcere nec ne, *vot.28. num.25. p.1.*

Huic tamen cautelæ ſuppletur, præſtitâ cautione de reſtituendo iiſdem portiones ſuas, *ibid. numer.77.*

TERRITORIUM.

In *Territorio infeudato* nec ipſe Princeps legitimare poteſt, *vot.8. num.182. p.1.*

Quatenus tamen Princeps poſſit, poteſt etiam, qui facultatem ab illo habet, *ibid.*

TESTAMENTUM.

Teſtamenta, commendationeſque morientium ex affectione animorum natas, inquit *Cicero*, *vot. 12. num.125. part.1.*

Teſtandi facultas non jure Civili, ſed jure gentium data reperitur, *vot.27. nu.82. p.1.*

Cauſsâ tamen adquirendi ex *teſtamento*, jure civili prodita eſt, *ibid. num.83.*

Teſtamenti effectus à jure confertur in tempus obitus diſponentis, *vot.27. num.86. p.1.*

In *teſtamentis* ſi quæ ſinè die, vel conditione adſcribuntur, à die hereditatis aditæ præſtari debent, *vot.30. nu.8. p.2.*

Teſtamenti factio eſt publici juris, nempe *Romanorum*, *vot.27. num.84., & 86. p.1.*

Et propriè a Lege obvenire hereditates dicuntur, *ibidem.*

Ex *teſtamenti* verbis maximum veritatis teſtimonium eruitur, *vot.31. nu.9. p.2.*

Teſtamenti contextus maximum præbet boni juris argumentum, *vot.35. nu.2. p.1.*

In *teſtamentis* conſcribendis, ex deſidia, vel imperitia, ortæ ambiguitates, reſecandæ ſunt, *vot. 25. num.17. p.2.*

Neque ab eis occaſio ſubvertendæ, aut minuendæ Teſtatoris voluntatis eſt deſumenda, *ibid. num.18.*

In *teſtamentis* conſcribendis peritiſſimi quoque quandoque falluntur; &, quæ ſcribenda erant, omittunt, *vot.25. num. 31. p.2.*

Teſtamenta Juriſperitorum non raro magis dubia ſunt, & obſcura, quàm quæ à rudioribus conduntur viris, *vot.17. nu.63. part.1.*

Et quò doctiores ſunt, eò minùs clarè ſeſe quandoque Teſtatores explicant, *ibid. num.64.*

Teſtamenta multa irritarentur, ſi inſpiciendæ eſſent verborum formulæ, *vot.8. num.8. p.2.*

Pars una *teſtamenti* alteram declarat, *vot.1. nu. 75., vot.8. numer.96., & vot.23. numer.16. part.1.*

Teſtamentum poſterius ab antecedenti donatione interpretationem recipit, *vot. 31. numer. 50. part.2.*

Teſtamentum ut cum donatione, priùs facta, concilietur, quælibet eſt capienda interpretatio, *vot.31. num.52. p.2*

Clauſula = *ut ſupra* = efficit, ut una *teſtamenti* pars aliam declaret, *vot.41. nu.85. part.1.*

Teſtamenti prior pars, claram, atque expreſſam legem continens, eſt norma ad alias declarandas, *vot.27. num.70. part.1.*

In ſuperiori *teſtamenti* parte ſi de filiabus Teſtator intellexit, de iis etiam in poſteriori intellexiſſe cenſendus eſt, *vot.21. nu.44., & 46. p.2.*

Teſtamenti pars prohibitiva refertur ſemper, ac reſtring tur ad caſus, & perſonas, in parte diſpoſitiva expreſſos, *vot.25. num.53. p.1.*

Ex poſteriori ad ſuperiorem *teſtamenti* partem illatio prohibitionis trebellianicæ nequit fieri, *vot. 28. num.55. p.2.*

Et quandò nec per viam *relationis* ſivè *repetitionis*, immò nec etiam per viam *declarationis? ibid. num. ſeqq.*

Quod

Quod in *teſtamento* diſpoſitum legitur, id attendendum eſt, non quod in mente habuit Teſtator antequam teſtamentum conderet, *vot. 25. num 26. p.2.*

Teſtamentum, ſivè per expreſſam, ſivè per tacitam voluntatem perpetuò revocari poteſt, *vot. 44. num.160. p.1.*

Ex lapſu decennii, contrariâ concurrente Teſtatoris voluntate, revocatio *teſtamenti* inducitur, *vot.24. num.59. p.1.*

In priori *teſtamento* ordinatum fideicommiſſum, ademptum dicitur in ſecundo, illud non confirmante, *vot.44. num.94. part.1.*

In ſecundo *teſtamento* prius fideicommiſſum præſervatum fuiſſe, claris probationibus demonſtrandum eſt, *vot.44. num.96. part.1.*

Poſterius *teſtamentum* primo derogat, & ſingulis, in eo contentis, niſi expreſsè repetita fuerint, *vot.44. num.95. part.1.*

Teſtamentum per ſubſecutam donationem revocatur quoad Bona donata, *vot.44. numer. 161. part.1.*

Teſtamentum antecedenter factum non rumpit donatio Bonorum omnium, *vot. 38. numer. 62. part.1.*

Teſtamentum enim, nonniſi alio teſtamento, vel inciſione priorum tabularum rumpitur, *ibid. num.63.*

Hinc donatio impedit quidem ſucceſſionem ex teſtamento quoad res donatas, *ibidem numer. 64.*

Non verò quoad alia Bona, & jura hereditaria, *ibid. num.65.*

Procedit principalis concluſio, licèt donatio totum abſorbeat Teſtatoris patrimonium, *ibid. numer. 66., & 75.*

Teſtamentum manet firmum, licèt adempta ſint Legata, & fideicommiſſa, cum eo relicta, *vot. 38. numer.76. part.1.*

Teſtamentum non revocatur per poſteriorem donationem, ergo neque fideicommiſſum, ſeù Legatum, non valet argumentum, *vot.38. nu.109. p.1.*, vid. *fideicommiſſum*.

Hereditatem, & fideicommiſſum in teſtamento contentum, ut quis in renunciatione comprehendiſſe cenſeatur, non requiritur *teſtamenti* inſpectio, ſed ſola ſufficit illius cognitio, per oculos mentis immiſſa, *vot.4. nu. 17. part.1.*

Hæc tamen generica eſſe non debet; ſed ſpecifica propriorum jurium ſcientia requiritur, *ibid. num.18.*

Vel ſcientia ſufficit, etiam conjecturalis, *ibid num.19.*

Sed quæ ſit elicita, vel ex relatione ad teſtamentum, vel ex fideicommiſſi enunciatione, aut ſimilibus, *ibid. num.20.*

Teſtamentum ex capite excedentis gravaminis impugnari ab herede poteſt, *vot. 33. num. 14. part.1.*

Limita, ſi gravamen acceptavit, *ibid. num.19. 20., & 21.*, vid. *gravamen*, *heres*.

Ex *teſtamento* Patris vocati cenſentur tàm utrinque conjuncti, quàm conſanguinei, *vot.12. nu.147. part.1.*

Frater verò cenſetur admiſiſſe utrinque conjunctos, non heredi, at ſibi ipſi, *ibid.*

Regula autem eſt, in ſucceſſione fraterna eum præferri, qui pluribus vinculis conjunctus eſt, *vot.12. num.148. p.1.*

Concluſio non habet locum, ſi frater non ſui, ſed heredis gravati proximiores ſubſtituit, *ibid. numer.149.*

Tunc enim non gravantis, ſed gravati proximitas attenditur, *ibid. nu.150*

Præſertim, ſi de primogenitura agatur, & ratio, *num.151., & 152.*

Teſtamenti paterni verba quum non referuntur ad filium, ad ejus inſtitutionem trahi nequeunt, *vot.8. num.2. p.2.*

Teſtamentum Patris, non expreſſo quoad filium inſtitutionis titulo, non ſuſtinetur, *vot.8. num.1. part.2.*

Limita, ſi in Relicto, ei facto, de inſtitutione intellexiſſe videatur, *ibid. num.3.*

Satis autem eſt, verba adhibuiſſe, inſtitutioni æquipollentia, *nu.6.*

In *teſtamento* tranſverſalis reciproca ſubſtitutio non præſumitur, *vot.11. nu.23. p.1.*

In *teſtamentis* Vaſſallorum *SS. Gregorii, & Caſapis* adponi ſemper conſuevit clauſula = *ſervatâ medietate Bonorum Curiæ* =, vel illa alia = *ſalvis juribus Curiæ* =, *vot.27. num.43. p.2.*

TESTATOR.

Teſtantis morte ultima perficitur voluntas, *vot. 44. num.99. p.1.*

Teſtatoris voluntas totum facit, *vot.13. num.49. part.1.*

A *Teſtatoris* voluntate pendet facere tranſmiſſibile, quod tale non eſt, *vot.37. numer.69. part.1.*

Teſtatorum voluntati Lex favet, præcipitque, omninò adimpleri ea, quæ ab ipſis ſunt diſpoſita, *vot.6. num.39. p.1., & vot.30. num.45. p.2.*

Teſtatoris veriſimilem voluntatem juvant Leges, *vot.19. num.37. p.1.*

Præſumendo plus dictum, & minùs ſcriptum, *ibidem.*

Teſtatoris voluntas in teſtamentis dominatur, neque alligatur verborum formulis, *vot.10. num. 58. part.1.*

Teſtatoris voluntas in fideicommiſſis nullo certo exprimendi modo coarctata eſt, *vot.10. nu.65. part.1.*

Non omnes *Teſtatores* ſciunt dicere = *Relinquo jure inſtitutionis* =, *vot.8. nu.9. p.2.*

Teſtator cur in uno potiùs, quàm in altero caſu diſpoſuerit, in fideicommiſſis, quærendum non eſt, *vot.7. num.39., & vot.15. num.20., & vot.21. num.64. p.1.*

Teſtator, ſi, quod voluit, expreſſit, id quod non expreſſit, noluiſſe cenſetur, *vot.10. num.8. p.1., & vot.29. num.59. p.2.*

Limita, ſi de contraria ejus voluntate ex conjecturis doceatur, *dict. vot.29. num.65., & 67.*

Teſtator cur ſic loqui non potuiſſet, ſi voluiſſet? *vot.44. num.118. p.1.*

Ex *Teſtatoris* voluntate ducta extenſio fideicommiſſi, odioſa non eſt, *vot. 10. numer. 75. part. 1.*

Ex *Teſtatoris* mente, non ex verbis interpretatio Legati capienda eſt, *vot. 7. nu. 7. p. 2.*

Et quod *Teſtator* ſenſit, non, quod ſcriptum eſt, Legitario debetur, *ibid. num. 8.*

Teſtatoris voluntas latiùs ſemper accipienda eſt, cum de Legati interpretatione agitur, *vot. 7. nu. 9. p. 2.*

Teſtatoris deficiente declaratione expreſsâ, conjecturis ejus voluntas exploranda eſt, *vot. 1. num. 114. p. 1., vot. 13. num. 35., & vot. 29. num. 13. part. 2.*

Voluntatis *Teſtatoris* probatio elicita ex conjecturis, dubia ſemper eſt, *vot. 14. nu. 48., & vot. 19. nu. 32. p. 1.*

Una enim conjectura facilè aliâ contrariâ elidi poteſt, *ibid. utrobique.*

Teſtatoris voluntas extrinſecis etiam circumſtantiis declarari, atque explicari valet, *vot. 25. nu. 47. p. 2.*

Pro aſſequenda *Teſtatoris* voluntate ſpectandæ ſunt circumſtantiæ, & tempus, quo ille diſpoſuit, *vot. 43. nu. 18. p. 1.*

Ejus autem verba ſi talibus circumſtantiis, ac tempori aptari nequeant, ad alia tempora, caſus, & perſonas referenda ſunt *ibid.*

Judicis autem eſt enucleare diverſas, ac peculiares facti circumſtantias, *vot. 13. numer. 47. part. 1.*

Teſtatoris voluntas ex actu etiam nullo declaratur, *vot. 34. nu. 16. p. 1., & vot. 11. numer. 28. part. 2.*

Ex teſtamento etiam nullo deſumi valet voluntas *Teſtatoris*, *vot. 1. nu. 24. part. 1.*

Teſtatoris voluntas eſt ex verbis, etiam in teſtamento omiſſis, coadjuvanda, *vot. 2. numer. 2. part. 1.*

Teſtator ſibi contradixiſſe non eſt cenſendus, *vot. 12. nu. 13., & 46. p. 1.*

Teſtatoris menti repugnans interpretatio ne admittatur, ſuperfluitas potius toleranda eſt, *vot. 17. nu. 62. part. 1.*

Licèt de Juriſperito Teſtatore agatur, *ibid. numer. 63.*

Pro *Teſtatoris* voluntate aſſequenda ſenſus verborum à toto diſpoſitionis contextu deſumendus eſt, *vot. 3. nu. 20. p. 1., vot. 6. nu. 45., vot. 8. nu. 10., & vot. 25. nu. 45. p. 2.*

Verba in propria eorum ſignificatione accipienda ſunt, cum de interpretatione voluntatis *Teſtatoris* agitur, *vot. 4. numer. 22., & 43. part. 2.*

Teſtatorum verba nonnumquam impropriè accipienda debent, & præſertim, cum de Teſtatore agitur imperito, ac rudi, *vot. 43. num. 91. p. 1., & vot. 25. nu. 48., & 49. p. 2.*

Maximè, ſi conſtet de ſolito Teſtatoris eadem improriè accipiendi, *dict. vot. 43. eod. num. 91.*

Teſtatores plerumque abuſivè loquuntur, nec propriis ſemper utuntur vocabulis, & nominibus, *vot. 43. numer. 90. part. 1., & vot. 7. num. 17. part. 2.*

Teſtatoris voluntas interpretari meliùs valet ex ipſius ſpeciali loquendi uſu, quam ex generali conſuetudine, *vot. 7. nu. 12. p. 2.*

Ejuſque potius opinio, quàm vera verborum ſignificatio attendenda eſt, *ibid. nu. 13.*

Teſtatores, & *Notarii* verbis, & clauſulis abundare conſueverunt, *vot. 41. nu. 81. p. 1.*

Teſtatoris voluntas, non verborum cortex inſpiciendus eſt, *vot. 25. nu. 53. p. 2.*

Teſtatoris voluntas, non verborum qualitas ſpectanda eſt in fideicommiſſis, *vot. 7. numer. 44.; vot. 15. num. 26., & vot. 28. num. 42. part. 1.*

De *Teſtatoris* voluntate ubi conſtat, nulla habenda eſt verborum ratio, *vot. 8. numer. 4. part. 2.*

Juxta *Teſtatoris* mentem verba intelligenda ſunt, *vot. 3. nu. 23. p. 1.*

Voluntati *Teſtatoris* præferri verba non debent, *vot. 43. num. 114. p. 1.*

Immò, ut ejus ſervetur voluntas, à verbis recedendum eſt, *ibid. nu. 115.*

Teſtatoris mens, præcipuè in primogenituris debet attendi, *vot. 12. nu. 151. p. 1.*

Teſtatoris mens in quacumque diſpoſitione ſpectanda eſt, *vot. 13. num. 49., & vot. 36. num. 68. part. 1.*

Particulari fideicommiſſo ex *Teſtatoris* voluntate quando locus factus dicatur? *vot. 1. num. 5., & ſeq. part. 1.*

Teſtatorum arbitria rectâ ratione interpretanda ſunt, *vot. 24. num. 37. p. 1.*

Teſtatoris voluntas ita ſemper interpretari debet, ut abſurdum non contineat, *vot. 35. num. 11. part. 1.*

Abſurdum nullum conſideratur in iis, quæ accidunt juxta voluntatem *Teſtatoris*, *vot. 8. num. 114. p. 1.*

Teſtatoris voluntas ſive expreſſa, ſive etiam tacita ſervanda ſemper eſt in interpretatione ultimarum voluntatum, *vot. 18. numer. 39. part. 2.*

Poſthabitis argumentis, ab abſurdo, atque ab irrationabilitate deductis, *ibid.*

Teſtator ſi voluit conſequens, etiam antecedens voluiſſe cenſetur, *vot. 14. nu. 30. p. 2.*

Teſtatoris voluntas arguitur ex veriſimilitudine, *vot. 3. num. 25., vot. 17. num. 77., & vot. 21. nu. 65. part. 1.*

Veriſimilis *Teſtatoris* voluntas in claris, &, ubi deeſt calumniæ metus, non attenditur, *vot. 27. nu. 116., & 117. p. 1.*

Minuſque æquitas, aut voluntatis conjecturæ, *ibid.*

Pro declaranda voluntate *Teſtatoris* multùm valet obſervantia, *vot. 14. nu. 46. p. 1.*

Teſtatoris voluntatem elicitam ex conjecturis, non ſuperat conjectura, oriens ex obſervantia, *vot. 10. nu. 114. p. 1.*

Teſtatoris mens rectè elicitur ex finali diſponendi cauſſa, *vot.25. nu.29. p.1.*

Teſtatoris voluntas deſumenda eſt ex parte prohibitiva, quum dubia eſt pars diſpoſitiva, *vot. 14. nu.29. part.1.*

Teſtator in dubio cenſetur præcedenti univerſali inſtitutioni, ſubſtitutionem conformare voluiſſe, *vot.30. nu.15. part. 1.*

Teſtatoris voluntas rectè à Teſtibus, plenè de ea informatis, declarari poteſt, *vot.25. nu.21.24., & 64. part.2.*

Præſertim, ſi integræ ſint fidei, ac probitatis, nec non Sacerdotali decorati charactere, *ibid. num.22.*

Teſtatoris voluntas dicto unius Teſtis nequit interverti, *vot.25.nu.36. p.2.*

Melius verò declarari, atque explicari poteſt, *ibid. nu.43.*

Teſtatoris voluntas triduò ante confectum teſtamentum pandita, mutari potuit, *vot. 25. num. 35. p.2.*

Voluntatis ſuæ, triduò ante confectum teſtamentum à *Teſtatore* patefactæ, mutatio veriſimilis non eſt, *vot.25. nu.39. p.2.*

Contrarium poſſet procedere, ſi cum tali voluntate incompatibilis eſſet ſubſecuta diſpoſitio, *ibid. nu. 40.*

Non, ſi cum ea conciliari poſſit, *ibid. nu. 41., & 76.*

Veriſimilis itidem non eſt voluntatis mutatio, ſi voluntatem ſuam per eadem verba extenſori teſtamenti confirmavit, *dict. vot. 25. num. 42. part.2.*

Teſtatoris voluntas in una, eademque diſpoſitione, & quoad eaſdem perſonas ſemper uniformis præſumitur, *vot. 14. numer. 76. part.2.*

A *Teſtatore* diſpoſitum illud cenſetur, quod, interrogatus, reſpondiſſet, *vot. 28. numer. 44. part.1.*

Teſtatorum voluntates plenum exitum habere debent, *vot. 3. num. 15., & vot. 24. numer.12. part.1.*

Voluntati *Teſtatoris* ſerviendum omninò eſt, *vot. 27. nu.76. part.1.*

Teſtatoris voluntas non debet eluſoria remanere, *vot.30. num.24. p.1.*

Teſtatoris voluntatem, qui in re, vel minima exequitur, demonſtrat, illius diſpoſitionem ſedulò perlegiſſe, *vot.24. num.203. p.2.*

Teſtatoris voluntatem, qui non ſervant, hereditate privandi ſunt, *vot.26. num.60. p.1.*

Procedit, licèt expreſſa non adſit caducitatis pœna, *ibid. num.61.*

Teſtatorum ultimæ diſpoſitiones in præjudicium eorum, quibus jus quæſitum eſt, *commutandæ* non ſunt, *vot. 27. num.94., & 107. p.1.*

Teſtatoris voluntatis *commutatio* cum ipſius injuria, vel damno alterius, non minùs juſtitiam, quàm æquitatem lædit, *vot. 27. numer. 114. part.1.*

Voluntates *Teſtatorum* everti nequeunt, niſi ex juſta, & neceſſaria cauſſa, *vot. 27. num. 100. part.1.*

Talis autem non reputatur familiæ nobilitas, ac decor; ratio *num.101., & 102.*

Teſtatorum ultimæ voluntates *commutandæ* non ſunt, niſi publica intercedat utilitas, *vot.27. nu. 101. p.1.*

Quæ talis ſit, ut aliâ ratione publico bono conſuli nequeat, *ibid. num.103.*

Intellige, id procedere ſecundùm Juris regulas, *ibid. num.104.*

Juxta quas non ſemper Principem decet, quod abſolutè poteſt, *ibid. num.104.*

Teſtatorum voluntatibus *derogare* ſoli Pontifici convenit, *vot.27. num.78. p.1.*

Supremas *Teſtatorum* voluntates, an Princeps *commutare* poſſit, inter Doctores quæſtio eſt, *vot.27.nu.81. p.1.*

Alii enim adfirmant, alii negant, *ibid. num.82., & 87.*

Ea tamen poteſtas hodie in Principibus de ſtylo præſupponitur, *ibid. nu.88.*

Tacita *Teſtatoris* voluntas ſufficit, ut in tempus obitus heredis dilata *hereditatis reſtitutio* cenſeatur, *vot.30. nu.2. p.2.*

Ejuſmodi autem voluntas reſultat ex verbis futurum tempus ſignificantibus, *ibidem numer. 3.*

Atque ex prohibitione cujuſcumque detractionis *num.5.*, ratio *ibid.*

Contrarium, quod immò ex hujuſmodi prohibitione argumentum potius eliciatur dictę voluntatis excluſivum, *ibid. numer. 23.* Vid. *hereditas.*

Teſtatoris voluntas, quod Bona penes heredem remaneant, clarior eſſe dicitur ex donatione, contemporaneè illi facta, *vot. 17. numer. 65. part.1.*

Teſtatorem ſuo *Debitori legare* voluiſſe, eidemque totum noluiſſe debitum remittere, veriſimile non eſt, *vot.25. nu.65. p.2.*

Alioquin debitum pro rata, ipſi legata, potiùs remiſiſſet, *ibid.*

Teſtator, ſi *Legatum* cum Legatarii *debito* majoris ſummæ compenſari noluiſſet, dilationem heredi ad illud ſolvendum non conceſſiſſet, *vot.25. num.66. p.1.*

Eâ enim non indigebat heres, ſed Legatarius indiguiſſet, *ibid. nu.67.*

Teſtator ſi de *Legatarii debito* cogitaſſe non videatur, illud *remiſiſſe* cenſendus eſt, *vot.25.nu.71. part.2.*

Præſertim ex verbis, quibus ejus quieti providere, ac in eum liberalitatem exercere voluiſſe, conſtet, *ibid. num.72.*

Maximè verò, intercedente neceſſitudine, & conjunctione ſanguinis, *ibid. nu. 73.*

Et, ſi de opulenta hereditate agatur, *ibid. numer. 75.*

Teſtator, ſi heredem in *Legato* ſubſtituere voluiſſet, adhibuiſſet verba indicantia non ſolutionem, ſed retentionem, *vot. 10. nu. 78. p.2.*

In

In ſubſtitutione enim heredis non verificatur ſolutionis terminus, *ibid. num.* 79.

Teſtater quod idem *Legatum* bis diſtinctim uni reliquerit, repugnat juris regulis, *vot.* 26. *nu.* 30. *part.* 2.

Teſtatrix præſumenda non eſt dilectæ Sorori, & *piæ Cauſæ* inutiliter *legare* voluiſſe, *vot.* 7. *num.* 48. *p.* 1.

Teſtator adhibitis verbis = *ſiano elette* = non verò = *poſſano eſſere elette* = neceſſitatem quandam eligendi injunxiſſe cenſetur, *vot.* 21. *nu.* 55., & 56. *p.* 2.

Teſtator ſi per verba = *ſiano connumerati* =, ſuperiùs expreſſa, intellexit, quod omninò connumerandi eſſent, ſic etiam per poſteriora verba = *ſiano elette* = voluiſſe cenſetur, quod omnino eligerentur, *vot.* 21. *nu.* 56. *p.* 2.

Teſtatorum voluntas facilius pro comprehenſione *Incolarum ſub appellatione Civium* interpretanda eſt, *vot.* 4. *num.* 17. *p.* 2., contrarium *nu.* 34., & 48.

Teſtater nequit cenſeri ſub vocatione filiarum *di Spagnuoli Caſtigliani*, comprehendere voluiſſe filias ab exteris ortas Parentibus, *vot.* 4. *nu.* 23. *part.* 2.

Teſtatorum veriſimilis voluntas eſt conſulendi veris *Civibus*, non Exteris, civilitatem aſſecutis, *vot.* 4. *num.* 35. *p.* 2.

Teſtator vocando puellas *della nazione Porteghese*, cenſetur reſpexiſſe ad gentem, ex qua illæ procreatæ eſſent, *vot.* 4. *nu.* 52. *p.* 2.

Teſtatoris voluntas diverſa eſſe poteſt, ubi diſtinctæ ſubſtitutiones, ac ſeparata oratio eſt, *vot.* 14. *numer.* 66., & *vot.* 27. *numer.* 58. *part.* 1.

Teſtatoris proviſio in *caſu voluntatis* extenditur ad caſum etiam *impotentiæ*, *vot.* 27. *num.* 108., & 117. *part.* 1.

Teſtator cenſendus eſt ideo in *caſu contraventionis* diſponere omiſiſſe, quia eventurum illum non eſſe, veriſimiliter crediderit, *vot.* 18. *num.* 34. *part.* 2.

Et in eo etiam caſu diſpoſiturus fuiſſe dicendus eſt, ſi credidiſſet, *ibid. num. ſeq.*

Teſtator ſi cogitaſſet de caſu, quo *uxor inhoneſtam vitam duceret*, idem in iſto, ac *in caſu mortis* diſpoſuiſſet, *vot.* 18. *num.* 36. *part.* 2.

Similiter, quod *Teſtator* dixit de *morte* uxoris dixiſſet de *ſecundis* etiam *nuptiis*, ſi caſum iſtum cogitaſſet, *ibid. nu.* 37.

Teſtator ſi qualitatem aliquam in *ingreſſu* ſucceſſionis requiſivit, illam non ideo in *progreſſu* voluiſſe cenſetur, *vot.* 19. *numer.* 47., & 75. *part.* 1.

Maximè in concurſu Extranei cum Deſcendentibus lineæ jam admiſſæ, *ibid. num.* 48.

Teſtator cenſetur idem fuiſſe diſpoſiturus in altero etiam *caſu*, in quo eadem militabat ratio, idemque conſiderari poterat effectus, *vot.* 18. *nu.* 33. *part.* 2.

Teſtator non eſt veriſimile, quod cogitaverit *caſum ingreſſus feminarum in Religionem*, conſtante adhuc, vel ſoluto Matrimonio, *vot.* 14. *num.* 55. *part.* 2.

Hujuſmodi enim caſus, qui raro accidunt, non conſiderantur, *ibid. nu.* 56.

Teſtator præſumitur in caſum utiliorem filiis proſpexiſſe ſuis, *vot.* 21. *num.* 75. *p.* 1.

Teſtator plures diſpoſitiones independentes, & diverſas ordinare poteſt, *vot.* 14. *numer.* 49. *part.* 1.

Teſtator poteſt irregularem ſucceſſionum ordinem præſcribere, *vot.* 2. *num.* 35. *p.* 1.

Et ordo ita præſcriptus, ſervandus eſt, *ibid. numer.* 36.

Teſtator pœnam privationis hereditatis poteſt imponere heredi, *onus* non acceptanti, vel contravenienti, *vot.* 33. *num.* 24. *part.* 1.

Teſtator heredi probibere poteſt, ne inventarium conficiat, *vot.* 24. *num.* 137. *p.* 2.

Teſtatoris, vel Statuti diſpoſitio, heredi inventarium prohibeus, tamquam rediens ad jus antiquum, favorabilis cenſenda eſt, *vot.* 24. *num.* 142. *p.* 2.

A *Teſtatera* minimè adpoſita *onera*, non ſunt ſubintelligenda in præjudicium heredis, *vot.* 28. *nu.* 17. *p.* 2.

Præſertim, quando Teſtator ad certa taxativè onera ſeſe retulit, novumque induceretur onus contra mentem juris, *ibid.*

A *Teſtatore* non expreſſum *onus*, adjici ab eo noluiſſe cenſetur, *vot.* 27. *num.* 46. *p.* 1.

Teſtatoris in poteſtate eſt *trebellianicam prohibere*, vel non, *vot.* 28. *nu.* 29. *p.* 2.

Teſtator trebellianicam prohibuiſſe non eſt cenſendus, quoties expreſſa, aut neceſſariò prohibitionem importantia verba deficiant, *vot.* 28. *num.* 30. *part.* 2.

Teſtator ſi inter hereditaria onera nullimodè expreſſit *trebellianicæ prohibitionem*, cenſetur illam prohibere noluiſſe, *vot.* 28. *numer.* 17. *part.* 2.

Teſtator Bonorum *alienationem* prohibens, ut in ſua domo, & familia conſerventur, perpetuo fideicommiſſo ea ſubjeciſſe cenſetur, *vot.* 14. *nu.* 2., & 78. *p.* 1.

Teſtatoris præceptum, quod Bona alienantium ad non alienantes devolvantur, iſtorum ſupponit vocationem, *vot.* 38. *nu.* 31. *p.* 1.

Teſtator alienationem Bonorum prohibens, *gravaſſe* Deſcendentes omnes cenſetur, *vot.* 14. *nu.* 23. *part.* 1.

Teſtator eos, quos *gravare* voluit, honoraſſe cenſendus eſt, *vot.* 13. *num.* 16. *p.* 1.

Teſtator prohibens, Bona *alienari* in extraneos, ut perpetuò in familia remaneant, reciprocam voluiſſe cenſetur, *vot.* 38. *nu.* 24., & *numer. ſeq. part.* 1.

Præſertim, ſi uſus eſt nominibus collectivis *familiæ*, & *poſteritatis ſuæ maſculinæ*, *ibidem num.* 25.

Relictum enim pluribus ſub nomine collectivo, debetur omnibus, ſub eo comprehenſis, donec aliquis ſuperſtes eſt, *ibid. nu.* 26.

Quod fortiùs procedit, quando Deſcendentes maſculi collectivè, & ſub unicâ oratione vocantur verbis indefinitis, ſæpius ioculcatis, *ibid. num.27.*

Teſtator generaliter mandans *collationem* eorum, quæ filius in contractu Matrimonii acceperat, tam ſummam, quàm Bona à filio recepta, comprehendiſſe cenſetur, *vot.46. num. 50. p.1.*

Amplia, *ut num. ſeq.*

Teſtator ſi voluit *collationem* Bonorum de jure non conferendorum, eò magis voluiſſe cenſetur collationem eorum, quæ de jure conferenda erant, *vot.46. nu.92. p.1.*

Teſtator ex verbis = *eredità intiera, e ſenza diminuzione* = cenſetur voluiſſe apud vocatos permanentiam Bonorum tùm iu *proprietate*, tum etiam in *uſufructu*, *vot.4. num. 104. part.1.*

Teſtatoris voluntas ne fraudetur, ceuſenda eſt ab eo prohibita alienatio etiam *commoditatis fructuum*, *vot.4. nu.107., & 108. part.1.*

Ceſſio proinde Bonorum, alienari prohibitorum, nec quoad fructuum commoditatem ſuſtineri valet, *ibidem ; & dict. vot. 5. numer.69.*

Contrariæ auctoritates declarantur, *dict. vot. 5. num. 70.*

Ex *Teſtatoris* voluotate, integra non dicitur conſervari hereditas, quoties *commoditas fructuum* penes Extraneos exiſtat, *vot.4. nu.106., & vot. 5. nu.52., & 53. p.1.*

Teſtatoris voluntati *contraventum* dicitur, ubi fideicommiſſum, alienari prohibitum, in Extraneum transferatur, *vot. 25. numer. 22. part.1.*

Illudque à Subſtitutis vindicari poteſt, *ibid.*

Teſtatoris, certas ouptias optaotis, præcepto *contravenire* dolo malo non dicitur puella, ouptias contrahens auctoritate Patris, *vot.20. num. 30. p.1.*

Vel ſaltem adverſus prætenſam incurſam pœnam reſtitutio io integrum illi competit, *ibid. numer. 31.*

Contraria ſententia plurimos habet contradictores, præſertim ſi impulſu non Matris, ſed Patris aliæ nuptiæ contrahantur, *ibid. numer. 36., & 37.*

Teſtator non præſumitur, per fictionem tantùm *agnationem* ſuam conſervari voluiſſe, *vot. 26. num. 16. p.1.*

Præſertim, ſi aſſequi id poterat vero modo, ac naturali, *ibid. nu.37.*

Teſtator præſumitur non Cognatis dumtaxat ſed etiam Agnatis adjeciſſe *onus nominis, & inſignium*, *vot.26. nu.38. p.1.*

Teſtator onus aſſumendi *cognominis, ac inſignium* primis maſculis non adijciens, cenſetur, illud adijcere ſuperfluum judicaſſe, *vot.26. num. 32. part.1.*

Idemque onus in illis præſuppoſuiſſe, *ibid. num. 34., & 39.*

Teſtator, ſervatâ *Soccini* cautelâ, filios, etiam in *Legitima* gravare poteſt, *vot.33. numer. 10. part.1.*

Teſtator dum, ſervatâ *Soccini* cautelâ gravamen ſuper *Legitimâ* adpoſuit, hanc aliis emolumentis, in filium collatis, compenſaſſe cenſetur, *vot.24. num.151., & 179. p.2.*

Teſtatoris voluntas cum cautela *Soccini* explicata, æquè adimpletur, tàm ſi filius *Legitimam* detrahat, quàm ſi eam per fideicommiſſum reſtituat, *vot.8. nu.41. p.2.*

Teſtatoris, minùs *Legitimâ* filio aſſignantis, *præceptum plus non petendi* non ſuſtinetur, *vot.5. num.16. part.2. ;* Intellige *ut numer.21., & ſeq.*

Teſtator ſi potuit in *Legitima* filios gravare, eò magis potuit in Bonis eorum propriis, *vot. 33. nu.11. p.1. ;* Vid. *filius*, *Legitima*.

Teſtator æque, ac *Statutum facultatem* habet *diſponendi* de heredis rebus, *vot. 24. numer. 140. part.2.*

Teſtator rem heredis poteſt legare, *vot.11. num.2. part.2.*

Teſtatorum voluotates magis io *legandis* ſuis rebus, quàm in alienis comparaudis, ac heredibus oneraodis faciles ſunt, *vot. 11. numer. 9. part.2.*

Teſtator heredem io rebus ſuis *gravare* poteſt, *vot. 7. nu.60., & vot.11. nu. 51. p. 2.*

Teſtator nequit Bona fideicommiſſaria novo ſubijcere fideicommiſſo, in præjudicium aliorum, ad illa vocatorum, *vot. 29. numer. 1. part.2.*

Teſtator oequit vocatos ex perſona propria, à fideicommiſſo excludere, niſi æquivalenti emolumento illis relicto, *vot. 24. numer. 57. part.1.*

Teſtator poteſt heredem *gravare* Legato, vel fideicommiſſo particulari in Bonis propriis ad menſuram emolumenti, eidem relicti, *vot.7. nu. 92. part.1., & vot.21. nu.3. p.2.*

Teſtator heredem *gravare* poteſt etiam ſuper fideicommiſſo, in iſtius perſona expiraturo, *vot.29. num.15. p.2.*

Si præſertim emolumentum ipſi relinquat, nedum æquivalens gravamini, ſed longè illud excedens., *ibid. nu.17.*

Teſtator quod de re, fideicommiſſo obnoxia, *diſponere* voluerit, ioveriſimile èſt, *vot.7. num.5. part.2.*

Præſertim, cum agitur de præjudicio filii, *ibid. num.6.*

Teſtatoris voluntas, atque acceptatio heredis requiritur, ut in ipſius re propria *gravamen* ſuſtineatur, *vot.24. nu.48. p.1, & vot.24. nu. 160. part.2.*

Teſtatoris voluntas *gravandi* heredem in Boois propriis ut excludatur, quælibet capienda interpretatio eſt, *vot.24. num.49. p.1.*

Eadem voluntas excluditur, ſi *Teſtator* ignoraverit, Bona ad heredem pertinere, *ibid. nu.50.*

Et maximè, ſi illa eſſe propria *Teſtator* per errorem crediderit, *ibid.*

Sacra

Sacræ Rotæ Deciſiones, contrarium firmantes, declarantur *ibid. num. 52.*

Teſtator cenſendus eſt, quod, ſi ſciviſſet, fideicommiſſum adeſſe, de illius Bonis non diſpoſuiſſet in præjudicium vocatorum, *vol. 24. nu. 56. part. 1.*

Maximè, ſi ex Bonis, quæ ſua eſſe credidit, conſultum ipſis vocatis eſſe voluit, *ibid. numer. 58.*

Teſtator ut de heredis Bonis diſpoſuiſſe cenſeatur, ſat eſt, quod id quoquomodo appareat ex teſtamenti verbis, *vol. 11. nu. 17.*, & *vol. 29. nu. 47. part. 2.*

Itemque ex conjecturis, *ibidem numer.* 48.

Teſtatoris diſpoſitio facta de re heredis ſuſtinetur, *ſive ſciverit*, *ſive ignoraverit*, rem ad heredem pertinere, *vol. 33. nu. 6. p. 1.*

Et generaliter pro ejuſmodi effectu ſat eſt ſola ſcientia conjecturalis, *ibid. nu. 7.*

Teſtatoris diſpoſitio gravans heredem in Bonis fideicommiſſariis, ſtante etiam *ignorantia*, quod eadem fideicommiſſaria eſſent, ſuſtineri fortaſſe poſſet, *vol. 24. nu. 53. p. 1.*

Secus, ſi *ſciebat*, fideicommiſſum ſuper iiſdem Bonis adfuiſſe; perque *errorem* credidit, libera in ſui perſona fuiſſe effecta, *ibidem numer 54.*

Teſtator de Bonis antiquioris fideicommiſſi conditionaliter, quatenus nempè ad ſe liberè pertineant, diſponens, videtur, ſi non certam, aliqualem tamen habuiſſe ejuſdem fideicommiſſi notitiam, *vol. 29. nu. 42. p. 2.*

Teſtator ſcientiam vocationis filiorum ad fideicommiſſum habuiſſe cenſetur, ſi ex ejus juribus judicium introduxit, *vol. 33. numer. 8. part. 1.*

A *Teſtatore* ut Bona etiam fideicommiſſo obnoxia, *comprehenſa* cenſeantur, expreſſa, aut æquipollens eorum *mentio* requiritur, *vol. 29. nu. 50. p. 2.*

Hæc autem ſatis reſultat ex verbis illis = *etiam tali, che aveſſero biſogno di particolar menzione* =, *ibid.*

Teſtator diſcretivè locutus de ſuis, ac de antiquioris fideicommiſſi Bonis, cenſetur *comprehendere* hæc noluiſſe ſub novo fideicommiſſo, ab ipſo condito, *vol. 29. num. 10. p. 2.*, & quando ſecus? *nu. 72.*

Teſtator de Bonis ſuis diſponere profeſſus, nequit dici etiam Bona reſtitutioni obnoxia *comprehendere* voluiſſe, *vol. 29, nu. 6. p. 2.*

Limita, ſi illicò ea ſubjunxit verba = *da me goduti*, *e che di preſente godo* =, *ibidem num. 52.*

Teſtator, per verba = *in tutti, e ſingoli miei Beni, da me goduti, e che di preſente godo* = comprehendere intellexiſſe cenſetur Bona omnia, quocumque titulo à ſe poſſeſſa, ac etiam Bona, fideicommiſſo obnoxia, *vol. 29. num. 49. 53.*, & *62. p. 2.*

Actuali *Teſtatoris* dominio, & poſſeſſioni licèt Bona non ſubſint, de iis tamen *diſpoſuiſſe* cenſetur per verba = *da me goduti, e che di preſente godo* = *vol. 29. num. 55. p. 2.*

Teſtator, ſicuti de aliis fideicommiſſariis Bonis diſpoſuit favore agnationis, ita etiam de iis, quæ præcipuum erant familiæ monumentum, diſpoſuiſſe cenſendus eſt, *vol. 29. numer. 58. part. 2.*

Teſtator integram, & ſinè diminutione ullâ reſtitui hereditatem præcipiens, de Bonis etiam fideicommiſſariis intellexiſſe cenſendus eſt, *vol. 29. num. 63. p. 2.*

Cum ſine illis tota non dicatur hereditas reſtitui, *ibid.*

Idem, ſi quamcumque, heredi competentem, detractionem prohibuit, *ibid. nu. 64.*

Teſtator, conſideratis fideicommiſſariis Bonis tamquam comprehenſis in ſua hereditate, de iis, tamquam de ſuis, diſpoſuiſſe debet dici, *vol. vol. 29. nu. 66. p. 2.*

Teſtatorem de Bonis etiam fideicommiſſariis diſponere intellexiſſe, optimè arguit dos, nepti ab eo relicta, *vol. 29. num. 68. p. 2.*; ratio *numer. 69.*

Teſtatorem de integra re, quæ ipſi, & heredi communis erat, vel etiam de re, quæ jure præcedentis fideicommiſſi ad gravatum erat perventura, diſponere voluiſſe, amplitudo, & generalitas verborum ſuadet, *vol. 44. num. 106. p. 1.*, & *vol. 29. nu. 60. p. 2.*

Teſtator, ex facta Bonorum heredis deſcriptione in teſtamento, de eis diſpoſuiſſe dicitur, *vol. 33. nu. 5. p. 1.*

Teſtator hoc ipſo de Bonis etiam fideicommiſſariis diſpoſuiſſe cenſendus eſt, quod declaraverit, nolle ea inter alia Bona deſcribere, *vol. 29. nu. 74. part. 2.*

Aliàs inutilis eſſet declaratio iſta, *ibid.*

Aliorum Bonorum, & non etiam fideicommiſſariorum facta à *Teſtatore* deſcriptio nequit officere præcedenti diſpoſitioni, de Bonis fideicommiſſariis factæ, *vol. 29. numer. 72. part. 2.*

Stante præſertim *Teſtatoris* declaratione, ſe deſcriptionem ejuſmodi confeciſſe ſolùm ad tollendas ambiguitates, atque ad ſeparanda à Bonis adquiſitis ipſamet fideicommiſſaria Bona, *ibid. nu. 73.*

Teſtatoris voluntas *comprehendendi* ſub prælegato omnium cenſuum, filiis relicto, etiam cenſum, uni ex filiis antea donatum, ex quibus deſumi valeat? *vol. 11. num. 4.*, & *nu. ſeqq. part. 2.*

Præſumitur talis voluntas, ſi idem cenſus numquam à Teſtatore tranſlatus fuit in dominium filii, *ibid. nu. 6.*

Sique illum tamquam ſuum Teſtator ſemper habuit, *ibid. nu. 7.*

Teſtator de Bonis ſuis diſponere declarans, non eſt cenſendus ſub Legato omnium cenſuum comprehendiſſe etiam cenſum, aliàs heredi donatum, *vol. 11. num. 23. p. 2.*

Limita in caſu, quo, patiente, & ſciente herede,

rede, ſemper anteà de eodem cenſu diſpoſuerit, *ibid. num.*24.

Ac prætertim, ſi uſus eſt dictione = *tutti* =, *ibid. num.*25.

Teſtatore ignorante, rem eſſe alienam, *Legatum* non valet, *vot.*7. *nu.*65. *p.*2.

Secus, quoties illud ſit relictum piæ Cauſæ, vel conjunctæ perſonæ, *ibid. nu.*67.

A *Teſtatore*, ex errore, factum *Legatum* rei alienæ, tamquam propriæ, non ſuſtinetur, *vot.*11. *num.*10. *part.*2.

Secus, ſi, tamquam ſuam, legaverit rem heredis, *ibid. nu.*12.

Tunc enim Legatum ſuſtinetur, ſive ſciverit, ſivè ignoraverit, *vot.* 11. *numer.* 14., & 15. *part.*2.

Teſtatoris voluntatis conjectura, in *Legatis*, quæri debet non ex jure, ſed ex facto, *vot.*11. *num.* 8., & 15. *p.*2.

Teſtatoris voluntas favore filiorum ſatis per duos Teſtes probata dicitur, *vot.*9. *nu.*1. *p.*2.

Præſertim, cum agitur ſolummodò ad illam declarandam, *ibid. nu.*2., & 7.

Teſtator cenſetur vocationem reſtrixiſſe ad Deſcendentes eorum, quos inſtituit, in excluſionem aliorum, quos non agnovit, & præteriit, *vot.*3. *nu.*30. *p.*1.

Teſtatoris voluntas ſatis eſt, ut effectum habuerit in gradibus expreſſis, *vot.* 3. *numer.* 35. *part.*1.

Teſtator cenſendus eſt, quod, ſi filios in conditione poſitos vocare voluiſſet, illos expreſſim nominaſſet, ut fecit de Subſtitutis, pariter in conditione poſitis, *vot.* 21. *numer.* 13. *part.*1.

A *Teſtatore* heredem gravari voluiſſe, poſitâ conditione: *ſi ſinè filiis*, nonniſi ex urgentiſſimis conjecturis ſuaderi poteſt, *vot.* 13. *numer.* 6. *part.*1.

Contra, vel præter *Teſtatoris* mentem ſubintelligi tacita conditio: *ſi ſinè filiis* non debet, *vot.* 19. *nu.*11. *p.*1.

Utque excludatur, ſat eſt, *Teſtatorem* de illis cogitare potuiſſe, *ibid. nu.*12.

Teſtatoris voluntas ſi reſiſtat, ceſſat conjectura pietatis inducta ex diſpoſitione *L. cum Avus*, & *L. cum acutiſſimi*, *vot.*19. *nu.*4. *p.*1.

Teſtator non cenſetur plures à ſe factas ſubſtitutiones ex ſola pietatis conjectura deficere voluiſſe, *vot.*19. *nu.*21. *part.*1.

Sed contra; Pietatis enim conjectura tanta eſt, ut prævaleat etiam ad excluſionem aliorum filiorum, & Deſcendentium Teſtatoris reciproce ſubſtitutorum, *ibid. num.*25.

Immò etiam piæ Cauſæ, *ibid. nu.*27.

Maximè verò Extranei, *ibid. num.*26.

Ex *Teſtatoris* voluntate fideicommiſſum inducitur, etiam in caſu obitus cum filiis, licèt conditio: *ſi ſinè filiis* adjecta fuerit, *vot.*13. *num.*18. *part.* 1.

Teſtator non præſumitur alligaſſe momentaneæ conditioni: *ſi ſinè filiis* plures à ſe factas ſubſtitutiones, *vot.* 2. *num.* 19., & *vot.*7. *num.*59. *part.*1.

Teſtator quod fideicommiſſum tanto ſtudio in pluribus perſonis, & gradibus ordinatum, unâ cum heredibus decedentibus cum filiis extingui voluerit, credendum non eſt, *vot.*1. *numer.*118. 123., & 124., *vot.*7. *numer.*57., *vot.*13. *numer.*37., *vot.* 40. *numer.* 30. *part.* 1., & *vot.* 6. *numer.* 55., & 58., & *vot.* 31. *numer.* 17. *part.* 2.

A *Teſtatore* adhibitis verbis tractum temporis importantibus, conditio: *ſi ſinè filiis* repetita cenſetur favore Subſtituti per ſpeciem gradualis fideicommiſſi uſque ad ultimum, *vot.*2. *num.*13. *part.*1.

Prætertim, ubi eæ factæ ſunt omnibus deſcendentibus primi heredis, *dict. vot.* 2. *numer.* 20, & *ſeq.*

Teſtator non perſonis dumtaxat primi gradus, ſed omnibus Deſcendentibus proſpexiſſe cenſetur, *vot.*15. *num.*31. *p.*1.

Et filiorum nomen pro Synonimo cum illo *Deſcendentium* uturpaſſe, *ibid.*

Prætertim, cum agitur de Bonis antiquis, ac de feudis, particulari alicui fideicommiſſo ſubjectis, *ibid. num.*32.

Teſtator inter Deſceudentes diſponens, cenſetur de primis nedum, ſed de ulterioribus etiam cogitaſſe, *vot.*10. *num.*74. *part.*1.

Teſtatoris menti pro comprehenſione nepotum ſub nomine filiorum ex conjecturis ſtandum eſt, licet ſecus importent verba, *vot.* 40. *numer.* 79. *part.*1.

Teſtator vocando filios, & heredes cenſetur non filios dumtaxat, ſed etiam ulteriores gravaſſe Deſcendentes, *vot.*32. *num.*6. *part.*1.

Teſtatoris amor erga ſolos nepotes eruitur ex eorum vocatione, & præteritione neptis, *vot.*3. *num.*31. *part.*1.

Et amor iſte tranſmittitur etiam ad illorum Deſcendentes, *ibid. num.*32.

Teſtator, vocatis nedum Liberis primi gradus, ſed ulterioribus etiam Deſcendentibus, cenſetur perpetuam durationem fideicommiſſi in Deſcendentibus filiorum exoptaſſe, *vot.*29. *nu.*30. *part.*1.

Indeque progreſſivum fideicommiſſum arguitur, *ibid. num.*31.

Præſertim, cum agitur de diſpoſitione Aſcendentis, *ibid. nu.*32.

Teſtator ſi in defectu legitimorum, & naturalium, naturales tantum ſubſtituit verbis, perpetuitatem temporis importantibus, cenſetur, appellatione *filiorum* etiam nepotes comprehendere voluiſſe, *vot.* 35. *numer.* 4. *part.*1.

Teſtator, habitâ ratione perpetuæ Bonorum conſervationis, non eſt cenſendus *filiorum* vocationem coarctaſſe ad filios primi gradus, *vot.*45. *num.*16. *part.*1.

Teſtator volitâ ab eo perpetuâ Bonorum conſervatione in familia, non eſt cenſendus nepotes propter

pter Extraneos voluiſſe excludere, *vot.37. num.16. part.1.*

Teſtator nedum inſtitutorum, ſed etiam ſubſtitutorum Deſcendentibus, æquè à ſe comprehenſis ſub ratione conſervandi ejus Bona providere voluiſſe cenſetur, *vot.45. num.38. part.1.*

Teſtatoris voluntas comprehendendi ſub nomine *filiorum ex certo Matrimonio naſciturorum* etiam nepotes, ex quibus reſultare valeat? *vot.43. num.14., & nu.ſeqq. p.1.*

Teſtatoris voluntas ſi deficiat, nepotes numquam comprehenſi dici valent filiorum appellatione, *vot.21. num.40. p.2.*

Maximè, ſi reſiſtat, *ibid. nu.41.*

Et ex quibus elici poſſit voluntas nepotum excluſiva? *ibid. num.42., & ſeqq.*

Teſtator quoties in defectu filiorum vocatorum, alios ſubſtituit filios, non cenſetur ulteriores Deſcendentes comprehendiſſe ſub filiorum nomine, *vot.15. num.10. p.1.*

Hæc tamen conjectura ex eo reiicitur, quod etiam in fideicommiſſis perpetuis ejuſmodi ſubſtitutiones demandari ſolent, *ibid. num.66.*

Teſtator ſi ubi voluit vocare nepotes id expreſſit, ubi id non expreſſit, noluiſſe cenſetur, *vot.15. num.67., & vot.34. nu.83. p.1.*

Intellige, id non procedere, ubi adſint conjecturæ, eorum vocationem ſuadentes, *dict. vot.15. num.68.*

Conjectura autem eſſet, ſi filii gravati ſint reſtituere, tunc enim vocati cum tali onere etiam nepotes cenſentur, *vot.7. numer.65., dict. vot.15. num.35., & 69., & vot.30. n.48. p.1.*; Limita, *ut dict. vot.15. nu.70.*

Aliæ referuntur vocationis nepotum conjecturæ, *vot.1. num.161., vot.2. nu.16., vot.15. nu.34., & ſeq., & vot.45. nu.28. p.1.*

Teſtator vocando filios maſculos ex ejus filio, expreſſo iſtius nomine, cenſetur de filiis dumtaxat primi gradus intellexiſſe, *vot.12. num.59. part.2.*

Limita, ſi nulla adſit particula reſtrictiva, *ibid. num.60.*

Tunc enim expreſſio perſonæ adjecta cenſetur ſolum *demonſtrativè*, ad demonſtrandam nempe originem, *ibid. num.61.*

Teſtatoris voluntas ex affectione elicitur, *vot.43. nu.56. p.1.*

Teſtatorum, perpetua fideicommiſſa ordinantium, nulla ſpecialis *affectio* erga certas perſonas conſiderari poteſt, *vot.37. nu.20. part.1.*

Sed naturalis dumtaxat affectio erga poſteritatem ſuam, *num.21.*

Teſtatori neque *gratus*, neque *ingratus* eſſe poteſt, qui nondum natus eſt, *vot.37. num.21. part.2.*

Teſtator majori *affectione* motus cenſetur erga filias jam natas, quam erga neptes naſcituras, *vot.6. nu.63. p.1., & vot.21. nu.48. part.2.*

Teſtator vocando *tunc extantes*, oſtendit, non habuiſſe affectionem ad omnes de familia, *vot.36. num.18. part.1.*

Et perinde eſt, ac ſi nominatim vocaſſet ſuperſtites, *ibidem num.19.*

Teſtatorem ad plures perſonas inæqualiter *dilectas* reſpexiſſe, oſtendit digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, *vot.37. num.79. p.1.*

Diverſa concurrere poteſt *Teſtatoris affectio* in perſonis diverſis, *vot.8. num.92. p.1.*

Teſtatores agnationem virorum, quibus Sorores, aut filiæ ſuæ nupſerunt, contemplari, eorumque ſexum maſculinum *prædiligere*, novum non eſt, *vot.42. num.16. p.1.*

Teſtator ſi viros filiorum ex alia in ſubſidium admiſit, eò magis vocare voluiſſe cenſetur ipſius filiæ deſcendentes maſculos, *vot.45. numer.41. part.1.*

Teſtator præſumitur perſonas *prædilectas*, Subſtituto minus dilecto præferri voluiſſe, *vot.8. nu 130., vot.37. numer.32., & vot.45. numer.5. part.1.*

Teſtatoris affectio ferri præſumitur in illos, qui ſunt de ſanguine, non autem in Extraneos, qui idem cognomen deferant, *vot.45. numer.65. part.1.*

Teſtator non eſt cenſendus Extraneos propriis Deſcendentibus præferre voluiſſe, *vot.12. num.20. part.2.*

Erga Deſcendentes major ſemper eſt *Teſtatoris affectio*, quàm erga piam Cauſam, *ibidem numer.21.*

A *Teſtatore* heredes cognitos, ac *dilectos*, non verò incognitos, ac *minùs dilectos* favore Extraneorum, ſivè etiam Locorum Piorum gravari voluiſſe, abſurdum cenſendum eſt, *vot.13. nu.15., & vot.35. nu.12. p.1.*

Teſtatoris major eſt *affectio* erga Deſcendentes, quàm erga Tranſverſales, *vot.37. numer.71. part.1.*

Teſtatoris affectio magis fertur in fœminas ex Maſculis, quam in fœminas fœminarum, *vot.40. num.24. p.1.*

Quin etiam magis, quàm in proprias filias, *ibid. num.25.*

Teſtatoris par eſt *affectio* tàm in utrinque conjunctos, quàm erga conſanguineos, *vot.12. nu.143. part.1.*

Heredis verò erga utrinque conjunctos, *ibid.*

Teſtatoris affectio naturalis conſideratur etiam favore illegitimi, *vot.8. num.134. p.1.*

Teſtator ſuos, ac heredis inſtituti filios alienæ ſucceſſioni antepoſuiſſe cenſetur, *vot.19. nu.28. p.1., & vot.12. nu.23. part.2.*

Ab hac autem regula non receditur, niſi ex concludentibus, atque efficacibus conjecturis, *dict. vot.12. nu.29., & 53.*

Præſertim, quando res non eſt inter Deſcendentes Teſtatoris, ſed cum heredibus extraneis, *ibid. num.30.*

Pro iſtorum enim excluſione omnis poſſibilis capienda interpretatio eſt, *ibid. nu.31.*

Teſtator lineam illius *prædilexiſſe* cenſetur, qui duplici vinculo copulabatur ſibi, non qui ejus heredi, *vot.12. numer.132. part.1.*

Te-

Teſtator cenſetur proximiorem ex ea linea *prædilexiſſe*, quam ejus heredi prædilectam novit, *vot. 12. nu. 121.*, *&* *129. p. 1.*

Teſtator proximiorem heredis eum vocaſſe ceoſetur, qui heredi ipſi ab inteſtato eſſet ſucceſſurus, *vot. 12. nu. 96.*, *&* *111. p. 1.*

Intellige, ſi proximitatem civilem, non ſit materialem tantùm conſideraverit, *ibid. numer. 97.*

Teſtator cenſetur duplici vinculo ejus heredi coojunctos *prædilexiſſe*, *vot. 12. numer. 136. part. 1.*

Deque eis ſub proximiorum nomine ſenſiſſe, *ibid. num. 137.*

Teſtator in portione, uni aſſignata, cenſetur plus omnes, ab eo deſcendentes, *dilexiſſe*, quam Subſtitutum filium ſuum, *vot. 8. numer. 133. part. 1.*

Teſtatoris mens eſt proſpicieodi ſoboli filii gravati, non autem propriæ, cui jam proſpexit, *vot. 12. nu. 44. p. 2.*

Teſtatoris major *affectio* præſumitur erga fratrem, ac ejus filios heredes inſtitutos, quàm erga filiam exeluſam, & particularibus relictis honoratam, *vot. 43. nu. 57. p. 1.*

Major itidem *Teſtatoris affectio* præſumitur erga filios fratris legitimos, & naturales, quàm erga nepotes ex naturali ipſius Teſtatoris filia, *ibid. num. 58.*

Teſtatoris amor erga fratrem, ejuſque filios heredes ioſtitutos continuare in omnes eorum poſteros præſumitur, *vot. 43. num. 59.*, *&* *112. part. 1.*

Teſtatoris major *affectio* præſumitur iu quemlibet licèt remotiſſimum, in cujus linea fideicommiſſum ſit ingreſſum, quàm in propinquiſſimum etiam filium ſuum, *vot. 43. num. 60. part. 1.*

Ex majori *Teſtatoris affectione* erga primum vocatum, ejuſque lineam, nec non iſtius erga eos, qui ſibi conjunctiores ſunt, ratio deſumitur utrinque conjuoctos præferendi, *vot. 12. nu. 161. part. 1.*

Teſtatoris, ejuſque heredis præſumpta *affectio* erga utrinque conjuuctos ad ulteriores etiam progredi cenſenda eſt, *vot. 12. nu. 162. p. 1.*

Sicque etiam pronepotibus ſuffragari duplicitas vinculi, ſicut filiis & nepotibus, *ibid. numer. 163. p. 1.*

Teſtatoris prædilectio erga Subſtituti Deſcendentes ex quibus deſumi valeat? *vot. 1. num. 133. ad 135. p. 1.*

Teſtatori magis *dilecta* præſumitur Soror nupta in familia, *vot. 1. num. 28. p. 1.*

Teſtetor non cenſetur Sororem, à ſe magis *dilectam* minùs honorare voluiſſe, *vot. 1. numer. 29. part. 1.*

Et contrarium videretur abſurdum, *ibidem num. 30.*

Teſtator Legato Sororibus facto pro quocumque caſu deficientis ejus lineæ maſculinæ, cenſetur Legatum, alteri Sorori factum, pro eodem etiam caſu reliquiſſe, *vot. 1. numer. 27.*, *&* *31. part. 1.*

Teſtator cenſendus non eſt minus in poſteriori Legato favore uuius Sororis reliquiſſe, ac reliquit iu ſuperiori favore aliarum, *voo. 1. num. 32. part. 1.*

Præſertim, ſi *dilecta* magis illa ſit, *ibidem numer. 33.*

Teſtatores affectionem habentes erga quædam Bona, ſolent ea particulari fideicommiſſo ſubiiccre, *vot. 14. nu. 67. p. 1.*

Magna erga Patriam præſumitur *Teſtatoris affectio*, *vot. 30. nu. 35. p. 2.*

Teſtatori gratior primogenitura cenſenda eſt, *vot. 12. num. 44. p. 1.*

Teſtator primogenituram in linea à ſe *prædilecta* manere debere, reſponderet, *vot. 12. nu. 181. part. 1.*

Teſtator non plures, ſed unam inſtituere voluiſſe primogenituram cenſetur, *vot. 12. nu. 11. p. 1.* & ratio, *nu. 15.*, *&* *45.*

Teſtator filios civiliter mortuos, quos io aliis diſpoſitionibus numquam nominavit, nec ad *primogenituram* invitaſſe cenſetur, *vot. 6. num. 5. part. 1.*

Minùſque eorum filios, ſi nec de obitu vocatorum ſinè filiis cogitavit, *ibid. num. 6.*

Teſtator nequit dici, in defectu *Primogeniti* abſque filiis, alterum filium, ejuſque Deſcendentes à primogenitura voluiſſe excludere, *vot. 6. num. 23 part. 1.*

Teſtetor ſolum *Primogenitum*, actu exiſteutem vocaſſe non cenſetur, ſi illum proprio nomine vocare omiſit, *vol. 12. num. 84. part. 1.*

Et, ſi eum vocavit cum relatione ad futurum tempus, *ibid. num. 85.*

Hoc enim caſu civiliter illius exiſtentiam conſideraſſe dicitur, *ibid.*

Ac cenſetur etiam ad Secundògenitum reſpexiſſe, *ibid. num. 86.*

Teſtator, qui defeciſſe ſuppoſuit nedum filios, ſed eorum etiam *Deſcendentes*, cenſendus eſt *primogenituræ* conditionem per mortem uoius ex filiis exiſtere noluiſſe, *vot. 31. numer. 13. part. 2.*

Teſtator non ſuperſtitem lineam filiorum, ſed filios ſuperſtitis filii nominatim appellaſſet, ſi diſponere voluiſſet in caſum filii ſui præmorientis, *vot. 31. num. 41. part. 2.*

Teſtator primogenituram inſtituens io *Deſcendentia* filiorum, quæ ſupereſſet, nec nomine *lineæ*, antea expreſſæ, de filiis immediatis, nec nomine *Deſcendentiæ*, de filiis filiorum ſenſiſſe dicendus eſt, *vot. 31. numer. 15. part. 2.*

Teſtator nomen *Deſcendentiæ* non adhibuiſſet, ſi de filiis filiorum ſenſiſſet, ſed faciliùs expreſſiſſet *filios filiorum*, *vot. 31. numer. 16. part. 2.*

Teſtator quod eoſdem *filios*, & *Deſcendentes* in una parte hereditatis per vulgarem, in altera per fideicommiſſeriam inſtituere voluerit, cen-

ſendus non eſt, *vot. 16. numer. 44. part. 2.*

Teſtatoris cœlibis familia *contentiva* cenſetur potiùs jure *effectivæ*, *vot. 11. num. 9. part. 1.*; ſed vid. *numer. 54.*

Teſtator filios non habens cenſetur lineam non *effectivam*, ſed *contentivam* vocaſſe, *vot. 3. nu. 8. part. 1.*

Teſtator propriis carens Deſcendentibus, cenſetur eorum nomine contemplaſſe Deſcendentes fratris heredis inſtituti, *vot. 43. numer. 19. part. 1.*

Teſtatores propriis carentes Deſcendentibus, illos fratrum, veluti ſuos, ſolent diligere, *vot. 43. num. 20.*, *& 89. p. 1.*

Deſcendentium ſuorum nomine comprehenſi à *Teſtatore* cenſeri nequeunt Deſcendentes ejus filiæ naturalis, *vot. 43. num. 33.*, *& num. 34.*, *& ſeq. part. 1.*

Teſtator ſub nominæ *familiæ*, & *Deſcendentiæ* illam ſui fratris heredis inſtituti, non verò filiæ, ab ipſo excluſæ, contemplaſſe cenſendns eſt, *vot. 43. numer. 61. part. 1.*

Procedit maximè de Teſtatore, nullam habente familiam effectivam, aut legitimam deſcendentiam, *ibid. num. 62.*

Teſtator non eſt cenſendus filios ex filia naturali, ab ipſo excluſa, præferre voluiſſe Deſcendentibus fratris, inſtituti heredis, *vot. 43. num. 55.*, *& 107. p. 1.*

Sufficit autem, hos fuiſſe ab eo contemplatos in aliqua teſtamenti parte, *ibid. num. 88.*

Teſtator nomine *Deſcendentiæ ſuæ* faciliùs contemplaſſe cenſetur illam fratris, eumdem Patrem habentis, *vot. 43. num. 63. p. 1.*

Teſtator nomine *Deſcendentium ſuorum* contemplans Deſcendentes fratris, ſuos hos facit, vel pares Deſcendentibus ſuis, *vot. 43. nu. 64. part. 1.*

De *Teſtatoris familia* dicuntur etiam, qui ex illius *fratre* deſcendunt, *vot. 43. numer. 93. part. 1.*

Teſtator verbis *lineâ*, *deſcendentiâ*, *& familiâ* impropriè uſus in una teſtamenti parte, cenſetur, & in aliis, *vot. 43. num. 92. p. 1.*

Sicque appellatione *ſuorum Deſcendentium* in aliis partibus intellexiſſe Deſcendentes fratris, *ibid.*, *& numer. 93.*

Teſtator quod fratris Deſcendentes appellaverit nomine *Deſcendentium ſuorum*, id vel amori erga illos, vel errori, ac imperitiæ ipſius Teſtatoris, aut Notarii tribuendum eſt, *vot. 41. numer. 89. part. 1.*

Teſtator filium, & nepotem primos heredes inſtituendo in determinatis Bonis, *duplicem lineam* ab initio deſignaſſe dicitur, *vot. 30. numer. 51. part. 1.*

Teſtatoris voluntas, nonniſi per fideicommiſſum reciprocum poteſt adimpleri, ſi ſemper fœminas excluſit favore maſculorum, *vot. 10. numer. 124. part. 1.*

Præſertim, ſi alios Agnatos vocavit, qualibet deficiente lineâ, *ibid. num. 125.*

Et maximè, ſi in Maſculis qualitatem legitimitatis requiſivit, *ibid. nu. 116.*

Teſtatorem voluiſſe condere fideicommiſſum pro ſolis *Maſculis ex Maſculis*, indicat enixa illius voluntas conſervandi Bona in agnatione, *vot. 42. num. 52. p. 1.*

Teſtator agnationi proſpiciens, præſumitur, *matris vinculum*, nec etiam in Subſtitutis conſideraſſe, *vot. 12. num. 133. p. 1.*

Teſtatoris mens in fideicommiſſis deſcenſivis perpetuis proclivior cenſetur eſſe in *Maſculos ex Maſculis*, quàm in Maſculos ex fœminis, *vot. 23. num. 30. p. 1.*

Intellige tamen, ut, ſecluſâ ejus contrariâ voluntate, illi ſemper in ſubſidium admiſſi cenſeantur, *ibid. num. 31.*

Teſtator ſub conditione poſitis *ſolis Maſculis*, conſultò omiſiſſe cenſetur *fœminas* licèt alioquin in mente habitas, *vot. 12. num. 2. p. 2.*

Eædemque nec per poſterius ſub conditione comprehenſę dici poſſunt, *ibid. num. 3.*

Teſtator fœminas in concurſu tantùm cum Maſculis excluſiſſe cenſetur, quoties deficiat agnationis contemplatio, & fœminæ, per modum regulæ, excluſæ non fuerint, *vot. 12. numer. 33 part. 2.*

Teſtator Maſculos fœminis præferens, *fœminas* vocaſſe cenſetur, *vot. 41. nu. 41. part. 1.*

Teſtator vocans *ſolos Maſculos* in priori parte diſpoſitionis, de iiſdem ſenſiſſe dicitur etiam in poſteriori parte, *vot. 14. num. 9. p. 1.*

Cum pars una teſtamenti declaretur ab altera, *ibid. num. 10.*

Procedit, licèt concurrat fœmina, ab ultimo poſſeſſore deſcendens, *ibid. num. 11.*

Maſculis primi dumtaxat gradus in diſpoſitiva à *Teſtatore* vocatis, *fœminarum*, vel aliorum Deſcendentium vocatio elici adhuc poteſt ex aliis partibus, ut ſunt prohibitiva, & privativa in caſu delicti, *vot. 43. numer. 84. 85.*, *& 86. part. 1.*

Teſtator, excluſis à fideicommiſſo *filiabus*, multò magis *ulteriores fœminas* excluſiſſe cenſetur, *vot. 9. num. 122. part. 1.*

Teſtatoris voluntas excludendi *neptes* non benè elicitur ex illarum omiſſione, *vot. 41. numer. 66. part. 1.*, *& vot. 12. numer. 31. part. 2.*

Teſtator ſicuti filias ſpecificè excluſit, ita quoque *neptes* excludere non omiſiſſet, ſi voluiſſet, *vot. 12. num. 48. p. 2.*

Quod maximè dicendum, ſi illis, non autem his providit de dote, ac neceſſariis alimentis, *ibid. num. 50.*

Teſtator aut de *neptibus* per oblivionem non cogitavit, & ceſſat tunc ejus voluntas impediendi illarum vocationem, ſuppletam à Lege, *vot. 12. num. 46. p. 2.*

Aut verò de eis non cogitavit, nec tamen excluſit, & non cenſetur eas voluiſſe excludere, ſed relinquere ſub diſpoſitione juris, *ibid. num. 47. 49.*, *& ſeq.*

Ex majori *Teſtatoris* affectione erga *filios*, extenſio

à filiabus ad *neptes* non admittitur, *vot.21. num. 47.*, *&* *49. p.2.*

A *Teſtatore* vocatis *fœminis fœminarum*, eò magis *fœminæ ex Maſculis* vocatæ ſunt centendæ, *vot. 40. numer.22. 27.*, *& 29. p.1.*, ratio *numer.23.*, *& 24.*

Teſtator, volitâ ſuorum Bonorum perpetuâ conſervatione, cenſendus eſt, vocaſſe etiam *Maſculos ex fœminis*, *vot.22. nu.44. part.1.*

Teſtatoris, perpetuum fideicommiſſum ordinantis, voluntas faciliùs impletur, admiſſis *Maſculis* etiam *ex fœminis*, *vot. 25. numer. 35. part.1.*

Teſtator quod *Maſculis ex ſuis filiabus* præferre voluerit illegitimos, aut fœminas extraneas, veriſimile non eſt, *vot. 22. numer. 43. part.1.*

Teſtator vocando Agnatos maſculos, deindeque *fœminas*, ab ipſis deſcendentes, eas tantùm in ſubſidium admiſiſſe cenſetur, *vot.22. num.79. part.1.*

Teſtator in defectu omnium Deſcendentium maſculorum vocando ſimpliciter *Maſculos fœminarum*, eos per vulgarem vocaſſe cenſetur, *vot. 34. numer. 36. part. 1.*; amplia, ut *num.37.*, *& 38.*

Teſtator cenſetur, quod, ſicut in una, ita & in altera ſubſtitutione, ſi voluiſſet, *filios filiarum* excluſiſſet, *vot.19. num.64. p.1.*

Teſtator licèt *filiabus*, immediate ab herede genitis Subſtitutum dederit, earum filii excluſi non cenſentur, *vot.19. num.52. p.1.*

Scilicet, ob ſubintellectam à Lege eorum favore conditionem: *ſi ſinè filiis*, *ibid.*

Teſtator vocationi *fœminarum*, ab aliquo deſcendentium, hujus nomen adjeciſſe cenſetur *demonſtrativè*, ad demonſtrandam originem, non ad *taxativè* deſignandas filias illius immediatas, *vot.40. num.8.*, *& 77. p.1.*

Teſtator centendus non eſt alicujus *fœminarum* vocationem reſtrixiſſe ad fœminas illius immediatas, quoties de perpetuo agitur fideicommiſſo, *vot.40. num.16. p.1.*

Vocatis præſertim etiam illarum Deſcendentibus, *ibid. nu.18.*, *& 68.*

Teſtator, collatâ *fœminarum* vocatione in tempus remotiſſimum, nequit cenſeri de fœminis immediatis intellexiſſe, *vot.40. numer.56.*, *& 74. part.1.*

Teſtator, contemplatâ etiam *domo artificiali*, cenſetur de Bonorum conſervatione intellexiſſe, etiam in illa, *vot.45. num.30. p. 1.*

Teſtator poſt Agnatos vocans *fœminas ſuperſtites*, ac deinde earum maſculos cum onere aſſumendi cognominis, fœminas non tamquam extremum, ſed tamquam medium reſpexiſſe dicitur, *vot. 36. numer. 50.*, *& 53. part.1.*

Et eas non *taxativè*, ſed *demonſtrativè* expreſſiſſe, ad deſignandam nempe originem, *ibidem num.51.*, *& 67.*

Ac proindè earum exiſtentia vim non habet conditionis, ſub quâ vocati earum Maſculi dicantur, *ibid. num.52.*

Præſertim, ſi vocatio fœminarum, earumque maſculorum collata ſit in tempus remotiſſimum, *ibid. num.54.*

Teſtatoris voluntas æqualitatem ſervandi inter ejus *neptes, in ſeculo manentes*, intelligi poteſt æquè de *nuptis*, ac de *innuptis*, *vot.14. numer.58. part.2.*

Teſtator, ad ſervandam æqualitatem inter *neptes*, à ſe Legatis honoratas, cenſetur eorum tranſmiſſibilitatem voluiſſe, ſicut in nepte, quæ nupſit, ita in altera, quæ non, *vot.15. numer.26. part.2.*

Contrarium, ubi Legata ejuſmodi ſint conditionalia, cum par nequeat eſſe ratio implentis, ac non implentis conditionem, *ibidem num.27.*

Id tamen limitatur in dubio, an purè, vel ſub conditione relicta ſint, *ibid. num.28.*

A *Teſtatore* excluſis *fœminis Religioſis* propter *fœminas in ſeculo manentes*, tàm *nuptæ*, quàm *innuptæ*, in ſeculo tamen manentes, contemplatæ ſunt cenſendæ, *vot.14. num.59. p.2.*

Teſtatore plures requirente *qualitates*, alteram tantum habere non ſufficit, *vot.26. numer.2. part.1.*

Teſtator illegitimos excludendo, *legitimos* incluſiſſe cenſetur, *vot.19. num.40. p.1.*

Teſtator præferendo *lineam prædilectam*, cenſetur omnes ex ea deſcendentes prætuliſſe, etiam illegitimos, *vot. 8. numer. 113. part.1.*

Teſtatoris voluntas reſiſtere dicitur filiis *naturalibus*, *& legitimatis*, ſi in omnibus Deſcendentibus qualitatem legitimitatis exoptavit, *vot.8. num.6. p.1.*

Teſtatoris voluntas licèt non aſſiſtat *Legitimatis*, ſi tamen de ejus reſiſtentia non doceatur, illis ſucceſſio danda eſt, *vot.8. num.9. p.1.*

Et ex quibus de reſiſtentia ejuſmodi conſtare dici poſſit? *ibidem num.14.*

Itidemque ex quibus eadem reſiſtentia excludi valeat? *ibidem num.23.*, *& ſeq.*

Teſtator quò magis expreſſit in aliis teſtamenti partibus *qualitatem legitimitatis*, eò magis cenſetur illam repetere noluiſſe, ubi non expreſſit, *vot. 8. num.71. p.1.*

Procedit maximè, ſi de perſonis, & gradibus diverſis agatur, *ibid. num.72.*

Et quando capitula ſunt ſeparata, habentque orationem per ſe perfectam, *ibid.*

Teſtator provectæ ætatis loquens de *filiis poſſibiliter naſcituris* cenſetur *qualitatem legitimitatis* demonſtrativè ſolùm expreſſiſſe, *vot. 8. num.77. p.1.*, & ratio *ibid.*

Teſtator filios ex Sorore *jam natos*, appellando *legitimos*, alios verò *naſcituros* vocando ſinè tali qualitate, cenſetur eam primis adjeciſſe *demonſtrativè* tantùm, *vot. 8. num.79.*, *& 151. p.1.*

Nec eam in ſecundis repetere voluiſſe, *ibid. num. 80.*, & ratio *nu.81.*

Te-

Teſtator quoad filios Sororis ſuperſtitis, ab ipſo non connotatos cum *qualitate legitimitatis*, hanc repetere noluiſſe cenſetur, *vot. 8. numer. 86. part.1.*

A *Teſtatore* adjecta *legitimitatis qualitas* quoad Sororis filios poteſt rectè intelligi de filiis primi gradus, *vot.8. nu.84. part.1.*

Teſtator, ſi, cum voluit *qualitatem legitimitatis*, illam expreſſit, cum illam non expreſſit, noluiſſe cenſetur, *vot.8. num. 70. 109. 124. 150. 153.*, *&* 159. *part. 1.*, ſed vid. *d. vot.* 8. *numer. 94.*, *& ſeq.*, *& num.153.*

Teſtatoris honeſtas, atque nobilitas non eſt ſufficiens conjectura excluſionis *filiorum naturalium*, *vot.8. num.45.*, *& 46. p.1.*

Niſi agatur de Teſtatore in dignitate conſtituto, vel qui ejus conditione ceteros antecellat, *ibid. num.47.*

Et dubium eſt, an ſola ſufficiat magnatitia qualitas, *ibid. num.48.*

Conjectura autem excluſiva *filiorum naturalium* eſt, quæ oritur ex Signoria, juriſdictione, & poſſeſſione feudorum, *vot.8. num. 49. p.1.*

Teſtatrix prænobilis, & honeſtiſſima quod *illegitimos* ex fœminis, ab ipſa deſcendentibus, naſcituros prævideri, cenſendum non eſt, *vot.19. num.41. p.1.*

A *Teſtatore* optata maſculinitatis qualitas votum *agnationis* perbibet, *vot. 1. numer. 52. part.1.*

Junctâ præſertim connotatione *domus, & familiæ*, ac expreſsâ ratione agnationis conſervandæ, *ibid. num.53.*, *& 54.*

Teſtator principaliter *agnationem* contemplaſſe cenſetur, ſi propriis etiam excluſis filiabus, alios in defectu Maſculorum Agnatos invitavit, *vot. 10. num.96. p.1.*

Procedit etiam, ubi poſt Maſculos fœminas vocaverit, *ibid. num.97.*

Præſertim, ſi voluit, filias dote contentas eſſe, *ibid. num.98.*

Teſtatoris votum conſervandi Bona in *agnatione* deſumitur ex vocatione maſculorum, & fœminarum excluſione, *vot.7. nu.49. p.1.*

Teſtator, expreſsè volitâ ab eo conſervatione *agnationis*, non cenſetur Maſculos vocaſſe ex mera ſexus prædilectione, *vot.1. numer. 54. part.1.*

Sed ex cauſsâ agnationis, tamquam finali, & principali, *ibid. nu.55.*

Teſtator volens, Bona in *ſua domo* conſervari, ſolos Maſculos vocaſſe cenſetur, *vot.14. num.5.*, *& 7. p.1.*

Teſtator quibus ex verbis dicatur votum habuiſſe perpetuæ Bonorum conſervationis? *vot.40. nu. 12. p.1.*

Teſtatoris nobilitas conjecturam *agnatitii fideicommiſſi* præbet, *vot.9. num.123.*, *& vot.10. num. 104. p.1.*

Præcipuè, cum res eſt de Teſtatore Bononienſi, *ibid. num.105.*

A *Teſtatore* contemplari potuiſſe *agnationem* in Sororis filiis, commentum eſt, *vot.41. numer.74. part.1.*

Teſtatores perſæpe *agnationem* contemplantur in una ſubſtitutione, non item in alia, *vot.8. num. 121. p.1.*

Teſtator volens, Bona in ſua *agnatione* perpetuò conſervari, fideicommiſſum ſupponit, *vot.14. num.4. p.1.*

Teſtator cogitans de perpetua conſervatione Bonorum in *familia*, cogitare quoque debuit de perpetuo fideicommiſſo, *vot.13. num.12.*, *& vot. 6. num.20. p.2.*

Teſtator in votis habens perpetuam *Bonorum conſervationem*, voluiſſe etiam cenſetur media ad illam aſſequendam, *vot.40. num.13. p.1.*, *& vot. 14. num.30. p.2.*

Teſtator nequit dici fruſtra ſollicitus fuiſſe de perpetua Bonorum conſervatione apud omnes, ab eo vocatos, *vot.1. num.123.*, *&* 124. *part.1.*

Teſtator, condito *perpetuo fideicommiſſo*, præſumendus non eſt, in defectu Agnatorum, fœminas collaterales, etiam ſibi proximiores admittere voluiſſe, ſuperſtite adhuc Maſculo de linea prædilecta, *vot.39. num.33. p.1.*

Procedit, etiamſi à verborum proprietate deflecti deberet, *ibid. num.34.*

Teſtatoris optantis conſervationem *ejus nominis, & familiæ*, voluntas impleri non dicitur, ſi admittantur, qui alienæ familiæ nomen, & inſignia deferant, *vot.26. nu.16. p.1,*

Ex *Teſtatoris* contraria voluntate *fideicommiſſa* æquè, ac *Legata revocari* poſſunt, *vot.38. num. 92. part.1.*

Sivè ea ſit expreſſa, ſivè tacita, *ibid. num.93.*

Teſtator à primogenituræ natura recedere voluiſſe non eſt cenſendus, *vot. 40. numer. 34.*, *& 69. p.1.*

Teſtator non à tota ſua voluntate, ſed ab ea tantùm parte, quam expreſsè reformavit, *receſſiſſe*, dicendus eſt, *vot.9. numer.33.*, *& 41. part.2.*

A *Teſtatoris* voluntate pendet, quænam proximitas in primogenituris attendi debeat, *vot. 12. num. 114. part.1.*

Ejus autem voluntas ex cauſſis ipſam moventibus poteſt deſumi, & ex quibus? *ibid. num. 116.*, *& ſeq.*

Teſtator patrio *Statuto* ſe conformare voluiſſe præſumitur, *vot.22. num.75.*, *vot.41. num.4. p.1.*, *& vot.15. num.24. part.2.*

Conjectura autem hæc plurimùm urget pro interpretanda Teſtatorum voluntate, *dict. vot.22. num.76.*, Intellige, *ut num.77.*, *& ſeq.*

Teſtatorum diſpoſitiones intelligendæ ſunt ad mentem *Legis municipalis*, *vot.4. numer. 15. part.2.*

Teſtator aſcendens præſumitur ſe conformaſſe *Statuto*, ejus proprio, non alteri agenti de ſucceſſione heredis gravati, *vot.22. num.84. part.1.*

Teſtatoris præſumpta conformatio cum *Legibus Pa-*

Digitized by Google

tria non ſimplicem præſumptionem, ſed regulam ſtatuit, *vot.* 41. *num.*4. *part.*1.

Teſtator vocans ad multiplici fruitionem Deſcendentes heredis, & ſucceſſores Patris ſui, non heredes ſanguinis, ſed heredes Bonorum, ex *Statuto* vocaſſe cenſetur, *vot.*41. *numer.*17. *part.*1.

Sola præſumpta *Teſtatoris* conformatio cum *patriis Legibus*, etiam abſque aliis conjecturis, ſat eſt pro fœminarum excluſione, *vot.* 41. *num.* 13. *part.* 1.

Teſtator nullum prædilectæ agnationis indicium præbens, non cenſetur ſe conformaſſe *Statuto*, excludenti fœminas propter Maſculos, *vot.*41. *num.*70. *p.*1.

Nec eidem ſe conformaſſe cenſetur, ſi vocavit deſcendentes etiam ex fœminis prorſus extraneis, *ibid. nu.*71., & 73.

Teſtator in diſpoſitionibus perpetuis, & progredientibus per plures gradus, & perſonas, ſub *Statuto* non comprehenſas, non præſumitur Statuto ſe conformare voluiſſe, *vot.*41. *num.*62. *part.* 1.

Voluntatis *Teſtatoris* conjectura, à Statuto *deſumpta*, nequit efficere, ut fœminæ non vocatæ, niſi deficientibus Agnatis maſculis, his etiam extantibus, admitti valeant, *vot.*22. *num.*80., & 81. *part.*1.

Præſumpta *Teſtatoris* conformatio cum *patriis Legibus* tota fundatur in conjecturata ejus mente, *vot.*41. *nu.*67. *p.*1.

Nec locum habet, ſi contrariæ conjecturæ urgeant, *ibid. numer.* 68.

Teſtator, in caſibus literaliter non exceptis, ſe *juris communis* diſpoſitioni conformaſſe præſumitur, *vot.*21. *num.*62. *p.*2.

Teſtator diſpoſitioni *Juris* quoad ordinem ſuccedendi ab inteſtato ſe conformaſſe præſumitur, *vot.*43. *num.*113. *p.*1.

Teſtator mobilia vendi, ac æſtimari jubens, de immobilibus rem ſub *Juris* diſpoſitione reliquiſſe cenſetur, *vot.*44. *num.*107. *p.*1.

Teſtator, niſi expreſſe prohibuerit trebellianicæ detractionem, eam, ſe *juri* conformando, permiſiſſe cenſetur, *vot.* 28. *numer.* 12. *part.*2.

Ac præſumitur ipſam, veluti æs alienum, detrahi voluiſſe, *ibid. nu.*13.

Teſtatoris voluntas undecumque elicita, prævalere debet præſumptioni *Legis*, illum aliter ſenſiſſe cenſentis, *vot.*19. *num.*8. *p.*1.

Eademque præſumptio conjecturis etiam levibus elidi poteſt, *ibid.*

Teſtator præſumitur ſe conformaſſe potiùs *Statutis*, & conſuetudinibus, quàm diſpoſitioni *juris communis*, *vot.*2. *num.*42. *p.*1.

TESTATUS.

Teſtatur quis pro parte deceſſiſſe, & pro parte inteſtatus dici nequit, ſivè de tota hereditate, ſivè de illius portione agatur, *vot.*44. *num.*232. *p.*1., & *vot.*19. *num.*12. *p.*2.

Teſtatus quis decedens quod in aliqua parte inteſtatus dicatur, novum non eſt, *vot.*42. *num.* 10, *part.*1.

TESTIS.

Teſtis unicus plenam probationem non conſtituit, *vot.*25. *num.*25. *p.*2.

Teſtis unicus, & ſingularis is dici nequit, cujus depoſitioni conſonat alterius depoſitio, *vot.* 25. *num.*27. *part.*2.

Teſtes duo in eorum depoſitione conformes, nequeunt dici unici, vel ſingulares unicitate, vel ſingularitate obſtativâ, ſed adminiculativâ, quæ fidem his non adimit, *vot.*25. *num.* 28. *p.*2.

Teſtis deponens de voluntate Teſtatoris, antequam in ſcriptis redigeretur, non probat, eam ad actum diſpoſitionis fuiſſe perductam, *vot.*25. *num.*25. *p.*2.

Et dicto unius *Teſtis* nequit interverti voluntas Teſtatoris explicata in teſtamento, *vot.*25. *numer.* 36. *part.*2.

Melius verò declarari, atque explicari poteſt, *ibid. num.*43.

Teſtes plenè informati de voluntate Teſtatoris, illam declarare valent, *vot.* 25. *num.* 21. 24., & 64. *p.* 2.

Præſertim, ſi integræ ſint fidei, ac probitatis, nec non Sacerdotali decorati charactere, *ibidem numer.*22.

Teſtis ille, idemque, qui fuerit teſtamenti conſcriptor, optimè declarare poteſt Defuncti voluntatem, ab ipſo ſibi panditam, *vot.*25. *num.* 13. *p.*2.

Ejuſque declarationi, præſertim, ſi cum ea deceſſerit, ſtaudum eſt, *ibid. num.*14.

Similis Teſtis probat, licèt ſit unicus, *ibidem numer.*29.

Teſtis, perſpectam habentis voluntatem Defuncti, ſibi ab ipſo patefactam, plurimùm valet depoſitio, *vot.*25. *num.*38. *p.*2.

Teſtis deponens de conſcriptione teſtamenti, à ſe feſtinanter poſt auditam Teſtatoris voluntatem, facta, hanc in diſpoſitionem fuiſſe redactam, probat, *vot.*25. *num.*30. *p.*2.

Duo *Teſtes* ad probandam favore filiorum voluntatem Teſtatoris ſufficere dicuntur, *vot.*9. *num.*1. *part.* 2.

Præſertim, cum agitur ſolummodo ad illam declarandam, *ibid. nu.*2., & 7.

Septenarius *Teſtium* numerus requiritur, quum de nova Teſtatoris diſpoſitione inducenda, ſecus, quum de illius diſpoſitione declaranda agitur, *vot.*25. *num.*44. *p.*2.

Hoc enim caſu unicus *Teſtis* ſufficit, *ibid.*

Teſtes duo fiduciariam inſtitutionem ſatis probant, *vot.*9. *num.*3. *p.*2.

Licèt nulla in verbis fiducia expreſſa fuerit, *ibid. num.*4.

Procedit maximè, ubi diſpoſitio ſit inter Liberos, *ibid. num.*5.

Teſtes etiam ſingulares ſufficiunt ad probandam inter Teſtatorem, & heredem ſcriptum fiduciariam conventionem, *vot.*9. *num.*8. *p.*2.

Te-

Teſtes, etiam ſingulares, ex iis, quæ Teſtator extra teſtamentum dixit, fiduciariam inſtitutionem ſatis probant, *vot.9. nu.29. p.2.*

Intellige, cum teſtamenti verba dubia ſunt, & non agitur de probanda illius ſubſtantia, ſed ſolùm de declaratione confidentiæ, obſcuris verbis à Teſtatore expreſſæ, *ibid.*

Secùs, ſi confidentia tum claris teſtamenti verbis, tum aliis argumentis excludatur, *ibid. nu. 13., & 30.*

Tunc enim ſeptenarius illorum numerus requiritur, nec minor ſufficit, *ibid. nu.31.*

Sin autem ob ſpeciale aliquod privilegium minor admittatur Teſtium numerus, rigoroſius illi examinandi ſunt, *ibid. nu.32.*

Auctoritates firmantes, *Teſtibus* etiam ſingularibus probari poſſe fiduciariam inſtitutionem, licet de revocando priori teſtamento agatur, declaratur *ibid. nu. 38.*

Ex dicto ipſorummet *Teſtium*, deponentium de fiduciaria inſtitutione, eadem excluſa oſtenditur *vot. 9. num. 34., & ſeq. p.2.*

Per *Teſtes* ſatis probata in herede dicitur ſcientia oneris, *vot.24. nu.192. p.2.*

Teſtes, optimam eorum dicti rationem reddentes, plurimùm valent ad directum dominium probandum, *vot.27, nu.58. p.2.*

Sic etiam ad recadentiarum jus aſſerendum favore Baronis, *ibid. num.59.*

Hiſque in Cauſis duo ſufficiunt Teſtes, *ibid.*

Teſtimonium Priorum Communitatis plurimùm valet ad probandam immemorabilem conſuetudinem; Illudque non privatarum perſonarum, ſed ſolemne quodammodo ipſius Communitatis teſtimonium reputatur, *vot.27. num. 64., & num. ſeq. p.2.*

Teſtes vaſſalli non probant favore eorum Domini, *vot.27. nu.60. p.2.*

Limita, ſi contra proprium intereſſe, & commodum deponant, *ibid. nu.61.*

Teſtes, qui non ſint ætatis, ad probandam immemorabilem requiſitæ, validiſſimum adhuc præbent illius argumentum, *vot.27. num. 62. part.2.*

Maximè, ſi alia argumenta urgeant, *ibid. numer. 63.*

TITULUS.

Ex juſto, ac legitimo *titulo* quando actus geſtus eſt, contraventio opponi nequit, *vot. 18. num. 140. p.2.*

Ex duplici *titulo*, altero valido, altero invalido, quando actus fieri potuit, ad validum referendus eſt, *vot.18. nu.141. p.2.*

Actus, à ſola voluntate dependens, eo jure, ac *titulo*, quo meliùs fieri potuit, geſtus cenſetur, *vot.18. nu.143. p.2.*

Solus putativus *titulus*, licèt injuſtus, ſufficit poſſeſſori ad adquirendos fructus, *vot. 18. num. 55. p.1.*

Tituli inſubſiſtentia efficit, ut pro non conteſtata lis habeatur, *vot.18. nu.65. p.1.*

Ex *tituli* juſtitia, vel injuſtitia manutentio in poſſeſſorio judicio non retardatur, *vot. 7. num. 87. part.1.*

Titulus donec diſcutiatur, nemo ſuâ poſſeſſione privandus eſt, *vot.7. nu.88. p.1.*

Niſi clarus ita ſit, ut abſorbeat poſſeſſorium, *ibid. nu.89.*

Titulus ad *non titulum* redactus dicitur à momento ipſo alienationis, factæ cum ſcientia prohibitionis, *vot.18. nu.40. p.1.*

Titulus ad *non titulum* redactus non dicitur, niſi declaratâ in judicio Teſtatoris voluntate, *vot. 18. num.52. p.1.*

Titulus hereditarius res, & jura omnia, Defuncto competentia, complectitur, *vot.44. numer. 230. part.1.*

Titulus fruitionis à Teſtatore adhibitus, congruit Bonis etiam reſtitutioni obnoxiis, *vot.29. num. 54. p.2.*

TRACTATUS.

Tractatus in filium junctus cum aliis adminiculis, filium in quaſi poſſeſſione filiationis conſtituit, *vot.9. nu.65. p.1.*

Ipſamque filiationem concludenter probat, *ibidem.*

Tractatus in filium eò magis filiationem probant, ſi adprobati ab aliis Conſanguineis, *vot.9. nu.33. part.1.*

Tractatus in filiam, adprobantibus Patre, atque universâ familiâ, palam præſtiti, filiationem probant, *vot.9. nu.37. p.1.*

Præſertim, ſi nulla erroris, aut ſimulationis cauſſa allegari valeat, *ibid. nu.38.*

Maximè, ſi longiſſimo tempore continuati fuerint, *ibid. nu.39.*

Tractatus in filium, ſeù paternus actus judicatur cura, ut filius lactetur, utque alimenta nutrici præbeantur, *vot.29. nu. 27. p.1.*

Item, ſi Pater natum legitimari voluit, *ibid. num.28.*

Si alimenta ei legaverit, & benè eum educari juſſerit, atque inſtrui, *ibid. nu.29.*

Si curam ſuſcepit Matris pueri, decenti aliquo in loco eam collocando, *ibid. nu.30.*

Et generaliter, ſi puerum domi retinet, eamque de illo curam gerit, quam Patres de filiis ſuis, *ibid. num. 31.*

Tractatus, ac denominatio ſi pro filiatione urgeant, Matris inhoneſtas, ac meretricium debet ab allegante probari de præciſo conceptionis tempore, *vot.9. nu.76. p.1.*

TRADITIO.

Simplex rei *traditio*, donationis titulo non veſtita, imputationem non excludit, *vot.44. nu.66. part.1.*

Sed præſumitur facta ex cauſſâ, ob quam Pater dare tenebatur, *ibid. nu.67.*

Traditione fundi ſtipulatâ, ſpatium temporis concedi debet, quo traditio poſſit fieri, *vot.30. nu. 22. p.2.*

TRANSACTIO.

Tranſactio nil aliud eſt, quàm de re dubia, & lite incerta non gratuita pactio, ſed aliquo dato, vel

vel remiſſo, vel promiſſo, *vot. 20. numer. 77. part. 1.*

Tranſactiones unicè ad dirimendas lites inventæ ſunt, *vot. 20. num. 53. p. 1.*

Maximè autem inter perſonas conjunctas tranſactiones ſervari debent, *ibid.*

Tranſactio ſuper controverſiis, à teſtamento pendentibus, ex cenſura *Textus in L. de his ff. de tranſact.*, iniri nequit, niſi cognitis, inpectiſque teſtamenti verbis, *vot. 4. nu. 67. p. 1.*

Ex celebrata cohærenter antiquæ alicui conſuetudini *tranſactione*, jus non adquiri, ſed ipſum, ejuſque exercitium confirmari dicitur, *vot. 27. num. 51. p. 2.*

Tranſactio ſuâptè naturâ ſecumferre dicitur novationem, priorum jurium extinctivam, *vot. 20. num. 1. p. 1.*

Tranſactione initâ, primævis actionibus agere non licet, ſed ſolùm pro illius obſervantia, *ibid.*

Maximè, ſi ad novanda priora jura initam fuiſſe conſtat, *ibid. nu. 2.*

Tranſactio non extenditur ad ea, de quibus lis non erat, *vot. 20. nu. 47., & 51. p. 1.*

Si modò contrarium non evincant mens contrahentium, ac verborum latitudo, *ibid. num. 48.*

Hæc autem an ultra expreſſa eam extendant, quando ad rem certam reſtricta eſt, diſputant Doctores, *ibid. nu. 49.*

Tranſactio inita ſuper re, de qua erat lis, ad omnia extenditur connexa, incidentia, ac dependentia, *vot. 20. nu. 50. p. 1.*

In *tranſactione* qualibet jura in litem deducta, comprehenſa intelliguntur, *vot. 20. nu. 54. p. 1.*

Subſecutâ præſertim amplâ eidem liti renunciatione, *ibid. nu. 55.*

Maximè verò fideicommiſſum comprehenſum cenſetur ex facta ejus Bonorum diviſione, abſque præſervatione ullâ, *ibid. nu. 56.*

In *tranſactione* ſi rei cujuſpiam, etiam in litem non deductæ, traditio, aut diſpoſitio facta ſit, ipſius rei comprehenſio inducitur, *vot. 20. nu. 57. part. 1.*

In *tranſactione* quid fuerit comprehenſum, optimè declarat obſervantia octuaginta annorum, *ibid. nu. 63.*

Immò ſufficit, ſi annorum ſit octodecim, *ibid. num. 64.*

De *tranſactionis* extenſione fruſtra quæritur, cum agitur de ea ſuſtinenda in re, ſuper quâ tranſactum fuit, *vot. 20. num. 52. p. 1.*

De *tranſactione* ſuſtinenda nequit agi quoad contractum, non tranſactionis, ſed diviſionis appellatum, *vot. 20. nu. 73. p. 1.*

Secus tamen eſt, ſi pro tranſactione appareat acceptus, *ibid. num. 75.*

Veram *tranſactionem* præſefert diviſio, ad lites componendas, æqualitatemque ſervandam inita, ſinè ullâ præſervatione jurium, *vot. 20. nu. 76. p. 1.*

Implicita *tranſactio* eſt diviſio omnis, quâ Partes de jure ſuo aliquid remittunt, *vot. 20. nu. 78. part. 1.*

Tranſactio, ac *diviſio*, cum de inducenda fideicommiſſi remiſſione agitur, promiſcuè uſurpantur, eodemque jure cenſentur, *vot. 20. nu. 79. p. 1.*

In utriſque enim remiſſio fideicommiſſi inducitur, ubi illius ſcientia, aliaque concurrant neceſſaria requiſita, *ibid. num. 80.*

Benignior tamen potiùs *diviſioni*, quàm *tranſactioni* tribuenda eſt interpretatio, *ibid. num. 81.*

Cum diviſio, licèt ſit quaſi tranſactio, hac tamen favorabilior ſit, *ibid. nu. 82.*

Tranſactio ne ſit inæqualis, debet ad Bona etiam in ea non comprehenſa extendi, *vot. 20. num. 61. part. 1.*

Maximè inter conjunctas perſonas, *ibid. nu. 62.*

Tranſactionis inæqualitas ut excludatur, Tranſigens quiſque cenſendus eſt omnia ſua prætenſa jura, Bonaque contuliſſe, *vot. 20. num. 69. part. 1.*

Tranſactio religiosè ſervanda eſt, donec per tres conformes reſcindatur, *vot. 17. numer. 28. part. 2.*

Tranſactio diù obſervata, impugnari amplius nequit, *vot. 20. nu. 65. p. 1.*

Ad ſuſtinendam *tranſactionem* ſufficit occaſio quælibet dubitandi, licèt modica, *vot. 20. num. 41. part. 1.*

Sufficit immò, procul abeſſe calumniam evidentem, *ibid. nu. 42.*

Tranſactioni juſtam cauſſam præbet eximiorum plurium Doctorum auctoritas, *vot. 20. num. 43. part. 1.*

Immò, & unius tantùm, *ibid. nu. 44.*

Tranſactionem juſtam, validamque reddit lis introducta, immò, & ſolus litis timor, *vot. 20. nu. 45. p. 1.*

Tranſactio inter filium heredem teſtamentarium, atque alterum legitimatarium, jus facit quoad omnes alios filios legitimatarios, *vot. 5. nu. 15. part. 2.*

TRANSMISSIO.

Tranſmiſſio faciliùs inducitur, quàm vocatio, *vot. 37. nu. 73. p. 1.*

Pro *tranſmiſſione* ſatis ſunt, quæ pro vocatione non ſufficerent, conjecturæ, *vot. 37. num. 74. part. 1.*

Præſertim, cum de tranſmiſſione agitur in filium, vel nepotem facienda, *ibid. num. 75., & 77.*

Et maximè, ſi ad excluſionem non ſubſtituti magis dilecti, ſed extranei, *ibid. nu. 76.*

Tranſmiſſibile fideicommiſſum arguitur ex digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum, *vot. 37. nu. 80. part. 1.*

Immò ſufficit digreſſus ad unum dumtaxat gradum, *ibid. num. 81.*

Procedit etiam in tranſverſalibus *ibid. nu. 82.*

Arguitur itidem, ex quo filii Subſtitutorum fuerint in conditione poſiti, *ibid. nu. 83.*

Eademque conjectura etiam in tranſverſalibus admittitur, *ibid.*

Tranſmiſſibile præterea conijcitur ex volita Bonorum

norum conſervatione in familia, *ibidem numer.85.*

Tranſmiſibile fideicommiſſum cenſendum eſt favore perſonarum, quarum expreſsè Teſtator meminit, *vot.37.nu.86.p.1.*

Et quarum favore, interrogatus, reſpondiſſet, *ibid. nu.87.*

Hæcque veriſimilitudo maximè attenditur, quando elicitur ex teſtamenti verbis, *ibidem num.* 88.

Maximè verò, ubi agitur de perſona ab inteſtato ſucceſſura, *ibid. nu.89.*

Ac de excluſione Extranei, *ibid.nu.*40.

Tranſmiſſioni fideicommiſſi, deficiente ejus conditione, locus non eſt, *vot.36. numer.39. part.1.*

Etiamſi agatur de conditione ſuperviventiæ, *ibid. num.40.*

Fallit regula hæc, ſi de contraria Teſtatoris voluntate conſtet, ſive expreſſa, ſive etiam tacita, *vot.37. nu.68.p.1.*

Et à ſola Teſtatoris voluntate pendet facere transmiſibile, quod tranſmiſibile non eſt, *ibid. num.69.*

Procedit nedum inter Deſcendentes, ſed etiam inter Tranſverſales, *ibid. nu.70.*

TRANSVERSALIS.

Tranſverſalis ſolos *Agnatos* prædiligere cenſetur, Aſcendens autem univerſam *poſteritatem* ſuam, *vot.22. num.4. & 5., & vot.25. numer.8., & 9. part.1.*

In *Tranſverſali* eadem affectionis ratio, ac in Aſcendente non conſideratur, *vot.17. num.73. part.1.*

Tranſverſales potiùs ex prædilectione agnationis moveri exiſtimantur, *vot.11. numer.56. part.1.*

Tranſverſales extranei dicuntur, *vot.28. numer.7. part.2.*

Pro inducenda adverſus *Tranſverſales* prohibitione trebellianicæ leviores conjecturæ ſufficiunt, *vot.28. numer.7., & 49. part.2.*; Declara ut *num.51.*

In *tranſverſalibus* repræſentatio gradus paterni non progreditur ultra fratrum filios, *vot.12.nu.101., & 162.p.1.*

Procedit, etiamſi de primogenitura agatur, *ibid. num.103.p.2.*

Intellige, quoties ad eam non invitatur certa familia, certo deſignato ſtipite, *ibid.*

Quo caſu datur repræſentatio in infinitum inter collaterales etiam ejuſdem lineæ, *ibidem numer.104.*

Repræſentatio tamen ea verè non dicitur, ſed tranſmiſſio ſpei in jus ſuccedendi, *ibid. numer.105.*

Tranſverſalium favore difficiliùs admittitur primogenituræ extenſio, *vot.6. nu.30. p.1.*

Tranſverſalium favore ut fideicommiſſum extendatur, univocæ, & concludentes requiruntur conjecturæ, *vot.7. num.15. p.1.*

In *tranverſalibus* vocatio proximioris intelligitur juxta prærogativam lineæ, *vot.12. num.107. part.1.*

Procedit, vocato proximiore tàm ſimpliciter, quàm in gradu, ac juxta prærogativam lineæ, *ibid.*

Fideicommiſſum favore Deſcendentium conſtitutum dicitur, licèt, iſtis deficientibus, ſubſtituantur *Tranſverſales*, *vot.7. numer.76. part.1.*

Tranſverſales agnati propriè non veniunt nomine *Deſcendentium de caſata, & agnatione*, *vot.43. nu.28.p.1.*

Tranſverſales, ex peculiari Teſtatoris, qui cælebs fuerit, affectione, Deſcendentium naturam aſſumunt, *vot.11. num.9. p.1.*

Tranſverſales ſub Deſcendentium nomine vocaſſe cenſetur Teſtator, qui Deſcendentes non habebat, *vot.43. nu.31.part.1.*

Procedit, adjecto etiam nomine poſſeſſivo = *miei* = *ibid.*

De *Tranſverſalibus* intelligenda diſpoſitio eſt, cum effectum habere nequit in Deſcendentibus, *vot.43. nu.22.part.1.*

Quo caſu *Tranſverſales* veniunt etiam appellatione *ſeminis*, *progeniei*, *prolis*, ac *ſtirpis*, *ibid. num.23.*

Vocatio *Agnatorum deſcendentium* non valens de agnatis verificari, de *tranſverſalibus agnatis* intelligenda eſt, *vot.43. numer.24. part.1.*

De *tranſverſalibus* ſcilicet deſcendentibus ab heredibus inſtitutis, *ibid. num.25.*

Sac. Rot. deciſ.193., & 300. p.1. rec. declarantur, *ibid. dict. num.25., & ſeqq.*

Vid. *fideicommiſſum*, *primogenitura*, *repræſentatio.*

TREBELLIANICA.

Trebellianica eſt quædam portio, ſoli heredi competens, *vot.8. num.21. p.2.*

Trebellianicæ detractio heredi in præmium reſtitutionis, ab eo faciendæ, debetur, *vot.30. num.6. p.2.*

Trebellianica cuicumque heredi, reſtituere gravato, debetur, *vot.28. num.10. p.1.*

Trebellianicæ detractio; renuentibus olim heredibus gravatis hereditates adire, ipſis, quaſi in præmium aditionis conceſſa fuit, *vot.28. nu.11. part.2.*

Trebellianicæ detractio primis dumtaxat heredibus competit, *vot.34. num.15. p.1.*

Non tamen inutilis remanet ipſius detractionis prohibitio, ulterioribus Subſtitutis facta, *ibid. num.16., & 17.*

Trebellianicam detrahit extraneus heres, ſtatim reſtituere rogatus, *vot.30. nu.23. p.2.*

Non, ſi rogatus reſtituere poſt mortem, *ibid.*

Trebellianicam, atque falcidiam fructibus perceptis conſumit extraneus heres rogatus poſt mortem reſtituere, *vot.30. num.24. p.2.*

Pro *trebellianicæ* detractione heres intentionem ſuam fundare dicitur in regula, illam permittente, *vot.28. num.14. p.2.*

Tre-

Digitized by Google

Trebellianicam fuiſſe à Teſtatore prohibitam, contendens fideicommiſſarius, probare debet, *vot. 28. nu. 15. p. 2.*

Trebellianica æri alieno æquiparatur, *vot. 28. num. 13. p. 2.*

Trebellianicæ mentio præſefert inſtitutionis titulum, *vot. 8. num. 20. p. 2.*

Trebellianica filio relicta, eum titulo inſtitutionis honoratum arguit, *vot. 8. nu. 22. p. 2.*

Trebellianicæ detractionem niſi expreſsè Teſtator prohibuerit, eam, ſe juri conformando, permiſiſſe cenſetur, *vot. 28. nu. 12. p. 2.*

Ac præſumitur ipſam, veluti æs alienum, detrahi voluiſſe, *ibid. nu. 13.*

Trebellianicam alii contra, alii juxta voluntatem Teſtatoris detrahi hodie dicunt, *vot. 28. nu. 28. part. 2.*

Trebellianicam prohibere, vel non à Teſtatoris poteſtate pendet, *vot. 28. num. 29. p. 2.*

Trebellianicæ detractio etiam tacitè prohiberi poteſt, *vot. 28. nu. 1. p. 2.*

Trebellianica Jure antiquo prohiberi non poterat, *vot. 28. nu. 24. p. 2.*

Immò nec etiam per pactum in vita Teſtatoris remitti, aut minui, *ibid.*

Novo autem Jure illam expreſſim prohiberi poſſe, permiſſum eſt, *ibid. nu. 25.*

Quod ſubindè fuit extenſum ad prohibitionem, æquipollentibus factam verbis, aut ex conjecturis elicitam, *ibid. num. 26.*

Trebellianicæ tacita prohibitio etiam ex conjecturis deſumi poteſt, quæ tamen ejuſmodi eſſe debent, ut illam neceſſariò præſeferant, nec ad aliud ſint referibiles, *vot. 28. num. 19. part. 1.*

Trebellianicæ prohibitio ut inducatur, leviores ſufficiunt conjecturæ, quando non contra filios, ſed contra extraneos heredes agitur, *vot. 28. nu. 7. p. 1.*

Sicque etiam, quum agitur contra Tranſverſales, iſti enim extranei dicuntur, *ibid.*

Quo caſu pro trebellianicæ prohibitione, ſemper in dubio pronunciandum eſt, *ibid. nu. 8. & 49.*, Declara *ut nu. 51.*

Quoad *Trebellianicæ* detrahendæ jus etiam filii reputantur pro extraneis, *vot. 28. numer. 50. part. 2.*

Trebellianicæ prohibitio ex conjecturis, quæ ad aliud referri valeant, induci nequit, etiam quando agitur cum tranſverſalibus, *vot. 28. nu. 51. part. 2.*

Trebellianicæ detractioni locus ſemper eſt, niſi ejus prohibitionem neceſſariò verba inferant, *vot. 28. num. 27., & 30. p. 2.*

Trebellianicæ prohibitio tunc ſolùm ex verbis, aut ex conjecturis inducitur, quando Teſtator integram demandaverit ſuorum Bonorum reſtitutionem abſque diminutione ullâ, *vot. 28. nu. 32. part. 2.*

Procedit, etiamſi agatur cum Tranſverſalibus, *ibid. nu. 52.*

Trebellianicæ detrahendæ facultas nequit cenſeri heredi adempta per ſubauditos intellectus, & æquivocas conjecturas, *vot. 28. numer. 20. part. 2.*

Trebellianicæ tacita prohibitio ut inducatur, ſufficit, moralem ipſius certitudinem ex conjecturis adeſſe, *vot. 28. num. 22. p. 2.*

Certitudo tamen hæc deficere cenſetur, quoties conjecturæ ad aliud referri valeant, *ibidem num. 22.*

Aut quoties ex opinionum, ſive conjecturarum contrarietate res dubia redditur, *ibidem numer. 23.*

Deciſiones Sacræ Rotæ, moralem ejuſmodi certitudinem ſufficere firmantes, juxta prædicta intelligendas eſſe declaratur *dd. numer. 22., & 23.*

Trebellianicæ prohibitio arguitur, ſi adſit agnationis votum, *vot. 28. num. 2. p. 2.*

Sicuti etiam perpetuæ primogenituræ ordo, *ibid. num. 3.*

A *Trebellianicæ* detractione, nec fideicommiſſa agnatitia ſunt immunia, *vot. 28. numer. 34. part. 2.*

Idem de majoratibus, & primogenituris univerſalibus, *ibid. num. 36.*

Pro *Trebellianicæ* prohibitione inducenda ſufficiens conjectura non eſt contemplatio agnationis cum voto perpetuæ conſervationis Bonorum, quoties verba deficiant integralitatis, atque totalitatis, quamcumque hereditatis diminutionem excludentia, *vot. 28. num. 32., & 33. part. 2.*

Trebellianicæ prohibitionem ſecumferre dicitur expreſſa alienationis prohibitio, *vot. 28. nu. 54. part. 2.*

Quando præſertim realis hæc eſt, & ad aliquam vocatorum perſonam non reſtringitur, *ibid.*

Trebellianicæ prohibitionem, ex veriori ſententia, prohibitio alienationis non inducit, *vot. 28. num. 79. p. 2.*

Trebellianicæ prohibitio ſatis inducta dicitur, ex quo Teſtator relationem habuerit ad aliam diſpoſitionem, cum tali prohibitione factam, *vot. 28. nu. 4. p. 2.*

Et maximè, ſi omnia, in eadem diſpoſitione contenta, pro repetitis haberi voluit, *ibid. nu. 6., & 39.*

Trebellianicæ prohibitionis illatio ex poſteriori ad ſuperiorem teſtamenti partem nequit fieri, *vot. 28. nu. 55. p. 2.*

Et quando nec per viam *relationis*, ſivè *repetitionis*, immò nec etiam per viam *declarationis num. ſeqq.*

Trebellianicæ prohibitio nequit extenſivâ interpretatione induci, *vot. 28. num. 18. p. 2.*

Trebellianicæ prohibitio numquam extenditur de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, *vot. 28. nu. 72., & 73. p. 2.*

Procedit, etiamſi perſona detrahere prohibita, eſſet magis propinqua, ac dilecta Teſtatori, *num. 74.*

Immò ex *trebellianicæ* prohibitione facta in uno caſu, vel uni perſonæ, conjectura elici dicitur, quod in ceteris caſibus, ceteriſque perſonis permiſſa fuerit, *ibid. num.75.*

Maximè autem non debet admitti ejuſdem prohibitionis extenſio de perſona ad perſonam, quando Teſtator diverſo diſponendi modo uſus eſt inter unum, & aliud perſonarum genus, *ibid. nu. 76.*

Trebellianicæ prohibitio ut ab una ad aliam diſpoſitionem per viam *declarationis* inferri poſſit, concludentia omninò argumenta requiruntur, *vot. 28. nu.77. p.2.*

Trebellianicæ expreſſa prohibitio ſatis elicitur ex verbis, eamdem prohibitionem importantibus, *vot. 28. nu.16. p.2.*

Excluditur autem, ſi nullimodè expreſſa inter hereditaria onera legatur, *ibidem numer.17.*

Trebellianicæ prohibitio reſultare debet ex illa teſtamenti parte, ſeu vocatione Subſtitutorum, quibus facta prætenditur, *vot. 28. nu. 71. part. 2.*

Trebellianicæ prohibitio argumentum præbet comprehenſionis nepotum ſub filiorum nomine, *vot. 45. nu.50. part.1.*

Trebellianicæ, & cujuslibet quartæ, ſeu detractionis prohibitio uxori facta, eam non merè fiduciariam heredem arguit, *vot. 9. numer. 21. part.2.*

TUTELA.

Ad *tutelam* filiorum ſuſcipiendam perſæpè à Teſtatoribus uxores vocantur ſub cautione rationis non reddendæ, *vot. 22. numer. 33. part.2.*

TUTOR.

Ex *Tutoris* officio non utilitas, ſed potiùs onus, periculum, incommodum reſultat, & damnum, *vot.22. num.31. p.1.*

Tutoris datio ex parte filiorum favor eſt, onus verò ex parte illius, *vot. 21. num. 35. part.2.*

In *Tutoris* præjudicium extenſio à filiis ad nepotes fieri non debet, *vot.21. nu.37. part.2.*

Tutores dati filiis, non intelliguntur dati nepotibus, *vot.21. num.3. part.2.*

Tutoris liberatio à redditione rationis de ſcrupuloſa dumtaxat intelligitur, *vot. 22. num. 34. part. 2.*

Et reliquatus futurus *Tutori* remiſſus non cenſetur, niſi ceſſante dolo, *ibid.*

Uxoris *Tutricis* liberatio à redditione rationis nequit dici facta in fraudem filiorum, quoties Teſtator omne commodum ex hereditate ei prohibuit, *vot.22. nu.35. part.2.*

V

VASSALLUS.

V*Aſſallo* in conceſſione feudi non præjudicant clauſulæ = *nobile, ligio, gentile, avito, paterno*, *vot.6. nu.46. p.1.*

Vaſſalli SS. Gregorii, & Caſapis in eorum teſtamentis adponere ſemper conſueverunt clauſulam = *ſervatâ medietate Bonorum Curiæ* = vel illam aliam = *ſalvis juribus Curiæ* =, *vot.27. nu. 43. part.2.*

A *Vaſſallis SS. Gregorii, & Caſapis* poſſeſſa Bona, tamquam pure, & merè allodialia non habentur, *vot.27. nu.140. part.2.*

A *Vaſſallis SS.Gregorii, & Caſapis* poſſeſſa Bona, libera quodammodo dici poſſunt, *vot. 27. num. 139. part.2.*

Ab iiſdem *Vaſſallis* alienata Bona in Communitates, libera ex accidenti dici poſſunt, quatenus nempè morituræ illæ non ſunt, *ibid. num. 142.*

VENDITIO.

Venditiones pluries à Baronibus factæ *cum omnibus juribus, nec non Bonorum devolutionibus, & recadentiis*, perſpicuè oſtendunt, recadentiarum jure jugiter Barones gaviſos fuiſſe, *vot. 27 num.38. p.2.*

VERBA.

Verbis lex non eſt impoſita, *vot. 11. numer. 72. part.1.*

Verba captari non debent, ſed quâ mente ſint prolata, debet inſpici, *vot. 43. numer. 116. part.1.*

Ex *verbis* teſtamenti maximum veritatis teſtimonium eruitur, *vot.31. nu.9. p.2.*

Verborum non ſtructura, ſed ſubſtantia inſpicienda eſt pro ſtatuenda diſpoſitionis diverſitate, *vot. 14. num.70. p.1.*

Verba intelligenda ſunt juxta mentem, voluntatemque proferentis, *vot.3. nu.23.*, *vot.10. num. 62.*, *vot.39. num.16. p.1.*, & *vot.23. numer.33. part.2.*

Verba non ſunt præferenda voluntati Teſtatoris, *vot.43. num.114. p.1.*

Non *Verborum* qualitas, ſed Teſtatoris voluntas ſpectanda eſt in fideicommiſſis, *vot.7. num.44. p.1.*, & *vot.14. num.71. p.2.*

Verborum formulis non alligatur voluntas Teſtatoris, *vot.10. num.58. p.1.*

Verborum formulæ ſi eſſent inſpiciendæ, multa annullarentur teſtamenta, *vot. 8. numer. 8. part.2.*

Toleranda potiùs eſt *verborum* ſuperfluitas, quàm ſit recedendum a Teſtatoris voluntate, *vot.14. nu.70. p.2.*

Verborum teſtamenti ea ſemper præferri interpretatio debet, quæ magis æqua, & conſona eſt Teſtatoris menti, *vot.14. nu.57. p.2.*

Verborum nulla habenda ratio, ubi de Teſtatoris voluntate conſtat, *vot.8. nu.3. p.2.*

Verba menti famulari debent, *vot.23. numer.34. part.2.*

Tametſi ab eorum ſignificatione recedendum eſſet, *ibid. num.35.*, *vot.39. num.16.*, & *vot.43. num.114. p.1.*

Verba, cum de interpretatione voluntatis Teſtatoris agitur, in propria eorum ſignificatione accipienda ſunt, niſi graves in contrarium conje-

cluræ urgeant, *vot. 4. numer. 22.*, *&* *43. part.2.*

A *Verborum* proprietate diſcedere periculoſum eſt, *vot.39. nu.5. p.1.*

Verborum proprietas dum attenditur, ſenſus veritatis plerumque amittitur, *vot.43. numer.120. part.1.*

Verbis, non menti in dubio inhærendum eſt, *vot.21. nu.82. p.1.*

A *verborum* proprietate, in dubio, recedendum non eſt, *vot.8. num.195. p.1.*

Verba de facto, & impropriè accipiuntur, quando non aliter poſſunt intelligi, *vot.43. nu.32. part.1.*

Verba nonnunquam impropriè accipienda ſunt, ac præſertim, quum de Teſtatore agitur imperito, ac rudi, *vot.43. num.91. p.1.*

Maximè, ſi conſtet de ſolito Teſtatoris ea impropriè accipiendi, *ibid.*

A propria *verborum* ſignificatione recedere licèt pro evitando abſurdo, *vot. 45. numer. 47. part.1.*

A *verborum* propria ſignificatione recedendum eſt, ne Legata favore Conſanguinei, vel Loci Pii inutilia reddatur, *vot. 7. numer.50. part.2.*

Verbis forſan obſcuris prævalere debet voluntas Teſtatoris, ſi appareat, noluiſſe, diſpoſitionem ſuam pendere à conditione obitus cum filiis, *vot.7. nu.45. p.1.*

Verba, licèt eſſent improprianda, interpretari debent juxta rei, de qua agitur, naturam, & qualitatem, *vot.40. nu.35. p.1.*

Verba diſpoſitionis ſi circumſtantiis, & tempori, quo Teſtator diſpoſuit, aptari nequeant, ad alia tempora, caſus, & perſonas referenda ſunt, *vot.43. nu.18. p.1.*

Verba fideicommiſſi, ſi cum omiſſis, & quæ ſcribi debuerant, congruant, rectè datum, & minùs ſcriptum intelligitur, *vot.25. num.19.*, *&* *32. p.2.*

Verba, quemadmodum iis homines ſcribendo, & ſermocinando utantur, conſideranda eſſe, admonet *Cicero*, *vot. 7. numer. 11. part.2.*

Verborum ſenſus à toto teſtamentariæ diſpoſitionis contextu deſumendus eſt, *vot.25. num.46. part. 2.*

Verba intelligenda ſunt in eo ſenſu, quo videntur in eadem oratione à Teſtatore explicata, *vot.43. numer.17. part.1.*, *&* *vot.21. numer.57. part.2.*

Vocabulum clarè in una parte à Teſtatore explicatum, in eodem ſenſu accipi debet etiam in alia, *vot.21. num.46. part.2.*

Verba in eo ſenſu accipienda ſunt in poſteriori teſtamenti parte, quo illa Teſtator in ſuperiori accepit, *vot.23. nu.30. p.2.*

Verba ut in una, eademque ſignificatione accipiantur, efficit clauſula = *ut ſupra* =, *vot.41. num. 86. p.1.*

Per *ſubſequentia pluralia verba* ſingularis numerus in pluralem converti poteſt, *vot.12. numer.17. part.1.*

Verba ſubſequentia, licèt *pluralia*, ac referibilia tàm ad primos, quàm ad ſucceſſivos Primogenitos, declarantur à ſingulariter prius facta Primogeniti vocatione, *vot.12. numer.60.*, *&* *61. part.1.*

Verba antecedentia, quando ex ſe certam ſignificationem, juriſque determinationem habent, per ſequentia non reſtringuntur, *vot.39. nu.38. part.1.*

Verba in dubio *demonſtrativè*, non *taxativè* debent accipi, *vot.40. num.* *p.1.*

In *verbis* quoties nulla eſt ambiguitas, ceſſat omnis voluntatis quæſtio, *vot.7. num.37. p.1.*

Verba Statuti dum clara ſunt, non eſt ab illis recedendum, neque ejus inveſtiganda ratio, *vot. 13. num.19. p.2.*

Verba aliquid operari, exigit recta interpretandi ratio, *vot.17. num.41. part.1.*, *&* *vot.14. num. 54. p.2.*

Verba inepta in teſtamento ex imperitia Notarii adpoſita cenſentur, *vot.16. num.17. p.2.*

Verborum quævis omiſſio orta ex imperitia extenſoris teſtamenti, Legatario nocere non poteſt, *vot.25. num.20.*, *&* *31. p.2.*

Verba adjecta ad exprimendum quod communiter ſolet accidere, ſuperflua dici nequeunt, *vot.14. num.68. p.2.*

Verbum nullum, immò nè ſyllaba quidem in contractibus cenſetur inconſultò adpoſita, *vot. 4. nu.41. p.1.*

Verbum nullum, immò nec ſyllabam in ultimis voluntatibus ſinè effectu operandi poſitam cenſendam eſſe, commune effatum eſt, *vot.7. nu. 23. p.2.*

Verborum plures formulæ relictum filio trahunt ad ejus inſtitutionem, licèt nominatim illam non exprimant, *vot.8. num.7. p.2.*

Quibus *verba* diſpoſitionis conveniunt, ipſa convenire debet diſpoſitio, *vot. 29. numer.6.*, *vot. 45. numer. 20. part. 1.*, *&* *vot. 21. numer. 59. part.2.*

Verba, & clauſulæ eum dumtaxat, quem reſpiciunt, caſum informant, *vot. 34. numer. 33. part.1.*

Verborum reſtrictio non eſt facienda, reſiſtente voluntate Teſtatoris, *vot.14. nu.60. p.2.*

Verba communia trahuntur ad directam vulgarem, *vot.10. no.18. p.1.*

Verbis communibus, vel generalibus non inducitur fideicommiſſaria ſubſtitutio, *vot.37. nu.64. part.1.*

Verba communia facilè ad fideicommiſſariam trahuntur, *vot.10. nu.85. p.1.*

Conditionalia verba non diſponunt, *vot.21. num.1. part.1.*

Verba directa, reſpectu primi vocati directam ſubſtitutionem important, reſpectu verò filiorum fideicommiſſariam, *vot.10. num.86.*, *&* *vot.22. num.16. p.1.*

Verbis non *executivis*, ſed *diſpoſitivis* à Teſtatore adhi-

adhibitis, inſtitutio uxoris non fiduciaria, ſed plenaria, ac libera cenſetur, *vot.9. numer.27. part.2.*

Per *verba naturalia* ſi vocatio facta ſit, filii etiam naturales vocati cenſcutur, ſecus, ſi per verba *civilia*, *vot.8. nu.24.*, & *66. p.1.*

Hæcque diſtinctio à Doctoribus, & *Sacra Rota* recepta eſt, *ibid. nu.25.*

Naturalia autem verba quænam ſint? *ibidem numer.26.*, & *27.*

Per *verba civilia* ſi diſpoſitio facta eſt, qualitas legitimitatis à perſonis magis dilectis ad minùs dilectas valet argui, ſecus, ſi per verba *naturalia*, *vot.8. nu.95.*, & *97. p.1.*

Per *verba civilia* à Teſtatorè expreſsâ legitimitatis qualitate, illegitimi nec etiam per poſterſus admittuntur, *vot.8. nu.97. p.1.*

Pro excludendis illegitimis apta ex ſe non eſt nobilitas Teſtatoris, quoties *naturalia* ab eo *verba* adhibita legantur, *vot.8. nu.50. p.1.*

Vel ſaltem illos perpetuò non arcet, ſed ſolùm exiſtentibus Legitimis, *ibid. num.51.*

Verba cum poſſunt accipi tàm juxta *naturalem*, quàm juxta *civilem* ſignificationem, intelligi non debent civiliter, ſed naturaliter, *vot.8. nu. 29. p.1.*

Et ratio, *num.30.*, & *31.*

Verba generalia reſtrictionem omnem excludunt, *vot.7. nu.20.*, & *22. p.2.*

Verba univerſalia operantur comprehenſionem eorum, quæ aliàs non comprehenderentur, *vot. num.141. p.1.*

Verba generalia, atque univerſalia ſæpiùs geminata, vacua effectu eſſe non debent, *vot.7. nu. 22. p.2.*

Verba generalia Legatum extendunt ad ea omnia, quæ ſub iiſdem verbis comprehendi poterant, *vot.7. nu.10. p.2.*

Verba adjecta ampliandi Legati cauſsâ, nullo pacto reſtringi valent, *vot.7. nu.25. p.2.*

Verba renunciationis *ampla*, atque *effrænata* reſtrictionem nullam valent recipere, *vot.4. num. 28.*, & *43. p.1.*

Et per ea comprehenſum cenſetur fideicommiſſum, licèt non ſit expreſſum, *dict. vot.4. num. 34.*, & *vot.5. num.45. p.1.*

Amplis, & *generalibus verbis* demandata hereditatis reſtitutio, nedum de Bonis expreſſis, ſed etiam de non expreſſis intelligenda eſt, *vot. 29. num.60. p.2.*

Præſertim, ſi nulla adjecta legatur particula reſtrictiva, *ibid. num.61.*

Amplitudo, & *generalitas verborum* efficit, ut Teſtator de integra re, quæ ipſi, & heredi communis erat, diſponere voluiſſe præſumatur, *vot.14. num.106. p.1.*

Vel etiam de re, quæ jure præcedentis fideicommiſſi ad gravatum perventura erat, *ibid. num.107.*

Generalitas verborum effectum ſuum obtinere debet etiam in materia ſtrictè interpretanda, qualis eſt donatio, *vot.44. nu.121. part.1.*

Præſertim, cum ab homine prolata ſunt, *ibid. num.122.*

Generalia verba, ex Teſtatoris voluntate reſtringenda ſunt, *vot.3. num.24. p.1.*

Verba præſuppoſitiva prolata ab habente facultatem diſponendi diſpoſitionem rei præſuppoſitæ, inducunt, *vot.19. num.35. p.1.*

Sic etiam vocationem important perſonæ, præſuppoſitivè à Teſtatore conſideratæ, *vot.19. num.36. p.1.*

Ex *verbis futurum tempus* ſignificantibus, hereditatis reſtitutio in tempus obitus heredis dilata cenſetur, *vot.30. num.3. p.2.*

Per *verba futuri temporis* facta renunciatio, comprehendit etiam jura de futuro, *vot.4. num.32. part.1.*

Verba = ad invicem, in ſtirpes &c. = ſubſtituit = excluſiva ſunt ſucceſſionis in capita, *vot.25. nu. 40. p.1.*

Verba = alli quali Signori &c. volgarmente, e per fidecommiſſo ſoſtituiſco il ſuo figlio &c., e ſucceſſivamente li figliuoli &c. =, vulgarem expreſſam preſeferunt, *vot.1. nu.158. p.1.*

Atque indicant, ulteriores Subſtitutos eſſe admittendos, nedum ſi eorum Parentes fideicommiſſum adierint, verùm etiam, ſi adire noluerint, aut nequiverint, *dict. vot.1. num.159. part.1.*

Verba = alterâ ipſarum decedente ſinè filiis, alia ſupervivens ſuccedat = ſuapte naturâ unum tantum ex duobus includunt, *vot. 8. numer. 87. part.1.*

Verbum = altro = poſt verba *= ſue ſtradote =* aliud diverſum important à Bonis extradotalibus, *vot. 7. num.30. p.2.*

Verba = armis, & inſigniis ejuſdem (ſcilicet familiæ) *utantur =* non ad Primogenitum, ſupra nominatum, ſed ad alios plures Primogenitos referenda ſunt, *dict. vot.12. nu.18. part.1.*

Verba = cedè, rinunciò, & irrevocabilmente trà i vivi donò in forma ampliſſima, e per titolò di pura donazione = irrevocabilem præſeferunt donationem inter vivos, *vot.4. nu.51. part.1.*

Et quidem non conſecutivam, ſed æquè principalem, *ibid. num.52.*

Relativum = che = junctum verbis futuri temporis, puta *= che ſi moriteranno =* conditionem importat, *vot.14. num.14. p.2.*

Per *verba = che ſi troveranno in eſſere =* relatè ad Bona Subſtitutis deferenda, non cenſetur uxori heredi uſufructuariæ conceſſa alienandi facultas, *vot.23. num.26. ad 28. p.2.*

Quoties præſertim adjecta appareant ad modum duntaxat, & quantitatem uſusfructus deſignandam, *ibid. num.29.*

Ex his *verbis = che naſceranno da detto mio fratello, ed Antonia ſua moglie =* vocatio filiorum poteſt intelligi *demonſtrativè* facta, ad eorum originem demonſtrandam, non ad *taxativè* reſtringendam diſpoſitionem ad filios primi gradus, *vot.43. num.11. p.1.*

Præſertim ex conjecturata Teſtatoris mente admittendi ulteriores etiam Deſcendentes, *ibid. numer.*12.

Eademque verba ad filios non adeo reſtringuntur ut alios repellant, *ibid. nu.*13.

Sub *verbo = companatico =*, præter panem, & vinum, comprehenduntur res omnes, quæ cibo condendo inſerviunt, *vot.*26. *numer.*29. *part.*2.

Vox = conditio = ſuſpenſivè, ac *reſolutivè* accipi poteſt, *vot.*26. *num.*80. *p.*2.

Vox = conditio = non efficit, quin ſub modo reſolutivo Legatum intelligi debeat, concurrentibus præſertim verbis illis *= vitâ ſuâ durante = a vot.*26. *nu.*81., & 82. *p.*2.

Ex *verbis = con le medeſime condizioni, e carichi =* à Teſtatore in ſecunda ſubſtitutione adjectis repetitus in ea cenſetur idem ſuccedendi modus, *vot.*33. *num.*11. *p.*2.

Verbum = conſeguire = ad directam filii inſtitutionem trahi poteſt, *vot.*8. *num.*23. *p.*2.

Per *verba = da me goduti, e che al preſente godo =*, comprehenſa à Teſtatore cenſentur Bouaetiam non exiſtentia ſub actuali ipſius dominio, *vot.*29. *num.*55. *p.*2.

Verbum = d' antiparte = deductionem indicat faciendam antequam aliæ partes fiant, *vot.*14. *num.*27. *p.*2.

Verba = del detto Matrimonio = donationem reſtringunt ad primum dumtaxat Matrimonium, ſupra expreſſum, *vot.*31. *num.*17. *p.*1.

Verba = de Primogenito in Primogenitum = regularis primogenituræ ordinem important, *vot.*12. *nu.*70. *p.*1.

Verbum = Deſcendentes = aptum eſt comprehendere omnes ulteriores gradus in infinitum, *vot.*2. *num.*3., *vot.*7. *num.*66., *vot.*9. *numer.*86., & *vot.*34. *num.*39. *p.*1.

Verbum = deſcendenza = plures, & infinitos gradus continet, *vot.*31. *num.*54. *p.*2.

Verbum = des enfans = italico idiomate exponitur *per figli*; latinè verò pro *Liberis* uſurpatur, *vot.*15. *num.*40. *p.*1.

Et filii gallicâ linguâ appellantur *fils* non verò *enfans*, *ibid. nu.*41.

Per *verbum = des enfans =* gallico idiomate facta vocatio filiorum, comprehenſiva eſt Deſcendentium omnium, *vot.*15. *num.*39. 40., & 41. *part.*1.

Verba = detti ſuoi = adjecta nomini *heredum* ſubſtitutionem non ampliant ultra heredes in teſtamento expreſſos, *vot.* 32. *numer.* 8. *part.*1.

Verba = detti ſuoi = ſunt generica æquè complectentia nominatos tàm proprio, quàm collectivo nomine, *vot.*32. *num.*12. *p.*1.

Ac referenda ſunt etiam ad Subſtitutos comprehenſos ſub præcedenti collectivâ omnium Deſcendentium vocatione, *ibid. nu.*13.

Contrariæ auctoritates declarantur, *ibidem numer.*14.

Verba = domus, & familia = rectè agnationem deſignant, quando alibi de agnatione mentio facta eſt, *vot.*1. *nu.*78. *p.*1.

Procedit, licèt non *domus, & familia*, ſed agnationis conſervatio fuerit expreſſa, *ibidem numer.*89.

Verba = donec in tali loco cum tali habitaverit = iſtius favorem reſpicere videntur, *vot.*30. *num.*38. *part.*2.

Verba = dò piena facoltà, & autorità, come più piacerà a Lui, e gli parerà opportuno = abſolutam, atque illimitatam facultatem important, *vot.*42. *num.*14. *p.*1.

Verba = dum cum filio meo Capua erit = conditionem important, *vot.*30. *num.*33. *p.*2.

Verba = ejuſdem Domini Teſtatoris filii, & heredes = ſunt perſonalia, *vot.*7. *num.*3. *p.*1.

Verba = è Deſcendenti miei ſolamente = relativè ad Teſtatoꝛem, nonniſi de veris illius Deſcendentibus poſſunt intelligi, *vot.* 43. *numer.* 2. *part.*1.

Et non de Tranſverſalibus, *ibid. nu.*3.

Verba = e loro Deſcendenti = æquè referuntur ad omnes heredes ſivè inſtitutos, ſivè ſubſtitutos, præcedenter nominatos, *vot.* 43. *numer.* 78. *part.*1.

Eadem *verba*, ex propria eorum ſignificatione potiùs ad Deſcendentes inſtitutorum, quàm Subſtitutorum debent referri, *ibid. nu.*79.

Verba, = e mancando eſſo Signore &c. ſenza figli = perinde accipiuntur, ac ſi ſubſtitutio ultimo morienti facta eſſet, *vot.*11. *num.*68. *p.*1.

Verbum = Eredi = quando *adjectivè*, non *ſubſtantivè* adpoſitum cenſendum ſit? *vot.*32. *nu.*15. *part.*1.

Adjectivè ſtare cenſetur, ſi poſitum poſt ſubſtantivum, ſinè intermediâ dictione = & =, *ibid. num.*16.

Subſtantivè, quando illa intermediat, *ibi dem num.*17.

Verba = Eredità intiera ſenz' alcuna diminuzione = præſeferunt omnimodam plenitudinem, diminutioni contrariam, *vot.*4. *num.*103., & *vot.*5. *num.*49. *p.*1.

Bonaque cenſentur apud vocatos eſſe debere tàm in proprietate, quàm in uſufructu, *vot.*4. *num.*104., *vot.*5. *num.*50. *p.*1.

Verba = e ſtaranno al Secolo = ſubjuncta verbis *= che ſi mariteranno carnalmente =* diverſam àb illa Matrimonii conditionem non præſeferunt, *vot.*14. *num.*7. *p.*2.

Vel utraque conditio, Matrimonii, ac permanentiæ in ſeculo implenda eſt, *ibid. num.*8., & 31.; ratio *num. ſeq.*

Eadem *verba = è ſtaranno al Secolo =* poſt verba, *= che ſi mariteranno =* poſſunt cenſeri adjecta ad indicandum tempus fruitionis hereditatis, ejuſque durationem poſt contractum Matrimonium, itidemque ad excluſionem earum, quæ poſt contractas nuptias Religionem velint ingredi, *vot.*14. *num.*21. *p.*2., & *num.*53.

Contrarium verius, cum ejuſmodi verba conditionem Matrimonii importare non videantur, utpo-

Digitized by Google

utpotè ampliativè, & augmentativè adjecta ad omnes comprehendendas fœminas in ſeculo manentes, *ibid. nu.54., & 57.*

Et caſus ingreſſus in Religionem, conſtante Matrimonio, tamquam raro accidens, inveriſimile eſt, quod fuerit à Teſtatore conſideratus, *ibid. num.56.*

Verba = e ſtaranno al ſecolo = cenſenda ſunt comprehendere perſonas diverſas à contentis in præcedentibus verbis, *= che ſi mariteranno =, vot. 14. num.51., & 67. p.2.*

Verba = & hoc = relationem coarctant ad rem dumtaxat, & partem expreſsè deſignatam, *vot. 28. num.46. p.2.*

Verba = etiam che elle muojano con figliuoli = indicant fideicommiſſum, ad vitam dumtaxat filiarum ſubſtitutarum duraturum, *vot.19. num.17. part.1.*

Excluduntque tacitam earumdem vocationem, *ibid. nu.18.*

Procedit, licèt agatur de admittendo Extraneo, *ibid.*

Secus tamen eſt, ſi deficiant verba, & clauſulæ taxativæ, *ibid. nu.75.*

Verba = etiam tali, che aveſſero biſogno di particolar menzione = æquipollent mentioni expreſſæ Bonorum, etiam fideicommiſſariorum, *vot.29. num.50. p.2.*

Verba = & in caſo non ſi trovaſſe alcun maſchio, ne femina tanto della deſcendenza maſcolina, quanto feminina = diſcretivum præſeferunt loquendi modum, *vot.42. num.43. p.1.*

Verba = & in caſo =, & in tal caſo = (obitus nempe heredis ſinè filiis) ad illum dumtaxat caſum institutionem reſtringunt, *vot.21. num.10. part.1.*

Et ad caſum contrarium extenſionem impediunt, *ibid. nu.11.*

Verba = & i ſuoi beni ſi conſervino nella poſterità =, ac ſimilia diſpoſitionem principaliter ad Bona directam oſtendunt, *vot.30. numer. 41. part.1.*

Verba = & poſt eum = non inducunt ſubſtitutionem fideicommiſſariam, cum vulgari convenire poſſint, *vot.16. num.13., & 38. p.2.*

Verba = & prædictas ſubſtitutiones fecit vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum = repetitionem reciprocæ ſubſtitutionis inter ſecundò vocatos inducunt, *vot.10. num.128. p.1.*

Verba = & quod plus petere non poſſit = particularis heredis inſtitutioni adjecta, intelliguntur, rebus in eodem ſtatu permanentibus, *vot.19. num. 19. p.2.*

Eademque pro certo effectu à Teſtatore adjecta, operativa cenſentur ſolùm, ubi talis effectus poteſt haberi, *ibid. num.21.*

Verba = e tutte le altre ragioni, & azioni in qualſivoglia modo, ed in qualunque tempo competenti, e da competerſi = nequeunt reſtringi ad Bona dumtaxat indifferentia, & præſentia, *vot.4. num.29. p.1.*

Sed etiam differentiá, & jura fideicommiſſi conditionalis complectuntur, *ibid. nu.30., & 32.*

Procedit, licèt ſpecialis ejus mentio non ſit facta, *dict. num.30.*

Verba = ex dicta filia dicti Franciſci = præcedentem iſtius fœminarum vocationem reſtringunt ſolùm ad filias, *vot.40. num.3. p.1.*

Illa enim dictio *= dicti =* reſtrictiva eſt, *ibid., & num.75.*

Intellige, hæc procedere, nullis concurrentibus conjecturis pro comprehenſione etiam neptum, aliarumque illius Deſcendentium, *ibid. num.76.*

Verba = facendoſi luogo alla primogenitura = æquivalent his *= quando ſi farà luogo =, vot.14. num. 25. p.2.*

Et diſpoſitionem alligant caſui, quo primogenitura deferatur, *ibid. num.26.*

Verba = Familia = Domus =, & alia hujuſmodi *civilem* intelligentiam ex auctoritate *Doctorum*, *naturalem* verò, nonniſi ex circumſtantiis habere poſſunt, *vot.8. num.95. p.1.*

Verbo = Filii =, & *= Deſcendentes =*, naturalia ſunt vocabula, *vot.8. numer.26. 28. 43., & 97. part.1.*

Idem de verbis *= Filii =*, ac *= Liberi =, ibidem num.27.*

Solidationis *verba = Il tutto ſino al preſente giorno =* omne intereſſe, omneque præcedens tempus complectuntur, *vot.25. num.56. p.2.*

Verba = in caſu quo = conditionem adiiciunt diſpoſitioni, *vot.9. num.35. p.2.*

Verba = in infinitum ordine ſucceſſivo in forma = accipienda ſunt ſimulativè ad perſonas, & caſus, quibus adjecta ſunt, *vot.16. numer.14., & 18. part.2.*

Verba = in infinitum de Primogenito in Primogenitum = vocationem arguunt Primogeniti nedum, ſed etiam Secundogeniti, *vot. 12. numer.87. part.1.*

Verba = infraſcripti ſui heredes = Legati ſolutionem reſtringunt ad vitam heredum nominatim vocatorum, *vot.10. num.12. p.2.*

Limita, ſi ſolutioni, non verò diſpoſitioni ſint adjecta, *ibid.*

Tunc enim *demonſtrativè*, non *taxativè* ſtare dicuntur, *ibid. num.13.*

Comprehenduntque non ſolùm primos, ſed ulteriores etiam heredes, *ibid.*

Certius, ſi concurrat dictio *= in perpetuum =, ibid. num.14.*

Participium = injungendo =, & ſimilia non ſemper inducunt cohærentiam unius diſpoſitionis cum alia, *vot.14. num.68. p.1.*

Compendioſam inducunt *verba = in qualſivoglia tempo mancaſſero ſenza figli =, vot.1. nu.17. p.1.*

Atque indicant, conditionis effectum quocumque caſu, ac tempore illius purificationis ſequi debere, *dict. vot.1. num.19. p.1.*

Præſertim, ſi id ſuadeat tàm intrinſeca, quàm extrinſeca diſpoſitionis cauſſa, *ibidem numer.20.*

Verba = in quanto e reſpettivamente = æquivalent dictioni *= ad hoc ut =* ſivè *= ad effectum ut =, vot. 21. num.7. p.2.*

Quæ ſunt reſtrictivæ ; & diſpoſitionem coarctant ad perſonas , quæ ſequuntur , *ibidem num.*8.

Verba = in ſtirpes , & non in capita = conveniunt vocationi activæ, non autem paſſivæ , *vot.*10. *num.*22. *p.*1.

Verbum = inſtituo = eſt directum , ac civile , nec ullo modo obliquari poteſt , *vot.*16. *num.*6. 7. , *& ſeq.*

Verbum = inſtituo = quum totam diſpoſitionem regit , repetitum in ſubſtitutione cenſetur , *vot.* 16. *nu.*5. *p.*2.

Poſt *verbum = inſtituit =* ſtatim adjecta dictio *= in infinitum =* , perſonas omnes , quotquot ex linea heredis inſtituti prodire poſſint , reſpieit , *vot.*35. *num.*8. *p.*1.

Verba = in tal caſo = (obitus nempe heredis abſque filiis) ad iſtum dumtaxat caſum diſpoſitionem reſtringunt , *vot.*21. *nu.*30. *p.*1.

Per *verba = in tutti , e ſingoli miei Beni da me goduti , e che di præſente godo =* cenſetur Teſtator intellexiſſe Bona omnia , quocumque titulo à ſe poſſeſſa , ac etiam Bona fideicommiſſo obnoxia , *vot.*29. *numer.*1. *part.*2.

Præſertim , ſi de aliis fideicommiſſariis Bonis diſpoſuiſſe certò appareat , *ibid. num.*58.

Verbum = ipſius = relativè ad Teſtatorem , vocationem agnationis reſtringit ad Teſtatoris Deſcendentes , *vot.*43. *num.*26. *p.*1.

Verba = itaut perpetuò hereditas in maribus conſervetur in ipſius Domini Teſtatoris domo = perpetuitatem diſpoſitionis inducunt , *vot.* 45. *num.*12. *p.*1.

Verba = le ſopranominate perſone = vocationem Deſcendentium non reſtringunt ad primum dumtaxat eorum gradum , *vot.*19. *numer.*49. *part.*1.

Sed potiùs illos , tamquam originem perſonarum vocatarum , indicant , *ibid. num.*50.

Verba = Li ſuoi Beni = præſuppoſitiva ſunt ; Per ea autem verba Teſtator præſuppoſuiſſe cenſetur , quod Bona eſſent ſua , *vot.*18. *num.* 53. *p.*2.

Verbum = Linea = porrigitur in infinitos gradus , *vot.*22. *num.*25. *p.*1.

Et fideicommiſſariam importat , *ibid.*

Verbum = linea , = in parte conditionali , comprehendit etiam perſonas , in diſpoſitiva non expreſſas , *vot.*8. *num.*148. *p.*1.

Verbum = linea = in parte conditionali , comprehendit illegitimos , in diſpoſitiva vel non comprehenſos , vel apertè non excluſos , *vot.*8. *num.* 148. *part.*1.

Verba = ma s' intenda ſaldato pienamente il tutte ſino al preſente giorno = continuativè ad ſermonem de adminiſtratione habitum prolata , videntur ipſam adminiſtrationem , non alia etiam negotia reſpicere , *vot.* 25. *numer.* 50. *part.*2.

Ad ea tamen extenſionem non reſpuunt , *ibid. num.*51.53.57. , *& ſeq.*

Concurrente præſertim Teſtatoris voluntate ; & ex quibus ? *num.*64. , *& ſeq.*

Verba = mentre che in me , o miei figlioli , o Deſcendenti maſchi pervenga , come mi ufferma detto Signore &c. averm i ſtaſtut = prolata à Teſtatore quoad alterius hereditatem aſſequendam indicant , iſtius voluntati ſe Teſtatorem conformare voluiſſe , *vot.* 1. *num.* 34. *part.*1.

Verba = miei eredi = , ex propria eorum ſignificatione , referuntur ad primos dumtaxat heredes , *vot.*43. *num.*74. *p.*1.

In eaque ſignificatione accepta à Teſtatore cenſenda ſunt , niſi aliter de ipſius voluntate conſtet , *ibid.*

Verba = miei eredi = , ſi alia ſubſequantur verba *= e loro Deſcendenti =* , ad ulteriores Inſtitutos , & ſubſtitutos nequeunt referri , *vot.* 43. *numer.* 75. *part.* 1. ; ratio *ibid.* , *& num.* 76. , *&* 77.

Verba = omnia Bona , ſucceſſiones , jura , & actiones = rei ſubſtantiam connotant , *vot.*5. *num.* 56. *part.*1.

Verba = omnia ejus Bona tranſeant perpetuò in perſonas laicas , & aptas ad Matrimonium = repetitionem qualitatis legitimitatis non inducunt , *vot.*8. *num.*123. *p.*1.

Adjecta enim cenſentur ſolùm ad excludendas perſonas eccleſiaſticas , *ibid.*

Verbum = omnia = in reſtitutione hereditatis adhibitum , aptum eſt ſub ejus generalitate , etiam particulare Relictum comprehendere , *vot.*9. *nu.* 61. *part.*2.

Verbum = omnia = cum de pluribus rebus , numero diſtinctis prædicatur , numeralem ſolummodò univerſalitatem præſeferre dicitur , non autem partium integritatem , *vot.*9. *numer.*62. *part.*2.

Secus , ſi alicui certæ rei conjunctum reperiatur , tunc enim , latinè reddit um , correſpondet termino *= totum =* , non termino *= omne =* , *ibid.*

Verbum = omnia = in *gallico* , ſive *italico* idiomate , quandoque pro termino *= totum =* , quandoque verò pro termino *= omne =* promiſcuè uſurpatur , *vot.*9. *num.*61. *p.*2.

Hæ tamen voces in *latino* ſermone ſic accipiuntur , ut prima partium integritatem , ſecunda verò numeri plenitudinem plerumque deſignet , *ibid.*

Verba = Perche voglio &c. , che li detti Beni , e comodità di pigliarne i frutti ſi conſervi nelli detti chiamati per la conſervazione della ſemiglia de Luini = expreſſam agnationis contemplationem præſeferunt , *vot.* 1. *numer.* 66. 67. , *&* 68. *part.*1.

Licèt principaliter non ſint adjecta , ſed acceſſoriè ad excluſionem Religioſorum , & Fiſci , *ibid. num.*69.

Et præcedens fideicommiſſum declarant , *ibid. num.* 70.

Verba = piacendo , rimanendo , e ſervando vito vi-

Digitized by Google

duile = efficiunt, ut conditio viduitatis reſolutiva, non autem ſuſpenſiva dicatur, *vot.26.nu.77., & 78.p.2.*

Verbum = *Poi* = futuri temporis tractum ſignificat, *vot.30. num.4.p.2.*

Verba = *Ponendoli reſpettivamente nel luogo, e ragioni ſue* = translativam renunciationem important, *vot.4. num.80. p.1.*

Accedente præſertim *clauſulâ conſtituti*, *ibid. num.81.*

Verba = *Primogenitum de Primogenito in Primogenitum* = plurium eodem tempore admiſſionem excludunt, *vot.12. num.62. p.1.*

Verba = *Primònatam, ut ſupra, & ſecundùm primogenituram, & ordinem, de quo ſupra reſpectu maſculorum* = eumdem in fœminis repetunt primogenituræ, ac ſubſtitutionum ordinem, *vot.40.num.42.43., & 44. p.1.*

Verba = *quando tutti i miei figliuoli mancaſſero in qualſivoglia tempo ſenza figliuoli &c.* = quodcumque tempus indefinitè reſpiciunt, *vot.1. nu.8. part.1.*

Et verificari poſſunt, quocumque tempore filii etiam filiorum ſinè filiis maſculis deficiant, *ibid. num.9. 15., & 16.*

Pariterque comprehendunt caſum, quo Teſtatoris filius objerit, relicto Maſculo, qui poſtea ſinè Maſculis deceſſerit, *ibid. nu.10.*

Verbis = *quandocumque decedentibus ſinè filiis* = concepta ſubſtitutio, nequit reſtringi ad momentaneam conditionem, quâ heredes ſinè filiis decedant, *vot.7. nu.47. p.1.*

Præſertim, quando ipſi ſubſtitutioni adjectæ ſunt clauſulæ = *in ſtirpes, & non in capita* =, *ibid.*

Verba = *quomodolibet, qualitercumque, quomodocumque* =, vel = *ex quovis cauſſa* = ejus naturæ ſunt, ut nil excipiant, atque omnia comprehendant, *vot.4. nu.31. p.1.*

Verba = *quoſcumque, & quomodocumque* = comprehendunt omnes perſonas, modos, & caſus, cum extenſione ad ea, quæ aliàs ex propria verborum ſignificatione non venirent, *vot.2.nu.89. part.2.*

Per *verbum* = *relinquo* =, aliaque ejuſmodi verba merè *communia* licèt ſit concepta ſubſtitutio, fideicommiſſaria cenſetur, *vot.34. numer.37. part.1.*

Hæcque communior eſt opinio, *ibid.*

Procedit, etiamſi facta eſſet nominibus collectivis plurium graduum, & perſonarum, *ibid. num. 38.*

Verba = *remaneant, & conſerventur* = perpetuitatem denotant, plurimùmque valent pro perpetuo inducendo fideicommiſſo, *vot.6. num.24., & 25. part.2.*

Verba = *ſervate l'ordine, come ſopra* = poſteriorem ſubſtitutionem ad inſtar ſuperioris redigunt, *vot.23. num.6. p.1.*

Per ejuſmodi *verba*, repetitus cenſetur idem ſuccedendi ordo, in ſuperiori diſpoſitione conſtitutus, *vot. 23. numer. 7., & 20. part. 1.*

Verba = *ſervato modo ſubſtitutionis prædictæ* = eumdem in ſubſequenti, ac in præcedenti ſubſtitutione ordinem inducunt, *vot.45. numer. 39. part.1.*

Verbis = *ſiano elette* =, non verò = *poſſano eſſere elette* = à Teſtatore adhibitis, neceſſitas quædam eligendi impoſita cenſetur, *vot.21. nu. 55. part.2.*

Per *verba* = *ſiano connumerati* = ſi Teſtator intellexit, quod omninò connumerandi eſſent, ſic etiam per poſteriora verba = *ſiano elette* = voluiſſe cenſetur, ut omninò eligerentur, *vot.21. nu. 56.p.2.*

Verbum = *ſin minùs* = ſubſtitutionem filiorum, ac Deſcendentium reſtringit ad caſum non ſuperviventiæ primi heredis, *vot. 16. num. 40. part.2.*

Sicque per ejus ſuperviventiam ſubſtitutio corruit, *ibid. nu.41.*

Ex *verbis* = *ſi non nupſerit* = *ſi vitam vidualem ſervaverit* = Legatum ſub conditione ſuſpenſivâ relictum dicitur, *vot.26. nu.76. p.2.*

Verba = *s' intenda ſolamente* = relationem coarctant ad rem dumtaxat, & partem expreſsè deſignatam, *vot.28. nu.46. p.2.*

Verba = *ſolùm*, & *in totum* = plenariam, & liberam important heredis inſtitutionem, *vot. 9. num.18. p.2.*

Verbum = *ſoſtituiſco* = commune eſt, *vot. 1. num. 152.*, & *vot.22. num.14. p.1.*

Et ſubſtitutionem directam detorquet in fideicommiſſariam, *dict. vot.22. num.15.*

Verbum = *ſua* =, vel = *ipſius Teſtatoris* = additum nomini = *Familia* = propriam iſtius non alterat ſignificationem, *vot.25. nu.21. p. 1.*

Sua additum nomini = *Familia* = agnationem indicat, *vot.25. num.16. p.1.*

Suum dici nequit, quod reſolubili dominio poſſidetur, *vot.19. nu.7., & 51. p.2.*

Ex verbis = *ſuâ vitâ durante* = Legatum ſub modo reſolutivo relictum cenſeri poteſt, licèt Teſtator adhibuerit verbum = *conditio* =, *vot. 26. nu. 81., & 82. p.2.*

Verbum commune = *ſubſtituit* = vulgarem anomalam importat, *vot.37. nu.56. p.1.*

Verbo futuri temporis = *ſubſtituit* = adjecta ſuperviventiæ qualitas, verificari debet ſecundùm tempus verbi, *vot.36. nu.14. p.1.*

Ac proindè tempore obitus primò vocatorum, *ibid. num.15.*

Verba = *tunc, & eo caſu* = ſubſtitutionem reſtringunt ad ſolum caſum expreſſum, *vot.8. nu.164. part.1.*

Verbum = *tunc* = univerſale eſt, *vot. 11. num. 19. part.2.*

Verbum = *tutti* = adjectum Legato reſtricto ad mobilia certi loci, illud extendere nequit ad res alienas, venales, & accidentaliter in dicto loco repertas, *vot.26. nu.45. p.2.*

Procedit, tametſi Legatum relictum ſit uxori,

quæ non venit appellatione conjunctæ perſonæ, *vot.26. num.47.p.2.*

Limita principalem concluſionem, ſi Legatum conceptum ſit verbis = *quoquomodo, quomodocumque, & cujuſcumque qualitatis* =, *ibid. numer.46.*

Verba = tutti li cenſi, con i frutti decorſi, e da decorrere = comprehenſum in prælegato indicant etiam cenſum, antea heredi donatum, *vot.11. num.18.p.2.*

Ex *verbis = vada al più proſſimo parente maſchio, con peſo però, & ordine di primogenitura* = conſtituta cenſetur primogenitura juris, non facti, *vot.12. num.106. p.1.*

Verba = Vitam duxerit vidulem = perpetuam viduitatem non reſpiciunt, *vot.26. numer.63. part.2.*

Verba = volendo, che non poſſa pretendere altro dalla mia eredità, eccetto la legitima, ancorche de jure non li ſi doveſſe = filiæ excluſionem clarè præſeferuut, *vot.43. num.43. part.1.*

Ex *verbis = volgarmente, pupillarmente, e per fideicommiſſo* = nedum primò inſtitutus, ſed ejus etiam Deſcendentes vocati per fideicommiſſariam cenſentur, *vot.22. numer.17. part.2.*

VERISIMILITUDO.

Veriſimilitudo in interpretatione ultimarum voluntatum omnino ſequenda eſt, *vot.17. num.74., & 75.part.1.*

Veriſimilitudo plurimùm valet ad præſumendam in herede ſcientiam oneris, *vot.24. nu.190.p.2.*

VERITAS.

Veritas meliùs ex factis elicitur, quàm ex verbis, *vot.9. num.19. p.1.*

Veritatem error non immutat, nec præjudicat erranti, *vot.10. num.119. p.1.*

Veritate juris, vel facti poſtmodum detectâ, non admittitur retrotractio in præjudicium poſſeſſoris, *vot.25. num.88. p.1.*

Veritatis maximum teſtimonium eruitur ex teſtamenti verbis, *vot.31.num.9. p.2.*

Præſumptio urget *veritatis* omnium eorum, quæ in inſtrumento continentur, rejectâ prorſus quacumque erroris exceptione, niſi de illo per evidentes probationes doceatur, *vot.27. nu.94. part.2.*

Maximèque urget eadem præſumptio, ſi aliis coadjuvetur probationibus, *ibid. num.95.*

VESTES.

Veſtes ſub Legato jocalium uon comprehenduntur, *vot.7. num.51. p.2.*

Ceduni tamen Legato, ſi nulla alia jocalia Teſtator habebat, *ibid.*

VINCULUM.

Vinculum quodcumque ſanguinis in perſonis ultra decimum gradum, abolitum præſumitur, *vot.1. nu.18., & vot.2. num.25. part.2.*

Agnatitii tantùm *vinculi* habenda ratio eſt in ſucceſſionibus, ex voluntate Teſtantium, ſeù ex Statuto Agnatis deferendis, *vot.2. num.66. part.2.*

Ex duplici *vinculo*, ſeù extremo inhabili medium habile nequit conſtitui, *vot.1. numer.62. part.2.*

Vinculi duplicitas, non prævalet ubi alterutrum ſit inefficax, *vot.1. num.35. p.2.*

Duplex vinculum, ſeù qualitas in ſucceſſionibus tunc attenditur, cum unaquæque ſufficiens eſt, ſeorſim ſumpta, *vot.1. nu.60., & 62., & vot.2. num.61.p.2.*

Agnatitii, & cognatitii ſimul *vinculi* ratione præferendum remotiorem eſſe, ſuſtinent nonnulli, *vot.1. nu.63., & vot.2. num.61. p.2.*

Horum opinio procedit, quando is de genere vocato exiſtat, *dict. vot.1. eod. num.63., & dict. vot.2. nu.118., & 119.p.2.*

Si ſecus, nil ei prodeſt proximitas ex parte Matris, licèt nuptæ in familia, *dict. vot.1. eodem numer.63., & dict. vot.2. eodem numer.119.*

Vid. *Mater, proximitas, ſucceſſio, Statutum.*

VIOLENTIÆ.

Violentiis, & concuſſionibus Baronum non ità facile expoſitę univerſitates cenſendæ ſunt, *vot.27. nu.106. p.2.*

Maximè, quando Barones alium recognoſcunt ſupremum Dominum, *ibid. nu.107.*

Violentiæ, & concuſſiones Baronum præſumi nequeunt, ubi agitur de ſummis viris, dignitate, ac virtute ſpectatiſſimis, *vot.27. numer.109. part.2.*

Violentiæ, & concuſſiones Baronum, nullo de illis fumo allato, credibiles non ſunt, *vot.27. nu.100. p.2.*

Præſertim in feudis ſubjectis *S. Romanæ Eccleſiæ*, *ibid. num.101.*

Violentiæ, & concuſſiones Baronum quod iu univerſum Populum fuerint exercitæ, præſumi nequit, *vot.27. num.104. p.2.*

Vid. *Bara.*

VITA.

Vita potiùs, quàm mors præſumitur, *vot.30. nu.87. part.1.*

Et quilibet, ſecundùm aliquos, præſumitur, vivere ad 60., vel 70. annos, juxta alios uſque ad 100., *ibid.*

Vita ne, an potiùs mors præſumi debeat, Judicis arbitrio in dubio determinandum eſt, *vot.30. num.93..p.1.*

Civitatis, univerſitatis, Eccleſiæ, aliorumque ſimilium polyticorum corporum *vita* ſtatuitur annorum centum, *vot.10. num.4. p.2.*

In *vita* etiam unius hominis verificari poteſt fideicommiſſi perpetuitas, *vot.3. numer.38. part.1.*

Ac perpetua Bonorum conſervatio, *vot.42. nu.23. part.1.*

Ad *vitam* heredum nominatorum Legati ſolutionem reſtringunt verba illa = *infraſcripti ſui heredes* =, *vot.10. nu.12. p.2.*

Li-

Limita, ſi ſolutioni, non autem diſpoſitioni adjecta ſint, *ibid.*

Tunc enim eadem verba *demonſtrativè*, non *taxativè* ſtare dicuntur, *ibid. num.*13.

Comprehenduntque non ſolùm primos, ſed ulteriores etiam heredes, *ibid.*

Certiùs, ſi concurrat dictio = *in perpetuum* =, *ibid. num.*14.

UNIVERSITAS.

Univerſitates conſtituunt corpus polyticum, repræſentans totum Populum, *vot.7.num.*105.*p.*2.

Univerſitates non ita facilè expoſitæ cenſendæ ſunt Baronum violentiis, & concuſſionibus, *ibid. num.*106.

Maximè, quando alium hi recognoſcunt ſupremum Dominum, *ibid. nu.*107.

Univerſitates tàm civili, quàm canonico jure prohibeutur Leges ferre contrarias juri communi, ac publico bono Civium, *vot.* 27. *numer.* 54. *part.*2.

Univerſitatis vita ſtatuitur annorum centum, *vot.* 10. *num.*4.

Eidemque relictum Legatum annuum perpetuum, ad ipſius vitam intelligitur, *ibid. numer.* 5.

Univerſitati relictum Legatum annuum perpetuum centum annorum præſtatione reſolvitur, *vot.*10. *nu.*1.4. *ad* 7., *&* *nu.*23.*p.*2.

Contrarium *nu.*8., etiamſi mentio heredum facta ſit, *ibid. nu.*11.

Quod intellige, *ut num.*12., *&* 13.

VOCATIO.

Inter *vocationem* hominis, illiuſque excluſionem datur medium, vocatio nempè Legis, *vot.* 19. *numer.* 67. *part.* 1., *&* *vot.* 22. *nu.* 30. *part.*2.

Etiam, cum de una, eademque ſubſtitutione agitur, *dict. vot.*19. *eod. num.*67. *p.*1.

Fortiùs in ſubſtitutione diſtincta, in qua deſit hominis excluſio, *dict. vot.* 19. *eodem numer.*67.

Et in qua licèt expreſſa deſit vocatio, Legis beneficium non ſit ademptum, *ibid. num.*68.

Procedit, ut, defectis maſculis in conditione poſitis, fœminæ etiam excluſæ, debeant admitti, ex conditione, tacitè à Lege ſubintellecta, *ibid.nu.*69.

Vocationem ſuam debet concludenter probare, qui fideicommiſſi jure Bona vindicare contendit, *vot.*3. *nu.*16. *p.*1.

Et probatio æquivoca non ſufficit, *ibid. num.* 17.

Vocatione deficiente, deficit prælatio, *vot.*33. *nu.* 35.*p.*2.

Vocatio in genere, & in abſtracto aliud eſt, aliud vocatio in concreto, *vot.*21. *numer.* 65. *part.*2.

Vocatio in genere pro Legato aſſequendo non ſufficit, niſi ulteriùs concurrat proximioritatis qualitas, à Teſtatore optata, *vot.* 21. *num.* 66. *part.*2.

Vocationem expreſſam cum tacita vincere, idem eſt ac umbram ſectari, omiſſâ veritate, *vot.*21. *nu.*71. *p.*2.

Vocatio expreſſa tacitam vincit, *ibid. num.* 72.

Vocatio activa favorem continet, *paſſiva* odium, *vot.*7. *nu.*18. *p.*1.

Præſertim, quando agitur de inducendo gravamine favore Tranſverſalium, *ibid. nu.* 19.

Vocatio activa infertur ex gravamine, *vot.*2. *num.* 11. *part.*1.

Vocatio paſſiva infertur ex vocatione activa: & receſſus à *Conſilio Oldradi* inducitur, *vot.* 7. *num.* 73.*p.*1.

Ab *activa* ulteriorum Deſcendentium filiarum fœminarum *vocatione* ad *paſſivam* eorum gravamen inferri nequit, *vot.* 34. *numer.* 110. *part.* 1.

Vocationi activæ, non autem *paſſivæ* conveniunt verba *in ſtirpes*, *& non in capita*, *vot.* 10. *num.* 24.*p.*1.

Activa dumtaxat filiorum primi gradus *vocatio* non congruit perpetuæ Bonorum conſervationi, à Teſtatore optatæ, *vot.* 34. *numer.* 12. *part.*1.

Activam dumtaxat *vocationem* poteſt inducere diſpoſitio collata in tempus remotiſſimum, quoties gradualis ordo, & ſucceſſivus tractus temporis deficiat, *vot.*34. *num.*108. *p.*1.

Quæ vocatio ſemper per meram per vulgarem facta dicitur, *ibid. nu.*109.

Gravamen antecedentem *vocationem* neceſſariò ſupponit, *vot.*34. *num.*20. *p.*1.

Vocationem præcedentem ſupponit inflicta caducitatis poena, *vot.*34. *num.*20. *p.*1.

Vocationis conjecturam præbet qualitas legitimitatis, & maſculinitatis, ſub quà omnes inſtituti, & ſubſtituti fuerunt, *vot.* 13. *numer.* 24. *part.*1.

Præcipuè, quando ſæpiùs hujus qualitatis mentio facta eſt, *ibid. nu.*25.

Vocatio nepotum, ceterorumque Deſcendentium deducitur etiam ex verbis præſuppoſitivis, *vot.*2. *num.*12. *p.*1.

Vocatio ex conjecturis tantùm elicita, dubia ſemper eſt, *vot.*6. *num.*64. *p.*1.

Et contrariis elidi poteſt conjecturis, *ibid. numer.*65.

Vocatio ad fideicommiſſum levioribus inducitur conjecturis, cum agitur de diſpoſitione inter Deſcendentes, *vot.*28. *num.*28. *p.*1.

Vocatio ad fideicommiſſum ubi ex conjecturis velit argui, hæ non ſeorſim, ſed unitim accipi debent, *vot.*29. *num.*29. *p.*1.

Vocatio ad primogenituram, licèt non expreſſa, ſuppletur ex diſpoſitionis natura, atque ex mente Teſtatoris, *vot.*6. *nu.*24. *p.*1.

Maximè, cum de admiſſione Deſcendentium agitur, *ibid. num.*25.

Vocatio alicujus Deſcendentium ſatis reſultat ex illorum privatione in caſu delicti, *vot.* 43. *num.* 68.*p.*1.

Vocationem Deſcendentium indicat eorum mentio,

tio, & poſitio in conditione ſæpiùs facta, *vol. 13. num.27. p.1.*

Vocatio maſculorum, ab ulterioribus ſubſtitutis deſcendentium perſpicuè elicitur ex illorum ſpecifica mentione in caſu delicti, *vol.45. num. 37. part. 1.*

Sine *vocatione* maſculorum ex fœminis verificari nequit, quod volita in illis fuerit Bonorum conſervatio, *vol.45. num.31. p.1.*

Vocatio reſtricta ad perſonas immediatè genitas ex certo Patre, & ſtipite, ad earum filios extendenda non eſt, *vol. 19. numer. 20. part. 1.*

Vocationem reſtrictam eſſe ad certas perſonas ſub certâ conditione, & perſonas illas ab initio vocatas fuiſſe, non repugnat, *vol. 33. numer. 38. part.2.*

Ita ut illæ ſuccedere poſſint, excluſâ inferiori lineâ, tametſi gradus præcedens, & caput eorum lineæ ſucceſſionem non agnoverit, *ibid. numer.39.*

Vocationem reſtrixiſſe Teſtator cenſetur ad ſolos Deſcendentes eorum, quos inſtituit, in excluſionem aliorum, quos non agnovit, & præteriit, *vol.3. num.30. part. 1.*

Vocatio perſonarum contentarum in fideicommiſſo, per donationem inter vivos conſtituto, ad maſculos ex maſculis reſtringi nequit, *vol. 31. num.45. p.2.*

Tametſi Donans facultatem ſibi reſervaverit rem melius ordinandi, explicandique, *ibidem num.46.*

Talis namque reſervatio ad ſummum reſpicere poteſt accidentalia, non autem ſubſtantialia diſpoſitionis, *ibid. num.47.*

Proindeque ejus vigore nec novæ perſonæ adjici, nec jam vocatæ excludi poſſunt, *ibidem numer.48.*

Vocationem dictio = *ipſius* = reſtringit ad illam ſolam tranſverſalium lineam, cujus nominationi adjecta eſt, *vol.3. num.22. p.1.*

Vocatio Extraneorum in defectum omnium Deſcendentium ſi ad eaſum obitus *ſinè filiis* eſſet reſtricta, inutilis eſſet, *vol. 13. num. 13. part.1.*

Vocatio Deſcendentium *collectivè* facta, ex *Cumani* theorica *in L. cum ita*, non fideicommiſſariam, ſed vulgarem inducere cenſetur, *vol. 10. num.9. 12., & 25. p.1.*, & quando ſecus? *num. 67.*

Indefinita Deſcendentium *vocatio* omnes comprehendit, *vol.13. num.7. p.1.*

Et tàm primos, quàm ulteriores vocatos, *ibid. num.8.*

In *vocatione* concepta nominibus *collectivis* plurium graduum & perſonarum, fœminæ non excluduntur ab ulterioribus Maſculis, etiamſi *Statutum* fœminas propter maſculos excludat, *vol.41. num.63. p.1.*

Secus, ſi vocatio concepta ſit ſub appellativis nominibus comprehendentibus plures perſonas, non tamen plures gradus, *ibidem numer. 64.*

Ex *vocatione collectivè* facta ſucceſſio non ſimultaneè ſed ſucceſſivo ordine defertur, *vol. 28. num.3. part.1.*

Accedente præſertim Teſtatoris voluntate, *ibid. num.4.*

Vocatio plurium graduum, & perſonarum, niſi adſint verba, perpetuitatem temporis importantia, *activa* ſolùm dicitur, *vol. 34. num. 44., & 45. part. 1.*

Vocatio ab initio facta de *pluribus*, reciprocam non impedit, quando nulla à Teſtatore facta fuit Bonorum diviſio, & filii diſcretivè conſiderati non fuerunt, contra verò pro reciproca inducenda conjecturæ urgeant, *vol. 38. nu. 44. part.1.*

Et hoc faciliùs procedit favore Deſcendentium, *ibid. num.45.*

Ex *vocatione* Agnatorum *collectivè* facta plures, & non una primogenitura arguitur, *vol. 12. num. 16.17., & 29. p.1.*

Secus, quoties vocatio ejuſmodi ſit in alia teſtamenti in parte, *ibid. num.47.*

Et, ſi diverſa concurrat ratio, *ibid. nu.48.*

Datâ *omnium vocatione*, filius ſuccedit in locum Patris, Nepos in locum Avi, & Proavi defunctorum, *vol.15. nu.47. p.1.*

Vocationem Primogeniti, *pluraliter* factam, ipſa majoratus natura in ſingularem convertit, *vol. 12. num.63. p.1.*

Vocatio Primogeniti *ſingulari numero* cenſetur conſultò à Teſtatore facta, *vol. 12. numer. 59. part.1.*

A *vocatione* Primogeniti, *ſingulariter* facta, declarantur ſubſequentia verba, licèt *pluralia*, ac referibilia tàm ad primum, quàm ad ſucceſſivos Primogenitos, *vol.12. numer.60., & 61. part.1.*

Vocationem unius Primogeniti, & *non plurium* ſuadet Teſtatoris nobilitas, *vol. 12. numer. 64. part.1.*

Et qualitas Bonorum, quæ juriſdictionalia ſint, *ibid.num.65.*

Vocatio lineæ maſculinæ fœminas excludit, *vol.32. num.53. p.2.*

Vocatio Deſcendentium per *lineam maſculinam* feminis etiam convenit, *vol. 32. numer. 54. part.2.*

Vocatio feminarum, tempore deficientis lineæ maſculinæ ſuperſtitum, incerta eſt quoad perſonas, & tempus, *vol. 36. num. 8., & 30. part.1.*

Vocatio fœminarum proximiorum, &, deficiente lineâ maſculinâ, ſuperſtitum, non comprehendit illas ante lineam maſculinam præmortuas, *vol.36. num.2., & 8. p.1.*

Et fœminis ante lineam maſculinam præmortuis, caducam efficit ſubſtitutionem filiorum earumdem, *ibid. nu.3. 31., & 41.*

Vocationi fœminarum ſuperſtitum adjecta clauſula in

Digitized by Google

in ſtirpes, in iis verificari uon poteſt, *vol.36.nu. 43.p.1.*

Sed referenda eſt ad præmortuorum filios, *ibid. num.44.*

Vocatio fœminarum in ſtirpes, quæ efformantur ex pluribus, & diverſis gradibus, unum corpus conſtituentibus, comprehendit tàm fœminas eaſdem, quàm gradus omnes, ſub ſtirpe contentos, *vol.36. num.45.p.1.*

Vocationi alicujus fœminarum ejus nomen adjectum à Teſtatore cenſetur *demonſtrativè*, ad demonſtrandam nempè originem, non ad *taxativè* deſignandas filias illius immediatas, *vol. 40. nu.8., & 78. p.1.*

Vocatio alicujus *fœminarum* expreſſo ejuſdem nomine, an *taxativè*, vel *demonſtrativè* intelligenda ſit, à Teſtatoris voluntate pendet, *vol. 40. num.9. p.1.*

Hæc autem ex quibus elici valeat? *ibid. num.10.*

Ejuſmodi vocatio non *taxativè*, ſed *demonſtrativè* debet accipi, conjecturis concurrentibus, *ibid. numer. 11.*, & quæ illæ ſint? *numer. 13.*, *& ſeq.*

Vocationem alicujus *fœminarum* ad perpetuum fideicommiſſum Teſtator non eſt cenſendus reſtrixiſſe ad fœminas illius immediatas, *vol.40. num.16. p.1.*

Vocatis præſertim etiam illarum Deſcendentibus, *ibid. num.18., & 68.*

Vocatio alicujus *fœminarum* collata in tempus remotiſſimum comprehendere cenſetur non ſolùm immediatas, ſed ulteriores etiam illius feminas, *vol.40. numer. 51. part.1.*

Procedit, licèt poſt fœminas vocati ſint Deſcendentes illarum, *ibid. num.54.*

Et maximè in ingreſſu, non autem in progreſſu iſtorum lineæ, *ibid. num.55.*

Indefinita vocatio *maſculorum ex fœminis*, quodcumque tempus, & caſum reſpiciens, caduca non ſit, perempto primo gradu ſubſtitutionis fœminarum, *vol.36. nu.46. p.1.*

Vocationis deſcendentium *maſculorum ex fœminis* reſtrictio ad caſum, quo illorum Matres ſuperſtites fuiſſent tempore obitus ultimi maſculi agnati, repugnat fini conſervandæ perpetuò artificialis agnationis, *vol. 36. numer. 47. part.1.*

Vocatio maſculorum *ex filiabus* Teſtatoris cum dictione *prædicti*, reſtricta cenſenda eſt ad maſculos immediatè natos, *vol. 34. numer.79. part. 1.*

Hinc autem ad maſculos immediatè natos reſtricta cenſenda eſt etiam vocatio maſculorum ex fœminis, *ibid.*

Præſertim, ſi agatur de excludendo dumtaxat paſſivo eorum gravamine, *ibidem numer. 80.*

Quo caſu dictio illa *prædicti* operatur reſtrictionem, dicti gravaminis ad perſonas præciſe deſignatas, *ibid. num. 81.*

Vocatio deſcendentium ex *fœmina* comprehendit etiam Deſcendentes fœminas, licèt adſit *Statutum* fœminas excludens, *vol. 41. numer. 47. part.1.*

Vocatio Cognatorum facta in ſuperiori parte diſpoſitiva, adimi nequit ex Agnatorum dumtaxat mentione in prohibitiva, & conditionali parte, *vol.39. num.37. p.1.*

Vocatio filiorum plurium fœminarum facta *in ſtirpes*, *& non in capita*, ſufficiens conjectura non eſt comprehenſionis nepotum ſub filiorum nomine, *vol.34. num.111. p.1.*

Vocatio Proximioris intelligenda eſt non ſecundùm ſanguinem, & gradum, ſed ſecundùm prærogativam lineæ, *vol. 12. numer. 107. part.1.*

Procedit tàm inter Deſcendentes, quàm inter tranſverſales, atque invitato proximiore tàm ſimpliciter, quàm in gradu, ac juxta diſpoſitionem Juris, *ibid.*

Pro *vocatione filiorum in conditione poſitorum* præſcriptus non eſt certus conjecturarum numerus, *vol.13. num.44. p.1.*

Neque certa, ac determinata regula tradi poteſt, *ibid. num.45., & 48.*

Sed quot, & quales eſſe debeant conjecturæ, arbitrio Judicis relinquitur, *ibid. nu. 46.*

Ex *vocatione Legitimorum* dumtaxat in parte diſpoſitiva non infertur eorum dumtaxat vocatio in conditionali parte, *vol. 8. num. 146. part.1.*

Vocatio, ſi ſit per verba naturalia, *filii etiam naturales* vocati cenſentur, ſecus, ſi per verba civilia, *vol.8. num.24., & 66.p.1.*

Hæcque diſtinctio à Doctoribus, & *Sacra Rota* eſt adprobata, *ibid. nu 25.*

Quæ nam autem naturalia verba ſint? *ibid. nu. 26., & 27.*; Vid. *Vocatus*.

VOCATUS.

Subſidiariè tantùm *vocati*, aliis primò loco vocatis melioris conditionis eſſe non debent, *vol.17. num.59. part.1.*

Pluribus *collectivè vocatis*, is præfertur, qui tempore delatæ ſucceſſionis proximior eſt, *vol. 22. num.60.p.1.*

Vocatis pluribus nomine collectivo, omnibus ſub eo comprehenſis Relictum debetur, donec aliquis ſuperſtes eſt, *vol.38. num.26. p.1.*

Vocatis deſcendentibus ex fœminis, veniunt deſcendentes ex quacumque fœmina, *vol. 3. num. 4. part.1.*

Vocatis illis de domo, & *familia*, non veniunt, qui ejuſdem dumtaxat ſunt cognominis, *vol.45.nu. 62. part.1.*

Sed qui *de familia* Teſtatoris, quique ab ipſius ſtipite procedunt, *ibid. num.63., & 64.*

Vocati nequeunt eorum familiæ nomen, & inſignia dimittere, *vol.26. num.15. p.1.*

Vocatis ad fideicommiſſum longa adquieſcentia tùm propria, tùm etiam anteceſſorum non nocet, *vol.13. num.50. p.1.*

Vocatis venientibus ex perſona propria præſcriptio

tio etiam millenaria non nocet, *vot.* 10, *num.* 115. *part.* 1.

Vocatis ad fideicommiſſum debet ab illius petitore præfigi terminus ad declarandum, an velint agnoſcere nec ne?, *vot.* 28. *numer.* 25. *part.* 1.

Huic tamen cautelæ ſuppletur præſtitâ cautione de iis reſtituendo portiones ſuas, *ibid. num.* 77.

Vocatorum intereſt Bona apud Extraneos non remanere, *vot.* 28. *nu.* 60. *p.* 1.

Extranei verò poſſeſſoris nil intereſt huic, vel illi ex vocatis reſtituere, *ibid.*

Iu omnibus *vocatis* niſi repetitio qualitatis legitimitatis admittatur, ſequi poteſt abſurdum, quod naturales tantùm, præferantur legitimis, *vot.* 8. *num.* 110. *p.* 1.

Abſurdum tamen ceſſat, ſi res ſit inter legitimos, & illegitimos, hi namque, nonniſi deficientibus legitimis, vocati intelliguntur, *ibid. num.* 111.

Ceſſat itidem inter illegitimos unius lineæ prædilectæ, ac priùs vocatæ, & legitimos alterius, poſtea vocatæ, hi namque excluduntur ex præſumpta Teſtatoris voluntate, *ibid. numer.* 112.

VOLUNTAS.

Ultima Teſtantis *voluntas* morte perficitur, *vot.* 44. *num.* 99. *p.* 1.

In iis, quæ pendent à *voluntate* Teſtatoris, abſurdum nullum conſiderari valet, *vot.* 18. *num.* 40. *part.* 2.

Sola Teſtatoris *voluntas* ſpectanda eſt in primogenituræ ſucceſſione, *vot.* 33. *nu.* 46. *p.* 2.

A *Voluntate* Teſtatoris, atque à diſpoſitionis litera recedere non licet, *vot.* 21. *nu.* 4. *part.* 2.

Voluntas Defuncti in omni re, tamquam lex, eſt obſervanda, *vot.* 19. *num.* 3. *p.* 2.

Ultimæ *Voluntates* non debent ſemper in incerto manere, ſed firmum ſtatum habere debent, *vot.* 27. *num.* 118. *p.* 1.

Ultimarum *Voluntatum* commutationi locus non eſt, niſi publica intercedat utilitas, *vot.* 27. *nu.* 101. *part.* 1.

Quæ talis ſit, ut aliâ ratione publico bono conſuli nequeat, *ibid. nu.* 103.

Intellige, id procedere ſecundùm juris regulas, *ibid. num.* 104.

Juxta quas non ſemper Principem decet, quod abſolutè poteſt, *ibid.*

Voluntas hominis meliùs, quàm verbis, rebus ipſis, ſeù factis demonſtratur, *vot.* 24. *num.* 31. *part.* 1.

Voluntatis exiſtentis progreſſus facilior eſt, quàm novæ voluntatis inductio, & declaratio, *vot.* 10. *num.* 64. *part.* 1.

Voluntas in præjudicialibus non præſumitur, *vot.* 24. *num.* 161., & 166. *p.* 2.

Voluntas Teſtatoris in teſtamentis dominatur, neque alligatur verborum formulis, *vot.* 10. *numer.* 58. *part.* 1.; Ipſique Leges famulantur, *ibid. num.* 59.

Voluntatis Teſtatoris ea non eſt capienda interpretatio, ex qua ſequeretur verborum ſuperfluitas, *vot.* 14. *num.* 20. *part.* 2.

Io ultimis *voluntatibus* verbum nullum immò neo ſyllabam ſinè effectu operandi poſitam cenſenſendam eſſe, commune effatum eſt, *vot.* 7. *nu.* 23. *part.* 2.

Voluntatis Teſtatoris ea faciliùs interpretatio ſequenda eſt, per quam ſit reditus ad jus commune, *vot.* 21. *num.* 61. *part.* 2.

In ultimis *voluntatibus* melior interpretatio ſumitur à principali diſpoſitionis cauſſa, *vot.* 14. *nu.* 32. *p.* 2.

Veriſimilis *voluntas* Teſtatoris unicè ſpectanda eſt, ſpretâ verborum formâ, *vot.* 14. *num.* 24. *part.* 2.

Voluntas à poteſtate metienda eſt, *vot.* 4. *nu.* 101., *vot.* 5. *num.* 8., *vot.* 42. *num.* 70. *p.* 1., & *vot.* 18. *num.* 62. *p.* 2.

Voluntatem Donatoris ab ejus poteſtate metiri poſſumus, *vot.* 31. *num.* 49. *p.* 2.

Voluntas Legantis ex ejus neceſſitudine, & conſanguinitate metienda eſt, *vot.* 7. *numer.* 40. *part.* 2.

Paterna *voluntas* metienda eſt ex tempore initi contractus, *vot.* 44. *num.* 51. *p.* 1.

Voluntatem diſponentis ut aſſequamur, non eventus, ſed, quod poterat evenire, ſpectandum eſt, *vot.* 31. *nu.* 33. *p.* 2.

Voluntas diverſa, reſpectu diverſorum, diverſos operatur effectus, *vot.* 4. *num.* 84. *p.* 1.

Voluntatis interpretatio dicitur ſemper ambigua, & difficilis, *vot.* 26. *num.* 66. *p.* 2.

Voluntas Teſtatoris conjecturis exploranda eſt, quando expreſſa ejus declaratio deficit, *vot.* 29. *num.* 13. *part.* 2.

Voluntatis quæſtio conjecturalis dicitur, *vot.* 29. *num.* 12. *p.* 2.

Voluntatis quæſtio dicitur quæſtio facti, non juris, *vot.* 8. *num.* 15. *p.* 1.

Et facti opus habet indiciis, *ibid.*

Voluntas diſponendi quoad omiſſa excluditur, ubi clarè de aliquo proviſum eſt, *vot.* 44. *num.* 208. *part.* 1.

Voluntatis ceſſat omnis quæſtio, quoties nulla in verbis eſt ambiguitas, *vot.* 27. *num.* 41. *p.* 1., & *vot.* 7. *num.* 37. *p.* 2.

Voluntatis conjectura à *Statuto* deſumpta, extendi non debet ultra caſus, & perſonas, à Statuto expreſſas, *vot.* 41. *num.* 56. *p.* 1.

Voluntas diſponendi de re aliena, ſemper in dubio excludenda eſt, *vot.* 18. *numer.* 58. *part.* 2.

Voluntas Teſtatoris diſponendi de re heredis ex quibus deſumi valeat? *vot.* 29. *numer.* 46. 49., & *ſeq. part.* 2.

Voluntas Teſtatoris gravandi heredem in Bonis propriis non requiritur, quod ſit expreſſa, ſed ſufficit, eam quomodocumque fuiſſe patefactam, *vot.* 11. *num.* 17. *p.* 2.

Voluntatem Teſtatoris ad actum fuiſſe perductam,

non

non probat Teſtis, de ea deponens, antequam in ſcriptis redigeretur, *vot. 25. nu. 25. part.2.*

Probat verò Teſtis deponens de conſcriptione teſtamenti, à ſe feſtinanter, poſt auditam Teſtatoris voluntatem facta, *ibid. num.30.*

Voluntatis Defuncti quæſtio in æſtimatione Judicis poſita eſt, *vot.31. num.59. p.2.*

In ultimis *voluntatibus* dictio = *vel* = generaliter pro = *&* =, copulativè nempe accipitur, *vot. 10. numer.109.part.1.*

Intellige, ut inter quos conſideratur ordo charitatis, vocatio intelligatur non ſimultaneè, ſed ſucceſſivè, *ibid. num.110.*

USUCAPIO.

Ad *uſucapionem* requiritur bona fides, *vot.25.num. 76. part.1.*

Ad *uſucapionem* non ſufficit medium inter bonam, & malam fidem, *vot. 25. numer. 75. part.1.*

USUFRUCTUARIUS.

Vſufructuarius loco Legatarii habetur, *vot.23.nu. 58. part.2.*

Vſufructuarius hereditatem non adit, neque in ipſum tranſeunt jura, & actiones tàm activæ, quàm paſſivæ, *vot.23. num.57. p.2.*

Vſufructuarius ſingularis ſucceſſor eſt; proprietarius verò heres perſonam Defuncti repræſentat, *vot.23. num.60. p.2.*

Hic autem, non ille æs alienum Defuncti ſolvere tenetur, *ibid.*

Vſufructuarius ſolis fructibus uti, ac frui poteſt, *vot.23. num.26. part.2.*

Nec proprietatem diſtrahere valet, ſed hanc proprietario reſervare tenetur, *ibidem numer. 27.*

Immò nec illam pignorare, poteſt, *ibid.*

Vſufructuarius facere debet, quod diligens Pater familias in re ſua, *vot. 23. numer. 68. part.2.*

Vſufructuarius compelli nequit ad ſolvenda hereditaria onera, *vot.23. nu.54.p.2.*

Contrariam *Bartoli* opinionem *phariſaicam* appellant Doctores relati *ibid. nu. 55.*

Procedit de uſufructuario tàm *particulari*, quàm *univerſali*, *ibid. num.56.*

Vſufructuarius annua dumtaxat Legata, ac debita ſolvere tenetur, *vot.23. num.61. p.2.*

Ea enim ex fructibus ſolvenda ſunt, *ibid.*

Aliorum autem debitorum onus, ad eum non pertinet, niſi urgeat voluntas Teſtatoris, ex conjecturis, ac præſumptionibus elicita, *ibid. num.62.*

Ad *uſufructuarii* onus pertinet ædium refectio, *vot.23. nu.63. p.2.*

Ita ut aliàs ab uſufructu ſummoveri poſſit, *ibid. num.66.*

Cogendus autem non eſt, ſolùm, ſi paratus ſit uſumfructum dimittere, *ibid.num.67.*

Declara, hæc non procedere in impenſis neceſſariis, vel etiam utilibus, *ibid. nu.69.*

Has enim ſi fecerit, repetit à proprietario, *ibid. num.70.*

Stante etiam contrario pacto, *ibid. num. 71.*

Quæ tamen de magnis impenſis non autem de modicis intelligenda ſunt, *ibid. num.76.*

Vſufructuario, ſi magnas fecerit expenſas, dabitur repetitio ejus, quod modicam excedit impenſam, *vot.23. num.79. p.2.*

Vſufructuario actio negotiorum geſtorum competit pro neceſſariis, utilibuſque expenſis recuperandis, *vot.23. num.72.p.2.*

Vſufructuariæ uxori inſtitutæ in Bonis, *che ſi troveranno in eſſere*, nequit per hæc verba conceſſa dici alienandi facultas, *vot.23. nu.28. p.2.*

Quoties præſertim adpoſita illa appareant ad modum dumtaxat, & quantitatem uſufructus deſignandam, *ibid. num.29.*

Et ex quibus id valeat deſumi? *num. 30.*, *& ſeq.*

Vſufructuario conceſſa alienandi facultas, nequit eum proprietarium conſtituere, *vot.23. num.17. part.2.*

Vſufructuario conceſſa alienandi facultas, nequit de proprietate intelligi, *vot.23. nu.36. p.2.* Vid. *uſusfructus*.

USUSFRUCTUS.

Vſusfructus Bonorum adventitiorum filii ad Patrem pertinet, *vot.46. num.9. p.1.*

Vſumfructum Bonorum adventitiorum filii, in Gallia, Parentes non habent, *vot.47. num. 10. part.1.*

Super *uſufructu* fideicommiſſi, ad filios devoluti, uſus ſaltem, & commoditas Patri competit, *vot.24. nu.9. p.2.*

Vſusfructus Bonorum adventitiorum tum tacitè, tum expreſsè filio à Patre remitti poteſt, *vot.46. num.12. p.1.*

Vſusfructus Bonorum adventitiorum, Patre ſciente, & patiente, à filio perceptus, ipſi tacitè remiſſus cenſetur, *vot.46. num.11. p.1.*

Immò expreſsè dicitur à Patre remiſſus per donationem eorumdem Bonorum, filio factam, *ibid. num.12.*

Vſusfructus uxori ad decem annos relictus, Subſtituto debetur, uxore ante decennium decedente, *vot.31. num.9. p.1.*

Vſusfructus in Bonis fideicommiſſi quando vel non Renunciatario ad vitam Renunciantis competere poſſit?, *vot.4. nu.63.*, *& ſeq.*, *& vot. 5. num.46. 47.*, *&* 48. *p.1.*

Vſusfructus fideicommiſſi Monaſterio, nec ad vitam Religioſi competere poteſt, quoties de fideicommiſſo agitur non ſimpliciter agnatitio, ſed ordinato cum ſtrictiſſima alienationis prohibitione, ut Bona perpetuò in familia conſerventur, *vot.4.num.118.p.1.*

Id autem ſi procedit, quum res eſt de Monacho, vel Monaſterio, maximè contra Extraneum renunciatarium locum habet, *vot.5.n.63. part.1.*

Contrariæ auctoritates declarantur, *dict. vot. 5. num.64.*, *& ſeq.*

UXOR.

Uxor non venit appellatione conjunctæ perſonæ, *vol.26. num.47.p.2.*

Ad *uxorem* tàm quoad dominium, quàm quoad adminiſtrationem ſpectant extradotalia Bona, etiam conſtante Matrimonio, *vol. 7. num. 3. part.2.*

Legitima *uxoris* non poteſt, eâ invitâ, viro etiam decocto, inveſtiri, *vol.46. num.97. p.1.*

Licèt ea poſſit inveſtimentum quærere, ſi velit, *ibid. num. 98.*

Favore *uxoris* benemeritæ largior, ac benignior ſemper eſt capienda Legati interpretatio, *vol. 26. num.75. p.2.*

Uxori ſub conditione ſuſpenſivâ relictum Legatum cenſetur, ſi ei in caſum non ſervatæ viduitatis alia emolumenta Teſtator reliquit, *vol.26. num.88. part.2.*

Maximè, ſi cogitavit, eo caſu ſola mobilia ab eâdem reſtituenda eſſe, *ibid.*

Uxori, donec vitam viduilem ſervaverit, relictum Legatum, & poſt ejus obitum alteri, ſtatim eâ convolante ad ſecundas nuptias, debetur Subſtituto, *vol.31. num. 10. p.1.*

Uxoris tutricis liberatio à redditione rationis fraudem non arguit, ac ſimulationem, in præjudicium filiorum, *vol.22. num.32. part. 2.*

FINIS.

ANT 1319308

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google